*2 tiā etiā in potiori casu & q * papa non potuisset clarius derogasse statutis illius ecclesię, hic aūt nedū peccauit in exprimēdo vacationē per obitū Titij, sed etiā in tacēdo & obmitten. vacationē per obitū Sempronij. Ergo &c. Ideo crederē dicendū de hac clausula prout dicitur de noua prouisione qđ procedat & habeat locū dummodo Titius hāberet aliquod ius, siue bonū siue malum in illo beneficio licet Sępronius illud posideret vt de noua prouisiōe habetur in dec. 24. de præb. in anti. & per dec. Aegid. 116. & Biseg. 4. de præb. & late Sar. in regula de annali q. 25. num. 4. & 5. & not. Fel. in c. inter dilectos de fide instru. vbi loquitur de cōfirmatione nu. 16. cū pluribus seq. & in c. ex parte ele. 1. de rescript. nu. 51. & facit
*3 qđ nuper decisum fuit in vna * Lucē. deeanatus vbi de-
6 terminatū fuit quod habēs † regressum deberet docere q tpe sibi reseruati regressus habebat aliquod ius in illo beneficio. Quod tū ita de plano nō procedit, sed qū quis cesit reseruato sibi regressu per obitū vltimi possessoris tantū sine cōsensu cessionarij quo casu non solet requiri
7 cōsensus, sed qū † datur regressus de cōsensu cessionarij, quia cessionarius itavoluit, tūc absq; alia probatiōe prioris tituli datur canonizatio regressus vt fuit decisum in
*4 vna * Cæsaraugustana Archipresbyteratus de darocha corā Reue. & illustr. dño meo Col. D. Marcello cardinali Crecentio tunc Rotæ auditore & episcopo Marsicā. hodie verò Cōcilij Tridentini & Bononiæ legato meritissimo erat tū in illo casu etiā reseruata pēsio 80. duc. vltra regressum, & sic cōstabat q cessionarius magnificerat illud ius, ideo etiā non habeo pro absoluto q sufficiat solus cōsensus quoad regressum, adeovt quis exoneretur à probādo priori tit. licet inueniā annotatū q in d. causa plures ex dñis hoc senserūt. Nam possem ego hodie cedere amico vel cōsanguineo meo prætensum ius ad sūm beneficiū, vt ipse cōsentiret regressui, & tū nullū ius habebam: tū huic fundamento posset responderi, quod sicut
8 † per molestationē facti, & pretensionē impeditur pacifica possessio, vt anno 1546. dicebatur in causa * Salamantin. portionis corā Reu. dño meo Fabio Accorābono hodie decano meritissimo ita per istā prætensionem
5 turis, posit cōcedi regressus, prout in alio casu daretur subrogatio, vel saltē debita esset iuxta ele. 2. vt lite pend. Sed quicquid sit fuit in terminis huius clausulę resolutū corā Bo. me. Io. Paulo Ptolomeo tūc Rotæ decano, meo
*6 obseruādissimo dño in vna * Abulen. beneficij de Villa-
9 diego. quod ista clausula † ex cuiuscūq; persona, posita in noua prouisione, capit beneficiū, etiā si vacet ex persona alterius, ex cuius persona narratur vacatio, & etiā capit beneficiū, si nō vacasset tpe primę prouisionis, super qua petitur noua prouisio, quia iam erat facta collatio valida alteri: Nam in casu illo quis impetrauerat à papa per obitū Accoliti, per cuius obitū fuerat prouisum alteri, ab episcopo habente indultū, quo indulto stante prouisio apostolica nonvalebat. Et prouisus à papa impetrauerat nouā prouisionem, tpe quo prouisus ab ordinario qui nō expediuerat literas super noua prouisione infra sex menses, vt tenebatur propter clausulā indulti, amisserat ius suū, & sic tūc tpis vacabat ex persona illius prouisi ab ordinario, nō ex persona Accoliti vt narrabatur in supplicatione propterea cogita quia tantū intēdo cumulare materias, & eas, distinguere quātū vires ingenij mei patiuntur, vt viri magis subtiles practici & eruditi possint facilius discurrere & deligere veritatem. Aliqui
10 etiam dubitant, an ista clausula † aliquid operetur in collatiōe ordinariorū qui debēt esse certi de mōvacationis & quia collatio est actus legitimus, tū idem crederē esse in ordinario, vt in specie tenet glosator prag. in tit. de causis super glo. incip. alias quouis modo. fo. 122. scām paruā impres. & cōsuluit Gemi. per varias rationes con. 119. & Car. consi. 30. nu. 12. Habes multa de ista clausula in tract. de ben. q. 12. tertię partis. 5. limit. vbi videre poteris per te ipsum. Si tamē fieret resignatio in manibus nuntij nō habētis facultatē illam admittēdi, vel in mani
11 bus notarij publici clausula † ista in impetratiōe postea
*7 facta à papa nihil operaref vt cōclusum fuit in cā * Astoricē. integre portiōis post plures informatiōes de anno.

1540. seens si habuisset facultatem admittēdi non tamē conferendi vt in deci.10.& 14.de renun.in antiq.

SVMMARIVM.

Causa si committitur, quòd terminis non seruatis, sed sola facti veritate inspecta procedatur: seruādi sunt termini Cle.sæpe.de verb.signi.

EPITOME.

1 *Termini substantiales quo casu abbreuiari & an totaliter omitti possint.*
2 *Vrbanus pap.v. author fuit obseruationis terminorū & modi procedendi.*
3 *Verba in commissionibus expressa possunt stilum & rigorem iuris submouere.*
4 *Ordinatio rota de modo procedendi vigore commissionis ante diem.*
5 *Modus procedendi in causis prophanis.*

Decisio 2. *alias* 33.

* Sola facti. Aduerte, quod licet in commissione causæ prophanæ in curia fiant apposita dicta verba posita in Cle. dispēdiosam. sed & declarata in d.C.l. sæpe. non cācellata & signetur autē.

QVando cōmittitur causa in palatio vt terminis nō seruatis sola * facti veritate inspecta procedatur, possunt termini substātiales, videlicet ad ponendū & articulandum & dicendū cōtra articulos& ad producendum oīa & dicēdum cōtra producta secundū stilum & morem palatij seruari consueti ad arbitrium iudicis abbreuiari:sed totaliter non omitti. Alij verò non substantiales possunt omitti, ita ꝙ termino ad libellandum omisso pōt terminus.viij.vel x dierū. ad ponēdum & articulandū siue ad dādum articulos & ad cōcludendum assignari. Nā secūdum Io.mo.in c.fi.de hæret.lib. vj.super verbo, figura vigore illius solius verbi pōt iudex incipere ab articulis: quibus ꝓbatis pōt statim procedere ad sententiā. Multo fortius vigore prædictorum verborum quæ vltra alia in Cle.dispēdiosam. de iudi.& in cle.sepe.de verb.sig. debēt aliquid operari.xix.dist.in memoriā.de priui.in ij.& c.si papa.eod.ti.li.vj.ad dicēdum verò cōtra articulos pōt terminus assignari ad primam diē ad producendum oīa etiam ad primā vel secūdam diē. Ad dicendū verò cōtra producta secundū multitudinem productorū: si verò debent produci testes extra curiā fiat vt moris est prædictum autē modū procedendi inuenit primò dominus Vrbanus † papa.v.ad ponendum celerē finē litibus,quod vtique erit faciendū ne lites fiant immortales,& partes fatigentur laboribus & expensis,de do. & cōtu.c.finē.de of.or.c.vt litigītes.lib. vj.de re.spō.c.frequēs.eo.li.vj. Dūs † verò Aegi.credebat ꝙ si termini ad ponendū & producēdum oīa omitterentur,dūmodò assignaretur vnus cōmunis terminus perēptorius partibus ad proponendum ponendū & probandum oīa quęvellēt in cā,ꝙ processus nō esset nullus: quia totus stilus & rigor iuris secundum eū sublatus est per dicta verba in cōmissione expressa.Sed quia istę cōmissiones hodie nimis faciliter obtinēbur & multa dubia oriebātur ex eisdē: idcirco auditores de quorū numero ego Guilermus tunc erā,postea fecerunt quandā ordinationem † de modo procedēdi vigore commissionis antedictę talis tenoris. Quia nōnulli dubitātes de modo procedendi vigore cōmissionis factæ, vt sola facti veritate inspecta & terminis non seruatis vel abbreuiatis: procedatur. Ad tollēdum omne dubiū sic erit procedendum: videlicet in beneficialibus & alijs causis in quibus aliās de iure cōmuni summariè simpliciter & de plano. &c. proceditur vt prædicta verba si ea oīa in cōmissione exprimantur aliquid operērur: si partes sint in curia & sint presentes omisso termino ad libellādum,& recepto statim iuramento de calūnia à partibus, ꝙ tamen si tunc omittatur, pōt recipi in quacunq; parte litis ad dādas positiones & articulos cōcludēres terminus x.dierū ad dicendum contra articulos ad primā ad producēdum oīa etiā ad primā diem, ad dicendum verò cōtra producta secūdum multitudinē productorū arbitrarie in prima instantia assignatur:in secūda verò & tertia instātijs ad ponendū & articulādum ad secūd um diē, & alij termini vt suprà,in prima instāri observetur. Si verò vna partiū fuerit absens, ita ꝙ in eius absentia per audientiam,sit processum vel procedēdum,si in prędicta commissione de ipius absentia fiat mētio,& cōcedatur ꝙ sola facti veritate inspecta,vt suprà, procedatur: seruetur modu procedendi antedictus: alioquin oēs termini palatij seruētur vt est moris.Si verò vnū de duobus prædictis in cōmissione concedatur:puta ꝙ sola facti veritate inspecta vel terminis nō seruatis procedatur, seruentur oēs termini palatij:sed abbreuientur ad arbitriū iudicis.

In causis † verò pphanis si cōmittatur causa ꝙ summariè,simpliciter & de plano, ac sola facti veritate inspecta & terminis nō seruatis procedatur,seruetur modus procedēdi vt in causis beneficialibus supradictis, seruata semper distinctione de præsentia vel absentia partium superius annotata.Si verò cōmitteretur causa prophana simpliciter & de plano,&c. Sed ꝙ sola facti veritate inspecta procedatur: tunc pōt procedi summariè, simpliciter & de plano, &c. oēs tamen terminos palatij in summario processu seruari cōsuetos obseruādo & in nullo abbreuiādo. Si verò cōceditur ꝙ terminis nō seruatis vel abbreuiatis procedatur: tūc oēs termini in causa prophana seruari consueti obseruentur,sed abbreuiētur ad arbitrium iudicis. Si verò vtrūque conceditur:videlicet ꝙ sola facti veritate,&c.& terminis nō seruatis, &c.tunc oēs termini vt in processu summario seruētur, & etiā abreuientur ad arbitrium iudicis, quæ ordinatio facta fuit Rom.anno dñi M. ccc.lxxx.die vij. Ianuarij pontificatus sanctissimi in Christo patris & dñi nostri domini Vrbani diuina prouidētia papæ vj.anno secūdo.

Additio nulla precedente petitione,quia articuli duplici fungūtur officio:tenēt, enim locū petitionis & locum facti probandi secundum Oldr.quæst.ccxxiij.

SVMMARIVM.

Vbi causa cōmittitur quod terminis non seruatis sed sola facti veritate inspecta procedatur seruādi sunt termini Cle.sæpe.de verbo.signifi.33.

EPITOME.

1 *Clausula summariè & terminis non seruatis quid operetur.*
2 *Termini quando in causis non sunt seruandi.*
3 *Clausula absque tela iudiciaria & aliæ quæ important quod termini non seruentur.*
4 *Terminorum breue compendium.*
5 *Termini oēs seruātur sæpe in duabus audiētijs & nō in vna.*
6 *Termini quatuor substantiales & principales.*
7 *Terminorum vltra quatuor prædictos omissio non vitiat.*
8 *Termini qui seruātur in omnibus causis cōmuniter sunt septē.*
9 *Termini alij qui recesserunt ab aula.*
10 *Summariè proceds potest in Rota.in causis infra 500.dec.*
11 *Summariè proceds potest etiam quod non prima sed secunda commissio dicat summariè.*
12 *Commissio prima habens quod summariè etiam procedatur seruat in qualibet instantia.*
13 *Pronuntiatio super deuolutione non est necessaria.*
14 *Terminus reassumptionis causæ non est necessarius.*
15 *Citatio non circunducatur actore in termino non comparente.*
16 *Acta pendente termino ad veniendum quando valeant.*
17 *Testes affuturi examinati pendente termino ad veniendum probant.*
18 *Termini seruari possunt infra mensem datum pensionarijs.*
19 *Sententia lata cōtra pensionarium infra 30. dies datos ad soluen.est nulla.*
20 *Termini post executoriales intimatas infra 30. dies possunt seruari.& declaratoria promulgari respectu possessionis tantum secus respectu fructuum.*
21 *Notitia per executionem compulsoris.dum non sufficit vt proceda possit per audientiam contradictarum.*
22 *Acta valent etiam non decreto processu nec probata absentia dummodo postea verè constet illum fuisse absentem.*
23 *Termini ad dicen. contra commissionem obseruatio.*
24 *Protestatio quod nihil fiat pendēte termino ad dicendum contra commissionem parui pendetur in Rota.*
25 *Inhibitionis parendum est in curia etiam si male sit decreta.*
26 *Supersedendum nō est in causa ciuili etiam si causa criminalis præiudicaret ciuili nisi pars adhæreat fisco.*
27 *Terminus ad libellandum quomodo seruetur.*
28 *Termini ad articulandum materia.*
29 *Dies termini computatur in termino in hoc casu.*
30 *Terminus iste reiterari debet duodecima quando à principio fuit male seruatus.*

Terminus

32 *Terminus ad dicendum contra articulos quomodo seruetur.*
33 *Termini ad producendum omnia materia.*
34 *Sentẽtia post cõfirmari quãdo in ea est defectus & nõ in pcessu.*
35 *Termini ad dicendum contra producta materia.*
36 *Terminorũ ad declarandũ & iurandũ de calũnia materia.*
37 *Terminorum reiterationis materia.*
38 *Terminorum obseruatio prodest etiam singulari successori & venienti pro interesse.*
39 *Successor singularis potest agere spolio.*
40 *Successor seu subrogatus in locum obtinentis executoriales potest procedere sine noua intimatione.*
41 *Termini quando quis venit pro interesse.*
42 *Acta facta inter duos collitigantes præiudicant tertio venienti ad causam.*
43 *Tertius veniens non impedit executionẽ quãd ẽ possessio tempore petitæ executionis non erat vacua.*
44 *Tertius veniẽs ad causam an possit procedere contra actorem absentem*
45 *Terminorum quatuor qui seruantur post intimationem executorialium, & similium materia.*
46 *Termini isti etiam reiterantur in vim bullæ.*
47 *Termini isti non seruantur pro obtinenda absolutoria.*
48 *Excõmunicari quis non potest nisi personaliter citetur.*
49 *Processus quomodo fiendus post intimationẽ executorialium.*
50 *Sequestru debet relaxari antequa procedatur ad executionẽ.*
51 *Executoriales si reproducantur coram A.C. non potest procedi sine monitorio vel citatione procuratoris.*
52 *Processus in Rota contra eum qui etiam monitus dederat mandatum coram A.C. tenet illo non citato.*
53 *Processus post brachium secular quomodo fiat.*
54 *Repressaliæ quando concedantur.*
55 *Executoriales quo intimentur quando tutus nõ patet accessus.*
56 *Termini seruandi in causa nullitatis.*
57 *Termini seruandi in causis attentatorum.*
58 *Termini quando appellatur ab auditore cameræ vel extra palatium.*
59 *Termini in causis quæ committantur ad referendum.*
60 *Citatio non requiritur quando fit relatio de aliquo articulo commisso ad referendum.*
61 *Termini seruandi in causis commissis Cardinalibus.*
62 *Termini in causa priuationis & quãdo agitur ad regressum ob non solutionem.*
63 *Beneficia conferri nõ põt post priuationẽ nisi lapsis decẽ diebus.*
64 *Termini seruati ante obtentam secundam gratiam quæ venit canonizanda non sunt repetendi.*
65 *Sequestrum violans vel offendens aduersarium licet amittat ius illud ius tamen non quæritur aduersario.*

ADDITIO.

CVm ista dec. cõcord. dec. 15. & 23. hoc ti. in antiq. & Aegi. dec. 481. in princ. In cõtrariũ tamen videtur facere. dec. 9. infra e. & Aegi. 338. 394. ac dec. 1. e. ti.

1 in anti. vbi † si petatur cõmitti ꝙ summarie & terminis non seruatis, & nihil fuerit deletũ omnia censentur cõcessa: sentientes ꝙ nulli termini sint seruãdi: Sed istud contrariũ tolli põt modificãdo, prout per d. dec. 23. quæ sentit, ꝙ licet d. verba terminis nõ seruatis, videãtur importare totalẽ omissionẽ omnũ terminorũ tũ dicit ꝙ Auditor debet ex vrbanitate saltẽ seruare aliquos terminos. Et hæc dec. nostra idẽ sentit, sed dicit fuisse ordinatũ per Vrba. Et deinde per dños, ꝙ aliqui termini seruẽ
*8tur. Contra hãc dec. tũ fuit * iudicatũ coram Bo. me. Car. Simoneta dum esset Rotæ auditor, in vna Vicẽtina pleris videlicet quod nulli † termini eraut seruandi: sed ibi
2 erat oratio vniuersalis, omnibus & quibuscũq; terminis tam substãtialibus quã non substãtialibus de iure, & stilo seruari solitis penitus omissis & minime seruatis. Et age batur etiam de confirmãda sentẽtia Rotali, & cõstabat de bono iure, nimirũ si ita fuit obtentũ ſtãtibus illis verbis aptis cõprẽhendere casus etiã specialissimos, vt late circa orationẽ vniuersalẽ deducit Sar. in proœ. Regu. q. 4.
3 Termini etiã non seruãtur, qũ † in cõmissione dicitur absq; aliqua tela iudiciaria, vel ꝙ procedatur via executiua, aut qđ præfixo termino loco terminorũ, & aliquãdo etiã dicitur ꝙ terminis vnica citatione seruatis. Et ꝙ quãdo fuit dictũ procedas prout volueris vide infra super dec. 28. & Fel. in c. dilecti. de iudi. vbi in simi. ponit plura exẽpla. Et quia hic etiã dicitur, ꝙ causa erat summarie cõmissa, quoad hoc cõcordãt cu ista, dec. 28. infra e. & 10. ac 25. e. ti. in antiq. & Aeg. 276. quæ tũ loquũtur qñ fuit dictũ summarie simpliciter & de plano. Et non fuit dictũ ꝙ terminis nõ seruatis: vt hic. Et nihilominus volũt ꝙ termini possint abbreuiari, vt etiã dicit dec. vnica infra de verb. lig. & sic dec. nostra procedit in potioribus terminis, & illa verba, etiã terminis non seruatis,
*9sunt nullius effectus. Et scđm istã dec. nostrã fuit * decisum coram dño meo Vestan. in vna Cæsarauguſtã. parrochialis de cõsueta die 16. Nouẽbris 1545. De ista clausula summarie &c. vide etiã infra e. super d. dec. 28. Et cũ vario modo à diuersis stilus iste, tradatur, & cõtinuẽ mẽtes iuniorũ magis inuoluãtur & alios reprehẽdere nõ
4 intendã: cogor hic † breuẽ tractatũ terminorũ describere, ordinẽ meum aliqualiter prætermittẽdo licet certus ordo in hac materia dari nõ possit cũ omnis ordo seruari solitus fuerit destructus, tũ in Rota, propter bullã Inno. tũ extra Rotã, propter cõmissiões reiteratorias, quæ facillimẽ cõceduntur, cũ clausula etiã si termini male & nulliter, ac inculcatẽ tenti & seruati fuerint: adeo vt sæ-
5 pe termini † oẽs obseruãtur in duabus audiẽtijs & etiã in vna tũ vt permittit d. Bulla, & attestatur Cassa. dec. 8. de Rescri. in fine, licet istud vltimũ displiceat dñis. Solũ igitur succurrendũ est ignauię miserorũ qui aliquos terminos obseruare prætermiserũt, quia si seruati nõ sunt, merito nec reiterari possunt &c. Et ideo sentẽtia postea absq; taliũ terminorũ obseruatione lata remanet nulla.
6 Intelligẽdo tũ de quatuor † terminis tũ. Videlicet ad articulandũ, dicendũ cõtra articulos, producendũ oĩa, & dicendũ cõtra producta, & qui sunt adeo substãtiales, ꝙ illorũ omissio viciat sententiã vt dicit Cassad. d. dec. Et licet Aegi. dec. 27. velit, ꝙ tũ omissio terminorũ, ad articulandũ, producendũ omnia, & ad sententiã, viciet ipso iure sententiã, vult tũ ꝙ licet alij non sint substãtiales & non vicient ipso iure, ꝙ reddãt processum nullum parte opponẽte, & appellante, ac cautam cõmittẽte, & sententia tanquã iniusta veniat infringẽda. Sed hodie hoc vltimum de appellatione parũ obseruatur. Vltra istos quatuor † terminos, seruãtur tres alij termini, in omnibus
7 causis, videlicet ad dicendũ cõtra cõmissionẽ. Et ad libellandũ, ac declarandũ, & iurandũ de calũnia, & isti duo vltimi reputãtur provno & oẽs seruãtur ad primã diem, & secundũ Cassad. d. dec. 8. omissio istorũ triũ terminorum nõ vitiat processum, intelligẽdo tũ secundũ Aeg. d.
8 dec. 27. Et etiã vltra istos septẽ † terminos, qui sunt illi quos in singulis causis cõtinuẽ seruamus, Reperies in libriculo, stilos curiæ nũcupato & in alio nuper edito per eruditissimũ collegã meũ. D. Octauianũ vestriũ ponentem † etiã multos, alios terminos, qui recesserũt ab aula
9 & nunqã seruãtur, prout est terminus ad respõdendũ libello, & litẽ contestãdũ, ad dicendũ cõtra declarationes, & ad dicendũ contra appellationẽ, & alios plures. Sed vt magis quã possibile in hac materia ordinate procedam primo præmittã aliqua euidẽtialia, anteq̃ deueniã ad exa
10 minationẽ singulorũ terminorũ: Igitur scias † ꝙ Auditores palatij in causis prophanis à 500. ducatorum iusra, possunt summarie & prout in beneficialibus procedere, etiã ꝙ cõmissio, hoc nõ dicat, vt cautũ est, in d. bulla Inno. 8. Item scias ꝙ qñ prima cõmissio † nõ dat ꝙ summarie procedatur, dubitatur an in vim secũdæ, vel alte-
11 rius cõmissionis postmodũ impetratę, possit summarie procedi cõtra reũ cõtumacẽ, ipso aliter in partibus nõ citato, cũ videatur necessariũ hãc nouã cõmissionẽ dantẽ nouã formã procedẽdi, intimari ipsi reo, vt sentit Aegi. dec. 492. tũ in cõtrariũ est dec. 15. infra e. & Aeg. 525. &
*10 662. & reperio * in notis Ptolomei. nu. 29. Annotatũ
12 ꝙ plures ex dominis dixerunt † quod si in prima commissione datur ꝙ summarie, talis cõmissio seruit cuilibet Instantiæ. Secus si talis clausula nõ sit in prima, sed in sequentibus cõmissionibus. Cassad. tamen d. dec. 8. in princ. & nu. 5. tenet contrarium, & Aeg. dec. 41. quos sequendos esse puto: quia Ptolomęus etiã non firmat pro
13 decisiõe. Est etiã sciendũ † quod licet in dec. 21. de re iud. in anti. dicatur ꝙ in causis prophanis semp ante omnia est pronuntiandum sũper deuolutione, tamen dec. 27. de

reſcript. in eiſdē dicit q̄ poteſt pronūtiari in quacūq; parte litis tamē nunquā in viginti annis quibus curiam practicaui vidi ſup deuolutionē huiuſmodi pronūtiari, & credo hoc introductū tum quia in palatio apoſtolico regulariter proceditur ſummariē, tum quia in cōmiſſionibus ſemper apponitur in eis clauſula, etiā quod cauſa huiuſmodi nō eſſet legitimē deuoluta. Tū quia per proceſſum ad vlteriora ſicut iudex videtur ſe cōpetentē declarare, ita declarare videt cauſam eſſe deolutā. Prout
14 dicitur † q̄ terminus reaſſumptionis cauſę non eſt neceſſarius quia iudex procedēdo ad vlteriora videtur reaſſumere vt per Aegi. deci. 139. Imo quod eſt plus, idem Aeg. dec. 576. dicit q̄ per ſolā p̄ſentationē commiſſionis cauſa cēſetur deoluta, abſq; aliqua citatione, ex quo
15 Papa apposuit manū, quando vero † cauſa eſt cōmiſſa, & pars eſt citata in partibus ad cōparendū infra certum terminum, licet ſi actor in termino non cōpareat, ſecūdum dec. 6. de iud. in antiq. terminus circūducatur: adeo q̄ actor non pōt accuſare amplius cōtumaciā rei, prout etiam no. Sal. in l. ij. ff. de in diē adiect. Et ideo aliquando fuerit dubitatum, an ſi monitorium. A. Camerę non reproducatur in termino, poſsit reus excōmunicari, tamen ſemper vidi ſeruari q̄ circunductio nō habetur in conſideratione, & tāto magis quādo proceditur in vim commiſsionis, in quibus cōmiſsionibus ſolet ſemper dici, quod auditor ſeruatis quatuor terminis declaret, vt videbis infra dec. 17. de dolo & contumacia.

16 Dubitatur tamē ſæpe † an pendente termino ad veniendum, valeāt interim geſta, & ſi quidē loquamur de terminis qui poſſunt reiterari quæſtio eſſet leuis, Regulariter enim geſta iſto tpe non valēt, vt in dec. 10. de iud. in ant. licet pendēte iſto termino ante reproductā citationem ſi reperiatur procurator ſpecialis in curia poſſet procedi eo citato, vt dicit Fel. in c. gratū. de off. dele. col. ij. nu. 5. in fin. ver. ij. præſens in iudicio. Alias tamen ob-
18 tinui † examinari teſtes affuturos infra tēpus ad veniēdum. Et fuit poſtea ſatis reclamatum. Coram Bo. me. d.
*11 Th. de Tanis * in vna Lucana parochialis de beuellio. Et Domini voluerunt eſſe adhibendā fidē ipſis teſtibus. Eramus tamē in probādo ſpolio attētato. Ideo crederē hoc caſu dicendū prout de teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriā. Ad iſta etiā incidēter applicari pōt,
*12 quod fuit deciſum in vna * Mediol. clarauallis pēſionis inter Reuerēdiſſimum Cardinalē de Cæſis, & Epi-
19 ſcopum Tornabenū, in qua † fuerat proceſſum, ad obſeruationē quatuor terminorū, pendēte termino de quo in literis pēſionum (quod ex nūc lapſis. 30. diebus ſuīam excōicationis incurrat) fuit enim dictū q̄ infra mēſem
20 illi termini potuerunt ſeruari licet † ſuīa declaratoria nō fuiſſet bona, niſi lapſo mēſe. Et ratio quæ mouit dominos fuit quia ſtatim lapſo termino, pēſio poterat peti, & erat debita, & potuiſſet conueniri, oī alia via, quàm cēſurarū, ſatis eſt, enim q̄ nō cēſuretur niſi poſt 30. dies. Et præſertim quia illi quatuor termini, ſeruātur de vr-
21 banitate. Aduerte tamē, q̄ † licet poſt intimationē executorialium reus debeat expectari per 30. dies, q̄ nihilominus quatuor termini ſeruari, & etiā declaratoria promulgari, pōt infra dictū tēpus, quantū eſt reſpectu poſſeſsionis, vel negotij principalis, non aūt quo ad fructus
*13 & expenſas prout iudicatū fuit, in vna * Palērina Archidiaconatus per D. Ptolomæū & rō dec. colligitur ex lectura ipſarū executorialiū vbi ad dimittendā poſſeſsionem, aſsignātur tantū ſex dies, & quo ad reliqua 30. dies. An aūt ſufficiat & poſsit procedi p̄ audientiā con-
22 tradictarū † ſi doceretur q̄ reus habuerit notitiā citationis ex quo in partibus fuit ꝓceſſum cōtra ipſum, virtute cōpulſorialiū fuit reſolutum ꝓcedi nō poſſe in vna.
*14 * Arborē. Canonicatus. Et beneficiorū corā R. D. Veſtano. Et in propoſito dicit Aegi. dec. 334. quod pēdente termino p̄fixo ad probandū diſpēſationē, pōt procedi virtute primæ cōmiſsionis, nec erunt propter dilationis pendentiā termini reiterādi. Et quia poſt terminū ad ve-
23 niendū. Auditor † ſolet deceꝛnere ꝓceſſum per audientiam cōtradictarū, prout etiā decernit, ſi partes vel procuratores recedāt de curia, dubitatū fuit corā Ptolomęo
*15 * in vna Bononiē. bonorū de platoſijs & in vna triuētina corā domino Rauellē. reſolutū, fuit q̄ valēt acta, per audiētiam etiā nō decreto ꝓceſſo, nec probata abſentia, dūmodo cōſtaret poſtea, illū verē fuiſſe abſentē, & addu-
24 cebatur in exēplum id q̄ dici ſolet de procuratore, qui poſt ſuīam docuit ſe eſſe procuratorē tpe ſentētiæ. Succeſsiuē modò videndū eſt ſingulariter, de ſingulis termi-
nis. Et primo de termino † ad dicēdum cōtra cōmiſsionem, q̄ ſemp ſeruatur ad primā diē. Et quo ad hoc ſcias vnū in quo multi decipiuntur, videlicet q̄ ſi aduerſarius meus impetrauit cōmiſsionē. Et ego reus volo abſolui, & ſeruare terminos, nō teneor obſeruare iſtū terminū, pro quo faciūt no. per Ab. in c. cū olim. de cēſi. & Fel. in c. cū venerabilis. de exce. col. v. Aliquādo tamē cōtingit citare aliquē ad dicendū cōtra cōmiſsionē, & videdum inhiberi, vel aliq̄d fieri iuxta ipſius cōmiſsionis formā,
25 † & citatus proteſtatur nil fieri pēdente termino ad dicendum cōtra cōmiſsionē, quæ proteſtatio extra Rotā, & corā inferioribus iudicibus admittitur, tamen Rota paruipēdit talē proteſtationem, niſi allegaretur aliquid multū releuans. Et tunc etiā domini ſolēt remitere terminum ad domū, & ibi audire partes alias paſsim inhibent, & procedunt, hac proteſtatione nō obſtāte, quicq̄d
dicat dec. 31. de ſent. exc. & dec. 21. de Reſcr. in ant. Et ad
*16 hoc facit q̄ fuit deciſum * in cauſa. Tolletana matrimonij corā R. D. Veſtano. vbi auditor Cameræ virtute cōmiſsionis mādatis p̄cipaliter inhiberi Rotæ, cōſtito q̄ cauſa criminalis p̄iudicaret ciuili inhibuerat Rotę,
26 dictū enim fuit † q̄ licet. A. C. nō potuiſſet iſto caſu, inhibere, ſine cauſæ cognitione, qa cōmiſsio principaliter emanata erat ad inhibendū, cū clauſula cōſtito, & tamē parendū erat inhibitioni propter facilitatē reformā. cō-
*17 miſsionem fuit poſtea etiā reſolutū * in eadē cauſa q̄
27 licet cā † criminalis pēderet ad inſtantiā fiſci non impediebatur proceſſus in cā ciuili, niſi aduerſarius adhæreret fiſco, & allegabantur no. in l. rerū amotarū. ff. rerū
28 amot. Similiter † terminus ad libellandum, & libellari videndum ſeruatur ſemper ad primā prout oēs termini ad dicendū contra iura vel articulos facto datos, & ſim.
29 Terminus † verò ad articulandū in cauſis ſummarijs & beneficialibus ſemp ſeruatur, in prima inſtātia ad duodecimā diem, ad octauā in ſecunda & ad ſextā in tertia prout in libro ſtili curię & eōdē mō iſtū terminū ſemp vidi ſeruari etiā in cauſis nō ſummarijs & ꝓphanis qe-
30 quid dicatur in d. libriculo ſtili curiæ. Et ſcias † q̄ quo ad hoc, dies termini cōputatur in terminovt ſi citatio ſit facta prima die mēſis, & dies. 12. erit iuridica illa die terminus erit ſeruādus, alioquin prima die iuridica, q̄ eſt vtile, propter dilationes ad ꝓtes, quia q̄ iſte terminus eſt bene ſeruatus, non pōt etiā appręhēſus in curia pete-
*18 re dilationē, & * ita reperio annotatū per Ptolomæū annotatione. 8. & ſic ſemp practicaui, licet ī dec. 1. infra de dila. dicatur q̄ ſi mādatur auditori q̄ repetat terminos infra octo dies, q̄ intelligitur de vtilibus, & non de cōtinuis, quę dec. nō ꝓcedit in iſto termino, ſed bene in
alijs terminis, q̄ ſeruātur ad ſecundā diē, & in dilationi-
31 bus quę regulariter dātur ad ſecundā diē. Nec † verū eſt id q̄d aliqui dicūt q̄ ſi reiteretur iſte terminus q̄ cēſeatur bene ſeruatus, nec amplius ſint cōcedēdę dilationes, niſi reiteratio fiat in termino, vt faciūt cauti ꝓcuratores, qui licet ſeruauerint iſtū terminū in prima audiētia Illū de nouo ſeruāt die. 12. vide etiā ad hāc materiā Stap. de literis iuſti. fol. 143. & in alia impreſ. c. 187. vbi q̄ cōmiſsiones ſunt cōmunes, & q̄ reus pōt ſeruare terminū, quo caſu nō præiudicaret actori. q̄ obtinuit cōmiſsionē literis nō expeditis, cū clauſula dūmodo expediatur ante terminū ad articulandū. Et vide Sar. oīno in cōpendio ſignaturæ nu. 16. & 59. vbi ponit multa de iſto termino, quę nolo tranſcribere. Circa aūt admiſsionē articulorū
32 videbimus infra de teſti. ſup dec. 8. Termiuus † autē ad dicendū contra articulos ſeruatur ad ſecundā diē in pri-
33 ma inſtātia & in alijs ad primā diē. Quo autē ad † terminum ad ꝓducendū oīa, vt vidimus ſupra eſt ſubſtialis, & eius omiſsio etiā vitiat ꝓceſſum, & ſuīam, vt habetur p Caſſa. vbi ſupra, & Aegi. dec. 27. & 3. 10. & 3. 17. & de iud. in ant. 31. Tamē reperio eundē Aeg. dec. 481. tenentē q̄ ſi auditor ſecūdę inſtātiæ cui fuit p̄ſentata commiſsio,

commissio,cum potestate procedẽdi terminis nõ seruatis, ac summariè & sola facti veritate inspecta, omisit terminum istũ,& alios sequentes,& parte vocata sentẽ-
34 tiam tulit, auditor † tertiæ instantiæ qui terminos oẽs bene seruauit,posset sniam dicti secundi Auditoris confirmare,si alias reperit eã iustã,fecit eñ q facere debuit alter,& nõ grauatur pars quæ potuit producere corã eo, hæc sunt verba Aegi.si igitur teneamus dec.Cas.& Aegid.de quibus supra:q sententia omisso isto termino sit nulla ipso iure,nõ potuisset cõfirmari,& sic ista dec.Aegi.481.nõ erit vera & tã videtur multũ æqua,& sancta. Et ideo cogita cũ casus euenerit si dũi,qui solẽt semper habere equitatẽ prę oculis velint istã dc.481.seruare. Et cõsidera si dici posit q dec.cõtrariæ procedit, qũ in cõmissione,nõ fuisset clausula q omissa terminorũ obseruatiõe quę nõ eratin casu dec.Cas.nec istis dec.cõtrarijs. Aeg. Et licet in hac dec.& alijs cõcord.sit hæc clausula, & dicatur q auditor etiã stante hac clausula põt abbreuiare,sed nõ in totũ omittere.non tñ dec.dicunt q propterea sentẽtia sit nulla,vt dicit Aegi.dec.27. Et Cassa. vbi supra. Ideo nõ est mirũ,si sentẽtia posset confirmari. Melẽ tñ erit terminũ istũ seruare,ad tollendũ difficulta-
34 tes † si enim vitiũ esset tantũ in sentẽtia,& non in processu sentẽtia etiã nulla posset cõfirmari, qũ cõstaret de
*19 iustitia illius vt voluerũt dũi in *vna Vicent.matrimonij prima Iulij 1547.similiter etiã senserũt in vna Vlixbonen.casalis corã.R.D.Io.Suanio Reomano. Termi-
35 nus † verò ad dicendũ cõtra producta in prima instãtia seruatur ad secundã diẽ, in alijs ad primã & productio iuriũ facta verbo sufficit vt dicit dec.32.de iud.in antiq. Sciat tñ qđ omisso isto termino poteris te iuuare si producẽ lo aliqua iura facto,seruasti terminũ ad dicendum
*20 contra illa, vt tenuerũt dũi in d. * cã Cæsaraugustan.
36 parochialis die consueta. Alij duo † termini subseq. videlicet ad declarandũ & iurandũ de calũnia vt dixi sem per simul seruãtur & ad primã diẽ in qualibet instãtia. Aduerte tñ ad dec.2. de iura calũ.in anti. in qua dicitur q nullus est processus si parte petẽte tale iuramentũ nõ præstatur,secus si pars nõ petat,licet dec.4.e.ti.dicat q põt quãdocunq; etiã post sentẽtiã pręstari si ante nõ fuit præstitum & dicit dec.1.& 2.infra e.ti.q procurator debet iurare etiã in animã dũi vt ibi videbis. Reiterantur
37 † aũt termini in vltima citatione qũ fertur sentẽtia & eodẽ die datur libellus,& cõcluditur in cã, & præstatur iuramentũ in supplementũ ac absoluitur pars per auditorẽ à quibuscũq; cẽsuris,ad effectũ validitatis sentẽtiæ aliq ̃ tñ ante sentẽtiã, per aliquos dies cõcluditur in cã de qua materia videbis infra de iudi. Et quo ad reiteratione vide etiã. Cass.dec.9.de rescrip.vbi docet quid narandũ sit in cõmissione reiteratoria. An aũt reus vel tertius veniens ad causam post terminos,nulliter seruatos, teneatur illos reiterare,cũ ista obseruatio inducta esse videatur in eorũ fauorẽ:ego pro nũc crederẽ, quod deberẽt reiterari.quia est datũ pro forma,& solẽnitate vt in
38 c.dilecta de rescrip.An verò terminorum † obseruatio prosit singulari successori,vel venieti ad causam pro interesse,dicendũ est quod sic,prout dictũ fuit in simili,in
*21 vna * Placẽtina Castri Sarmatis,vbi dũi resoluerũt q instãtia trãsit,ad singularẽ successorẽ vt per Bar.in.l.Lucius.§.rogatus.ff.ad Trebel.tex.est in.l.in iudicio.ff. Fa
*22 mi.erci.& in ead. * cã etiã cõcluserũt,singularẽ † sue
39 cessorẽ posse agere spolio.Et q est plus,in vna * Auriẽ.
*23 Monasterij pro Reuerẽdissimo & illustr.Card.Farnesio, tentũ fuit q postq̃ literæ executoriales fuerãt intiomatę,si quis † surrogetur in locũ illastobtinẽtis,põt absq; noua intimatiõe executorialiũ procedere ad illarũ executionẽ,citato tñ procuratore rei ad dicendũ contra cui tamẽ dabitur dilatio ad partes si illã petierit. Quo aũt
41 ad veniẽtes † pro interesse,habes late per Fel.in c.super e.de off.dele. in c.veniens.l.2.de testi.& in c.cũ super.de re.iudi.& clarius per Cass.dec.1.de excep. & aliquid dicã infra dec.vlti.Et facit quod decisum fuit.28.Februa-
*24 rij.1538.in cã*Valẽtina Sanct.Michaelis,corã bo.me. Raynaldo Petrutio cõtra collegã meũ & amicũ præcipuũ & honorãdissimũ dũm.Tho.for.vbi voluerũt. Dũi
42 † q ex quo ipse venerat ad causam, pro interesse, sibi præiudicaret processus de partibus iam productus,inter primos collitigãtes,in quo erãt eriã plures testes examinati pro quo facit dec.Ae.258. Et ad istud propositũ ter tij veniẽtis pro interesse, facit quod fuit decisum, in vna
24 Conchen. Parochialis.della Motiglia.vbi † qtertius
43 non impedit executionẽ,qũ possessio tpe petitę executionis,non erat vacua,quia si vacua fuisset sua intererat ne daretur sibi durior aduersarius per doc.Inn.in d.c.ve
*25 niẽs & ad hãc materiã facit dec.facta in cã * Valen.de pego corã dño Puteo nuper Rotæ decano & hodie Ar-
44 chiepisc.Baren.meritissimo vbi q veniẽs † ad cãm pro interesse põt procedere cõtra actorẽ absentẽ,per audientiã cõtradictarũ vt sentit Aeg.dec.156.quã tñ dec.intel-
*26 lige vt dicã * infra de proc.dec.40.Habes etiã aliã spẽ ciẽ terminorũ de quibus per Fel.in c.ad probandũ.de re
45 iud.& Cass.dec.6.de causa possess.Sũt † eñ quatuor termini qui seruãtur, ad docendũ se paruisse literis exacut. vel literis apostolicis si intimatis,puta super reseruationę pẽsionis,vel ad docendũ se paruisse Monitorio,aut docendũ de appellatiõe,& eius legitima ꝓsecutiõe, vt sentit Aeg.dec.207. & dec.36.de re iud.in anti.in fi.Quilibet eñ terminus seruatur primo pro prima dilatiõe, & sic succesiuè.2.3.& quarto pro quarta,ex superabundan
46 ti.Et licet aliqui dubitẽt,an † isti termini malè seruati possint,reiterari.Ego nõ credo hęsitari posse,quia bulla Inn.indefinite loquitur de omnibus terminis in palatio seruari solitis.Et ita etiã quo ad hoc tentũ, fuit in d.
*27 cã * Palẽtina Archidiaconatus. Et licet aliqui velint pro obtinẽda sentẽtia absolutoria esse seruãdos istos quatuor terminos.Et Fel.in c.venerabilis.de iud.nu. 14.loquẽs de remedio.l.diffamari dicat etiã assignari debere terminũ,tñ hoc alibi nõ reperio,& nunq̃ terminos istos tali casu,seruari vidi,sed bene præfigi terminũ ad docendũ,de iuribus suis.in vim specialis cõmissionis, qui terminus etiã assignatur:potius ex vrbanitate q̃ ex necessitate,vt sæpe seruari vidi,vt latius dicã infra de dolo & cõr.sup dec.17.Post istos quatuor terminos, in materia
48 dec.& similibus dãtur executoriales quę † sunt intimã dæ.personaliter aliãs reus nõ põt excõicari vt decisum
*28 fuit in vna * Cremon. pẽsionis,de qua etiã per Sar.in q.48.de annali.Et eadẽ ratione debẽt personaliter intimari literæ apostolicæ & monitoria iuxta dec.11.de dolo & cõr.& 21.e.ti.in anti.& infra de ferijs.dec.vnica.in
49 fi.Et intimatis executorialibꝰ reus nõ põt declarari pro fructibus vel expẽsis,vt supra fuit dictũ nisi lapsis 30.diebus,qui dãtur post rẽ iudicatãvt etiã no.in l.4.de re iud. Et quia forma executorialiũ hoc dictat,q reus moneatur ad soluendũ infra 30.dies.quibus elapsis procedatur. Quibus 30.diebus lapsis seruatis quatuor terminis prædictis ꝓceditur ad declaratoriã, quæ publicatur per curiores in eorũ bãcho, vbi dicitur Acier cãpi Flore,postq̃ publicationẽ expectãtur x.dies, & tũc datur aggrauatoria,& post alios x.reaggrauatoria, & succesiuè.dec.x. in x.dies,datur interdictũ,& brachiũ sæculare, licet ali quãdo cõcedãtur cõmissiones q isti duo & etiã tres termini seruentur vnico cõtextu,& in causis prophanis,& aliqñ etiã in beneficialibus,datur cõmissio q auditor loco executorialiũ decernat mandatũ executiuũ. Et rationẽ quare sic passim & lento gradu proceditur,esse puto, quia regulariter dari cõsueuerãt quatuor mẽses ad soluẽdũ,vt ꝑ Fel.in.c.quærẽti.de off.dele.post latã eñ sentẽtiam.si bene cõsiderabis nunquã peruenitur ad brachiũ sæculare q nõ labãtur isti quatuor mẽses,festina quan-
50 tũ velis.Et aduerte † qũ beneficiũ est sequestratũ q debet peti relaxatio sequestri,aliãs violarent sequestrũ, & possessio dici posset attẽtata,vt sæpe tenuit Rota prætertim qñ aduersarius prius possidebat, quia si tpe decreti sequestri actor fuisset possessor,cum sequester possideat dño,& iste sit declaratus dñs,non videtur cõmittere vitiũ, prout nõ cõmittitur si possessio vacua reperiatur,vt
51 per Cass.dec.6.de cau.poss.Et caue,† ne reproducas exe
52 cutoriales corã A.C.vt aliqñ fierividi q̃ processus † erit nullus,nisi pars moueatur coram eo,vel citetur procurator habẽs mandatũ sufficiẽs vt fuit tentũ anno prætcrito in Rota & in proposito etiã tentũ fuit q si post factũ monitoriũ per A.C.de resistẽdo molestationibus cõmit

vatur cã in Rota & ꝓcurator rei dederit mandatũ corã
A.C.ꝙ potuit procedi in Rota,per contradictas in vna.
*29 * Cõchen.de vilar. Et in termino brachij ſecularis ta-
53 xentur expẽſę negotij executiui. Poſt brachiũ† vero ſę-
culare ſi cõſtat de diligentia, & ꝙ difficilis ſit executio,
poſt ſex mẽſes vel annũ arbitrio ſignaturę,datur,cõmiſ-
ſio,ꝙ auditor iterdicat ſpecialiter parochia ſub qua reus
degit,& poſt annũ, facta intimatione primi interdicti,
interdicitur alia parochialis & elapſo alio anno, inter-
dicuntur duo monaſteria,conuẽtualia,poſtea ciuitas,vel
ſi ſit inſignis:diœc.tantũ:habes aliq̃d de materia interdi
cti.ꝑ Fel.in c.ſane e.2.de of.del.& ꝑ Staph.de literis iu-
ſtitiæ,fo.155.& in alia impreſſ.fol.115. Et poſt hæc, etiã
facta fide de diligẽtijs præteritis excõicantur domini tẽ-
54 porales ac † in camera apoſtolica cõceduntur repręſſa-
lie,& conceditur etiã monitoriũ contra aduerſarium ad
cõparendum ꝓſonaliter,& ſe excuſandũ ab hęreſi:Et li
55 cet iſta, prout executio † executorialiũ, ſint ꝓſonaliter
intimãda,vt ſupra,tũ ſi conſtat de nõ tuto acceſſu, datur
cõmiſsio,ꝙ pinde arctent ac ſi ꝓſon aliter intimatę fuiſ-
ſent,vt videbis infra ſup dec.5.& 22. vbi etiã de modo il
las exequẽdi videbis. Reſtat nũc dicere qũo procedendũ
56 ſit in certis caſibus particularibus. Et primo † in cauſa
nullitatis de qua habes dec.24.de iudi.in ant.quę diſtin-
guit,aut agitur principaliter de nullitate,& termini ſunt
ſeruãdi,aut incidẽter,& nõ ſunt ſeruãdi.Aegi.tũ in dec.
317.dicit indiſtincte terminos in cã nullitatis,ſeruãdos,
etiã ſi nullitas colligatur ex actis.ſed vna dec.diſtinguitur per aliã,& põt intelligi,ꝙ in caſu Aeg.agebat prin-
cipaliter. Durũ tamẽ eſt illud qđ dicit,id ꝓcedere quã-
do etiã nullitas colligitur ex actis, cũ in deci.5. infra de
litis cõtẽ.dicatur in tali caſu nõ eſſe terminos ſeruandos.
Igitur pro cõcordia & corroboratione dictę de.5.aduer-
te,ꝙ Aegi.dicit ꝙ cõſtabat de nullitate ex actis primæ
inſtantiæ,in vim cõpulſorialiũ extractis, & ꝙ alia pars
potuiſſet alia acta extrahere,ex q̃bus cõſtaret de validi-
tate ſuã,& ſic videtur ſentire contrariũ ſi conſtaſſet ex
eiſdẽ actis corã illo iudice factis, & melius ſe declarat.
in dec.319.Sed q̃quid ſit, ſemꝑ domini volũt ꝙ termi-
ni ſeruẽtur,ad tollẽdas difficultates, niſi habeatur cõmiſ
ſio,ꝙ prefixo termino ad iuſtificandũ ſuã̃ loco termi
norum ſubſtanti aliũ, Arbitrio auditoris ꝓcedatur. Et ſic
in paucis diebus res ſuæ expediũtur. Et de hac mate-
ria vide Fel.in c.fi.de offi.iud.nu.11. Eodẽ modo ꝓcedi-
57 tur in materia † attentatorũ, quicq̃d dicat.dec.10.infra
vt lite pend.& 78.de ap.in ant.Et Aeg.dec.101.vt latius
videbis ſup dictis dec.Imo dicit,expreſſe dec.28.de app.
in ant.ꝙ ſi poſt inhibitionẽ proceſſum fuiſſet, etiã tunc
terminis nõ ſeruatis attẽtata huiuſmodi reuocãtur. Q̃
58 verò † appellatur ab auditore cameræ,vel à ſnã lata in
partibus,aut alias extra palatium, vel auocatur cã,dicit
Aegi.dec.74.ꝙ ſi appelletur etiã, à proceſſu vel grauа-
mine de partibus, & cã cõmittatur in curia, ꝙ termini,
ſam in partibus ſeruati nõ ſeruãtur in curia,tũ in fin.di-
cit ꝙ ſemꝑ incipi oportet de nouo,quia ꝓceſſus de parti
bus modicũ valẽt?Et in dec.78.dicit ꝙ quãdo appellatur
ab auditore cameræ ſeruãtur termini prout in ſecũda in
ſtantia habes tũ clariſsimã dec.26.de iudi.in ant.quę di-
cit in iſtis caſibus ſeruãdos eſſe terminos,prout in prima
inſtantia niſi cõſtet eos ſeruatos in prima inſtãtia iuxta
morẽ curię.Et idẽ dicit deci.4.infra. de ap.vbi etiã ali-
59 quid dicã in cã † aũt quæ cõmittitur ad referendũ dicit
Aegi.deci.82.ꝙ ſi cõmittatur auditori ꝙ videat & refer-
at Papæ, non ſunt ſeruandi termini Et ita in ſimili in
30 vna. Bononiẽ. Caſtriliani corã † Accorambono, vbi
60 papa cõmiſerat Cardinali Simonetæ,ꝙ videret,an verũ
eſſet,ꝙ antiquitus Gozadini fuiſſent poſſeſſores,& dñi.
d.Caſtri, & Cardinalis prędictus parte nõ citata,retulit
Papæ, pro ipſis Gozadinis, & Papa cũ narratiua dictæ
relationis cõceſsit eis.d. Caſtrũ & mãdauit eos reſtitui,
& reſolutũ fuit in dicta relatione partẽ nõ debuiſſe cita
61 ri.Et ſcias etiã ꝙ † in cauſis cõmiſsis Cardinalibus ſu-
praſcripti ſeptẽ termini etiã ſeruãtur, & ꝓceditur corã
auditoribus ſuis,abſq; alia cõmiſsione.Aegi.dec.43.quę
62 refert Sar.in cõpe.ſignaturæ nu.48.in cã † vero priua-
tionis ob cõmiſſum delictũ,termini ſunt ſeruãdi, prout
in propha,ſecus quãdo agitur vigore regreſſus ob nõ ſo-
31 lutionem,ita fuit determinatũ in vna. Ro.parochia-
lis ſancti Valẽtini pro Reuerendiſsimo & Illuſtriſsimo
Cardinali Creſcẽrio,pro quo facſũt no. ꝑ Sar.q.vij.reg.
de ſubro.& facit deci.4.infra.de ſeq.poſ. Et aduerte,ꝙ
73 † poſt ſuſtam priuationis, non põt cõferri beneficiũ pri-
uati niſi lapſis decẽ diebus,datis ad appellandum,vt fuit
32 tentum in vna. Veronẽ. corã Reuerẽdiſsimo domi-
64 no Antonio Auguſtino de anno.1545. Quid † ſi ſerua-
tis terminis virtute vnius gratię,q̃s obtinet nouã gratiã,
puta ſi neutri,vel ceſſionẽ à tertio nõ collitigãte,an pri-
mi termini,ſeruãt & Aeg. dec.662.dicit, ꝙ ſeruãtur,&
non ſunt repetẽdi.Et ita etiã reperio fuiſſe dictũ in vna.
*33 * Valentina de Pego corã Tolomęo & in vna.* Cõch.
34 ſancti Michaelis corã dño de Puteo,& in vna. Bar-
*35 chinonen.corã Rauellẽ.in quibus cauſis voluerunt do-
mini ꝙ ſi impetratur ius nouũ, in tertia inſtãtia debeat
illud ius nouũ canonizari, prout in prima & auditor ha
bet iuriſdictionẽ virtute primæ cõmiſsionis,quę deciſi.
tamen procedunt ſi cõmiſsio nõ ſit reſtricta ad certũ ri-
tulum vt videbis infra ſup deci.15. licet Domini in vna.
*36 * Ro.ſancti Nicolai de Cęſarinis corã domino Veſta-
no voluerint contrariũ,quia in illa cã. Barrol.Merlotus
cum iã habuiſſet duas ſentẽtias ſup regreſſu, ob nõ ſolu-
tionem,quas Rota habebat pro iniuſtis ex quo aduerſa-
65 rius oſtendebat feciſſe certũ depoſitum.Bar.† impetra-
uit beneficiũ ob violationẽ ſequeſtri in odiũ enim violã
tis ſequeſtri Rota voluit cõfirmare primas ſentẽtias quę
in veritate nõ erant inioſtę ſed rigoroſę,& ideo tũc no-
tauit ꝙ licet violator ius ſuũ amittat illud ius, tamen nõ
tauit ꝙ licet violator ius ſuũ amittat illud ius, tamen nõ
37 xandrina contra offendẽres collitigãtes in vna. Tar-
uiſina feudi corã Tolomæo.Et ſic primæ duæ ſentẽtiæ
fuerũt cõfirmatę. De terminis aũt qui corã auditore ca-
merę ſeruãtur habebis in quodã formulario typis dato.

SVMMARIVM.

Statur ſoli iuramento cùm quis allegat ſe non poſſe conſequi iuſtitiæ complemẽtum in partibus quo ad reſcriptum obtinendum in curia.

EPITOME.

1 *Probatio per ſolum iuramentum quo caſu ſit ſufficiens.*
2 *Certior probatio haberi non poteſt quàm per iuramẽtum illius, de cuius animo dubitatur.*

Deciſio 3. *aliàs* 42.

SI impetretur cõmiſsio de ſpeciali mandato in qua narrat impetrans ſe non ſperare poſſe conſequi in partibus iuſtitiæ cõplemẽtum: ſufficit hoc probare † per ſolum 1
iuramentum impetrãtis:quia ea quæ cõſiſtunt in mente vel in animo alicuius aliter probari non poſſunt,de ſent.excõ.c.ſi verò.de reſcri.c. ſtatutũ. & ibi per Ioan. And.ſuper verſ.ſalrem.per proprium iuramẽtum.lib.vj.facit c. vt circa.eod.tit.& lib.

ADDITIO.

2 Nec põt haberi certior probatio quàm ꝑ iuramẽtum eius de cuius aĩo & ꝓpoſito dubitatur ſeu q̃ritur:vt inſt. de act.§.aliq̃.ff.de acc.l.ſi cui.§.1.ſſdẽ.& ꝑ Bar.in l.inter omnes.§.recte.ff.de fur.& in l.ij.§.ſi à pup.ff. pro emp.

ADDITIO.

Probare Adde Rot.in an.eod.titu,dec.lxj.& Bart.in l.inter omnes §.rectè.ff.de furt.vide Fel.in c.accedens. vt lit.nõ conteſta.nu.13.& ratio aſsignatur etiã per Phi. deci.in conſi.256.nu.9. quia in dependentibus ab animo ſtatur iuramento eius de cuius animo dubitatur: vt per glo.in alia,inſti.de acti.c.paſtoralis.de except.c.ſignificaſti el.primo,de homi.exceptio de non perhoreſcentia contra reſcriptum in dicta perhoreſcẽtia fundatum an ſit bona,vide Aegi.dec.45.vel eod.tit.dec.5.

SVMMARIVM.

Statur ſoli iuramẽto cum quis allegat ſe nõ poſſe cõſequi iuſtitiam in partibus quo ad reſcriptum obtinẽ. in curia.42.

EPITOME.

1 *Iuramento de perhoreſcentie ſtandum eſt.*
2 *Iuramẽtum perhoreſcentia recipit probationem in contrariũ.*
3 *Iuramentum prædictũ poteſt præſtari per habentem mandatum ad*

tum ad quodlibet alterius generis iuramentum præstãdum.
4 *Iuramentum perhorescentis nõ conualidat gesta in partibus.*
5 *Iuramentum præstitum non operatur quo ad iudices curiæ.*
6 *Causæ pendentes coram ordinarijs non auocantur sed dantur adiuncti.*

ADDITIO.

1 CVm ista † dec. concordãt dec. 23. de proba. & 61. de
2 rescrip. in ant. Aeg. † tamẽ dec. 45. dicit, ꝙ põt ꝓbari contrarium, & sic ꝙ tale iuramentũ non operatur præsumptionẽ iuris & de iure, & dicit cõtrarium ꝓbari, ꝑ indicia & ꝓsumptiones, & cũ Aeg. trãseunt oẽs in c. statutũ de rescri. cũ distinctione tamen Io. And. pro quibus est videdus Fel. in c. accedẽs. el. 2. vt lite nõ cõtest.
3 col. 5. nu. 17. Et facit dec. Cass. 1. de iureiu. vbi † ꝙ tale iuramẽtum potest præstari per habentẽ mandatũ ad iurandum de calũnia, & quodlibet alterius generis iura mentũ præstandũ, licet ad id mandatũ speciale requiraf, & subiungit ꝙ põt præstari in fine primæ aut secũdæ instãtię, refectis expẽsis propter Bullã Inno. Aduerte tñ quod de
*38 mẽse Maij 1545. corã * Tolomeo, fuit tentũ ꝙ per iu-
4 ramentũ † præstitũ nõ cõualidarẽtur gesta in partibus, nõ ꝓstito iuramẽto, sed dũtaxat in Rota, ꝙa bulla Inno. nõ habet locũ extra curiã. Et põdera illa verba dec. no-
5 straꝫ. ꝙ nõ põt cõsequi iustitiã in partibus, quia si † iurat, quis nõ posse cõsequi iustitiã corã aliquo iudice in curia, nõ starẽt soli iuramẽto, vt ꝑ Staph. fol. 172. & in alia impress. fol. 126. Quinimmo vt dicit idẽ Staph. fol. 177.
6 & in alia 130. causæ. † in curia, vel in partib⁹ corã ordinarijs pẽdentes, nõ auocãtur, sed dãtur adiũcti, & nõ statur simplici iuramẽto nisi coloref cũ aliquo grauamine parti illato, & nõ iuraf, nisi quãdo signatura cõmissionis habet clausulã, ꝙ recepto iuramẽto, & ratio est ꝙa quis nõ arctatur ad iustificandũ oĩa narrata, vt dicetur infra dec. 7. Et aduertas in practica ꝙ si in cõmissiõe nõ sunt illa verba, prout iurare paratus est: tunc Dñs regens non apponit in signatura illa verba recepto iuramento prædicto.

SVMMARIVM.

Opinio Io. And. posita in c. duobus. de rescript. lib. vj. hodie seruatur in Rot.

Decisio 4. aliàs 43.

*Opi. Io. An. Add. Rot. in an. de conces. præb. Dec. 11. & pro intel. legẽta tex. in d. c. duobus. vi de pleuè ꝑ Oldra. consi. 193.

VOluerũt dñi ꝙ opi. * Io An. posita in c. duobus. de rescri. lib. vj. sup gl. fi. in nouel. tanquã æqua & fauorabilis pauperib⁹: imò sẽm aliquos tanquã vera & iuridica ꝓpter clausulas nõ obstantiarũ, hodie in gratijs pauperũ positas, de cætero seruetur.

SVMMARIVM.

Opinio Io. An. in c. duobus de rescrip. lib. vj. hodie seruatur in Rota. 43.

EPITOME.

1 *Expectantibus habentibus pares gratias præfertur qui primò præsentauit executori.*

ADDITIO.

ISta dec. nõ habet clarã intelligentiã ꝙa in c. duob⁹ tra
1 ctãtur plures quæstiões, tamẽ credo qđ intelligaf, circa secundũ respõsum, dicti c. vbi dicit, ꝙ † inter habẽtes gratias pares præfertur ille qui prius præsentauit executori, prout dicit in dec. 5. infra de præb. & 58. hoc titu in anti. & habet idẽ in dec. 20. infra de cõcess. præb. Ideo de hac materia vide sup d. dec. 5. vbi multa dixi, ꝙa magis aptaf ad illũ titulũ & sẽm aliquos intelligitur, ista dec. de alio d. Io. An. dũ dicit qđ si sunt duo ꝓuisi in forma cõmuni sub eadẽ data, licet vni sit ꝓuisum põt alteri prouideri, propter clausulã nõ obstãte ꝙ pro alio scripsẽrimus, de qua in d. c. si duobus, & infra decis. 13. Aliqui etia nolũt ꝙ litera sit corrupta, & qđ velit dicere de opi. Io. An. in c. cũ in multis in fi. & sic cõcordabit cũ dec. 5. de cõs. præb. & 8. de cau. poss. in anti. vbi si notorie cõstat ꝙ acceptãs nõ habebat ius in beneficio acceptato, nõ est opus expectare sentẽtiã sup declaratiõe vt aliud accepta re possit, & facit dec. Cass. vltima de rescri. nu. 4. & aliquid habes ꝑ Staph. dũ tractat de durabilitate, literarũ vers. sed de istis in fi. fol. 111. & in alia impress. fol. 84.

SVMMARIVM.

Non sufficit per edictũ citare in vno loco.

EPITOME.

1 *Citatio per edictum decreta exequi debet ad minus in duobus locis.*
2 *Mandati forma est diligenter seruanda.*

Decisio 5. aliàs 79.

Et si proceditur processus non tenet tanquam factus contra non cõtumacem. de ma. & obe. c. inter quatuor. secundũ Ioan. mo. in d. c. cupientes. & Archi. iij. q. ix. c. omnia. & c. absente. & c. re vera. & c. chartæ. Et subdit Ioan. An. in præall. c. cupiẽtes. ꝙ quãuis ab homine non sit terminus assignatus nec sit appellationi delatũ, ꝙ literę per appellantẽ infra terminũ d. c. statuimus. impetratæ nullo modo valẽt: & sic talibus literis nõ obstantibus & appellantis absentia non obstante procedit curia hoc casu, & admittetur prosequens tunc appellationem etiam post terminũ. dummodò res sit integra. ar. in c. in causis. de elec. & ff. de censi. l. iij. secũdum eum, & etiam Inno. & Hosti. ibidẽ. Istud vltimum scilicet prosequentem appellationẽ admittendum, non videtur procedere nec in actore nec in reo. In actore enim non: quia pœna non seruãtis tẽpora. d. c. statuimus. est vt negotium non deuoluatur: vt in cle. causam. de elect. Item in reo hoc non videtur etiã posse procedere, si probarentur omnia tempora elapsa à die notitię quomodo libet habitę: quia si notitia talis præiudicat appellato etiã si notificatio facta non sit, vt. s. causa dicatur deuoluta: vt d. cle. causam. & procedi posset in eius absentia: ita ergo curret sibi tempus ad deducendũ illam ad curiam vbi appellans illam non deduxit. Si enim verũ est quod præmisi, ꝙ appellãs non seruasset tẽpora etiam re integra nõ posset in curia prosequi: idẽ esset in appellato non seruãte, si sibi notificatũ fuisset, vt vtriusque æqua esset conditio. Sed ex quo cle. causam æquiparat notificationẽ & scientiam appellati: idẽ dico in appellante qui per se sciuit, si à tempore scientiæ nõ seruauit tẽpora. Videtur ergo ꝙ posset reus s. appellatus prosequi nõ obstante lapsu tẽporis, vbi nec fuit intimatũ nec sciuit, & vide quod not Pau. in d. cle. causam. super ver. demũ. vbi colligitur, ꝙ hoc posset habere locũ in appellato prosequẽte etiã post tẽpora re integra. maximè quia quò ad appellantẽ negotium videtur deuolutũ, nec ei prouidet cle. causam: sed prouidet solum appellato. pro quo dicto. s. ꝙ in nullo possit habere locum facit quod not. Cõpost. & Archi. in d. c. statuimus. super versi. de iure. scilicet ꝙ iudex primo habet videre an tempora sint seruata.

SVMMARIVM.

Commissio accessoriè impetrata contra absentẽ non est ei, in partibus intimanda. Vel sic commissio ꝙ sola veritate inspecta &c. si in vim illius emanaret citatio legitima, potest deinceps per audientiam procedi. 115.

EPITOME

1 *Commissio accessoriè impetrata nõ est in partibus intimanda.*
2 *Mors procuratoris necessariò non est intimanda.*
3 *Mors procuratoris debet in partibus intimari.*

ADDITIO.

ISta secunda pars summarij intricat, & prima pars etiã non est clara: intẽdit dec. in summa, †ꝙ postquã causa est legitimè deuoluta, si fiat commissio, ꝙ procedatur summariè, & terminis abbreuiatis, ꝙ non est talis cõmissio intimanda reo in partibus, cùm ex quo fuit legitimè citatus, ad causam debuit venire vel mittere procuratorẽ. Et istud clarius habetur per Aegi. dec. 525. Contra hoc tamen videtur dec. 13. infrà de dolo & cõtu. quæ tamen loquitur in impetrante nouã gratiam, videbis ibi, & vide dec. Aegi. 492. vbi videtur dicere ꝙ noua commissio est intimanda, licet videatur sentire ꝙ de stilo seruetur contrarium: prout dicit non seruari, ꝙ intimetur † mors procuratoris, quam intimandã esse dixit, dec. 495. quæ dec. in effectu nõ seruatur vt fuit vltimo loco decisum in vna * Bononiẽ. bonorũ de Platesijs, coram bo. me. Io. Pau. Tolomeo tunc Rotæ decano. tamẽ in vna * Fulginatẽ. hæreditatis corã Reu. D. meo. D. Antonio Augustino cõsumatissimo sua ætate viro à quo ex eius benignitate, plures habui annotationes, & decisiones in Rota factas, decisum fuit, de anno. 1549. ꝙ bene † mors procuratoris est intimanda, & quòd pars debet de nouo citari ad legitimè comparendum. Anto. Maria Papaz.

1 2 3 1

SVMMARIVM.

Error nominis vel cognominis non vitiat cõmissionem, si per circunstantias potest de persona constare.

Decisio 16. aliàs 133.

* Error Add. de Innocẽ. & Fely. & alios in c. significãte. de rescript. & Bal. in d. l. si quis in nomine. de test. & l. fin. C. de hære. instit. & videtur text. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. & Bosti. plenissimè in Sũ. de rescrip. præsentatio. §. ratione autem.

ERror *nominis siue cognominis illius cõtra quem impetratur cõmissio: dummodò per aliquas alias circũstantias possit cõstare de persona, q̃ sit illa quæ in cõmissione est expressa, nõ vitiat processum habitũ cõtra personam eandem: maximè si fiat executio citatiõis vigore dictæ cõmissionis decretæ subvero nomine & cognomine, & citatus expresso vero nomine & cognomine procuratorẽ ad causam constituat. instit. delega. §. si quis in nomine. C. de testa. si quis. facit c. licet ex quadã. de testi. de cõsang. & affi. c. tua. alleg. etiã pro hoc dictũ Inno. in cap. significante. de rescrip. pro hac conclusione etiam faciunt not. per Ber. Ho. Archi. & Ioan. mo. in c. cùm in multis. de rescrip. super versicu. nominis. libr. vj.

SVMMARIVM.

Error in nomine illius, contra quem rescriptum impetratum est, non vitiat rescriptum, si per circũstantias Potest constare de corpore. 133.

EPITOME.

1 *Error nominis impetrantis non vitiat.*
2 *Error quando constat de corpore non vitiat.*
3 *Nomen exprimi debet.*
4 *Error debet proponi & allegari, & non sufficit quòd constet in actis.*

ADDITIO.

1 CVm † ista concordat Aegi. dec. 643. & induci põt ad hoc, quòd sufficiat constare de corpore, deciciusdẽ Aegi. 184. vbi habetur quòd valet processus habitus cũ Albizo de Medicis, cùm procurator constitutus sub nomine Bartholomei cõparuisset in prima & secunda instãtia, quod præsertim dicit procedere, cùm in tertia instãtia principalis declarauerit de eo sensisse. Et
2 quando † sufficiat cõstare de corpore, in istis terminis vide Fely. in c. significante. de rescript. vbi allegat hanc deci. & dicit secus esse, si erretur in nomine impetrantis commissionẽ, vel in eius dicec. & latè examinat materiam. Et q̃ †
3 si nõ est expressum nomen, sed dictũ sit cõtra. N. & omnes alios, vide per eũ, quia est vtile scire, & vide Sar. qui in materia nominis exprimẽdi multa congerit q. 30. de annali. & aduerte q̃ in impressione istius dec. est vna additio, quæ nõ cadit hîc: sed debet applicari ad dec. 11. infrà de appel. vt legendo vtrãque videre poteris, & ita reperies in alijs impressionibus. & ad hãc materiã vide aliquid per Staphi. fol. 185. & in alia impress.
4 fol. 135. versi. si petitur. Attẽde † q̃ nõ sufficit cõstare de errore in actis, nisi proponatur & allegetur: vt p̃ Aegi. de. 490. & ideo sufficit dare articulos correctionales ante cõclusionẽ: vt per Aegi. 497. & quo modo reuocetur cõfessio docto de errore. Aegi. 694. & infrà de pc. 19. q̃ procurator vbi reuocat confessionẽ, etiam nõ docto de errore in beneficialibus dubitans in profanis. super quo vide Aegid. 693. in fine & seq. & super d. dec. 19. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Gratiam obtinens ad beneficium vacaturum, per assecutionem pacificã alicuius cum clausula, vel alio quouis modo, etiam si non illo sed alio quocũque modo vacet, beneficium obtinebit.

Decisio 17. aliàs 143.

HAbens gratiam de certo beneficio cũ illud vacare contigerit, per assecutionem pacificam alterius beneficij & nominatim expressi cum clausula, seu quouis alio modo, vt habeant locũ iura hîc alleg. oportet hîc formare duas q. Prima si procurator generaliter vel cõiuncta persona assequatur pacificam possessionẽ secundi beneficij, an vacabit primum. Et respõdetur quòd nõ. Secunda q. est talis nunquid impetrãs habebit primũ beneficium vacãs per assecutionẽ alterius beneficij nõ expressati in literis. Et respõdetur quòd sic. de prob. si tibi absenti. in iij. glo. lib. vj. pro eadẽ conclu. faciunt not. per Ber. in c. ij. de post. præl. in glo. fin. & Spe. ti. de cõiunct. perso. §. j. versi. Item quod est causa spiritualis. qui alleg. not. in c. quia nos. de testa. licet illud non vacet per assecutionem illius beneficij expressi in gratia: sed per assecutionem alterius beneficij incõpatibilis illud debebitur impetranti vigore istius clausulæ, quouis alio modo, antedictæ, nõ alteri qui fortè postea per assecutionẽ beneficij per cuius assecutionẽ reuerà vacat impetrauit illud. ar. not. per Lap. de rescrip. c. susceptũ. lib. vj. & sic determinatur per collect. de prẽben. c. de multa. & dominum Ioan. de ligna. ibidem vide plenius suprà eod. dec. j.

SVMMARIVM.

Clausula, quouismodo, si expressus est in ea certus modus specialiter, per assecutionẽ sortitur effectum, etiã si alio modo vacet 143.

EPITOME.

1 *Clausula, quouis modo, expresso modo, per assecutionem.*

ADDITIO.

SVpra † ad deci. primam, vbi latè dictum fuit super hac clausula, & vide Cardinalem cõsi. 30. nu. 12. & in practica cancell. fol. 80. Ant. Mar. Pap.

SVMMARIVM.

Commissio super causis motis & mouendis obtenta extenditur ad causas tunc duntaxat exortas. mandatum extenditur ad futuras lites, dummodò mãdati verba non repugnent.

EPITOME.

1 *Mandatum procuratorium extenditur ad futuras lites.*
2 *Rescriptum cum clausulis generalibus an extendatur super controuersia orta post impetrationem.*

Decisio 18. aliàs 148.

COmmissio impetrata super causis motis & mouendis per impetrantem extẽditur duntaxat ad tunc & non postea exortas, etiam si statim inciperet postea cõpetere actio: puta, quia post impetrationẽ incipiat possidere, & spoliatus vult agere possessorio, nõ potest vigore prædictæ cõmissionis quæ non extenditur ad futura. ar. eorũ quæ le. & not. in cap. fin. de rescrip. sit
1 per verbo, ad futuras. Secus in procuratorio, † in quo quis constituitur procurator ad causas motas & mouendas: quod quidem mandatũ bene extenditur ad causas futuras. de proc. c. non iniustè. ff. e. l. iij. & iiij.

ADDITIO.

Adde hîc quod not. Ioan. Andr. in addi. Specul. tit. de rescrip. præsentatur. §. ratione quoq;. versi. item excipitur, q̃ est ad futuras. vbi dicit, q̃ cautius loquitur Host. versi. xvij. dicendo cũ tex. decre. excipitur. q̃ ad futuras
2 cõtrouersias trahitur. hoc enim intendit decre. illa, † q̃ habens rescriptũ cum clausulis generalibus in personis & rebus trahebat aliquẽ non nominatũ in rescripto super cõtrouersia orta post impetrationẽ procedit etiam cùm solùm in rebus erat clausula, & ipsum nominatum trahebat super tali cõtrouersia: si enim obtentum fuisset super futuris suspectũ esset, quia hoc nõ habet stilus. extra de sen, ex. c. ad hæc?. Si tamẽ apparet de veritate rescripti, & certa scientia papæ, parendũ esset. facit de test. spo. c. audita. in prin. & quod ibi scripsit post Innoc. & adde hîc, q̃ infrà decisione quæ incipit, Item si vnus ex tribus executoribus. de offi. dele. vj.

ADDITIO.

*Extenditur Add. Abb. post Inno. in ca. cũ olim. el. j. de rescrip. vbi tenẽt, q̃ quando aliqua exprimũtur in rescripto, q̃ ad illa extenditur iurisdictio, & ad accessoria expressa dũmodò maiora nõ sint. c. fedes. eo. tit. & latè per Fely. in d. c. cùm olim. & licet dicatur, q̃ rescriptũ regulariter non extendatur ad alias personas principali ter quàm cõtra quas impetratũ est: tamen extenditur ad successorẽ rei & vitij eius contra quẽ impetratum est. vt latè per An. de But. in c. quia de iudi.

SVMMARIVM.

Commissio super causis motis & mouendis obtenta, extenditur ad causas duntaxat exortas, Vel sic. Mandatum extenditur ad futuras lites, dummodò mandati verba non repugnent. 148.

EPITOME.

1 *Commissio super causis motis & mouendis, comprehendit causas duntaxat*

sas duntaxat exortas.

2 *Commissio prima sufficit etiam si impetretur nouum ius*

3 *Commissio sub verbis generalibus concipienda.*

4 *Agens virtute vnius gratiæ obtentæ de beneficio vno cum modo vacante, potest obtinere virtute alterius gratiæ obtentæ sub alio modo vacandi.*

5 *Sententia valet super iure superuenienti.*

6 *Processus in vim gratiæ, si neutri valet non obstante nullitate primæ gratiæ.*

ADDITIO.

1 CConcordat † cum ista deci.32.infra de procura. in fin.vbi vide.Sed contra hanc deci.facit de directo deci.sequens infra eod.vbi dicitur quòd valet commissio etiam super bonis, & rebus post commissionem acquisitis.Secundo etiam contra deci.facit deci.13.infrà
2 de dolo & contuma. vbi habetur † si impetratur noua gratia,videlicet si neutri,vel similis post motam litem, auditor potest in vim illius nouæ gratiæ adiudicare beneficium virtute primæ commissionis.Pro quibus vide super dictis deci.& Fel.in c.relatum.de offic. deleg.nu. 3.& Staphi.fo.148. & in alia impressi. fo.111.nume.52.
1 Pro solutione tamen considerabam,quòd hæc deci.in fi. sentit contraria procedere,quando cõmissio habet clausulã rebusq; alijs in actis causę deducendis:quia ista clausula est apta etiam futura comprehendere, & eo ipso ꝙ papa concedit commissionem cum ista clausula,sic con stat de intentione papæ,quæ sufficit,vt dicit hæc dec. in finalibus verb.vel secundo dici potest,& hanc credo esse
3 verã intelligentiã,ꝙ hæc dec.procedit,quando † exprimitur in commissione certa & specialis causa , propter quam ius cõpetit in beneficio:puta ꝙ fuit dictum,super beneficio mihi spectante virtute præsentationis,seu electionis quam peterem confirmari:in dec.verò sequenti impetrans de aliqua certa vel speciali causa non fecit mentionem,sed generaliter proposuit rem ad se spectare,vel reum sibi obnoxium,& hoc casu non est mirum, si liqueat postea,etiam ex causa de nouo superuenienti, de bono iure actoris,quòd auditor potest causam expedire,& hanc dist. iudicio meo optimè probat text.in c. abbate sanè.de re iud.li. vj.ver.sed ad hoc pars vestra respondit.pro quo vide omninò Soci.in regula,ius superueniens.Istis tamen obstare videtur dec. Aegid.662.vbi
4 † si quis egit virtute gratiæ obtẽtæ de beneficio vno certo modo vacante,potest obtinere virtute alterius gratię obtentę sub alio modo vacandi.sed aduertendum est, ꝙ dec.Aegid.procedit,quando commissio est generalis vt suprà.nam licet sibi ius competeret ex vno capite:tamẽ in cõmissione non restringit se super illo capite tantum sed cõmisit causam super tali beneficio ad eum spectan te.Gomes tamen in compendio signatur nu.76.respondet ad hanc dec. Aegi. ꝙ aliud est in profanis in quibus
5 † iudex non potest iudicare super iure superuenienti,cõtra dec.seq.in terminis.& Staphi.dum tract.de literis iustitiæ. verticu.non datur cõmissio super causis motis & mouendis.fo.174.& sequenti,& in alia impress.fo.128. allegat istas deci.& nihil soluit,sed transit sicco pede,vt ibi per eum.Tamen Cassiad.in deci.33.super regulis.nu.
6 6.dicit † iudicem posse procedere virtute gratię,si neutri,etiam si priores literæ paterentur mille deffectibus. Et ita etiam dicit Gomes in 7.q.regulæ de idiomate & 7.q.regulæ de non iudicando iuxta for. supplicationis. Si tamen commissio esset specialis : puta si quis diceret se præsentatũ & in commissione peteret committi auditori vt vocatis vocandis eum institueret,vel beneficiũ sibi conferret,iuxta clem. Auditor.de rescript. & tunc crederem auditorem non posse in vim gratiæ,si neutri, procedere,propter prędicta:nisi dicatur vt aliàs dictum fuit in quadam causa,quòd per literas,si neutri.satis dabæur iurisdictio auditori,quod credo verisimũ:quia in illis committitur quòd si per euentum litis sibi constite rit neutri litigantium ius competere, adiudicet beneficium impetranti. Et hinc est, quòd illa noua gratia est intimanda,vt dicit deci.13. infrà de dolo & contu. & sic illa intimatio habet quodammodò vim citationis, licet fortè intimanda non sit,quando cõmissio causæ principalis fuisset generalis,vt videtur innuere collector illius decis. Ideo commissiones semper latissimis verbis sunt concipiendę.Et scias quod domini secuti fuerunt d.dec.
*49 Aegid.662.de qua suprà nu.4.in vna * Gualchẽ.coram R.D. Prospero di sancta cruce nobili Romano,& episcopo Chissamen.& nunc apud serenissimum regem Romanorum sedis Apostolicæ nuntio & domino meo collẽdissimo qui ob eius optimas virtutes & acutissimũ ingenium in 22.ad aduocationis & in 27.suæ ætatis annis ad auditoratus officia promotus est. Ant.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

Commissio impetrata super bonis post impetrationem vel litem contestatam cessis seu donatis valet & tenet.

EPITOME.

1 *Cessio seu donatio facta per tertium lite pendente alicui litiganti valet.*

Decisio 19. aliàs 176.

COmmissio impetrata super bonis nõ tunc sed postea ante lit.contest.impetranti cessis & donatis valet & tenet: imò secundum aliquos si
1 cessio † vel donatio fieret post litis contesta. valeret & teneret.per c.abbate sanè.de re iudi.lib.vj.ratio.quia ius ipsius impetrantis commissionem impetratam non inficit ipso iure: quia sic tales exceptiones contingentes negotium principale possent obijci contra literas & litiscontestationem impedirent,contra casum ca. j.de lit.contest.lib.vj.& contra not.per Inno.in c.ex parte.B.de for.compet.& est casus in dict.cap.abbate. Contrarium autẽ dicere esset inducere , aut impetrationem commissionis non valere, aut impetrantẽ omninò non ius habere,quod esset absurdum.ergo ex quo inferebatur alia conclusio, quòd cessio facta alicui litiganti per tertium lite pendente valet & tenet,vt leg.& not.in capit. ij.vt lite penden.in cle.per Inno.in addit.& est tex.in d. c.abbate sanè.

SVMMARIVM.

Valet commissio impetrata super bonis post impetrationem,& forsan post litem contestatam cessis, seu donatis.

EPITOME.

1 *Commissio impetrata super bonis postea cessis vel donatis valet.*

ADDITIO.

5 HAec deci. † contrariatur proximæ præcedenti,vt est dictum super ea.Aduerte tam en,quòd in text. præsentis dec.deficit copula,& post illa verba contra literas,& sic sensus deci. quæ bene non intelligitur, erit quòd licet nullum ius competeret impetranti commissionem generalem : nihilominus valet commissio: aliàs si non valeret commissio,propter non ius impetrãtis,posset reus dando de non iure actoris impedire litis contestati onem,dicendo domine Iudex non habetis iurisdictionem:quia ante impetratam commissionem actor nullum ius habebat, & sic esset discutiendum de meritis causæ ante litem contestatam,& hoc voluit dicere Staphi.fo.174. &.128. in alia impress. & licet ipse non det exemplum:hoc posset procedere , si narrans in commissione se prouisum ab ordinario peteret committi causam super beneficio vacante per obitum apud sedem,quo casu iustè denegaretur causæ commissio, vt ipse dicit quod tamen raro euenit: quia cõmissiones artificiosæ concipiuntur sub verbis generalibus. Ant.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Commissio causæ in eo statu in quo erat coram primo auditore,valet de statu causæ aliter non expresso:de eo enim ex actis constabit.

Decisio 20. aliàs 214.

SI causa committatur in eodem statu * in quo erat coram primo auditore,valet commissio: licet status causæ nõ exprimatur specialiter. & est ratio:quia per acta primi auditoris poterit leniter & statim cognitare in quo statu est causa. argu.l.nominatim.ff.de cond.& demon.& sic non obli. c.inter monasterium.de re iud.& de dolo & contu.c.ex literis.cum ibi nota.hoc verum secundum aliquos, nisi

Statu. Add. xj.deci.infra e.ti.in an. Anto. de Bu.cõsi. 95.inca. Visis hijs quæ legun tur.& Gẽ.cõ. 120. in ij.col.

per huiusmodi commissionem auocaretur causa in totū à primo auditore: quia tunc de toto processu secundum eos oporteret fieri mentionem. arg. not. in loco prælle. & in c. audita. de resti. spo. & in c. cæterum. de rescri. & ibi per Innoc. Respondebatur quò ad hoc sufficere: si in commissione petebatur certam causam cōmissam certo auditori alteri committi, subdendo clausulam cōsuetam cuius causæ statum dignemini habere pro expresso, tunc enim papa committēdo alteri, videtur ex certa scientia committere & statum causæ pro expresso habere. argumen. not. in loco prælega. & in hoc finaliter omnes remanserunt.

SVMMARIVM.

Si committatur causa in eo statu, in quo erat coram primo auditore, valet commissio de statu causæ aliter non expresso: quia de eo constabit exactis. 214.

EPITOME.

1 *Mentio debet fieri de statu litis.*
2 *Clausula, cuius litis statum. &c.*
3 *Mentio de pluribus est fienda. vt hic.*

ADDITIO.

ANte omnia aduerte, quòd tex, est corruptus, dū allegat l. nominatim. ff. de condi. & demon. Vult di-
1 cere. ff. de libe. & post. Intellige † tamen dec. hāc, quando causa cōmittitur alteri, propter absentiā primi, vel mortem vt quotidie euenit in Rota, & idem esset, si causa committeretur eidem, vel iudici ordinario, secundum Fel. in c. cæterum. de rescri. & in c. ex literis. de of. deleg. facit dec. 4. Biseg. hoc tit. in fi. vbi vide latè. Quā-do verò causa auocatur ab vno, & cōmittitur alteri, tūc
2 est fienda mentio, de statu litis, saltem per † clausulam, cuius litis statutum, &c. vt dicit expresse dec. ista. Cum ista dec. concordat. dec. 11. hoc tit. in anti. & Cassa. dec. 2. hoc tit. licet expresse non approbat eam valere, sed dicit quòd hæc surreptio nō vitiat ipso iure, cum rescriptum non sit auocatorium, & sic sentit, quòd ope exceptionis inficeretur talis cōmissio: cauti tamē procuratores semper apponunt clausulam, cuius litis statum, & c. ad tollēdum surreptionē. Contra hoc tamen facere videtur dec.
3 6. suprà eo. vbi, † sufficit fieri mentionē, quòd causa pēdebat coram alio, & nihil dicitur de statu causæ exprimendo, quam dec. intelligo procedere, quando corā primo lis non erat habita pro contestata, propter not. per Fel. in c. cæterū. de rescrip. col. iiij. vbi dicit, quòd in datione adiuncti est fienda mentio de rescripto, quando lis est contestata coram primo, & q̄ quando lis est cōtestata debet etiam fieri mētio de processu, dicens etiā quod non solùm de rescripto debet fieri mentio, sed de omni notabili clausula, in eo apposita: puta q̄ causa erat commissa summariè prout in beneficialibus, vel cū clausula appellatione remota. Quando autem nō sit fienda mētio de processu in hoc casu: habes decem Falen. per eum. ibi in ij. iij. & iiij. col. Et dicit dec. 20. hoc titulo in anti. quòd etiam quando causa de partibus auocatur, de tali litis pendentia est fienda mētio, & idem dicit Aegi. dec. 46. etiam si causa penderet coram domino temporali. Et dum dicitur quādo alius iudex surrogatur in locum alterius quòd non est fienda mentio de processu primi, vide aliquid suprà dec. 11. vbi notaui, quādo secundus intelligatur surrogatus in locum primi, quòd procedit in iudicialibus nō autem in gratiosis, vt per Aegi. dec. 338. Et ad hanc dec. facit alleg. Lap. 88. col. col. iiij. Et quādo in impetratione literarum gratiosarum sit fienda mentio de lite, habes longam dec. i. Aegi. 102. 749. & 219. & 699. & facit dec. Biseg. 4. hoc titu. & dec. Cassiad. 18. de præbend. Et faciunt no. per Fely. in c. nōnulli. de rescr. in 2. Fallen. & in c. in nostra. eod. tit. 3. correl. & in c. Et ccedentes. de præscri. de clausula, pro expresis, de qua hīc, post Butri. consil. ij. vide cōsil. Soc. 272. 2. parte. Ant. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Gratia tertia faciens mentionem de secunda & non de prima nondum extincta, licet in secūda prima sit oblata dimitti, non valet.

Decisio 21. aliàs 220.

SIA. habens gratiam in forma pauperum impetret aliquod vacās beneficiū asserens se dimissurum prędictam gratiā in forma pauperum postquam pacificam possessionem dicti beneficij vacantis fuerit assecutus, & antequam possessionem pacificā huiusmodi beneficij habeat, impetret aliam gratiā iterum de alio beneficio vacante, faciendo mentionem de secunda gratia & non de prima scilicet quam habuit in forma pauperum: fuit conclusum per omnes hanc vltimam gratiam fuisse & esse surreptitiam, pro eo quòd non fecit mētionem de prima gratia, quæ adhuc mansit in suo robore nec erat extincta ante assecutionem huiusmodi secundi benficij per ipsum impetrati, & possibile foret ipsum nunquam assequi, & sic semper primam gratiā retinebit, & vigore illius aliquod beneficium cadens in gratiam suam poterit acceptare: & quia de illa non fecit mentionem, ergo, &c. de rescript. c. in nostra. si proponente. & c. ad audientiam el. ij. de prębend. si motu proprio. libro vj. *

ADDITIO.

HAec dec. i. est clara, & cum ea concordat decis. 40. de concess. præbē. in ant. & Fel. in c. in nostra. correla. 14. de rescrip. facit mentionem de ista decisi. allegando aliam dec. quā non reperio. Ant. Mar. Papaz.

SVMMARIVM.

Si causa committitur cum potestate citandi * reum in partibus, seruanda est forma Cle. causam. de electio.

Decisio 22. aliàs 228.

VOluerunt & ordinauerunt domini, quòd quando cōmittitur causa de speciali mādato cum potestate citandi in partibus, q̄ in modo citandi per omnia seruetur forma Cle. causam electionis, de elect. ita q̄ si non fiat diligentia de perquirendo personam citandam in loco domicilij si tutè id possit fieri: licet fiat citatio in beneficio de quo agitur etiam in ecclesia cathedrali non sufficit etiam si aliquis de ecclesia asserens se procuratorem citandi, dicat citādum fore absentem, & petat & recipiat copiam huiusmodi citationis, nisi cōstet de procuratorio legitimo ad hanc causam id asserētis. arg. eorum quæ le. & not. in d. Cle. causam. & c. constitutionem. eod. titu. in Cle. & c. procur. de elect. lib. vj. per Ioan. Andr. in nouel.

ADDITIO.

Intelligas de beneficio nō curato aliàs bene sufficeret ibi facta citatio & in cathedrali: vt j. decisio. quæ incipit. Item quòd in causa beneficiali. infrà de appellat. x.

SVMMARIVM.

Si causa committatur cum facultate citandi reum in partibus, seruanda est forma Cle. causam. de electi. 243.

EPITOME.

1 *Citatio quomodo exequenda in partibus.*
2 *Citatio quomodo exequenda quando agitur de simplici beneficio, & quando de curato.*
3 *Citatio quomodo exequenda quādo quis habet parochialem. & habitat in alia domo separata.*
4 *Residere debent clerici in beneficijs simplicibus remissiuè.*
5 *Citationis exequenda forma in profanis.*
6 *Citationis executio quando agitur de parochiali.*
7 *Citationis executio quando agitur super canonicatu vel alio beneficio simplici.*
8 *Diligentia fienda de reperiendo, & quòd statur iuramento.*
9 *Citari an debeat procurator extra curiam & quando.*
10 *Protestari debet aduersario, quòd seruiat, quando agitur super beneficio consistenti in distributionibus, & non sufficit protestari procuratori.*
11 *Citatio originalis semper affigenda ecclesiæ.*
12 *Copia est semper danda expensis citātis, prater quàm in executorialibus.*
13 *Copia concordans cum originali danda est.*
14 *Citationis executio cum verbo publicans est bona, ac si dictū fuisset, legi.*
15 *Copia non est danda expensis citantis, quando fuit dimissa copia in ecclesijs.*

Citatio

16 *Citatio contra vniuersitatem quando exequenda.*

ADDITIO.

1 HIc habes † formam exequendi citationes, quæ nō exequuntur per edictum: de quibus per edictum exequendis, fuit dictum suprà deci.5. De materia autem intimationis appellationis dicam sūper decisi.x. de appel. Et quia Cassad.deci.1.de appellat. clarè loquitur supervtraq; materia, vide eum ibi omninò. Cùm hac deci. concordat dicta deci.x. infrà de appellat. vbi quan-
2 do † sumus in beneficio residenti ā non requirente tunc debet fieri diligentia in domo: secus tamen dicit quando agitur de parœciali seu alio beneficio residentiam requirente: quia tunc sufficit intimare in tali beneficio & cathedrali illius loci. Et idē dicit dec.83. eo.tit. de appe. in anti. & clarius habetur per Egi. dec.414. & .369. Et facit etiam ad materiam istam Aegi. dec.576. & sequen. Quæ deci. procedunt iudicio meo, quando taliter citatus non probaret, quòd habebat aliud domicilium, ipsi citari facienti, vel publicè in loco illo notum: quia si id probaretur, non sufficeret executio citationis facta in parœciali, de qua tractatur: quia esset de directo contra cle. causam. in qua habetur, quòd debet fieri diligētia ad domum, & si domus in remotis existat, debet intimari in cathedrali loco domus, & vtroq; casu videlicet, quando fit ad domū, vel ad cathedralē, vt exponit glo. ibi debet exequi etiam in beneficio, vel ecclesia de qua agitur licet secundum formā ipsarum citationum debeant etiā exequi in parœciali sub qua citādus degit, & morat, igi
3 tur † tutius est quod si quis habet aliam domum, quod ad illā fiat diligentia & in parœciali sub qua domus existit, ac beneficio de quo tractaretur: videmus enim sæpe vnum Bononien. etiā nobilem & bene cognitum, habere parœcialem Imole. qui secundum aliam opinionem esset citandus ad illam parœcialem & cathedralem Imolen. quod tutum esse non crederem, ratione de qua suprà
4 posset tamen attētari, quòd † idem esset etiam in beneficijs simplicibus, in quibus etiam clerici de iure cōmuni tenentur residere: vt latè per Siluam in tract. suo de beneficio, quarta parte. q.3. Et dum dixi sufficere, quòd esset publicè notum domicilium, id sufficeret ad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, facit deci. vltima infrà de proba. Aegid. tamen dec.309. dicit, quòd sufficit executio facta in parœciali & illa de qua agitur, ac collegiata oppidi vbi est illa ecclesia dummodo pars iuret, quod non potuit apprehēdere aduersarium vel procuratorem, licet seruata non sit forma cle. causam. Aduerte autem in citationibus quæ mittuntur
5 ad partes, quòd † secundum stilum curiæ datur forma diuersa. Nam in profanis dicitur, quòd reus citetur personaliter, si fieri poterit sinautem ad domum, & parœciam suam, facta diligentia de reperiendo eum personaliter, si fieri poterit: sinautem ad domum, & parœciam suam, facta diligentia de reperiendo eum personaliter: & si ad domū non patet tutus accessus, tunc in parœciali
6 sub qua degit, & cathedrali. Alia † est etiā forma quando agitur de parœciali: quia facta diligentia de reperiēdo psonaliter, debēt citari in domo, si pateat tutus accessus ad eam, alioquin in parœciali de qua agitur & cathedrali & parœciali sub qua degit, & sic patet esse exequē dam in domo, si habet domū, quam tamen in dubio habare non præsumitur, ex quo tenetur residere in parœ-
7 ciali per supra d. Alia † est etiam forma, quando agit su per simpplici beneficio: quia tūc non citatur ad illud beneficiū, sed prout in profanis, nisi sit canonicus: quia citatur etiā in ecclesia vbi est situs canonicatus. Et dum dicitur, si ad domū non patet tutus accessus, attende q̄ non loquitur in casu cle.1.de iudi. id est, non loquitur de domo tantum, sed de domicilio quod cōprehendit totam ciuitatem, Barto. in l. domiciliū. ff. ad muni. multi enim errant in hoc propter istā dec. dicentē, q̄ sufficit seruare
8 formam d.cle. Ideo aduerte q̄ † semper in executione citationis debet dici, q̄ fecit diligentiā de reperiendo eū personaliter in ciuitate illa, in qua citandus est, vel eius domo, & si non habeat ibi domū, tunc cautius esset, si diceretur fecisse diligentiā de reperiendo domum, & proprerea eum citasse in cathedrali, loco domus, & in parœciali, vel beneficio de quo agitur: si tamen non sint apposita verba prædicta de diligentia, stabitur iuramēto partis, q̄ sit facta: vt per Aegi. d.dec.309. in fi. Cogita tamē quia d.dec.83. de appel. in anti. dicit, q̄ non debet hæc diligentia fieri ad domū, qñ agitur de parœciali, ex quo tenetur ibi residere, & credere, & credo illā dec. verissimā, nisi aliud exaduerso probetur: licet melius sit facere talem diligentiā: posset tamē saluari executio si facta non
*50 sit talis diligētia, vt tentū fuit de anno 1546. in vna * Feretrana parœcialis coram D.R. dixerunt enim dñi q̄ satis fuit illū fuisse citatū in cathedrali, & parœciali, in
9 qua tenebatur residere. Cautius etiā foret, quādo † aliquis habet procuratorē in cā quæ auocatur de partibus, si non reperto principali citetur procurator, vel diceretur facta diligentiā de reperiendo etiā procuratorē, propter verba d.cle. ibi vel procuratorē talē non inueniri, & propter d.dec.Aeg.576. vbi dicit, q̄ sufficit citare procuratorē, tū nunquā audiui hæc seruari in executione citationū, sed bene in intimatione appellationū, de qua loquitur propriè d.cle. vt sentit Aeg.dec.581. credere bene citandū esse procuratorē qui in prima instātia dedisset mandatū generale, præsertim si esset cū clusula, etiā ad cōparendū in Ro. Cu. quia cle. dicit vel procuratore in. d. cā specialiter cōstituto, licet aliās non sufficiat protesta
*51 ri procuratori, vt dictū in vna * Conchē. portionis corā
10 d. Vestano. † q̄ ad hoc vt quis posset cōdemnari in distributionibus quotidianis, necessariū erat protestari aduersario, & nō sufficiebat protestari procuratori. Et licet secundū formā cle. causam. & dec. Cass. 1. de appel. citatio
11 † non sit affigenda, qñ non citatur quis per edictū: tamē cautius est quod semper originalis citatio ad ecclesiā affi
12 gatur, & † copia dimittatur, vt dixi suprà d.dec.5. Et licet vitali, in .d.cle. causam, teneat qñ quis citatur ad domū, copiā tunc dandā expensis petētis: tū contrariū seruatur, nisi in executorialibus, propterearū formā, in qua dicitur expresè q̄ detur expēsis petentis: vt de hoc latè dixi d.dec,5. Et aduerte q̄ semper in executiōe apponas
13 illa verba, † copiā dedi cū originali concordantē & auscultatā. propter verba tex. d. cle: requirētia scripturā authenticā pōderādo tex. ibi, copiā modo prēmisso, fieri appellato. suprà enim loquēs de copia, dixerat sub scriptura autent. & pro hoc etiā facit dec.26, infrà de app. licet dicat, q̄ qñ legit citatio sufficit copia simplex nisi petat sub scriptura autentica. tū etiā executio saluaretur sine dictis verbis cū originali cōcordanti: quia est præsumendum pro notario. Et licet tex. d. cle nō dicat dandā esse copiā, & sit magna altercatio inter doc. qui arguunt in materia libelli: tamē cōis opinio est, q̄ nō detur expēsis actoris sed rei: vt refert Fel. in c.1. de libelli obl. & Bart. ibi relatus & alij plures dicūt attendi debere cōsuetudinē quæ in effectu est talis in hac materia, q̄ detur copia expensis citari faciētis. Et in veritate qui dicūt nō esse dandam copiā, fundātur, quia poterit de facili illā habere à notario causæ, vel videre originale, quę ratio nō militat in casu isto: quia poterit citari rusticus vel mulier qui nō intelligēt quod dicat citatio, & deinde q̄ notarius qui citauit recedat de illa ciuitate, & isti tales nō possent amplius habere copiā, prout in casu præcedēti, nec possent cōsulere peritiores, & sic nec mittere procuratorē instru
14 ctū. Et aduerte † pro saluādis executiōibus factis, q̄ etiā verbū, publicaui, impetrare pōt lecturā vel eundem effectū. Nam tex. in d.cle. in princi. dicit, q̄ qñ legitur citatio, nō est dāda copia, nisi petatur. & in .§. q̄ si forsan similiter dicit, q̄ facta publicatione non est danda copia, nisi petatur: prout in casu præcedēti, & sic isti duo casus æquiparētur, à lege, & hoc etiā patet ad sensum, quia nō video quo fieri possit publicatio, nisi legatur citatio in præsentia pluriū, & in loco publico, dicēdo igitur q̄ publicauit, satis videtur dicere q̄ legit. Nā publicatio processus testiū & instrumentorū, nō nisi legēdo vel per notariū, vel per partē, cui datur ipsa publicatio, vt habetur per Bal. in l.ij. C. quēadmodū testa. aper. & per spec. in ti. de instru. edi. §. omninò. in vltima carta. Crederē bene, q̄
13 † facta publicatiōe modo prædicto, si reus vellet habere copiā, esset dāda sumptibus suis: quia satis est, q̄ vna vel duæ copiæ fuerint dimissæ, cū tex. nō dicit, q̄ sint dādæ

plures copię, sed vna, q̃cũq; fuerit petita. De hac materia etiã videbis infrà de dolo & cõt. p dec. 8. & 11. habes etiã latè de hac materia p Soc. in tract. cit. pręsertim in 17. artic. principali, vbi ponit multas pulcherrimas quęstiones super citatione ad domũ facta, quas vide per te, & ponit latè de citatione cõtra interesse putantes, in 22. articulo & sequẽti. Et super d. dec. 8. videbis quid si reus malè citatus compareat, & an sufficiat probari scientiã,
16 quando nullo modo citatus fuit. Et quia quando * citatur vniuersitas, vel collegiũ in forma citationis, est clausula, q̃ citentur communiter vel diuisim, propter quàm clausulam sunt qui credunt, quòd sufficiat citare personas particulares vniuersitatis etiam extra collegiũ. Aduertendum est, quòd illa verba intelliguntur iuxta iuris dispositionem, videlicet quòd si facta intimatione capitibus Collegij, & ipsi noluerint congregare collegium, quòd tunc possunt citari particulares vt supra, & ita seruatur in practica. pro quo vide Soc. ibi articulo. xx. qũ. xx. & ibi etiam q. 19. habes quomodo citetur pupillus & minor, videas eum, quia non intendo trasplantare. Ant. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Auditor habens duntaxat articulum grauaminis vigore specialis cõmissionis continentis alia quàm grauamen actũ, procedere non potest, nisi prius articulo grauaminis expedito.

Decisio 23. *aliàs* 237.

VOluerunt & ordinauerunt domini cõcorditer, quòd licet plures cõmissiones etiam de speciali mandato habentes etiam clausulas, quòd si per iuformationẽ, & c. dirigantur & præsententur alicui de dominis auditoribus habenti dũtaxat articulum grauaminis: tamen ipse vigore istarum commissionum non debet nec potest procedere ad aliquem actũ: nisi primo expedito articulo grauaminis, quo expedito si pronuntiet bene processum & malè appellatum, remittet totam causam cum omnibus prædictis cõmissionibus auditori primo à quo appellatum extitit: vt ipse vigore illarũ procedat & faciat quod mãdatur fieri per dictum auditorem, cui prædictæ commissiones dirigebãtur, quia ipse ei in hoc succedit. Si verò ipse pronuntiet male processum & bene appellatum, retinebit totum negotium principale, & de illo cognoscet: & tunc primo vigore prędictarum cõmissionum procedet in causa, vigore quarum nullã habet potestatem procedendi, nisi in euentum quo primos auditor grauauerit. & quia euẽtus ille euenit, procedet & faciet iustitiam in dei nomine. argu. eorum quæ le. & not. in c. vt debitus. & c. cum in ecclesijs. & c. cum sit Romana. de appel.

SVMMARIVM.

Auditor habens duntaxat articulum grauaminis, vigore specialis commissionis continẽtis alia quàm grauamen, ad aliquem actũ procedere, nõ potest, nisi prius articulo grauaminis expedito. 237.

EPITOME.

1 *Articulus grauaminis prius debet expediri.*
2 *Clausula, cum toto negotio principali, quid operetur.*
3 *Clausula, quam & quas, cõprehendit æquè principaliter negotium principale.*
4 *Clausula, quã & quas operatur effectum suũ, etiã si cõmissio quo ad partẽ principalẽ sit subreptitia, & inhibitio affixa.*
5 *Causa in curia commissa nunquam reuertitur ad partes.*
6 *Clausula, quã & quas, quãdo causa cõmittitur extra curiã.*
7 *Causa cõmissa Cardinalibus nunquã cõmittitur inferioribus.*
8 *Clausula, quã & quas. introduxit negotium principale æquè principaliter.*
9 *Causa nullitatis & appellationis cõmissa vtraque venit æquè principaliter, adeo quòd deserta appellatione procedi potest in causa nullitatis.*
10 *Processus super negotio principali parte non opponente quando valeat omisso articulo appellationis.*
11 *Clausula, appellationis & totius negotij principalis sine dictione cum, tunc negotium principale venit æquè principaliter.*
12 *Processus super negotio principali est bonus, si partes consentiant omisso articulo appellationis. & sic nota quod iudex habet iurisdictionem.*
13 *Intellectus deci. Aegi. loquentium de negotio principali.*
14 *Processus super negotio principali omisso articulo appellationis etiam de consensu partium extra curiam non valet.*
15 *Deserta causa appellationis in curia an causa reuertatur ad primum iudicem.*

ADDITIO.

ADuerte quod in summario cadit pũctus ante verba, vigore specialis cõmissionis. Et sic in effectu habetur in hac dec. q. † si cõmittatur primò articulus grauaminis, & deinde fiant mille cõmissiones, q̃ subintelligitur clausula, in euentũ, q̃ primus iudex grauauerit, q̃ prius & ante omnia cognoscatur, & idẽ est
2 † si cõmittatur causa grauaminis vna cum toto negotio principali in eadem cõmissione, vt fieri solet, pręsertim in cõmissionibus de partibus, & hoc dicit ad literã, hæc dec. sic malè summata, & clarius dicit etiã de. Aeg. 419. quę cõcordat cũ ista, & quam ad hoc etiã ponderat Fel. in c. causam. quæ de rescrip. nu. 36. vbi plura dicit in hac materia. & in c. olim. de excep. t. & Franc. in c. sæpe. de appella. col. iiij. & v. Et ideo cauti procuratores, quando cõmittunt causam grauaminis in eadẽ cõmissione ap-
3 ponunt clausulam: Necnon † quàm & quas habent & mouent, habereq; & mouere intendunt super ralì ecclesia, vel prędio, & sic æquè principaliter, & via indirecta cõmittunt negotiũ principale sub inuolucro verborum, & ita est stylus vt refert Gomec. in q. 34. de infir. resid. nu. 4. inducendo tex. in c. si eo tẽpore. de rescri. lib. vj. & sentit etiã Fel. in c. personas. de appell. Et mirũ videtur, quòd hæc clausula, quã & quas. sic de facili cõcedatur, cũ sapiat auocationẽ: posset enim, appellari ab aliquo grauamine & cõmitti causã cũ ista clausula, postquã causa
*32 esset penè instructa: prout accidit in vna. * Bononiẽ. locationis bonorum inter illos de Peregrinis & Illust. D. Hermetẽ de Bẽtiuolis de anno 1547. coram Domino Baren. tunc Rotæ Decano, in qua ego credens sententiam diffinitiuã esse latã contra Peregrinos cõmissi causam
4 appellationis in curia, cũ ista † clausula, & obtinui inhiberi, & inhibitio fuit præsentata in partibus, & post illã iudex ille pronuntiauit, q̃ domini voluerũt q̃ inhibitio afficeret, propter istã clausulam, nõ obstante etiam quod opponerent inhibitionẽ non afficere post conclusionem, super quo fuit facta alia deci. de qua suo loco faciam mentionẽ, sed ratio quare conceditur ista clausula
5 est: quia quãdo † causa cõmittitur in curia super aliquo grauamine, nunquã reuertitur ad partes etiã super negotio principali: vt refert Gomec. in 2. q. procemij. postquã igitur signatura deliberauit cõmittere causam grauaminis per quam tota causa est deuoluta ad curiam, non inconuenit omnia cõmitti eidẽ iudici, & quod sibi æque principaliter cõmittatur negotiũ principale in quo tamen nolẽte appellante nunquã proceditur, nisi cognito super grauamine: si tamen appellatus vult procedere in negotio principali solet dari cõmissio, q̃ præfixo termino ad docendũ de appellatione, grauamine ac de prætẽsis, pcessu & actis quo nõ docto, procedatur in negotio
6 principali. Esset † bene aduertendũ ad cõmissiones causarum quę cõmittuntur ad partes, cũ in illis cadant prędicta: quia si pronũtietur male appellatũ sup̃ grauamine, causa reuertitur ad primũ iudicem, vt patet infrà. Et illud q̃ dicebã suprà, causas ad curiã deuolutas etiã super negotio principali, in curia cognoscẽdas, habet locũ nedum si causa de partibus, sed etiã si ab auditore cameræ cõmittatur in Rota, vt per Aegi. dec. 137. quinimò procedit etiã à quocunq; iudice fuerit appellatũ, si causa cõmittatur in ipsa Rota, vt dicit dec. 3. infrà de appel. in fi.
7 & d. dec. Aegid. 419. Est bene verum, quòd † vt dicit d. dec. 3. causæ cõmissę Cardinalibus nunquã cõmittuntur inferioribus iudicibus, vt dicit etiam Sar. in compendio signaturæ nu. 48. Et p̃ ista cessãt id de quo dubitatũ fuit in dec. 11. Biseg. de ap. vbi dubitabat, an si auditor Rotæ p̃nũtiauit, bene appellatũ, posset pcedere in negotio principali, absq; noua cõmissione, & itãte stilo, de quo suprà, q̃ tutũ negotiũ semp̃ cesset deuolutũ, fuit tẽtũ q̃ sic. Sed si dicat, 91, q̃d ergo operat clausula, quã & quas. si semp̃ negotiũ totu censetur deuolutũ. Respõdeo, q̃ qñ non est

apposita

apposita ista clausula,omninò est pronũtiandũ super appellatione,nec põt appellatus dicere procedatis super negotio principali:sed oportet eũ expectare sentẽtiã: quia in negotio principali non põt procedi,nisi post latã sententiã in cã appellationis:nec intelligitur cõmissum negotiũ principale,nisi post decisum articulũ appellatiõis
8 quãdo verò † est appolita ista clausula,tũc negotiũ principale venit æquè principaliter,& ita fuit aliãs resolutũ
*53 in vna * Ferrarien,dotis,pro Pasqualetis,contra Herculẽ Saxonũ.corã bo.me.dño Nicolao Aragonia. Et fa-
9 cit q; qñ † cõmittitur cã appellationis & nullitatis, cã nullitatis venit æquè principaliter,vt de anno.1548.tentũ fuit corã R.D.Sebastiano Pighino tũc episcopo Ferẽtino, & hodie Archiepiscopo Sipõtino &apud sereniss
*54mũ iperatorẽ pro sede apostolica nũtio in * vna Bononien.crediti. & ideo aliãs resolutũ fuit, q; perempta in-
*55 stãtia appellatiõis nõ perimit cã nullitatis in * cã Salamãtina abbate corã dño Vestano de mẽse Ianuarij 1546.
15 pi.98.Et ad ista facit dec.Aeg.520.vbi loquitur † quando causa est deserta in curia an iudex debeat remittere iudici à quo,& an tunc requiratur noua commissio:pro quo facit dec.prædicta.Biseg.11.de appella.quæ etiã notanda est in hac materia,vbi dicitur, q; postquã auditor Rotæ pronũtiauit male appellatũ super grauamine,non põt procedere in negotio principali sine noua cõmissio ne,propter facilẽ aditũ ad papã,quod verũ credo,si prima cõmissio nõ haberet ĩ corpore aliq d de negotio principali,propter hãc dec.Et ad hãc materiã possent applicari dec.Aeg.23.48.349.& 684.& not. per Fel.in c.G. perpetuus.de offic.dele.vbi habetur q; quis teneatur iustificare appellationẽ,& exhibere acta,& processum de partibus.Et ad prædicta etiam faciunt not.per Fel.in c. olim.de excep.& per Staphi.fo.171.in tract.de literis iustitiæ.ver.quãdo appellatur ab interlocutoria.& in alijs impres.fo.125.sed melius facit bulla Inno.super facultate dominorũ auditorũ vbi eis datur facultas procedendi super negotio principali omisso articulo appellationis refectis expensis,& faciunt notata per Fran.in c.vt debi tus.de appel.col.pen.& fina.Ant.Mar.Papaz.

10 uerte tũ,q; Biseg.dec.8.de appel.dicit q; † processus iudicis appellationis à grauamine super principali omisso articulo grauaminis, parte absente factus, nõ est nullus ipso iure,qũ pars à principio fuit citata ad totã causam, licet etiã nõ fuerit in casu illo præfixus termin⁹ ad iustificandũ appellationẽ,& ideo aduerte,q; etiã in casu clausulæ,quã & quas.licet nõ præfigatur terminus, processus nõ erit nullus ipso iure,vt optimè probat ista dec.licet litera sit corrupta aliqualiter: ex ea enĩ cõstat,q; qñ quis est citatus ad totã causam,vt citatur virtute d.clau
11 sulæ,quã & quas,q; procedi põt vt suprà.At † qñ est cõmissa cã appellationis cũ clausula , necnõ totius negotij priuilegijs,intelligit etiã cõmissum negotiũ principale: eq; principaliter: secus si apponat dictio cũ quæ de sui natura est cõiungere accessoriè,dictio verò, & cõiungit æquè principaliter,vt per Bart.in l.j.& iij.ff.de fid.instr. & Fel.in c.quãto.de iud.col.iij.habes tũ dec.Aeg.606.& 607.vbi dicit nõvenire negotiũ prĩcipale etiã si lit dictũ necnõ causam negotij principalis,nisi partes instãt.pro quo vide infrà de cã poss.sup dec.1.Quãdo aũt cõmissio nõ habet istã clausulã,quã & quas.Aegi.in dec.suis satis variauit.Nã in dec.347. dicit simpliciter q; auditor põt omisso articulo appellationis à grauamine procedere super negotio principali, & idẽ simpliciter dicitur in dec. 4.de foro cõp.in anti.pro quo etiã facit dec.9.de app.in eisdẽ,vbi si post appellationẽ à grauamine est lata diffinitiua,iudex ad quẽ,datus super vtraq; appellatione non debet cognoscere de grauamine tantũ,sed procedere super vtroq;. Alibi dicit Aegi.q; põt procedere super negotio principali,reseruatis expẽsis vel sãluo iure expensarum,vt in dec.eiusdẽ.117.in fi.& 129. vbi dicit hoc procedere solũ qñ cã cõmittitur in Rota,secus si ab ordinario appellet ad metrop.vt in d.dec.117.&d.dec.3.de app. quãuis dec.Aeg.419.dicat,q; etiã auditores Rotæ iurisdictionẽ suam multũ restringunt,sentiẽs ibi,q; non possunt cognoscere de principali,contra prædicta. Dicit ta
12 men q; † iudex de partiũ consensu,procedere põt in negotio principali,in d.dec.37.pro quo facit de.Fasto dub. 61.& d.dec.3.de app.& dec.63.& 71.de app.in anti.Imò Aeg.in d.dec.37.dicit q; de consensu solius appellantis iudex inuito appellato põt procedere sup negotio principali.Et hoc dicit Aeg.161.clarissimũ.quia quis põt renũtiare priuilegio suo,quo stãte ista clausula potius operatur pro appellato quam pro appellãte.Ideo caue quan
1 do appellatus est possessor , ne apponas istã clausulã, ne appellatus posit ex illa se iuuare , modo quo suprà,etiã
13 †dec.Aeg.& aliæ de quibus suprà,dum dicunt q; iudex procedere põt in negotio principali omisso articulo appellationis,sic indistincte loquẽdo intelligi debẽt instante appellãte per suprascripta:quia iudex nunquã procedit nisi parte instante,nec instãte appellato tũ procedere posset vt supra:licet Fastoli vbi suprà dicat, q; appellatus põt inuito appellante instare, q; procedatur super vtroq;,qũ nõ esset appellatũ,à grauamine separato à negotio principali:sed ibi vterq; appellauerat,& agebatur
14 de censuris. Nota † tũ q; iste cõsensus partiũ nõ operatur extra curiã:quia partes non possunt cõsentire q; causa non reuertatur ad ordinariũ , ad euitandum collusiones,vt dicit d.dec.3.de appe.in 3.addi. Et licet d.dec.Aegid.117.dicat cõtrariũ, videlicet q; si metropolitanus ad quem fuit appellatũ, procedat super negotio principali parte non opponente,tenet processus , illud fortè est ratione taciti cõsensus. Dictaverò dec.3.procedit in cõsensu expresso:multa enim tacitè fieri permittuntur, quæ expresse fieri prohibẽtur.facit id quod dicitur de procuratore,qui põt tacitè permittere sentẽtiã trãsire in rem iudicatã,non tamẽ põt renũtiare appellationi, vt not.in l.cùm quid.ff.si cert.pe.dicit tamẽ d.dec.3.q; si est Papa vel talis iudex qui possit adiri per quærelã, q; tunc partes possunt cõsentire. Et idem dicit Biseg.dec.6. de app. in antiq. vbi etiã tractatur quãdo articulus grauaminis non recipit diuisionẽ à negotio principali,vt quãdo appellatur à diffinitiua,& an possit cognosci de nullitate omisso articulo appellationis,pro quibus facit alleg.La-

SVMMARIVM.

Gratia,si neutri,debet facere mentionem de qualitate beneficij,modo vacandi,& reseruatione:aliter est surreptitia.

Decisio 24. aliàs 238.

1 VIt dubitatum vtrum † subexecutor sententiæ diffinitiuæ: non in dignitate constitutus posset taxare fructus in quibus victus fuit condemnatus.& videbatur aliquibus quòd sic:maximè si in hoc partes expresè consentirent:cùm iste sit vnicus & certus articulus,qui potest de expresso consensu partium per iudicem siue executorem etiam extra locum in quo deputatus est,expediri:vt in.§.in nullo quoque.in cap. statutum.de rescript. libro sexto.quod cap.etiam non habet locum de iure in executoribus sententiarum & gratiarum secundum Ioan.mo.Archi.& Ioan.Andr. ibidem. Hoc verum in meris executoribus datis ad prouidendum vel exequendum : secus verò in mixtis & assumentibus sibi iurisdictionem & cum causæ cognitione procedentibus.tales enim debent esse in dignitate cõstituti vel canonici * ecclesiarũ cathedralium secundũ doctores antedictos:.Cùm igitur prædicta taxatio fructuũ requirat vocationẽ partium & causæ cognitionem: dixerunt omnes domini pauci exceptis non posse expediri huiusmodi actũ requirentẽ causæ cognitionẽ,nisi ꝑ executores siue subexecutores in dignitate constitutos: etiã si partes ambæ in hoc vellent consentire.quia.§. in nullo quoque

Infrà de offi. del.deci.8.

Suprà eo.29.

* *Canonici. Add Dom.in c.dudũ. de rescrip.li.vj. & Fely. in c. pastoralis.de off. dele.in iij.col. versi . vtrum verò abbatis.*

lo quoque. superius allegatus non habet locum quò ad personas, sed bene quò ad loca. Mihi tamen sub dubio vi debatur ꝙ licet in prædicta taxatione requiratur partis vocatio, illa duntaxat fit ad instructionem & informationem summariam habendam de illis: & ad interloquendum super ipsis quæ etiam posset fieri in partis absentia: vt le. & not. per Innoc. in ca. auditis. de procu. faciunt etiam ea quæ le. & not. in cle. iudices. de offi. dele.

2 tum etiã quia huiusmodi taxatio † est quoddam accessorium ad executionem sententiæ, quod potest expediri sicut principale ar. de reg. iur. accessorium. lib. vj. & hoc tenet expresse Gui. de mon. lau. in extrauagan. sedes apostolica. Contra hanc opi. meam fuit alleg. quædam not. Inno. in c. de cætero. de sen. & re iudi. ꝙ licet merus executor, puta sententiæ, posset aliquas probationes recipere ad sui instructionẽ super aliquibus oppositis vel propositis coram eo: tamen nunquam de hoc posset iudicare siue diffinire, sed debet & tenetur supersedere, & totum negotium sufficienter instructum ad superiorẽ remittere: quia prædictus executor vt ponebatur in facto, nedum probationes super valore fructuum receperat: sed etiam illum articulum diffiniuit fructus taxãdo, & partem ad soluendum per censurã ecclesiasticam compellendo. hoc per dominum auditorem huiusmodi causæ totum factum fuit annullatum, & de nouo per eundem auditorem fructus taxati. In quam sententiam ego postea motus ex dicto Inno. Superius allegato consensi: licet Hostien. ibidem teneat contrarium. Pro cuius opinione faciunt plura iura quam pro opinione Inno. videlicet, de rescri. c. si quando. c. cum adeo. c. ad aures. c. constitutus. c. postulasti. c. ad audientiam. & c. si proponente de offi. deleg. c. ex parte. & c. super eod. de ap. c. dilecto. & ibi Io. An. in nouella.

SVMMARIVM.

Subexecutor sententiæ, non in dignitate constitutus, fructus, in quibus quis condemnatus fuit, taxare non potest. Vel sic. Executor, ad taxationem fructuum in vim diffinitiuę, deputari non potest ille qui nõ est in dignitate constitutus. 403.

EPITOME.

1 *Subexecutor ad taxandum fructus, debet esse in dignitate cõstitutus.*

2 *Fructus etiam à solo separati comprehenduntur sub mandato executiuo,*

ADDITIO.

1 POsset addi ad hoc summarium, † ꝙ licet executor merus sententiæ possit aliquas probationes admittere ad sui instructionem: tamen debet negotium remittere ad superiorem, & in istis executoribus non requiritur dignitas. Et faciũt ad hanc dec. not. per Staphi. dum tractat de literis iustitiæ fol. 175. vers. latis tribus sententijs, vbi etiam allegat dec. 14. infra de re iudi. vbi quando committitur taxatio fructuum. Auditor tamen potest taxare fructus etiam post tres sententias perceptos, cum distinctione tamen, de qua ibi. pro quo facit

*59 illud ꝙ fuit decisum in causa * Placentina castri Sar

2 matis, ꝙ † fructus etiam à solo separati, qui tamen pendebant quando fuit decretum mandatum, comprehendebantur sub mandato executiuo, quia sunt pars fundi per tex. in l. fructus. ff. de rei ven. quod tibi seruiet sæpe, præsertim in materia sequestrationis. Et ad materiam præsentis dec. facit alleg. Lapi secundavbi latè de executore sententiæ, de qua materia habetur etiam latè per Felyn. in cap. de cętero. de re iudi. & in cap. pastoralis. §. quia verò. & in cap. cùm ordinem. de rescrip. qui ad hoc allegat dec. 15. infrà de dolo & contu. vbi videbis. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Gratia nouæ prouisionis in qua est tacitus defectus, de quo papa ex dispositione iuris vel ex cancellariæ regulis scientiam habere potuit surreptitia non est hoc dicendum. Vel sic. Omnis taciturnitas gratiã apostolicam non vitiat: sed illam tantùm, quam si papa sciuisset, gratiam denegasset.

EPITOME.

1 *Gratia nouæ prouisionis an taciturnitate vitietur: taciturnitas illa impedit gratiam, quam si papa scisset, ipsam denegasset.*

2 *Rescriptum contra legem quo casu sit validum.*

3 *Papa nouam faciens constitutionẽ generali consuetudini contrariam, censetur ipsam consuetudinem velle tollere.*

4 *Expressio non est in notorijs necessaria.*

5 *Expressio falsa citius vitiat rescriptum quàm taciturnitas.*

Decisio 32. aliàs 468.

EXtra Rotã suppositio isto facto. R. vtriusq; iur. do. habẽs gratiam * de canonicatu sub expectatione prębẽdę, dignitatis, psonatus seu officij eccleśię Creten. canonicatum & præbendam ac cãtoriam dictę eccleśię vacantem vigore dictę gratiæ de facto acceptauit, cum de iure nõ posset: quia canonicatus & præbend. ac cantoria erant specialiter reseruatæ? vt patet per reseruationẽ de qua constat: & etiã quia cãtoria est dignitas maior post põtificalẽ, & post istam acceptationẽ factã, fecit exponi papæ formã gratiæ & dictæ acceptationis nõ facta mẽtione, ꝙ gratiã specialiter haberet, vel nõ haberet de dignitate post pontificalẽ, & hoc exposito obtinuit tunc à papa de canonicatu & prębend. prædictis prouideri sibi tanquam specialiter reseruatis, reseruationẽ obtinẽdo, etiam expresione facta in literis, ꝙ dicta cãtoria dignitas est maior post pontificalẽ. Opponitur contra literas antequam expediãtur per cancellariã, ꝙ non expediantur, vel ꝙ expeditio prima executioni nõ demandetur. pro eo, quòd talis prouisio nõ valet: cũ in literis expeditis prædictis excepta fuerit dignitas maior post pontificalem. & de hac exceptione in suppositione & in literis huiusmodi prouisionis nõ fit mẽtio vt exceptio: sed contraria positio. Quæritur an talis oppositio sufficiat ad impediendum literas vel executionẽ antedictas, saltem quò ad cãtoriam? Et sic primò videtur ꝙ oppositio talis sit bona & sufficiens: quia qũ alicui obstãt plura impedimẽta licet fiat sibi gratia de sublatione vnius, nõ propter hoc tollitur aliud: & ideo adhuc alio remanẽte, totum adhuc remanet impedimẽtum. ff. de ser. vr. præd. l. si domus. de fil. presc. ij. de auctoritate & vsu pallij. c. ex tuarum. de priuil. c. pastoralis. Modo dicta exceptio non valebat ex duplici causa. Primò, quia gratia nõ se extẽdebat ad dignitatẽ huiusmodi maiorẽ. Secundò, ꝙa * reseruatæ erant & non est sublatum nisi secundum impedimentum: ergo in vno impedimento adhuc remanet.

1 Tertiò † quando aliquid in gratia exprimitur vel tacetur, quo non expresso vel tacito papa gratiã denegare potuisset: ergo est surreptitia & nulla. de electionibus. capitulo. Dudum el. ij. & capitulo. ad audientiam. de rescriptis. capitulo ij. de prębendis capitulo. dudum. lib. vj. Modo hîc videtur expressum, quòd virtute dictæ gratiæ & acceptationis sibi dicta cantoria deberetur: nisi reseruatio obstaret, quod est falsum: quia ex alio capite acceptatio non valebat: puta, quia dicta cantoria sub dictis literis nõ cadebat. Item tacuit quòd dignitas maior post pontificalem in dictis literis erat excepta, quod tacitum si expressum fuisset, mouisset papã ad non concedendum: ergo, &c. Cõtrarium pũto: quia aut vitiaretur dicta gratia prouisionis per falsi expresionem, aut per veri taciturnitatem, cùm de potestate collatorũ & habilitate prouisi ac vacatione minimè dubitatur, sed neutrum eorum potest dici: ergo, &c. Dico primò, quòd nõ fuit defectuosa per falsi expresionem vel suggestionẽ, nisi diceretur in hoc quòd suggesta est acceptatio, cùm pro eo solo fuisset vitiosa, quia beneficium reseruatum. Sed breuiter dico, quòd hoc nullo modo videtur papæ suggestum: quia non sequitur hoc impediuit: ergo non illud, cùm plura possunt esse impedimenta, quorum quodlibet per se sufficiens esset, vt probant iura superius allegata facit capitul. cùm pro causa. de sententia excõmunica. Secundò, quia non sit surreptitia propter taciturnitatẽ: quia si hoc diceretur, hoc esset propterea, quia tacitũ esset in gratia prouisionis, ꝙ in gratia vigore cuius fuit facta acceptatio, fuerat facta exceptio maioris dignitatis post põtificalẽ, sed hoc nõ obstat, quia nunquã vitiat gratiã huiusmodi taciturnitas, qũ in casu ex narratione & forma prouisionis debet verisimiliter esse notum.

* Gratiam. Ad hanc dec. vide Felin. in nostra. in v. correla. & Aegid. post hanc dec. fol. literam. 69

* Vtrum enim vnus casus impedimentum. Vide casum infrà dec. 33. num. 1.

tum.sic est in proposito:igitur patet primum,quia quando facit actum qui potest certo obstaculo impediri, si sciat obstaculum illud,& est in eius potestate, illud tollere videt,esto ꝙ nec de hoc aliqd dicat, nec hoc de aliquid dicatur sibi,videtur ipse velle tollere istud.ff.de excusat.tutorum.l.idem Vulpianus.§.fi.&.ff.de re iudi.l. quidam consulebant.ibi est de necessitate.ff. de hæredi. instit.l.pe.ad quid enī oportet aliquid dicere alicui quod ipse per seipsum verisimiliter scire debet, certe frustra. vt.ff.de ac.emp.l.j.& l.ea quæ.ff.de ædilit.edict.§.si intelligatur.cum si.abidem alleg.pro quo faciunt not. Ia-Pe.Cy C.si contra ius vel vti.pub.l. omnes . circa prin.

2 videlicet ꝙ licet † rescriptū non valeat contra legem:tamen si facta est talis narratio facti in rescripto, ꝙ princeps cognoscere potuit rescriptum esse contra l. licet de hoc in rescripto nil dicatur expresse,seu ꝙ nō dicat non obstant.tali lege.valet rescriptum . idem die secundum not.Io.And.de rescrip.in nouel.c.j.priuilegium siue rescriptum concessum per principem valere,& ius commune tollere,licet de illo non faciat mentionem : quia in scrinio pectoris sui censetur illud habere.l. omnium. C.de testa.Item facit quod not.Io.An.in glo. de consti.

3 c.j.lib.vj.ꝙ papa faciens † nouam constitutionem generali consuetudini contrariam , videtur velle tollere dictam consuetudinem:pro eo ꝙ præsumitur illam scire, etiam si de ea mentionem non faciat.facit ad hoc quod notatur de excess.prelato.c.j.lib.vj.Item facit quod not. Fred.de Senis in tractatu suo de rerum permut.conclusiõe vj.vbi dicit ꝙ impetratio beneficij ex causa permutationis obtenta non valet si beneficium est reseruatum & de reseruatione non est mentio facta,nisi sit generalis & pluribus nota:quia tunc præsumeretur, ꝙ papa illam sciuisset,& tunc expressio necessaria non fuisset in notis per prius. Dictæ rationes satis videtur esse claræ: videlicet ꝙ ex forma narrationis papę debuit scire veri similiter , ꝙ in gratia prima excipiebatur dignitas electiua: quia istud est notum ex papali constitutione,plus quam notoria,ꝙ in omnibus huiusmodi literis ponitur

4 dicta clausula exceptiua : in notorio † vero admonitio vel expressio necessaria non est.hinc est,ꝙ licet emptor debeat emptionē venditori denuntiare : tamen vbi esset notorium,non esset opus denuntiare:vt de ac.emp.l.emptor.in rub,Item alia ratione secundo deducta:quia aut dicis papam fuisse deceptum in hoc : pro eo ꝙ credidit, ꝙ forma sibi expressa hoc importaret,ꝙ sub ea tali dignitas comprehenderetur: aut pro eo ꝙ ipse putauit, ꝙ in prima gratia fuerit facta mentio expressa , quòd dignitas maior huiusmodi cõprehenderetur sub ipsa: quia non videtur,quod ex alia opinione potuisset. Sed neutrum dici potest. Non primum : hoc enim esset ponere in principe errorem iuris,quod esset absurdum . vt in c. j.de consti.lib.vj.Certum enim est de iure moderno secundum constitutionem domini nostri,quod sub generali gratia non cõprehenditur dignitas maior post pontificalem,etiam si non poneretur clausula exceptiua: vt habent ordinationes Io.xxij.per omnes summos pontifices confirmatæ.Nec secundum:quia non est verisimile papam dimittere:vt i.si putatur.ff.ad leg.Aquil.Secun-

2 do videtur verisimiliter , quòd papa debuit idem iudicium facere,de eo quod sibi non appareat,& de eo quod non erat:vt l.iij.& l ruptilia polla.ff.de contrahen.emptio.quia verisimile est,quod papa debuit præsumere, quod non fuit posita clausula in primis literis , per quæ in eis huiusmodi literis comprehendi valeret: tum quia hoc non est consuetum,imo prohibitum fieri, nec credo factum adhuc fuisse de tẽpore papæ moderni: tum quia si ita esset , verisimile est quod dictus R. de hoc fecisset mentionem in secundis literis , vt eas facilius obtinere potuisset:quia quilibet præsumitur velle esse diligens

3 in iure sibi acquirendo:vt de arbi.ca.j.cùm si.ff. de probat.l.cùm de indebito.in prin.& in fi.& l.si politum.eo. tit. Concludendo ergo ex præmissis papam in concessione nouæ prouisionis non fuisse circumuentum:& per consequens dictam gratiam minimè reputari seu vitiari tanquam surreptitiam . quod principaliter probatur

5 sic:quia licet falsæ † omnes expressiones quæ potuerũt mouere principem,verisimiliter ad facilius concedendum regulariter vitiant gratias:quia literę habent tacitam conditionem, si preces veritate nitantur , tamen, non omnia tacita,quorum expressio mouere potuisset ad denegandum gratiam,vitiant:sed ea * solùm de quibus reperitur expressum,vel de quibus in iure est cautũ, quod eis expressis eam gratiam nullatenus concessisset. Hinc est,quod licet papa ita libenter daret beneficium magni valoris sicut parui,de huiusmodi dignitate valet gratia,nec ex taciturnitate huiusmodi vitiatur,licet secus si minoris valoris expressisset:vt not.glo.in clemẽ.j. præalleg.quæ vult,ꝙ concessio facta per papam criminoso valeat ipso iure.quod not.Innoc.de concess.prœben. c.proposuit.& c.cum nostris.& probat.c.inter dilectos. de excess.præla. & c.accedens. de accus. tamen si fuisset crimen expressum,hoc valde potuisset mouere ad denegandum vt de æta.& qua.c.eam te.cum si.Modo ita est, quòd hîc non possumus dictas literas arguere ex falsi suggestione:quia non reperitur aliquid falsi suggestum, quod papa propter hoc ꝙ in præmissis literis non fuisset adiecta clausula exceptiua dictam nouam prouisionem denegasset:imo verisimile est magis de contrario attenta dignitate impetrantis.& ꝙ gratia ista noua fuit data super aliquo iure ipsius,& c. Ad rationes factas in contrarium:& de prima notum est,quod non est impedimentum collationis , & inquantum tolleret impedimenta, videtur vtrunque tollere.vnum expresse & aliud tacitè per prædicta.Ad secundam rationem sufficienter est respondum per primam rationem huius partis.

Vide Gal. consilio.vj. de præb. Fely. in c.super literis. 2.col.& c.postulasti.3. col. de rescrip.

SVMMARIVM.

Gratia nouæ prouisionis,in qua est tacitus defectus, de quo papa potuit habere scientiam, ex dispositione iuris,vel ex regulis cancellariæ,non est subreptitia.Vel sic Omnis taciturnitas non vitiat,sed illa tantum quam si papa sciuisset,gratiam denegasset.Vel sic . Maius est vitium subreptionis in exprimendo,quàm in omittendo. hoc.d.466.aliàs 468.

EPITOME.

1 *Mentio eorum quæ sunt publicè nota,non est necessaria.*

2 *Mentio an sit facienda de reseruatione generali,& quid de speciali.*

3 *Mentio semper fieri debet de qualitate personæ,per cuius obitum vacat beneficium.*

ADDITIO.

HAbes aliam similem quasi de verbo ad verbum per Aegi.698.Cùm autẽ supra dec.7.& 21.dictum sit de surreptionis,materia,hîc tantum dicam super difficultate quæ habetur hîc in ij. col. huius deci. in

1 versi.Item facit.quod not.Fede.vbi dicit, quod † impetratio beneficij ex causa permutationis obtenta, non valet,si beneficium erat reseruatum,si non fuit facta mẽtio de ipsa reseruatione:nisi reseruatio sit generalis , & pluribus nota,& sic præsupponit etiã de generali reseruatione non esse fiendam mentionem quando est nota, Et videtur inferre , quòd secus sit in speciali reseruatione similiter nota , & quod minor ratio sit in generali quàm in speciali, quod videtur contra decis.21.infrà de

2 præben.vbi licet † de speciali mentio non requiratur, de generali tamen mentio semper est facienda : prout etiam de qualibet reseruatione mentio fieri debet, aliàs collatio est nulla:vt in decis.33.de præbend.in antiq:. Et quia Felyn.multum laborat super hac contrarietate in c.in nostra.de rescrip.coreila.5.qui contra solitum confuse loquitur:sed in effectu sentit,ꝙ de speciali non contenta in regulis est fienda mentio:de generali verò sem per debet fieri mentio,nisi sit in corpore iuris, vel publice nota.Et ratio est.quia existẽtia in regulis præsumuntur nota:& de hijs quę sunt nota papę mẽtio nũ requiri

3 tur.Dicit tñ ipse,ibi in fi.ꝙ † semꝙ debet exprimi qualitas personæ,propter quã vacat beneficiũ:puta an sit capellanus, vel collector &c. vel an beneficiu vacat in curia,hoc enī expresso satis papa põt scire an sit reseruatũ, & vide eundẽ ibi corela.8.& dec.Aegi.425.& 728. Ego aũt crederẽ,ꝙ in hoc casu nulla esset differẽtia inter ipecialem,& generalem,dummodo.constare possit, quòd esset nota papæ : prout sentit hæc decisio in dicta

ij.col.ver.ij.quia non sit subreptitia:facit dec.14.de rerũ permutat.in anti.vbi si fiat permutatio coram ordinario tacito de alijs beneficijs,valet: quia præsumitur habere notitiam de eis:secus si fit coram papa. Pro quibus faciunt not.per Felyn.d.c.in nostra.corell.29.& in c.veniens.col.ij.de præscrip.Et satis conferunt ad hoc decis. Cassa.1.2.5.& 7.de reserua.vbi etiam habes an reseruationes inductæ per regulas sint generales,& vide eund. in dec.23.de præben.& melius in dec.12. Ibidem inueni tamen post congestionẽ de qua suprà,Eneam de Falco. in tract.reseruat.super 4.effectu reseruat.fol.24.clarissimè declarãtem hanc difficultatem, vide eum qui melius dicere nõ potuisset.Et quò ad vltimã partem summarij ꝙ maior sit defectus fallitatis expressæ quàm taciturnitas,facit id quod dixi supra dec.7. An.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

Canonicus præbendatus in secunda gratia tenetur facere mentionẽ de canonicatu ac præbenda huiusmodi, si præbẽdæ sunt distinctæ,aliàs sufficit,ꝙ facit mẽtionẽ de canonicatu:& canonicus nõ debet esse sine prębenda. sed sine canonia bene potest esse præbendatus.

EPITOME.

1 *Canonicus præbendatus aliud beneficium impetrans facta de canonicatu nõ præbenda mẽtione an gratia surreptitia sit.*

2 *Quæ papam vt concedat aut deneget mouere possunt in gratijs exprimenda sunt.*

Decisio 33. aliàs 449.

* *Habens Add.Cassa.de præ.deci.17. nu.6.*

1 QVidam † habens * canonicatum & præbendam in certa ecclesia, impetrat aliud beneficium vacãs faciens mentionẽ de canonicatu,sed non de præbenda.dubitatur vtrum gratia ipsius esset surreptitia.Et vi debatur aliquibus,ꝙ non : quia canonicatus trahit ad se præbendam,sed nõ econtra.quia canonicatus nõ potest nec debet esse sine præbenda saltẽ diu.j.q.iij. si quis obiecerit.de præben.c.relatum.Sed præbendarius potest esse non canonicus:vt in c.super specula.de magis. vt le. & not.de cõsti.cum M.Præterea præbenda nascitur ex canonia tanquam filia à matre.xij.q.j.c.de quibus. in d.c. relatum.c.dilectus.eo.tit. Dicitur autem à pretio quod quis recipit pro labore suo,non à præbeo præbes iuxta illud.non à præbendo rectè præbenda vocatur. sed magis à precio.cuius amore datur:prout not.Guil.de mon. lau in cle.si iuxta.de præben. Videbatur alijs dominis & maiori parti contrarium:quia iura canonicalia & iura præbendalia sunt distincta,& in distinctis bonis consistunt:prout le.& no.in d.c.cùm.M.per Inno. & Host. & ideo iura prohibent à nullo præterquam Papa posse dari ius ad vacaturas præbendas:vt in cap. proposuit.de concess.præben.ergo &c.Præterea si de iure quod habeo ad rem:puta de expectantia ad præbendam debeo & teneor facere mentionem:vt in c.in nostra.de rescri. multò fortius de iure in re:puta præbẽda actualiter obtenta quantumcunque modica.eo.ti.c.si proponente. de præben.si motu proprio.lib.vj.Plus enim mouisset papam ad non concedendum prædicto impetranti, si expressisset se canonicum præbendatum quàm solùm canonicum:quia præbenda habet plus commodi & tẽporalitatis quàm canonia:vt in iuribus & dec. superius al-

2 leg. Cùm † igitur omnia quæ possint papã mouere ad denegandum vel cõcedendum sint in gratijs exprimendæ:vt in c.cùm adeo.c.ad aures.c.constitutis ad audientiam.& c.si proponente.& d.c.si motu proprio. & vide not.ibi per Ar.& Ioan.An.in nouel.ergo videbatur maiori parti prædictam gratiam fore surreptitiam.hoc verum secundum me de canonicatibus & præbendis distinctis:secus in distinctis.præsertim consecutiuis quas quis consequitur;eo ipso ꝙ canonicatũ adipiscitur:vt in c.fi.de conce.præben.lib.vj.Idem de portionibus præbendalibus etiã vbi esset certus numerus canonicorum sed non præben.de quibus per Innoc.in c.dilectus. & c. dilecto,de præben.in quibus casibus præbendæ censentur annexæ canonicatibus,& sunt de iuribus & pertinentijs ipsius de quibus non tenetur quis facere mentionem.ergo.c.translato,de constit.de præben. exstirpandæ.& c.super eo.lib.vj.Fuit ergo conclusum & consultum domino auditori, quòd informaret se de distinctione vel indistinctione canonicatuũ & præbendarum dictæ ecclesiæ,in qua dictus impetrãs asseruit canonicatum obtinere.

SVMMARIVM.

Canonicus præbendatus in secũda gratia tenetur facere mentionem de canonicatu ac præbenda huiusmodi,si præbendæ sunt distinctæ,aliàs sufficit, quòd faciat mentionem de canonicatu. Vel sic. Canonicatus nõ debet esse sine præbenda : sed sine canonia bene potest esse præbend.b.d.47.aliàs 449.

EPITOME.

1 *Mentio debet fieri de præbendis quando sunt distinctæ.*

2 *Præbendæ distinctæ quæ dicantur remissiuè.*

ADDITIO.

CVm ista dec.concordat dec.2.Biseg.in tit.de præb. & dec.72.de rescrip.in anti.sed istud summarium nõ est super difficultate resoluta per dec. quę aliud

1 non intendit nisi decidere,an † gratia secunda in qua fit mentio,ꝙ quis erat canonicus,sit subreptitia,ex quo nihil fuit dictum ꝙ obtinebat præbendam. Et distinguit, quòd aut præbendę sunt distinctæ,& debet fieri mẽtio, de canonicatu & præbenda: si verò non sunt distinctæ, tunc sufficit fieri mentionem de canonicatu , quia præ-

2 benda tunc in consequentiam venit, † Quando autem præben.dicantur:distinctæ,habes satis clare, per Fel.in c.cùm M.de consti.nu.28.Et de hac materia per eundẽ. in c.postulasti.nu.29.& 33. cum pluribus sequentibus.de rescrip.Et in terminis huius deci.satis clarè loquitur.in c.cum adeo.de reser.& vide etiam aliquid per eundem. in c.eam te,& in c.in nostra.corel.3. eod.titu. & aliquid habes in dec.Cas.17.de præbẽ. Et de materia canonicatus.vide infrà de prẽb.super dec.25.& per Staphi.fo.45. & 106.& in alia impress. 41.& 81. Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Si committatur causa & causæ cum potestate citãdi, potest impetrans vigore dictæ commissionis prosequi appellationem aduersarij.

Decisio 34. aliàs 493.

SI cõmittatur * causa,& causæ quã vel quas mouere intendit a,contra b, super certo beneficio cum potestate citandi in curia extra & ad partes : si pars impetrans huiusmodi cõmissionem non recipiat citationẽ ad partes:sed producat appellationẽ interpositã per partem aduersam in partibus, & vigore illius petat procedi,licet in prędicta cõmissione non dicatur causa appellationis:nihilominus tamẽ auditor vigore dictæ appellationis pót procedere.Ratio, quia nõ est dubium quod causa appellationis est causa propter quã totum negotiũ principale ad curiã extitit deuolutũ , si debita forma sit seruata: tum etiã quia per huiusmodi appellationẽ apparet de causa quã prędens a,contra b,& super quo mouet seu mouere intendit:tum etiã quia si verbum appellationis expressisset in cõmissiõe etiã citius obtinuisset, sic quod non est tale tacitum quod papã mouisset ad denegandum,igitur ista taciturnitas nõ obest. de rescri.c. super literis.tum etiam quia superflua & abũdans cautela non nocet:ergo,quia ex abundanti.quia forte dictã appellationem tẽpore cõmissionis nõ habuit , vel si habuit,vtrum deuoluebat dubitauit : ergo cõmissiouẽ impetrauit.quę quidem citatio, scilicet hominis citationẽ iuris videlicet appellationem non excludit: operantes: enim augmentum:diminutionem operari non debẽt.de priuile.c.in ijs.de præben.c.cui de non. libr.vj.&c.

* *Committatur ordinario & ejus subdelegato appellationis causa de ejus dec.*

SVMMARIVM.

Si committatur causa,& causæ,cum potestate citãdi, potest Impetrans vigore dictæ commissionis prosequi appellationem aduersarij.493.

EPITOME.

1 *Commissio causæ quã habet quis contra B. capit causam appellationis interpositæ in partibus per B.*

2 *Processus cõtra actorem qui impetrauit solùm commissionem, non tenet,nisi citetur in partibus.*

3 *Impetrans commissionem pro alio sine mandato , condemnatur in expensis & interesse.*

4 *Pœna conuentionalis exigitur in materia cuiclionis.*

ADDI

ADDITIO.

1 ISTud summarium non cõcludit,& in effectu dec. hoc dicit,ꝙ † si.A.cõmittat causam quam habet seu habere intendit,super tali re,absq; eo ꝙ citet.B. eius aduersariũ,qui in partibus appellauerat:virtute talis commissionis,potest repetita appellatiõe pro parte.B.interposita in causa procedere:licet in commissione nihil dictum fuerit de huiusmodi appellatione. Ratio est: quia verbum,causam,potest optimè comprehendere causam appellationis.Et cũ ista dec.cõcordat alia infrà de officio deleg.11.& infrà de appella.60.&.61.vbi habetur,ꝙ valet appellatio interposita per falsum procuratorem, & ꝙ appellatus potest vti commissione nomine appellantis,etiam sine mandato impetrata,nec per ipsum ratificata,& procedere in causa,vt ibi videbis,& facit dec. 6.infrà de appel.& prima infrà de elect. vbi habetur ꝙ appellatus potest procedere contra appellantem virtute appellationis,per ipsum interpositæ, & etiã sibi non intimatæ,& ibi vide quæ notaui. Contra dec.prædictam tamen videtur facere duæ decis.Aegi. videlicet 456.& 462.vbi dicitur,ꝙ si.P.contra Io.commissionem & citationem obtinuit,& illa non executa Io. velit procedere:opus est ꝙ ipse obtineat nouam citationem, in vim illius primę commissionis, vel secundum dictam decis. 456.tam in vim illius primæ quàm alterius commissionis,quam tenetur facere Io.pro absolutoria obtinenda. Ecce ergo ꝙ non potest procedi nisi citato.P. Pro solutione tamen huius contrarij dicendum arbitror, ꝙ licet istæ dec.videantur contrariæ:tamen omnes tendunt ad vnum finem.Et si rectè percipiatur sensus huius dec.nostræ & aliarum dec.de quibus suprà non dicunt, ꝙ virtute talis commissionis possit procedi,sed virtute appellationis,quæ deuoluerat negotium ad curiam, & habuerat vim citationis.In casu autem Aegi.pars non erat citata,nec causa deuoluta:ideo non est mirum si non poterat procedi in causa nisi citato.P.contra quem puto procedi potuisse,etiam sine noua commissione:cùm cõmissiones in Rota sint distributiones,& excitent tãtum iurisdictionem,vt dicit d.dec.61.& sunt communes vtrique parti:vt dicitur in hac dec.& dicã latius super dec. 6.de appel.& ad hoc facit dec.17.infrà de dolo & contu.vbi dicitur expressè,quod actor impetrauerat commissionem,& recesserat de curia,& Domini noluerunt quòd reus veniens posset procedere contra actorem eo non citato:prout etiam idem dicit dec.7.de verbo.signi. in antiq.cum distinctione tamen,de qua ibi.Ideo cogita,& videas quæ scripsi super d.decis.6. & alijs infrà de appel.& d.deci.17.Rota enim approbauit d. decis.17 in
*60 vna *Leodien.& in vna Valentin. coram Domino Puteo 24.Ianuarij,1543.vt reperio Annotatum per bo.
2 me.Tho. de Thanis. Nos enim hodie seruamus, ꝙ † si reperitur præsentata commissio contra me ad instantiã principalis,vel legitimi procuratoris, procedimus ipso citato,vel eo absente per Audientiam contradictarum
3 † si verò impetrata sit per assertum procuratorem obtinemus commissionem in qua mandatur Auditori vt præfixo termino tali asserto procuratori ad docendum de mandato condemnet eum in expensis ac damnis & interesse ac declaret beneficiũ propter talem commissionem non esse litigiosum,& etiam quòd talis assertus procurator promiserit de rato sub pœna ducentorum ducatorum. Domini nolunt ꝙ talis pœna exigatur in hoc mundo,cùm semper habeant equitatem præ oculis
4 omni rigore prætermisso, † Consueuit tamẽ Rota condemnare in pœnis conuentionalibus in materia eui-
*61 ctionis,vt in * vna Bononien.bonorum de platesijs,in qua erã procurator corã boneme.Paulo de Capizuchis, olim Rotæ Decano,& postea Episcopo Neocastren.patruo.R.P.D.Io. Antonij nuper etiam in eodem sacro Auditorio recepti ob huius bonam indolem non minus de eo quàm de patruo sperandũ est. Anto. Maria Papaz.

De consuetudine.

SVMMARIVM.

Consuetudo valet,ꝙ vxor succedat viro in mobilibus, iuribus & actionibus liberis extantibus.

EPITOME.

1 *Pars tertia legitimæ & iure naturæ debita,an prætextu consuetudinis diminui possit.*
2 *Ius naturale minui potest,sed non in totum tolli.*
3 *Ius agnationis pacto tolli non potest.*
5 *Ascendentis successio debetur proximiori descendenti ratione cognitionis.*
6 *Filiorum successio & legitima portio quo iure procedat.*
7 *Testatorum dispositio quo iure rumpi posse dicatur.*
8 *Renuntiari an possit futuræ successioni per pactum iuramento vallatum.*
9 *Legitima dicitur loco alimentorum succedere.*
18 *Filius potest propter delictum excludi à legitima.*
11 *Legitima tolli potest per statutum municipale.*

Decisio 1. *aliàs* 18.

VIt dubitatum & in relationibus positum:vtum valeret consuetudo, *qua cauetur quòd vxor marito habenti bona mobilia & immobilia succedat in omnibus bonis mobilibus etiam debitis & creditis liberis extantibus.Et videbatur aliquibus quod non quia consuetudo non prævalet iuri naturali: imò ipsi contraria est, irrationabilis & potius dicenda corruptela,& per consequens non est præscriptibilis etiam si omnes homines de mundo eam obseruarent per infinita tempora.xxxij.q.vij.flagitia.de consuet.c. cum tanto.& ibi not.sed hereditas patris debetur ipsi filio de iure naturæ.ff.de re.iu.l.iura sanguinis.& de pact.l. ius agnationis iuncta l.filius.ff. de suis & le. hæred. melius ff.vnde libe.l.scripto.& j.di.ca.ius maturale.ibi dum dicit,liberorum successio,cui iuri naturali per consuetudinem derogari non potest:vt suprà probatum est. ergo &c.quod est verum in toto, sed in parte non sic: vt not. Din.in propria materia de reg.iur.indultum.lib.vj. Pro qua conclusione faciunt not.per Ber.& Ioan And. post eum in nouel.c.tua.& c.à nobis.de deci.& de consue.super rubrica,& per Innocen.in c.fina. At in casu nostro consuetudo non tollit ius successionis liberorum in toto: puta in omnibus bonis,sed duntaxat in mobilibus. ergo & cætera.Et sic fuit determinatum & conclusum post publicas relationes ipsam consuetudinem valuisse & va-
1 lere.Pro † qua conclusione ego alleg. notan. Ab. positam in cap. Raynutius. versi. consuetudinem. vbi ipse Ab.not.prætextu consuetudinis etiam partem tertiam legitimam & debitam de iure naturæ diminui posse, quod dicit melius alibi non haberi:sicq; secundum eum esset clarus rextus pro dicta conclusione. imò secundum domi.Aegid.quidam domi.Pet.Bertrandi qui fuit Cardinalis sanctę Ro.ec.fecit quandam lecturã solemnem super lib.vj.decreta.& tenuit in c.ij.de cõsue.c.li.valere statutũ adimens etiã in totum legitimã appellatam bonorum subsidiũ debitã filijs.Ratio sua fuit potissima.qa de iure naturali voluntas testatoris debet adimpleri: vt insti.de re diui.§.per traditionẽ.ff.si quis à patre manu. fue.l.nõ vsq;.& xiij.q.ij.vltima.c.volũtas:quæ tamẽ sæpe per ius ciuile immutatur per quærelã inofficiosi testamenti,quæ est iuris ciuilis.ff.de inoff.test.l.si nõ mortis.§.si quis.iuncta l.filio.§.vlti.ff.eo.ti.& quod ibi not. Item ius dicẽdi testamentũ nullum ratione præteritionis est iuris ciuilis:quia non cõpetit nisi in potestate cõstitutis:vt.ff.de libe & posthu.l. si quis posthumos.§.si filiũ.& ff.de iuiust.rup.& irrit.fact.testa. quæ tamẽ prima potestas de iure ciuili est:vt instit.de pa.po.§.j. & ita ante ius ciuile cuilibet ciui romano licebat de bonis suis disponere pro libito voluntatis:vt in primo capite legis falcidiæ cauebatur.vt ff.ad leg.fal.l.j.in prin. ergo hæc oĩa alio iure ciuili tolli possunt:vt instit.de le. ag.tu.§.fi. & ff.de capi.dimi.l.has causas.In eadẽ opinio.est Dyn. per idẽ motiuũ in effectu in d.c. indultũ. licet illud per alia motiua & multũ apte deducat.pro hac opi. facit c. Raynutius.de testa.in fi. cum ibi not.per gl.ibi cùm dicit,ꝙ contra voluntatem testatorum lex Falcidia inducta sit.& quomodo illud intelligatur ibi vide. Breuiter
2 concludendo † puta dominus Aegi.secundum quod est in princ.conclusum,quòd hoc ius naturale in totum tol-

li non

* Cõsuetudo. *Add.deci.vij. eo.tit.in anti.*

li non poteſt,ſed bene minui vel augeri poteſt. Primum probat.quia talis cõſuetudo expreſsè militaret cõtra rationem naturalẽ,quæ clamat vbique ꝙ filius ſaltem in aliqua portione patri ſuccedat.vt in d.l.ſcripto.ſuperius alleg.& in auten.de hæred.& fal.§.j.&.§.ſi quis autem non implens.col.j. Ratio huius ponitur ff.de libe.& po. l.in ſuis.& ex qui.cau.mi.l.cùm miles. Quid enim legalius eſt quàm proprium filiũ ad paternam ſucceſsionem admittere.in auten.qui.mo.na. effi.ſui.§. eſt ergo ſciẽdum.in prin.facit optimè xviij.q.iiij.c.ſi. de iureiu. c.quintauallis.& quod no.C.de epiſ.& cle.ſi quis ad declinandum.ergo nõ valet conſuetudo cõtraria:vt C.quæ ſit lon.cõſuetu.l.ij.& in d.c.fi.de conſuetu. Fallit hoc ex cauſa ex qua poteſt fieri exhæredatio:vt in autẽ.vt cum de ap.cog.§.aliud.&.§.cauſa. & not.etiã d.c. quintauallis.tunc enim ceſſat ratio naturalis propter rationẽ naturalem contrariã fortiorẽ,quę habet,quòd delicta nõ remaneãt impunita.ff.ad leg.Aqui.l.ita vulneratus.de ſenten.exc.c.vt fame. Nec obſtat motiuũ Per.Bertrandi & Din.quia licet ceſſarent omnia remedia iuris ciuilis:tamen nihilominus id qđ inter omnes dictat ratio naturalis eſſet debitæ executioni mandandum.ſicut ſolet dici in contractibus à iure gentium introductis. argu. ff. de mino.l.quod ſi minor.§.fi.ſecundũ Iacob. de Are. ſicut enim ciuilis cõſtitutio non tolleret contractus iuregentium in totũ:argu.inſti.de iur.na.§.ſed naturalia. igitur nec hoc caſu. Probatur ſecũdum ſcilicet ꝙ per conſuetudinem ius naturale poteſt augeri vel minui:quia quota à iure ciuili ſimpliciter eſt introducta. ergo alio iure ciuili vel cõſuetudine quæ vim legis habet,poteſt augeri vel minui:vt in iurib.ſuperius alleg.quod intelligo verum,dummodo diminutio non eſſet ita notabilis,ꝙ cenſeretur peremptio vel nimis enormis:quia tunc eſſet irrationabilis per prædicta,& de deci.c.ſuggeſtum.

ADDITIO.

Et in honore ſanguinis l.j.§.largius.ff.de ſucce.edic. ſed iura ſanguinis nullo iure ciuili tolli poſſunt.ergo nec ſtatuto.quod non eſt aliud quàm quædam ciuium conuentio.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. l.de quibus. & l.ſed.ff.de legi.

ALIA ADDITIO.

3 Vbi ius † agnationis pacto tolli non poteſt.

ALIA ADDITIO.

4 Vbi † aſcendẽtis ſucceſsio debetur proximiori deſcendenti ratione cognationis.

ALIA ADDITIO.

Quia iura naturalia immutabilia ſunt. inſtit. de iur. na.gen.& ciui.§.ſed naturalia.nec ea iuris ciuilis ratio corrumpere poteſt:vt inſtit.de legi.agna.tu.§.fi.ſed re-
5 ſponde quod licet ſucceſsio † filiorũ & ius legitimę portionis proceſſerit ex iure naturali:tamen ex ea naturali ratione quæ eſt variabilis in quãta & in quota & in modo portionis prædictæ,vt infrà dicã. Vel poteſt dicere, quod legitima debetur filio de iure ciuili nõ naturali: vt not.in auten.de hæred.& fal.§.j.&.§. ſi quis aũt. vbi dicit,ꝙ lex imponit neceſsitatẽ parentibus vt relinquant filijs legitimam.ſed conſtat legem eſſe ius ciuile:vt.ff.de iuſti.& iur.l.ius autẽ ciuile. Item à iure ciuili quota eſt aucta.vt d.auten.nouiſsima.vnde nomine origene quotitate & entitate de iure ciuili dicenda eſt. & ſecundum hoc omnia contraria ceſſant.

ALIA ADDITIO.

6 Et † ſiç ius rumpẽdi ortum trahit à iure ciuili: quia ante ipſum ius ciuile nõ erat via aliqua prodita ſeu apta ad rumpendum teſtatorum diſpoſitionẽ:ſimilitervia petendi ſupplementũ legitimæ data eſt à iure ciuili: vt l. omnimoda.C.de inoffi.teſta.ſi ergo hæc iure ciuili ſunt introducta,nimirũ ſi ſtatuto quod eſt ius, ciuile illa tollantur.l.de quibus.& l.nõ eſt nouum.ff.de legi.not.gloſ. in dicta l.j.in prin.ff.ad le.Falci. & per hoc ceſſant rationes omnes contrariæ ſupra factæ, & fundatæ ſuper iure ſanguinis & naturæ quæ intelligũtur in ſucceſsione inteſtati nullo ſubſiſtente ſtatuto. Præterea ius ciuile priuat filios ex certis cauſis deſcriptis in.§.aliud quoque capitulũ.hic alleg.& in auten.non licet.C.de libe.prete. igitur & ſtatutũ poterit priuare:vt dicta l.omnes populi. Nam ratio ſtatuti fuit fauor publicus conſeruandarum familiarum cauſa inuentus,ſecũdum Bal.in l.maximum uitium.C.de lib.prete.videmus inſuper quod licet iure naturę hæreditas patris ſit debita filio,vt ſapiũt argumenta in contrarium facta: tamen quota & quãta non eſt de iure naturali,ſed ciuili:vt l.xij.tabularum.C. de legi.hæredi.in auten.de triẽ.& ſemiſ.§.j.in auten.de hæredi.& fal.§.j.& §.ſi quis autem.& hæc ratio cõcludit quò ad diminutionem.plus dico quod ſiue de iure naturali ſiue ciuili hæreditas & etiam eius portio in bonis patris ſit debita filio:tamen circa hoc variè reperitur in iure diſpoſitum. Nã antiquitus debebatur totum patrimonium patris filio:vt l.in ſuis.ff.de li.& poſtu.& inſt. de hæred.quę ab int.§.ſuiſ poſtea ſuperuenit ius codicis, & totum illud reſtrinxit ad quartã: vt l.cùm quæritur. & l.ſcimus.C.de inof.teſt.demũ ſuperuenit ius autenticorum alterans & limitans dictã portionem ſecundum numerum filiorum:vt in autẽ.nouiſsima.C.de inof.teſt. ſi hoc facere potuit ius ciuile: cur & hoc nõ põt ius municipale,ſcilicet detrahere,alterare & diminuere? Ratio diuerſitatis pro nunc mihi nõ occurrit. Nõ obſt.ſi dicatur quod tale ſtatutum tollens filio vel diminuens portionem ſuã foret iniquũ,ergo non valet,cùm lex debeat eſſe ęqua & iuſta,rationabilis & honeſta:vt iiij.di.c.erit
7 autẽ lex. Nam certum eſt quod per pactũ † iuramento vallatum renuntiatur futuræ ſucceſsioni.c.quamuis. de pact.libr.vj.iuncto cap. non eſt obligatorium.de regul. iur.lib. vj ſed nemini dubium quod iuramentum nõ eſt vinculum iniquitatis: vt c.quãto.de iureiur.poterit ergo lex vtpote non iniqua quem priuare futura ſucceſsione, ſicut põt pactũ iuratum l.non impoſsibile.ff.de pact. & not.in rub.C.de decre.dec.lib.x. Præterea nonne videmus iura diuino præcepto ſtabilita alterari,reſtringi & minui:certe ſic:vt eſt cathedraticum.in c.cõquerente.de offi.ordi. Item decimæ.in c.tua.de deci.per Innoc.ergo multo fortius facultas ſucceſsionis priuatæ perſonę tolli *põt & reſtringi. In hanc partẽ declinant Dyn.in regula indultum. & Io.And. ibidẽ in merc. Itẽ tenet Cy. in l.ſcimus.C.de nup.idẽ Abb.& Ioã.And.in c.Raynutius.de teſta.idẽ in addi.Spe.in tit.de ſucceſ.abinteſt.ſuper rubri.& allegat ibi legẽ langobardã idẽ diſponentẽ. & hoc expreſsè tenet Bar.in l.Titius.§.fi.ff. de condi.& demon.in l.j.ff.de ſuis & legi.& l.ſi ita quis.in fin.ff.de leg.ij.idẽ Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.tr.in xiij. col.& ſupponit pro indubitato ita eſſe. & in d.l. maximum vitium.Idem Old.conſi.cvij.inci. circa ius municipale. & ita ſequuntur omnes moderni & ita ferè per totam Italiam ſeruatur.

* potest minui. & ibi

ALIA ADDITIO.

Concluſio quæ communiter tenetur. Sed huic cõclaſioni obſtare videntur duo. Primò, ꝙ legitima † ſuccedit loco alimẽtorum:vt in autẽ.de trien.& ſemiſ.§.prohibemus.verſi.vnde enim,ſed educatio liberorum eſt de
8 iure naturali.l.j.§ ius naturale.ff.de iuſti.& iu.ergo tolli non põt,cùm iura naturalia nõ tollantur,vt ſæpiusdictum eſt. Itẽ quia alimenta,nõ debent filijs denegari.ar. l.filium.de pa.po. Secũdo videtur obſtare tex. in d.autẽ. de trien.ſemiſ.quæ videtur habere clauſulam derogatoriam ad quamcunq; conſuetudinẽ vel legem cuiuſcũque inferioris, ex quo ratio ſic diſponẽdi eſt vniformis vbicunque locorum,per quam ſtatueretur contrariũ: & ſic leges municipales non debent valere: vt in autent.nauigia.C.de fur.& in autent.omnes peregrini.C. cõmunia de ſucceſ.cogitabis.

ALIA ADDITIO.

9 Quod propter † delictum filius excluditur à legitima. Et poteſt ratio aſsignari,quia deliquendo filius videtur conſentire in pœnam, vt legitima ſibi auferatur, & alia pœna etiam corporalis imponatur: arg.l.j.§.beſtias.ff.de poſtu.& ſic non tam ex lege quàm ex ſuo cõſenſu ſurgit priuatio dictæ legitimæ: Cogita ſi placuerit ibi iſta ratio necne.

ALIA ADDITIO.

10 Videlicet ſtatutum † municipale tollet in totũ legitimam. Et ideo ſtatuta quę hodie cõmuniter fiũt in Italia prohibentia fœminas extantibus maſculis non ſuccedere,nec legitimã petere poſſe, prouidẽt eis: vt dotentur arbitrio

tur arbitrio propinquorum. nam tunc dos succedit loco legitimæ, licet fortè diminutæ. & si dictum statutum non prouideret in aliquo, non teneret tanquam irrationabile, & contra legem tam naturæ quàm diuinam, canonicam & ciuilem. de quo per Bar. in l. liberorum. ff. de verb. signifi. & per Bal. in d. l. maximum.

SVMMARIVM.

Valet consuetudo, quòd vxor succedat viro in bonis mobilibus liberis extantibus, vel sic consuetudo valet ꝙ vxor succedat viro in mobilibus iuribus, & actionibus liberis extantibus. h. d. 18.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd vxor succedat viro in mobilibus valet.*

2 *Legitima debita iure naturæ minui, sed non in totum tolli potest.*

ADDITIO.

1 CVm hac † deci. concordat dec. 7. eod. titu. in anti. non reperio tamen alias dec. concord. neq; discordantes, & satis examinatur materia hîc, de materia autem consuetudinis, & quomodo, & per quantum tempus inducatur, vide per Fel. in c. statuimus. de maio. & obe. & in c. cum contingat. de for. cõp. & latè de materia consuetudinis vide per eundem in c. cum causa. de re iud. & in c. 2. de prob. & in c. cùm M. de cõsti. & aliquid in c. ad nostram. de prob. & in c. cùm dilectus de fide instru. & in c. Iacobus. in c. ne dei. de Simo. & in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. & in c. cùm accessissent. de consti. & vide dec. Cass. vnicã hoc titulo. & quãdo requiratur obseruantia quadragenaria vide Aeg. dec. 1. & 63. & 64. & facit dec. 6. infrà. Et quomodo sint formandi articuli in hac materia, vide eundẽ Aegi. dec. 63. & 461. Et de extensione cõsuetudinis Aeg. 626. & 627. & 589. Et nõ. ex dictis

2 in hac dec. ꝙ † legitima debita iure naturæ, & ipsum ius naturale minui potest, sed nõ in totũ tolli. Item ꝙ futuræ successioni renuntiari potest per pactũ iuramẽto valatum, & ꝙ legitima tolli non põt per statutum in totũ, licet possit cõmutari, sicut ꝙ mulier dotata nõ succedit. Et istis adde. Cass. dec. 8. hoc tit. vbi dicitur ꝙ valet consuetudo, quòd sacerdos habeat lectum cuiuslibet capitis familiæ. Et ꝙ clerici possunt exigere à laicis aliquod tẽporale, etiã pro repletione ventris, & in Britania tertiã partem mobiliũ. Et præsumitur, ꝙ laici ad id se obligauerint soluendo longo tempore, & si detur pro sacramẽtis sufficiunt decem anni. Et ad ista facit dec. Aeg. 465. vbi dicitur ꝙ consuetudo, ꝙ fructus beneficiorũ debeantur ad vsum mortui, nõ intelligere de curatis, dicit tñ in dec. 229. ꝙ valet consuetudo, ꝙ quis plures optet prẽbendas & 587. ꝙ valet consuetudo ꝙ capitulũ eligat aliquos canonicos, qui secundum ordinem suę receptionis acceptare possint præbendas vacantes. Ant. Mar. Pap.

SVMMARIVM.

Valet consuetudo quod receptus vltra numerũ præbendarum minorem valeat optare.

Decisio 2. aliàs 226.

SI in ecclesia, vbi est certus numerus & distinctio prębendarum, videlicet maiorum & minorum: sed non est ibi certus numerus canonicorum, sit consuetudo, quòd receptus in canonicum vltra numerum præbendarum & carens præbenda prout interdum fit & fieri põt de iure, de consti. cùm M. de præben. relatum dilecto. & ꝙ dilectus filius. vbi de hoc non posset optare maiorem: sed duntaxat minorem prębendã, iuxta ordinem suæ receptionis, valet & tenet huiusmodi consuetudo. ar. eorũ quæ leg. & not. de ma. & obed. statuimus. per Inno. de præben. quamuis. & c. cui de non. per Ar. li. vj.

SVMMARIVM.

Valet consuetudo, ꝙ receptus vltra numerũ præbendarum minorem valeat optare. h. d. 226.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd receptus vltra numerum acceptet minores præben. valet.*

ADDITIO.

AD hanc deci. facit deci. 9. e. ti. in anti. vbi dicitur ꝙ impetrans apostolicus, vel expectatiuus primo debet esse in inferiori gradu, & postea secundũ ordinem suum ascendere ad alios gradus, suis loco & tempore, iuxta statuta & consuetudines ecclesiæ, & idem dicitur in dec. 4. Bisęg. e. ti. ꝙ ad hoc facit dec. Aeg. 587. vbi

1 etiã dicitur † ꝙ valet cõsuetudo, ꝙ capitulũ eligat canonicos, & ꝙ ipsi secundũ ordinem suæ receptionis acceptent minores præbendas. & vide dec. sequentẽ. De materia autem canonici creati vltra numerum videbis latè infrà super dec. 25. de præben. vbi scripsi. Ant. Mar. Pa.

SVMMARIVM.

Consuetudo valet, quòd habens minorem prębendã possit optare maiorem, sed non econuerso.

Decisio 3. aliàs 227.

VAlet & tenet consuetudo, quòd habens siue optans minorem prębendã in prædicta ecclesia vbi sunt maiores & minores præbendæ vt prędfertur iuxta ordinem suæ receptionis possit postea optare maiorem præbendam cùm vacabit. ar. eorũ quę leg. & not. in c. fi. de consu. lib. vj. habens verò maiorem non poterit secundum eandẽ consuetudinẽ optare siue recipere minorem: quia licitum est ascendere de minori dignitate ad maiorem, sed non descendere de maiori ad minorẽ. ar. eorum quæ le. & not. de transla. epis. licet. & c. quanto. Pro quo facit quædã not. Io. mo. in d. c. fi. de consue. & in c. cùm aliquibus. de rescrip. li. vj. & Io. an. in d. c. fi. de consue. vt detur tenere contrarium per. §. præterea. insti. de actio. quia illa est melior quæ plus placet.

SVMMARIVM.

Consuetudo valet, ꝙ habens minorẽ præbendam possit optare maiorem, sed non è conuerso. 227.

EPITOME.

1 *Consuetudo valet, quòd habens minorẽ acceptet maiorem præbendam, non è conuerso.*

ADDITIO.

HAec decis. † non habet concordantes, neq; discordantes, præsertim quò ad secundam partem: quia iste est de casibus, qui rarò cõtingunt, nec est quæstio de pane lucrando: quia ille qui habet minorem, nun quam contradicet: pro quibus vide etiam dec. prędeden tem, & sequentẽ in fi. & ad Staphi. de vi & effectu clausu. fo. 91. & in alia impres. 72. vbi refert, quòd iuniores canonici possunt optare infra tempora primi, & valet optio sequentium, in euẽtum, quòd antiquior non optet. & allegat dec. Aeg. 468. facit etiam ad propositum illud quòd dicit Eneas de Falco. effect. 49. vbi dicit, quòd ille qui propter reseruationem intrauit locum antiquioris canonici, & habuit minorem prębendam sedere debet in inferiori loco, & quòd ius optandi sibi non competet, nisi postquam fuerit antiquior in receptione, & sic si interim vacarent præben. maiores, ipse non posset illas acceptare, & licet nihil alleget videtur ad hæc facere dec. 4. hoc titulo in anti. circa finem. Et ad propositum vide aliam q. eiusdem super effectu. 37. videlicet quando reseruatur præben. alicuius, & ille optet aliam quæ ceusebitur reseruata, & vide eundem Eneam in 47. effectu, nume. 4. & 9. vbi dicitur quòd canonicus creatus auctoritate apostolica habet ius ad primam prębendam & quòd consuetudo optandi dat ius ad rem, & dicit super effectu 50. quòd optans virtute consuetudinis scienter beneficium reseruatũ, ipso iure priuatur, nec potest redire ad primum, & super quinto effectu dicit, quòd excommunicatus non potest optare, de quo vide infrà de concess. præben. super decis. 5. & 14. Et ad materiam optionis, vide latè etiã per eundẽ Staphi. dum tractat de vi & effectu clausu. fo. 100. & in alia impress. fo. 79. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Prębenda vacans in curia prętextu consuetudinis optari non potest.

Decisio 4. aliàs 296.

SIcut canonicatus & præbenda in curia romana vacantes per alicuius obitum optari non potest vigore consuetudinis secundùm capitul. fina. de consuetud. libro sexto: ita nec grossi fructus per dictum canonicum in curia defunctum obtenti possunt optari, etiam si illi grossi fructus redirent ad capitulũ: prout do. Grego. Papa vndecimus declarauit per suam bullam in iudicio productam.

SVMMARIVM.

Præbenda vacans in curia non potest optari nec etiã grossi fructus canonici in curia defuncti, etiam si dicti fructus redeant ad capitulum.h.d.Vel sic. Prębenda vacans in curia prętextu cõsuetudinis,optari,non pót.h.d.296.

EPITOME.

1 *Optari non potest prębenda vacans in curia.*

ADDITIO.

1 AD hanc † dec. vide Lapum alleg.48. versic.quid ergo si papa,& versic.sed nunquid habeat,& vide Cassad.dec.4.de concess præbẽ.& quę dicã sũper dec.sequenti.& Staph.ac Aeneã de Falco,& Gasparem de Perusio in locis ibi describẽ.quia examinant late hãc materiam, & vide an valeat consuetudo, quòd possint optari præben.reseruatæ per Cald.cons.iij.in titulo de consue.& ad hanc dec.vide Gigant.in tract.pension.q. 63.Item vide an præben.devoluta possit optari,& infra quantum tempus possit & debeat fieri optio,vide sũper 1.addi.ad dec.1.infrà de rerum permu.vbi dicitur, quòd habes tempus 20.dierum tantùm. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Consuetudo optandi in ecclesia in qua sunt maiores & minores præbẽdę,tollitur per clausulas derogatorias in literis apostolicis positas.

Decisio 5. aliàs 300.

3 tenet † quòd debeat seruari forma c.ꝙa propter, in electione præpositi ecclesię collegiatę.Et an sufficiat facere mentionem de elect.per equipollens,habes dec.68.de concess.præben.in antiq.& Staph. vbi suprà fol.61.& in alia 52.Et scias,quòd electus non cõsecratus, debet legere suam sententiam,Fel.in d.eam te.de rescr.vbi late de Episcopo non consecrato,& vide eundem in rubr.de re iudic.vbi dicit quòd confirmatio electionis, dicitur diffinitiua sententia. Et an electio possit fieri per procuratorem Fely.in c.cùm omnes.de consti.& idem Fely. in c.1.de consti.versi.fallit B.dicit,quòd licet in electione non sit seruata forma canonis,valet, dummodo aliàs consensus sit purus. Et quæ differentia sit inter eligere, & præsentare,vide per Fel.in d.c.in nostra.nu.78.Et de electione facta de nocte per eundem in c.cõsuluit.de of. delegat.& an valeat fact.a de criminoso,videbis infrà de præbendis,& habes per eundem in c.ex parte.de rescr. & de criminibus oppositis contra electum habes per eũdem in c.super his.de accusatio.& in c. licet. de probat. Anton.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Præpositura est dignitas principalior in ecclesia collegiata,dummodo tria cõcurrant. Primò quòd sit electiua:secundò quòd habeat administrationẽ bonorum tẽporalium dictæ ecclesiæ:tertiò quòd habeat prærogatiuam in choro & loco capitulari, quæ quidem tria sunt signa maioritatis,nisi consuetudo aliter disponat.

EPITOME.

1 *Præpositura est principalior dignitas in ecclesia collegiata tribus concurrentibus.*
2 *Dignitas inducitur consuetudine.*
3 *Consuetudo est in maioritate prælationis inspicienda.*

Decisio 4. alias 451.

* *Præpositura.* Vide Fel. in ru. de ma. & obedi. & adde ca. cũ ab ecclesia. de of. ord. & c. saluator. § in nomine j.q.j.

1 FVit dubitatum † vtrũ præpositura * alicuius ecclesiæ collegiatæ electiuæ habens administrationem bonorũ temporalium illius ecclesiæ, & prærogatiuam in stallo chori & loco, ac voce capitulari, ratione cuius administrationis & præeminẽtię censetur principalior prælatura siue dignitas quàm decanatus eiusdem ecclesię,quę etiã dignitas est electiua habẽs curam animarum & iurisdictionem in canonicos ipsum eligentes & in clericos omnes illius ecclesiæ:nõ tamen super prępositum tenet sigillum capituli ad causas & claues ad priuilegia & librum statutorum beneficiorum ac consuetudinum, habens etiam stallum superiorem in parte sinistra chori, & regere chorum in diuinis, conuocare etiam capitulum,cuius est eos prout le.& not.in capitu. cùm inter vniuersas.de elect.& de concess.præbẽ.c. post electionem.Et videbatur aliquibus dominis quod præpositus esset maior & principalior in dignitate:quia super decanum sedet in capitulo & choro:ipsumq; præcedit in processione & alijs quę vna cum administratione arguunt præeminentiam & maioritatem, & propterea dicimus Archi. maiorẽ in dignitate Archipresbytero, in cuius locũ regulariter succedit decanus idẽ officium exercens:vt not.in c.ministeriũ.de offi.Archipres.Præpositus regulariter in locum Archidi.qui est maior Archipresbytero ratione iurisdictionis cũ administratiõe, licet Archipresbyter sit maior ratione ordinis: vt patet in tit.de of.Archid.& Archipres.per to.& le.& not.per Io.An.in nouel.de of.leg.c.deliberatione.li.vj.sup ver. electionis.& ibi declinauit in hanc opin.de pręposito in ecclesia Cameracẽ. quẽ consultus dicebat esse maiorem post Episcopum,etiã in illa ecclesia, quod haberem pro indubitato si esset dare talem præpositũ habentem tales prærogatiuas & præeminentias,quas ibi ponit Io And. in nouel.videlicet,quia ille prępositus imediatè sedebat & se subscribebat post Episcopum:vocabat capitulũ, & Archidiaconus ad illud tenebat sigillũ:nonvt minister, sed vt prędens,iubens ex eo literas sigillari:cõseruabat iura & priuilegia capituli, velut maior in collationibus & institutionibus ad capitulũ spectãtibus erat primus. Quæ omnia sunt signa maioritatis secundũ eum.quorũ quædam in casu nostro habet præpositus, videlicet sessionem & subscriptionẽ temporalium siue prębendarũ: omnia alia verò habet Decanus. Quãobrem per omnes dominos fuit conclusum. Decanũ maiorem & principaliorem in dignitate prædictæ ecclesię collegiatę:præsertim propter iurisdictionẽ & curam quã habet in eligentes & cæteros clericos eiusdem ecclesię,quæ plus arguunt prælationem & maioritatẽ quàm administratio temporalium,vel aliquod præmissorum. Tũ quia spiritualia digniora sunt tẽporalibus.xij.q.j.præcipimus.C. de sacrosanc.eccle.l.sancimus.de pe.& re.cùm infirmitas.tum etiam quia pastor & prælatus ratione curæ est. xxj.di.sicut faciunt not.per Innoc.de offic.ordi.cùm ab ecclesiarũ.& de elect.c.quia propter.post prin.per eundem Arch.verò in d.c.deliberatione.reputat illũ maiorem in dignitate,qui habet cõuocare capitulũ, & in illo est vt caput,habens primã vocem in eodẽ,de qua maioritate remittit ad not.per Inn.in c.j.de maior.& obe.& de no.ope.nun.c.j.in glo.vlt.per eundẽ,videlicet Archi. plenius de multiplici maioritate in c.quanquã.ij.q.vij. & Io.And.in c.sedes.de reseri.de quo etiã per Hostiẽ.in summa de offi.archi.§.j.Pau.in Cle.j.de elect.super vermonasterijs.in fine,dicit dignitatem principalẽ alicuius ecclesiæ semper esse curatam respectu collegij,nihil tamen alle.cuius dictũ crederem verum,si collegiũ ipsum in eorum prælatum eligat: quia tunc indubitãter habet curam in eligentes eum.iuxta not.per Innoc.in dicto c. cùm ab ecclesiarum.Ego verò dicebam quod super hac principalitate siue maioritate recurrendum est ad consuetudinem generalem illius prouinciæ vel illius ecclesiæ,quæ est quasi notoria in Alemania præpositos esse maiores Decanis, & iam in literis apostolicis eis præponuntur. In Francia verò ecõtra, quam consuetudinẽ fundabam per not.Innocen.in capitul.de multa.de prę-
2 bend. circa finem.nam, † sicut ibi secundùm Innocen. consuetudo facit aliquem in dignitate constituturum,qui aliàs non esset de iure communi: sic pari & fortiori ratione potest facere aliquem maiorẽ vel minorem alio. argumen.à minori de electioni.capitu.cùm in cunctis. de testib.capitul.licet:cum simil.Pro quo facit dicta noper Innocen.in capitu.j.de maiorit.& obedien pro quo etiam inducebam prædictam not.Ioan.Andr. in apparatu circa finem,super vers.electionis.in dicto cap.deliberatione,vbi dicit tex.expresse,† ꝙ in maioritate prę-
3 lationis inspicienda est cõsuetudo,quę si non dicit & cõcludit Archidiaconum de iure cõmuni præesse & maiorem post Episcopum,cuius est oculus,de offi.arch.e.j. & cap.ad hoc.in cuius locum succedit præpositus, ergo.

SVMMA

SVMMARIVM.

Præpositura est dignitas principalior in ecclesia collegiata, dummodo tria concurrant, primò quòd sit electiua: secundò quòd habeat administrationē bonorum temporalium dictæ ecclesiæ, tertiò ꝙ habeat prerogatiuam in choro & loco capitulari, quæ quidem tria sunt signa maioritatis, nisi consuetudo aliter disponat, hoc dicit. 449. aliâs. 451.

EPITOME.

1 *Præpositura est dignitas principalior in collegiata.*

ADDITIO.

1 AD hanc † dec. adde quæ notaui infrà de præben. dec. 8. & de concess. præb. dec. 16. & quæ latè dicit Pel. in rub. de maio. & obe. Et quò ad .§. hîc vide dec. præcedentem. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Iste .§. h. d forma c. quia propter de elect. & c. quæ sit. eo. tit. lib. vj. habet locū in cathedralibus, & non in inferioribus ecclesijs.

EPITOME.

1 *Rectore vel prælato curam animarum habente defuncto: ecclesia dicitur vidua.*

2 *Pastor quis dicatur.*

Decisio 5. aliâs 452.

EX hoc surrexit aliud dubium videlicet vtrum in electione * talis Præpositi vel Decani ecclesiæ collegiatæ requiratur forma c. quia propter. de electio. quia vt præsupponebatur in facto fuit quidam electus in Præpositum ecclesiæ collegiatæ, in qua vt partes concordabant, præpositura erat principalis dignitas illius ecclesię, & hoc per viam scrutinij electo sine statuto, nisi vno scrutatore videlicet Decano eiusdem ecclesię, nec per verba singularis sed pluralis numeri: & propterea dicebatur electio nulla, quia non fuit seruata forma concilij generalis, videlicet c. quia propter. antedicti, quam dicebant aliqui locum duntaxat habere in cathedralibus & regularibus ecclesijs, & non in inferioribus dignitatibus sine prælaturis, per quorum prælatorū obitum non censentur ecclesiæ viduatæ, iuxta opinionem omnium doctorum & scriben. in dicto c. quia propter. & in c. sicut. tum propter formam. de elect. lib. vj. per Ioan. And. vbi Archi. tenet cum Hostien. qui solus est in contraria opinione alle. c. licet. de elect. lib. vj. quod loquitur expresse de electione inferiorum dignitatum, dicens Arch. illi dec. non esse responsum, nec posse responderi per doctores antedictos. Cui tamen dec. optimè respondet Paul. tenens cū primis & maiori parte. in cle. constitutionem. super vers. formam. de elect. vbi etiam recitat opiniones doct. scribentium in hoc puncto. Pro hac opinione primorum etiam fuit alle. quædam not. Inno. in c. in genesi super ver. numero. de elect. & per eundem in c. ex parte. de concess. præben. super ver. affectator. melius in c. ne pro defectu. de elec. vbi dicit expresse illud trimestre tempus statutum ad eligendum habere locum duntaxat in cathedralibus & regularibus ecclesijs nō in inferioribus dignitatibus siue beneficijs, in quibus dicit habere locum c. nulla. de cōcess. præben. videlicet de tempore semestri & hoc apparet in prin. dum dicit tex. nulla ministeria. i. dignitates vel officia. & sequitur in textu, seu beneficia vel ecclesiæ tribuantur, &c. Sed caue quia totū illud cap. loquitur in dignitatibus, officijs seu beneficijs collatiuis: secus verò in electiuis in quibus dicebat Hostien. tam in dicto capit. ne pro defectu. quàm in dicto capitu. quia propter. habere locum tempus trimestre. & hoc idem ipse notat in summa. sua ti. ne se. ua. .§. & si quis. de qua aliquas opiniones recitat Arch. in c. deliberatione. de offic. deleg. super ver. electionis. declinans in sententiam Innoc. quam consuetudo generalis amplectitur. & sic seruatur secundùm eum, sicq; videtur recedere à sua opinione prima posita in dicto capisicut. quod tamen non facit, si rectè inspiciatur: quia licet concedatur, quòd electores habent tempus semestre ad eligendum ad dignitates siue prælaturas inferiores: tamen cum hoc stat, quòd secundùm formam cap. quia propter. eligant, vbi nihil de tempore infra quod debet 1 fieri electio, disponitur: quia antea quò ad cathedrales & regulares ecclesias. & in præcedenti erat dispositum. quæ licet sint eiusdem consilij: tamen propter ordinem scripturæ ex quo licet arguere: vt cap. si quis iustè. de procura. de præben. cap. mandato. lib. vj. apparet cap. ne pro defectu. præcessisse cap. quia propter. quæ ca. ambo præcesserunt cap. nulla æditum in concilio Lateranen. per Alex. iij. qui diu præcesit Innoc. iij. in celebrando concilium generale, prout not. Ioan. Andr. in cap. dilectus. de concess. præbend. de quibus & alijs concilijs generalibus, quando & vbi & propter quos fuerunt celebrata, vide Ioan. Andr. in nouell. in cap. venio. de electio. super glosl. ij. libr. vj. Ex quibus omnibus sic sparsis fuit conclusum per omnes secundùm Innocen. in dicto cap. quia propter. quòd in electione omnium prælatorum habentium curam cleri & populi illius loci habet locum cap. quia propter. quia secundū eum pastores & sponsi sunt, qui gregem habent & præsunt ecclesijs: & per eorum 1 obitum † dicuntur ecclesiæ viduatæ. alleg. c. licut. xxj. di. hanc opinionem reputo euangelicam, propter verbum viduatæ. positum in cap. quia propter. quod simpliciter dicit & disponit formam prouidendi per viam electionis ecclesijs viduatis, non exprimendo has vel illas. ergo nostrum non est exprimere ij. quæst. v. consuluisti. xix. distinct. Si Romanorum. de coniugi. lepro. cap. quoniam. de maior. & obedien. capitu. solitę. cum similibus.

2 Sed quid si prælatus † inferior episcopo vel abbate habet duntaxat vnam curam videlicet populi vel cleri: crederem idem, si præsit, & est ibi per modum capitis, quia tunc pastor est. Sed pone quòd Præpositus siue Archid. habet curam animarum populi siue laicorum cum administratione temporalium: Decanus verò curam cleri totius ecclesiæ & capituli cum præeminentia, de quibus suprà in proxima conclusione: & ambo debent præfici per electionem, debet ne reseruari forma cap. quia propter. in electione vtriusque? Crederem hîc recurrendum ad consuetudinem illius ecclesiæ, & etiam vicinarum, videlicet quis eorum reputatur & habetur communiter pro præsiden. capite & principaliori prælato. in cuius electione dicerem seruandam formam cap. quia propter. nam ambo æquè principales esse non possunt: quia hoc esset monstruosum & contra sanctiones canonicas disponentes de vnico pastore & rectore cuilibet ecclesiæ. vij. quæst. j. in apibus. de electio. dudum. de officio ordi. quoniam in plerisque. de præbend. capitu. cùm non ignores. & ibi cum concordant.

Hîc superuenit quidam nouus auditor Anglicus nomine Thomas de Sabaudia legum doctor ac frater domini Symonis domini archiepiscopi Cātuarien. Anno domini. M. cccc. lxxx. de mense septembri tempore Vrbani papæ vj. Pontificatus sui anno. iij.

SVMMARIVM.

Electo non competit ius in re ante confirmationem, sed ad rem ius reuocabile vel confirmabile.

EPITOME.

1 *Electus ante confirmationem an possit renuntiare.*

2 *Beneficium non vacat per obitum electi ante confirmationem.*

Decisio 6. aliâs 492.

CVm ad capitulum alicuius ecclesiæ pertinet eligere Decanum in ipsa ecclesia: & ad Episcopum cōfirmatio electiōis huiusmodi: si ad decanatum dictum ecclesiæ quis eligatur, & electus electioni huiusmodi cōsensit: tali electo nō cōpetit ius in re in dicto decanatu ante cōfirmationē: sed ius ad rem reuocabile vel cōfirmabile per superiorē cōfirmatorē. hoc tenet gl. ordi. in c. nosti. & in c. qualiter. & c. trāsmissam. de elec. Et Inno. in d. c. nosti. & idē Inno. in c. cum venissent. de integr. restit. & hoc tenet Ioan. and. in ca. si electo. eo. tit. libro vj. vbi dicit, quòd quasi vna vacatio &c. Hoc etiam tenet glosa ordin. in cap. j. vt li. pen. in cle. super verbo, collato, ibi, vsque ad confirmationem. quę glos. singularis est, & raro reeperies alibi secundùm Anto. de But. ibidem. & huic adde aliam glos. singularem quæ est in præalleg. cap. cùm venissent. super verbo renūtiauit. quæ dicit, ꝙ licet ante † cōfirmationē possit electus in manib⁹ nō sui superioris renūtiare: tamē exigitur, ꝙ

Adde dec. sua co. tit. 3.

rialis renũtiatio fiat in manib⁹ eligentiũ. quę gl. alibi nõ habetur, de quo vide infrà de iure pa. dec. 8. Et Lap. ibidẽ
2 dicẽs, ꝙ si dictus electus † ante cõfirmationẽ moriatur in cu. Ro. ꝙ ꝑ eius obitũ dictũ beneficiũ nõ vacat in curia, nec extra cur. sed ꝙ obitũ primi. Sed si post cõfirmationẽ à qua nõ fuit appellatũ, idẽ electus cõfirmatus moriatur in curia: tũc ꝑ eiusdẽ electi obitũ dictus decanatus vacat in curia. Nec ob. gl. ord. in c. quãto lviij. di. & opinio Archi. posita in c. is cui. de elec. li. vj. vbi tenet, ꝙ per solã electionẽ canonicã ante cõfirmationẽ acquiritur electo ius in re in dicto beneficio: qđ intelligo in re ius acquiri. sius ꝓsequẽdi electionẽ, & non tale ius, quale acquireretur post cõfirmationẽ: vt c. vt quis duas. de elec. li. vj. Nec etiã obstat c. inter dilectos. de fide instru. vbi dicitur, ꝙ qui cõfirmat, nõ donat: q a loquitur de cõfirmatione extraiudiciali. Nec ob. c. auditor. de rescrip. in cle. q a loquitur quãdo nõ ex gratia expectatiua expectans haberet ius in re: sed auditor vigore gratiæ & executionis & tanq̃ executor iuris ꝓcedet expectãti de dicto beneficio vacãti exequẽs ius ad rẽ, & deducẽs ipsum in esse perfecto. Sed quãdo ad vnũ & eũdẽ ptineret eligere & cõfirmare: tũc q a eligẽdo cõfirmat, & cõfirmãdo eligit: tunc pre solã electionẽ talẽ habet ius in re. c. ex parte. de de concess. præben.

SVMMARIVM.

Electo non competit ius in re ante confirmationem, sed ad rem ius reuocabile. 489. aliàs 492.

EPITOME.

1 *Electo ius non competit in re.*
2 *Episcopi creati per Papam statim possunt administrare.*
3 *Electus administrans in vim cõfirmationis nullo defectu iurisdictionis, vel nouæ prouisionis non gratiosæ aut surreptitiæ efficitur inhabilis.*
4 *Possessio capta sine literis in consistorialibus non est bona.*
5 *Eligens an sufficiat quòd sit in quasi possessione, & quòd eligat alternatiuè & sine specificatione certi modi vacationis.*

ADDITIO.

1 ADistã † dec. nõ reperio alias dec. cõcordãtes neq; discordantes examinatur plenè hæc materia per Sar. in l. & 4. q. regu. de nõ tollẽ. iur. quæst. & in q. 24. regulæ de benef. vacã. p obitũ fami. Card. & aliquid dicit Cassã. dec. 18. de præbẽ. & latè p Aeneã de Fal co. in tract. reseruationũ, sup effectu. 46. & 47. vbi dedu cit decẽ modos ꝙ quos acquiritur ius ad beneficiũ, quos tacito auctore repetit idẽ Sar. in d. l. q. Et Io. de Silua. in tract. de bene. in 3. parte q. 1. latè etiã examinat hãc materiã, dicẽs esse cõmunẽ opinionẽ, ꝙ qũ electus acceptauit, habet ius in re, & ꝙ cõfirmatio dat solùm exercitiũ, vide tũ Fely. in c. eã te. de rescrip. col. 2. & 3. vbi facit regulã cũ quatuor extẽtionib⁹, & q̃nq; restrictionibus, nec decipiaris prout multi decipiũtur, ex quo Episcopi nostri tẽporis ante cõsecrationẽ dicũtur electi, licet nõ fuerint electi à capitulo, sed à Papa: q a isti habẽt maiorem
2 auctoritatẽ: vt ꝙ Fel. ibi in 3. extẽtione, vbi dicit, † ꝙ isti non confirmãtur aliter, & possunt statim administrare, & quòd illa prouisio apostolica habet vim confirmationis, vide ibi latè & etiam vide eundem in c. super his. de accu. & in c. cùm Bertoldus. de re iud. & aliquid dicit in c. in nostra. de rescrip. correl. 37. nu. 104. & vide in pragmatica Sanct. in titu. de electioni. in principio vbi habes multa in materia electiõis, & vide alleg. Lapi. 8. & 78. & latè p Petrũ de sancto Blasio in tract. de elect. vbi ponit omnia, & p Mil. in verbo electus, & quò ad illud quòd dicit Io. de Silua. dum sentit, ꝙ electus à capitulo dicatur habere ius in re, nescio quod ius habere possit, cùm ante confirmationẽ non possit exercere: & si exercet, priuatur iure suo, vt dicunt docto. in c. auaritiæ. de
*67 elect. li. vj. pro quo facit * dec. facta in causa Calagu-
ritana Abbatissatus, corã D. Peregrino vbi tẽtum fuit, ꝙ
3 † electus administrãs invim cõfirmatiõis nullę, defectu iurisdictionis, vel nouę prouisionis, nõ gratiosæ aut surreptitię efficitur inhabilis, non obstante dicto Millis in verbo, pœna decretalis. Et an electus & etiã confirmatus ante installationem possit administrare Fely. in c. ne
4 Dei timorẽ. de Simo. latè examinat. Et † quãdo literæ non sunt expeditæ, ꝙ non põt capi possessio in consisto-
5 rialibus, habetur in extrauagant. iniunctę. & per Sar. in regula de nõ iudi. iuxta for. q. 1. nu. 3. & ad materiã vide Straphi. super 3. forma fol. 37. vbi loquitur de nominatis à Rege, quale ius eis cõperat. Et † an sufficiat, quòd eligens sit in quasi possessione eligẽdi tẽpore electionis Lapus alle. 79. vbi etiã dicit ꝙ electio non põt esse alternatiua, & in alle. 6. dicit, ꝙ exprimi debet certus modus vacationis, licet aliàs sufficiat in genere: vt per Fel. latè in c. in nostra. de rescr. d. correl. 37. Anto. Maria Papaz.

De Renuntiatione.

SVMMARIVM.

Reus qui renuntiat liti & causæ & beneficio, nisi de facto possessionẽ dimittat, tenetur ad fructus perceptos.

EPITOME.

1 *Reus liti & causæ & beneficio renuntians quòd possessionem dimittere teneatur.*
2 *Actor sine executoris autoritate possessionem apprehendere non potest, etiam si reus dicta possessioni renuntiarit.*

Decisio 1. aliàs 158.

Licet reus * † & possessor beneficij in principio vel in medio litis renũtiet liti & causæ & bñficio de quo litigatur, ac iuri qđ habet in eo: nisi cõstet ꝙ realiter & de facto possessionem dimiserit, cõdemnabitur in fructibus p r eum perceptis: quia licet per renuntiationẽ perdat possessionẽ iuris, iuxta no. per Inn. in c. quod in dubijs. & c. sup hoc. de renun. tamẽ potuerit adhuc incũbere possessioni realiter & de facto: & si tali possessione spoliaretur restitueretur: * vt not.
2 Inn. in d. c. sup hoc. † Præterea licet dictus possessor renuntiet suę possessioni: tamẽ actor sine auctoritate executoris eã apprehẽdere non põt. de prẽb. eũ qui. lib. vj. cũ ibi no. & sic expedit sibi qđ habeat suam pro se cũ condemnatione fructuũ, quos si prędictus renũtians nõ perceperit, nõ tenetur restituere: sed de hoc debet & põt exeipere corã executore, & ꝓcipientẽ nominare cõtra quẽ aget de nouo obtinens in causa antedicta, iuxta no. in c. cùm super. de re iudic.

SVMMARIVM.

Reus qui renuntiat liti & causæ & beneficio, nisi de facto possessionẽ dimittat, tenetur ad fructus perceptos. Vel sic. Nõ sufficit ꝙ quis renuntiat liti & causæ ac beneficio quò ad euitandum fructuum perceptorum condemnationem, nisi se de facto possessionẽ dimisisse probet h. d. 158.

EPITOME.

1 *Renuntians liti & causæ tenetur dimittere possessionem.*
2 *Spoliatus est restituendus, etiam post renuntiationem, si probet quòd post illam remansit in possessione. & infra num. 8.*
3 *Cessionarius non potest ingredi possessionem, nisi cum executore, vel cum literis gratiosis.*
4 *Fructus non habuisse excipere potest ille, qui cõdemnatus fuit coram executore, cum distinctione.*
5 *Tertius cui sunt fructus reseruati, debet citari, si actor vult cõdemnationem fructuum.*
6 *Protestandum est aduersario, quòd deseruiat quando sumus in canonicatibus.*
7 *Fructus debẽtur à die intrusionis. spoliatores & intrusos in beneficijs vacãtibus in curia qui semper condemnantur in fructibus à die occupationis nisi habeant titulum à Papa.*
8 *Spoliatus post resignationem tenetur probare, quòd post illam possidebat, & supra nu. 1. & infra num. 11.*
9 *Resignans qui possedit per triennium post resignationẽ, si spolietur à resignatario, non inuatur allegati Lapi. 89.*
10 *Resignans spoliatus restituitur ratione hic posita.*
11 *Resignans cum clausula, & non aliter nec alio modo, vel in manibus non valentis eam admittere, retinet ius pones se.*
12 *Resignatio quæritur ius ante acceptationem.*
13 *Resignatio facta reseruata pensione & non aliter, si pensio à principio fuit nulla, non conualidatur etiã si resignatarius postea pensionem soluat & extinguat.*
14 *Resignatarij capacitas requiritur à principio.*

Resignans

15 *Resignati reseruatis fructibus, datur mãdatũ de manutenẽdo.*
16 *Resignans cum reseruatione loci & stali, mortuo resignatario sedebit in priori loco.*

ADDITIO.

1 VLtra cõtenta in summario, † hęc dec. dicit vnũ ad
2 ꝙ sępe allegat, & ista est materia specialis huius dec. videlicet, ꝙ † licet renũtians bũficio, amittat possessionẽ iuris: si tñ incũbat possessioni regulariter & de facto: & spolietur à tertio, nõ à resignatario: restituẽ
3 dus est. Itẽ secũdò † dicit aliud, ꝙ licet possessor renũtiet liti & causæ ac possessiõi: tamẽ actor nõ põt ingredi possessionẽ sine auctoritate executoris, qđ intellige nisi lite ræ expediãtur in forma gratiosa per camerã, in quibus Papa ex nũe surroget etiã quò ad possessionẽ, nõ aũt mã det surrogari: vt per Cassa. dec. 1. vt lite pen. Itẽ & tertiò
4 aliud etiã dicit, hęc dec. videlicet, ꝙ † expedit actori habere sententiã pro se cũ condẽnatione fructuũ, quos si prędictus renũcians nõ perceperit, non tenet restituere: sed de hoc põt & debet excipere corã executore, & percipientẽ nominare, cõtra quem aget de nouo obtinẽs in causa prædicta. Quod vltimũ intellige si post cessionẽ alius habuerit fructus: qa si ante cessionẽ possessor permisisset aliũ fructus percipere, nõ esset opus de nouo agere cõtra illũ, prout dicit hæc dec. sed posset ꝓcedi ad executionẽ sententiæ cõtra talẽ: vt etiã habes infrà de re iud. sũper dec. 4. 24. & 25. & infrà: vt lite pend. dec. 8. nisi
5 dicamus † ꝙ hîc reus possidebat ecclesiã: sed alius percipit fructus ipsius ecclesiæ fortè sibi reseruatos: quo casu sententia nõ ꝓiudicat illi tertio, nisi fuerit citatus, vt in dictis locis latè dixi: & ad hãc materiã fructuũ adaptari põt qđ dicit Fel. in c. de quarta. de prębri. vbi dicit ꝙ bonæ fidei possessor fructus industriales facit suos, nec tenetur ad restitutionẽ: licet hoc in Rota parũ operet: q a semp dñi condẽnant in fructibus cõstito etiã semiplenè
6 tantũ arbitrio suo de intrusione. Et † istud de fructibus industrialibus facit ad lites sup canonicatibus in quibus vt aduersarij possint in distributionib⁹ quotidianis condemnari: cauti solicitatores faciũt protestationẽ, ꝙ debeat deseruire, aliãs de dãnis &c. & ꝙ intẽdunt se reuale
7 re, &c. Et scias in proposito † ꝙ spoliator & intrusus in beneficio reseruato ꝑ obitũ in curia, nisi habeat titulũ à papa condẽnatur in fructib⁹, à die intrusiõis & spoliatio
*68 nis: vt fuit tentũ in vna * Neapolitan. beneficiorũ coram Ptolomęo. Et circa materiã principalẽ dec. videlicet, quò ad restituendũ spoliatũ post resignationẽ: primò ponã dec. quę videtur facere cõtra dec. nã habes dec. 4. infrà eo. vbi dicit ꝙ renũciatio spõtanea licet nõ admissa, obstat beneficiũ repeteri. Et infrà de rerũ permu. dec. 2. & eo. tit. in anti. dec. 8. vbi dicit ꝙ resignãti ex causa permutatiõis nõ cõpetit interdictũ vnde vi, nec cõditio canonis reintegrãda. Et ad ꝓpositũ facit dec. 3. infrà de resti. spo. in fina. verbis, vbi habet ꝙ qui renũciat videtur habere rẽ pro derelicta, & sic possessionẽ amittit. Et faciũt ad hãc materiã dec. 2. & 6. de renũ. hoc tit. in ant. Nã in dec. 2. dicit, ꝙ resignãs ex cã permutatiõis perdit possessionẽ oĩmodã beneficij, si ꝑmutatio habet effectũ, subiungẽs, ꝙ nõ põt dici eũ possidere naturaliter, q a nõ tanquã vsuarius vel tanq̃ habẽs ius in re: & q a resignãs videt perdere naturalẽ quæ erat cõiuncta cũ ciuili, quia in dubio videt totũ ius deduxisse: quare si spolief, nõ datur sibi interdictũ restitutoriũ. Et in dec. 6. dicit, ꝙ renũciatio spõtanea beneficij nocet spoliato, vt nõ possit agere spolio, subiũgens tñ, ꝙ si renũtiatio fuisset facta postquam spoliatus fuerat, talis renũciatio, nõ obstaret, quin quis possit petere se restitui, licet istud vltimũ limitetur per dec. 3. & 11. eo. tit. nã in dec. 3. dicit, ꝙ simplex renunciatio facta post spoliationẽ non obstat, quin agi possit spolio, nisi sit facta ꝑ pactũ, & in dec. 11. dicit, ꝙ nõ obstat nisi sit iuramẽto vallata, de quib⁹ plenè videbis infrà de resti. spo. dec. 18. quæ cõcordat cũ prædictis, & sic prędicta omnia videtur cõtra hãc dec. Sed realiter ea intel-
8 ligẽdo nõ cõtradicũt in aliquo: q a † dec. nostra nõ negat quin resignans, amittat omne ius, & nõ dubitat, ꝙ si resignãs dimitteret possessionẽ vacuã post resignationẽ factã, ꝙ ipse resignãs postmodũ nõ posset agere ad restitutionẽ: & ideo subiũgit illa verba, & post resignationẽ potuerit incũbere possessiõi realiter & de facto, ꝑ quæ verba semp Rota voluit, ꝙ talis resignãs spoliatus post resignationem nõ solùm ꝓbet de sua possessiõe ante: sed etiã post resignationẽ continuatã, aliãs nõ restituit spoliatos: sequẽdo cõsiliũ Calde. 4. hoc tit. nõ tñ dat restitutionẽ cõtra resignatariũ, sed cõtra tertiũ spoliantẽ. & e-
9 tiam † si resignãs stetisset in possessione ꝑ trienniũ post resignationẽ, & postea spoliaret à resignatario: licet aliãs sẽdm allega. Lapi. 89. præsumat retrocessio, nõ dare tur restitutio: q a quo ad ipsum nõ habet locũ d. alleg. Lapi. vt latè dicit Sar. q. 24. de triẽ. Et ad ꝑmissa vide oĩnò. Sar. in d quæs. 24. & quæst. 57. de annali. & Cass. dec. 4. de resti. spo. vbi latè examinãt. & dec. 2. hoc tit. vbi aliquid etiã dicit in hac materia. Et vt ex eis colligiſ hęc obseruãtia Rotæ potius est fundata in odio spoliãtium quàm in iure. Ad istã materiã vide aliqualiter Lapum
10 alle. 52. † Cõsidera vnam rationẽ in qua posset fundari
11 iste stilus. Nã cùm † resignatiões vt plurimũ fiãt in fauorẽ certæ personæ, cũ clausula, & nõ aliàs, nec alio modo, resignatio nõ sortitur effectũ, donec acquiraſ beneficium resignatario. Et sic interim titulus remanet penes resignantẽ. ad not. in c. cùm pridẽ. de pac. & facit d. dec. 2. de renũ. in anti. vbi si modus nõ sequaſ, nihil dicitur factum, prout etiã dicit in dec. 9. ibi. Ideo nimirũ si iste interim spolietur. habẽs titulũ etiã colorarũ admittit ad petendũ restitutionẽ, ꝑ quo facit etiã dec. 14. hoc tit. in anti. in ij. col. vbi qñ est facta resignatio in manibus non valẽtis illã admittere ius remanet penes resignantẽ, donec recipiatur & admittatur ꝑ Papã vel priuet beneficio: & iste erit restituẽdus, ꝓut etiã homicidę & alij priuãdi: vt ꝑ Bisęg. dec. 2. & 4. hoc tit. & põt agere cõtra in trusum: vt dicit d. dec. 3. Sed nõ est mirũ in hoc casu: q a resignatio nõ est ꝑfecta, vt etiã ꝑ Cass. dec. 8. de pręb. &
*69 d. dec. 4. aliàs tũ in vna * Theatin. abbatię corã bo. me dño Petro Vorsio Episcopo Aquẽ. in prima, & ꝑ duas alias cõformes fuit data restitutio resignãti, nõ ꝓbato, ꝙ remãserat in possessiõe post resignationẽ: licet causa nõ fuerit multũ disputata, sed postmodũ audiui, ꝙ Dñi in alijs causis noluerũt dare resolutionẽ, nisi expresè ꝑ betur, ꝙ post resignationẽ resignãs remãsit in possessio-
*70 ne, vt mihi euenit etiã in vna * Perusina plebis de cõfinio, cogita tamẽ ad rationẽ ꝓximè dictã, q a forsan seruiet, ad hoc: sed in vna Salamãtina portiõis corã d. Acco
12 rãbono fuit tentũ ꝙ † statim valet resignatio & ius abdicatur, à resignãte, antequã resignatarius acceptet: quia nõ est credendũ ꝙ resignatarius nolit acceptare beneficiũ præsertim pingue, cùm põt illud resignare ad libitũ suũ: tamẽ ibi cõcurrebãt nõnullę cõiecturę, fuit tamẽ di
*71 ctũ in vna * Tullẽ. parrochialis sancti Pauli corã dño
13 Vestano, ꝙ † resignatio facta reseruata sibi pensione & nõ aliàs, nõ validatur, si pẽlio reperiatur nulla, à principio, licet postea resignatarius illã acceptet, & admittat,
*72 & extinguat, & in vna * Glasquẽ. ꝑceptorię corã dño
14 de sancta cruce dictũ fuit, ꝙ † capacitas resignatarij attendit à principio, & licet ex post facto efficeret capax, nõ reualidatur. Et ad istã dec. nostrã adde Staphil. in tertia parte de varijs mo. vaca. fol. 65. & in alia impreſſ. 55.

Ad prędmissa etiã applicari pòt, ꝙ fuit resolutũ in vna
*73 * Paduana cõgregatiõis corã Dño Rauellen. vbi Da-
15 niel † Bonsilius resignauerat reseruatis sibi fructib⁹, & semp cõtinuauerat possessionẽ, ac dubitãs spoliari petebat mãdatũ de manutenẽdo, ꝓut obtinuit: q a stãte dicta reseruatiõe fructuũ potuit cõtinuare, tũ ꝑpter verba reseruatiõis, tũ ꝑpter clausulã etiã ꝑpria auctoritate ꝓcipiẽda, vt põderat Paris. cõsi. 39. & 93. in 1. vol. nec requiſ alia noua apprehẽlio vel animi sui declaratio, & ad hoc
*74 propositũ facit alia dec. * facta in cã Legionẽ. canoni
16 catus corã D. Maceratẽ. vbi † ille qui resignauit canonicatũ reseruatis sibi loco in choro & capitulo mortuo resignatario, debet sedere in priori loco, licet multa colorata allegarentur in contrarium. Ant. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Iuri futuro seu appellationi interponendæ simpliciter renuntiari non potest: sed per pactum expressum sic.

EPITOME.

1 *Iuri quærendo facilius renuntiatur, quàm iuri quæsito.*

2 *Appellationi nũ interpositæ quibus actibus renuntiari dicatur.*

Decisio 2. *aliàs* 287.

1 LIcet appellationi † interponẽdæ ab interlocutoria vel diffinitiua sentẽtia ꝓsit per pactũ renuntiari, per l.vlti.C.de temp.appel.sine pacto tamẽ simpliciter nõ valeret huiusmodi renũtiatio, & sic nõ ob.ff.de re.iure,non põt.vbi dicitur,ꝙ iuri futuro * non põt quis renũtiare,quod verũ est simpliciter, sed per pactũ sic: vt in l.postquam.C.de pact.& not.gl.ordi.in c. ex multiplici.de dec.& ibi per Gof.quẽ alle.Archi. & sic soluit, & rationẽ diuersitatis ponit.ij.q.vj.Sunt autẽ.vbi idem tenet Io.hoc etiã videtur tenere Ber. de arbit.cũm dilectus.in glo.fi.& eo.ti.innotuit. per Inno.super verſi.retenta.in fi.idẽ tenet Io.And.in nouel.de app.c.fi.li.vj.in quæstione,vtrum statutũ Episcopi ꝙ à sua interlocutoria nõ valet appellari.Spe.videtur tenere cõtrarium tit. de app.§.in quibus.verſic.quid si cõuenit.in alio verò.§. scilicet fi.eo.tit.in fi.renet cũ primis. & hoc si fiat pactũ prędictum ante litẽ contestatã siue post,siue ante sentẽtiam siue post: legitimè tamẽ distinguunt inter pactum factũ in iudicio & extra iudiciũ de non appellãdo vt in primo casu valeat factum per vnã partium tãtùm etiã in absentia alterius. & sic loquitur lex si ante.ff.à quib. app.nõ li.In secundo verò casu nõ valeat, nisi ambæ pacisc̃antur, vel in præsentia vnius partis & sic loqtur lex vlti.C.de tẽpo.app.quã sic intelligit gl.in dicta l.si ante. quæ quidem de tacen.& non cõtradicen. ex quo in eius præsentia fit,valeret.qꝙ distinctio placuit oĩbus dominis:prędicta procedũt in expressa renũtiatione ꝓ pactũ.

** Quid ergo importat renũtiatio. quã quis facit de omni iure qđ habet vel habere ſperat.vide per Barto. in l.quod ſeruulus. ff. de condi. ob can. in l.qui vnus §.duo fratres, in vj.quæ. de verb.obl.in l. poſt emancipationẽ. §.j. ff.de libe.leg. in l. quæ cu. §. tutoribus. ff.de tranſ.*

2 Sed quid † iuris de renũtiatione tacita: puta fĕratur interlocutoria cõtra me. Ego infra decendiũ mihi datũ ad * appellandum compareo coram prædicto iudice,& produco testes vel aliquẽ alium actũ facio: nunquid per hoc renuntio appellationi postea per me interponendę? videtur quod sic:quia per tales actus renuntiatur appellationi iã interpositę.de of.dele.c.gratũ.de app.c.solicitudinem.de testi.c.cũm veniſſet. ergo multo fortius interponendæ:quia facilius renũtiatur iuri quærendo quã quęsito.ff.de acq.hęre.l.is qui.de iureiur.c.quẽadmodũ. de app.c.constitutis.de ac.super his.de præb.si is cui.& c.quoddã.li.vj.de cõcef.præb.c.fi.eo.li.Præterea hoc videtur expressum in l.ad solutionẽ.C.de re iudi.vbi dicitur,ꝙ si condẽnatus petat tẽpus ad soluẽdum, id in quo condemnatus est,ꝙ videtur acquieuisse sentẽtię, nec põt appellare.So.secundũ Ion.in c.solicitudinẽ.superius all. quia ibi quasi expresse appellationi renũtiauit appellãs, vel potius sentẽtię acquieuit,sed hîc nõ. Tum etiã quia lex simpliciter cõcedit,ꝙ infra decẽ dies possit appellare,& sic videtur Inn.ibidẽ in hãc partẽ declinare super verbo,renuntiare idẽ tenet in c. quod ad consultationẽ. super verſi.recipiens.& Io.And.in d.c.si à iudice.super verb.teneri.de appel.li.vj.cũ quo concor. Hosti.ibi & c. significauerũt.de test.vbi prosequitur hanc vltimã quęstionẽ.Dominus & pater Io.de ligna.post Hosti.distinguit sic. Aut ille actus quem facit grauatus infra x.dies concernit interlocutoriã contra eum latã:aut nõ.Si concernit,tũc non põt postea appellare: quia videtur à grauamine recessisse,& interlocutorię acquieuisse.per l.ad solutionem.antedictã. In secundo verò casu credit opinionem Inn.& Hosti.verissimam per rationes superius tactas.Crederem, ꝙ si actus tenderet ad declinandũ iurisdictionẽ iudicis, ꝙ per hunc actũ non renuntiaretur appellationi interpositę nec interponẽdæ. de quo ponit exemplum Io.And.in c.si à iudice. de app.secus verò si non esset talis actus declinatorius iurisdictionis, sed potius approbatorius:puta si producat testes in causa principali,vt c.gratum.& c.cũm veniſſet.& fi.superius alle.

** Infrà de appel.63.*

SVMMARIVM.

Iuri futuro ſe a appellationi interponẽdæ simpliciter renuntiari nõ potest,sed per pactum expressum sic.h.d. Vel sic.Facilius renuntiatur iuri quęrendo, quàm quęsito.vel sic.Per pactũ appellationi futurę renũtiatur,tacitè & expresse, interpositæ verò per actum contrarium.hoc dicit.287.

EPITOME.

1 *Appellationi futurę renuntiari potest per pactum : ſine pacto tamen ſimpliciter non valeret.*

2 *Appellationi renuntiatur etiam per procuratorem.*

3 *Renuntiari an poſſit ſubſtantialibus iudicij & pluribus alijs.*

ADDITIO.

VLtima pars summarij est melior,ad istã dec. † facit dec.63.infrà de ap.vbi videbis materiam renũtiatiõis appellati õis de qua per Frã.in c.interpositæ.§.ille denique.de appell.& faciunt deci.4. & 11. hoc titulo in ant.& Aegid.137.dicit, ꝙ etiam † procurator per actum contrariũ videtur renunciare appellationi: non tamen etiã principalis videtur renũciare petẽdo copiam actorũ,vt per eundem dec.291.& 707.facit ad materiam dec.2.infrà de litis cõtest. vbi dicitur, ꝙ † litis contestationi & substantialibus iudicij renũtiari non potest.& an posit renũtiari cessioni bonorũ, facit dec.4. hoc titulo in ant.& dec.2.de arbi.& 32.de re iudi.in ant. pro quo vide Fely.in c.si diligẽti.de foro cõpe.Et an renunciari posit futuræ successioni cũ iuramento, habes suprà de consuetudine in 4.ad litione ad primam dec. Anto.Mar.Papaz.

SVMMARIVM.

Renunciatio litis fieri debet coram proprio auditore causæ,aliàs nõ valet,per rationes quas ponit gl.in c.quãquis.de elec.lib.vj.super verbo,pactibus. Renunciatio tamen tituli nõ valet,nisi fiat in manibus ordinarij collatoris aut vicecãcellarij vel alterius de speciali mandato papæ.quãuis Inno.in c.veniens.de renun.dicat,ꝙ renunciatio facta absente parte teneat.

EPITOME.

1 *Renuntians liti & cauſæ, non cenſetur iuri ſibi competenti renuntiare.*

2 *Renunciare liti & renunciare iuri differunt.*

3 *Dictio,cauſæ.multis modis ſumitur.*

4 *Spoliatus beneficio an poſſit ſuo titulo renunciare,vel pactum facere de non agendo interdicto vnde vi.*

Decisio 3. *aliàs* 306.

1 SI actor † in causa beneficiali ante litem contest. renuncier causæ * secundum maiorẽ partem dominorum nõ videtur renunciare iuri sibi pro tunc in beneficio cõpetenti.Ratio est:quia aliud est renunciare iuri,aliud liti.de elec.cũm inter. de renũcia. c.sane. & ca. veniens.hoc etiã no.Inno.in c.in nostra.super ver. recepri.& de rescrip.in fi.& põest fieri hæc renũciatio litis in absentia partis secundùm Inno.in c.cùm pridem. de pact.super ver.renunciauit.qui alle.l.postquã.C. de pac. melius per eũ in dicto c.veniens.quæ quidem lex iuncta l.omnis.de trãs.C.multũ videtur obstare prædictæ conclusioni.sed respondebatur,† quod loquuntur in propriis & rebus ac iuribus corporalibus, quibus sine auctoritate superioris potest renunciare & transferre dominiũ: secus in beneficialibus siue iuribus spiritualibus, quibus sine auctoritate superioris renũciari nõ potest.de renũc. c.quod in dubijs.& ca.admonet.Aliqui domini sentientes contrariũ,faciebant differentiam inter renunciare liti & renunciare liti & causæ. nam renunciatio litis videtur respicere instantiam:renũciatio verò litis & causæ, totum negotium principale in iudicium deductum. Renuncians ergo liti & causæ,nedum instantiæ sed toto negotio principali in iudicium deducto renunciasse videtur.hoc verum tacitè secundùm legistas & post litem motam,aliàs secus:prout ipsi notant in d.l. postquã Alia enim sunt acta causæ,alia litis:prout no.Innoc. de testi.c.cùm causam.& Io.An.in cle. sæpe. de verb.sig. quorum dictũ posset procedere,si sumatur dictio, causæ pro necessario inferente suum causatum:quia tunc consistit in iure:secus verò si sumatur pro controuersia quæ non est ante litem cõtest.de ver.sign.c.forus.de of.dele. super quæstionum.& in l.amplius ff. rem ra.ha. de iure patro.ex literis.Quot † verò modis sumitur dictio, causæ.vide per Ioan.An.plenè in nouel.cùm dilectus.de iuram.cal.c.fi.per Ioã.mo.lib.vj.& in cle.dudũ. de sepul. §.in studijs.super ver.ratione.vel causa.per Pau. Et differentiam inter litem & causam vide.C.de transac. causas vel lit.in glo.& vt audiui duæ sententiæ contrariæ olim in palatio apostolico per duos magnos viros fuerunt promulgatæ in simili casu.Vna fuit lata per dominum Guil.de Gimello postea Carthaginen.ecclesiæ episcopum contra primam conclusionem : secunda per dominum

2 *Caſa.lib. de diuerſis. tractatibus per totum in tra. de diuerſ.*

3 *Valeat.Ad. de diuerſ. in fin. de tẽſt. poſt. 28.*

4 *Abſolutè. Adde deciſ. de ſent. exãi. 4. in ann.7.*

minum Petrum de Sarcenato post Viuarienſem epiſcopum, nunc ſanctæ Romanę eccle. Cardinalē, infirmato ria primæ, ſecundum quē prædicta cōcluſio prima ſiue opinio confirmatur & corroboratur, valdè per ſtilum & obſeruantiam palatij quæ habet, ꝙ auditor renunciationem litis & cauſæ poteſt recipere, ſed non iuris niſi id expreſsè ſibi cōmittatur, de quo tamē aliqui domini dubitabant, cùm ipſi poteſtatē habēt de omnibus inciden. dependentibus & connex. cognoſcere & diffinire. Sed hæc renūciatio quando fit in iudicio corā auditore eſt vnum inciden. ergo. Alij & maior pars tenuerunt contrarium. Tum quia auditores habent ſtrictiſsimā poteſtatem & ſtrictiorē quā alij delegati: qui poſſunt * abſoluere ad cautelam, quod tamen auditores ſine ſpeciali mandato non poſſunt: prout leg. & no. in c. ſolet. de ſent. ex lib. vj. Tum etiā quia facillimè poteſt haberi regreſſus ad referendariū vel ad dominū vicecancella. qui habent poteſtatē recipiendi huiuſmodi reſignationē in curia. ergo. Tum etiā quia procuratores non habent poteſtatem renūciandi iuri. Poſſet etiā induci cle. auditor. de reſcrip. ad vtranq; partē. Sed quicquid ſit de facto ſeruatur, ꝙ nullus auditor. renunciationē iuris in beneficiali admittit, ſed bene litis & cauſæ. Nec ſecūdum dominū Viuarien. per dictā renunciationem litis & cauſæ vacat beneficium. & per hoc apparet, ꝙ alia eſt renūciatio litis & cauſæ, alia iuris: nec ſecundū eundem per dictam renunciationē litis & cauſæ vacat beneficiū, ſeu aliqua vacatio iuris ſeu tituli inducitur. quòd ſi procederet, ſæpiſsimè multa beneficia vacarent, & impetrari poſſent: quòd tamen nonnuā eſt perceptum vel auditū. Fatebatur quòd prædicta renūciatio litis & cauſæ bene obſtaret poſtea agere volenti ſuper codē beneficio: quemadmodum pactū de non petendo ſiue nō agendo obſtaret bene creditori ſiue domino: licet per illud non perdidiſſet dominium. C. de tranſac. l. ſi profundo. ar. eorū quæ le. & not. in c. j. de lit. conte. lib. vj. Pro quo etiā induxit vnum dictū Inno. notabile in c. ſuper hoc. de renunc. videlicet ꝙ licet renunciatio † facta de beneficio per ſpoliatum nō valeat. * vt in c. ſolicitè. de reſti. ſpoli. tamen pactum factū de non agendo interdictovndevi, bene obſtabat poſtea agere volenti prout etiā not. Ber. in ca. ex inſinuatiōe. de procu. Poſtea verò audiui in quibuſdam alijs conſilijs allegari vnum rex. cōtra prædictam concluſionem primā pro caſu de cri. fal. c. fin. vbi obligauit ſe reus ſub periculo cauſæ ꝙ probaret literas falſas per quas actor imperebat eum ſuper eccleſia, quā ipſe tenebat. Sed quia id nō probauit, imponebatur ſibi perpetuū ſilentium ſuper ipſa eccleſia. Sed poteſt reſpōderi, quòd hoc contingebat ex vi pacti ſiue obligatione facta coram ordinario, qui poteſt nedum recipere renunciationem litis, ſed etiam iuris de renūc. c. admonet. & c. quòd in dubijs. Poſſent etiā contra prædictam concluſionem induci & allegari omnia iura quæ allegantur & recitantur de tacita renunciatione iuris in beneficio in c. ex ore. de his quæ fi. à præla. & cle. gratiæ. de reſcrip. & de tranſac. ex literis. & per Archi. vij. q. j. quàm periculoſum. qui recitat Innoc. in c. veniens. de renunc. vbi dicit expreſsè, ꝙ ſi quis renunciat iuri vel ſeruituti quam habet in aliqua re certa, etiā abſente domino rei, res fit libera: & codē modo ſi renunciat liti. alleg. l. poſtquā. C. de pac. Ad quod poteſt reſponderi vt ſuprà ꝙ omnia loquuntur in rebus & iuribus prophanis: ſecus in rebus & iuribus eccleſiaſticis & ſpiritualibus, quæ nō poſſunt acquiri nec dimitti, niſi certis modis in iuribus expreſsis.

* Abſoluere. Adde deciſ. de ſent. ex. ō. 4. In anti. 7.

* Valeat. Adde deciſ. infra de reſti. ſpoli. 28.

SVMMARIVM.

Renunciatio litis fieri debet coram proprio Auditore cauſæ, aliàs non valet, per rationes quas ponit gloſ. in c. quamuis. de elect. lib. vj. ſup verbo, videt. Renūciatio etiā tituli nō valet, niſi fiat in manibus ordinarij collatoris, aut Vicecācellarii, vel alterius: de ſpeciali mādato, papæ, quāuis Inno. in c. veniēs. de reſcri. dicat, ꝙ renūtiatio facta abſente parte teneat. h. d. Vel ſic. Renūcians liti & cauſæ, iuri ſibi cōpetēti renūciare nō cenſetur. h. d. & vide hīc differentiā inter renūciationē litis & cauſæ, & renūciare liti & iuri. 306.

EPITOME.

1 *Renuntians liti & cauſæ in cauſa beneficiali non intelligitur renuntiare iuri.*
2 *Auditores Rotæ poſſunt recipere ceſſionem litis, ſed non iuris.*
3 *Iudices delegati abſoluunt ad cautelam, licet hoc non faciant Rotæ auditores.*
4 *Reſignationem beneficiorum admittunt Vicecancellarius & referendarij.*
5 *Procurator ad cauſam non renuntiat iuri.*
6 *Ceſſio liti & cauſæ obſtat agere volenti ad beneficium, non tamen quò ad fructus.*
7 *Renunciare videtur iuri ſuo habens regreſſum & permittens alium poſſidere.*
8 *Renuncians in partibus liti & cauſæ, nō eſt condemnādus in expenſis factis poſt intimationem renunciationis in curia.*
9 *Reſignatio iuris ad rem valet facta in manibus notarij, & aliquando etiam valet de iure in re.*

ADDITIO.

1 ISTud ſummariū multa dicit & parū cōcludit. Dic igitur ꝙ † renūtians liti & cauſę, in cauſa beneficiali, nō intelligitur renūtiare iuri ſibi cōpetēti, & inſuper etiā ſummari pōt ſecūda pars hoc modo. Videlicet, ꝙ de ſtilo † Auditores poſſunt recipere ceſſionē litis, ſed nō iuris: ꝙa Auditores habēt ſtrictiorē facultatē quàm alij delegati, † qui poſſunt abſoluere ad cautelā, qā tamē Auditores nō faciūt, propter facilē aditū ad ſuperiorem. Et notari pōt ex iſta dec. verſ. tum etiā. quia facilimè, ꝙ † Referendarij & Vicecancellarius admittere poſſunt reſignatiōes beneficiorū. de quo etiā per Sar. in cōpen. ſignaturæ num. 38. licet receſſerit ab aula. Item notari poteſt ſecūdo, ꝙ † procuratores cauſarū nō poſſunt renūciare iuri. Tertio, ꝙ per ceſſionē liti & cauſæ nō inducitur vacatio aliqua iuris ſeu tituli. Quartò, ꝙ † iſta ceſſio obſtat poſtea agere volēti ſuper tali beneficio, prout pactū de nō petēdo. Nō obſtat tū quò ad fructus vt per Millis in verbo, renūcians iuri liti & cauſæ. Cū iſta dec. ꝙ Auditor nō poſsit recipere ceſſionē iuris cōpetētis in beneficio, ſed tantū litis & cauſæ, cōcordat dec. 15. hoc titulo in anti. vide aliqd p Caſſad. dec. 2. de appe. & Staph. de varijs modis vacationū tertia parte fol. 68. & in alia impreſ. fol. 57. Et in hac materia renūciationis ſcias, ꝙ procurator qui litigauit p aliquo, ſibi nō præiudicat reſpectu iuris proprij ſibi cōpetētis in re litigata, cui non cenſetur renūciare: vt in dec. 14. infrà de procu. Dicit tamē Fede. in tract. permut. q. 29. ꝙ qui cōſentit, ꝙ ſuum beneficiū alteri cōferatur, videtur illi renunciare: prout
*74 dictū fuit in vna * Palētina dimidiæ portiōis Corā
7 D. Accorābono. de anno 1546. ꝙ † quis patiēdo alium etiā per biennīū tantùm po ſsidere beneficiū, ad qđ habebat regreſſum poſtquā regreſſui locus fuit, videtur iuri ſuo renūciare. p doctri. Imolę in c. ex ore. de ijs quę fiūt à prælato, & allegabat in propoſito dec. 6. infrà de rerū permu. & cōſ. Gemi. 39. p quo faciūt not. p Sar. q. 49. de triēna. in fi. intelligo tū iſta vt in caſu dictę cauſę relatę per Sar. quæ fuit corā Prolomęo qui refert in ſuis notis 58. ꝙ ibi habēs regreſſum paſſus fuerat beneficiū poſſideri p triennīū: & ille poſſeſſor obierat, & nouus poſſeſſor dabat de alleg. Lapi. ꝙ facere nō potuiſſet defunctus: vt dixi ſuprà eo. dec. prima. col. pen. num. 9. Et ad materiā
8 iſtius dec. vide Aegi. dec. 14. vbi dicit, ꝙ † renuncians in partibus liti & cauſæ pēdenti in curia nō eſt condēnandus in expēſis factis poſt intimationē talis renūciatiōis. Et ſcias, ꝙ poſt ceſsionē nō pronūciatur niſi alter velit habere ſententiā expēſis ſuis, quæ ſentētia, pdeſt, quò ad
9 collitigātes. Et ad hāc dec. facit, ꝙ † habēs ius ad rē pōt reſignare in manibus notarij: vt dicit d. dec. 14. in anti. in ij. col. verſ. ſecus tū fuiſſet. & dec. 8. ibi, imò etiā ſi haberet ius in re. In caſu huius dec. valet ceſsio facta corā notario & teſtibus, ad hoc vt lis dicat extinctæ: vt fuit
*75 tentū in vna * Palētina corā dūo Tho. de Thanis. dicit tū Sar. q. 56. regulæ de triēnali, nu. 6. ꝙ lis nō extinguitur per ceſsionē corā notario: & ideo hīc requiritur ꝙ fiat coram auditore. Ant. Mar. Papaz.

SVMMARIVM.

Renunciatio beneficij reſeruati facta in manibus ordinarij obſtat agenti petitorio vel poſſeſſorio: quāuis papa eandem renunciationē non admittenda, poſſet renūciantem in petitorio annullare.

EPITOME.

1 *Renunciatio ſpontanea, licet non admiſſa, obſtat & præiudicat repetenti vel agenti petitorio vel poſſeſſorio.*

2 *Renunciantibus iuribus ſuis non datur ad illa regreſſus.*

Deciſio 4. aliàs 353.

* Reſeruato. Vetuſti codices habent, reſeruatum.

SI opponatur † ſpoliato, ꝙ ſponte renunciauerit ſuo beneficio per ipſum tanquã ſpecialiter * reſeruato impetrato, & producatur inſtrumentũ renunciationis factæ per eũ purè, ſponte & liberè in manibus ſuis ordinarij: licet non contineatur in eodẽ inſtrumento, ꝙ fuerit huiuſmodi renũciatio admiſſa: nihilominus tamẽ domini omnes vno dũtaxat vacillante dicebant prædictam renunciationẽ obſtare agenti. Ratio: quia per dictam renunciationẽ ſpontaneè factã in manibus ſui iudicis & prælati, nedũ idem renunciãs amiſit poſſeſſionẽ, ſed etiã proprietatem quantũ in eo fuit: & ideo ſibi ſem per obſtabit & præiudicat ſua ſpontanea renũciatio: licet illa in nullo præiudicet ſuo ſuperiori, quò minus poſſit ipſum retinere ſi velit, etiam inuitum. iuxta not. per Ber. Inno. & Hoſti. in c. admonet. c. quod in dubijs. & c. ſuper hoc. de renunc. Admiſsio enim prælati nõ eſt niſi quædam abſolutio ſiue dimiſsio à ſua iuriſdictione nec per eã confertur nec aufertur ius ſiue titulus in beneficio: quod tamẽ ſit per reſignationẽ etiam ex cauſa permutatiõis factã, quia opus eſt noua collatione etiã in caſu regreſſus: prout le. & no. in c. inter cætera. de præben. & de re. permutat. c. cùm vniuerſorũ. & c. j. lib. vj. & notaui plenius ſuprà in cõcluſione. j. de rer. permut. Præterea prædicta renũciatio obſtaret etiã agenti poſſeſſorio: vt c. accepta. de reſti. ſpo. & c. ſuper hoc. de renũc. qđ eſt plus priuilegiatũ in iure quàm petitoriũ. de ordi. cog. c. ij. & ſi. de reſti. ſpo. per totũ: multò fortius agẽti petitorio. Renunciãtibus † enim iura ſua nõ eſt ammodo danda regreſſus ad ea. vij. q. j. c. quàm periculoſum. cum ſimilibus.

1

2

SVMMARIVM.

Renunciatio ſpontanea, licet nõ admiſſa obſtat beneficium repetẽti. h. d. Vel ſic. Renunciatio beneficij reſeruati facta in manibus ordinarij, obſtat agenti petitorio vel poſſeſſorio quamuis Papa eandem renunciationem non admittendo poſſet renunciantem in petitorio annullare. h. d. 352.

EPITOME.

1 *Reſignatio etiam non admiſſa, obſtat beneficium repetenti.*

2 *Reſignans in manibus habentis facultatem admiſſa vel nõadmiſſa reſignatione an amittat titulum & poſſeſſionem: & an de huiuſmodi reſignatione oppoui poſſet per tertium.*

3 *Reſignationis admiſsio non confert ius. licet admiſsio permutationis habeat vim collationis.*

4 *Reſignatio de beneficio reſeruato in manibus ordinarij tenet: licet ipſe non poſsit conferre: & ideo reſignans non repellitur ab agendo.*

5 *Reſignatio in manibus habentis facultatem admittendi, ſed non conferendi, an amittat ius.*

6 *Reſignatio in manibus habentis facultatem conferendi, ſed non admittendi reſignationes, an valeat.*

7 *Reſignatio beneficij reſeruati non poteſt admitti per ordinarium, quando reſignans eſt ab eo exemptus.*

8 *Permutantes quando poſsint redire propria auctoritate.*

9 *Regula de publicandis, non habet locum in permutatione.*

10 *Renuntians lis & cauſæ poteſt cogi ad reſpondendum poſitionibus.*

11 *Mandatum ad reſignandum requirit illa verba, ſponte & liberè.*

12 *Cedens liti non fatetur aduerſarium ius habere.*

13 *Regula, de publicandis. olim locum non habebat, ſi conſenſus præſtabatur poſt mortem.*

14 *Conſenſus non poteſt præſtari poſt mortẽ, quando procurator ante mortem nihil facit, etiã ſi principalis porrexiſſet ſupplicationem.*

15 *Conſenſus qui præſtatur poſt mortem, dicitur formalis, non obſtante regula, de extendendo conſenſu.*

16 *Conſenſus an poſsit præſtari ante datam ſupplicationis.*

17 *Simoniam oppouere non poteſt notarius de inſtrumento ſimoniaco rogatus.*

ADDITIO.

1 ISTud ſummarium eſt corruptum: dicitur enim hîc, quòd † ſi quis reſignauit beneficium in manibus habentis facultatẽ admittendi reſignationẽ, & reſignatio huiuſmodi non reperiatur admiſſa, & agat ſuper ſpolio, quòd non poteſt obtinere, obſtante ſibi exceptione iſtius reſignationis: ſicut nec etiam poſſet obtinere in petitorio: quia reſignans quãtum in eo, fuit, amiſit poſſeſsionem, & proprietatem, & ideo ſibi obſtat ſua renũtiatio, quæ tamen nõ præiudicat ſuo ſuperioti, quominus poſsit illum reſignantem retinere obnoxiũ illi beneficio. Et ſic not. primò ex hac dec. ꝙ † reſignãs, admiſſa vel nõ admiſſa reſignatione, ſtatim quòd facta ſit reſignatio in manibus habẽtis facultatem, amittit titulum & poſſeſsionẽ beneficij, vide tamen deci. 3. Biſeg. & 14. hoc tit. in anti. & per Sar. q. 29. de inſir. & Caſ. dec. 2. hoc ti. Secũdò nota, de ꝙ reſignatiõe huiuſmodi põt etiã oppoſi per tertium ſpoliatorẽ, qui nõ ſit reſignatarius, vt multi dicunt: quia cõſtat ꝙ in caſu iſto ille qui oppone- bat, non erat reſignatarius: ſed impetrauerat beneficium tãquam ſpecialiter reſeruatum, & reſignatio erat facta in manibus ordinarij vt dicit hæc dec. & erat facta ſpõtè & liberè, & ſic ſine conditione. Tertiò nota hîc, quòd † admiſsio prælati non cõfert ius: ſed eſt quædã abſolutio & dimiſsio à ſua iuriſdictione. Quartò nota, ꝙ per reſignationem ex cauſa permutationis & admiſsionem ſuperioris cenſetur facta collatio compermutãtibus vt hîc, & in dec. 1. infrà de rerum permu. ideo ſi ex aliqua cauſa permutantes vellent redire, opus eſſet noua collatione. & ratio videtur in promptu: quia in caſu permutationis narratur corã ordinario, ꝙ illi intendunt permutare: & admiſsio iſto caſu nõ eſt aliud quàm cuilibet eorum conferre. Concordãtes habes ſuprà dec. 1. & deci. 6. hoc titulo in anti. ſentit idẽ, licet non tã clarè, quia nihil dicitur ibi an reſignatio fuerit admiſſa vel collatio, alteri facta: ſi enim nõ eſſet admiſſa reſignatio hîc, multum dubitarem de veritate prima: partis huius dec. quia vt ſentit d. dec. Biſeg. 3. hoc titu. qui reſignat in manibus non habentis facultatẽ, non repellitur poſtea ab agẽdo: vt latè per Caſſa. d. dec. 2. hoc titul. & facit d. dec. 14. hoc tit. in antiq. col. 2. pro quo etiã vide Fely. in c. in noſtra. correl. 34. de reſcrip. Et ꝙ † reſignatio de reſeruato, in manibus ordinarij teneat, licet ipſe non poſsit conferre, facit dec. Biſeg. 4. hoc tit. & Caſ. 8. de præb. Et hoc caſu, ſi reſignans agat, non obſtat ſibi exceptio: vt dicit d. dec. 3. Biſeg. quia eſſet dare de iure tertij. & cum iſtis cõcordat dec. 6. infrà de rerum permut. vbi latius dicã. Quãdo † autẽ reſignatio fuit facta in manibus habẽtis tantùm facultatem admittendi reſignationẽ, non autẽ conferendi, an valeat collatio, & an quis amittat ius ſuum, facit dec. 1. hoc tit. in ant. & dec. 1. Biſeg. eod. titu. quæ in ſummario videtur cõtraria, ſed nõ reſoluit. Quãdo † verò reſignatio facta fuit in manibus habentis facultatem conferendi tantùm, nõ tamen habentis facultatẽ admittendi reſignationes, an valeat, vide dec. 5. & 13. eod. tit. in ant. & 2. Biſ. & facit dec. 6. infrà eo. in ratione decidẽdi, vbi dicit, ꝙ iſte reſignãs nõ amittit titulũ, licet amittat poſſeſsionẽ, pro quibus vide Fel. in c cũ dilecta. de reſcr. nu. 65. In priori verò caſu qnãdo quis habebat facultatẽ admittẽdi reſignationẽ, fortè reſignãs amitteret titulũ, & poſſeſsionẽ, ex quo ille habebat facultatẽ deſtituendi, quam facultatem nõ habebat ille qui habebat facultatẽ cõferendi tãtùm, & ſic ceſſaret contrariũ propter d. dec. 3. Biſ. Et † qa aliquę dec. loquẽtes de reſignatione facta de beneficio reſeruato in manibus ordinarij, dicũt ꝙ talis reſignans amittit etiã titulũ. Aduerte ꝙ dec. 4. Biſeg. dicit, ꝙ ordinarius põt admittere reſignationem bñficij reſeruati, niſi reſignãs eſſet exẽptus, & eã ſequitur Caſſ. de. 8. de præb. Et ideo in illo caſu ex quo qñ eſt exẽptus, ſi ille nõ potuit admittere reſignationẽ, dicitur, ꝙ reſignans nõ amiſit titulũ. Sar. tũ q. 29. de inſir. reſ. in fi. facit differentiã circa iſtã difficultatẽ, an reſignatio ſit facta in manibus nõ habentis facultatẽ admittẽdi, vel quã do reſignatio fuit facta in manibus ſuperioris, & nõ fuit admiſſa. vide ibi & hęc ſufficiunt quò ad tertiũ notabile de quo ſuprà. Quò † autẽ ad quartum notabile videbis infrà de rerum perm. ſuper d. deci. 1. quia ibi eſt materia ſua. Reperio enim plures deci. contrariantes, licet credã permutãtes poſſe redire propria auctoritate ad eorum beneficia, præſertim ſi ſint vacua: ſi autem plena ſunt, aut alter

3

4

5

6

7

8

aut alter permutãrium possidet,& poterit spoliari,cùm non possit dari de spolio sine titulo colorato:aut possessio eit occupata à tertio.& nulli dubium ꝙ tunc tu non poteris ingredi propria auctoritate,illum tertium spoliando:vt in termiais sentit d.decis.1.vide tamen ad hoc Sar.q.24.de trienn.Et ad materiam vide eũdem q.3.de publicandis,vbi latè examinat q.an illa regula loquens de resignatione habeat locũ in illa quæ fit ex causa permutationis,licet non soluat illam difficultatem: prout
9 etiam non resoluit,an † regula illa procedat in permutatione,licet postea resolutum fuerit eam non procede-
*76 re in vna * Florentina parœcialis de Pidriolo coram domino de Thanis,& prius coram domino Marsicano in vna Segobien.prædicta.Tamen aduerte,ꝙ hodie rarò eueniet casus de quo suprà:quia semper resignationes fiunt cum illa clausula,& non aliter nec alio modo, & sic non abdicatur ius à resignante nisi perfecta resignatione:vt fuit dictum super dec.1.suprà eo. pro quo facit dec.3.Cass.hoc tit.vt vltima eiusdem de concess.preb.Et
10 adde ꝙ † renuntians liti & causę tenetur ad instantiam partis positionibus & articulis respondere:vt in dec.40.
11 de testibus in anti. Et aduerte ꝙ † in mandato ad resignandũ satis operantur illa verba,sponte & liberè, propter istam dec.quam quò ad hoc sequitur Staph. fol.66. & in alia impress.55.Et ad hanc materiam vide Fely.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.de const.q.13. & in c.li vero.de iureiu.& dicit Fely.in c.olim.de rescrip.num.15. ꝙ ce-
12 dens † liti,licet non possit amplius agere: tamẽ propter hoc non videtur fateri aduersarium ius habere. & in c. Capitulum.de rescrip.nu.39. dicit,ꝙ renuntians instrumento debiti,non videtur renũtiare debito.Et an renuntians cum pacto,ꝙ sibi reseruetur pensio,committat limoniam,vide Fely.in c.ad audientiam.el.2.de rescr. & habes infrà de simonia.vbi de resignatione facta in fauorem certæ personæ, & an possit renuntiari cessioni bonorum,habes deci.4.hoc titulo in anti.& Fely.in c.si diligenti.de fo.comp.& infrà de re iudi.dec.32. & per Fel.in capit.ex parte.de iureiur. Cassa.in hoc tit. ponit satis notabiles dec.quas per te videre poteris,& præsertim dum loquitur de bulla Alexãdrina,cuius occasione per Paulum. III. ædita fuit noua regula ad tollendas excogitatas fraudes:quia multi porrigebant supplicationes ad signandum & expectabant mortẽ resignantium: & tunc præstabant consensum eo mortuo,etiã post longissimum tempus. Et quia fuit aliàs in Rota resolutum
13 ꝙ † regula,de publicandis.non habebat locum quando
*77 consensus præstabatur post mortẽ,in vna * Segobien. beneficij de Villa Castri coram domino Reomano, & multi etiam ad eludendam dictã regulam, de publicandis,resignabant ex causa permutationis,ideo per d.regulam Papa noluit, ꝙ tempus publicandi inciperet à die porrectæ & signatæ supplicationis:pront hodie vult regula.S.D.N.Iulij.iij.bullæ & in materia dictæ bullæ
*78 Alexandrinæ fuit resolutũ in vna * Palentina scolastriæ,primò coram D.de Puteo,& demum coram domi-
14 no Vestano,ꝙ † licet sufficiat ante mortẽ fuisse factum aliquem actum per procuratorem,vt res non sit integra, & possit prosequi post mortem:tamen non sufficit supplicationem fuisse porrectã per principalem, & postea præstitum fuisse consensum per procuratorẽ: quia quò
*79 ad eum etiam res dicitur integra. Et aliàs in * causa Tolleran.parœcialis de Xetaffe coram domino Rauel-
14 len.tentum fuit,ꝙ † consensus qui præstatur per porrectionem, dicitur formalis: non obstante regula, de extendendo consensu infrà.15.dies,quæ non intelligitur de isto consensu.Et aduerte dum Cassa.super d.dec.2.loquitur de duobus consensibus:quod Sar.q.29.de infir. dicit, ꝙ tẽpus incipit à primo consensu,licet fortè hodie esset secus,propter regulam,ꝙ illud verbum hodie operetur.
16 Et dum Cassa.dec.3.hoc titulo dicit.ꝙ † consensus præstatur etiam ante datam supplicationis:aduerte quia notarij nolunt extẽdere consensum, nisi sit præstitus post datam,vel eodẽ tempore,& interrogaui aliquos in quo fit fundatus eorũ stilus,& nesciuerũt aliter respondere, nisi ꝙ videmus regulam de infirmis & primam regulam de publicãdis vbi tempus incipit à die præstiti consensus,qui si posset ante præstari hoĩes solicitarẽt nimis consentire,& tandẽ firmant se in stilo, prout etiam nesciunt de alijs multis:in casu tũ Cassad.erat vt opinor facta resignatio penes aliquẽ notarium corã testibus aute supplicationẽ:sed literæ in vim talis instrumẽti non potuissent expediri:quia Abbreuiatores nec Summista illas relaxaret,nisi viso tali cõsensu à tergo manu notarij cameræ vel cãcellariæ.Ratio tũ, quia cosensus non capiuntur per notarios ante datã,est iudicio meo:quia nũ quam fiunt resignatiões liberè,sed in fauorẽ certę personæ,& essent simoniacæ ante datã,& ideo notarij etiam puniri possent iuxta constitutionẽ extrauagantẽ cùm de
17 testandæ,præsertim si non releuarẽt prout etiã † notarius de tali instrumẽto rogatus non posset opponere de
*80 simonia:vt resolutũ fuit in vna * Tollerã. parœcialis del.pedreto corã dño Vestano.& ad superius dicta vide omninò Silua.in tract.de beneficio q.32.tertię part.qui latè examinat materiam istam.Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Quæ metu fiunt valent & tenent, donec per prętorem rescindãtur prętereà matrimoniũ carnale & spirituale,ac renũtiatio per habentẽ iurisdictionẽ secularem extorta,quę sunt nulla ipso facto.

EPITOME.

1 *Renunciatio metu facta venit rescindenda.*
2 *Renunciatio beneficij debet esse voluntaria,aliàs nulla est.*

Decisio 5. aliàs 374.

1 FVit dubitarum de illo qui renũtiauit † per vim & metũ beneficio suo, vtrũ renũtiatio valeret & teneret,vel esset nulla ipso iure. In quo dũi erãt dubij & varij.Nã aliqui volebãt dicere,ꝙ esset nulla & irrita ipso iure.per c.abbas.& c.ad audientiã.qđ me.cau. Nã in c.abbas.dicitur expresẽ, ꝙ ea quæ fiũt per metũ,debẽt in irritũ reuocari.& in c.ad audientiã.dicitur,ꝙ debent carere robore firmitatis:quæ verba innuũt & inducunt expressam nullitatẽ,& in c. exhibita.in fide iudi. & de excep.c.dilecti.c.dilectæ.& c.significauerunt. cũ infinitis similibus.de hoc videf clarus tex.in terminis in cle. multorũ.§.sane.de pœn.Prætereà quemadmodũ debet esse plena libertas & nulla coactio in matrimonio carnali cõtrahẽdo vel dissoluendo:vt in c.cùm locũ. de spon. & in c.accedẽs.de procu.ita & in matrimonio spirituali:vt in c.j.quod me.cau.vbi ingressus religionis factus per metũ non tenet, nec etiã electio factа per impressionẽ.vt in c.in nomine dñi.xxiij.di.& lxxvij.di.j.& c.si quis p pecuniã.& lo.& not.p Inno. & Host. in c.bonę. el j.& in c.qđ ficut.de elec.In hãc partẽ videf declinare Inno.in c.ad aures.qđ me.cau.& de renũt.c.sup hoc. & Host.in sum.ti.de renũt.§.qualiter.vbi expresẽ dicit,ꝙ
2 renũtiatio † beneficij debet esse volũtaria & libera,aliàs nõvalet.p hac opi.facit tex.in c.sup hoc.de renũ.& c.in presentia.& cle.j eo.ti.vbi procuratoris cõstitutio ad renuntiandũ beneficio debet fieri spõte & liberè.& ibi vide Io.An.Pau.Gẽze.& Stepha.sup dictis verbis. Maior pars tenuit contrariũ:videlicet,ꝙ renũciatio beneficij facta p metũ tenet mero iure: sed rescindit officio iudicis vel actiõe qđ me.cau.Et p hoc induxerũt & allegauerunt predicta iura.& c.abbas.& c.ad audientiã.& d.cle. multorũ.§.sanè.q.a illud est ius nouũ & speciale in illo casu:videlicet qđ renũciatio facta p captionẽ vel detentionẽ seculariũ potestatũ est irrita ipso iure.ergo nisi illa interueniãt valet,& tenet:vt dicit ibi Pau.& Steph.sũ per ver.decernimus.& remittũt ad no.in c.auctoritate. q.vj.& xxij.q.iiij.inter cętera.& c.abbas.vbi glo.magistralis quę ponit regulã:videlicet, ꝙ facta p metũ tenẽt & valẽt:q.a coacta volũtas est volũtas. xv.q.j.c. merito. & ponit casus multos exceptos à regula.& Io.An.in no uel.addit multos alios,& Host.in sum.qđ me.cau.§.penult.ponit bene nouẽ,inter quos nõ est iste.ergo standũ erit regulę,nisi reperiatur contrarium in iure.C. de testa.l.præcipimus.

SVMMARIVM.

Resignatio metu facta venit rescindẽda: quæ tũc est nulla,qñ per præsidentẽ iurisdictiõi est extorta.h.d. Vel sic. Quę metu fiũt,valẽt & tenẽt:donec per prętorẽ rescindãtur,prætereà matrimoniũ carnale & spũale, ac

renunciatio per habentem iurisdictionem secularem extorta, quæ sunt nulla ipso facto. Vel sic. Renũciatio per metum facta de beneficio, non est ipso iure nulla, sed officio iudicis venit rescindenda. h. d. 374.

EPITOME.

1 *Resignatio metu facta tenet, licet veniat rescindenda.*
2 *Resignatio in articulo mortis, vel si domino meo placuerit, facta an valeat.*
3 *Resignatio facta metu Regis est nulla.*

ADDITIO.

1 TEneas vltimum summarium: † quia regulariter facta metu tenent, licet dentur plures Falent. de quibus per doc. hîc allegati. Ad istam decis. facit dec. 7. infrà eo. & dec. 2. de ijs quæ vi & metu. in antiq. & latè per Sar. q. 10. de infir. vbi etiam de resignatione facta per iram, & per Felyn. in c. ecclesia sanctę Marię de consti. nu. 127. & in c. si verò. de iureiurand. facit ad
2 hoc dec. 1. Biseg. hoc titulo circa finẽ. Et an valeat † resignatio facta in articulo mortis, habes per Fely. in c. pastoralis. 6. prętera. de offi. ordi. in secunda declaratione. Et an valeat resignatio, si domino meo placuerit, habes dec. vltimam Biseg. hoc titulo, & per Felyn. in cap. cùm contingat. de iureiur. Et ista dec. nostra fuit canonizata
*81 in vna. *Cracouien. canonicatus & præben. coram do
3 mino Ravellen. vbi domini voluerunt † cessionem factam metu Regis esse nullã, per iura in fine huius deci. allegata. & probato metu admiserunt partem ad prosecutionem executorialium. Quibus adde Staphi. in 3. parte dum tractat de varijs modis vacan. fol. 66. & alia impres. 55. Ant. Mar. Papaz.

SVMMARIVM.

Episcopus conferẽs beneficium in aliena diœcesi non potest illius permutationẽ auctorizare, nec alia facere nisi competat ex priuilegio vel cõsuetudine. h. d. Vel sic Permutatio beneficij expedienda est per episcopum in cuius diœcesi situm est beneficium, non illius ad cuius collationem pertinet.

EPITOME.

1 *Resignatio quod admitti non possit ab eo qui conferendi facultatem tantùm habet.*

Decisio 6. aliàs 398.

1 SI † aliquis episcopus habeat collationem alicuius beneficij siti in diœcesi alterius episcopi ex consuetudine legitimè præscripta, si tenens illud beneficium vellet illud pro alio beneficio permutare: fuit dubitatũ in cuius manibus posset & deberet fieri resignatio huius modi beneficij. Et videbatur aliquibus quòd in manibus illius habentis potestatem conferendi. nam ad quem pertinet institutio. ad illum etiã debet pertinere destitutio siue resignationis receptio. de hæret. c. cùm ex iniũcto. de capel. mo. c. j. de priuile. cùm & plãtare. 5. in ecclesijs. de renunc. admonet. & c. quod in dubijs. Vide doct. in c. cùm examinati. de hære. cũ adi. Abb. in glo. fi. Fuit conclusum & determinatũ per omnes cõtrariũ. Nã licet alicui ex consuetudine debeatur beneficij collatio: nõ sequitur ad eum pertinet institutio, nec resignationis receptio seu destitutio. * Et est ratio: quia tantùm præscriptum quãtùm possessum, & nõ plus de deci. cùm in tua. de offi. archi. c fi. de præscrip. c. auditis. & c. cùm olim. de reli. domi. c. cùm dilectus. & ca. cùm venerabilis. Pro quo facit optimè c. cùm in illis. de præbẽ. lib. vj. vbi text. ponit differentiã inter collationem & presentationem, institutionem & electionẽ: quæ omnia possunt diuersis personis ex priuilegio vel consuetudine competeret: vt in dictis iuribus superius alle. Pro hoc etiã videtur text. in c. vnico de capel. mo. lib. vj. vbi Abbates ad quos spectat plena iuris dispositio aliquorũ beneficiorum, nihilominus tenentur & debent presentari siue instituti per eos præsentari episcopo, cõmittendum eis curã animarum: nec iosstitutos per episcopum possunt sine causa & ipsius consensu amouere & priuare eorum beneficijs, facit etiã cle. quia regulares &: sup. negli. præla. Iura verò contraria parte allegata loquũtur in illo ad quem de iure cõmuni spectat institutio siue collatio: secus verò de consuetudine vel aliquo alio iure speciali, p quo etiã faciunt not. per Inno. & Ho. in c. ex frequẽtibus. de insti.

Quòd ad potestatem admittendi resignationem. Rot. in antiq. eod. tit. v. & sup.

SVMMARIVM.

Episcopus conferens beneficiũ in aliena diœcesi non potest illius permutationẽ auctorizare, nec alia facere, nisi competat ex priuilegio vel cõsuetudine. h. d. Vel sic. Permutatio beneficij expedienda est per episcopum, in cuius diœcesi situm est beneficiũ, non illius ad cuius collationem pertinet. 493.

EPITOME.

1 *Resignatio admitti non potest ab eo, qui habet tantùm facultatem conferendi.*
2 *Collatio beneficij alterius diœcesis vniti beneficio meo diœcesi, ad me dicitur spectare.*

ADDITIO.

1 ISTud summariũ nihil valet: † dicitur enim hîc, quòd habens collationẽ seu ius conferendi iure speciali, puta quia acquisiuit ius conferendi ex prescriptione, vel consuetudine, aut priuilegio in aliena diœcesi, non põt admittere resignationem, etiã ex causa permutationis: quia aliud est destituere, aliud cõferre: imò sunt penitus diuersa, & tantùm dicitur possessum quantùm præscriptum. pro ista dec. facit dec. 13. & 15. hoc tit. in antiq. vbi dicitur, q̃ qui potest conferre, nõ potest etiam resignationem admittere: & plus dicit dec. Biseg. eod. tit. fecũda, quòd etiam habens facultatem conferendi beneficia vacantia per resignationem non põt ipsam resignationẽ admittere, & omnes ferè deci. Biseg. hoc titulo tendunt ad hoc, & de illis fuit dictum suprà decisio. 1. vide ad hoc Fely. in c. cùm auditis. de præscrip. num. 18. & in c. cùm dilecta. de rescrip. nu. 65. vbi ponit plura exempta, & vide Sraph. dum tractat de var. mod. vac. tertia parte, fol. 69. secunda facie in fine, & in alia imp. fol. 57. Et hîc ap-
*82 plicari potest quod fuit decisum in vna. * Vrbinaten.
2 Porosempronien sis vnionis, vbi dicitur quòd † collatio beneficij alterius diœcesi vniti ad beneficium meę diœcesi ad me spectare debet, nec teneor requirere consensum alterius Episcopi, quando vnum est vnitum alteri tanquam capiti: secus fortè si essent inuicem vnita, vel æquè principaliter iuxta doctrinã Zabarellę & Aeg. in c. ij. de reli. do. & nota. per Caccialup. in tract. pensionũ. 8, artic. principali. versi. xvj. quæ ro quid dicat Petrus de Perusio in tract. vnionum cap. 10. in fine, qui potest saluari in vnione non transfusiua. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Resignatio beneficij facta pro sui fratris liberatione & metu perdendi patrimonium an valeat, & detur ad illud regressus.

EPITOME.

1 *Resignatio facta propter fratris liberationem de carceribus non valet.*
2 *Resignatio amissionis bonorum causa facta, quòd non valeat.*

Decisio 7. aliàs 463.

1 DVbitatur. † An valeat resignatio beneficij in manibus ordinarij propter liberationem fratris sui de carceribus. Decisum fuit quòd nõ valet: & mãdauit eam papa cessari. & maximè quia iustus metus interuenit mihi resignanti: quia contumelia fratri illata mihi infertur. ff. de lib. cau. l. præterea. & Cle. vnica de
2 homi. Item † si renuntio beneficio etiam per iuramentum: quia timeo perdere patrimonium, datur regressus, quòd metus causa. c. abbas. per Innocẽ. Item metus consanguineorum est iustus metus. de electi. c. sciant. lib. vj. & ibi Jo. mo. de senten. excõ. c. quicũque. vbi per Archi. quod appellatione suorum, nedum continentur parentes & consanguinei, sed etiam domesticæ personæ. C. de ijs qui ad eccle. confu. lege præsenti. & gloss. fin. quod metus causa. capitulo vno. libro vj. & de appellationib. ex parte. M. xxiij. distin. communis filius. Sed tamen necesse fuit probare quod, nisi prædictus clericus renunciasset, fratres & parentes sui mortui in carceribus, fuissent.

SVMMARIVM.

Non valet resignatio beneficij propter liberationem fratris de carceribus. 460. aliàs. 463.

EPITOME.

1 *Resignatio facta propter liberationẽ fratris de carceribus venit cessanda.*

ADDI

ADDITIO.

1 HAec † dec. fundatur in iusto metu, & dicit ꝙ ideo est, quia cõtumelia illata fratri meo dicitur mihi illata, & ideo resignatio ista etiam iurata, vel propter timorem dimissionis patrimonij erit meticulosa, & sic nulla: nõ tamen ipso iure, sed venit cassanda, vt dicitur in decisione. ideo dũ in summario dicitur non valet, dicas, cassanda venit, pro clariori intelligentia pro quibus faciũt dicta super dec. 5. suprà eo. & not. per Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. nu. 126. & sequen. & in c. causam matrimonij. de off. del. Ant. Mar. Papaz.

SVMMARIVM.

Si monasteriũ ad quod parœcialis ecclesia pertinet in spiritualibus & temporalibus, & etiam monachi curam animarum habentes præsentant Episcopo clericum sæcularem: per ipsius mortem potest dicta ecclesia tanquã vacans impetrari.

EPITOME.

1 *Monasterio ad quod ecclesia parœcialis pertinet spiritualiter & temporaliter præsentante Episcopo clericum sæcularem, qui ab illo recipiat curam, an illo mortuo possit talis ecclesia tanquam vacans impetrari?*

2 *Patronus donans ecclesiam, ius etiam dare censetur.*

3 *Iudex non debet condemnare de his quæ in petitione actoris non continentur.*

4 *Libellus debet esse clarus: quod si sit obscurus & durus, imputatur actori.*

Decisio 8. aliàs 474.

1 SVpposito quòd parœcialis † ecclesia spectet ex canonico titulo plenissimè ad monasteriũ videlicet quò ad spiritualia omnia & temporalia, ac ipsorum omnium plenum & liberum exercitium & fructuum omnium perceptio, saluo quòd debent habere secum vnum capellanum sæcularem, qui per eos Episcopo præsentetur, & ab eo recipiat curam, & in decenti habitu sacramentum Eucharistiæ portet infirmis, ac etiã ibi monachi vsi fuerunt per seipsos exercitio curæ & infirmis sacramenta ministrando: si moritur capellanus & impetratur ecclesia tanquã vacans per mortem illius, tenet impetratio: vt suprà in conclusione 23. de præben. & per ea quæ dixi in fi. & vt gratia papæ valeat & in aliquo sortiatur effectum: cùm papa sine dubio fuerit intentionis aliquid conferendi. ar. de priui. si papa. li. vj. de ver. sig. abbatem. & ff. de leg. j. l. si quando.

2 facit, ꝙ si patronus † donet ecclesiã, censetur donare ius quod in ea habet, vt de dona. c. pastoralis. de iur. par. c. cura. Item quidam domini plures numero dixerunt, ꝙ si in libello talis impetrans contra monasterium principaliter petierit dictam prouisionem suam pronuntiari canonicam, & declarari dictam ecclesiam ad eum pertinere, sibíque adiudicandam fore, ac dicto monasterio nullum ius cõpetere super dicta ecclesia: iudex facta fide de præmissis debet declarare libellum, & super iure dicti capellani ferre sententiam: & super alijs impetranti silentium imponendo, & hinc inde expensas cõpensando pro primo allegatur. ff. de lega. ij. l. qui solidũ. in prin. ff. fami. ercis. l. hoc iudicio. & not. per Cy. ff. si aduer. re. iudi. l. j. Pro secundo de expensis alle. not. Inno. de dol. c. fi. in glo. magna. ver. Item nota ꝙ si sententia. licet minus facit cõtra not. Inn. de plus peti. c. vnico. in fi. in glo. Sed in principio dicti domini subtilius illud dictũ impugnarunt, vt prima facie videbatur. Etenim † certum de iure, ꝙ iudex qui cõdemnat in in eo quod non continetur

3 in petitione actoris, male & fatuè agit: vt. ff. de cõtrahẽ. emp. l. vt fundus. C. de fideicõ. l. j. in fi. modò cõstat ꝙ ius quod primus capellanus habuit, sub generali petitione non cõprehendatur igitur in nullo iuris cõdemnatio fieri potest. Quòd non cõprehendatur probo. quia aut cõprehendatur tanquã pars rei petitæ: vt in l. qui solidũ. in prin. alle. & hoc non, quia ecclesia est indiuisibilis & partem non habet: nec ipsa nec ius etiam corporale, quod in ea habetur, habet partẽ: vt in c. dilecto. de præben. de consti. cum M. cum simil. An cõprehẽderetur per reductionem proprietatis verborum ad improprietatẽ vt proxime dixi: etiã & hoc dici non potest: quia si sit ius monasterij, non excluderetur, si mentẽ talem libellans haberet quod tamen per expressum excludit. postquã enim nullum ius prætendit in ecclesia ius infert monasterio. & ergo ipse impetrans eo ipso ꝙ expresse ius monasterij in libello non excludit, ex toto censetur libellũ velle intelligere de directo principali inter actorẽ & rectorẽ. ar.

4 ff. li ager. vec. l. ij. facit quia libellus † debet esse clarus de natura sua. ff. de re. ven. l. si ideo. Et licet admittatur declaratio, aliàs imputaretur actori. ff. de ver. obl. propter quod dicti dñi consulebãt, ꝙ diceretur actori per auditorem, ꝙ dictũ libellum declararet: tamẽ in casu quo non declararet, fiat interpretatio cõtra eum: vt in regula, contra eum. de re. iur. li. vj. quia saltẽ debent in dubio accipi verba in propria sententia: vt insti. de iur. nat. contra q. ff. de leg. iij. l. non aliter. maximè in ꝺiũ declarare nolentis. ar. ff. de interro. act. l. de prate. §. qui tacuit. Coniunge cum isto, ꝙ si libellus debet esse clarus, adhuc sententia debet esse clarior. §. quæ cõtra. insti. de act. & quia non videtur, ꝙ ius illius capellani cõsisteret in ipso corpore in ecclesia cõstituto ad reuelationem actoris in aliquo ordinata: sicut videmus in multis ecclesijs huiusmodi capellanos vicarios & prebendas habentibus etiã cum animarum cura seu potestate audiendi cõfessiones, quibus tamen non videtur prouideri aliquo modo de ecclesia, sed in ecclesia. vide hanc differentiam not. per glo. in cle. ij. de prioileg. & digni. Licet secus putarem, vbi monachi carerent exercitio curæ. per ea quæ dixi in d. deci. 23. de præben. Hoc supposito dicebant dicti domini, ꝙ si recusat ille declarare, absoluatur monasteriũ ab impetitione & actor condemnetur in expeñ. quod tardè fiendum foret. & si fieret bonum esset taliter sententiam declarare, quòd appareret modus & causa permutationis eiusdem si declararent, quòd pronuntiaretur secundùm quod alij qui domini suprà dixerunt.

SVMMARIVM.

Si monasterium ad quod parœcialis ecclesia pertinet in spiritualibus & temporalibus, & etiam monachi curam animarum habentes: præsentant Episcopo clericũ sæcularem, per ipsius mortem potest dicta ecclesia tanquam vacans impetrari. 421. aliàs 474.

EPITOME.

1 *Beneficium dicitur vacare per obitum Vicarij deputati ad seruiendum beneficio vnito monasterio.*

ADDITIO.

1 HAec † deci. est repetita infrà de iure pa. dec. 12. vide ibi, quia per errorem fuit hìc posita, & ideo non habet summariũ, licet ibi summetur, vt suprà, & satis intricatè, vt vides, & vide similem per Aeg. dec. 706. & de materia vide infrà de præbend. super deci. 23. quæ allegatur per istam dec. dum dicit, vt suprà conclusione 4. præcedenti. Anto. Mar. Pap.

De Supplend. negli. prælat.

SVMMARIVM.

Si Archiepiscopus legatus natus fuerit negligens infra semestre tempus conferre beneficia vacantia, non habebit aliud semestre tanquam legatus: cùm vtraq; potestas possit in collatione cõcurrere, & inferior non supplet defectum superioris, licet capitulum negligentiam sui episcopi suppleat.

EPITOME.

1 *Legatus natus an habere debeat duo semestria ad conferendum.*

2 *Archiepiscopus Eboracen. non habet alium superiorem quàm papa.*

Decisio 1. aliàs 313.

1 VIT dubitatum, vtrum Archiepiscopus qui est legatus † natus sicut Eboracẽ. & Cantuariẽ. de quo in c. de offi. leg. habeat duo semestria ad conferendum beneficia ad ipsum per negligentiam inferiorũ prælatorum vel sui capituli deuolu

ta: puta capitulum suum neglexit conferre aliquod be-

neficium spectans dũtaxat ad eorũ collationem vel præsentationem infra sex mẽses. Et sic deuoluebatur collatio ad Archiepiscopum eorum immediatum superiorẽ: per c.nulla.de concess.præben.qui fuit etiã negligens in conferendo per alios sex mẽses, & sic videbatur per huiusmodi negligentiã quã fecit vt Archiepiscopus, quòd esset deuoluta collatio ad eum tanquã ad legatũ per iur. vulgar.de concess.præbẽ.c.postulastis. & c.à collatione. de appel.lib.vj. & sic debet habere aliud tẽpus semestre. Fuit dictum & tentum contrarium per omnes. Nã legatus de latere posset concurrere cum ordinario in conferendo beneficia vacantia & ad collationem Episcopi spectantia iure proprio, per iur.vulgar.de offi.leg.c.j.ij. & iij.lib.vj.tamen nusquã reperitur iure cautum, quod cõcurrat vel succedat in beneficijs ad Episcopũ spectañ. iure deuoluto, in quibus etiam capitulum nõ supplet negligentiam Episcopi: prout pulchrè deducit Innoc.in c. cùm in cunctis.de elect.super ver.per capitulum. quàm glo.recitat & approbat Archi.in c.j.ne se.va.super ver. intromittere.li.vj.& Io. And.in nouel.in c.quanquam. de elect.eo.li.Pro hoc etiam inducebã & alleg.c.licet.de supplen.negli. præla.vbi papa reputabat collationẽ Archidiaconatus Richimundię in ecclesia Eboracen. ad se deuolutam propter duo semestria lapsa, puta annũ.quia
2 Eboracen.archiepiscopus † non habet alium superiorẽ, puta patriarcham vel primatẽ, quàm papam, vt ibi dicit textus: tñ ille idem Archiepiscopus erit legatus natus: vt probatur in d.c.j.de off.leg. Si igitur deuoluta fuisset illius Archidiaconatus collatio ad ipsum tanquã legatũ, papa dedisset sibi adhuc vnum semestre antequã de collatione Archidiaconi se intromisisset: quod tamen non fecit, vt ibi apparet. Præterea licet legatus natus sit superior per respectum ad alios infra legationẽ suam existentes, vt possit ad eum appellari, vel ipse adiri per simplicem quærelam: vt in c.j.de offi.lega. tamen non crederem qđ ipse esset superior sui ipsius, vt Archiepiscopi: nec quod à sententia sua possit ad ipsum tanquã ad legatum appellari: nec de ipso sibi ipli quærelam deferri. arg.c.romana.de appel.de consue.c.ij.lib.vj.Ad iura in contrarium alleg. videlicet ad c.postulasti. & c.à collatione, põt responderi, quod ibi ipse & alius solus nõ processit, sed cũ alijs: & ideo à collatione & grauaminibus non solùm ipsius solius, sed etiam aliorum quorum erat immediatus superior appellari, & de facto illorum, & etiam tanquam minimæ partis, vt Episcopus poterat cognoscere. At in casu nostro solus processit, neglexit vel deliquit. ergo, &c.

SVMMARIVM.

Si Archiepiscopus legatus natus, fuerit negligens infra semestre tempus conferre beneficia vacantia, nõ habebit aliud semestre tempus tanquã legatus: cùm vtraq; potestas in collatione concurrere possit, & inferior non supplet defectum superioris, licet capitulũ negligentiã sui Episcopi suppleat. Vel sic. Legatus natus non habet duo semestria: qa tũc legatus cõcurrit cũ ordinario. 313.

EPITOME.

1 *Deuolutio si fiat ad Archiepiscopum, eis leãgatum, habet tantùm sex menses ad conferendum.*
2 *Deuolutio varijs modis fit ob negligentiam vt hic.*
3 *Deuolutio fit post famam vacationis, si non sit vaga.*
4 *Deuolutio fit ad Episcopum negligẽte capitulo. deinde ad Archiepiscopum & Papam.*
5 *Legatis natis non habent nisi sex menses ad conferendum deuoluta.*
6 *Deuolutione facta de capitulo ad Episcopũ Legatus nõ concurrit cũ Episcopo: quia potuit cõferre in sex mẽsibus capituli.*
7 *Deuolutione facta de capitulo ad Episcopũ, & postea ad Papam Legatus concurrit cum Papa.*
8 *Legatus concurrit cum Papa etiam in deuolutis.*
9 *Legatus natus potest adiri per quærelam.*
10 *Iudex qui cum pluribus alijs iudicauit, potest cognoscere in secunda instantia.*

ADDITIO.

1 SVmmarium istud parũ valet, † dubitatur enim hîc ex quo capitulum neglexit per sex menses conferre beneficium spectans ad eius collationem duntaxat, adeo ꝙ collatio deuoluebatur ad Archiepiscopũ eiusdẽ diœcesis eorum immediatum superiorẽ, qui etiam erat legatus natus, an iste debeat habere sex menses tãquam Archiepiscopus, & sex tanquam legatus: & deciditur ꝙ sibi sufficiunt sex menses, ad istã dec. vide omninò Io.de Sylua.in tract.de bene. secũda parte.q.3. vbi latè de auctoritate legatorũ, & in q.63.& 64.tertia parte, & pragmaticam Sanc.in titulo de collatione. in verbo, respectiuè & in verbo, legatorũ.fol.86. facit ad hanc materiã
2 dec.vnica eo.ti.in ant.& 1.Bisег.vbi dicitur, ꝙ † negligente Abbate vel inferiore prælato cõferre, non deuoluitur facultas cõferendi c.vel alijs inferioribus, sed episcopo: vt dic.Aegi.deci.426.ꝙ per negligentiã Episcopi in ꝓuidẽdo iure deuoluto nõ succedit capitulũ, sed suus superior immediatus. & idẽ in cõfirmatione & institutione, de quo vide latè per Fel.in c.irrefragabili.de offi. ordi.& vide dec.Cas.ð.de prẽb.vbi latè tractat hanc materiam, & aliquid per Fel.in c.edoceri.de rescri.& in c. verũ.de foro cõpe.& facit dec.1.de elect.in ant. vbi dicitur, ꝙ tẽpus cõferendi currit Episcopo à tpe renũtiationis, & ratihabitionis, & idẽ dicit Cass.dec.2.de renũ.
3 in fin.pro quo facit deci.Aegi.660.vbi dicitur ꝙ † probatur satis deuolutio si erat publica fama, ꝙ impetrans contraxit matrimoniũ: fama tñ quælibet nõ sufficit, vt dictũ fuit in vna eugubina corã domino de sancta cruce, vbi propter certã famam cõsanguinei assumpserunt vestes lugubres: postea audito ꝙ ille nõ obierat, cæperãt dubitare, & miserant ad partes Germaniæ pro habenda veritate, & propterea dictum fuit ꝙ ordinarius nõ poterat de negligentia notari. & de materia negligẽtia, vide per Sar.q.28. de triẽnali vbi ponit infinitos casus negligentiæ. Esset hîc latius tractãda materia deuolutionis collationis videlicet, quãdo deuoluatur ad inferiores ob negligentiam Episcopi, & quãdo de capitulo ad episcopum, & de Epo ad Archiepiscopum: sed nõ intendo amplius examinare materias vt feci suprà: sed breuiter ponere cõcordantes & discordãtes, ac applicare aliquas nouas decisiones, & colligere notabilia aliqua ꝑ clariori intelligentia: quia tẽpus audientiarum & instar, tunc vacare nõ potero, videas per te in locis ordinarijs. Nota
4 primò ex ista de.ꝙ † in spectãtibus ad collationẽ solius capituli vel alicuius inferioris Epo: si isti negligant per sex menses, collatio deuoluitur ad Epm, qui habet alios sex menses infra quos, si Eps non cõfert, deuoluitur collatio ad Archiepiscopũ: & Archiepiscopo infra sex mẽses nõ conferente, deuoluitur ad Papã: in spectãtibus verò ad collationẽ Epi tantùm collatio deuoluitur ad Archiepiscopum: deinde ad Papã, vt etiã habetur & not.in c.ij.de cõce.prę.& ad hoc facit dec.Bis.1.hoc titulo vbi, habetur ꝙ negligente Abbate, nõ deuoluitur ad Monachos, vel canonicos regulares. Secũdò, no.ꝙ licet † lega
5 ti nati vt iste Eboracẽ. Cãtuariẽ. Remẽ. & Pisanus sint legati nati, & possint sua iurisdictionẽ exercere in diœcesibus suffraganeorũ suorum, & tota prouincia vt habetur in c.j.de of.leg.li.vj.& in c.j.extra, de app. tamen ipsi nõ possunt cõferre bñficia, ad collationẽ inferiorum spectantia, nisi postq̃ propter eorũ negligẽtiã ad eos deuoluatur collatio. Quo casu etiã, ꝙ fungãtur duplici officio, videlicet Archiepiscopi & legati, non tñ habẽt nisi vnũ semestre, vt suprà & in d.c.j.de of.lega.in 6. Tertiò nota, & aduerte, ꝙ ista dec. intrat devna specie legatorũ ad aliã, & sic cõfundit mentẽ legentiũ: postquã eũ dixit de legato nato, incipit dicere de legato de latere, in ver.
6 nã legatus, ex quo verli.nota ꝙ licet † legatus de latere concurrat cũ quolibet ordinario, & possit conferre eodẽ tpe, prout etiã Papa concurrit: adeo ꝙ collatio illius qui primò cõtulit est præferenda, tñ dicitur hîc ꝙ si legatus stetit in isto cõcursu cũ inferiore, per sex mẽses puta cũ Capitulo, ad cuius collationẽ spectabat bñficium, ꝙ huic legato pariter imputatur negligẽtia, si nõ contulit infra illos sex mẽses, adeo ꝙ cùm post illos deuoluta sit collatio ad Epm, ipse non poterit tunc cõcurrere cum Epo, licet sit eius superior, ꝑ iura hîc all. Sed dubitari posset,
7 an † lapsis sex mẽsibus cõpetentibus Epo, & facta deuolutione ad Papã, legatus q̃ fuit negligẽs, possit cõcurrere cũ Papa, & credere ꝙ nõ, argumẽto prædictorũ, quia sic

non concu

non cõcurrit eũ Epo,propter negligentiã suã preteritã, non debet cõcurrere cũ Papa: tñ vide gl.in c.j.de of.leg. lib.vj.quæ videtur dicere contrariũ.& doc.in c.venerabilis.de præb.& considera si eorũ dicta posint intelligi non data aliqua negligentia legati,prout in casu d.c.venerabilis.vbi inuenit beneficium vacasse per tantũ tempus:tamen non dicitur ꝙ primis sex mensibus quibus vacauit,ipse fuerit præsens,& sic negligens,quia concurrebat cum episcopo:dicit tamen Io.de Sylua in d.q.64.ter
8 tię partis,ꝙ licet † legato currat tẽpus Laterañ.concilij sicut ordinarijs,tamen ꝙ poterit conferre,donec prælatus suæ legationis iure proprio,vel deuoluto põt cõferre sed postquã deuoluta esset collatio ad prælatũ, extra suã legationẽ ex sua & aliorũ inferiorum negligentia,tunc conferre nõ poterit,nisi vltimatè deuolueretur ad Papã, qui tunc poterit, cogita de veritate, quia valdè dubito, propter rationẽ de qua suprà,& vide Fel.in d.c. Irrefragabili,& infrà de offi.leg.dec.3.vbi dicitur ꝙ legatus cõfert deuoluta,sed non reseruata.Nam legato sicut ordinario currunt tẽpora Laterañ.cõcilij:vt not.in d c.ij.de concess.præb.Quartò not.in ver.præterea.licet ꝙ deci.
9 reuertitur ad materiã legati nati,& dicit,ꝙ licet iste † legatus sit superior quò ad alios,ita ꝙ põt adiri per quærelam,& appellationẽ:tamen non est superior sui ipsius. Quintò nota hîc vnum,quod facit ad dominos meos,ꝙ
10 licet † vnus cum pluribus iudicauerit, ad eum etiam appellari,& ipse solus cognoscere põt,quod tamè secus est, quando solus processit,nisi de partiũ consensu vt sępe accidit in sacro Rotę auditorio,vbi partes propter integritatem dominorũ consentiunt vt idem qui pronuntiauit, cognoscat in 1.2.& 3.instãtia sperãtes talia de nouo probare, ꝙ sententiã suam reuocabit. Qui sint legati nati, qui missi,& qui de latere,habes in d.c.j.de offi.leg.li.vj. & infrà tit.suo latius dicam. Anto.Mar.Papaz.

De Filijs presbyterorum.

SVMMARIVM.

Dispensatio obtinendi beneficium extenditur ad primum & vnicum beneficium tantũ, nec põt illud permutare nisi hoc specialiter sibi concedatur.

Decisio 1. aliàs 319.

SI illegitimus beneficium curatum quod obtinuit vigore dispensationis iuxta formam c.j.de fil. presb.li.vj. sibi factæ pro alio curato beneficio cum legitimo auctoritate ordinarij permutauit: dubitatur de duobus. Primò, vtrũ dicta permutatio fuerit nulla,vel aliqua ipso iure. Secundò,si esset nulla,vtrũ quilibet posset habere regressum ad suum beneficium sic permutatũ. De primo, licet altercatio & dubietas sit magna inter modernos doctores solennes,videlicet Archi.ex parte vna qui in c.j.de fil.presb. & in c. non põt. §.illud autem.de præben.li.vj.tenet expressè,ꝙ collatio sit nulla:cùm prædicta dispensatio * se extendat duntaxat ad primum & vnicum. & sic adepto primo beneficio dispensatio suum est sortita effectum: & ideo collatio siue receptio secundi non valet.& ita dicitur papam Bonifa.sententiasse.Io.mo. tenet contrarium, cum quo concor.Io.an.in nouel.dicens.Si dominus Bonifacius sic pronũtiasset multò melius scire debuit Io.mo. qui Car. fuit:quia ipse expressè tenet contrarium. Idcirco Io.an. declinat in partem ipsius,& tenet contra Archi.hîc. arguendo tamen in c.non potest.pro & contra. verumtamen quicquid sit, & licet opinio dominorum Io.mo.& Io.an.sit benignior & æquior:tamen alia videlicet opinio Archi.de iure est verior,& recepta ac seruata in curia,secundũ stilũ,qui propter dubietatẽ do.seruandus est pro iure secundum oës in c.ex literis.de cõsti.de cri.falsi. quã graui. Ad secundũ dicebãt oës, ꝙ locus est regressui, præsertim si legitimus:prout ponebatur in facto ignorauit defectũ illegitimi secum permutantis:vel si sciuit,dolo caruit,& excusatus fuit propter varias opiniones do. præalleg.quæ etiã illegitimum permutantẽ à dolo excu

* Dispensatio Adde Fel.in c.innouamus. de treg.& pan.2. facit ad prædicta. nã dispẽsatus ad duo incompatibilia,nõ indispẽsatus intelligitur eadẽ ecclesia Fe. in c. postulasti.de rescript. nu.41.

sant.ar.c.cùm vniuersorum. de rer.permu. Dicebam tamen ego,ꝙ auctoritate superioris est regressus habẽdus in casu supradicto,propter renuntiationẽ verã in prædicta permutatione factã,per quã quilibet amisit ius quod in beneficio suo habuit:& ideo illud recuperare non poterit sine noua collatione, quæ debet fieri per superiorẽ habentẽ ad hoc potestatẽ.ar.no.in c.licet.de rer.permu. & c.si beneficia.de præb.li.vj.per Io.an.in nouel.

SVMMARIVM.

Dispẽsatio obtinendi beneficium extenditur ad primum & vnicũ beneficium. Vel sic.dispensatus super beneficio obtinendo,non potest illud permutare cum alio, nisi hoc sibi specialiter concedatur.h.d. 339.

EPITOME.

1 *Dispensatus vt possit obtinere vnum beneficium,si dimittit illud,non potest aliud loco illius obtinere.*

2 *Permutatione nulla existente,an partes possint propria auctoritate redire ad sua beneficia.*

3 *Dispensationum plures casus.*

ADDITIO.

IN hac dec.dubitatur de duobus, licet in summario nõ fiat mentio nisi de primo dubio. Primum † enim dubium est,an illegitimus qui obtinuit secum dispensari,vt posit obtinere vnũ beneficium, eo obtento, possit permutando cum alio,aliud obtinere dimisso primo, & deciditur ꝙ non,iuxta tex.in c.j.e.ti.in 6.& in c.non potest.§.j.de præb.e.li. Et cum ista cõcordat Aegi.756.Et latè materiã examinat Fel.in c.fi.de tre.& pace. & Ias. 2 in l.diuortio.§.ꝙ in anno.ff.solu.ma.Secundũ † dubium est,an si nulla sit prout est permutatio,partes posint redire ad sua beneficia propria auctoritate,& de hoc vide infrà de rer.perm.dec.1.& 3.Et ad materiã dispensationis de qua hîc tractatur, principaliter vide an dispẽsatus ad sacros ordines intelligatur etiam dispẽsatus ad beneficia curata.Et de materia extensionis & cõnexitatis,vide Fel.in c.at si clerici.de iud.in.§.de adulterijs. & in c. præterea.de offic.deleg.& in c fi. de treg. & pace.& ad materiam vide etiam Staph.fo.44.47.& 70. & in alia impres.fo.34.44.58.& habes in prag.sanc.fo.105.in tit. de colla.super glo. in verbo consecrati, vbi habetur † ꝙ 3 non vacant beneficia non promoti,si obtinuit prorogationem temporis,etiã non facta mentione de alijs beneficijs,& ꝙ dispensatus ad duo intelligitur dispensatus de non residendo.Et ꝙ minor dispensatus ad curata,intelligitur dispensatus,vt nõ teneatur promoueri infra annũ, &an in dispensatione sit fieda mẽtio de qualitate aggrauante,& an in impetratione beneficiorum debeat fieri mentio de dispensatione obtenta:vide dec.2.& 3 in ant. hoc ti.& vide dec.de præb.in anti.vbi habens facultatẽ nominandi,non potest nisi semel nominare,etiã si nominatus renuntiaret.Anto.Ma.Papazzo.

SVMMARIVM.

Dispensatus per episcopũ super illegitimitate non potest recipere prębendam ecclesiæ cathedralis:quia regula,cui conceditur maius videtur concessum minus. non procedit in dispensationibus.

EPITOME.

1 *Dispensatio episcopi iuxta formam c.j.de fil. presby.cum illegitimo facta,ad prębendas cathedrales non extenditur.*

2 *Illegitimus dispẽsatus qã beneficia & dignitates tenere posit.*

Decisio 2. aliàs 136.

VOluerunt domini,ꝙ opinio Io.mo.posita in c.j. de fil.presbyt.libr.vj.de cætero seruaretur: videlicet, ꝙ † dispensatio * episcopi iuxta formam illius c. 1 facta illegitimo non extendatur ad prębendas cathedrales propter pręeminentiam,& maioritatẽ quam habent canonici ecclesiæ cathedralis super alios clericos ciuitatis & diœcesis: quia ipsi sunt pars corporis ecclesiæ, & episcopi sunt caput.de test.c.requisisti. Eps enim est caput,& ipsi mẽbra.de his quę fi.à præl.nouit.& c.quãto. Et dicit Inn.ꝙ est magnus honor esse canonicũ ecclesię cathedralis hoc not.ipse de sep.c. fraternitatem.pro hoc etiã fecit vna not. Archi.in c.j.de cõsu.in fi.li.vj.Io.mo. alle.c.quãuis.j.de pręb.li.vj.& c.extirpandę.§.qui verò. e.ti.qui.§.nihil facit secundũ Io.an.qui tenet cũ Archi. contra Io.mo.quorum opinionẽ tenet dominus Oldr.in

* Dispensatio Add.Fel.in c. postulasti.col. 7.de' rescript. & vide deci. 4.de off.ordi. in an.

suis quæstionibus per multas rationes consil.215.Puncta brevia, dixit tamen dominus Robert.d.Io.And.in Spec.tit.de fil.presbyt. in dispensatione papali super defectu natalium distinxisse. Aut * illa est cruda & nuda:puta papa dispensat cū illegitimo,ꝙ possit tenere vnū beneficiū simpliciter,tunc non venit neq; curatum neque cathedrale:si verò dispēsat,quòd possit retinere beneficia quęcunque,tunc quia huiusmodi dispensatio est exuberans, venient omia. Contra tamen primum membrū distinctionis videtur tex.in c.tua nobis.de verb.signi. vide Io. And.in nouel.in c.gratia.lib.vj.de rescrip.in princ.quādo verbum,beneficium.includit vel non includit prębēdam,qui remittit ad not. per eum de præben.capit.vlti. post principium.

* In an.eod. titu.j.

ADDITIO.

Nota secundùm aliquos & maximè secundū stilum
2 cancellariæ:† ꝙ vbi est dispēsatum cū illegitimo, ꝙ tenere possit beneficia & dignitates cū cura vel sine cura, etiam si ad ea quis per electionē assumatur,&c. vt infrà in antiquis dec.j.eod.tit.quæ incipit,Nota secundū aliquos. Aduerte tamen quia in dispensationibus nō habet locum illa regula, quòd cui conceditur maius:& minus concessum videtur: quia in his dispensationibus concessio in maiori non extenditur vel ad minus:nisi illud minus sub maiori includeretur: vt si concedatur illegitimò quòd promoueatur in Episcopom,tunc etiā de reliquis ordinibus intelligitur esse concessum. de excess.præla.c. ex literis.ad fin.prædicta autē regula & argumentatio, vt dixi,in dispensationibus locum non habet: prout expresse not.Hosti.in c.postulasti.de rescript.vbi etiā Cōpost.dicit quem sequitur d.Anto. quòd si habens dignitatem & personatum cū cura,impetrat dispensationem non facta mentione de cura, non valet impetratio:quia si sciuisset curā non dispensasset. nec habet obstare quòd fortius esset concessurus curā quàm personatū:quia imò non esset propter periculum curę animarū quibuscunq; rebus pretiosarum.xij.q.j. præcipimus. Itē quia regula à minori vel pari non habet locum in beneficialibus vel priuilegijs.vt in c.sanè.de priuile. quia non extenditur, nisi minus excluderetur in maius, vt suprà dictum est.

SVMMARIVM.

Dispensatus per Episcopum super illegitimate non potest recipere prębendas ecclesiæ cathedrales. Vel sic. Dispensatio Episcopi cum illegitimo, non extenditur ad cathedralem,& præben.h.d. 136.

EPITOME.

1 *Dispensatio Episcopi cum illegitimo non extenditur ad cathedralem.*

2 *Dispensantur illegitimi ad vnum curatum per pœnitentiariā.*

3 *Dispensatio secunda non debet facere mētionem de prima, nisi tendant ad diuersum finem.*

4 *Dispensatus sufficienter præsumitur, qui fuit toleratus longo tempore.*

5 *Clericatus antecessoris probatur ex reputatione per triēnium.*

6 *Dispensatio antecessoris quæ allegatur subreptitia, præsumitur bona,si per triennium fuit toleratus.*

7 *Dispensatio facta per illum qui communiter reputabatur habere facultatem,valet licet facultatem non haberet.*

8 *Mandatum de dispensando non habet vim dispensationis.*

9 *Dispensatio cum verbis exuberantibus & oratione vniuersali comprehendit prębendas cathedralis ecclesiæ.*

10 *Indultum conferendi quæcūque etiam beneficia obtinentibus, operatur,quod possit conferri etiam habenti duas paræciales, & etiam Episcopatum.*

11 *Clericatus illegitimi etiam probatur per famam coadiunatam aliquibus coniecturis.*

12 *Clericatus illegitimi probatur per literas promotionis ad Diaconatum, etiam si detur quod illi ordo non fuit collatus à proprio Episcopo.*

13 *Mandatum seu gratia ad beneficium an capiat canonicatum in collegiata.*

ADDITIO.

1 VLtra summarium de quo suprà. Nota etiā, ꝙ hîc dicitur,† ꝙ in dispensationibus, & priuilegijs nō procedit illa regula,de quo magis:ergo de quo minus,nisi minus sub maiori necessario includeretur:vt in dispēsatione,ꝙ illegitimus promoueatur in Epm: quæ necessariò censetur sibi concessum,vt possit ꝓmoueri ad minores seu inferiores ordines. De materia istius decisuit dictū in præcedenti, vide tamen oīnò Syl.in tract. de benefi.q.81.in tertia parte, vbi concludit Epm posse dispēsare cū illegitimo ad canonicatū in cathedrali: sed Fel.in c.postulasti.de rescri.conclusione secunda nu.24. ponit regulā cum quatuor fallen.& ibi sentit,quòd Eps non possit dispensare cū illegitimo super tali prębenda:
2 sed solùm super simplicibus bñficijs. Tamē † sacra pœnitentiaria quotidiè passim concedit illegitimis gratiā, quæ dicitur in prima forma,vt possint ad primū ordinē à quocunq; catholico antistite promoueri, & vnum beneficium etiā cui cura immineat animarū, obtinere: vt ego dum essem sacræ pœnitētiarię procurator sæpe expediebā,& vide latius per eundē Fel.in c. in nostra.correl.39.vbi etiā ponit regulā cum septem fallentijs,& allegat dec.35.de concess.præb.in ant.& dec.8.infrà eo.tit. in fine,& Fastoli,dubio.44.quē videas per te. Et in ma-
*84 teria dispēsationis facit ꝙ fuit resolutū in vna * Leo-
3 dien. Decanatus corā d. Rauellen. † ꝙ licet regulariter in secunda dispensatione sit fienda mentio de prima id procedit,quando dispēsationes tēdunt ad diuersum finē, & fuerunt obtentæ propter diuersa:secus si ad vnum & eundem finē tendant:quia cū vna sufficiat,nō est necesse facere mentionē de alia,pro quo facit tex.in c.ij. hoc ti. in 6.& dec.3.hoc titulo in ant.Et facit ad materiā dispē-
85 sationis alia dec. facta in causa Gadicē.pēsionis,corā
4 domino Vestano, vbi dicitur ꝙ † dispensatio presumitur bona,si quis fuit per xxx.annos reputatus pro dispē-
86 sato:imò quod plus est, in vna. Placentina canonica
5 tus & præbenda domini tenuerunt etiā † in probando clericatu auctoris,ꝙ sufficiat probare,ꝙ per triennium fuit reputatus pro clerico,& fuit etiā resolutum in eadē
87 cā, ꝙ post trienniū, etiā † si daretur de surreptione
6 dispensationis factæ cum antecessore illegitimo, nō arctatur quis ad probādum vel verificandū dispensationē, & omnia fundabātur in alleg.Lap.89.Et in materia di-
*88 spēsationis,facit alia resolutio facta in alia causa, * ꝙ
7 † dispensatio facta per illū qui cōmuniter reputabatur habere facultatē super matrimonio,valet licet facultatem non haberet,per consi.Anch.409.in fi.in qua cau-
*89 sa * etiā fuit tentum,† mandatum de dispēsando non
8 habere vim dispēsationis, cōtra doct.Io.Andr.in c.literas.de rest.spo.quæ solet ad hoc allegari,& quia etiā di-
9 citur in hac dec.ꝙ † si Papa dispensando dicat, ꝙ possit obtinere beneficia quæcunq; tunc, q̄ a huiusmodi dispēsatio est exuberans, venit prębendæ in cathedralibus. addē Sar.q.3.regulæ de Annali. vbi dicit, ꝙ stante tali verbo vniuersali,homicidę,& alij possent obtinere. Pro
*90 quo facit resolutio facta * in causa Salamantina de
10 Azarē,corā Ptolomęo,vbi habetur † ꝙ habēs facultatem conferendi personis quęcunq;,quotcunq;& qualiacunq; beneficia obtinētibus, pōt cōferre etiā habēti duas paroeciales,nō facta mentione de eis, quod facit pro in-
*91 dultis Cardinaliū,& ideo fuit dictū in vna. * Paduana beneficiorum corā d.de Puteo inter Reuerendiss.Cardinālem Pisanū,& Epm Forosempronięsis,ꝙ valebat collatio facta Epo ꝙ ipsum Cardinalē. Et ad illud qđ dixi
92 suprà,circa ꝓbationē clericatus,facit alia dec. facta
11 in eadē cā Leodiē.decanatus,vbi † licet sēdm Bis.dec.2. de prob.presumptio sit cōtra illegitimū, & ꝓpterea teneatur regulariter ostēdere literas dispēsationis:tū con-
1 currētibus alijs cōiecturis cū fama,sufficit. imò fuit
*93 tentum in vna. * Astoricē.paroecialis sancti Briani,ꝙ
12 † habilitates illegitimi ꝓbātur ꝙ diaconatū,etiā ꝙ non fuerit ꝓmotus à ꝓprio Epo:sed ꝙ aliū dicentē habere facultatē à ꝓpro Epo:pro quo vide Aegi.dec.76.in fi.Et ad materiā huius dec.vide Sta.p.fo 60.& in alia impres.
13 fo.51.vbi † innuit ꝓmissa nō ꝓcedere in canonicatib? collegiatarū in dec.62.de res.in ant.vbi id dicit ad literā,licet postea sequatur op.Arc.cōtrariā. In materijs tū nō odiosis bene venirēt:vt habes in ant.de.9.de of.vic.& Bis.eo. ti.vbi cauetur ꝙ data vicario facultate cōferēdi bñficia, pōt cōferre dignitates.ꝙ quo vide Fel.in d.c.postulasti. nu.59.& in c.cum causam.de resc.nu.52.Ant.Mar.Pap.

De Bigamis.

SVMMARIVM.

Bigamus ordinatus characterē recipit, sed executione caret, cum quo papa dispensare potest de absoluta potestate & iuridicali: cùm papa maior sit Apostolo.

EPITOME.

1 *Bigamus ille dicitur, qui cum vidua vel corrupta matrimoniū cotrahit: vel qui diuersis temporibus habuit successiuè duas vxores, licet antea non corruptas.*
Bigamia diuersimodè consideratur.
2 *Bigamus ordinandus qua & cuius egeat dispensatione.*
3 *Bigamia non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed dūtaxat de iure positiuo. quod papa pōt tollere, & immutare: nec est de essentialibus ordinis quē nō debere esse bigamū.*
4 *Papa non debet leges transgredi, licet sit legibus solutus.*
5 *Ignorantia an excuset à bigamia.*
6 *Bigamus ordinatus caractere licet recipiat, executione caret.*

Decisio 1. aliàs 447.

QVODDAM factum extra rotā de mandato tamen papę propositū in rota sub hac forma occurrit. Quidam clericus in minoribus constitutus cōtraxit matrimoniū in faciē ecclesiæ cum quadā vidua per verba de presenti carnali copula subsecuta: quo matrimonio postea diuortiato propter certū impedimentū, quod tamē, vt præsupponitur in facto, dictus clericus tempore contracti matrimonij ignorauit, intrauit religionem, & promotus fuit ad omnes sacros ordines, sine tamen aliqua dispensatione. Ex quo facto eliciebantur tria dubia. Primum, vtrū predictus clericus esset verè vel interpretatiuè bigamus censendus. Secundum, vtrum etiam si verus esset bigamus, receperit characterem, quando postea se fecit promoueri ad sacros ordines. Tertium, an indigeret dispensatione, & per quem dispensari posset. De primo videbatur aliquibus dominis prædictum clericum sic, vt præmittitur, cum vidua contrahente verum biga
1 mum† reputari. Nam ille verus bigamus dicitur, qui cū vidua vel corrupta matrimonium contrahit: vt xxxiij. distin. maritum, & de big. c. debitum. & c. à nobis. vel qui diuersis temporibus habuit successiuè duas vxores etiam antea non corruptas: vt xxvj. distin. acutius, & tales non promouentur propter defectum sacramenti: quia diuiserunt carnem suam in plures: vt in dicto c. debitū. Quod intellige, quando matrimonium tenuit: secus verò si de facto matrimoniū cum vidua vel corrupta vel cum secunda vxore contraxit: puta quia in sacris constitutus sic contraxit: vt in dicto c. à nobis. vel si quis vnam de iure: alteram de facto post mortem primæ: tales enim bigami reputantur interpretatiuè. quantū ad legem promotionis non propter defectum sacramenti, sed propter defectum intentionis cum opere subsecuto: vt in c. nuper. de biga. de quo vide glos. aureā in cap. super eo. & per Ber. vbi ponit tertium casum de bigamo interpretatiuo de quo nihil ad propositum siue ad casum nostrū, in quo secundùm omnes dominos finaliter reputabant dictum clericum de facto cum vidua contrahentem interpretatiuè bigamum, de quo reputo textum clarum in c. à nobis. superius alleg. vbi videtur etiam decisio tertiæ quæstionis, videlicet cum tali interpretatiuo bigamo tanquam cum marito viduæ contra doctrinā Apostoli dispensare non licet non propter defectum sacramēti: sed defectum intentionis cum opere subsecuto. quod intelligas verum de inferiori à papa, & quo ad sacros ordines: quò ad minores verò ordines secundū aliquos etiam epi possunt cūvero bigamo dispēsare: vt in c. lector. & c. sub-
2 diaconus. xxiij. di. & l. di. c. placuit. in prin. Solus † autē papa cum bigamo ad sacros promoto super executione illorum ordinum dispensat: sed vt ad illud promoueatur non potest, id est non debet dispensare secundùm Hug. in c. quicunq;. l. dist. quem sequitur Archi. in c. vnico de biga. li. vj. in glo. j. remittens ad not. per eum in dicto c. lector. vbi recitat dictum beati Thomę super iiij. sententiarum, di. xxvij. q. vl. dicentis, quod bigamiæ nō est con-
3 uincta irregularitas † de iure naturali: ited dūtaxat de iure positiuo, quod papa potest tollere & immutare ad libitum suū. de cōsti. c. j. li. vj. & de rescrip. statutum. & c. fi. e. li. de quo in c. proposuit, de concess. præb. nec est de essentialibus ordinis, q̄ aliquis non sit bigamus, quòd patet ex hoc: quia recipit characterē, si talis ordinetur: vt in d. c. quicunq;. & secundū eum papa potest in tali ordine totaliter dispensare. Nec obstat prohibitio Apostoli quæ secundū Pe. non est facta à Deo, sed ab homine. & ideo papa non astringitur, cùm eius potestas non sit ab homine, sed à Deo. de iudi. c. nouit. de maio. & obe. c. solitæ. cum multis simi. quæ ratio Pe. non placet mihi: tū quicquid Apostolus dixerit seu prohibuerit, totū fuit à Deo & spiritusancto, & oēs stringit, intelligo inferiores sed non papā, qui est maior Apostolo in potestate: vt in c. sacrosancta. xxij. dist. & ideo dispensare potest contra Apostolū secundùm Lau. in d. c. lecto. & melius per Archi. in d. c. subdiaconus. & supposito quod Apostolus haberet parem potestatē eum papa, adhuc non stringeret eum sua prohibitio: cùm par in parem, & c. de ele. innotuit. de rescrip. c. fi. li. vj. de qua materia in c. super eo. de big. Crederē in hac materia salua correctione, sic distinguendum. Aut loquimur de vero bigamo, aut interpretatiuo. Si de vero: tunc aut quærimus de potestate absoluta papæ dispēsandi cum bigamo: tunc crederem q̄ ante & post promotionē posit dispensare propter plenitudinem suæ potestatis. de concess. præb. proposuit. de transla. præla. c. j. Aut loquimur de iuridica sua potestate de qua in c. j. de cau. poss. & propri. & in c. literas. de restitu. spol. tunc crederem opi. Hug. & Arch. verisimam superius tactam. quia nunquam papa consueuit cum vero bigamo ad ordines suscipiendos dispēsare, nec esset decens nec iuridicum: tum propter defectum sacramenti: tum etiam propter generalem prohibitionē Apostoli, quam licet non de necessitate, tamen de honestate decet ipsum
4 obseruare: quia licet sit solutus † legibus, tamen decet ipsum legibus viuere. C. de legi. l. digna vox. præterea non omnia quæ licēt, expediunt, secūdùm eundem Apostolum: vt in xj. q. j. c. aliunde. & de vot. c. magnæ. In interpretatiuo verò maximè si ignoranter cōtraxit cum secunda, cum qua cōtrahere non potuit. Crederem etiam ante factum, vt posset promoueri ad sacros ordines, non esse peccatum dispensare cum tali, imo reputarem idvti le ex causa, & maximè si vellet intrare religionem, per quam etiā tollitur defectus illegitimitatis. de fil. presc. j. & conseruantur etiā bigamo priuilegia immunitatis: prout etiā not. Archi. in d. c. j. de big. Misericordiā etiam Apostolus meruit, quia ignorāter peccauit. viij. di. c. consuetudo. Post verò susceptionem ordinum etiam sacrorum, siue loquamur de vero, siue de interpretatiuo bigamo crederē papam indubitanter posse dispensare: maximè ex rationabili causa, propter quam sæpe rigor iuris omittitur: vt j. q. vij. c. tali. & c. exigunt. de præben. c. vacante. & c. expositi. quæ potest esse ratio characteris, fauor religionis, vel exercitiū curæ sibi ex post facto cōmissæ. ff. de reli. & sumpt. fu. l. quæ religiosis. de regula. c. q̄ Dei timorē. de cle. ex. mi. c. latores. de transa. c. fi. & reputo tex. de hoc d. c. quicunq;. l. di. Ex quibus fuit concluſum & responsum per oēs dominos cōcorditer ad ter
5 tium † casum siue quæstionē nobis proposita valde fauorabilē & dispensabilē, & hoc per papā dūtaxat. Licet alii qui magni viri extra rotā voluerunt predictū clericum sic matrimoniū cum vidua cōtrahentē à bigamia excusare, & sic nulla dispēsatione indigere, propter impedimēti ignorantiā. pro quo allegatur quoddā dictū Archi. in d. c. vnico. super ver. bigam⁹. li. vj. qui intelligit c. nuper. e. ti. de illo qui sciens impedimentū contraxit in sacris cum secunda: secus si ignoranter, quia ignorantia ipsum à bigamia haberet excusare. Sed Io. an. ibidem in nouel. & etiam in c. nuper. tenet contrariū, cuius opi. tutior est, & ideo in dubio amplectenda. de sponsa. iuuenis. per quę etiam est sufficienter responsum ad secundum dubium
6 † vtrum predictus clericus bigamus ad sacros promotus receperit characterē? videtur quòd sic: sed nō executionem, sicut dicimus in laico siue puero ad sacros promo-

to:vt in c.non est.de æta.& quali. super qua executione indiget dispẽsatione papali, quam papa Vrbanus sextus impendit prędicto religioso propter decisionem nostrã antè dictã. Tum etiam quia vt ponebatur in facto, ipse erat nobilis,dives & senex:& multa bona intrando religionem secum detulit, ac monasterio reliquit:quæ causæ etiam aliquando dispensationem inducunt: vt in c. de multa.in fine de præbend.

SVMMARIVM.

Bigamus ordinatus,caracterẽ recipit,sed executione caret, cum quo Papa dispensare potest, de absoluta potestate & iuridica: cùm Papa maior sit apostolo.hoc dicit. 445.aliâs 447.

EPITOME.

1 *Bigamia vera quæ dicatur.*
2 *Bigamia interpretatiua quæ sit.*
3 *Bigamia similitudinaria quæ sit.*
4 *Bigamus siue verus siue interpretatiuus non potest promoueri ad ordines sine dispensatione.*
5 *Bigamus dispensatur per papam.vt hîc.*
6 *Bigamia fuit inducta per apostolum.*
7 *Bigamus recipit characterem, & cum eo aliquando dispensat Episcopus.*
8 *Papa est maior apostolo, & potest derogare dictis apostolorũ, licet non debeat.*
9 *Episcoporum auctoritas remissiuè.*
10 *Ignorantia excusat ad obtinendum dispensationem.*
11 *Bigami intrantes religionem dispensantur.*

ADDITIO.

ISta deci. non habet cõcordantes nec discordantes:sed quia summariũ non cõprehendit omnia de quibus in corpore dec.ideo nota primò, q; † Bigamia cõtrahitur triplici modo,& quinq; modis secundũ aliquos. Primò qñ quis cũ vidua vel corrupta contraxit, & cõsummauit matrimoniũ validè,vel diuersis tẽporibus habuit duas vxores,etiã antè non corruptas, & ista dicitur vera bigamia. Secundò † dicitur bigamia interpretatiua,vt cùm habens vxorẽ contrahit cũ alia de facto, & sic matrimonium secũdum nõ tenet. Tertiò † dicitur similitudinaria, vt quando monachus, vel monialis professa matrimonium contrahit de facto,& de hac specie sentit dec.nostra,dum allegat glo.auream in c.super eo.de bigamis,licet litera ibi deficiat: quia non allegat titulum, quæ tamen gl.non sufficit,nisi iuncto tex. & gloss.in c. nuper.eodẽ titu.& vide dictam glo.quia ponuntur in ea quinq; modi contrahendi bigamiã. Secũdo nota ex ista deci.quòd † siue quis sit verus,siue interpretatiuus bigamus, non põt sine dispensatione ad ordines promoueri. Tertiò nota, quòd † Papa de ordinaria potestate dispẽsat cũ bigamo interpretatiuo, q; posit in susceptis ordinibus ministrare: in vero autem bigamo de absoluta & plenaria potestate tantùm dispensat,non tamẽ dispensat ad suscipiendum ordines secũdum opi. aliquorũ in vera bigamia, sed in interpretatiua tãtùm. Quartò nota † bigamiam esse inductam per Apostolũ,nec est de essentialibus ordinis,quẽ non debere esse bigamũ, & propterea † bigamus caracterẽ recipit,sicut & infans: & ideo secundum aliquos,etiam Episcopus dispẽsat, q; posit ordinari,& cõcedit, quòd posit ministrare in minoribus. Quintò not. q; † Papa est maior Apostolo, & põt derogare dictis Apostolorũ,tũ debet abstinere:q; licet sit solutus legib⁹,decet tñ eũ legibus viuere,& ꝓpterea nunq; vel raro dispẽsat,q; bigamus posit ordinari: concedit tñ q; posit gaudere priuilegijs clericorũ nõ obstante bigamia,prout etiã concedit sacra pœnitentiaria,& credere etiã id ordinarios facere posse,† de quorũ potestate vide Io.de Sylua. in tract.de benefic.vbi ponit 170.casus in quibus ordinarius põt procedere,& vide Fel.latè in c. fi.de maiori.& obed.vbi latè ponit multos casus de iure diuino,in quibus Papa dispẽsat. Vltimò nota,q; † ignorantia satis excusat,saltẽ ad obtinendum dispensationẽ, & tunc daretur etiã de promouendo, soluta tamen cõpositione,prout † datur volẽtibus, ingredi religionem, & per sacram pœnitentiariã cõceditur, quòd non obstante,quòd quis fuerit homicida volũtarius posit (intrando religionẽ in altaris ministerio) celebrare,de quibus etiã vide aliqualiter per Fel.in c.cũ deputati.de iud. in j.col.& aliquid per Straph.fol.75. & 196.in fin.& in alia impres.fol.60.& 144. & de materia bigamiæ vide pulchrè in Summa angelica, in verbo Bigamia. Anton. Maria Papaz.

De Officio vicarij.

SVMMARIVM.

Probatio potestatis & iurisdictionis officialium ordinariorũ, ac etiam per eosdem officiales actorum & gestorum nõ est necessaria, nisi per partem aduersam negetur potestas: quia tunc probatur per communem reputationem in partibus.

Decisio 1. aliâs 47.

VALENT acta* agitata in ptibus corã officiali alicuius Epi,licet nõ probetur per literas patentes eius potestas, dummodo à partibus nõ negetur:quia ordinarius est:de cõsuet.c.ij.de ap.c.Rom.li.vj.Si verò ab aliqua partiũ negetur eius potestas:tunc oportebit, q; proberur:quia per negationẽ fit res dubia.ff.de verb.ob.inter stipulantẽ. Sed tũc sufficit probare habitionem, nominationẽ & cõmunem reputationem ad hoc quod acta per eum valeant.per l. Barbarius.ff.de offi.præ.& per no.per Inn.in c.nihil de elect.

* Acta.hi decisa fu anti. de offi ordi.

ADDITIO.

Quãuis talis generalis officialis habeat ordinariam potestatẽ:tamen q; sua iurisdictio non est perpetua sed ad nutũ superioris reuocabilis:videtur qđ sit probanda, saltem q; tolerabatur & habebatur pro vicario seu officiali:prout dicit Io. And.in legato in c. cùm in iure peritus.de offi.deleg.nisi dicas, quòd quia talis iurisdictio est notoria,probatione nõ indiget.iuxta not.in c.vestra. de coh.cleri. & nulli.aliâs non video quomodo hæc decisio posit procedere in sui principio non probata sua iurisdictione,saltem eo modo quo dixi,cogitabis.

ADDITIO.

Et adde hîc quod no.Inn.in c.innotuit. de eo qui fur. ordi.re.vbi dicit,quòd præsumitur pro fundamento iurisdictionis ordinarij, si tulit sententiam præsente vel absente parte,& ab ea nõ fuit appellatum:quod not.pro causa Padeburgen.in delegatis verò secus ellet.

SVMMARIVM.

Probatio facultatis & iurisdictionis officialiũ ordinariorum,ac etiã per eosdẽ officiales actorũ & gestorũ nõ est necessaria, nisi per partẽ aduersam negetur potestas: quia tũc ꝓbatur per cõmunẽ reputationẽ in ptibus. 47.

EPITOME.

1 *Vicarij seu officialis potestas præsumitur in his, in quibus nõ requiritur facultas specialis.*
2 *Vicarius habet ordinariam.*
3 *Vicarius substitutus à vicario habente facultatem substituẽdi,potest exequi commissa vicario substituenti.*
4 *Vicarius mortuo Episcopo potest ante notitiam conferre.*
5 *Vicarij facultas ac priuilegia plura vide hîc.*
6 *Vicarij non recusantur.sed dantur ei adiuncti.*
7 *Vicarij facultas præsumitur,quando pronuntiauit.*

ADDITIO.

1 CVm ista † dec.cõcordat dec.5.de of.ord.in anti.& Aeg.402.& in ꝓposito facit dec.Aeg.134.vbi dicitur,q; etiã habilitates impetrantiũ præsumũtur, si nõ sint negatę,prẽmissa intellige procedere in gestis, per vicariũ quo ad ea,quæ solent cõcedi vicarijs,& quę possunt ipsi sua ordinaria facultate, & in his in quibus
2 non requiritur specialis facultas. Nam † vicarius habet ordinariam:vt per Fely.in rub.de off.delegat.& ad hoc facit quòd dicitur de delegato,quòd ei statur in concernentibus ordinariã iurisdictionem:vt per Gas.de Per.in tract.reser.fo.19.q.10.ver.quæ aũt beneficia, & facit ad
*94 materiã istã,quod fuit * decisum in cã Cenetẽ. canonicatus & præbendę corã d.io Vestano, † q; substitutus
3 à vicario Epi habente facultatẽ substituendi,põt exequi cõmissa vicario substituẽti, & q; incepta per substitutũ, possunt perfici p substituentẽ.Sed q; dubitabatur an ille qui deputauit

qui deputauit vicarium eſſet Epſ,vel haberet tãtũ reſeruatos fructus ſine adminiſtratione,& de hoc opponebatur,fuit reſolutũ,q̃hoc debebat probari: ſecus ſi negatũ non fuiſſet in termino ad dicendum contra, & in eadem
*95 cauſa,& poſtea etiã in cauſa * Licien.Canonicatus & præbendæ corã D.Anto. Auguſtino fuit reſolutum,q̃
4 † vicarius potuerit mortuo epiſcopo ante notitiam conferre:vt per Cal.in conſi.4.de off.deleg. Et quid poſsit
5 †vicarius datus à capitulo ſede va.vide Fel.in c.eam te. de reſcrip.Et de materia vicarij perpetui in aliqua eccleſia vide per Fel.in c.poſtulaſti.de reſcri.& in c.G.perpetuus.de offi.deleg. Et q̃ vicarius præcedit Archidiaconum habes per Fel.in rub.de mato.& obe.& per Staph. in ſecunda parte de modo & forma impetrandi ver.ij. dubitatur.fol.58.& in alia impre.47.Et an ſi ſit conſtitutus vicarius cum iuramento de non reuocando, poſſit reuocari? Idem Fel.in capi. ſi diligenti. de foro compet.nu.44.Et nota, q̃ vicarius poteſt eſſe iudex in cauſa ſui epiſcopi,quòd ſæpe accidit:vt per Fel.in c.cùm veniſſent.de iudi.nu.11.Et an ſucceſſor in officio poſsit cognoſcere cauſas cœptas per prædeceſſorẽ,habes per Fel. in c.quoniam abbas.de offi. deleg. & quando allegatur vicarius ſuſpectus non debet eligi arbitri: vt per ipſum Fel.in c.ſuper quæſtionem.§.quem verò.& in c.inſinuã
6 te.de offi.deleg.De ſtilo autem ſignaturæ,† vicarij non poſſunt recuſari,ſed dantur eis adiuncti:vt per Staph.fo. 185.& in alia impreſ.136.Et not. quòd dicitur in vltima
7 additione ad hanc dec.q̃ † ſi fuerit lata ſententia per vicariũ præſentevel abſente parte,& non fuerit appellatũ, quòd præſumitur pro fumdamento iuriſdictionis iudicis,pro quo facit dec.Aeg.76.in fi. Anto.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

Officialis epiſcopi de criminibus poteſt inquirere & cognoſcere,ſed non punire.

Deciſio 2. aliàs 66.

SI ſeruetur opi.Io.mo.in c.licet.de offi.vica.videlicet quòd officialis epiſcopi licet ex ſua generali poteſtate non poſsit punire crimina & de delicta, ſeu pœnã ordinariam imponere pro eiſdẽ:tamen poteſt inquirere & cognoſcere de eiſdem tam ex ſuo mero quàm implorato officio.& ſi inuenerit talem criminoſum, remittet eum ad epiſcopum puniendum.de offi.Archi.c.ad hæc.

SVMMARIVM.

Officialis epiſcopi de criminibus poteſt inquirere & cognoſcere,ſed non punire. 66.

EPITOME.

1 *Vicarius de criminibus poteſt inquirere,ſed non punire.*
2 *Vicarius & officialis epiſcopi ſunt vnum & idem.*

ADDITIO.

1 ISta † dec.non habet concordantes nec diſcordantes:
2 quia eſt fundata in facultate conceſſa huic vicario & ſcias,q̃ licet † hîc dicatur officialis,idem eſt q̃ vicarius:quia ita appellãtur vicarij in Hiſpania & alijs prouincijs.pro quo facit dec.Aegi.444.Ant.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

A delegato officialis generalis epiſcopi ad certã cauſam ad ipſum officialem vel ad ipſum epm appellatur.

Deciſio 3. aliàs 350.

LIcet officialis generalis epiſcopi cõmittat vices ſuas in totũ alicui alteri,quo ad certã cauſam:nihilominus à ſententia prædicti delega. ab officiali poterit ad ipſum officialem vel epiſcopum appellare ſecundùm Io.an.& Archi.qui hoc not.in c.ij.de conſue. li.vj.dicentes, quòd in poteſtate appellantis eſt ad quem maluerit appellare.alleg.c.dilecti.de appel. Et pòt eſſe ratio:quia licet offi.epiſcopi committat totaliter vices ſuas in vna cauſa:nihilominus remanet iudex ordinarius in omnibus alijs: quia ad vniuerſitatem cauſarum datus eſt,& vnum conſiſtoriũ habet cum epiſcopo.de app.c.Romana.& in d.c.ij.de cõſue.li.vj.& ideo licet poſſet appellari ad epiſcopũ à delegato ſuo: ita ad ipſius officialem.de app.c.dilectis.& c.ad hoc ſi in vna.hanc opi.firmat Archi.in c.j.de offic.vica.li.vj.ſuper ver.gerunt.circa fi.& refert Ber.tenuiſſe appellari debere ad primũ delegantẽ in c.dilecti.de appel.ſuperius alle.remittit Archi.ad no. per eũ in c.ſi delegatus.de offi.dele.li.vj.in fi. vbi tenet prædictã cõcluſionẽ verã,pro qua ibi in.§.fi.videtur tex.

SVMMARIVM.

A delegato officialis epiſcopi ad certam cauſam ad ipſum officialem vel ad ipſum epiſcopũ appellatur. Vel ſic.A ſpeciali delegato epiſcopi,vel eius vicarij generalis ad epiſcopum vel vicarium poterit appellari. 350.

EPITOME.

1 *Appellari poteſt ad epiſcopum vel vicarium à ſententia lata per eorum delegatum.*
2 *Appellari poteſt à vicario ad epiſcopum quando ſumus in interlocutoria.*

ADDITIO.

1 CVm † iſta concordat dec.7.infrà ſecundùm vnum intellectum & de hac materia videbis infrà de ap-
2 pel.Scias tũ,q̃ licet aliqui velint † q̃ nonpoſsit appellari ab officiali ſeu vicario ad epiſcopũ, quãdo ſumus in diffinitiua:ſecus tũ eſt in interlocutoria, vt per Franchum in c.ij.de conſue.lib.vj.Et ratio eſt,quia etiam ipſemet officialis poſſet illam reuocare,& ita tentum fuit
*96 in interlocutoria coram D. Puteo in vna * Tolletan. fructuum. Anto.Maria Papazzonis.

SVMMARIVM.

Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus & tẽporalibus non poteſt,ſi in ſua commiſsione ſpecialiter hoc non habeat, alium in ſpiritualibus facere vicarium generalem.

EPITOME.

1 *Vicarius generalis epiſcopi non poteſt abſque ſpeciali mandato generalem vicarium conſtituere.*
2 *Vicarius vicarij excommunicati non eſt excommunicatus,ſed eius executio ſuſpenſa cenſetur.*
3 *Epiſcopus poteſt duobus caſibus dare vel cõmittere iuriſdictionem ordinariam.*

Deciſio 4. aliàs 378.

1 FVit dubitatum * vtrum vicarius † epiſcopi in temporalibus & ſpiritualibus poſſit ex commiſ.& mandato epiſcopi alium vicarium in ſpiritualibus duntaxat deputare. Et videbatur quòd ſic:quia licet procurator conſtitutus à dño ſine ſpeciali mandato non poſſit ante li.conteſt.alium ſubſtituere procuratorẽ:vt in c. j.& in c.is qui.de procu.li.vj.tamẽ habens ſuper hoc mãdatum ſpeciale id bene poterit,vt in eiſdem iuribus. Præterea delegatus ab ordinario ad vnam cauſam tantũ,pòt cõmittere vices ſuas,ſi hoc in ſua cõmiſsione contineatur ſpecialiter:vt not.Io.an.de offi.deleg.c.is cui.in fi.li. vj.ergo idem videtur dicendũ in vicario generali habente ſuper hoc ab epiſcopo ſpeciale mandatum. Item videtur ſuper hoc tex.clarus in c.j.de offi.vic.li.vj. vbi vica-
2 rius † vicarij excõmunicati non cenſetur excõicatus,licet eius executio ſuſpẽdatur interim donec vicarius qui commiſit ſibi vices ſuas,ab huiuſmodi ſententia abſoluatur. Vbi tũ Io.mo. Arch.& Io.an.tenẽt contrariũ: videlicet,q̃ vicarius epiſcopi alium vicariũ generalẽ dare nõ poſsit.per c.clericos.de offi.vica.& ibi not.per Io.an.in nouel.ſuper j.glo.poſt Gof.& Hoſti.qui tamen Hoſti.dixit in d.c.j.de offi.vic.li.vj.vicarium epiſcopi poſſe in totum & ad tempus ex cauſa de conſenſu epiſcopi cõmittere vices ſuas,quas tũ à ſe non abdicat,ſed penes ſe retinet.alle.d.c.clericos.in quantũ dicit,nõ permittas.quaſi prohibeat permitti,q̃ temeritate propria nõ faciat, ſed ex cauſa id permittere potuit: puta,quia imminet neceſſaria profectio.ff.de eo cui man. eſt iuriſdi.l.j.de app.c. peruenit.& de reſcr.c.ſtatutũ.§.inſuper.li.vj.& ſic de cõſuetu.approbata ſeruari dicit. Aliqui tũ dñi dicebant huiuſmodi cõmiſsionẽ epiſcopi videlicet, q̃ vicarius ſuus poſſet dare alium vicariũ,mero iure nõ tenere:mouebãtur:quia vicarius epi habet ordinariã iuriſdictionẽ: vt in c.romana.de app. & de cõſu.c.ij.li.vj.quam nullus dare põt,niſi princeps,vel lex,vel vniuerſitas,vel conſuetudo: vt leg.& not.per Io.& Archi.xj.q.j.experientiæ.& per Inno.& Hoſt.de offi.ordi. cùm ab eccleſiarũ. & in Spe. de off.ord.§.j.Modo dicemus prædictã poteſtatem vicarij deputati à vicario ipſam habere ab vno de quatuor modis prædictis,aut non. Cõſtat enim q̃ à neutro illorũ, ergo. Si verò dicamus eam habere ab homine: puta ex cõmiſsione epiſcopi,id eſſet abſonũ:quia inferior à prin

Fuit dubitatum. Ad intellectum huius dec.vide doct. Anto.de But. in c.g. perpetuus.de fid.inſtru. Bal.in c. fi.in colum.de offi.dele.d. de ſancto ge. in c.romana. de offi.vic.li.vj.

cipe non potest facere ordinariũ: vt no. Ber. etiã in Episcopo expresse, nisi cõsuetudo hoc habeat. in c. ij. ne prę. vi su. ergo prædicta commissio caret roboris firmitate, tanquam facta ab illo qui nullã habet potestatem super hoc. de offi. deleg. cùm super. & c. super quæstionum. & c. venerabilis. & c. fi. nisi velimus dicere, quòd sicut vicarius Episcopi habet iurisdictionẽ ordinariam à lege: ita & vicarius vicarij, quod posset sustineri in casu superius posito per Ho. & non in nullo alio qui tamẽ in dicta decre. ij. ne præla. vi. su. dicit, ꝙ in duobus casibus Episcopus † dat iurisdictionem ordinariã. Primò creando officialem, cui generaliter vices suas committit, & si alio nomine appelletur: vt vicedominus vel vicarius: nõ enim est vis in nomine. de procur. c. petitio. & hoc põt facere secundùm eum ad annum vel plures vt placet. Secundò perpetuum vicarium confirmando vel instituendo vel conferendo beneficiũ, cui sit annexa iurisdictio de iure. de offi. ordi. cùm ab ecclesiarum. vel de consue. de elect. c. dudum. versi. tandem. de foro compet. c. cũ contingat. salua pace Host. in omnibus prędictis casibus vel lex seu vniuersitas, vel consuetudo & non Episcopus dat iurisdictionem ordinariã. Teneas ergo op. suã prædictã positam. in c. j. de of. vic. li. vj. quò ad quęstionem nostram.

SVMMARIVM.

Vicarius generalis Episcopi, vicarium generalẽ constituere nõ põt, nisi ab Episcopo habeat ad hoc speciale mandatũ. Vel sic. vicarius Episcopi in spiritualibus & tẽporalibus non põt, si in sua cõmissione specialiter nõ habeat, aliũ in spiritualibus facere vicariũ generalem. 378.

EPITOME.

1 *Vicarius Episcopi quando alium possit loco sui substituere.*
2 *Vicarius substituens iurisdictionem à se non abdicat.*
3 *Vicarius potest substituere ad certam causam, sed non generaliter.*
4 *Episcopus nõ potest dare facultatẽ sibimet Episcopo conferẽdi.*
5 *Procuratorẽ substituere videtur dominus qui dat facultatem substituendi.*

ADDITIO.

1 ADuerte ꝙ deci. † ista nõ procedit prout in summario: quia dicitur in fine deci. tenet igitur opin. Host. in d. c. j. de of. vic. lib. vj. quò ad q. nostram, cuius opinio est (vt ibi refert collector) vicariũ posse in totum, & ad tẽpus ex causa de cõsensu Episcopi cõmittere vices suas, quas tamen à se non abdicat, sed penes se retinet, & subiũgit, ꝙ ex cã permitti põt: puta, quia imminet necessaria profectio, & sic de cõsuetudine approbata seruari dicit: vide Host. q. a dec. ista est corrupta, & videtur sentire ꝙ etiã Episcopus nõ posit expresse cõcedere vicario facultatẽ deputandi aliũ: vt per Millis in
2 verbo vicarius. Sũmatur igitur sic. † Vicarius Epi non põt alteri vices suas cõmittere, nisi ex cã, & de consensu Epi: & tunc iurisdictionẽ à se non abdicat, sed penes se retinet: sed si est vicarius in spiritualibus & tẽporalibus, non põt etiam de cõsensu vel mãdato Epi aliũ vicarium in spiritualibus cõstituere, nisi aliter se habeat consuetudo, &
3 nota ꝙ sic dec. sentit, ꝙ † vicarius posit substituere ad certã causam, licet non in totũ, & quò ad hoc Eps põt dare facultatem speciale, licet de generali videatur secus, & ad hoc faciũt not. per Fel. in c. sanè. de off. dele.
4 vbi habetur ꝙ † Eps non põt dare vicario facultatẽ cõferendi Epo. Et de ista materia vide aliquid per Fel. in c. G. perpetuus. de fide instr. in princ. nu. 2. ver. in quantũ hîc. Et vide quæ dicit Sar. q. 10. regulæ de Idiomate, vbi examinat an illa regula ꝓcedat in vicaria perpetua, & facit ad hoc ꝙ si auditor subdelegat vicariũ Epi ad ali-
5 quid faciendũ, ipse non põt subdelegare: secus † si habẽs ad id faculatem alium loco sui in omnibus causis: quia tunc ille poterit facere omnia quæ poterat primus, vt sentit Fel. in d. c. G. perpetuus. de fide inst. quia dominus qui dedit facultatẽ substituẽdi, eũ substituisse videtur: vt
*97 infrà de proc. dec. 33. & ita * fuit tẽtum in quadã causa Iacen. coram dño Antonio Augustino. An. Mar. Pap.

SVMMARIVM.

Cõmissio Episcopi facta à suo vicario generali, quòd resignationem certi beneficij recipiat & conferat, non valet.

EPITOME.

1 *Commissio Episcopi viua voce facta de beneficio conferendo valet, potestq; probari per testes.*
2 *Legatus vel ordinarius non potest alicui coniunctim committere receptionem beneficij vnius singularis personæ.*
3 *Institutio præsentatorum ad beneficia est necessaria iurisdictionis.*
4 *Testes & instrumenta an parem effectum habeãt in iudicijs.*

Decisio 5. *alias* 397.

1 SI Episcopus * dat † & cõmittit viuæ vocis oraculo officiali suo gẽrali potestatẽ recipiendi resignationẽ certi beneficij spectãtis ad collationẽ suã, & cõferẽdi illud certæ personæ. Fuit dubitatũ de duobus: videlicet, vtrũ valeat huiusmodi cõmissio. Secundò si valeat, vtrũ posset & debeat probari per testes vel literas. In prima quæstione fecit & facit dubiũ. §. prohibemus. in c. deliberatione. de of. dele. li. vj. vbi ꝓhibetur expresse legato
2 †etiã de latere, ne in genere vel in specie cuiquã posit cõmittere siue potestatẽ dare recipiẽdi resignationẽ & cõferendi beneficia etiã personis idoneis infra legationem suã existentia: & apponitur decretũ irritans hmõi resignationes & collationes contra hmõi prohibitiones factas, cùm ꝓ hmõi cõmissionẽ daretur via ad vacatura beneficia cõferenda contra consiliũ Laterane. de cõcess. ꝓb. c. nulla. quę ratio videtur forti locũ habere in Eps seu quolibet alio ordinario in prouincia sibi decreta. de of. leg. c. ij. eo. li. Pręterea vbi est eadẽ ratio: ergo idẽ ius. de cõst. trãslato. de trãsla. epis. inter corporalia. Sed eadẽ imò fortior est ratio in Eps quàm in legato in casu prædicto, ergo. In contrariũ videbatur per c. fi. de of. vica. & de ꝓbẽ. c. statutũ. in fi. eo. lib. in q̃bus apparet expresse, ꝙ Eps põt committere collationẽ beneficiorũ ad ipsum spectantiũ suo vicario generali: qđ est verum in genere, sed in specie nequaquã. prout le. & no. in c. cõstitutus. & c. fi. de cõcess. prę. nã genus sub se plura cõprehẽdit quàm species: multa enĩ licent in genere, quę nõ licẽt in specie. eo. tit. c. accedẽs. de iur. pa. c. ex literis. cũ sim. Et ꝓ hac parte fuit cõclusum & determinatũ non obstare d. c. deliberatione, quò ad generalem cõmissionẽ siue potestatẽ conferendi beneficia, ꝓhibitiua: quia illud procedit vbi Eps alteri quàm suo officiali hanc potestatẽ daret, ponderato prin. illius. §. secundũ Io. And. ibidẽ, qui remittit etam ad no. per eũ in c. statutũ. in vlt. gl. de præbẽ. c. iiij. li. vj. quę bene faciũt ad quęstionẽ propositã. & licet prędicta potestas sit gẽralis cõmissio, tũ est specialis, sine qua etiã vicarius generalis nõ posset cõferre bũficia: vt in d. c. fi. de of. vic. li. vj. & supposito ꝙ valuisset & fieri posset talis cõmissio, etiã in specie gẽralivicario Epi habẽti gẽralem administrationẽ bonorũ & rerũ vt x. q. j. statuimus. tamẽ in officiali Epi meo iudicio esset aliter sentiendũ, qui nullã haberet administrationẽ rerũ vel bonorũ tpalium. de elect. c. is qui. li. vj. nec ob. c. romana. de ap. & c. ij. de consue. li. vj. videlicet eũ idẽ consistoriũ habeat officialis cum Epo. ergo. &c. qđ fateor quò ad iurisdictionalia, & in his quę sunt fori cõtentiosi: in his verò quæ sunt volũtarię iurisdictionis secus. Nec ob. c. ex frequẽtibus. de insti. vbi officiales Epi possunt de iure communi instituere præsentatos ad beneficia: q̃a huiusmodi insti-
3 tutio † est necessariæ iurisdictionis & nõ voluntariæ, in qua scilicet volũtaria iurisdictione nõ succedit capitulũ sed. va. prout le. & no. de maio. & obe. c. vno. & de instit. c. ij. li. vj. Fateor etiã & credo, ꝙ in specie Eps posset cõmittere suo vicario gẽrali potestatẽ recipiendi resignationẽ, & admissa per Epm posset eidẽ vicario dare potestatem cõferendi illud beneficiũ sic resignatũ, q̃a tunc cessaret cã prohibitionis: ergo debet cessare ꝓhibitio. de renũ. c. post trãslationẽ. de ap. c. cũ cessante. Nã hmõi cõmissiones sic distinctas posset etiã facere legatus cuicũqi personę. secundũ Io. An. in d. c. deliberatione. in §. prohibemus qui §. intelligitur quãdo permixtim simul & semel darẽtur ambæ prædictæ potestates. Pro ratione diuersitatis posset induci c. quæstiones. de re. permu. qđ d. Io. And. nõ alle. cuius tamen opinio per oẽs recipitur & approbatur. De secundo dubio videlicet, vtrũ cõmissio generalis vel specialis in casibus prędictis in quibus fieri & valere posset facta offi. vel vic. viuę vocis oraculo per

* Episcopus. Adde per Rosę. de consuet. prælẽ. r. 1. lib. in c. consuetudo de consuet. prabend.

episcopum,

Delegatio papæ vel imperatoris non potest probari, nisi per literas secus in inferiori. vide Aegid. dec. 110. in fin.

episcopum, si negaretur, posset probari per testes, videbatur ꝙ non. per l. vnic. C. de man. prin. & per c. cùm in iure. 4 de iure. de offi. deleg. quę iura procedunt in delegatione papæ vel Imperatoris: in alijs inferioribus secus, in quibus habent locum iura communia: videlicet quòd parem † vim habent testes & instrumẽta in iudicio. C. de fid. instru. in exercendis. & eo. ti. cum Io. secũdùm Vber. & Tan. quos alleg. Spe. tit. de proba. §. vlti. ver. sed nunquid delegatus. qui remittit etiam ad not. per eum in ti. de leg. §. supereſt. ver. sed nunquid si propter. Pro quorũ opi. facit in ar. saltẽ ꝙ iste casus non est de illis requirentibus necessariò scripturam, numeratis per glo. in c. j. de censi. li. vj. ergo & c. quam quidem conclusionem dicebant aliqui domini veram in commissione facta viuæ vocis oraculo super vno articulo: vt in iuribus in prin. superius allegatis: secus verò si super diuersis & pluribus præsertim discrepantibus à iure communi, sicut in legato misso ad certam prouinciam cui darentur multæ singulares & diuersæ potestates, sibi de iure cõmuni competentes. de quibus in c. quod translationem. de offi. leg. in quo casu posset procedere & loqui l. vnic. C. de man. prin. Pro cuius intellectu vide Io. xcvij. di. nobilissimus. & xxv. q. ij. institutionis. Pro conclusione prædicta fuerunt etiam alleg. dicta & not. in cle. dudum. de sepult. & per Guil. de cuno. ff. de iudi. l. ij. qui ponit tres vel quatuor intellectus prædictæ l. vnic. C. de manda. princi.

SVMMARIVM.

Non valet commissio episcopi facta suo vicario, ꝙ resignationem certi beneficij recipiat & conferat. & si valeret, posset probari per testes talis commissio, supervno tantum articulo facta. h. d. 397.

EPITOME.

1 *Vicario committi non potest per episcopum facultas conferendi certum beneficium, &c.*
2 *Vicario generali potest dari facultas conferendi, non autẽ particulari personæ.*
3 *Vicario non datur facultas in specie vt suprà.*
4 *Legatus non potest dare alteri facultatem conferendi.*
5 *Vicarius cui committitur facultas conferendi, debet habere generalem administrationem in spiritualibus: & an sufficiat habere administrationem temporalium, dubitatur.*
6 *Instituendi facultas est necessariæ iurisdictionis, & in ea præmissa non procedunt.*
7 *Facultas conferendi certæ personæ dari potest post admissam resignationem.*
8 *Facultas data vicario super collatiõe fiẽda, probari põt per testes.*

ADDITIO.

1 ALiter summatur hæc † decis. in impressione per numerum. vide ibi. Ad istam dec. applicari potest decis. 1. & 4. hoc titulo in antiq. vbi dicitur, quòd
2 † vicario generali potest dari facultas conferendi beneficia: particulari verò personæ, non. Contra tamen dec. nostram in terminis facit dec. 5. Bisęg. de concess. præb. quam ab hoc ponderat Staph. illam conferendo diuersis rationibus in tertia parte, dum tractat de varijs modis vaca. fol. 68. & in alia impress. 57. in qua decis. 5. dicitur, ꝙ ordinarius potest committere alicui vt conferat certum beneficium alteri. sed reperio adnotatũ in quodam libro dec. quòd domini tenuerunt contra d. decis. 5. & contra Staph. de anno 1544. sed nõ dicitur in qua causa, nec coram quo. Tu qui indiges, quæras magis diligenter: quia rationes Staph. valde vrgẽt, præsertim dum considerat, ꝙ in hoc casu cessat ratio captandę mortis. & in dicta dec. Bisęg. ipse fatetur aliàs iudicatum, prout in dec. nostra, sed postea domini voluerunt contrarium in pluribus alijs causis, pro quo considera, ꝙ posset dari occasio inferẽdi vim vel committendi simoniã: quia resignatarius qui scit collationem omninò esse fiẽdam in eius fauorem, posset concordare cum resignãte, postquã sciuit notarium esse rogatum de tali commissione facta
3 per episcopum. Nota primò ex ista dec. ꝙ † episcopus non potest committere collationẽ in specie, sed tantùm in genere suo vicario generali. per text. in c. constitutus. de cõcess. præbẽ. & sic ꝙ multa licẽt in genere quæ nõ licent in specie. Secũdo nota, ꝙ † legatus nõ põt in genere
4 nec in specie delegare vel committere collationem beneficiorum: vt in c. deliberatione. de officio delega. in vj. hîc allegato, & ideo solent habere facultatem in specie
5 super hoc. Tertiò nota, ꝙ † si episcopus dat potestatem conferendi beneficia, requiritur commissio specialis. & quod fiat vicario qui habet generalem administrationẽ in spiritualibus, vel bonorum temporalium, de quo vlti
6 mo tamen dubitandum est. Quartò nota, † ꝙ ista non requiruntur in facultate instituenda, quæ est necessarię iurisdictionis, & non voluntariæ, in qua voluntaria non succedit capitulum sede vacante, pro quibus facit decis. Aegid. 93. & not. per Staphi. in loco supradicto fol. 69. &
7 in alia impressio. 57. Quintò nota, ꝙ † bene potest diuisim concedi facultas admittẽdi resignationem: & illa postea admissa, potest dari facultas conferẽdi certæ personæ. Vltimò nota in §. de secundo dubio, ꝙ † licet commissio facta per Papam vel imperatorem non possit
8 probari per testes, probari tamen potest per testes commissio conferendi, de qua in hac decis. facta verbo per episcopum vel legatum, & ad hanc materiam vide dec. Aegid. 443. vbi habetur de facultate data per episcopũ de conferendo decem beneficia pro quibus conferunt, quæ notaui suprà de rescript. decis. 27. vbi videas. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Episcopus tenetur pro delicto vicarij & officialis sui: nisi postquam sciuerit, purgauerit illud.

Decisio 6. aliàs 278.

SI vicarius vel officialis alicuius episcopi vel alterius prælati delinquat in officio sibi commisso, tenetur episcopus. ff. de tribu. l. si seruus & duabus legi. se. nisi quàm citò sciuerit, purgauerit eius delictũ. C. de exer. mi. l. fi. & l. quicunque. vt li. nõ contest. c. j. & ea quæ ibi not. pro quo faciunt no. per Inno. de fideiuss. c. quòd quibusdam. in j. glo. in fin. faciunt etiam quæ le. & not. in c. cùm quis. de sen. ex lib. vj. & in regula iuris, ratihabitio. eodem li.

SVMMARIVM.

Episcopus quando teneatur pro delicto vicarij & officialis sui. Vel sic. Ex delicto vicarij tenetur episcopus: nisi postquam sciuerit, purgauerit illud. h. d. 278.

EPITOME.

1 *Delictum vicarij nocet episcopo, qui pro eo tenetur.*

ADDITIO.

1 HAbes duas alias dec. † concordantes cum ista, videlicet dec. 6. in anti. & dec. 7. Bisę. hoc titulo, & aliquid per Fely. in c. cum ordinẽ. de rescript. nu. 10. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

A speciali delega. episcopi vel eius vicarij generalis ad ipsum episcopum vel eius vicarium poterit & debebit appellari.

EPITOME.

1 *Episcopus an possit committere vicario generali collationem certi beneficij.*
2 *Appellari an possit à collatione facta per vicarium ad ipsum episcopum.*
3 *Episcopus non potest aliquam iurisdictionem exercere in aliena diœcesi absque licentia petita & obtenta.*

Decisio 7. aliàs 371.

1 SI episcopus † dat potestatẽ suo vicario in spiritualibus cõferendi beneficia, & à collatione per ipsum facta appelletur ad ipsum episcopũ, & idem episcopus committat huiusmodi causam appellatiõis alicui vicario in spiritualibus alterius episcopi, qui vigore huiusmodi cõmissionis de consensu saltẽ tacito partiũ in hac causa appellatiõis procedat vsq; ad diffinitiuã sententiã inclusiue, à qua ad papã appelletur. Fuit dubitatum de
2 duobus. Primò vtrũ † potuerit à collatiõe facta per vicariũ primum ad episcopũ appellari. Secundò vtrũ valuerit processus habitus per vicariũ alterius episcopi in alia diœcesi. De primo videbatur prima facie ꝙ nõ: quia idem consistoriũ habet vicarius cũ episcopo. de cõsue. c. ij. li. vj. de ap. c. romana. e. li. ergo nõ põt appel. ad ipsum ptopter rationẽ in dictis iur. positã, & quia gradatim est appellandum de ap. dilectũ dicebatur per oẽs contrariũ: videlicet valere huiusmodi appellationẽ. Ratio: ꝙ a hanc collationẽ vicarius * quantũcunq; generalis in spiritualibus facere nõ potuit sine speciali cõmissiõe & mãdato

* *Vicarius. Vide Fely. in c. l.*

te. de off. ord. ca. j. nam dicit ibi, quod vicarius quo ad coll. benef. habet deleg. contra per bisig. de fi. ca.

episcopi: vt de of. vic. c. fi. li. vj. Cũ igitur huiusmodi collatio non caderet in suã generalem potestatẽ, vicariatus non põt quò ad hoc cẽseri idem cõsistoriũ: sed censetur vnius specialis articuli siue causæ cõmissio, quã si episcopus vel eius officialis generalis alicui faceret, & ab illo appellari cõtingeret, ad ipsum episcopũ vel eius officialem posset appellari: vt le. & no. in c. dilecti. de ap. supius alle. per Io. An. in nouel. Et faciũt pro hoc not. p Archi. in c. ij. prædicto. de consue. lib. vj. & not. per Io. An. Pau. & Genze. & Guil. in cle. ij. de rescrip. vbi ponũt differẽtiam inter vicarium episcopi in spiritualibus deputatũ cum iurisdictione vel sine iurisdictione. Facit pro prædicta conclusione c. à collatione. de appel. lib. vj. Audiui postea in relationibus publicis allegari super hoc per dominum Anselmum de Mediolano aduocatũ Roman. curiæ, & dicentem dictum c. ij. de consue. intelligendum de appellatione iudiciali, & non extraiudiciali, propter verbum, consistorium in textu ibidem positum, quod non erit, nec dici potest, nisi quando iudex iudicialiter procedit, & pro tribunali sedet. de off. ord. c. cùm episcopus. de re iudi. c. fi. cũ si. lib. vj. quod nõ credo: cùm illud c. & c. romana. de ap. generaliter loquantur ergo de quacũque appellatione extraiudiciali vel iudiciali sunt intelligenda. xix. di. c. si romanorũ. de maio. & obe. c. solitæ. cùm si. pro hoc etiam facit c. cordi. de ap. li. vj. quod loquitur tam in iudiciali quàm extraiudiciali appellatiõe à iudice ordinario, vel delegato interposita. nec potest negari, quin officialis iurisdictionem ordinariã habeat: saltem habitu, etiam si nunquam pro tribunali sederet. per dictum c. romana. ergo &c. Secundum dubium non fuit pro tunc determinatum: sed domini voluerunt deliberare, & totum dubium huiusmodi quæstionis pendet, vtrũ litigantes potuerint tacitè prorogare iurisdictionẽ vicarij alterius episcopi, & an valuerit tacitus consensus ipsius vicarij. Et primò videtur ꝙ non: quia regulare est,

3 ꝙ † episcopus non potest iurisdictionem aliquam in diœcesi aliena exercere: vt. ix. quæstio. ij. episcopum. & duobus c. sequẽtibus. xij. q. j. placuit. hoc verũ sine licentia petita & obtenta illius episcopi, in cuius diœcesi vult procedere & cognoscere, nec subditos suos inuitos ibi tra here, de offi. ordi. cùm episcopus. lib. vj. & nisi in casu clemen. j. de fo. compe. vbi de hoc per Io. And. & Pau. ergo quod per vnum fieri non potest, nec per alium. de reg. iu. potest quis. lib. vj. cum ibi not. ergo ex parte committentis non videtur valere cõmissio, nec videtur valere consensus partium: per. §. in nullo quoq;. c. statutum. de rescriptis. lib. vj. nec reperitur aliàs in iure cautum, ꝙ posset fieri prorogatio de loco ad locum, nisi in casibus in iure expressis. ergo id non erit dicendum. ne se. va. c. j. de sen. excom. is qui. lib. vj. Præterea prorogatio quæ fit in alienum iudicẽ etiam ordinarium ex certa scientia & non per errorẽ fieri debet. ff. de iu. om. iud. si per errorẽ. ff. de iudi. l. j. & ij. & not. de offi. dele. P. & G. nam vt vbi not. siue loquamur de prorogatione rei ad rẽ, temporis ad tẽpus, personæ ad personam, semper requiritur expressus consensus partium. ergo multò fortius in prorogatione loci ad locum, per dictũ §. in nullo quoq;. licet Pe. de Bel. per. in l. si ex cõsensu. C. de episco. audi. velit innuere, ꝙ vnus ordinarius possit cognoscere & iudicare in alieno territorio inter suos subditos, nisi prohibeatur: quia licet transire per agrũ alienum, nisi prohibitus fuerit: vt l. per fundum. ff. de serui. rust. prædi. Inno. verò & Hosti. tenent contrarium in c. nouit. de offi. lega. vbi de hoc per Io. An. in nouel. & Spe. de compe. iudi. adi. §. j. ver. quid si duo Pisani. & in ti. de le. §. nunc dicendum. ver. sed pone. In quibus locis videtur innuere, ꝙ delegatus ordinarij extra territorium ipsius iudicare non potest, etiam de consensu partium. & facit quod Spe. not. tit. de appel. §. nunc tractemus. ver. quid si de facto. facit pro hac opinione c. vt animarum. de constitu. li. vj. in fi. Præmissis verò argumentis & dictis doc. non obstantibus fuit per omnes dominos postea decisum & conclusum cõtrarium: videlicet quod processus dicti vicarij alterius episcopi valuerit, cuius sententia fuit per vnum de dominis confirmata. nam in dicta prorogatione interuenerunt omnia, quæ de iure interuenire debuerunt: consensus videlicet, ordinarij iudicis committentis siue prorogantis qui sufficit: de so. compe. c. significasti. iudicis prorogati, qui ex certa scientia vigore cõmissionis alterius Episcopi sibi facere procesit: ergo cõsensit procedendo: quia voluntariè & non inuitus cognouit, & sententiam tulit. arg. eorum quę le. & not. de fil. presby. veniens. Interuenit etiam consensus partium, qui ex certa scientia & non per errorẽ coram huiusmodi cõmissario, etiam in alieno territorio fortè & sine fortè vt ponebatur in facto eis magis commodè processerunt vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, ergo nõ inuiti, sed voluntariè, quod sufficit: vt in d. c. cùm Episcopus. de of. ord. lib. vj. melius in c. vt litigantes per gl. or. Io. An. qui limitatiue loquitur. sed Archi. ibidẽ dicit sufficere consensum partium sine licẽtia Episcopi: quod crederẽ verum, nisi expresè Eps coutradiceret: quia tunc secus.

SVMMARIVM.

A speciali delegato Episcopi, vel eius vicarij generalis, ad ipsum Episcopum poterit vel debebit appellari: hinc est quòd à vicario generali super collatione beneficij vel alio articulo specialiter sibi ab Episcopo cõmisso, potest ad eũdem appellari. Vel sic, A collatione facta per vicarium Episcopi de speciali mandato, ad ipsum Episcopum appellatur. h. d. 371.

EPITOME.

1 *Appellari potest à collatione facta per vicarium de speciali mãdato ad ipsum Episcopum.*
2 *Episcopus potest committere causam vicario alterius Episcopi concurrentibus tamen pluribus.*
3 *Conferre, est voluntaria iurisdictionis.*
4 *Episcopus & vicarius habent eidem consistorii & tribunal.*
5 *Iudex ordinarius dicitur delegatus, si aliquid sibi specialiter committatur, quod non comprehendatur sub eius generali iurisdictione.*
6 *Collatio beneficiorum an per Episcopum possit committere vicario alicuius Episcopi.*
7 *Ratio decisionis.*
8 *Appellari potest à vicario foraneo ad Episcopum.*

ADDITIO.

DE hac materia fuit dictum suprà deci. 3. licet hæc dec. † sit magis clara & aperta & loquatur in diuersis terminis quicquid dicatur in summario videas per te, & vt videbis dec. habet duas partes. In prima enim dubitat an à collatione facta per vicarium de speciali mandato potuerit ad ipsum Episcopũ appellari, & finaliter cõcludit, quòd sic, rationibus hic adductis, quibus adde omninò Frãchum qui ponit plura alia exẽpla in proposito in c. dilecti. el 2. de appella. hic allegato col. vij. q. 2. 3. & sequentibus. Et vide aliqua per Fel. in rubr. de offic. delegat. Quò autem ad secundam partem istius

2 dec. dum resoluitur, quòd † Episcopus potest cõmittere causam vicario alterius Episcopi, de quo nihil fuit dictum in summario, addi potest dec. vltim Biseg. hoc tit. quæ facit differentiam inter cõtentiosam & voluntariã

3 iurisdictionem, & vult quod † Episcopus possit cõferre beneficia in aliena diœcesi: quia istud est voluntarię iurisdictionis, de qua voluntaria & contentiosa seu necessaria dixi etiam suprà decisio. 5. super 4. notabili. Nota

4 hic primo, quòd † Episcopus & vicarius habent eidem consistorium, & tribunal. Et quid dicatur consistorium in proposito hîc etiam habes. Secundò nota, quòd

5 † quando aliquid specialiter committitur, quod non cõprehenditur sub generali iurisdictione quam habet iudex ordinarius, quò ad id, dicitur delegatus, pro quo etiam habes not. per Felyn. in capitul. licet in corrigen-

6 dis. de officio ordina. colum. j. Tertiò nota, quòd † Episcopus potest committere vicario alterius Episcopi in alia diœcesi residenti collationem beneficiorum vt suprà. Aduerte tamen quòd istud ideo hîc tentum fuit,

7 † quia vt dicitur in fine deci. interuenit consensus Episcopi committentis ac commissarij, & partium: aliàs partibus reclamantibus esset secus: vt clarè hîc dicitur per iura allegata in ipsa decisi. Et dum dicitur hîc, quòd

8 † ab officiali vel vicario appellatur ad ipsum Episcopum, licet sit idem tribunal & consistorium, applicari

*89 potest decisi. facta * in causa Abulen. matrimonij coram Sar

ram Sarnen.de anno 1542. vbi concluſum fuit appellari poſſe à vicario Foraneo, ad Epiſcopum, & iſta non eſt in libro ſuo. Anto.Maria Papaz.

De Officio delegati.

SVMMARIVM.

In cauſa grauaminis poſtquam ſecundus auditor pronuntiauit malè appellatum,& remiſit cauſam:quamuis ab hac pronuntiatione fuerit appellatum: primus auditor ſtatim poteſt in principali procedere, donec ſibi inhibeatur.

Deciſio 1. aliàs 138.

SI appellatur à grauamine ab vno auditore,& per alium auditorem cui huiuſmodi cauſa appellationis eſt commiſſa,pronuntietur bene proceſſum per primum audi. & malè per partem appellatũ, & cauſa primo auditori remittatur: primus auditor ſtatim poteſt ad vlteriora in negotio principali procedere,non obſtan.quòd à pronũtiatione ſecundi auditoris,iterum extiterit appellatum,& cauſa huiuſmodi appellatiõis alteri commiſſa:dummodò per tertium de nouo nõ fuerit inhibitum.nam ex quo remiſſa fuit cauſa per ſecundum auditorem primo:ſublata erat eius inhibitio.& ſic ceſſante cauſa,&c.de appella.cum ceſſante.cum ſi.vide plenius hanc concluſionem declaratam infrà dec.58.de appella.

SVMMARIVM.

In cauſa grauaminis poſtquam ſecundus Auditor pronuntiauit malè appellatum:& remiſit cauſam:quamuis ab hac pronuntiatione fuerit appellatum, primus Auditor ſtatim poteſt in principali procedere.h.d. 138.

EPITOME.

1 *Proceſſus in cauſa principali factus coram primo, poſtquam ſecundus pronuntiauit malè appellatum, & ſibi remiſit cauſam,eſt validus,etiam ſi ab huiuſmodi ſententia fuerit appellatum,niſi fuerit inhibitum.*

2 *Appellationis delatio & remiſsio cauſæ ad primum iudicem differunt vt hîc.*

3 *Inhibitio cenſetur ſublata,quando pronuntiatur malè appellatum.*

4 *Cauſa deuoluta ad curiam nunquam reuertitur ad partes.*

ADDITIO.

1 ADuerte q̃ † in textu datur limitatio, videlicet niſi fuerit cõmiſſa cauſa appellationis alteri,& fuerit inhibitum primo iudici, cui cauſa fuit remiſſa:quia ſtante tali inhibitione,non poterit ille iudex
2 procedere. Item nota, † quòd non ſine miſterio dicitur hîc(& cauſam remiſit) quia ſi nõ remiſiſſet cauſam, ſed tantùm detuliſſet appellationi: tunc primus iudex non poſſet cognoſcere.pro quo facit dec. 54. infrà de appel. & Franchus in c.vt debitus.eod.titulo.col.10.verſ. vltimo pone.nu.28.Item nota, q̃ quando † cauſa appellatiõis ab aliquo grauamine illato per aliquẽ Auditorem cõmittitur alteri Auditori,& ille ſecundus inhibet primo, & poſtea pronũtiat in cauſa ſtatim facta pronũciatiõe ſeu declaratiõe per Auditorẽ cauſæ appellatiõis, q̃ eſſet malè appellatũ,inhibitio cẽſet ſublata,& primus q̃
3 cedere poſſet in negotio principali:vt ſentit iſta deciſ. & dec.58.de appel.in fin.ſuper quo tamen eſt cogitandum vt latius dicam ſuper d.dec.53.vbi eſt materia ſua. Item nota, q̃ iſta dec.non procedit,quando appellatum fuit in
4 partibus,& † cauſa commiſſa in curia: quia nunquã reuertitur ad partes:vt per Aegid.dec.37.in fine & 139. cũ infinitis alijs quæ adduxi ſuprà dec.23.de reſcrip.Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Citatus per vnum ex tribus coram collega compare re non tenetur.

Deciſio 2. aliàs 110.

CItatus per vnũ ex tribus iudicibus delegatis, datis inſolidum,vt certa die cõpareret coram eo vel ſuo collega corã ipſo collega,qui nõ citauit, cõparere non tenetur.nec valet proceſſus per collegã habitus contra eum.ar.eorũ quæ ſe.& not.in c.cùm plures.de off.de le.li.vj.de reſt.ſpo.c.audita.& ff.de re iud.l. inter pares.

SVMMARIVM.

Citatus per vnum ex tribus,coram collega compare re non tenetur.h.d. 110.

EPITOME.

1 *Citatus per vnum ex tribus inſolidum datis, coram collega cõparere non tenetur.*

2 *Proceſſus coram collega non valet, vt hîc.*

ADDITIO.

1 ISta dec. † eſt clariſsima,nec habet diſcordantes, nec curaui quærere concordantes:quia iura in ea allega-
2 ta de plano procedunt,† quando tamen ſunt dati inſolidum,& adde ad ſummarium,q̃ non valet proceſſus factus coram collega huiuſmodi,& in parua impreſsione allegatur etiam tex.in c.audita.de reſti.ſpo. vide tamen Aegid.dec.476.qui concordare videtur, licet non clarè loquatur.

SVMMARIVM.

Delegatus ordinarij ad certã cauſam deputatus, non poteſt articulum cauſæ cognitionem requirentem, ſed nudum miniſterium commitere.

Deciſio 3. aliàs 164.

DElegatus ordinarij deputatus ad certam cauſam audiendam non poteſt committere receptionem teſtium,vel quencunque alium actum cauſæ cognitionem requirentem ſed nudum miniſterium, ſiue nudam examinationem teſtium per eũ receptorum bene cõmittere poteſt:prout le.& not.per Innoc.& Hoſti. in c.cùm Bertoldus.de re iudi.& in c. ſuper quæſtionũ. de offic.deleg.poſt prin.per Ioan.Andr.in nouel.ac per eundem & Pau.in cle.indices.de offi.dele. Sed pleniſsimè in Spe.ti.j.§.j,ver.ſed nunquid delegatus.

SVMMARIVM.

Delegatus ordinarij ad certam cauſam deputatus,nõ poteſt articulum cauſæ cognitionem requirentem,ſed nudum miniſterium committere. 164.

EPITOME.

1 *Delegatus ordinarij quando ſubdeleget.*

2 *Subdelegari quando poſsit nudum miniſterium.*

ADDITIO.

1 AD primam partem iſtius dec. † faciunt dec.8. & 14.infi à eo.vbi latius dicam, & faciunt not. per Franch.in c.cùm cauſam.de appel.col.j.iiij. & v. & latè habes per Fely.in c.ſuper quæſtionum. de offic. dele.in principio,& in.§.fin. Quò autem ad ſecundam
2 partem,q̃ † nudum miniſterium poſsit ſubdelegari, facit in contrarium deciſ.17.infrà de conceſ.præb.col.iij. verſ.hinc eſt.vbi expreſsè dicitur,q̃ nudũ miniſterium examinis teſtium non poteſt ſubdelegari, licet receptio teſtium in qua interuenit cauſæ cognitio, delegari poſſit.ſed in illa dec.allegantur certa iura,quæ non loquuntur in examine teſtium,ſed ſuper ſcientia: ideo cùm ſit electa induſtria perſonæ,in illo caſu nõ eſt mirum, pro quibus vide Fely.in c.cùm Bertoldus.de re iudi. num.2. & in c.de cauſis.& in c.ſuper quæſtionũm. col.iij.hoc titulo.Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Purificatio gratię pauperis per duos ex executoribus facta non conſtito de impedimento tertij executoris, dummodò poſtea conſtet,valet.

EPITOME.

1 *Duo executores cum clau. Quòd ſi non omnes, &c. quòd prouidere poſsint, etiam ſi ipſis de tertij impedimento non conſtiterit modò poſtmodum conſtet.*

2 *Opinio veritati in beneficialibus cedit.*

Deciſio 4. aliàs 166.

SI duo * ex † tribus executoribus datis ad purificãdũ gratiam,& prouidendum impetranti cum clauſula, quòd ſi non omnes &c.gratiam impetrantis purificent,vel prouideãt antequã ipſis cõſtet de impedimento tertij:dum tũ de huiuſmodi impedimẽto ex poſt facto cõſtet,& cõſtare poterit.purificatio ſeu puriio eorũ re-
2 nebit &valebit.Nã † in huiuſmodi beneficialibus manifeſtata veritate opinio cedit veritati.viij.di. veritate cõperta.ar.ad hoc de ap.c.dilectis.in fi.& notaſ ibidẽ q̃ In no.in gl.vlti.in prin.quã alle.Ar.& in hãc opinionẽ declinat in c.cùm plures.de offi.dele.ſuꝑ verbo,malitioſè.

* Duo Adde. deci.infra eod. ti.j.

li.vj.vbi Io.An.in nouel.remittit ad not.de reg.iur. eum qui.certus.li.vj.& ibi distinguit:licet doc.quasi oēs in c. prudentiā.de offi.dele.tenēt contrariū, dicētes ꝙ etiam processus duorum per tertiū non posset ratificari.per regulam,quod ab initio &c. Pro prima conclusione alleg. etiam not.in l.in arbiter.C.de arbi.

ADDITIO.

Viderom. sin, suis sanz. 137

Pone ꝙ iuxta istam decisionem, ꝙ duo sunt delegati cum clausula,ꝙ si ambo non poterunt,vnus exequatur. modò vnus non potest,alter cui non cōstabat, processit solus:an valeat processus. Videtur ꝙ non: vtl. multùm interest.ff.de condi.& demon. Io.And.disputauit cōtrarium:quia veritas & iurisdictionis auctoritas faciūt valere.ar.C.de mina.vin. l.si pater .§.j. & respondet ad l. multùm. quòd ibi loquitur in aditione hæreditatis, quę animo expletur, sed iurisdictio non expletur animo inferioris,sed iudicio superioris secundùm Io. And. quod Bal.credit verum.nam iurisdictio ista etiam apud duos residet in solidum quò ad indiuisibilem iurisdictionem: sed exercitium debet esse commune.sic C.de condi. insertis.l.si plures.per istam ergo clausulam accrescit exercitium.sed in iure accrescendi in indiuiduis non requiritur scientia:quia ius accrescendi est de appendicijs rei principaliter scitæ:& ideo valet quod fit, sicut quando accrescit per prorogationē:vt d.l.ij.§.ij.ff.de iud. secundùm dictum Bal.in l.falsus.C.de furt.

SVMMARIVM.

Duo de executoribus gratiæ pauperis,dati cum clausula,Quòd si non omnes,&c, quousque constet de impedimento tertij:ad eius purificationem procedere nō possunt. Vel sic. Valet purificatio gratiæ pauperis per duos executores facta non constito de impedimēto tertij executoris,dummodo postea constet.h.d. 166.

EPITOME.

1 *Executor datus cum clausula (quòd si non omnes, &c.) procedere potest etiam nō constito de impedimento aliorū coexecutorum,dummodo postea constet.*

2 *Impedimentum collegæ sufficit verè fuisse: licet alij executores ignorauerint.*

3 *Clausula,quod si non omnes.tenor & substantia.*

ADDITIO.

ISta duo summaria sunt de directo contraria, vt vides nec possunt concordari: tamen secundum summarium est verius,vt videbis infrà: licet cum prima parte summarij concordet dec.7. infrà eod. vbi dicitur † ꝙ debet constare de impedimento tertij,aliàs non valet act.is,& idem sentit Aegid.decis.336.& faciunt quæ dicam infrà super dec.19.de conce.præbend. vbi dicitur quòd executor non potest procedere ante præsentationem literarum,licet sciat se habere facultatē, & de hoc etiam habes infrà eod.6.dec. Pro secundo autem summario facit dec.1.Bise.in titu.de proba,vbi habetur,ꝙ † sufficit probare tertium iudicem fuisse impeditum tempore quo alij duo processerunt,licet non constet eos scisse de tali impedimento. Et etiam facit decis.17.infrà de iudic.vbi dicitur, quòd valet processus factus contra intrusum,licet de intrusione nō constet,siverè est intrusus,quam decis.ponderat ad hoc Staph. dum tractat de literis iusti.fol.176.vers.verum autem.& in alia impres. fol.130. Et ad ista facit etiam dec.Aegid.359.vbi dicit,ꝙ sufficit constare de voluntate collegę,licet non fuerit intimata,& ratio prædictorum redditur per vnam additionem politam in fine huius nostræ dec.quæ distinguit & firmat conclusionem,quòd in casu dict. valet process: quia omnes executores habebant iurisdictionem, & defectus tantùm erat in exercitio,quod accrescebat, & dicit quòd in iure accrescēdi in indiuiduis nō requiritur scientia,& ꝙ veritas & iurisdictionis autoritas faciunt valere actum,& ad d.dec.7.& Aeg. responderi potest, ꝙ ibi non dicitur, ꝙ non possit constare ex post facto. nam etiam hîc dicitur,ꝙ debet constare:sed ꝙ sufficit si postea constet.responderi potest,ꝙ & alia dec.cōtraria, quod quis nihil possit ante acceptas literas,procedit, qa adhuc non erat acquisita iurisdictio habitu nec actu, vt infrà dec.6. Et ad ista vide omninò Fel.in c. scisciatus, de rescrip.in verbo,oportet.num.33.& in c.eam te.in fine eod.tit.& in c.prudentiā.de off.deleg. in verbo,adijcimus,vbi ponit quando sufficiat simpliciter nolle, etiā quòd possit,& vide Fely.in c.pastoralis, hoc titulo.nu. 3.vbi dicit, quòd statur dicto subdelegantis de impedimento.& vide tex.in d.c.scisciatus.vbi habes verba extensa istius clausulæ,Quòd si non omnes,&c.videlicet, † in ipsis exequendis simul interesse nequiuerint, vnus vel plures exequātur,& sic cessat omnis difficultas propter verba istius clausulæ, & neutrum ex summarijs est bonum. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Episcopus executor deputatus cū duobus alijs in gratia pauperis cū clausula,quòd si nollet,vel nō posset,&c. Committendo alteri vices suas, mandatum adimplere videtur.

EPITOME.

1 *Executor datus cum clausula,quòd si non potueris, &c.subdelegare potest: & actum per subdelegatum valet,nec valet postea actum.*

2 *Potuisse dicitur, qui licet per se non potuit, potuit tamen per alium.*

Decisio 5. aliàs 192.

SI Episcopus * habens potestatē gratiā in forma pauperum purificandi alijs duobus etiā deputatis in casu quo ipse nollet, aut non posset huiusmodi actum exercere alteri committat vices suas,qui huiusmodi gratiam purificet, tenet & valet huiusmodi commissio:ita quòd purificatio post huiusmodi commissionem facta per illos duos, non valet: quia committendo videtur mandatum papę adimplere, & sic cessat potestas aliorū, intelligi autem debet huiusmodi voluntas secundùm dispositionem iuris communis: videlicet quòd per se vel alium hoc faciat,de offic.deleg.iudices.in Clem.& eod. titu.quamuis.& c.pastoralis.

* Gratian. Adde Lopd. dec.135

ADDITIO.

Ego habui † istū casum de facto in causa Xanction. præbē.quæ vertebatur inter quendā Hermannū gruter agentē ex vna parte, & Corradū se defendentē ex altera.nā Hermānus habebat gratiā in forma pauperum in qua erant sibi dati tres executores ad illā exequendam: videlicet d.Archiepiscopus Colonien.cū clausula, quòd si ipse nollet,aut non posset mandatū apostolicū exequi: quod tunc duo alij in bulla nominati exequerentur.dominus Archiepiscop⁹ recepta bulla scripsit illis duobus executoribus datis in euentum, ꝙ libenter volebat mādatum apostolicum exequi:sed quia erat pro tunc certis alijs negotijs suæ ecclesiæ occupatus,cōmittebat illis & cuilibet eorum insolidū vices suas, donec eas duxerit reuocādas.Illi duo executores recepta litera Archiepiscopi fulminarunt processum suū,se executores à sede apostolica nominantes, non autē subdelegatos Archiepiscopi:qui executores commiserunt alij vices suas,vt in forma.Fuit reuocatum in dubium, an prouisio facta per dictum subdelegatū valeret. Et aliquibus ex dominis auditoribus videbatur qđ sic: quia dominus Archiepiscopus Colonien.in cōmissione, quam fecit alijs, protestatus est se pro arduis negotijs occupatum, ideo eis committebat vices suas. per quæ verba videbatur purificata prima pars disiunctiuæ & conditionis: videlicet, si non posset,dato enim quod protestaretur velle:ex quo tamē fatebatur se non posse, sufficit.de reg.iu.in alternatiuis. li.vj.nam sola assertio sua sufficit quo ad hoc, vt de impotentia sua constet c.scisciatus.de rescrip. & in c.prudentiam.in prin.de offi.del.ista nāq; æqui pollere videtur,si quis dicat se nō posse, vel se fore pro arduis negotijs occupatum,imò secundùm vsitatum modum loquēdi,qui attendendus est.de sponsa.ex literis.homines volentes se excusare,quòd non possunt,similia verba inueniunt:dicētes, se alijs grauioribus occupatos: sufficit ergo ꝙ per æquipollentia verba protestatus fuerit se non posse.ar.c.licet ex quadam.de testi. Nec videtur sufficere quòd illis duobus commiserit vices suas,ex quo fatebatur se non posse: quia nec illi tenebantur suam subdelegationem recipere,imò consultè fecerunt, non recipere:vt patet de offic.deleg.c.super quæstionum.§. si verò duo. Et istis fortè rationibus motus auditor qui habuit causam

causam in prima instantia, credens verificatam illam clausulam, si non poteris &c. & ob hoc potestatem in dictos executores in euentum datos translatam, tulit sententiam pro dicto Hermanno, & sibi adiudicauit præbendam vigore prouisionis factæ per subdelegatũ ipsorum. Ego in secunda instantia causam habẽs ex commissione mihi in causa appellatiõis, dubitaui de viribus dictæ sententiæ motiuis ex rationibus infrà scriptis. Nam in casu nostro fuit facta prouisio à subdelegato prædictorum duorum executorum. ergo prouisio nulla. Consequentia est nota, antecedens sic probatur. aut dicti executores processerunt vt subdelegati Archiepiscopi: aut tanquam delegati immediatè dati à papa. Primo casu certum est, quòd subdelegare non potuerunt. l. à iudice. C. de iudic. de appel. cap. cùm causam. & de re iudica. ca. cùm Bertoldus. nec voluerunt vt subdelegati procedere: prout ex verbis eorum apparet: sed tantùm vt executores principaliter deputati ex vi clausulæ, quod si non omnes &c. Aut processerũt vt delegati, & similiter procedere non potuerunt. Quod sic probo. nam ipsi fuerunt delegati in euentum conditionis & non aliter, quæ conditio nondum extitit. igitur ob defectum conditionis nullam vt delegati potestatem habuerunt. Consequentiam nemo negabit. antecedens autem: quòd conditio non euenerit, probatur: quia velle aut nolle consistit in animo, qui non melius quàm verbis declarari potest: cùm ad hæc instituta sint verba, vt mẽtis intrinseca manifestent. ff. de suppellect. le. l. Labeo. & quod not. j. quęs. j. dedit. propterea dicimus quòd verba deseruiunt intentioni. de verbo. signifi. intelligentia. cum concord. quando enim de non voluntate alicuius quæritur: non aliter constare potest, nisi demùm intercueniente requisitione 1
vel protestatione illius, secundùm Archi. de offic. deleg. 2
cùm plures. libr. vj. super verbo, impediri. in fin. & videtur quod necessaria sit trina requisitio: vt not. per glo. in clement. dudum. de sepul. in verbo, requisiuerunt. nisi in casibus in quibus vnica requisitio sufficit: vt not. per 1
glos. in clement. j. de decisio. super verbo, factam. Item quòd committendo alteri dicatur posse, probatur. nam in omni actu qui potest per alium perfici, quis dicitur 2
posse, si per alium potest quò ad iuris effectum: alioquin repugnantiam manifestam implicaret. si * dicerem, possum tale quid per meipsum & per alium facere: & licet de facto per me non possim, per alium tamen possum. ergo verum dicere quod non possim. abusiua foret ista conclusio. Quod demõstro tali ratione. In omni enim actu eliciendo oportet vt ibi adsit potestas iuris & facti: alioqui altero deficiente, talis actus de iure non subsistit. vt in dicto cap. scisitatus. de rescript. & omnis actus à potentia egreditur secundùm Ioan. mo. de regu. iur. actus. libr. vj. Modò sic fingamus, quòd delegatus papæ solus & in solidum datus de facto impeditus alteri subdelegat: si subdelegatus procedit, nullus dubitat quin processus teneat alio non obstan. iste enim processus iuris interpretatione attribuitur subdeleganti, iuxta regulam, qui per alium facit. de regu. iur. lib. vj. Tunc arguo sic. aut factum dicetur ab eo, qui non potuit, & hoc est falsum: quia secundùm hoc non teneret, vt suprà probaui. ergo factum dicitur ab eo qui potuit. ex quo sequitur 1
quòd licet ille † qui nõ per se, per alium tamen potuit, 2
potuisse dicitur. alioquin adhoc aliud absurdum sequeretur: videlicet, quòd delegatus papæ super articulo per alium explicabili, si esset de facto impeditus, non tamen adẽo quin posset alteri committere, non committendo excusatus esset, quod est falsissimum. Quod hoc sequeretur probo. nam secundùm textum is qui per alium potest, non posse dicitur, si per se non possit: sed vltra posse nemo cogitur. ergo &c. Concludendo ergo quòd interdum istud, non posse refertur ad personam onerati excusandam: ita quod obligatus est omninò per se facere, si potest: & tunc bene potest fieri diuisio vel separatio talis: videlicet quòd iste non potest per se, & potest per alium. & sic potest, & non potest aliquando refertur ad 1
iuris effectum: & tunc talis separatio non conuenit: quia tunc est verum dicere simpliciter, hoc potest, vel non potest. quia si nec per se vel per alium potest, verum est dicere quòd non potest: si autem per se vel alium, verum est dicere simpliciter, iste potest. in regula in alternatiuis. Committendo igitur executor alteri vices suas, mandatum apostolicum exequitur cum effectu, siue de facto in propria persona possit siue non possit: quia de hoc nõ est grauatus, vt omninò si possit, ipse faciat, dummodo malitiosè se non exoneret. Ex quo ergo non est impeditus in committendo, imò committere potest, & de facto committit, verificatur vtrumque: videlicet quòd vult & potest, ex quo de facto potest, id quod de iure potest. Illa autem clausula, per quam in euentum quo nõ posset aut nollet, alij facerent: debet intelligi quando casus esset quantum ad nõ posse de iure vel de facto, nec per se nec per alium posset: puta, quia excommunicatus vel aliter inhabilis, esset committendum de iure: sed quando tale impedimentum concernit potestatẽ subdelegandi: tunc sine dubio potest liberè alteri committere vices suas. & hoc meo iudicio clarè voluit glos. in dict. cap. cùm plures. super, verbo, recusaret. ibi, & quod dixi de delegato impedito collegam hoc casu posse procedere. verum intelligo, nisi ille, qui inchoauit subdelegatum daret. & sic per dict. glo. habetur, quòd collega qui habet iurisdictionem specialem & in euentu, quo alter nolit aut non possit illo principali subdelegante nil potest: quoniam sufficit quod per alium possit, vt dixi.

* *Si dicerẽ possum, tale quid per meipsum & per alium facere &c. Codices vetusti sic habent: & melius. Si dicerem, de iure possum & per meipsum & per alium facere: & licet de facto p me nõ possim, per alium tamen possum, ergo verum esset dicere &c.* 2 *Quando quis dicatur posse.*

SVMMARIVM.

Episcopus executor deputatus cum duobus alijs in gratia pauperis, cum clausula, Quòd si nollet vel nõ posset & c. committendo alteri vices suas, mandatum adimplere videtur. 192.

EPITOME.

1 *Clausula, quòd si nollet vel non posset. quid importat.*
2 *Clausula, quod si non omnes. differt à præcedenti vt hic.*
3 *Executor quãdo dicatur non posse interuenire, & quod si expectans fuit in mora.*

ADDITIO.

CVm ista decis. † concordat Aegid. decis. 133. videtamen totam decisionem ad longum, quia arguit ad partes, & optimè declarat omnia, & præsertim 1
† illam clausulam, si nollet vel non posset, quæ differt ab alia, quod si non omnes, & c. de qua in fine præcedentis decisio. Et fundamentum principale est, quòd licet dicat se impeditum alij procedere nõ possint: quia non dicitur verè impeditus qui per alium potest actum expedire, vt hîc. nam † illa verba, si nolit vel non possit, alij faciant intelliguntur, si per se, vel alium nolit, & ponitur in decisio. ad longum casus in terminis. videas per per te, & vide in proposito Aegid. 663. vbi dicit si stante hac clausula expectans stetit per quatuor annos, quòd non præsentauit, & tunc episcopus erat absens, an tunc dicatur non posse ad hoc vt alij possint conferre, & sentit quòd sic, & vide aliquid per Fely. in c. scisitatus. de rescrip. in fine. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Executor non committit executionem adhuc sibi nõ commissam, & idem in delegato.

EPITOME.

1 *Executor iurisdictionis exercitium non recipit, nisi à tempore præsentationis commissionis.*
2 *Executor tam gratiarum quàm sententiarum est delegatus.*

Decisio 6. *aliàs* 242.

SI * vnus ex tribus executoribus datur impetranti in forma pauperum cum clausula, quod si non omnes, & c. det potestatem alicui omnes gratias auctoritate apostolica sibi commissas & committendas purificandi & prouidendi, Et omnia & singula faciendi, quæ sibi incumbũt: licet huiusmodi subdelegatus potestatem habeat quò ad gratias tempore subdelegationis delegato commissas: tamen quò ad committendas postea nullam habet potestatem: quia quod nondum habuit, committere non potuit. j. quæstio. vij. Daybertum. de iure patronat. capitu. quod autem. de rescript. cap. fin. de offi. ordi. cap. j. libr. vj. & ibi p. Ioan. mo. delegatus † enim exercitium iurisdictionis non recipit, nisi à tẽpore præsentatæ & receptæ commissionis. de rescript. cap. pastoralis. in fin. de app. super eo. ij. in fi. per Inno. in c. ex con

* *Si vnus ex tribus &c. Hæc dec. tam corrupta & mendis plena est, vt aliena ab ea quã veteres codices habent, omninò videatur: Quam quidẽ ipsam hùc in modũ depinximus. Si vnus ex tribus executoribus datis impetranti*

in forma pau peru cum clau sula, Quod si non oēs &c. det potestatē alicui omnes gratias autori tate apostolica sibi cōcessas & cōcedidas purificandi & prouidendi ac omnia alia & singula faciendi, quæ sibi incumbūt: licet hic huiusmodi subdelegatus potestatē habeat quò ad gratias tēpore subdelegationis delegato cōmissas: tamen quo ad committendas postea nullā habet potestatē: quia quod nondū habuit cōmittere non potuit. j. q. vij 1 *Dayberti. de iur. patrona. quod autē. de rescrip. c fi. de sent. & re. iud. ord. c. j. lib. vj. & ibi per Io. mo. Delegatus enim exercitiū iurisdictionis non recipit à tempore præsentatæ sibi cōmissionis & receptæ. de rescri. pastoralis. in fine. Et quod sit delegatus & non ordinarius patet: quia oēs executores tā gratiarū quā sententiarū de legati sunt, & delegata iurisdictiōe in processibus faciendis vtūtur & nō ordinaria de præbendis prouisorū. & c. dilectus. & c. fi. de cōcess. præben. proposuit & c. executor & c. si capitulo. & c. si soli. eo. titu. lib. vj. & de offic. de lega. cum plures. & c. si super. & c. is cui libr vj. & in cle. iudices. Et*

quæstione. de restit. spolia. per Archi. in ca. is qui. de procur. in vj. & argum. in l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. Et ideo nisi autè omnis fiat præsentatio rescripti est processus nullus, etiam si scit se esse delegatum: ita quod istud non est ratione ignorantiæ, sed quia sua iurisdictio pendet ex productione rescripti. quod est notandum secundum Bald. in l. falsus. C. de furt. & quod sit delegatus & 2 non ordinarius, patet: quia † omnis executor tā gratiarum quàm sententiarum delegatus est, vt delegati iurisdictione in processibus faciendis vtuntur & non ordinaria. de præbend. cap. pro illorum. & cap. dilectus. & cap. fina. de concess. præbend. cap. proposuit. & ca. executor. & capitu. fina. & cap. si soli. libr. vj. de officio delega. ca. cùm plures. & cap. si super. & cap. is cui. libr. vj. & eo tit. iudices in clementi. & pro hac parte faciunt notat. per Ioannem mo. in capitul. si confirmationem. de electio. libro vj. Sed notata ibidem per Ioannem And. in nouel. faciunt in contrarium: quæ tamen intelliguntur, quādo ordinarius committit causas siue negotia futura expedienda iure proprio: secus si alieno, vt in casu proposito. ergo. Idem tenet Ioan. mo. in cap. romana. de offic. ordi. libr. vj. & Pau. in clemen. j. de hæret. in glos. si inquisitoribus. in clemen. idem Guil. in Spe. ti. de deleg. §. excipi potest. ver. quid si committens.

SVMMARIVM.

Executor nō committit executionem adhuc sibi nó commissam, & idem in delegato. h. d. Vel sic. Executor est delegatus, & non recipit iurisdictionem nisi à tempore præsentatæ & receptæ commissionis, & ideo non potest subdelegare, priusquā iurisdictionē habeat. 242.

EPITOME.

1 *Iudex vel executor non subdelegat causas sibi committendas.*
2 *Executor non potest aliquid facere ante præsentatas literas.*

ADDITIO.

ALiter, & clarius summari potest hæc decis. videlicet, si † executor gratiæ in forma pauperum det potestatem alicui omnes gratias auctoritate apostolica sibi commissas & committendas purificandi ac prouidendi, & omnia faciendi quæ sibi incumbunt: licet talis subdelegatus potestatem habeat quò ad causas seu gratias tempore subdelegationis ipsi executori commissas, tamen quo ad committendas postea nullam habet potestatem: quia quod nondum habuit, committere non potuit. Cum ista decis. concordat deci. vltima de 3 offic. vicar. in antiq & facit in simili decis. 3. Biseg. eod. titul. vbi, si episcopus commisit vicario facultatem dispensandi in omnibus causis, tam ordinaria auctoritate quàm etiam apostolica sibi commissis & committendis, vicarius nihil poterit in postea committendis. Et ad materiam istam vide Felyn. in cap. quoniam. col. ij. de rescrip. & in cap. fina. §. cæterum. de offic. deleg. Et dum decis. considerat, quòd † executor nihil facere potest, ni 2 si post præsentatam sibi commissionem vel gratiam, vide infrà. 19. de conce. præb. & in proposito infrà de procur. 7. vbi dicitur quod procurator non potest exercere ante acceptationem mandati. Auro. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Processus duorum executorum ex tribus datis cum clausula, quod si non omnes & c. non valet nisi constet de impedimento tertij.

Decisio 7. *aliàs* 243

REtento prædicto themate. Si duo ex tribus prædictis executoribus datis cum clausula antedicta narrando tertium collegam eorum absentem notoriè procedant in negotio eis commisso, processus eorum non valet, nisi aliter constet de impedimento & absentia collegæ, de quo debet constare per literas vel nuncium: vt in cap. prudentiam. de offic. deleg. aliàs daretur occasio figmentis, quod non est tolerandum.

SVMMARIVM.

Processus duorum executorum ex tribus datis cum clausula, ꝙ si non omnes &c. non valet nisi constet de impedimento tertij. h. d. 243

EPITOME.

1 *Processus valet factus ab vno etiam non constito de impedimento, si verè impedimentum probetur.*

ADDITIO.

DE materia istius fuit dictum suprà dec. 4. ideo ad ibi dicta me refero, & dic † quòd sufficit quòd ex postea constet de impedimento: quia hîc non requiritur, quòd constet à principio, & sic cessant contrarietates. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Auditor extra Romanam curiam nō subdelegat, nisi certum articulum: puta receptionem & examinationē testium, &c. & de consensu partium: & talis commissarius nequibit alteri cōmittere vices suas, etiam si ad id partium voluntas accesserit: quia subdelegatus à principe, & delegatus ordinarij, non possunt alijs committere vices suas.

EPITOME.

1 *Delegatus ab auditore in curia romana etiam de partium voluntate ad recipiendum & examinandum testes in partibus non potest alteri committere vices suas.*
2 *Delegatus ordinarij ad certam causam non potest delegare.*
3 *Subdelegatus delegati à principe non potest articulum causæ cognitionem requirentem, subdelegare.*

Decisio 8. *aliàs* 258.

SI auditor † datus in causa in curia Romana de consensu partium cōmittat examinationem testium in partibus tribus personis sine clausula, quòd si non omnes, &c. Si vnus ex illis cōmittat vni collegæ suo vel alteri etiā partibus consentientibus, non valet ipsius cōmissio, nec testiū receptio: quia pactū priuatorum, &c. de foro cōpe. c. si diligenti. Ego & aliqui mecū vacillādo diximus multùm obstare Cl. iudices. de offi. del. quia non potest negari per illam Cle. quin receptores testiū sint iudices delegati, qui possunt delegare & committere vices suas alteri vel collegæ. de offic. delegat. capitul. quamuis. & capitul. pastoralis. & capitul. super quæstionum. §. porrò. Sed prædicti sunt huiusmodi. ergo. Respondebatur per distinctionē. † Aut auditor prædictus 2 commisit prædictam receptionem vt ordinarius: * aut vt delegatus. Si vt ordinarius: tunc stat regula, quod delegatus ordinarij ad certam causam non potest subdelegare: quia hoc est priuilegiū concessum delegatis à principe. C. de iudic. à iudice. & de appellationib. capit. cùm causam. & in dictis iuribus superius alleg. Aut auditor facit prædictam commissionem vt delegatus à principe: tunc iterum stat regula, quòd subdelegatus † delega- 3 ti etiam à principe subdelegare non potest articulum causæ cognitionem requirentem, prout le. & not. in dicto capitul. cùm causam. & in capitu. cùm Bertoldus. de re iudic. per Innocen. & Hostien. in dicta Clemen. iudices. per omnes scribentes, & in Specul. titul. de delegat. §. j. versicul. Sed nunquid subdelegatus, sic quocunque casu posito non valuit dicta commissio, nec consensus partium potuit ipsis hāc potestatem dare: licet valuisset consensus earum, quod extra locum * eis deputatum cognouisset & citasset, per §. in nullo quoque. de rescri. in capitul. statutum. libro sexto. Ego verò prædictam receptionem libenter saluassem, si potuissem: propter magnas expensas factas in remissione reportata per dictum Innocen. in capitulo cùm causam. de testib. qui dicit, quòd partes * attestationes inualidas & nullas possunt tacitè & expressè ratificare, licet de tacita ratificatione vacillet. Sed fuit mihi responsum, quòd hoc dictum posset procedere post receptionem factam à vero iudice licet, aliàs nulliter. Sed quia hîc fuit defectus in recipiente. ergo fundamentum, & c. j. quæst. j. cùm Paulus. de pres. non bap. cap. Veniens.

SVMMARIVM.

Auditor extra Romanam curiā non subdelegat, nisi certum articulum: puta receptionem & examinationē testium, & de consensu partium, & talis cōmissarius nequibit alteri committere vices suas, etiam si ad id partiū voluntas accesserit: quia subdelegatus à principe & delegatus ordinarij non possunt alijs committere vices suas hoc dicit. Vel sic. Delegatus ab auditore in curia Romana, etiam de partium voluntate ad recipiendum & examinandum testes in partibus, non potest alteri committere vices suas. 258.

EPITO

EPITOME.

1 *Subdelegare non potest auditor in Ro. Cu. pro testibus examinandis, si non esset bulla Inno.*
2 *Subdelegatus non subdelegat in hoc casu.*
3 *Subdelegare & committere vices suas differunt.*
4 *Clausula, per vos vel notarium vestrum.*

ADDITIO.

HAec decisio est satis clara, & secundùm summarium est satis bonum: primum autem summarium est intricatum. Nota igitur primò, quòd
1 † Auditor in curia non potest subdelegare iudices ad recipiendum & examinandum testes in partibus, nisi de consensu partium, rationem habes per Aegi. dec. 657. & hodie idē esset, quia essent decernendę remissorię sub plumbo per Papam, nisi haberemus bullam Innocentia nam, & sic ista dec. hodie parum valet. Nota secūdò hīc q̄ delegatus ordinarij non subdelegat, vt supra decis. 4.
2 Nota tertiò, quòd † subdelegatus delegati etiam à principe non subdelegat articulum causæ cognitionem requirentem. Nota quartò, q̄ ex quo hic non erat clausula. Quod si non omnes, de qua supra dec. 4. q̄ vnus ex subdelegatis non potuit alteri committere vices suas, etiam de cōsensu partium: si autem hīc fuisset dicta clausula, tunc quilibet procedere potuisset, cùm in tali casu non requiratur subdelegatio: quia satis est, q̄ vnus sit impedirus, vel asserat se impeditū: vt in c. prudentium. hoc
3 titulo. Dum autē ista dec. dicit, q̄ † subdelegatus ab ordinario non potest alteri committere vices suas, etiam circa receptionem & examinationem testium, vide suprà dec. tertia: scias tamē, q̄ licet delegati ordinarij non subdelegent nec cōmittant alteri vices suas: quia ordinarius non potest hoc concedere, tum sicut subdelegatus à delegato principis potest committere alteri vices suas, non tamen subdelegare: ita iste debet vices suas cōmittere posse, præsertim circa nudum ministerium, vel saltem tacitè, dicendo se impeditum: quia tunc non dicitur subdelegare, vt sentit ista dec. si enim hic fuisset clausula, quod si non omnes &c. nullum fuisset dubiū, & idem
4 si fuisset apposita clausula in remissorijs apponi solita, videlicet, quod † per vos vel notarium vestrum fidum ad hoc deputandum, licet si hoc casu pars protestetur, q̄ vult testes examinari præsente iudice, ipse debeat interuenire: vt suo loco dicemus. Ant. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Collector est negotiorum gestor cameræ apostolicæ: & potest de iure plures simul in eadem ciuitate & diœcesi substituere subcollectores: sed eius potestas est restricta, q̄ vnum duntaxat subcollectorem constituat, reuocando vnum & dando alium: ita quòd semper vnus remaneat, & non plures.

EPITOME.

1 *Subcollector camerę apostolicę habens potestatem limitatam deputandi in eadem ciuitate & diœcesi vnum subcollectorem duntaxat, an vigore dictę potestatis poterit plures successiuè deputare.*
2 *Gestor negotiorum habet potestatem à lege plures etiam simul substituendi ante & post lit. conteſt.*

Decisio 9. aliàs 265.

SI collector habens potestatem à papa colligendi recipiendi & quitādi pecunias cameræ apostolicæ debitas in certis locis & regnis per se vel alios cum hac limitatione, videlicet, q̄ nisi vnum subcollectorem duntaxat in singulis ciuitatibus & diœcesibus posit constituere: potest successiuè plures diuersis temporibus subcollectores deputare: ita q̄ semper, nisi vnus remaneat in qualibet ciuitate & diœcesi. Et constituendo secundum, videtur primum tacitè reuocare: licet de huiusmodi reuocatione in secunda constitutione nullam fecerit
2 mentionem. Ratio † primi dicti est. quia negotiorum gestor à lege habet potestatem, nedum vnum sed plures simul & nedum post, sed etiā ante lit. conteſt. substituendi: vt le. & not. in c. j. de procura. libr. vj. verum quia dictus collector negotiorū gestor cameræ apostolicæ est & posset de iure etiam plures vna vice deputare subcollectores, nisi esset, vt præmittitur, limitata potestas: quæ quidem limitatio respicit constitutionem fiendam, & de pluribus simul & vna vice. ergo. Præterea non est verisimile papam voluisse ita latè impedire per dictam limitationem potestatem collectorū suorum. Nam si primus & vnicus deputatus esset inutilis vel moreretur: & collector apud quem adhuc remansit potestas colligendi, non posset alium deputare, negotium cameræ nimis impediretur: vel saltem differretur, quod non est præsumendum papā voluisse. Et sic dicebant domini plus ponderandam mentem quam verba. * de ver. sign. c. præterea. & c. in his. & c. intentionē. Item ponderauit dominus Nicol. & bene, q̄ prædicta limitatio est facta sine inhibitione vel decreto. ergo si prędictus collector plures etiam simul deputaret: dixi, sub dubio, fortè huiusmodi deputationē valere, de præben. inter cætera. & c. dilectus. Pro hoc etiam alle. vnam not. Io. And. in clem. vnic. de sequestra. super ver. nullatenus. & dominus Aegid. aliā cle. j. de iure pa. post prin. Pro secundo dicto allegabantur multa iura de tacita reuocatione procuratorū & iudicum, de procur. c. nō iniustè. & c. si quē. & c. licet. eo. ti. li. vj. de offi. dele. quāuis. & c. si delegatus eo. li. Præterea præsumendū est ex mente constituentis, q̄ constituendo secūdum, voluerit ipsum omni modo & forma meliori, quibus potuit, deputare: & iuxta potestatē sibi traditam, secundùm quā non potuit habere duos subcollectores. ergo, &c. etsi contrariū sensisset, vel voluisset: sua cōstitutioni hil valuisset: quia formā mandati nō seruasset. de reseri. c. cum dilecta. ff. man. l. diligenter. ergo vt potius res valeat quàm pereat, sic est Interpretādum. de verb. signi. abbate.

Verba. Adde quòd si constat de mente verba nō curamus. l. quoniā indignuū. & l. testamentū. & ibi p Bal. C. de testa. sic etiam mens testatoris magis inspicitur, quàm verba testamenti. l. cùm verū. C. de fideicōmiss. l. iij. de iure delibe. Bal. in l. precibus. col. x. C. de impub. & ali. substi. & per An. Barba. in cōs. incipi. Spectabilis ac generosus mile quod est post cōs. 45. Alex. in 4. vol.

SVMMARIVM.

Collector est negotiorū gestor cameræ Apostolicæ, & potest de iure plures simul in eadem ciuitate & diœcesi substituere subcollectores: sed eius potestas est restricta, q̄ vnū duntaxat subcollectorē constituat, reuocādo vnum, & dando alium: ita quòd semper vnus remaneat & non plures.

EPITOME.

1 *Collectores possunt vnum tantùm subcollectorem deputare in qualibet ciuitate & diœcesi.*
2 *Procurator vel collector habens facultatem deputandi vnum loco sui, potest vnum deputare: & reuocato illo alium deputare. & hoc est quod dicit tota hac dec.*
3 *Substitutio secunda an operetur reuocationem primæ?*

ADDITIO.

1 ISTud summarium ponit factum satis clarum, nam † licet de iure negotiorū gestor, vel procurator datus ad negotia possit substituere, etiā si non detur facultas in specie, vt in c. 1. de procu. li. vj. & sic cùm iste deputatus fuisset collector stando in simplicibus terminis deputationis, ipse potuisset plures subcollectores eodem tēpore substituere, tamen Papa vel camerarius in ipsa deputatione, vel per regulā cancellariæ secundùm Fely. in c. cum dilecta. de rescrip. in 3. col. primæ amplia. nu. 56. restrinxit facultatē iuris cōmunis, q̄ non posset nisi vnum duntaxat in singulis ciuitatibus & diœcesibus constitue
2 re. Stante hac limitatione modò dubitabatur, † an postquam semel vnum deputauit, posset eum reuocare, & alium in eadem ciuitate substituere. Et determinatū fuit q̄ sic. Ratio dubitandi fuit, quia cùm facultas esset tantùm deputandi vnū in qualibet ciuitate: hoc modo videbatur duos vel plures deputare in eodem loco. Rationē verò decidendi videas hīc per te legendo decisionē. Sentit etiā dec. ista, q̄ ex quo limitatio & restrictio prædicta non habebat decretum irritans, valuisset deputatio plurium, vt etiam sentit Felyn. in loco suprà allegato.
3 Quò autem ad secundam partem dec. q̄ † per substitutionem vnius alter censeatur reuocatus, non videtur hęsitandum. infrà de procur. super dec. 2. & aduerte ad id quod dicit Fel. quòd facultas est restricta per regulam: quia bene per regulam reseruātur tantùm beneficia vni eorum subcollectorum: sed non dicitur in ea q̄ non possint plures deputari. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Licet potestas principalium collectorum debeat probari per literas: potestas tamen subcollectorum per testes probari potest.

EPITOME.

1 *Collectorum potestas debet per literas probari: subcollectorum autem potest per testes.*
2 *Subcollectores non dicuntur iudices, sed negotiorum gestores.*
3 *Princeps non committit legationē sine scripto: sed priuilegium & causæ delegationem.*

Decisio 10 aliàs 266.

DIxerunt & concluserunt omnes domini in eisdem consilijs, prout etiam in quibusdam alijs conclusē
1 runt, † quòd licet cōmissio siue potestas principalis collectoris deputati per papam esset & sit probanda per literas: vt. C. de man. prin. l. vnic. & de offi. dele. cùm in iure. & in extrauagan. Bonifacij, iniunctæ tamen cō missio subcollectoris & eius potestas ac exercitium posset probari per testes, qui fuerunt præsentes tempore cō missionis sibi factæ. contra quod etiam alleg. not. in dicto c. cùm in iure. per Inno. & in c. si à subdelegato per Archi. Quia sicut subdelegationes * iudicum subdelegatorum sunt probādæ per literas: ita & huiusmodi constitutiones subcollector. Ad quod respōdebatur, † quòd
2 huiusmodi subcollectores non essent iudices, sed admini stratores siue negotiorum gestores: de quorū potestate potest constare per testes. Sed quicquid sit, tam collectores, quàm habent potestatem compescendi partem, siue partes, & contradictores & rebelles, ergo non sunt nudi administratores, nec negotiorum gestores: sed sunt com pulsores cum certa potestate eis tradita, de qua meo iudicio debet constare per literas & nō per testes, per iura. superius allegata. Præterea, quia hodie secundùm ordinationem domini nostri Gregorij papæ moderni nomina subcollectorum debent mitti per collectores Camerario, & scribi ad librum cameræ. ergo ad illum librum meo iudicio dicebam recurrendum, & non ad dandum remissionem ad probādam per testes extra curiam sine speciali mandato papæ. quod tamen dominus Vrbanus papa sextus facilius concesit tempore schismatis.

* *Subdelegationes. Ad. supra de offi. vica. 5.*

Additio. Et vide per gl. in c. institutionis. xxv. quæst.
3 j. vbi dicit, † quòd princeps sine scripto dat priuilegium & delegat causam: sed non committit legationem sine scripto.

SVMMARIVM.

Licet potestas collectorum principalium debeat probari per literas: potestas tamen subcollectorum potest probari per testes. 266.

EPITOME.

1 *Collectorum facultas debet probari per literas.*
2 *Subcollectorum deputatio potest per testes.*
3 *Remissoria non datur quando materia potest probari per scripturas.*
4 *Priuilegium datur à principe sine scriptura.*

ADDITIO.

1 DEc. † ista cessat, nec bene videtur firmare pedes: tamen pro dec. facere videtur dec. 5. suprà de offic. vica. vbi cōmissio admittendi resignationem data per Episcopum suo vicario potest probari per testes: vide tamen Belenci. in tract. de charita. subsi. q. iij. vbi latè
2 examinat materiam huius dec. & distinguit, † quando agitur de probanda facultate, ad effectum vt soluere debentes, eatè soluant, & tunc requiritur scriptura: quando autem agitur ad effectum probandi reseruationem,
3 tunc sufficiunt testes. Aduerte tamē, ꝙ † hîc petebatur remissoria, vt in vers. præterea. & dicit eam nō esse dandam: quia poterat haberi recursus ad libros cameræ, quo casu in veritate non datur remissoria: vt in dec. 46. de testi. in anti. sed etiam non deberent admitti testes in curia propter not. in cap. cùm in iure. hoc titulo, & suprà dec. 15. de offic. vica. De materia autem subcollectorum videbis super dec. 9. infrà de præbend. Et nota ex addi-
4 tione posita in fi. dec. ꝙ † princeps sine scriptura dat priuilegium, & delegat causam: sed non committit legationem sine scripto. iuxta glos. in c. institutionis. xxv. q. 1. quod tamen non credo ita simpliciter procedere, & vide Fely. qui simpliciter tractauit cum ista dec. in c. in nostra. de rescrip. nu. 21. dec. verò. 5. de offi. vica. non obstat per rationes quas posui suprà de rescript. dec. 27. in fine. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Appellans faciens committi causam & causas, quam & quas mouet seu mouere intendit contra appellantem super certo beneficio cum potestate citandi in curia, & extra, & ad partes: docto de appellatione, potest per audientiam procedere contra ipsum.

Decisio 11. aliàs 343.

SI cōmittatur causa vel causæ, quā vel quas mouet & mouere intēdit A. contra B. super certo beneficio cū potestate citandi in curia & extra ad partes: si pars impetrans huiusmodi cōmissionē non recipiat citationem ad partes, sed producat appellationem interpositam per partem aduersam in partibus & vigore illius petat procedi: licet in prædicta cōmissione non dicatur causa appellationis: nihilominus tamen auditor vigore prædictę appellationis procedere poterit. Ratio quia nō est dubium, quòd causa appellationis, causa est propter quam totum negotium principale ad curiā extitit deuolutum, seruata forma. c. j. de elect. lib. vj. iuncta Cle. causam. eo. tit. Tum etiā, quia per huiusmodi appellationē apparet de causa quā prædictus A. cōtra B. & super quo mouere intēdit. Tum etiā, quia si verbum appellationis expressisset in cōmissione, eam citius obtinuisset: sicque non est tale tacitum quod papam mouisset ad denegandum: nec est verisimile: ideo huiusmodi taciturnitas nō est vitiū surreptionis. de rescri. c. super literis. Tum etiā, quia superflua & abundans cautela nō nocet. ergo, &c. quia forte dictam appellationem tēpore impetrationis non habebat, & si habebat vtrum deuolueret, dubitabat, ergo cōmissionem cū potestate citandi impetrabat: quæ quidem citatio, licet sit hominis, citationē iuris videlicet per appellationem non excludebat. Vnde operantes augmentum diminutionem operari non debent. de priuile. c. In his. de præben. c. cui de non. lib. vj.

Vide supra de rescript. dec. fin.

SVMMARIVM.

Si appellans facit committi causam & causas, quā & quas mouit seu mouere intendit, contra appellantem, super certo beneficio cum potestate citandi in curia, & extra, & ad partes, docto de appellatione, potest per audientiam procedere contra ipsum. 343.

EPITOME.

1 *Appellatus si committit causam quam habet contra appellantem, docto de appellatione aduersarij procedere potest.*

ADDITIO.

1 ISta dec. † est repetita de verbo ad verbū suprà de res. vltima. vide ibi, licet summaria sint diuersa, & adde Franch. qui aliqua dicit super hoc in c. oblatæ. col. vj. de app. & aduerte dum in summario dicitur, si appellās vult dicere si appellatus facit committi causam. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Executoris potestas dati ad prouidendum, si ita inuenerit esse, &c. non expirat morte papæ re integra.

Decisio 12. aliàs 349.

SI papa mandet alicui executori vt vocato possessore certi beneficij, & alijs qui fuerunt euocādi, si est ita, vel ita esse inuenerit, prouideat Titio de dicto beneficio, quod idē Titius exposuit papę certo modo vacare: & papa moriatur re integra ante præsentationē & receptionem dictarum literarum: dubitatur vtrum expirauit per obitum papę potestas executoris antedicti. Et dicebat maior pars dominorum, ꝙ non alleg. c. si super gratiam. * de off. deleg. lib. vj. quia ex quo gratia durat, durabit etiam potestas executoris, vt ibi. Aliqui dicebāt contrarium. & alleg. pro se. c. si cui. §. secus. de præbend. lib. vj. vbi dicit text. ꝙ si pro prouisione certæ faciendæ personæ sit data potestas alicui executori, illa expirat omninò, si concedens re integra moriatur: & sic est in proposito. ergo, &c. Ego vero dicebā salua correctione, ꝙ in casu nostro nō haberet locum nec c. si super. nec c. si cui. sed iura quæ dicunt, ꝙ mortuo mādatore expirat mandatum re integra, locū ibi vendicant. inst. mand. §. rectè. de offi. del. c. licet. & c. gratum. Et respondi ad c. si super. quod illud loquitur in executore mero, qui sine causæ cognitione pót procedere & prouidere: cuius potestas durat

testas durat etiam mortuo mandatore,ex quo gratia durat.sed in casu nostro non est merus executor, sed iudex delegatus habens necessario vocare partem, & cum causæ cognitione procedere ad prouisionem faciendã: vt in c.exhibita.de iud.de rescri.c.ex parte.& c.olim.& quia hoc non fecit,imò nec literas recepit,vt ponitur in themate: non video quomodo postea mortuo mãdatore potuit procedere ad executionẽ mandati requirentis causę cognitioẽ.Nec obst.ꝙ si gratia durat. ergo potestas executoris.Nam sicut per mortem executoris,ita per mortem mandatoris expirat mandatũ:prout le.& not.in d.c.licet. Sicut igitur mortuo mandatario siue executore impetrans,cuius gratia adhuc durat,necesse habet recurrere ad mandatorẽ: puta ad papam pro alio executore: prout le.& not.per Inno.in c.cum dilectus.de iur.pa.de excess.præl.inter dilectos.& per Archi.de rescr.tibi qui. li.vj.ita & in casu proposito mortuo mãdatore,licet gratia duret,recurrat ad suum successorem pro nouo iudice siue executore sibi cõcedendo.c. etiã si cui. meo iudicio modicum facit:quia loquitur quando mandatur prouidere certæ pſonæ,& de ineerto beneficio vacaturo. Sed in casu nostro mandatur prouideri certæ personæ & de certo corpore beneficij certo modo vacante, & non vacaturo,quod multùm ponderauerunt primi domini dicentes& asserẽtes, quod hoc c.si cui.ij.respon.nihil facit ad propositum,quod loquitur in gratia facienda & non facta,quæ est solutio omniũ doct.& illorum duorum c. quæ videntur contraria,& bene dicunt, & starem cum eis,si papa prouidisset, & sine causæ cognitione prouideri mandasset de certo corpore beneficij vacantis certæ personæ:quia tunc mortuo papa adhuc duraret potestas executoris,& procederet c.si super.Sed in casu nostro papa non prouidit,sed cum causæ cognitione & iuris ordine seruato,quod innuũt verba,si est ita.& vocatis vocandis per iura suprà per me allegata, prouideri mandauit. ergo re intega potestas non executorũ:sed iudicum delegatorum re integra mortuo papa expirauit arg.iurium superius alle.In qua opi.fuit dñs card.sancti Angeli quã do erat auditor:prout dominus Robertus retulit nobis.

SVMMARIVM.

Executoris potestas dati ad prouidendum,si ita inuenerit esse, &c. non expirat morte papæ re integra.h.d. Vel sic potestas executoris ad prouidendũ cum causæ cognitiõe,si est ita,nõ expirat ꝑ obitũ mãdatoris.h.d.349.

EPITOME.

1 *Morte papæ an expiret facultas executorum, & quando.*
2 *Executoris mixti potestas non expirat morte papæ.*
3 *Clausula,si inueneris,si repereris, & si tibi constiterit.*
4 *Gratia quando expiret per mortem papæ remissiue.*

ADDITIO.

1 TEx.in in istis decis. † per titulos est incorrectus in pluribus verbis. Ideo vide alias decis. per numeros, quæ sunt melius correctæ:fundamentũ totius decisionis est,quòd hîc requiritur causæ cognitio , & iuris ordo , propter illa verba, si est ita vocato possessore, de quibus vltimis verbis non fit mentio in summario, &
2 sunt maximæ importantiæ:quia † clausula vocatis vocandis,semper facit executorẽ mixtum:ita ꝙpars debet iudicialiter audiri:vt per Fel.in c.de cætero. de re iudi. nu.10.& præsertim,quia vltra illa verba,vocato possesso
3 re.sequuntur alia verba,videlicet,vel † si inueneris,quæ etiã important semper parte citata, quicquid dicatur de verbo repereris,ꝙ id non importet, vt dicunt dec.14.& 15.de dolo & cõt.in ant.ꝙ idem operantur verba,si constiterit,ꝙ verbum,inueneris.licet in dec.36.ibidem dicatur,ꝙ in causis modicis non importat partis citatio.circa quas clausulas vide dec.Aeg.68,85.& 176.vbi modicã facit differentiã inter inuenire , & reperire, imò ponit vnum pro alio in d.dec.176.& vide de rescri.in anti.21. & Lapum alleg.15.61.103.& 127.& Fel.in c.ij.de rescri. in prin.nu.5.qui dicit non esse differentiam inter inueni re,& reperire.& Staph.dum tract.de literis iustitiæ.fo. 179.ver.secus forte.& in alia impress.132.& facit dec.16. infrà de iudi.vbi etiam vide aliqnid de hoc. De hac ma-
4 teria aũt † quando gratia expiret per mortem papæ,videas infrà super dec.18.de præb. Anto.Ma.Pap.

SVMMARIVM.

Auditores inter se causas sibijpsis remittũt,vbi est dubium de iurisdictione:& tenet processus per illum, cui remissio facta fuit.

EPITOME.

1 *Auditores possunt in dubio iurisdictionis sibijpsis causas remittere.& processus per illum,cui facta est remissio,tenet.*
2 *Cap.ipso iure.de rescrip. non habet locum in auditore in curia impetrato & dato.*

Decisio 13. *aliàs* 362.

1 SI causa committatur duobus auditoribus, † & vnus alteri deferendo causam remittat : & ille dominus cui deferebatur , remittendo ex aliquo motiuo eandem causam auditori sibi deferenti remittat : & ille vlterius in causa procedat:fuit dubitatum vtrum processus eius valuit.Et videbatur prima facie quòd non.quia sicut per delegationem iudex perdit iurisdictionem: vt in c.cùm appellationibus friuolis.de app. li.vj.sic & per *delationem siue remissionem de appel.c. intimasti.de offi.le.c.licet.li.vj. Fuit determinatum per omnes dominos contrariũ.tum quia auditores sacri palatij habẽt iurisdictionẽ habitu,& censentur quasi ordinarij:ita ꝙ cõmissiones quæ eis fiunt,nõ sunt nisi distributiones.Hinc
2 est,ꝙ c.ipso iure. † de rescrip.li.vj. non habet locum in auditore in curia impetrato & dato:& ideo vnus potest deferre alteri ar.notatorium in cle.auditor. de rescript. & in Spe.tit.de auditore.§.j.facit pro secundo,videlicet ꝙ vnus deferre potest alteri,maximè si est concertatio, quis eorũ sit iudex in illa causa c.pastoralis.cum ibi not. de rescri.Tum quia licet rescriptũ sit surreptitiũ:tamen per illud datur iurisdictio,nec est nullum,sed ope exceptionis annullandũ.de rescrip.c.ceterum.& c.ad audientiam.cum ibi no.Tum quia in illa remissione primò facta,per primum auditorem intelligebatur siue intelligi debebat,si ille cui causa remittebatur, iurisdictionẽ vigore cõmissionis sibi præsentatæ habebat:sed quia sibi videbatur,prout etiã verum erat in facto, primum auditorem remittentem latiorem cõmissionem habere quàm ipse habebat:idcirco eandem causam & partes ad ipsum remittebat,prout debebat , quia primus iurisdictionem quam habebat à se abdicare & in alium transfundere sine licentia superioris non poterat.ar.c.pastoralis.de offi deleg.& c.super quæstionum.§.intentionis.de resti.spo. c.audita.Nec ob.iura in contrarium alleg.videlicet c.cũ appellationibus.& c.intimasti.& c.licet. quæ procedũt quando causa transfertur per delationem,relationẽ,& remissionẽ ad examen superioris puta principis: tũc enim de tali causa deferens remittẽs,seu referẽs aliter se de cętero intromittere non poterit,nisi per principem causa eadem sibi remittatur:vt in d.c.cum appellationibus.in fi.& si poterit per principem causam deferenti & remittenti,qui ex toto deferat esse iudex remitti,vt ibi:multo fortius per auditorem qui fortè nullamvel ita latam potestatẽ in causa habebat,poterat & debebat causa re.i.ti primo auditori sibi pari & nõ superiori, qui per suam remissionẽ non deferat esse iudex, imò à se iurisdictionem quam babebat, abdicare non poterat remittẽdo alteri iudici:sed bene remittendo ad cancellarium domini nostri papæ . * quia hoc est remittere ad cur.siue consisto. ipsius principis. tunc enim etiam si iurisdictionem habuisset,illa totaliter in potestate superioris transfusa fuisset per iura superius alleg.& vide not. per Io.and.in nouel.in c.vt debitus.de appella.

Delationem Exemplaria antiqua habent, relationem.

SVMMARIVM.

Auditores inter se causas sibi ipsis, remittunt , vbi est dubium de iurisdictone:& tenet processus per illum cui remissio facta fuit.h.d. Vel sic. si vnus auditor causam alteri remittat,valet remissio,& si post remissionem huiusmodi procedat,valet processus.h.d. 362.

EPITOME.

1 *Auditores sibi ipsis causas remittunt: & antequam alius accipiat,a remittente non abdicatur iurisdictio.*
2 *Causæ quando remittuntur ad cancellariam.*
3 *Rescriptum subreptitium iurisdictionem tribuit.*
4 *Processus factus coram duobus valet parte non opponente.*
5 *Iudex qui remittit causam ad superiorem , non potest postea procedere:secus si remittat alteri iudici.*

Papæ. Adde quod aliàs dicitur ad cancellariam prout hodie seruatur facit not. per episcopum sacramen. in in pro reg. fo. iiij antiq.

ADDITIO.

1 ISTud ſummarium non cõprehendit omnia, quia dicitur etiam in dec. q̃ † vnus auditor remiſerat cauſam alteri auditori, qui noluit remiſsionẽ ex aliqua cauſa acceptare, & ideo cauſam eandẽ remiſit ad eundem, qui ſibi remiſerat, qui ſine alia cõmiſsione cœpit procedere. Quo ſtãte dubitabatur an valeret proceſſus, & ratio dubitandi erat, quia videbatur quòd ille primus remittens abdicauerit, à ſe iuriſdictionem remittendo, vt dicitur in c. cum appellationibus. & alijs cõcordantibus hîc allegatis. Tamen reſolutũ fuit, quod per iſtã remiſsionem non amittebatur iuriſdictio, per rationes de quibus hîc. Intellige tamen iſta procedere, antequam ille, cui remiſit, acceptaſſet remiſsionem, & cœpiſſet procedere, vt dicit hæc dec. Et Fely. in rub. de reſcrip. & in c. nõnulli. §. ſunt. & alij. nu. 35. eo. ti. & Aegid. dec. 730. quia licet 1
commiſsiones in Rota ſint diſtributiones, tamen illud habet locum à principio, vel quando ex poſtfacto eõtingit dubitari ſuper mala vel inordinata iuriſdictione, vt
2 ſentit hæc dec. Tamen † poſtquam vnus auditor cœpit procedere, non põt nõ orta difficultate ſuper iuriſdictione cauſam alteri auditori remittere, ſed cauſam ad cancellariam remittit: vt dicit hæc deciſi. in fine. Cum iſta dec. quod auditores ſe inuicem cauſas remittant: cõcordant infrà de iudic. dec. 6. & in antiq. t. de conſti. & 6. de reſcrip. ſed omnem difficultatem tollit bulla Innocentij octaui, quæ clariſsimè loquitur ſuper hoc in primo ca-
3 pite. Nota etiam in iſta dec. illud q̃ † reſcriptum ſubreptitium dat iuriſdictionem. & adde dec. 65. de reſcrip. in anti. & Fely. in c. ad audientiam. el 2. nu. 41. & in c. cæterum. de reſcrip. vidè tamen Aegi. dec. 485. vbi dicitur,
4 † ſi cauſa ſit duobus commiſſa, & ſecundus proceſsit ad plures actus parte non opponente, nõ cogitur remittere, 1
ſed poteſt procedere ad vlteriora. Item nota hîc q̃ licet
5 † auditor remittat cauſam alteri, & alter non acceptat, 2
ſed illam remittit eidem, poſsit procedere in cauſa, & q̃ per remiſsionem iudex, nõ deſinat eſſe iudex, vt hîc tamen bene deſinit, ſi illam remittit ad ſuperiorẽ, & principis conſiſtorium, de quo conſiſtorio vide per Sar. in prooe. in titulo de epiſcoporum dignitate nume. 22. & in q. 7. regulæ. de trien. nume. 2. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Archidiaconus cui cõmiſſa eſt ab epiſcopo inductio in poſſeſsionem beneficij, poteſt eam alteri ſubdelegare.

Deciſio 14. *aliàs* 368.

SI epiſcopus committat Archidi. ſuæ eccleſiæ, quòd Titium cui contulit certum beneficium, per ſe vel alium inducat in corporalem poſſeſsionẽ. Fuit dubitatum vtrũ valeret inductio per alium facta. Videbatur q̃ non: quia delegatus ab alio quàm à principe, non põt alium ſubdelegare, nec vices ſuas cõmittere: vt in c. cùm cauſam. de app. vbi de hoc per Ber. & de offi. deleg. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. C. de iud. à iudice. Præterea hîc videbatur certum & nudum miniſterium cõmiſſum, quod per aliũ exerceri non põt. de of. dele. c. fi. ergo, & c. Dicebatur & concludebatur per omnes cõtrariũ: videlicet, q̃ valuit inductio & cõmiſsio huiuſmodi, quæ non fuit, niſi executio officij prædicti Archidiaconi, ad cuius officium de iure cõmuni ſpectat inducere beneficiatos per epiſcopum & alios in corporalem poſſeſsionem. de offi. archi. ad hęc. & c. vt noſtrum. & c. fi. quod quidẽ officium ipſe põt per alium exercere. de reg. iur. põt quis. li. vj. nec eſt tale officiũ ſiue miniſterium in quo ſpecialiter eſt electa induſtria perſonę, de qua loquitur prędicta decre. fi. de offi. deleg. ergo per aliũ exerceri põt. Sed 1
ſuppoſita opi. illa q̃ vera, poſita per Ber. in d. decre. cùm cauſam. q̃ delegatus ab ordinario ad vnã cauſam tãtùm non poſſit illam alteri ſubdelegare: verum eſt totam, ſed partem ſic, ſiue articulum cauſæ cognitionẽ non requirentem, qualis eſt huiuſmodi inductio, quæ fit extraiudicialiter & ſine quacunque cauſæ cognitione imò potius eſt facti quàm iuris: licut receptio per capitulum ad canonicatum per papam collatum. de præbẽ. pro illorũ. in fin. arg. not. in c. cùm Bertoldus. de re iudi. & in Cle. iudices. de offi. deleg. & ibi per Pau. Vel poſſet intelligi opinio Ber. & ſuorum ſequacium vera vbi additur ſpecialiter & expreſsè in cõmiſsione facta per ordinariũ, quòd ille per ſe vel alium de illa cauſa cognoſcat: tunc enim poſſet etiam totam cauſam nedum partẽ ſeu certum articulum alteri commitere: vt not. Io. And. in c. is cui. in fi. de offi. deleg. lib. vj. quę gl. eſt notabilis. & bene tenetur in ordinario ſic committente: ſed in delegato à principe committente vices ſuas alteri cum illa clauſula non. vt in d. c. is cui. & not. de procur. c. is cui. eod. lib.

SVMMARIVM.

Archidiaconus cui cõmiſſa eſt ab epiſcopo inductio in poſſeſsionẽ beneficij, põt eam alteri ſubdelegare. 368.

EPITOME.

1 *Subdelegare poteſt Archidiaconus miſsionem in poſſeſsionem.*
2 *Ratio deci.*

ADDITIO.

DE hac † materia dixi ſuprà dec. 3. & 8. & ſup deci. 1
4. ſuprà de officio vicarij, quę videtur facere cõtra iſtam ſed in veritate in hoc caſu iſte potuit ſubdelegare † duplici ratione: tum quia erat Archidiaconus, 2
ad quem de iure cõmuni hoc officium inducẽdi in poſſeſsionem ſpectat: vt in c. ad hæc. & c. vt noſtrã. de offic. archid. & ſic excitabatur tantùm iuriſdictio: tum quia mittere in poſſeſsionẽ eſt nudum miniſteriũ, non requirens cauſę cognitionẽ, quo caſu, ſemper põt ſubdelegari, vt in diſtinctionec dec. vide ad materiã Frãch. in c. cùm cauſam. de app. & per Fel. in c. ſuper quæſtionũ. §. ſi verò. col. ij. & in c. fi. §. cęterum. hoc tit. Anto. Maria Pap.

SVMMARIVM.

Conſenſus expreſſus partium requiritur, vt proceſſus factus per delegatum extra locum ſibi decretũ valeat: nec ſufficit tacitus: nec vnius partis tantum.

EPITOME.

1 *Delegatus an partium tacito conſenſu poſsit procedere extra locum ſibi delegatum.*
2 *Tacitus conſenſus nil operatur, vbi ex iuris diſpoſitione requiritur expreſſus.*

Deciſio 15. *aliàs* 380.

SI iudex delegatus à papa in certo loco procedat in alio: & citat partes quę cõparent coram eo, & litem conteſtantur, & teſtes producunt. Fuit dubitatũ vtrũ valuerit proceſſus ſic extra locum deputatum factus. Et cauſa dubij fuit, quia licet. §. in nullo quoque. in c. ſtatutum. de reſcrip. lib. vj. dicat, q̃ delegatus nõ poſsit citare nec cognoſcere extra ciuitatem vel diœceſim in quibus extitit deputatus, niſi ad hoc acceſſerit expreſſus cõſenſus partium earundẽ: tamen ex quo partes volũtariè & ſcienter corã prædicto iudice proceſſerant extra locũ, videbantur ſatis expreſsè in hoc ſuum præſtitiſſe cõſenſum. Plus eſt enim facto conſentire quã verbo. de of. del. c. gratũ. de ap. c. dilecti. & de his quæ fiunt à ma. par. ca. ex ore. & ibi infinita iura. in gl. & etiam in c. dilecti. ſuperius alleg. quæ tamen omnia iura loquuntur de tacito conſenſu. At in caſu noſtro non ſufficit tacitus cõſenſus, ſed requiritur expreſſus: vt in §. in nullo quoq;, ſuperius alleg. vbi Io. And. & Archi. ſuper ver. expreſſus. dicũt intantum inhęrendũ illi literę, q̃ licet interueniat tacitus conſenſus partiũ: puta, quia nõ opponitur exceptio cõtra locum, ſed in illo proceditur, q̃ nõ valeat proceſſus ipſo iure per fin. illius capituli, vbi ponitur decretũ. Nec etiã ſufficeret cõſenſus expreſſus vnius partis actoris vel rei: cùm textus ibidem dicat, partiũ earundem, ſcilicet ambarum. pro quo vltimo facit optimè c. de cauſis. de offi. deleg. & Cle. fæpe. de ver. ſig. in fi. & ibi per Io. And. ſuper verbo, partibus. & ſuper ver. præceden. videlicet nõ 1
contradicentibus. † ibi, notat. caſum in quo ſufficit tacitus conſenſus nõ reclamantis. & alle. pro concor. c. ij. de accu. li. vj. facit c. j. de iur. calũ. eo. li. & c. tuis. Interdum tamen dicit, q̃ requiritur expreſſus: vt in d. §. in nullo quoq;. aliàs nõ contradicere ſapit mediũ, de quo remittit ad not. in reg. iur. is qui, tacet. li. vj. Credo enim concludendo non ſufficere tacitũ † conſenſum, vbi ex iuris di- 2
ſpoſitione requritur expreſſus, vt in caſu noſtro. & in c. admonet. de renunc. c. q̃ in dubijs. & de reg. c. bõificiũ. li. vj. differẽtia enim magna eſt inter tacitã profeſsionẽ & expreſſam. de regul. c. porrectũ. & ibi p. Hoſt. q̃ magna vis eſt in verbis pro quo in c. ſi inter. de ſpõ. & c. rue.

de celeb.

de cele.miſ.c.cùm Marthę.& de bap.c.j.de re iud.c.vlt. li.vj.magna eſt enim differẽtia inter tacitam renuntiationem & expreſſam,vt in dictis iuribus c. admonet.& c.quod in dubijs.& in c.ex ore.ſuperius alleg.& ibi iura pro & contra. Præterea vbicunq; iura diſponunt de expreſſa mentione facienda:ibi non ſufficit tacita: vt in c. cęterũ.c.ſi proponente.c.ad aures.c.ad audientiã.e.cùm adeo.c.conſtitutus.de reſcrip.de conſti.c.j.in fi.lib. vj.de præben.c.ſi motu proprio.e.li.& cle.per literas. etſi romanus.e.ti.& de exceſſ.præl.c.vnico.lib.vj.cum infiniſimi. Et licet hoc ſit durum, cùm plus ſit aliquid facere facto quàm exprimere verbo,vt in primis cõcordantijs & iuribus:tamen ſufficit ita ſcriptum, & ſic neceſſariò obſeruandum eſſe:vt.xix.di. in memoriam. & in l.proſpexit.ff.qui & à quibus,& pro hac parte fuit determinatum & cõcluſum per omnes dominos potiſſimè,quia vt ponebatur in facto, reus tractus per dictũ iudicẽ delegatum extra locum in quo erat deputatus, comparuit, proteſtando expreſsè de non conſentiendo in eum tanquam in iudicẽ,niſi quatenus.de iure teneretur,quã voluit habere pro repetita in ſingulis actibus & terminis: quam quidem proteſtationẽ iudex admiſit quatenus valeret & valere poſſet de iure:ſed de iure fuit valida & bona.ergo & cætera. Et ideo dicebat dominus Nicol.ſub dubio fortè,quia attẽta forma huiuſmodi proteſtationis & admiſsionis per iudicem,q̃ pars poſtea corã eo procedendo non videbatur ab huiuſmodi proteſtatione recedere.& ſi ſic:tunc indubitãter proceſſus non valuiſſet:quia tunc nec tacitè nec expreſsè cõſenſiſſet,imò ſemper contradixiſſet,& in ſua contradictione perſtitiſſet. Quod tamen ſalua correctione non crederẽ: quia quantumcunque quis tacitè vel expreſsè generaliter vel ſpecialiter proteſtetur,actum directè contrarium faciendo à proteſtatione recedit,vt in propoſito.ergo &c.ar. iurium cõmunium de conſti.c. cùm acceſsiſſent. & c. cùm M.vbi de hoc.de appel.ſolicitudinem.quod me.cau.c.j. de elec. Cumana.de do.& contu.eum qui.lib.vj.de qua materia pleniſsimè in regu.in generali.per Io.mo.lib.vj.

SVMMARIVM.

Tacitus conſenſus partiũ non operatur ad hoc vt delegatus poſsit procedere extra locũ in quo deputatus eſt. h.d. Vel ſic.conſenſus expreſſus partium requiritur, vt proceſſus factus per delegatum extra locum ſibi decretum, valeat,nec ſufficit tacitus.h.d.

EPITOME.

1 *Iudex delegatus non procedit extra locum,niſi de conſenſu expreſſo partium.*

2 *Conſenſus expreſſus ambarum partium requiritur, vt delegatus procedere poſsit extra locum.*

ADDITIO.

1 ISta † dec.eſt clariſsima:quia non ſufficit conſenſus tacitus,imò vt dicit dec.non ſufficit cõſenſus vnius partis:quia tex.in quo fundatur dec.in ca.ſtatutum.§. in nullo quoq;.de reſcrip.lib.vj. dicit, niſi ad hoc acceſſerit
2 expreſſus cõſenſus partium. Et ſic † cùm expreſſus conſenſus à iure requiratur,non ſufficit tacitus: prout dicitur,quando requiritur expreſſa mẽtio, vt in iuribus hîc allegatis.Quibus adde Fel. in c. cùm olim. el primo.de offi.deleg.in prin.& Sar. q.11.de impe.bene.vacan. per obitum fami.car. Anto.Maria Pap.

SVMMARIVM.

Si à duobus delegatis,quibus tertius committit ſuas vices,donec eas duxerit ad ſe reuocandas,appelletur ad papam:valida eſt appellatio.

Deciſio 16. aliàs 387.

* Delegati. *An autem canonicus ſuper numerarius poſsit eſſe delegatus papæ vi de pulchrè per Fel.in ca.cùm M.Ferrarien. de conſti.in x. colũ. in glo.in*

SI tres ſunt dati * delegati cum clauſula,q̃ ſi non omnes &c.quorum vnus cõmiſit vices ſuas non in totum,cũ clauſula,donec &c.alijs duobus collegis ſuis & ſi ab iſtis duobus appellatur ad papam. Dubitabã ego qui habui cauſam,vtrum valuerit huiuſmodi appellatio. Et cauſa mea dubitandi fuit de cap.ſi delegatus. in fi.de offi.deleg.li.vj.propter ver.debebit.ibidẽ poſitum,quod neceſsitatem importat.de ſent.exc.vt famæ.de appel.c. oblatæ.& no.de ſta.mo.c.ij.ſuper ver.debebãt.in cle. & propterea in d.c.ſi delegatus. in glo.fi.in princ. volebat Arch.innuere huiuſmodi appellationem non valere:nec proceſſum habitum vigore eiuſdem,etiam ſi de hoc non eſſet exceptum, tanquã factum ab eo qui nõ eſſet iudex competens alleg.not.per Innoc.& Hoſti.in c.referente. de præben.quod intelligit Archi.in alijs inferioribus iudicibus ad quos non poteſt appellari omiſſo medio:ſecus verò in papa:prout leg.& not.in c.dilecti.iij.de appe.Et ideo concludit Archi.& Ioan.and.poſt eum,quod tenet & valet appella.interpoſita ad papam omiſſo delegante in caſu decre.ſi delegatus.& tenebit proceſſus,ſi non excipiatur.pro quo alleg.not. per Inno.in c. cùm Bertold. de re iudi.in glo.ordi.& remittit Ioã.and.ad ea quę ipſe not.ibidem ſuper.ver. ad nos. & in hanc partem omnes declinauerunt,& prædictum c.ſi delegatus.intellexerũt de vnico iudice delegato ſubdelegante alteri, & non collegæ ſuo:ſecus verò in duobus vel tribus delegatis committentibus vices ſuas non in totum alijs eorum collegis tunc enim propter huiuſmodi mixturam,dicebant licere quod alijs non liceret.de cõſe.eccle.vel al.c.aqua.& c. j.li.vj.Pro quo etiã faciunt not.per Inno.de prob.c.quoniam.in princ.& de elec.ſtatuimus.per Cõpo. quæ quidem ratio mihi non placuit: quia non vidi rationẽ diuerſitatis inter primum & ſecundũ caſum,imò mixtura huiuſmodi iudicum delegatorũ aliquando plus nocet quã prodeſt.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§.ſi verò.& ca. cùm ſuper.e.ti.& ibi videtur text.de q.huiuſmodi.

verbo, ſupra numerum.

SVMMARIVM.

Si duobus delegatis quibus tertius cõmittit vices ſuas donec eas duxerit ad ſe reuocãdas,appelletur ad papam, valida eſt appelatio.h d. 386.& 387.

EPITOME.

1 *Appellatio interpoſita coram duobus quibus tertius commiſit vices ſuas,eſt bona:præſertim ſi appelletur ad papam.*

ADDITIO.

1 DVbium erat, † an eſſet appellãdum ad illum qui commiſerat vices ſuas,propter c. ſi delegatus. in fine hoc tit.in §.ſed ille tex. procedit quando erat vnus delegatus ſolus qui ſubdelegauit, & fortè etiam ſi non appellaretur ad papã,vt ſentit hæc dec. vide ad hoc Fel.in c. ſuper quæſtionũ.§.porrò.e.ti.& omninò Franchum .in c.dilecti el.3.de appel.col.iij.nu.12. An.M.Pa.

SVMMARIVM.

Mandatum apoſtolicum epiſcopo ſub nomine dignitatis directum,eo mortuo etiam re integra ſucceſſor electus & confirmatus exequitur:cùm potius reſpiciat iuriſdictionem quàm ordinem.

EPITOME.

1 *Executio mandati apoſtolici epiſcopo ſub nomine dignitatis directi,an eo mortuo tranſeat in ſucceſſorem.*

2 *Executor gratiarum apoſtolicarũ etiam in forma pauperum dicitur iudex.*

Deciſio 17. aliàs 434.

1 EVit dubitatum vtrum mãdatum † apoſtolicum directum epiſcopo alicuius eccleſiæ ſub nomine dignitatis ipſo mortuo re integra electus cõfirmatus per ſedẽ apoſto. poſſet exequi. Et videbatur quod nõ:quia ante conſecrationẽ non eſt epiſcopus: vt de elect.in.c.quod ſicut.& c.ſuffraganei.nec pro epiſcopo ſcribitur aut habetur,ſed pro electo tantũ:vt in c.cùm dilecti. de dol.& cont.ergo aliud eſt epiſcopus & aliud electus.His tamen non obſtat deciſum & cõcluſum contrariũ.Ratio,quia prædictum mandatũ potius dirigitur epiſcopali dignitati,quàm ordini,quę non moritur.de reſcri.c.ſi gratioſe. li.vj.ratione cuius ſucceſſor poteſt exequi mandatum directum prædeceſſori.de offi.deleg.c. quoniã abbas.cum ibi not. Præterea abbas electus cõfirmatus habet adminiſtrationẽ legitimam,ratione cuius poteſt iudicare,excõicare,ſuſpendere,& c.vt in c.tranſmiſſa.& c.nihil eſt. de ele.& in c.auaritiæ.e.ti.li.vj.cum ibi no.& not.in c.j. de tranſla.epiſ.Et quia huiuſmodi mãdata apoſtolica potius reſpiciunt iuriſdictionẽ quàm ordinem:vt de offic. dele.c.fi.& per totum,& ibi dele.iudices.e.ti.vbi executor
2 † gratiarum apoſtolicarũ etiam in forma pauperum appellatur iudex.idem habetur in c.cum pluris. & c.ſi ſuper gratia.e.ti.li.vj.ergo pro concluſione faciunt ea quę habentur & not.in c.eam.de reſcript.

SVMMARIVM.

Mandatum apostolicum episcopo sub nomine dignitatis directū,eo mortuo,etiam re integra,successor confirmatus exequitur: cū potius respiciat iurisdictionem quàm ordinem.h.d.Vel sic.Electus cōfirmatus exequitur mandata apostolica episcopo commissa sub nomine dignitatis. 432.& 434.

EPITOME.

1 *Successor in episcopatu exequitur commissa antecessori sub nomine dignitatis.*

2 *Episcopus ante confirmationem nihil potest.*

3 *Episcopus ante consecrationem non potest exercere ea quæ sunt ordinis,hic enumerata.*

4 *Episcopus amittit officia per solam electionem,non tamen beneficia.*

ADDITIO.

1 CVm † ista dec.concordat dec.30.de rescri. in anti. & Aegid.262.& vide latè per Fely.in c.eam te.de rescript.& in c.quoniā abbas,hoc titulo. Et scias quòd etiam episcopus tantùm electus & pronunciatus per papam exequitur mādata apostolica prædicta:quia talis non indiget confirmatione, & statim potest administrare:vt notat Fel.in d.c.eā te. col.ij. vbi latè examinat omnia,vide per te. Et nota ex hac dec. q̄ † episcopus electus à capitulo vel populo nihil facere potest ante confirmationem Papæ:vt etiam per Fel. in d.c.eam te.

2

3 Item quòd etiam † post confirmationem & ante consecrationem non pōt exercere ea quę sunt ordinis episcopalis,vt interuenire consecrationi alterius episcopi, cōficere oleum sanctū,conferre ordines & similia, & ideo

4 † non amittit priora beneficia, nisi post consecrationē, licet per solam electionem etiam vacant officia auditorum Rotæ,qui statim appellantur locum tenentes,imò tempore Pauli secūdi statim promoto auditore ad episcopatum amouebatur à Rota: sed ipse primus ob integritatem Didaci de Ocha,qui contra ipsum pronuntiauerat in certa causa, ordinauit quòd amplius auditores promouendi non amouerentur, sed locum tenentes appellarentur. Anto.Maria Papaz.

De Officio legati.

SVMMARIVM.

Legatus de latere potest vnire beneficium alicui dignitati episcopali.

EPITOME.

1 *Legatus de latere potest parœcialem ecclesiam vniro alteri dignitati intra terminos suæ legationis. Nam maior est quolibet ordinario.*

2 *Legatus an vigore legationis possit vnam ecclesiam alteri ecclesiæ subijcere.*

3 *Legatus dicitur super loca & personas exemptas iurisdictionē habere, Vnio episcopatuum & superiorum dignitatum soli papæ competit.*

Decisio 1. aliàs 118.

Adde ad hāc dec. Aegi.513. 1

SECVNDVM maiorē partē dominorum legatus † de latere pōt vnire ecclesiam parœcialē mensę episcopali,vel alteri dignitati ex causa rationabili:quia hoc pōt episcopus: vt in c.sicut vnire.de excess.præla.quo ipse maior est, & est ordinarius in prouincia sibi decreta.de offi.le.c.j.& ij.lib.vj.ergo ipse hoc pōt. Preterea vnire est iurisdictionis,& prescriptibile per inferiorē episcopo. vt notat Io.And.in Cl.ne in agro.de sta.mo.5.ad hæc. ergo & per legatū id fieri poterit,qui iurisdictionē ordinariā habet in prouincia sibi decreta,vt præfertur, & statuta perpetua facere pōt.de offi.leg.c.nouit.& confirmare electos exēptos. de elect. c.si abbatē.li.vj.nec istud est de casibus reseruatis. & no. in c.q̄ translationem.de off.leg.ergo,&c. hoc tenet Io. And. in addi.Spe.in tit.de of.leg.§.nunc ostendendū. licet ibidē Spe.in ver.xj.videatur sentire contra.Hoc etiā tenuisse dicitur Fre.de Se.in consilijs suis.In hāc opi.videtur etiam inclinare Io.de Ligna.in c. sicut vnire,non obstante c.fi. de consti.vti. vel inuti.vbi videntur sentire

2 Hosti.Innoc.& Abb.qđ legatus † non pōt vigore legationis vnam ecclesiā subijcere alteri vel in perpetuum conferre monasterio alicui: quia loquūtur in exemptis: & de tali donatione per quam præiudicaretur nimiùm ordinario, & totaliter à iurisdictione sua & obedientia eximeretur,& subtraheretur, quod non contingit in vnione,licet per eam fortè auferetur collatio:tamen non subiectio,nec obedientia seu correctio, quod contingebat in casu c.fi.suprà dicti. Nec ibi Innocen.dicit,quòd non possit vnire : sed dicit, quòd ius vnius ecclesiæ non potest dari:quia hoc est solius principis:vt ipse no.de cōstitutio.quæ in ecclesiarum.

ADDITIO.

3 Ex hoc † etiā infertur quod cùm legatus iurisdictionem habeat super loca & personas exēptas, de of.leg.c. j.& c.quod translationē.& de verbo.sign.c.j.li.vj. quod possit vnire etiā beneficia exempta exceptis episcopatibus & superioribus dignitatibus,quorum vnio soli papę competit:vt d.c.quod translationē. & ne sed.va.c.j.ideo ad ecclesias collegiatas possit vnire.Si tamen talium ecclesiarum reseruatio per sedem apostolicam facta esset durante reseruatione non potest illas vnire: vt in extranaganti Benedicti papæ.xij. quæ incipit Dudū fœlicis.

SVMMARIVM.

Legatus de latere potest vnire beneficium alicui dignitati episcopali.h.d. 118.

EPITOME.

1 *Vnire potest legatus in certis casibus.*

2 *Citandus non est ille,qui præsens non posset contradicere.*

3 *Legatus vocato rectore potest dismembrare, &c.*

ADDITIO.

1 ISTud summariū est defectuosum in duobus, videlicet quia in tex.dicitur † quòd pōt vnire parœcialem alicui episcopali,vel alteri dignitati,ex causa rationabili:in summario autem deficiunt verba illa ex causa rationabili,& verba vel alteri dignitati:Et hoc modo dec. nullam videtur habere difficultatem,cum ista dec.concordat ad literā dec.3.eo.tit.in anti.& dec.Aegi.403.& 513.& vide infrà de præbē.23. quòd episcopus pōt vnire. & ibi habes plures concordantes. Ratio tamē dubitandi fuit in hac dec.propter text.in c.fina.de confir.vtili, vbi dicitur,q̄ legatus nō potest vnā ecclesiā alteri subijcere, vel in perpetuum cōferre monasterio:sed in hac dec.respondetur,q̄ procedit ille tex.quādo nimiū præiudicaretur ordinario, & beneficiū totaliter à iurisdictione & obedientia ordinarij eximeretur & subtraheretur,quod hīc non cadit: quia sibi remanet subiectio & obedientia seu correctio. Item in ista impressione per titulos habes vnam additionē quæ nō est in alijs, & in alijs habes vnā quę nō est in istis:ideo videas illam per te,additio enim

2 ista dicit q̄ † Rector ecclesiæ quæ vnitur nō est vocandus:quia si esset præsens nō posset contradicere,& idem dicit de capitulo,cuius consensus non est requirendus,secundùm eum:licet litera sit corrupta,ponitur enim verbum, narrandus,pro vocandus. Et ad ista vide decisequentem quæ hoc dicit ad literā. Aduerte tamen quod

3 Aegi.d.dec.403.dicit † legatum posse vnire,diuidere & dismembrare rectore tamē vocato,& sic videtur in hoc contrarius,sed cōsidera pro cōcordia,si dici possit, quod dum dicit rectorem vocandum,loquitur quò ad dismembrationem & alienationem bonorū, vide etiam ad materiam quid quando beneficium esset reseruatū per Petrum de Perusio in tractat.vnionum.q.3.& per Ene. de Falco.in tract.reser.q.4.principali,effectu.23.fo.44.& per Staph.fol.81.& Sylua.q.3.secundæ partis, & alia in materia vide infrà de excess.præla.dec.1.Ant.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

Legatus de latere potest vnum beneficium alicui dignitati etiā episcopali in sua prouincia vnire, cùm etiā episcopi hoc possint. Et in facienda tali vnione rector beneficij vniti necessariò vocandus non est: nec in ea necessarius est consensus capituli.

Decisio 2, aliàs 58.

LEgatus de latere de sua potestate pōt vnire beneficiū alicui dignitati etiā episcopali infra legationē suam existēti: q̄a maior est episcopo in prouincia sibi decreta-

ſibi decreta.de offi.le.c.j.li.vj. & ſi epiſcopi hoc poſſunt: vt in c.ſicut vnire.de exceſ.præla.multo fortius legatus de latere:quia non eſt de caſibus reſeruatis,de quibus no. in d.c.ſicut vnire.& c.quod tranſlationē.de offi.le. Allegantur pro contrario not.Inno.in c.ſi.de confir.vti.quæ loquuntur ad diſmembrationem eccleſiæ & dare alteri ſed hoc ſolus papa poteſt.Idem videtur not.Ber.in.c.antedicto,quod tranſlationem.

ADDITIO.

Et not.quòd in tali vnione non eſt vocandus rector eccleſiæ,quæ vnitur:quia præſens non poſſet contradicere cum effectu.ar.ff.de fideicom.liber.l.ergo.§.illud videamus.&.ff.de re.iur.qui poteſt inuitus. Vnde eo inuito & ignorāte fieri poteſt:vt eſt expreſſum in cle.ſi vna. in prin.de re.ec.non alie.nec in ea eſt neceſſarius conſenſus capituli:vt not.in d.cle.ſi vna.

SVMMARIVM.

Legatus de latere poteſt vnū beneficium alteri digni tati etiā epiſcopali: in ſua prouincia vnire,cùm etiā epiſcopi hoc poſſint:& in facienda tali vnione rector beneficij,vniti neceſſariò vocandus non eſt:nec in cauſa neceſſarius eſt conſenſus capituli. 58.

ADDITIO.

IN præcedenti fuit ſatis dictum,iſta etiam illam magis declarat,& vide ad materiam vnionis etiam per Fel.in c.poſtulaſti.de reſcri.nu.22. Anto.Ma.Pap.

SVMMARIVM.

Legatus vel nuntius apoſtolicus habens poteſtatē beneficia qualitercunq; vacantia & indebitè occupata conferendi,confert deuoluta ſed non reſeruata.

EPITOME.

1 *Beneficia reſeruata non cōprehenduntur ſub nomine beneficiorum qualitercunq; vacantium.*
2 *Priuilegium principis latiſſimè eſt interpretandum, ſi in ſui præiudicium declinet.*

Deciſio 3. aliàs 119.

1 LEgatus vel nuntius apoſtolicus habens poteſtatem à papa beneficia † qualitercunq; vacantia & indebitè occupata conferendi, non poteſt beneficia generaliter reſeruata conferre: puta per conſtitutionem execrabilis. vel alio modo. quia in hoc generali mādato non veniunt generaliter reſeruata de offi.vi.ca.ſi.li.vj.facit c.quamuis.ij.de præb. c.lib.& c.dudum.e.ti.quia in illis poteſtatibus non * venirent generaliter reſeruata. pro hoc etiam alleg. cle.ſi de beneficio. de præb.cum ibi not. Nam licet executor impetrantis poſsit prouidere de beneficio ad papam deuoluto:tamen non de reſeruato.pro quo etiam facit no. per Archi.in c.cùm in tua.de conſue.ſuper ver.non exiſtit.lib.vj.pro hoc etiā alle. dictum Fre.de Se.in tracta. ſuo de rer.per.videlicet,q̄ legatus habens poteſtatem recipiendi reſignationē ex cauſa permutationis & transferendi perſonas,non poſsit ſe intromittere de beneficijs reſeruatis gñaliter,vel ſpecialiter:vt in c.dudū. de præb. ſuperius alleg. Dicebatur etiam,q̄ decretum & prohibitio c.ij.de præb.lib.vj.habet locum in omnibus reſeruatis generaliter:& quod ibi dicitur de beneficijs in cur.vacan.ponitur gratia exempli & non aliàs. Præterea quando papa vult,q̄ nuntij vel legati ſui poſsint etiam de beneficijs reſeruatis prouidere, in conceſsione ſolet exprimere:ergo niſi illud exprimatur, denegari videtur.de dec.c.ad audientitā. Præterea in conſtitutione execrabilis.etiam ponitur prohibitio eadem cum decreto, quæ in c.ij.de præben.lib.vj.ſuperius alle. D. Rober. contra propter verbum generale,qualitercunq;. & quia priuilegium † principis in ſui præiudicium eſt latiſsimè interpretandum.de ver.ſig.olim. de dona. c. cum dilectus de reg.iur.decet.cum ſi. qui tamen poſt relationes ſuas in eadem cauſa opinionē in ti.de præb.mutauit,& in dictam concluſionem conſenſit.

**Venirent. Antiqua exēplaria habent veniunt.*

ADDITIO.

Adde hīc aliam quæ eſt xcvij. quæ ſic incipit. Item habens auctoritate apoſtolica.& deciſ.ccccl xxxvj. quæ incipit.Item quod nuntius apoſtolicus.

SVMMARIVM.

Legatus vel nuntius Apoſtolicus habens poteſtatem beneficia qualitercunq; vacantia, & indebitè occupata conferendi, confert deuoluta,ſed non reſeruata.h.d.Vel ſic.Reſeruata beneficia non cōprehenduntur ſub nomine beneficiorum,qualitercunq; vacantium. 119.

EPITOME.

1 *Legatus confert beneficia deuoluta,ſed non reſeruata.*
2 *Reſeruatio ſpecialis aliquando eſt fortior generali vt hīc.*
3 *Beneficium deuolutum non dicitur reſeruatum.*
4 *Papa confert deuoluta vt ordinarius.*

ADDITIO.

ISta deciſ.eſt repetita de verbo ad verbum in anti.dec. vltima, hoc titulo. Deciſio eſt clara † quòd virtute iſtius facultatis legatus non poteſt conferre generaliter reſeruata, per iura in deciſione allegata, & facit ad hoc deciſ. 28.infrà de præbend.cum qua concordat Aegid.deciſ. 720. & 549. & licet deciſ. noſtra videatur loqui de generaliter reſeruatis tantùm, & ſic, quòd velit poſſe conferri ſpecialiter reſeruata, licet in ſummario deficiat verbum generaliter: tamē idem magis eſt dicendum † in ſpecialiter reſeruatis,per ea quæ notat Aeneas de Falco.in tract.reſerua.in 4.præludio q.2.principali. fol.7.nume.4.& in 6.effectu.quartæ q.principalis priuilegijs,nume.12.fo.33.vbi in effectu concludit,quòd reſeruata ſpecialiter difficilius veniunt.facit ad hoc etiam deci.4.infrà de præben.& deciſ.9.de conceſſ. præbend. in antiq.vbi dicitur,quòd habens facultatem conferendi reſeruata,poteſt conferre etiam generaliter reſeruata vacantibus per obitum apud ſedem duntaxat exceptis. Dum autem in prima parte,ſummarij dicitur,quòd legatus iſte poterit conferre deuoluta iſto caſu, ſed non reſeruata,deciſ.noſtra in hoc non dubitauit:quia † beneficia deuoluta ad papam ob negligentiam ordinariorum non dicuntur nec ſunt reſeruata,licet ordinarij illa conferre non poſsint:vt in c.licet.de ſupplen.negli.præla.& habetur latè in dicto tractatu,& eodem effectu.nu.7.& per Lapum alle.84.nu.5.Nam † papa,talia beneficia cōfert vt ordinarius:vt per eundem Aeneam in dicto trac. 1.q.principali nu.12.fo.9.Imò. Aeg.dec.106.in terminis, dicit, quòd legatus confert deuoluta ad papam,per tex. in c.venerabilis.de præben.cum ibi not.& ad hoc & alia ſupradicta vide ſuprà de ſupplen.negl.præla.deci. vnic. nu.1.7.& 8. Anto.Ma.Pap.

SVMMARIVM.

Legatus de latere ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium diſpenſare non poteſt.

Deciſio 4. aliàs 286.

LEgatus de latere ſuper pluralitate beneficiorū incōpatibilium non pōt diſpenſare:quia hoc ſolus papa poteſt:vt no.Ber.& Tanc.in c.dudū.de ele.& Bar. Brix.in cau.ſanctorū.lxx.di.& Ber. & Inn.in c.de multa.de præb.vbi in fi.de hoc plenè per Io.an.in nouel.qui recitat ibi oēs opi.do.& diſtincto Ho.in c.literas.de cōceſ.præb.& Ar.in.c.j.de cōſu.& idem dicit ac cōcludit, q̄ hoc habet ſtilus curiæ.pro quo ſtilo allega. iura noua videlicet.c.ſuper eo.& c.non pōt.ij.reſpō. & c.cùm ſingula.de prēb.li.vj.& de off.ord.c.ordinarij.e.li.remittē. ad Spe.ti.ij.§.videndū reſtat.ver.illud.& ver.ſeq.ac ver. ſed nunquid eps.de quo etiā per Guil. de monte Lau.in cōſti.execrabilis.Io.xxij

SVMMARIVM.

Legatus de latere ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium diſpenſare non poteſt. 286.

ADDITIO.

ISta dec.eſt clara,non curaui quærere cōcordantes,vide in tract.de benefi.q.3.ſecundæ partis pincipalis,& Fel.in c.nonnulli.de reſcrip.in princ.& in c.At ſi clerici.de iudi.Anto.Maria Pap.

De Procuratoribus.

SVMMARIVM.

Si poſt factam comiſsionem de ſpeciali mandato papæ cum poteſtate citandi ad partes,reus conſtituat procuratorē ad cauſas duntaxat legitimè deuolutas: poteſt in cauſa cum dicto procuratore procedi.

EPITOME.

1 *Papa committendo causam ex certa scientia, auditor censetur velle eam in sua curia agitari.*

2 *Procurator constitutus ante appellationem intimatam, vel cõmissionem de speciali mandato factam in omnibus & singulis causis motus & mouendis ad romanam curiam legitimè deuolutis, an posit in causa postea legitimè deuoluta procedere?*

3 *Verbum, deuolutum, in commissionibus causarum incertum, quod tempus importat.*

4 *Procurator constitutus ad lites alicuius, an censeatur cõstitutus ad futuras?*

Decisio 1. alias 19.

* *Procuratore. Adde infra in ante. de rescrip. xxij. & vide Aegid. 476. cũ seq. 1 de dolo & cotu. in antiq. & not. 6.*

IVIT dubitarum vtrũ cum procuratore * constituto per reũ ad causas dũtaxat ad Rot. cu. legitimè deuolutas, post cõmissionem factã de speciali mãdato papæ auditor posset procedere in causa: & fuit breuiter cõclusum, † & sic semper obseruatum, quod sic: quia papa committeendo causam ex certa scientia auditori, voluit eam in curia sua agitari. de offi. deleg. pastoralis. de app. c. vt nostrum. faciũt pro hac quæstione quę le. & not. in c. cupientes. de elect. lib. vj. fortius procedit hæc cõclusio, si post citationẽ decretam & legitimè executam iuxta formã Cle. causam electionis. de elect. fiat huiusmodi procuratoris cõstitutio: quia tunc est presumptio, quòd sciuit causam sub forma prædicta, quod solum sufficit: vt in dicta Clemen. in fin. Pro quo etiam faciunt not. in c. cùm per bellicã. xxxiij. q. j. & in c. scribam. de presump. Idem dicebant domini obseruandum, si pars appellata cõstitueret procuratorẽ cum prædicta limitatione post appellationem sibi legitimè intimatam, iuxta formam Cle. causam. de electio. quia tunc esset verificata limitatio prædicta: quia tẽpore constitutionis procuratoris fuit causa per citationem iuris legitimè deuoluta: secus si constitueretur procurator cum prædicta limitatione ante prædictam appellationem legitimatã vel cõmissionem de speciali mãdato factam: quia huiusmodi causa tẽpore constitutionis non erat ad curiam deuoluta, & cõtra mentem & voluntatẽ constituentis procederetur cum tali procuratore, cuius voluntas seruanda est. de proc. c. querelã. c. constitutus. cum ibi not. per Inno. eo. tit. si quem. li. vj. & de accus. c. veniens. Et si cũ dicto procuratore procederetur, nihil valeret processus: tum quia nõ habuit potestatẽ in causis non deuolutis procedendi: tum quia excederet fines mãdati. de rescrip. ex parte decani. de procur. in præsentia. & c. ex insinuatione. Hoc verum, nisi esset cõstitutus ad causas etiã deuoluendas: quia tunc si postea causa in curia per appellationem legitimam deuolueretur, siue per commissionem de speciali mandato papæ introduceretur cum tali procuratore vlterius in causa ritè & debitè bene procederetur: quia iã apparet de mente constituẽtis, quod tam in causis deuoluendis quã deuolutis voluit talem esse procuratorẽ, qui etiã ad futuras causas bene posset constitui. ff. de procu. l. iij. & iiij. de procu. non iniustè. & ibi no. quam quidẽ conclusionẽ videlicet primã putauit do. Aeg. verã, si causa committeretur cum potestate citandi ad partes: quia tunc apparet de certa sciẽtia papę, videlicet ꝙ ipse vult omnes causas huiusmodi fore in curia terminandas, & per cõsequens, ꝙ causa eo ipso ad curiam suam deuoluatur: secus verò credebat, si simpliciter licet de speciali mandato causa cõmissa esset, dicendo de mãdato domini nostri papæ audiat talis & iustitiã faciat omissa potestate citãdi ad partes. Ratio sua fuit ista: quia tunc cũ papa nõ dat auditori potestatẽ citandi partem * inuitã ad veniendũ ad litigandũ de partibus coram eo: apparet quòd nõ est de certa scientia & de mente ipsius, quod causa statim ad curiã suam deuoluatur, * quod nõ præsumitur, nisi hoc exprimatur. arg. not. per Io. mo. in c. in generali. de reg. iu. li. vj. Ad quid ergo refert se dicta signatura? certè ad casum, quo causa alias reperiretur legitimè ad curiã deuoluta vel si pars reperiretur in curia præsens: sed presentia dicti ꝓcuratoris limitati nõ sufficeret: quia talis ꝓcurator nõ reperit hoc casu causam deuolutam, nec etiã deuoluere põt: quia hoc esset contra mentem suę limitationis, & sic nil ageret per iura superius alleg. Nec obstant prædictis, ꝙ causa deuoluitur per intimationem factã iuxta formã dictæ Cle. causam electionis. de elect. quia illud verũ est de deuolutione, quæ vim citationis importat: & tũc ius citat. & per consequens causam ad curiã deuoluit: vt c. statuimus. de elect. li. vj. Nos enim loquimur de eo, quòd solum verbum sonat: videlicet, audiat, si est legitimè deuoluta, & si dicatur per verba quæ sequuntur, datur auditori potestas citandi: videlicet iustitiã faciat in curia, si reperiat partem præsentem, vel per contumaciam absentem, sed non potest dici contumax, nisi vno de tribus modis notatis in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. & xj. q. iij. certũ. ergo potest etiam esse quòd causa sit in curia de iuris necessitate terminanda: & quòd nihilominus citatio seu intimatio sit ad partes faciẽda: vt in c. sæpe. & c. cordi. de appell. lib. vj. Sed pone quòd procurator † cõstituatur ante appellationẽ intimatam vel commissionem de speciali mandato, vt suprà, factam in omnibus, & singulis causis motis vel mouendis ad curiã Romanã legitimè deuolutis. Fuit permaximè altercatum: vtrum cum tali procuratore posit in causa postea legitimè deuoluta ꝓcedi. Et videbatur aliquibus dominis quod non. quia verbum, deuolutum, respicit dũtaxat tempus præsens, & nõ futurum: vt sic referatur ad causas tunc motas legitimè deuolutas, & nõ ad causas mouendas: nisi addatur, & deuoluendas, per iura cõmunia de rescrip. c. fi. & c. ad hæc. Alij domini † & maior pars dixerunt & vnanimiter concluserunt, quòd verbum, deuolutum. referatur nedum ad motas sed ad mouẽdas, licet postea deuolutas. Pro quo allegat not. Inn. in c. dilecti. de except. vbi ponit versum videlicet, præsens cõfusum presentis non tenet vsum imò sępe nedum refertur ad præsentia, sed etiam respicit præterita & futura. Et hoc maximè procedit, si talis ꝓcurator dedit articulos, & produxit iura domini sui, qui per hoc videlicet mittendo sibi informationẽ & iura videtur tacitè ratificare acta habita cum tali procuratore sic limitato, quę ratificatio sufficit. prout le. & not. per Innoc. in c. ex parte decani. de rescrip. quam cõclusionem crederẽ indubitãter verã, si in dicto procuratorio essent persona & causa, super qua nunc lis vertitur expressè, aliãs re vera dubitarem de conclusione antedicta.

Contrarium tenuit Ro. vt refert Ioan cõmen. reg. fol. 7 a tergo.

* *Inuitã. Antiqua exemplaria habẽt, nam.*

* *Quod non præsumitur. Vetusti codices sic legunt. Quod non est præsumendũ, nisi, &c.*

ADDITIO.

4 Pone quòd cõstituo te procuratorem † ad lites meas seu causas, an videaris cõstitutus ad lites futuras. Guil. de Cuno in l. itẽ ad litem. ff. de procu. dicit ꝙ aut ego, qui te procuratorem cõstitui, habebam lites presentes, aut nullas lites præsentes habebã. Primo casu nõ videor te constituere ad futuras. Secundo casu sic, vt constitutio aliquid operetur: ideo procuratorem cõstituens debet exprimere ad lites de præsenti agẽdas. & de futuro cõtingentes. argumen. l. si ita. ff. de auro & argent. legat. ff. de fund. instru. l. fundus.

SVMMARIVM.

Quod si post factam commissionem de speciali mãdato Papæ cum potestate citandi ad partes, reus constituat procuratorem ad causas duntaxat legitimè deuolutas, põt in causa cũ dicto procuratore procedi. h. d. 19.

EPITOME.

1 *Mandatũ ad causas deuolutas cõprehẽdit causas de speciali mãdato Papæ in curia cõmissas, si fiat post talem comissionem.*

2 *Notitia commissionis præsumitur, quando mandatum datur post causæ commissionem.*

3 *Clausula. quatenus causa sit legitimè deuoluta quando causa committitur de speciali mandato papæ parum operatur.*

4 *Clausula. cum potestate citandi extra curiam parum operatur: quia sufficit constare de mente papæ, quod voluit causam in curia cognosci.*

5 *Clausula, quatenus causa sit legitimè deuoluta. & clausula, etiam si non fuerit legitimè deuoluta, quid importent.*

6 *Mandatum ad causas deuolutas comprehendit causas etiã post mandatum commissas & deuolutas, præsertim si procurator det iura in causa.*

7 *Mandatum ad omnes causas comprehendit futuras.*

ADDI

ADDITIO.

1 ISta † deci. plura continet, & quantum ad contenta in ſummario, videlicet quando mandatum fit poſt commiſſam cauſam nulla videtur difficultas, & cum iſta deci. concordat infrà 31. in ratione ſui, & dec. 13. de reſcri & 33. hoc ti. in anti. & Caſſa. dec. 2. e. ti. in fi. & ratio dec. eſt: quia ex quo papa committit cauſas in curia, ſatis cauſa dicitur deuoluta: facit in propoſito, ꝙ licet cauſa non deuoluatur quò ad reum, quando appellatio nulliter & non ſeruata forma cle. cauſam. de elect. intimatur, vel ci
2 tatio fuit malè executa: tamen † ſi poſt talem executionem nulliter factam, reus conſtituat procuratorem, prę ſumitur ꝙ habuerit notitiam citationis, & cum tali pro curatore procedi poteſt: vt infrà de dolo & contu. dec. 11. & 17. in fi. & per Aegi. dec. 364. & 539. Quo caſu, etiam
3 quòd tale mandatum diceret, † quatenus cauſa eſſet legitimè deuoluta, illa clauſula nihil deberet importare per rationem dec. noſtræ de qua ſuprà, quæ etiam videtur militare in hoc caſu: imò dec. noſtra, id expreſsè dicit, in ver. fortius procedit hæc concluſio. Et aduerte, ꝙ multùm refert cauſam fuiſſe cõmiſſam de ſpeciali mandato Papæ, vt dicam infrà de appel. dec. 3. & hoc in ſpecie ponderat in hoc propoſito deci. 28. de dol. in anti. dicens, quòd ſi cauſa etiam eſſet ſimpliciter deuoluta, per appellationem interpoſitam & intimationẽ, ſufficeret.
4 & licet dicatur hîc iſta procedere, † ſi fuerit dictũ com poteſtate citandi extra curiam, quaſi velit dicere quòd requiritur clauſula cum poteſtate citãdi in curia & extra. Aduertendũ eſt ꝙ Caſſ. dec. 4. de reſcrip. & Sar. q. 2. procœ. dicunt, ꝙ etiã ſi non dicatur cum poteſtate citandi extra curiã. nihilominus poteſt decerni citatio, tamen propter hoc non euacuatur intentio, ſeu ratio dec. noſtrę quæ fundatur in certa ſcientia papæ. vult enim deciſi: ꝙ conſtet intentionẽ papæ fuiſſe auocare cauſam de partibus, & ꝙ cognoſceretur in curia, quod de facili deprehẽdi poteſt: imò non ſubuenit mihi pro nunc, ꝙ poſsit dari cauſas quin ſemper habeatur certitudo, ꝙ papa voluit cauſam tractari in curia, quãdo ſignat cõmiſsionem, &
5 cãm in curia cõmittit, † niſi ſignatura, diceret, prout hîc præſupponitur in ij. col. videlicet, audiat talis auditor, ſi cauſa ſit legitimè deuoluta, quæ clauſula hodie non practicatur, imò ſolet apponi paſsim clauſula, etiã ſi cauſa huiuſmodi non fuerit ad romanam curiã legitimè deuoluta, nec in ea de iuris neceſsitate tractanda. quæ clauſula, vt plurimũ, eſt ſuperflua: niſi in cauſis appellationum in partibus intimatarum. iuxta d. cle. licet multi in praſcando apponant mille clauſulas ſuperfluas & ventoſas. Ponitur tamen aliud dubium in ij. col. huius dec. & col.
6 fi. ver. ſed pone, vbi concluditur, quòd etiam † ſi procurator cõſtituatur ante cauſam cõmiſſam vel appellationem intimatã ad oẽs cauſas motas & mouendas, legitimè tamen deuolutas, & reſoluitur ꝙ veniunt etiã cauſæ poſtea deuoluendæ, & quæ tempore mandati non erant deuolutæ: quia verbum, deuolutas, refertur etiã ad mouẽdas, licet poſtea deuolutas: & concluſionẽ tanto magis dicit procedere, ſi procurator poſtea det iura: quia dominus mittendo informationẽ, videtur ratificaſſe, dubitandum tamen eſſe dicit collector dec. ibi, ſi mandatũ non eſſet ſpecialiter ad certã cauſam cum certa perſona, ſed generaliter tantũ. contra tamen iſtã concluſionẽ habes in terminis dec. Aegid. 470. & 575. licet litera iſtius ſubnu. 575. ſit corrupta, & alia 470. fundet ſe in verbo aſtringitur, quod eſt præſentis temporis: ideo crederem: quòd mandatum extenderetur ad omnes cauſas deuoluendas: quia verbum, deuolutas, poteſt applicari ad tempus futurum, vt hic. imputet enim ſibi dominus, qui potuit legẽ clarius dicere, ſicut dicetur infrà eo. ſuper deciſ. 32. vbi habetur quòd mandatum compræhendit cauſas poſtea exortas videbis ibi. habes etiam hicvnam additionem in
7 qua dicitur, quòd ſi † conſtituo procuratorem ad meas cauſas, ſi de præſenti nullas cauſas habeam, mandatum extenditur ad futuras: ſecus ſi de præſenti aliquas cauſas habeã, licet dec. 30. e. ti. in ant. dicat nõ venire aliquo modo cauſas futuras, niſi dicatur: & idem ſentit Bil. dec. 3. e. ti. licet non reſoluat. Contra tamen prædicta reſolutũ
*99 fuit per dominos in vna * Placentina bonorũ de palla vicinis coram R. D. Iac. Puteo rotę decano vbi voluerũt domini, ꝙ mandatũ ad oẽs & ſingulas cauſas, cõprehendere debeat etiã cauſas futuras: licet cõſtituens tempore conſtitutionis haberet alias cauſas, fundamentũ fuit in doctri. Alex. in apoſtolis ad Bar. in l. damni infecti. 5. ſi his qui. in ver. futuras cauſas. ff. de dam. infec. & vide ad hoc Pariſiũ conſ. 42. col. ij. & facit in propoſito ad prædicta Aeg. dec. 306. vbi habetur ꝙ procurator ad cauſas deuolutas põt dicere in curia de nullitate proceſſus agitati contra eum, ſuper cauſa quæ verè nõ erat deuoluta: quia quò ad hoc, cenſetur habere mandatum, & facit etiã ad hoc quod hîc dicitur, ꝙ licet procurator qui habet in mãdato clauſulã ad proſequẽdum appellationẽ, ꝙ ſi recipit mandatũ ſine proteſtatione, tenetur proſequi. vide Aegi. dec. 346. Et quid importẽt illa verba dec. de ſpeciali mãdato. vide Aeg. d. dec. 747. & 556. Anto. M. Pap.

SVMMARIVM.

Si dominus in ſecunda inſtantia ſine proteſtatione alium procuratorem conſtituat: primum qui litem fecerat conteſtatus, reuocaſſe cenſetur.

EPITOME.

1 *Sententia lata procuratore per conſtitutionem alterius reuocato eſt nulla.*
2 *Appellationem proſequi an teneatur procurator, ſicut tenetur appellare.*
3 *Certificatio an ſit neceſſariò facienda aduerſario de reuocatione, & quando.*
4 *Citatio domini procuratore non citato, an ſit efficax, vt nullo eorum comparente, ſententia valida ferri poſsit.*

Deciſio 2. aliàs 21.

SI dominus * principalis in ij. inſtãtia alium conſtituat procuratorẽ quam in prima ſine proteſtatione ꝙ citra reuocationẽ aliorum hoc facit. primũ, licet ipſe in j. inſtan. fuerit litẽ conteſtatus, cẽſetur reuocaſſe.
1 ita ꝙ ſententia † lata cum primo procuratore reuocato in ij. inſtantia eſt nulla, ſi reuocatio ad ipſum vel ad iudicem peruenerit. de procu. c. ex inſinuatione. in noſtra. & c. mandato. de reſcri. c. ex parte decani. Ratio, quia licet cauſa principalis & cauſa appellationis eſt eadẽ cauſa: tamen ſunt diuerſæ inſtãtiæ: prout le. & not. de teſti. c. veniens. & de ſi inſtru. c. cùm Io. ſicq; prima inſtãtia eſt finita quò ad primũ procuratorem, † qui licet teneatur à
2 ſentẽtia cõtra dñm ſuum lata appellare: tamen non tenetur appellationem proſequi, niſi velit: prout le. & no. de procu. non iniuſtè. Et ſi forte imò ſine forte, ſi nollet prędictus procurator cauſam appellationis proſequi, opus eſſet nouo procuratorio: & tũc nõ eſt quęrendũ de reuocatione expreſſa vel tacita: quia finita j. inſtan. per ſententiam & appellationis interpoſitionẽ, ab ea per procuratorem illius inſtãtiæ functus eſt officio ſuo. per no. in dic. non iniuſtè. & per doc. in c. petitio. e. ti. & hoc verũ, niſi eſſet datus ad proſequendũ appellationẽ: * tunc enim ſi procuratoriũ ſine proteſtatione recepit, tenetur proſequi. ar eor. quæ le. & no. in cle. j. de procu. & tunc procedit dubiũ ſuperius tactũ & deciſum. Sed quid ſi in j. inſtantia lite per ipſum procuratorẽ conteſtata fieret reuocatio ante dicta, & deueniret reuocatio ſine noui procuratoris cõſtitutione huiuſmodi ad iudicẽ & ad ipſius procuratorẽ. Certè puto idem niſi reuocationi fuerit cõtradictũ. & hoc ſiue loquamur de expreſſa reuocatione, per c. ij. de procu. li. vj. propter verbũ nolẽte. ibi poſitũ à contrario: ſiue de tacita, quæ fit aliũ cõſtituendo procuratorem vel cauſæ ſuæ tractãdę adeſſendo: vt in c. ſi quẽ. e. ti. & lib. & ibi not.

* Adde. Ad hanc deciſ. infrà eod. tit. in antiq. 25.

* Proſequendum. Adde infrà deci. 147. eod. tit.

ADDITIO.

3 Imò videtur quòd requiratur † certificatio aduerſarij, quando ipſe certificatus fuit de mandato procuratoris, aliàs eius certificatio non requiritur: vt not. in c. mandato. de procura. ſuper iſto argu. qui dubius eſt. Sic dicas, quòd in iudicialibus certificato aduerſario de procuratoris mandato nunquam reuocatio valet ad præiudiciũ aduerſarij, niſi eodem modo certificetur de reuocatione ipſe vel iudex: ſi verò non eſt certificatus de mãdato, ſemper valet reuocatio ſolo procuratore certificato. ita intelligitur quod not. in d. c. mandato. & ita not. etiam gloſ. in c. j. de procura. lib. vj. In extraiudicialibus dic, quòd ſi agitur cum certa perſona: vt quia certificatur aliquis

cum quo vult contrahere, vt secum cõtrahat, & q̃ constituat procuratorem ad contrahendum: tunc non valet reuocatio, nisi certificetur de reuocatione ille cum quo contrahere debebat. l. si fideiussor. § j. ff. mandat. Si verò actus geritur nõ cum certa, sed cum incerta persona: vt quia mando procuratori vt contrahat, non dico cũ quo: tũc valet reuocatio: licet nõ trãseat in notitiã cõtrahentis, & imputet sibi q̃ cũ procuratore contrahit, si nõ exquirat an mandatum sit reuocatum: agere tamẽ poterit contra procuratorem. arg. l. iij. §. falsus. ff. de fur. & arg. l. si procuratori falso. ff. de condi. ob causam. & l. falsus. C. de furt. Forma autem fiendę reuocationis est, vt si est generalis institutio, debeat generaliter & publicè fieri reuocatio. l. si papillus. § proscribere. ff. de instit. secus si sit specialis procuratoris: quia tũc requiritur specialis reuocatio, secũdùm Mar. Syli. & Ioan. And. Et ideo si rectè inspicis non est differentia inter actus iudiciales & extraiudiciales: sed solùm an actus geratur cũ certa persona vel non, quæ sit certificata vel non de mandato: sed illa potest esse differentia quæ communiter fit à glo. & procedit: quia cõmuniter cõtingit tales actus iudiciales fieri cũ certa persona: extraiudiciales verò cum incerta, secundùm dominum Anto. in c. ex parte. hîc allegat. Et vide per Io. de Ligna. in Cle. j. de renuntia.

ADDITIO.

Subaudi cum causa, aliàs non eo contradicẽre: vt in c. quamuis. de procur. libr. vj. Sed licet sine causa reuocari non possit: potest tamen adesse causæ suæ, sicut potest omnis, cuius interest: vt in l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. Proderit autem ista assistentia: quia poterit testes & instrumenta producere, & alia allegare: vt ibi. Et per Inn. in c. cùm super. de re. iudic. Et aduerte quod adesse causę eo casu quo reuocare nõ potest: text. in d. c. quamuis. reliquit in arbitrio domini. Inuitus ergo nõ compellitur, nisi ex causa: vt l. si actor malit. ff. de procur. l. fi. C. eod.

4 Ex quo † infert alibi Bar. quòd si citaretur dominus & non procurator ad aliquem actum: puta, ad videndũ iurare testes vel publicari, vel ad audiendam sententiam: si dominus non compareat vel procurator, sentẽtia nulla erit: quia talis citatio non arctauit dominũ: debuit enim citari procurator, qui erat dominus instantiæ. & ita renuit disputando do. Lamb. de rãpo. vt refert Bar. in l. furioso. ff. de re. iudi. Bal. in l. procuratoribus. C. de procu. & per do. Pet. de Perusio in c. ij. de testib. Isto ergo casu posset esse vtilis subtilitas legistarum, dum disputant in cuius persona sint cõcipienda verba sentẽtię. Canonistæ enim tenent nihil referre. de electi. c. querelã. nam imò multùm posset referre, si conciperentur in illum, qui nõ erat dominus instãtię, nec in ea citatus tenebatur necessariò comparere. de quo plenè per Barto. in d. l. furioso.

SVMMARIVM.

Si dominus in secunda instantia sine protestatione alium procuratorem constituat: primum, qui litem cõtestatus fuerat, reuocasse censetur. h. d. 21.

EPITOME.

1 *Procurator etiam dominus litis reuocatur, si dominus etiam in secunda instantia alium constituat.*

2 *Reuocatio procuratoris quando intimanda & quomodo.*

3 *Procurator dominus litis debet citari & non principalis, licet in summarijs possit vterque citari.*

4 *Procurator datus post litem contestatã, an possit substituere.*

ADDITIO.

1 DEci. † ista est satis clara, & habet plura capita circa reuocationem procuratoris, quæ videas per te, concordat cũ ea dec. 25. eo. tit. in anti. & Aegi. dec. 531. Et facit ad materiã infrà deci. 4. & 14. hoc titulo in anti. & Cas. qui multa dicit in proposito in dec. 2. de appel. & præsertim dũ dicit, quòd licet † reuocatio debeat intimari iudici vel parti: tamen illud habet locũ quò ad præiudicandum aduersario: secus quò ad præiudiciũ reuocantis, de qua materia reuocationis procuratorum, & quãdo, & quomodo debeat intimari, & in quibus casibus intimatio non sit necessaria, fusè latissimè per Fel. in c. ex parte decani. col. iij. cum duabus sequẽtibus de rescri. stilus tamen est, quòd reuocationes procuratorũ ad resignandum & similiũ reuocãtur penes cancellariæ & cameræ notarios, & huiusmodi intimatio sufficit: quia videtur facta principi, quòd tamẽ dixerunt domini in vna Gerundẽ. coram domino de Grassis, in his quæ nõ possunt expediri, nisi in manibus Papæ: sed in extinctione pensionis & cassatione regressus quæ possunt fieri corã quocunque notario, talis intimatio nõ sufficiebat: sed q̃ in illo casu, ex quo fuerat constitutus procurator ad cassandum regressum, nõ erat fienda sibi aliqua intimatio: cùm licet ipse haberet titulum beneficij illius ad quem erat reseruatus regressus, tamen nõ agebatur de præiudicio seu incõmodo pecuniario, quod requiritur ad hoc vt sit necessaria intimatio: secus si agitur tãtum de præiudicio reuocantis, allegabatur dec. 11. hoc titu. in antiq. Fely. in c. ex parte decani. de rescrip. nu. 17. Aymus cõs. 76. qui satis clarè loquitur. & idem esset quando est cõstitutus procurator ad resignandum, nisi esset Cle. 1. de renũ. quam credidissem etiã procedere in casu isto, cùm dicatur ibi id esse ne fiat variatio inter personas ecclesiasticas. Et circa vltimam additionẽ, † quòd debeat citari procurator dominus litis, adeo quod nõ sufficiat citare principalem, vide Decium in c. in nomine domini. nu. 36. de testi. vbi dicit hoc nõ procedere in causis summarijs: vt etiam sentit hæc deci. & Roma. singul. xx. Et ad propositum etiam vide Fely. in c. cùm M. de constit. 3

4 20. vbi dicit, quòd † procurator datus post litem contestatam non potest substituere, pro quo vide etiã dec. 28. hoc titulo in antiq. vbi procurator substitutus à procuratore domino litis, postquam est effectus dominus litis, potest etiam ipse substituere. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Processus cum vno vel pluribus procuratoribus simul non in solidũ factus, valet & tenet in causa beneficiali: quia ille cũ quo est processum, videtur esse per iudicem electus. h. d. Vel sic. Procuratoribus simul nõ in solidum constitutis valet processus cum vno tãtùm habitus aliis se non opponentibus quia ille videtur electus.

Decisio 3. aliàs 107.

SI in causa beneficiali tres vel quatuor procuratores constituantur simul, & non in solidũ: & cum vno ex illis alijs se non oppoñ. procedatur in causa, valebit processus: illamq; iudex cum quo processit, videtur elegisse iuxta formam c. si duo. § sane. de procur. lib. vj.

ADDITIO.

DEci. † ista de plano procedit in causis beneficialibus per tex. hîc allegatum, & notat Oldr. cõsi. 130. in 2. dubio. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Per secundam procuratoris substitutionem primus substitutus reuocatus esse censetur.

Decisio 4. aliàs 121.

SI procurator semel vnũ substituat & iteratò alium postea simpliciter, & sine reuocatione primi substituat. Primum reuocare censetur, etiam si in prima substitutione protestatus fuerit expressè, quòd propter aliquam comparitionem, &c. quia aliud est comparere, aliud est reuocare vel substituere: diuersæ enim speciei sunt: & sic faciendo vnum nõ censetur facere reliquum. Pro qua opi. alleg. l. in ratione. si quis cum. ff. de procura. & c. non iniustè. eod. tit. & not. Ioan. Andr. & Archi. in c. si duo. in princi. & c. licet. lib. vj.

SVMMARIVM.

Per secundã procuratoris substitutionẽ primus substitutus reuocatus esse cẽsetur. h. d. Vel sic. Procurator primo substitutus, intelligitur reuocatus per secundũ. 126.

EPITOME.

1 *Procurator substitutus etiam cum clausula, quòd per quamcunque comparitionem non intendebat eum reuocare, censetur reuocatus per secundam substitutionem.*

2 *Procuratorum reuocatio non inducitur per plures comparitiones & substitutiones, etiã si in aliqua nõ sit clausula, quod non intendit reuocare, si in vltima reperitur dicta clausula.*

3 *Clausula, quòd per quicunq; actum, &c. & quod non intendit substitutum reuocare.* ADDITIO.

1 ADdendum † etiam est ad summarium clausulæ, de qua in dec. videlicet, etiam si in secunda substitutione protestatum sit, q̃ propter aliquam comparitionem,

paritionem nō intendebat eum reuocare: quia aliud est comparere,aliud est substituere vel reuocare.& ista sola ratio tibi sufficiat ad intellectū dec.Cum ista dec.cōcordat Aegid.dec.530.loquens tamen in constituente,vbi dicit ℭ primus censetur reuocatus, etiam si secundus non acceptet. Ad istam dec.& illius materiam facere videtur dec.Aegid.590.vbi ponitur casus,ℭ procurator primò substituit Albertum,secundò Bernardum, sine protestatione:tertio cōparuit,in causa cum protestatione,ℭ non intendebat substitutos reuocare,& appellauit,ac ista tim substituit Goffredum sine protestatione dubitatur, & demum deciditur, ℭ primi procuratores nō censentur reuocati,& sic nec per secundam substitutionē erat reuocatus primus,nec per tertiā erant reuocati alij duo prædicti.Sed istud contrariū declaratur per dec.sequentem eiusdem 591.vbi volt,ℭ illa protestatio facta vltimo loco,nedum prę̄seruat secundum substitutū,sed declarat etiam animum suū,ℭ quando substituit secundum,non intellexit reuocare primum. Quod verū credo, quò ad futura, & etiā quò ad præterita, si interim ille primus nullos actus fecisset nomine illius, quia ista declaratio non est propriè declaratio: sed est quædam ratificatio, quæ non potest retrotrahi in præiudicium tertij,ad iura vulgaria vt etiā declarat Cassiad.dec.4.de probat. nu.7. Et ad hoc facit alia dec.Aegi.454. vbi licet per cōparitionem domini in causā,quādo non præcesserit protestatio de qua suprà,substitutus censetur reuocatus: nihilominus si dominus post constitutionem procuratoris bis compareat,& litē contesterur,nō censetur reuocare procuratorē, si post istas duas cōparitiones & lite per eum cōtestata cōpareat,& protestatur tunc ℭ nō intendit reuocare &c.& dictus procurator primò constitutus cum parte aduersa nō contradicente postea procedat,valebit processus,per tres rationes de quibus ibi, quæ seruiūt ad corroborationē intentionis meę,licet dec.sit aliqualiter corrupta,& ad id quod dicebā de ratificatione facit dec. 10.hoc titu.in anri.& 13.infrà de concess.præben. Aduerte tamen in ista materia,ℭ clausula de qua in decisione, ℭ per quancūque comparitionem vel quencūque actum non intendit reuocare,hodie de stilo taliter cōcipitur,ℭ cessat omnis dubitatio. Nam adijcitur clausula,ℭ nō intendit substitutum reuocare,nisi expresse duxerit reuocandum.vnde succedit illud quod dictū fuit suprà hoc titulo præcedenti dec.xv.tamen Aegi.videtur tenere contra opinionē meam dec.565.licet mihi nō placeant eius dicta:quia non respondet ad verbum, (expresse.) videas per te,& ad istam materiam vide infrà dec.30.in fin. & infrà.18.20.& 22.Ant.Mar.Papaz.

SVMMARIVM.

Substituitus qui litem cōtestatus est,alium substituere potest:quia dominus litis factus est.

Decisio 5 aliàs 122.

PRocurator substitutus qui litem est contesta. potest alium substituere non vigore mandati sed quia dominus factus est litis.ar.c.j.de procura. & ca.is qui. cum ibi not.lib.vj.

Add. ad hanc dec.infra e.titi. in ant.dec.28. & infra eod. dec.8.

SVMMARIVM.

Procurator ante litis contestationē constitutus alium substituere non potest.

ADDITIO.

Sed quid de eo qui non est lit.contest. sed postea intercessit,& ad aliquem actū processit,an alium substituere potuit? Pe.& Cy.tenent ℭ sic. in l. nihil. de procura. Contrarium dicit Archi.in c.j .hic alle. scilicet, ℭ ante lit.contest.constitutus alium substituere non potest, nisi hoc habeat in mandatis.Opinio Pet.est verior: quia efficitur dominus litis. quod apparet: quia sententia fertur in eū,quæ non posset ferri,si nō esset dominus litis: vt l. j.C.de sen.& interlo.omni.iud.scām Bal.in d.l.nihil.

SVMMARIVM.

Substitutus qui litem cōtestatus est,alium substituere potest:quia dominus litis effectus est. 122.

EPITOME.

1 *Procurator substitutus dominus litis effectus,potest alium substituere.*

2 *Procurator qui fuit substitutus post litem contestatam si aliquem actum fecit,potest substituere.*

ADDITIO.

1 ISta † dec.est clarissima in substituto,qui litem contestatus est.Sed dubium est in additione hīc posita, vbi
2 dubitatur,an † Ille substitutus,qui litē non est contestatus,sed ea contestata fuit substitutus. & aliquē actum fecit,* & dec.idem dicit esse in isto,licet si nihil fecisset, non potuisset substituere,vt dicunt doc.in l.nihil. de pro
*100 cu.Et ad hoc facit dec.facta in causa * Salamantina Abbatię sancti Saturnini corā D. Rauellē.vbi resolutū est,ℭ ille qui obtinuit tres sentētias,& reuocauit postea procuratorē,ne contra eum procederetur in causa restitutionis quā aduersarius commiserat,non potuit reuocare illum procuratorē:vt per Aegi dec.263.& ibi dictum fuit incidenter,ℭ dominus litis effectus reuocari nō potest inuito aduersario:vt per Fel.in c.ex parte decan.de rescriptis col.pen.vers.Not.ex glo.quod tamen indistincte non procedit.Concordant cū ista dec.8.infrà eod.& 28.eo.tit.in antiq. & Biseg.9. Quando verò substituens moritur re integra,an substitutus censeatur reuocatus, videbimus infrà super dec.33.& per Aegid.dec.6.Anto. Maria Papaz.

** Et dec.&c. Lege sic. Et de eadē idem esse isto.*

SVMMARIVM.

Coniuncta persona in causa beneficiali ad agendum non admittitur sine mandato,licet in temporalibus admittatur cum cautione de rato.

EPITOME.

1 *Coniuncta persona an in causis beneficialibus ad agendum admittatur & quando.*

2 *Coniuncta persona in causis prophanis pro coniuncta quod sine mandato regulariter admittatur.*

Decisio 6. aliàs 142.

1 IN † causa beneficiali coniuncta persona non admittatur sine mandato ad agendum,& cū cautione de rato,nec ad eius instantiam decernenda est citatio: quia huiusmodi spiritualia æstimationē siue interesse nō capiunt.j.q.j.quā pio.de ele.c.querelam.nor. Ber.& Inn. in c.corā.in prin.de offi.dele.de cau.possi.& propri.cùm olim.cum si.de pac.c.cùm pridē.ibi tamen videtur tex. in contrariū,qui loquitur in causa beneficiali. Facit etiā tex.cū sua gl.in contrariū de const.cùm Man prophana tamen est secus vt le.& not.in c.j.de procu.& de rescr. c.nōnulli.& c.ex parte.& per Inn.in d.c.querelā.quę iura loquūtur in proximitate siue de cōiunctione carnali, quę proximitas nihil in causis spiritualibus operatur.de iud.c.si annū.li.vj.Et videas pro hac cōclusione not. per Archid.de rescr.c.statutū.super verbo eius capitulū. lib. vj.& de prēb.c.si tibi absenti. in gl.per hoc.in fi.eod.lib. per eundem etiā facit not.pro d.conclusione per Ber. in c.ij.de postulan.in gl.ij.per Pau.de concess.præb.c.cùm ei quē.in cle.& per Spe.ti.de cōiuncta persona.§.j.vers. Itē quid est cā spiritualis qui alle.not.de regul.quia nos.

ADDITIO.

2 Nota † ℭ in causis prophanis coniuncta persona admittitur pro cōiuncta sine mādato regulariter. Fallit in casibus requirētibus speciale mandatū.tex. videtur in c. qui generaliter de procu.li.vj.nisi cōiuncta persona pro prium prætēderet interesse:vt l. patri pro filio.ff.de mino.& sic vbi requiritur speciale mandatū hominis, non sufficit generale mandatū legis.Nam cōiuncta persona potest agere pro cōiuncta vigore generalis mādati sibi à lege cōcessi:& tamen nō agit in casibus in quibus requiritur speciale mandatū hominis:vt ibi not.In contrariū facit.c.nōnulli.de rescrip.dicvt ibi not.Cōiuncta tamen persona nō est procurator: ideo licet posset agere pro cōiuncta:vt l.sed & hæc.ff.de procu.tamen factū suum nō præiudicat domino,nisi mandet vel ratū habeat. vt l.iij. ff.iudi.sol.& l.j.C.quibus.res iudi.non nocet.

SVMMARIVM.

In causa beneficiali ad agendū non admittitur coniuncta persona sine mandato licet in tēporalibus admittatur cū cautione de rato.h.n. 142. EPITOME.

1 *Cōiuncta persona nō admittitur sine mādato in cā beneficiali.*

2 *Coniuncti non admittitur pro coniuncto, quando requiritur mandatum speciale.*

3 *Coniuncti possunt prodesse,sed non obesse.*

ADDITIO.

1 CVm ista † dec.concordat Aegi.682. Et facit etiam dec.34.hoc titu.in anti. intelligendo eam in causa prophana:quia dicitur ibi, ꝙ coniuncta persona admittitur ad defensionem in tali causa:secus inferendo in causa beneficiali,licet nō possit alium procuratorē constituere.Item etiam ad hanc dec.applicari potest dec.35.
2 infrà eo.tit.in fi.vbi dicitur ꝙ † in causis spiritualibus quæ æquiparantur beneficialibus,sicut dicitur de matrimonialibus,requiritur mādatum speciale:quo casu coniunctus non admittitur:vt per Fel.in loco de quo infrà, licet illa dec.nō procedat in mandato ad iudicia, vt videbimus infrà dec.27.Contra tamē hoc,& ꝙ imò coniuncta persona possit procuratorē constituere,habes dec.16. infrà eo.vbi videbis.Et vide de hac materia ad saturitatem per Fel.in c.nōnulli.§.sunt & alij.in 8.& vlt.Falen. col.xiij.nu.42.de rescrip.& in c.coram.nu.6.de offi.de leg.& in c.cum.M.de cōsti.nom.25 & 27. & per Cassa. dec.6.vt lite pend.& dec.42.super regulis nu.4.Et an in aliis materijs admittatur coniuncta persona, videbimus infrà de concess.præb.dec.9.Et considera ad ea quæ di-
3 cit dec.ista in fi.ꝙ bene † coniunctus potest afferre vtilitatem,sed non incōmodum.quod videtur durū: tamen pro hoc vide dec.13.infrà de concess.præben.& dec.j.hoc tit.in anti.Et ad prædicta facit d.dec.35.infrà eo.vbi dicitur ꝙ nedum cōiuncti,sed simplices defensores admittuntur in criminalibus,& in dec.36.infrà dicitur, ꝙ canonici admittantur pro canonicis etiam ad petendum absolutionem simplicem, non tamen ad cautelam, de quo vide per Fel.vbi suprà.Et an defensor iste post litem contestatā possit reuocari,vide per Fel.in c.ex parte decani.de rescrip.in fi.infrà.Ant.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procurator non potest ante acceptationem mandati substituere.

EPITOME.

1 *Procurator recipit potestatē executiuā sui officij à tēpore præsentationis & receptionis mandati,non prius.*
2 *Iudex non habet exercitium iurisdictionis ante præsentationem rescripti.*
3 *Gesta per procuratorē an valeant,antequam præsentet mandatum procuratorium.*

Decisio 7. aliàs 145.

Add. ad hanc infra in an.de ass.1940.ti.

SI procurator ad certam causam constitutus cum mandato substituendi generaliter, in omnibus & singulis causis in quibus procurator existit constitutus,substituat: talis substitutus ad huiusmodi certā & expressam causam prosequendam non admittitur, nisi doceat dictum procuratorem substituētem onus procurationis ante huiusmodi substitutionem acceptasse:quia ante acceptationem procurator non censetur.ar. à cōtrario cle. j.de procu.cum ibi not.C.eo.l.inuitus.& no. per Archi. de procu.c.is qui.lib.vj.qui remittit ad no. per Compos. de elec.statuimus.in glo.quæritur quis procurator. per Guil.in Spe.eo.ti.§.j.ver.quid si procurator.

ADDITIO.

1 Concluditur ergo,ꝙ procurator † recipit potestatē executiuam sui officij à tēpore præsentationis & receptionis mandati,& nō antè.& si aliquid facit ante receptas literas mandati,non valet.quia non est procurator actu: nec dominus ratū habere tenetur, nisi ꝙ ipse fecit tanquam procurator: sed ante literas susceptas non est procurator vt dixi igitur &c.Hoc tenet Bar. in quodā suo consilio,quod incipit.An procurator constitutus in absentia,& c.qui alleg.d.c.is qui.in cle.j.in glo.super versi. receptis.quod not.Composte.in d.c.j.& Spe.in loco hīc alleg.Probat etiā ratione tali. Nam mandatum indacit contractū mandati. ergo requiritur consensus ipius,sed consentire non videtur ante receptionē mandati, velut ignorās suæ potestatis fundamentū.pro hoc facit etiam in simili,quia procuratorij & rescriptum delegationis sunt multum similia: vt not.infrà eo.ti.dec. xxxj. quæ sic incipit.Item fuit dubitatum an procurator generalis
2 &c.Sed illud quod facit iudex † ante præsentationem literarum est nullum:eo quod iurisdictiōis exercitium non habet ante præsentatum sibi rescriptum:vt in c.super eo.el ij.de appel.& de rescr.c.pastoralis.Igitur eodē modo quod facit procurator, cuius organa sunt suspēsa, vsq; ad receptionē literarum & aperturam earum. pro quo facit quod habetur per Bal.in l.falsus.C.de fur.Cōtrarium seruat Rota scilicet,ꝙ actus gesti † per procu-
3 ratorem antequam recipiat procuratorij,valent:& sufficit quod illud ante sententiam in iudicio producatur.

SVMMARIVM.

Procurator non potest ante acceptationem mandati substituere. 145.

EPITOME.

1 *Procurator non potest ante acceptationem substituere, quod intellige vt infra.*
2 *Procurator substituens in omnibus causis non videtur substituere, nisi in illis,in quibus acceptauerat.*
3 *Processus factus per procuratorem de cuius mandato non constat,an valeat.*
4 *Procurator tenetur acceptare mandatum: & non sufficit illud datum fuisse in actis per alium.*
5 *Mandatum etiam generaliter datum in alia causa inter eas. demmet partes vertente non suffragatur.*

ADDITIO.

1 DEci.† ista in principio dicit multa,quę non comprehenduntur in summario, & in finalibus verbis dicit totum oppositum illius quod dicitur in summario,videlicet,quod imò valent gesta per procuratorē antequam recipiat mandatum, si postea illud ante sententiam producatur.sed aduerte,quia etiam ego non intelligebam principium huius dec.antequam viderē dec. Aeg.272.quæ aperuit mihi oculos intellectus.Constructus enim verborum huius deci.est inculcatus, & oportet facere punctum post verbum substituendi. Et intelligendo in casu de quo loquitur Aegid. crederem,quòd
2 † substitutio non reuiuisset, nisi substitutus docuisset substituentem acceptasse onus illius causæ. Nam ego certè scio me constitutum esse procuratorem in pluribus causis,quarum causarum onus nō recepi, nec recipere intēdo,& ideo si substituerem procuratorē in omnibus causis,in quibus ego sum constitutus procurator,vt ponitur hīc casus,intelligēdum esset de causis in quibus onus acceptassem:quia de alijs non cogitaui.nec præsumendum est,quòd cogitauerim, verba enim non extenduntur ad ea quæ quis mente verisimiliter non cogitauit, ad iura vulgaria.Summabis igitur istā dec.sic. Procurator constitutus ad certam causam cum potestate substituendi,si antequàm acceptet onus causæ, substituat vnum procuratorem in omnibus causis, in quibus erat procurator, non videtur quò ad istā causam substituisse.Et pro vera intelligentia istius dec.vide deci.19.hoc tit. in antiq.vbi
3 habes,† an valeant gesta per procuratorē,de cuius mandato nō constat,dūmodo postea appareat,& vide Curci. Iuniorem qui multū laborat super hac dec.consil.63.Et scias vnū in proposito quod dicit Aeg.dec.681.videlicet,
4 quòd licet tertius † det mādatū per cōpulsum vel aliàs, in quo dicatur te esse cōstitutum procuratorem, nisi tu compareas & acceptes,potest procedi per audientiā contradictarum te non citato.Pro quo facit illud quòd aliàs
*101 fuit resolutum, in vna * Lucana canonicatus coram
5 Bo.Me. d.Io.Mohedano Episcopo Rauelē.vbi † fuerat datum mandatum generale pro Laurētio de Medicis in vna alia causa contra Antonium Brachium, qui citari fecerat eundem Laurentium, etiam super dicta causa Lucana:& videns mandatum nō esse productum in causa Lucana,processit per audientiam,non citato tali procuratore, & Domini voluerunt processum huiusmodi sustinere. Moti tamen etiam certis coniecturis, quòd mandatum non esset bene clarum pro ambabus causis. Et similiter facit resolutio facta in causa Conchen. beneficij.de Vilar. de qua dixi suprà de rescript.deci.2.& quòd valeat substitutio in omnibus causis,in quibus ego sum procurator,vide infrà dec.33. Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Substitutus ab eo qui habuit mandatū à domino,censetur ab eodem domino constitutus: & ideo post litem contestatam,potest alium substituere.

Decisio

Decisio 8. aliàs 146.

Add. ad hanc supra e. dec. 5. & infra e. tit. in add. dec. 28.

SVbstitutus per constitutum ad hoc speciale mandatum habentẽ, censetur à domino constitutus. ff. quod cuiusque vniuersi. l. item eorũ. §. si decuriones. ar. de sen. ex. c. mulieres. secundùm Ar. qui hoc not. de procu. c. j. super. ver. potestas. lib. vj. * Hinc est quòd substitutus huiusmodi litem per eũ contest. potest vlterius substituere: quia factus est dominus litis: vt in d. c. j. & cap. si duo. j. respõ. in fi. lib. vj. C. eo. ti. de procu. l. nulla. pro hoc vltimo faciũt not. per Ar. & Io. An. in nouel. in c. is qui. de procu. li. vj. vbi tenent, ꝙ substituens substitutum à se qui li. est contest. non reuocauit, nisi eo casu, quo reuocaret dominus constitutum à se.

* Hinc est quòd substitutus huiusmodi litẽ &c. lege sic & melius. Hinc est quod substitutus huiusmodi post litẽ, &c.

SVMMARIVM.

Substitutus ab eo qui habuit mandatũ à domino censetur ab eodem domino constitutus: & idem post litem contestatam potest alium substituere. 146.

EPITOME.

1 *Substitutus à procuratore domino litis non vi mandati, non videtur substitutus à domino.*

ADDITIO.

1 DE ista materia satis dictum fuit suprà dec. 5. vide ibi. Aduerte tamẽ, ꝙ † substitutus à procuratore domino litis effecto, & non vi mandati non videtur à domino constitutus: vt per Aegid. decis. 6. & infrà dec. 33. A. M. P.

SVMMARIVM.

Procurator qui simpliciter mandatum acceptauit ad agẽdum, defendendum, appellandum & appellationem prosequendum, compellitur prosequi appellationẽ per eum interpositam, si mandatum ad hoc extendatur.

Decisio 9. aliàs 147.

SI procurator constitutus ad agendum & defendendum, appellandum & appellationem prosequẽdum onus procurationis acceptauerit, & appellat: tenetur & cõpellitur appellationem prosequi: licet de cõtrario, videlicet ꝙ non velit eam prosequi, protestetur per cle. j. de procu. antedict. non ob. c. non iniustè. de procu. quia ibi loquitur de procuratore cõstituto duntaxat ad agẽdum & defendendum, & non appellandum, nec appellationẽ prosequendum. talis enim in casu c. non iniustè. licet teneatur appellare, non astringitur prosequi: secus verò si cõtineatur in mandato per eũ acceptato: quia tunc ad omnia in eo cõtenta tenetur per dictam clem.

SVMMARIVM.

Procurator constitutus ad agendum, appellandum & prosequendum cõpellitur prosequi, si appellet. h. d. Vel sic. Procurator qui simpliciter mandatum acceptauit ad agẽdum, defendendum, appellandum & appellationem prosequẽdum cõpellitur prosequi appellationẽ per eum interpositam, si mandatũ ad hoc extenditur. h. d. 147.

EPITOME.

1 *Procurator ad appellandum cogitur prosequi appellationẽ per eum interpositam.*
2 *Procurator tenetur prosequi in casu præmisso, etiã si quãdo appellauit, sit protestatus, quòd non intendebat prosequi.*
3 *Procurator debet dare mandatũ per cõpulsum, si vult limitatè acceptare, aliàs tenetur facere omnia de quibus in mãdato.*
4 *Procurator sibi præiudicat recipiendo mandatum, si non protestatur à principio.*
5 *Procurator ad audiendum sententiam appellat vt infrà.*
6 *Procurator cogitur etiam defendere in causa restitutionis.*
7 *Procurator qui nõ habet mandatũ ad prosequẽdum, nõ potest acceptare terminũ. x. dierũ, qui datur cũ reuerentialibus.*

ADDITIO.

1 ISta † vltima verba summarij, si mandatũ, &c. sunt superflua. Potuisset melius addi, ꝙ † tenetur prosequi, etiã si quando appellauit protestatus fuerit, ꝙ nõ intendebat prosequi: quia illa protestatio non suffragatur. Potuisset bene à principio, quãdo acceptauit onus procurationis limitate acceptare: vt dicit dec. 3. hoc tit. in ant.
3 Quod tamen intellige, † si dedit mandatũ per cõpulsum, aliàs si ipse simpliciter produxisset mandatũ, non potuisset limitatè acceptare, & ita quotidie seruatur, & hoc etiã sentit d. dec. quæ dicit: poterit protestari, ꝙ non intendit recipere mandatũ, & sic præsupponit mandatum non esse receptum tempore protestationis: † quod per receptionẽ mandati sine protestatiõe sibi præiudicat sicut per receptionẽ literarũ præiudici alium: vt per doc. in. l. quę dotis. ff. sol. mat. Cũ ista dec. cõcor. dec. Biseg. 2. hoc tit. & infrà dec. 26. in fi. & Aegid. dec. 346. & suprà dec. 2. col. ij. Si autẽ † mandatum tantùm diceret, ad audiendum sententiã, non posset appellare: vt dicit dec. 5. e. tit. in auti. & Bise. 2. hoc tit. Dicit tamen Aegi. dec. 283.
6 quẽ sequitur Cassa. dec. 2. hoc tit. ꝙ † procurator ad agẽdum & defendendum, qui pro se sententiã obtinuit, quę transiuit in rem iudicatam, cogitur defendere dominũ in causa restitutionis ex aduerso obtẽtę. Et ad præmissa omnia vide Fel. in c. cùm olim. el. 1. de offic. dele. & in c. cùm causam. de re iudi. vbi latè, ꝙ procurator potest facere quę sunt cõnexa, & pẽderat dec. Biseg. quæ dicit ad audiendum sententiã duntaxat. Et nihilominus vult, ꝙ posit appellare, & ideo cogitabã, ꝙ quãdo diceret, & ad appellandũ, ꝙ eadem ratione posset prosequi, sed an in hoc casu & præcedenti cogi posit ad prosequendũ cogita: quia licet posit, si vult: tamen nimis graue est, ꝙ cogatur: regulariter enim procurator nõ censetur datus ad se
*102 cundã instantiã, nisi dicatur, & ideo cùm in vna * Bononien. paræcialis de mõte maiori coram Bo. Me. Marcho Antonio Marschotto Bononiẽsi tunc Rotæ decano
7 † procurator, qui nõ habebat mandatũ ad secundam instantiam, appellasset, & Auditor dedisset reuerentiales cum termino decẽ dierum, fuit resolutũ, ꝙ illa præfixio termini nõ potuit recipi per illum in præiudicium domini, qui habebat annum. Ant. Mar. Papaz.

SVMMARIVM.

Gesta per procuratorem domini in causa criminali personaliter citati, valent.

Decisio 10. aliàs 151.

SI citatus personaliter comparet per procuratorẽ, & cum illo procedatur in causa etiã criminaliter intentata vsque ad conclusionem inclusiuè, valet & tenet processus. per not. in c. j. de iudi. lib. vj. super ver. criminaliter. Tum etiã quia quilibet põt renuntiare iuri siue priuilegio sibi cõcesso. de consti. c. cùm accessissent. de regula. c. ad apostolicã. Tum etiã q a de facili redditur de extraordinario ordine ad ordinariũ. de ver. sign. c. sæpe. in cle. Et põt ferri sentẽtia absolutoria ꝑ absente. per legẽ. quamuis indubitati. C. ad leg. Iuli. de adulte. vbi de hoc per Iacob. de Are. * per dñm Nicol. Aureli. ante episcopum. Non ob. quod ibi not Frãc. Accur. & Cyn. post Io. An. in nouel. in d. c. j. de iudi. videlicet, ꝙ ista exceptio opponi põt in qualibet parte litis: quia illud intelligo verũ regulariter. Fallit in casu vbi iam esset in causa conclusum, & sentẽtia absolutoria pro absente ferẽda. Arch. tamen in c. qui generaliter. de procu. li. vj. dicit, ꝙ si in causa criminali admittatur procurator, tenet quod fit cũ eo.

*Infrà eo. titu. dec. 15.

* Per dominũ Nicol. Aureli. ante, &c. Ex emplaria anti qua sic habet Et Io. mona. Aurelien. episcopum, &c.

SVMMARIVM.

Si citatus ꝑsonaliter ꝑ procuratorẽ compareat, & procedat in ã, valet processus. h. d. Vel sic. Gesta per procuratorẽ dñi in causa criminali ꝑsonaliter citati, valẽt. 151.

EPITOME.

1 *Procurator si cõpareat pro citato ad personaliter cõparendum, valet processus parte non opponente ante conclusionem.*

ADDITIO.

1 IStud summariũ modicum valet, quia in effectu † dec. dicit, ꝙ si dominus citetur, ad cõparendum personaliter, & mittat procuratorẽ, ꝙ valent gesta per eũ parte non opponẽte, licet repelli posit quãdocunq; ante cõclusionem in causa, non aũt post, vide ad istã dec. infrà dec. 37. ad longum. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procurator in prima instantia substitutus, nõ potest per collegã procuratorem in secunda instãtia reuocari.

Decisio 11. aliàs 161.

SI duo procuratores cõstituantur in solidum cũ clausula, quod nõ sit melior cõditio occupantis, & cũ potestate substituẽdi & reuocãdi substitutos, &c. Sivnus eorũ primo substituat, & substitutus ille in prima instantia procedat: licet secũdus collega primi ꝓcuratoris substituẽtis in secũda instantia aliũ substituat, & ille in secũda instãtia procedat: tũ per huiusmodi substitutionẽ secũdi primus substitutus in prima instantia nõ censetur re-

uocarus: ita quòd ille primus substitutus potest procedere in tertia instãtia. quia sicut secũdus substituens nõ potuit suum collegã reuocare: ita, nec eius substitutũ. ar. eorum quæ le. & not. in c. si duo. de procu. li. vj.

SVMMARIVM.

Procurator in prima instantia substitutus, non potest per collegam procuratorem in secunda instantia reuocari. h. d. 161.

EPITOME.

1 *Substitutus ab vno ex duobus procuratoribus non potest per alterum reuocari.*

ADDITIO.

1 ISta verba, in secũda instantia, sunt superflua: quia nullo modo, & nullo tempore collega potest reuocare per rationem huius dec. videlicet, quia sicut non posset reuocare collegam: ita nec substitutum ab eo. facit in proposito dec. 16. hoc tit. in ant. vbi dubitat, sed nõ resoluit: & se remittit, quando duo sunt procuratores & vnus confitetur, alter negat. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procuratorium autentico sigillo munitum, etiã absq; notarij & testium subscriptione, valet ad causas.

EPITOME.

1 *Procuratorium autentico sigillo munitum quando ad causas fidem faciat & valeat.*

2 *Sigillum quando dicatur autenticum, remissiuè.*

Decisio 12. *alias* 162.

1 VAlet † procuratorium ad causas solo sigillo episcopi vel alterius prælati sigillatũ sine subscriptione notarij vel testiũ, dummodò sigillum sit recognitum vel probatũ: secus si negatum fuerit. hoc no. Hosti. in c. j. de procu. & facit optimè cle. j. de procu. eo. ti. & ibi per Io. An. & Pau. & Guil. qui alleg. duos text. pro hoc. vbi videntur casus ff. de procu. si procurator. de cens. c. sopite. facit c. cùm dilectus. de reli. do. de transac. c. contingit. & c. significauit. de appel. à cõtrario. Quia si ille actor habuisset verum & autenticũ sigillum capituli, ad causas fuisset admissus. sed quia ostendit duntaxat sigillum ad citationes & causas. ideo fuit repulsus secũdum glo. ibidem. Speculator tamen dicit, ꝙ sigillum ad causas non facit fidem in alijs. tit. de instru. edi. §. postremo. ver. Item quod non est sigillatũ eodem ti. de cita. §. nam
2 de. ver. literis igitur. Quod † verò dicatur sigillum autenticum vide Spe. de procu. §. ratione autẽ formæ. ver. Item quod non est in sigillo. eo. ti. de proba. §. fin. ver. x. vide Archi. qui alle. dictum Hosti. de procu. c. ij. libr. vj. & ibi per Io. An. in nouel.

SVMMARIVM.

Valet procuratorium ad causas solo sigillo antentico sine subscriptione notarij sigillatum. Vel sic. Procuratorium autentico sigillo munitum. etiam absque notarij & testium subscriptione, valet ad causas. 161

EPITOME.

1 *Procuratorium solo antentico sigillo munitum valet.*

ADDITIO.

1 ISta † dec. habet multas concordantes, quas vide per te, sed etiam omnes deci. alle. gandæ indigent declaratione: quia sic de plano non procedunt. Concordant enim dec. 9. 15. 19. 32. & 36. hoc titulo in anti. & faciũt ad materiam istam decis. 1. & 10. infrà de proba. & Aegid. 321. 323. & 327. sed si bene vis materiã istam intelligere, vide Fely. in c. 2. de fide instru. col. penul. A. M. P.

SVMMARIVM.

A. procurator constitutus contra B. mortuo B. non est amplius procurator, ita quod tertius veniens post ipsius mortẽ pro suo nouo interesse cũ eo procedere nõ poterit.

EPITOME.

1 *Personis mutatis in causa beneficiali mutata cẽsetur & causa.*

2 *Mandata procuratoris non extenduntur, nisi ad personas vel causas in illis expressas.*

Decisio 13. *alias* 171.

1 SI A. constituat † procuratorẽ contra B. in causa beneficiali, & in medio litis moriatur B. & post ipsius mortem veniat C. ad causam pro suo nouo interesse resumendo causam in statũ in quo B. quondam dimisit iuxta formam c. si ij. contra quos. in fi. vt li. pen. li. vj. nõ valebit processus habitus inter procuratores. A & C. quia mortuo B. extincta fuit lis quò ad eũ, quæ non transit in singularem successorem: prout le. & not. per Inn. de iud. c. quia verò. & de arbit. c. ex parte. & quia mutatæ sunt personæ, mutata est & causa. de test. c. veniens. & c. cùm in tua. de re iudi. c. cùm super. & c. fin. Præterea mãdata
2 † procurationis sunt stricti iuris, & ideo non extenduntur, nisi ad causas & personas in ipsis expressas. de proc. *Infrà eod. p.* c. qui ad agendum. li. vj. & Cle. non põt. eo. ti. Non obst. quod aliqui voluerunt dicere, ꝙ sicut hæres nouus vel vniuersalis successor potest litem à suo prædecessore inchoatam prosequi. C. de acquiren. pos. l. vlti. & ff. eo. tit. l. Pompo. §. cũ quis. ita & clerici seu beneficiati, qui succedunt in onere & honore & vniuerso iure prælato defuncto. de offi. del. c. quoniã abbas. de resti. spol. c. in literis. & ibi per Inno. Et respondet Inno. in d. c. quia verò. & fatetur hanc instantiam veram, si defunctus egit & litem instaurauit nomine ecclesiæ, beneficij vel prælaturæ: prout ponit ibidem exẽpla. Secus si nomine proprio: quia tunc est personalis actio, quæ non transfertur de persona in personam secundùm eum. Et quia non habet locum successio in ecclesiasticis hæreditatibus, sed opus est noua collatione, vt ibi no. in d. c. si ij contra quos. per Io. mo. faciunt not. in c. significauit. de rescript.

SVMMARIVM.

A. Procurator constitutus contra B. mortuo B. nõ est amplius procur: ita ꝙ tertius veniens post ipsius mortẽ pro suo nouo interesse cũ eo procedere nõ poterit. 171.

EPITOME.

1 *Procurator constitutus contra B. mortuo B. non est amplius procurator, etiam quò ad interesse putantes.*

2 *Successor in beneficio dicitur habere titulum à Papa, nisi surrogetur gratiosè.*

ADDITIO.

1 CVm ista † dec. cõcordat dec. 40. infrà eo. & Aegi. 314. quãuis deci. ista mihi clarissima videatur, nec esset opus tot fundamentis factis hîc absq; necessitate, quis dubitat, ꝙ si mandatum dicit ad causam cõtra B. ꝙ mortuo B. finitur mãdatum. Est bene verum illud quod dicit deci. ꝙ hoc non procederet in prophanis, vbi datur successio, & hæres repræsentat personam defuncti:
2 † In beneficialibus autẽ quis dicitur habere titulũ à Papa, & non dicitur succedere in locũ mortui, vt dicit hæc dec. in fine. & Sar. q. j. regulę de public. sed bene dubitari posset, quid si Papa gratiosè surrogasset istũ tertiũ loco B. an mandatũ esset extinctũ: quia lis substinetur in personam gratiosè subrogati: vt per Aegi. dec. 545. & Cass. dec. j. vt lite pendẽ. & Sar. q. 70. regulę de annali, præsertim quia papa solet subrogare ad litis & causę prosecutionem, & defensionẽ in eiusdẽ statu & terminis, vt dicit dec. 5. infrà vt lite pẽ. in fi. & Sar. q. 12. de triẽ. & propterea isto casu subrogatus dicitur repręsentare personã illius in cuius locũ subrogatur, sicut hęres: putarẽ tamen ꝙ procurator tunc posset petere inducias ad consulendũ dominũ, iuxta dec. infrà 31. & 11. vt lite pẽd. tamẽ mandata sunt stricti iuris, & non extenduntur, vt hîc, & per Cas. dec 1. eo. tit. si tamẽ B. egisset nomine ecclesię, fortè secus esset: quia quãdo prælatus agit nomine ecclesię, tũc datur successio, vt infrà dec. 29. vide tamẽ d. dec. 11. vt lit. penden. vbi mortuo B. actore, ille qui surrogatur in eius locum, procedit contra procuratorem rei, qui erat procurator contra B. & non cõtra subrogatum: sed ibi erãt verba exuberantia, de quibus suprà in surrogatione, videlicet ad litis & causæ procurationem in statu & terminis. considera bene tu prouecte, si scias aliam solutionem, & vide etiam infrà dec. vlti. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procurator cum potestate substituendi & reuocandi, &c. substituens & transferẽs totaliter suam potestatem in alium, protestãsq; quòd de cętero nolit in causa se intromittere, nihilominus quando voluerit re integra, potest onus procurationis reassumere.

Decisio 14. *alias* 184.

SI procurator habens mandatum substituendi & reuocandi, ac etiam reassumendi toties quoties sibi videbitur expedire, licet substituendo totaliter trãsferat potestatem

rat poteſtatem ſuam in alium,& proteſtetur quòd ammodo in cauſa huiuſmodi non velit ſe intromittere: nihilominus poſtea etiam re integra quandocunque voluerit onus procurationis in ſe reaſſumere,& vlterius in cauſa procedere poterit,propter formam mandati antedictam.pro quo alleg.ea quæ leg.& not.in c.licet. de proeu.lib.vj.per quam reaſſumptionem videtur ſuum ſubſtitutum reuocare,ſicut dominus:vt in c.ſi quem.de proeu.lib.vj.poteſt tamen ſi ſubſtitutus poſt huiuſmodi tacitam reuocationem procedat,acta per eum ratificare:ſecus verò ſi expreſſe eũ reuocaſſet,& inhibuiſſet,ne procederet.pro hoc alle.not.in c.ex parte decani. de reſcri.

SVMMARIVM.

Procurator cum poteſtate ſubſtituendi & reuocandi &c.ſubſtituens & transferẽs totaliter ſuam poteſtatem in alium, proteſtansq; ꝙ de cætero nolit ſe intromittere,nihilominus tamen quando voluerit, re integra, poteſt onus procurationis reaſſumere.h.d. Vel ſic. Procurator datus cum poteſtate ſubſtituendi, reuocandi, reaſſumendi,licet totaliter poteſtatem in ſubſtitutum transferat,poteſt tamen quandocunque reaſſumere procurationis onus.h.d. 184.

EPITOME.

1 *Procurator datus cum facultate ſubſtituendi, reuocandi & reaſſumendi,licet totaliter facultatem ſuam in alium tranſferat.pòt tamen quãdocunq; reaſſumere onus procurationis.*

2 *Procurator ſubſtitutus procedens in cauſa poſt reaſſumptionem cauſæ,de qua ſuprà,facit actus nullos,licet poſſint ratificari:ſecus tamen eſt,ſi eſſet expreſſe reuocatus: quia ratificari non poſſent.*

3 *Acta non poſſunt ratificari vt ſuprà quando.*

4 *Clauſula,cum poteſtate reuocandi totiens quotiens.*

5 *Clauſula,præſenti mandato in ſuo robore permanſuro.*

6 *Acta non poſſunt ratificari in præiudicium tertij.*

ADDITIO.

1 IN primo † ſummario deficit verbum,etiam,ante verba,re integra.Et in ſecundo ſummario deficiunt verba (etiam re integra) Vltra dicta in ſummarijs duo

2 alia etiam dicit hæc deciſio,videlicet,ꝙ † per talem reaſſumptionem cauſæ tacitè reuocatur ſubſtitutus, adeo ꝙ ſi procedat poſtea in cauſa,requiritur ratificatio actorum:ſecus tamen ſi expreſsè reuocaſſet, & inhibuiſſet,

3 De procederet:quia † tunc nõ potuiſſent acta ratificari, ad iſtam dec.facit dec.Biſeg.11.hoc titulo, ſed cogita ꝙd velint dicere illa verba deciſionis,etiam re integra,quia dictio,etiam.ſolet præſupponere fortiorem caſum. & leuior caſus videtur ſi procurator ſubſtituens reaſſumat, & procedat antequam ſubſtitutus cœperit procedere: prout dicit expreſsè dec.30.infrà eo. & ideo cogimur dicere, ꝙ deficiat verbum,non. & ꝙ deci. dicere velit, re etiam non integra,propter dictam dec.30.& præſertim

4 ſtantibus verbis, † totiens quotiens.de quibus in deci.& alijs verbis,quæ ad præſens vtũtur notarij communiter

5 videlicet,† præſenti mandato in ſuo robore permanſuro,quæ verba etiam ponderat Biſeg.dicta deciſ.11. perquæ verba nulli dubium eſt,ꝙ etiam re non integra ſubſtituens poteſt onus procurationis:reaſſumere, ſaltẽ bis, vt ſolent importare dicta verba,totiens quotiens. Et licet Biſignet.dicat quòd in illo caſu ſubſtituens non poterat reuocare,& ſic videatur contrarius præſenti dec. tamen ibi non habebat facultatem reuocandi vt hîc. Et

6 dum dicitur in fine huius dec.ꝙ † procurator poteſt acta ratificare:intellige dummodo non agatur de præiudicio tertij vel aduerſarij:vt in dec.1.eod.titulo in antiq. Dum autem etiam dicitur,ꝙ ſi expreſsè inhibuit , non poteſt ratificare.vide rationem per Fely. in c. ex parte decani.de reſcrip.& in c.nonnulli.§.ſunt & alij.eod.tit. dum loquitur de falſo procuratore & de procuratore reuocato.Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Accuſatus de crimine,detentus in carceribus per procuratorem ſe defendere poteſt.

EPITOME.

1 *Procurator in cauſa criminali non interuenit regulariter.*

2 *Procurator conſtitui poteſt in cauſa criminali , quando reus eſt captus.*

Deciſio 15. aliàs 201.

1 LIcet in † cauſa criminali nõ poſsit interuenire procurator ex parte rei:vt l.penul.§.ad crimẽ.ff.de publi.iudi.& de accu.c.veniẽs.& c.licet tamen.ſi reus accuſatus vel accuſandus de crimine detineatur in carcere,poteſt procuratorẽ conſtituere ad defendendum ſe. Nam prædicta regula habet locum in reo ſiue accuſato

2 libero:† ſecus in capto & cõſtricto,cui nõ eſt denegãda legitima defenſio,quæ non negaretur etiam & diabolo,ſi eſſet in iudicio.de excep.c.cùm inter.quæ ſi per indicẽ denegaretur,ab huiuſmodi denegatione licitè poſſet appellari.de appel.c.vt debitus.& c.dilecto. Pro quia concluſione vide not.in dict.§.ad crimen.imò poſſet iuridicè ſuſtineri & dici, ꝙ talis poſſet & deberet à quolibet defendi,etiã ſine mandato.per l.ſeruum quoq.§.publi.ff.de procura.& xxv.q.v.aliàs v.q.iij.c.reos.

Add.ad hanc. deci.x. ſuprà e.titu.

ADDITIO.

Iſta dec.eſt ſatis clara, vide tamen deci.ſequentem & infrà. 35.Ant.Mar.Pap. SVMMARIVM.

Vxor clerici coniugati poteſt conſtituere procuratorem ad agẽdum & defendendum pro ſuo marito in carceribus detento. EPITOME.

1 *Vxor pro marito incarcerato procuratorem conſtituere poſſe iuris eſt.*

Deciſio 16. aliàs 203.

1 VXor † prætenſi clerici coniugati detenti in carceribus poteſt procuratorẽ ad agendum & defendendum pro dicto ſuo marito detento cõſtituere: tum quia coniuncta perſona eſt : tum quia etiã videtur ſuam proſequi iniuriam.Pro prima ratione faciunt ea quę ll. & not.in c.nõnulli.per Inno.& Hoſti.& c. ex parte decani.de reſcrip.ff.de procu.l.ſed & hæ perſonæ. Pro ſecunda ratiõe facit c.de cætero.de teſti.de accu.c.cùm P. & ea quæ not.ij.q.vij.in ſumma per Hoſti.& per Io.

SVMMARIVM.

Vxor clerici detenti in carceribus poteſt pro marito procuratorem conſtituere.h.d. 203.

EPITOME.

1 *Procuratorẽ conſtituere poteſt vxor clerici pro marito detento*

ADDITIO.

1 ISta † dec.dum dicit,ꝙ vxor poteſt pro marito procuratorẽ conſtituere,quia coniuncta perſona,non ſatisfacit:quia licet coniuncti admittantur pro coniuncto in iudicio,& popularibus actionibus ac pro vniuerſitate, ac canonicus pro canonico vt ſuprà dec.6.& infrà.36. tamen tales non poſſunt cõſtituere procuratorẽ:vt in dec. 34.hoc tit.in anti.& infrà.35.& per Fely.in c. nonnulli. de reſcrip.§.ſunt & alij.nn.42.ſed alia ratio in hac deci. allegata videlicet,ꝙ hîc vxor videtur ſuam proſequi iniuriam:melior videtur per iura hîc allegata.A.M.P.

SVMMARIVM.

Habens mandatum ad opponendum crimina defectus,poteſt illa opponere quamuis in procuratorio ſpecificata non fuerunt. EPITOME.

1 *Procurator poteſt opponere crimimina , licet non exprimantur in mandato.*

Deciſio 17. aliàs 254.

1 PRocurator habens ſufficiens mandatũ ad agendum vel defendendum ac etiam crimina vel defectus in perſonam & formam opponendi: licet etiã crimina vel defectus in procuratorio nõ exprimantur: poteſt nihilominus crimina certa & defectus quoſcũque opponere,& de illis excipere. Nam licet huiuſmodi expreſsio criminum & defectuum requiratur in procuratorio ad appellandum ab alicuius electio.prouiſio.vel poſtulatione facta vel fienda,vt in c.procur.de elect.lib.vj .tamen hoc non requiritur in procuratorio ad agendum & defendendum:prout not,Io.An.& Pau.in cle.nõ poteſt.de procu.qui alleg.dictũ Compoſt.in c.j.de elect.lib.vj. & ibi etiã per Pe.de camp.& Ar.& Spe.in ti.de procu.§.j. ver.ſed nunquid ſufficit. SVMMARIVM.

Procurator poteſt opponere crimina licet non exprimantur in mandato.h.d. 254. ADDITIO.

SVmmarium iſtud non cõprehendit omnia. Nam dicitur hîc,ꝙ in mandato ad appellandum ab alicuius electione , prouiſione vel poſtulatione facta vel

fienda, debent exprimi crimina certa & defectus opponendi: in mandato autem ad iudicia sufficit, q̃ dicatur ad agẽdum vel defendendum, ac crimina & defectus in personam & formã opponendum. tex. tamen istius dec. sub titulis est corruptus in secunda linea, dum dicit, ac etiam. vel vult dicere ac crimina & defectus, vt dicitur in alia impressione. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Habens procuratores ad negotia & ad iudicia simul: & postea constituens alios ad iudicia cum reuocatione quorumcunque &c. non intelligitur reuocasse nisi ad iudicia constitutos. EPITOME.

1 *Tacita generalis procuratorum reuocatio non nisi ad species expressis similes extenditur.*

Decisio 18. aliàs 256.

1 SI † quis constituat plures procuratores certos & insolidum ad negotia & iudicia in vno procuratorio: & postmodum constituat alios ad iudicia tantùm cum reuocatione omnium procuratorum suorum aliàs sub quacunque forma verborum per ipsum constitutorum, procuratores ad iudicia aliàs per eum constitutos videtur duntaxat reuocasse, & non alios ad negocia. Ratio: quia duo & diuersa videntur esse mandata. & licet vnum sit reuocatum: tamen stat reliquum. Et clausulæ huiusmodi generales sunt ciuiliter intelligendæ: vt. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vi. tri. & ole. lega. præsertim si appareat per aliquem actum dicti reuocantis alios procuratores ad negotia constitutos, noluisse reuocasse: prout ponebatur in facto. puta, quia vnus de electis procuratoribus ad negotia constitutus post huiusmodi reuocationem beneficium aliquod vacans nomine domini sui acceptauit: quam quidem acceptationem idem dominus ratam & gratam habuit, fecitq; sibi de illo beneficio prouideri, & se in possessionem induci, & per aliqua tempora illud beneficium sic acceptatũ tenuit & possedit, per quos actus expresè apparet q̃ ipsum reuocari noluit. ergo &c. ar. eorum quæ le. & not. in c. licet. de procu. lib. vj.

SVMMARIVM.

Si constituẽs procuratores ad iudicia & negotia, alios ad iudicia tantùm constituat, reuocando omnes alios cõstitutos, solùm ad iudicia intelligitur reuocare. 256.

EPITOME.

1 *Procuratorem constituens in eodem mandato ad lites & negotia, si alios ad lites tãtùm cõstituat, etiam cũ reuocatione aliorum sub quacunque forma constitutorum, non videtur reuocasse constitutos ad negotia.*

2 *Reuocatio non est intimanda, quando agitur tantùm de præiudicio reuocantis.*

ADDITIO.

1 ISTud summarium potuisset melius colligi. Nam dicitur hîc, q̃ † si quis constituat plures procuratores insolidum ad negotia & lites in eodem mandato, & postea constituat alios ad iudicia tantùm, cum reuocatione omnium procuratorum suorum, alios sub quacũque forma verborum per ipsum cõstitutorum: procuratores ad iudicia, aliàs per eum constitutos videtur duntaxat reuocasse, & non alios ad negotia: quia duo diuersa videntur esse mandata. Et sic vt vides primi procuratores erant constituti in eodem mandato. si enim fuissent constituti in diuersis mandatis, & vnus ad iudicia, & alij ad negotia: tũc materia erat clara, maximè stãtibus illis verbis, sub quacũque verborũ forma. de quibus verbis videlicet in eodem mãdato & alijs, videlicet sub quacunq; verborum forma & non fit mentio in summario. De materia reuocationis procuratorum, habes etiam suprà dec. 2. & 4. & infrà. 20. & 22. & in antiq. 11. 14. 22. & 25. & in terminis huius dec. vide Fel. ponẽtem plura exẽpla, in c. ex parte decani. col. iij. ĩ verbo, reuocatio. nu. 11. cũ duab⁹. col. seq. & in c. sedes. de reser. col. v. nu. 21. Et aduerte in hac impressum allegat l. q̃a dub. ia. vult dicere l. fi. §. cui dul-
2 cia. & vide dec. 11. hoc titulo, in antiq. vbi † si quis fecit procuratorem ad acceptandum, si secũdo facit alios procuratores, videtur primum reuocare, & etiam q̃ non sit certificatus, non potest acceptare: quia agitur tantùm de præiudicio constituentis. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procurator articulos post eum datos etiã per iuramẽtum de stilo palatij reuocare potest, etiam non docto de errore.

Decisio 19. aliàs 260.

PRocurator articulos datos per eum etiam per iuramentum tanquã datos per errorẽ etiam non docto de errore potest reuocare de vsu stilo & obseruãtia palatij, licet de iure esset contrarium fortè obseruandũ, prout le. & not. de confes. in c. fin. & ibi per Inno. quem quidem stilum dicebant aliqui domini indifferẽter esse obseruandum in causis beneficialibus & matrimonialibus, in quibus vertitur animæ periculum: nec potest haberi recursus contra procuratores, qui non sunt semper bene instructi, & ideo semper & frequenter dant & ponunt contraria, propter nouas informationes eis missas, vel datas per clientulos suos, quæ postea reuocãt, & amittitur eorum reuocatio, saltẽ cum iuramento super errore, vt sciatur veritas. In causis vero prophanis idem, vbi articuli fuerunt dati per iuramentum: tunc enim secundum aliquos dominos nunquã admitteretur procura. ad reuocationem errorũ, vel ad dandum de materia cõtraria propter not. in c. cùm in positionibus. de confes. li. vj. Adde singularia.

SVMMARIVM.

Procurator articulos per eum datos etiam per iuramentum de stilo palatij reuocare potest, etiã non docto de errore. hoc dicit. 260.

EPITOME.

1 *Confessio procuratoris reuocari potest per dominũ, etiam si facta sit in articulis medio iuramento datis.*

ADDITIO.

ISTud summarium procedit simpliciter in causis beneficialibus & matrimonialibus, in causis, vero prophanis dec. dubitatiuè loquitur, licet idẽ etiam in istis seruari viderim, habes dec. 2. de confes. & 32. de test. in anti-
1 quæ dicũt, † dominum posse reuocare confessionẽ procuratoris, & in terminis huius dec. vide Aeg. 695. & per Felyn. in c. j. vt lite non conte. nume. 28. vbi prosequitur materiã per tres col. Et aduerte ad text. hîc in fine dum allegat c. cùm in positionibus. de confessis, vult dicere de iureiuran. lib. vj. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Dominus appellando à diffinitiua, reuocat procuratorem primæ instantiæ quamuis habeat mandatum ad appellandum & appellationem prosequendum.

EPITOME.

1 *Procurator postquam est dominus litis, an tacitè vel expressè sine causa possit reuocari.*

2 *Testamentum secundum rumpit primum.*

Decisio 20. aliàs 281.

SI contra procuratorẽ constitutum ad certã causam etiam cum mandato appellandi & appellationem prosequendi, & qui est litẽ contest. feratur sententia diffinitiua, à qua nõ ipse sed dominus appellauit: & causam appellationis committi obtinuit alteri auditori, coram quo libellum dedit, aliosq; procuratores simpliciter & sine protestatione ad eandem causam constituit. qui dum onus procurationis recipere recusassent, primus procurator alterius in hac secunda instantia processit vsq; ad conclusionẽ incluſiuè. dubitatur vtrum valuerit processus in secũda instãtia habitus cũ huiusmodi procuratore. Aliqui volẽtes sustinere processum dicebant, q̃ sic.
1 Nam † ipse per litis contest. in prima instantia factus erat dominus litis & totius causæ, & sic nec tacitè nec expresè sine causa poterat reuocari inuitus. de procu. c. ij. lib. vj. cum ibi not. Præterea licet dominus appellauerit, per huiusmodi appellationẽ suum procuratorẽ non reuocauit: imò potius factum suũ approbauit. per l. iij. §. falsus. ff. rem ratã hab. & ff. de iud. licet. & not. ff. de re iudi. c. j. Item multum ponderauerunt domini hoc dicẽtes, q̃ secunda constitutio procuratoris nõ habuit effectum propter contradictionem eorũdem. ergo perinde est ac si nunquam fuisset facta. de elect. c. si electio. li. vj. de transla. c. inter corporalia. Alij & maior pars de quorum numero ego fui, tenuerunt cõtrarium, nõ ponderãdo appellationem, sed comparitionẽ & alios actus præ-

fertim

sertim substantiales,quos exercuit & fecit in secūda instātia dominus principalis in propria persona, videlicet impetrando commissionem,dando libellum sine protestatione,per quos actus non est dubiū siue ante siue post litem contesta.tacitè procuratorem reuocare : vt in c.si quem.de procur.lib.vj.Præterea dando secundum , primum videtur & censetur reuocare,de procur.nō iniustè. cùm ibi not.etiam si secundusprocurator noluerit acceptare mandatum.secundùm Ioan.And. in c.si duo.in j. glo.de procura.lib.vj.qui alle.§.posteriora. insti. quibus
2 mo.test.infir. vbi dicitur , ꝙ secundum † testamentum rumpit primum,licet in secūdo testamento aliquis hæres non sit vel esse noluerit.de quo etiam remittit Ioan. An.vbi suprà ad Spec.ti.de procur.§. ratione autem formæ.ver.sed eum dato secundo.Item tenet Archi.in c.licet.de procu.qui alle.ff.de adi.le.l.& transferam.& l.legatum.§.pater.Ioa.An.in nouel.in d.c.si duo.super prędicta glo.alle.pro contrario ff.quando lib. ap. disce.l. si id quod.vbi remittit,etiam ad not.in.§.pręterea.institu. qui.mo.tol.ob.in glo.sed quæ.& ad nota . per eum post Dy.in regu.non pręstat.de reg.iur.lib.vj. Ad illud quod dicebatur per alios dominos de lite contest.per quam factus erat dominus litis. Respondetur , ꝙ licet factus sit quis dominus litis per litis contest.hoc est illius instantię:tamen non est factus dominus causæ.ergo finita instantia per sententiam ammodo cessat potestas acquisita per litis contestationem.Cessat ergo potestas data ad appellandum,& ad appellationem prosequendum,propter appellationem interpositam per dominum, & prosecutionem eiusdem.ar.c.si quem.superius alleg.

SVMMARIVM.

Dominus appellando à diffinitiua reuocat procuratorem primæ instantiæ,quamuis habeat mandatum ad appellandum,& appellationē prosequendum.Vel sic.Procurator contra quem lata est sententia, censetur reuocatus,si non ipse sed dominus appellauit,ac alios sine protestatione constituit. 281.

EPITOME.

1 *Procurator censetur reuocatus, si dominus appellet à sententia, & alios procuratores etiam non acceptantes constituit.*

2 *Procurator non censetur reuocatus per actū domini necessariū.*

3 *Procurator non efficitur dominus causæ,sed instantiæ.*

ADDITIO.

1 PRimum summariū nihil valet,secundum † verò potest stare.Sed aduertendum est,ꝙ vis non stat in eo, quòd dominus appellauerit:sed quia post appellationem plures actus substantiales fecit,ac alios procuratores constituit,etiam ꝙ ipsi non acceptauerint,quod non refert vt hîc,& per Aegid.dec.530.& dixi suprà dec . 7. Dicitur enim expresse in dec.ista , ꝙ appellatio & non acceptatio procuratorum nihil operantur in proposito,
2 & sic dec.remanet clarissima.Aduerte tamen,ꝙ † si dominus faciat aliquem actum necessarium, puta respondeat positionibus &c.non videtur reuocare procuratorem:vt in dec. 22.& 31.in ant.hoc tit.& videbimus aliquid infrà. 25. vbi idem dicitur in procuratore faciente actum necessarium,quod non censetur reuocare substitutum,& etiam satis ad propositum faciunt quæ dixi su
5 prà eo.dec.4.nu.3.Et nota hîc in fine,ꝙ licet † procurator per litis contestationem efficiatur dominus litis, & est illius instantiæ:non tamen efficitur dominus causæ. Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Possessio iuris canonicalis vel præbendæ per specialem procuratorem acquiritur,non per negotiorum gestorem:nisi dominus ratum habuerit infra tempus, infra quod potuisset possessionem nanciscī.

EPITOME.

1 *Mandatum speciale an requiratur ad capiēdam possessionem beneficij.*

2 *Possessio corporalis potest per quemcunque recipi,etiam per excommunicatum.*

Decisio 21. aliàs 290.

1 AD recipiendum † possessionem iuris canonicalis vel præbendæ requiritur speciale mandatum .ff. de acqui.pos.l.iij.& facit pro hoc not . in c.accedens.de præben.vbi dicit gl.in fi. ꝙ dominium vel possessio non acquiritur per negotiorū gestorē.ff. de negot.gesto.si ego.hoc verū nisi dominus ratum habeat: vt ibi not.in d.l.j.§.per procuratorē . quæ quidem ratihabitio debet fieri infra idem tēpus, infra quod prędicti actus deberent expediri per dominū,aliâs post lapsum illud tempus,nil valeret ratihabitio.ff.rem rat.habe.l.penul . Pro hoc vltimo dicto vide Io.mona.in c.quàm sit . de elect. lib.vj.in.§.cęterū.super ver.petere.in vltima quęstione. Contra tamen prædictā conclusionem videtur facere glosella Io.An.in cle.j.vt lib.pen.super. ver.collato.ibi,
2 sed vbi amicus. Ego crederē salua † correctione possessionem corporalem beneficij, quæ est facti , posse recipi per cōmunem amicum , siue consanguineū sine speciali mandato:quia potest dari & capi per excōmunicatum, de præben.c.pro illorū. in fi. Et sic potest intelligi glosa Io. An.in clem.superius alleg.Secus verò de possessione, quæ multū haberet iuris,siue per quā dominium beneficij vel canonicatus daretur,quę sine speciali mandato nō acquirūtur:vt in primis iur.pro quovltimo dicto faciunt quędā not.per Io. An.in nouel.de pręb.c.si tibi absenti.super glo.iij.libr.vj.& per Archi.super versic.collationem.

SVMMARIVM.

Ad recipiendum possessionē iuris canonicalis,vel prębēdę requiritur speciale mandatū. h.d. Vel sic. Possessio iuris canonicalis per specialem procuratorē acquiritur, non per negotiorū gestorem,nisi dominus ratū habuerit infra tps infra qđ potuisset possessionē nāsciscī.h.d.290.

EPITOME.

1 *Procuratorium speciale requiritur ad capiendum possessionem canonicatus & prębendæ.*

ADDITIO.

1 ISta † dec.vario modo intelligitur per doc . vt refert Fel.quem vide in c.nonnulli.de rescrip.§.sunt & alij. nu.28.& vide Dominicū in c.si tibi. de præb. libr.vj. qui tenet contra istā dec.Et aduerte, dum hîc allegatur l.iij.de acqui.pos.vult dicere l.j.§.per procuratorē. facit ad hanc materiā dec. Aegi.55.vbi etiā si sic datur procurator specialiter ad capiēdum possessionē,ipse nō potest capere possessionem plenam , alium spoliando . Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Per generalem constitutionē procuratoris ad omnes causas non reuocatur procurator prius ad certam causam specialiter deputatus.

EPITOME.

1 *Procurator constitutus ad certam causam,non reuocatur per generalem constitutionem alterius ad omnes causas.*

Decisio 22 aliàs 298.

1 SI quis † constituat procuratorem * ad certā causam specialiter prosequendum.& subsequēter constituat alios generaliter ad omnes & singulas causas motas & mouendas prosequendum,primum reuocare non censetur,per regulam,generi per speciem.de reg.iu.li.vj.de rescrip.c.j.& de pręben.c.dudum.eo.lib.Et faciunt not. per Hosti.in c.in nostra.de procu.& per Io.An.in c.non iniustè.e.ti.in nouel.

SVMMARIVM.

Per generalem constitutionē procuratoris ad omnes causas,non reuocatur procurator prius ad certam causam specialiter deputatus.h.d.Vel sic.Procurator ad vnā causam specialiter constitutus,per constitutionem generalem alterius ad oēs causas nō censetur reuocatus. 298.

ADDITIO.

ISta decisio est satis clara: ideo non curaui perquirere concordantes.faciunt dicta suprà decis.18. Anto.Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Procurator qui ad substituendum duntaxat onus recipit , & substituit cum clausula , donec, &c. mortuo vel recedente substituto , tenetur notario causæ satisfacere,si principalis non sit præsens in curia.

EPITOME.

1 *Procurator qui acceptauit ad effectum substituendi tantùm mortuo vel recedēte substituto,tenetur satisfacere notario.*

Add. ad hanc suprà eo.ti.dd 10.

** Procuratorē Si vis videre singularia & specialia in materia procuratorum,vide do. Pet. Rauē. in suo alphabeto aureo In verb.procurator . vbi multa ponit digna memoria , quæ rarò inueniuntur, & ab ipso bene fuerunt collecta.*

Decisio 23. *aliàs* 303

LIcet procurator constitutus ad causam recipiat onus duntaxat ad substituendum, & substituat: si substitutus decedat vel recedat, nihilominus prædictus procurator substituens tenetur satisfacere notarijs illius causæ de salario eorum, si pars principalis non sit in curia, quæ si fuerit præsens, ad satisfaciendum compellatur. Ratio: quia semel recipiendo onus procurationis ad omnia tenetur, quæ incumbunt, & sine quibus lis expediri non potuit. de procur. c. accedens. & c. constitutus. vt lit. non contest. c. 1. de procu. c. j. in cle. aliàs enim possent fieri fraudes multæ, & prorogationes litium, quibus est occurrendum. de do. & contu. c. finem. de offi. ordi. c. vt litigantes. lib. vj. de rest. spo. frequens. cum similibus. & etiam notarij in salarijs eis debitis possent defraudari, quod esse non debet. dignus est enim operarius mercede * sua. de præscrip. cùm ex offi. de præbend. c. cùm secundùm apostolum. de magis. c. super Specu. cum multis similibus.

* *Sua mercede. Est autem mercesid quod recompẽsatur pro retributione alicuius operis. ideo reddere mercedẽ est actus iustitiæ. sicut reddere pretiũ rei empiæ secundùm beatum Thomã. 3. ij. quæst. xiiij. articul. j.*

SVMMARIVM.

Procurator qui ad substituendum duntaxat onus recepit, & substituit cum clausula, donec &c. mortuo vel recedente substituto, tenetur notario causæ satisfacere, si principalis non sit præsens in curia. h.d. 303

ADDITIO.

ISta dec. refert & sequitur Cassa. dec. 1. hoc titulo, sed in casu quãdo procurator acceptauit simpliciter, aliàs valde dubitarem de veritate dec. & ideo semper seruabis cautelam de qua infrà dec. 26. Ant. Maria Pap.

SVMMARIVM.

Ad allegandum causas absentiæ, vel excusationem pro personaliter citato, admittitur etiam generalis procurator.

EPITOME.

1 *Procurator ad allegandas absentiæ causas etiam in causa criminali admittitur.*

2 *Procuratorem ad allegandum & defendendum absentiæ causas & proponere & allegare posse. Quod quilibet procurator etiam simpliciter constitutus facere potest.*

3 *Publicæ vtilitatis esse absentem à quocunque defendi.*

Decisio 24. *aliàs* 314.

1 PRocurator † constitutus in causa criminali pro citato personaliter ad agendum & defendendum potest causas rationabiles absentiæ & impedimentorũ quare venire non potuit personaliter, allegare: licet ad excusandum seu excusationes proponendum non fuerit expresè & specialiter constitutus. Pro quo videtur textus expressus & rotundus de accu. c. veniens. vbi papa voluit procuratorem archiepiscopi Pragen. in causa criminali per eum destinatum admittere: sed tamen ei concessit audientiam, vt si possent ipsum aliqualiter à personali comparitione excusaret. facit etiam c. exposuit. de

2 dila. vbi † procurator constitutus ad agendum & defendendum proposuit & allegauit causas absentiæ pro Burdegalen. archiepiscopo, ℘ quilibet procurator etiã simpliciter constitutus facere potest & debet, secundùm glo. ibidem, quæ rationem ponit ibidem. quia procurator tenetur exceptiones omnes domino competentes proponere, aliàs imputabitur ei. ff. de except. l. omnes. & ff. de

3 fideius. l. ex persona. Alia etiam ratio potest assignari † quia publicæ vtilitatis est absentem à quocunque defendi, & quẽlibet verba pro reo facientẽ audire. ff. de procu. l. seruũ quoq; ℣. publicę. xxiij. q. v. aliàs. v. q. iij. reos.

SVMMARIVM.

Ad allegandum causas absentiæ. vel excusatiões pro personaliter citato, admittitur, etiam generalis procurator. h.d. Vel sic. Procurator constitutus ad agendũ & defendendum pro citato personaliter, potest allegare iustas absentiæ causas. h.d. 314.

EPITOME.

1 *Procurator generalis potest allegare iustas causas absentiæ pro citato ad personaliter comparendum.*

ADDITIO.

1 ISta † dec. est satis clara, & cum ea concordat decis. 7. hoc titulo in anti. vbi etiam dicit, ℘ in mandato requiritur clausula ad iurandum de calumnia in animã domini, & ℘ talis procurator debet nedum allegare, sed etiam offerre in termino, se causas excusationum probaturum, & facit in terminis dec. Aegi. 211. vbi habetur, quòd valet mandatum ad excusandum non habens causas excusationes expressas. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Si procurator habens ad substituendum mandatũ sufficiens substituat, & substitutus onus acceptando litem contestetur in causa, & procedat: quamuis substituẽs ad compulsionem iudicis aliquid faciat, dummodo in causa vlterius non procedat: nõ videtur substitutus propterea reuocatus.

EPITOME.

1 *Procurator qui compulsus in propria partis aduersæ respondere: ob id suum substitutum reuocasse minimè censetur.*

2 *Non obsunt ea quæ compulsi, vel metu facimus.*

Decisio 25. *aliàs* 318.

1 SI † procurator habens mandatum substituendi substituat, & ille substitutus onus procurationis suscipiendo litem contestatur, & in causa procedat: licet substituens postea in processu causæ cõpulsus per iudicem, vt articulis aduersarij respondeat, vel aliquem aliũ actum faciat: per hoc nõ censetur suum substitutum reuocasse, dummodo postea non ipse, sed solus substitutus in causa procedat. Ratio, quia fortè tanquam legalior persona & melius instructa ad id cõpellebatur: quia non voluntarius, sed compulsus hoc fecit. Secus verò si voluntariè & substituto consentiente respondisset. Et sic intelliguntur ea quæ le. & no. in c. sequen. in fi. de procur. libr. vj. Ea enim quæ compulsi & metu excommunicationis facimus nobis imputari non debent. argu. not. in c. cùm dilecti, quod metus causa.

SVMMARIVM.

Procurator qui cõpulsus in præsentia partis aduersæ positionibus respõdet, non cẽsetur propterea huiusmodi substitutum reuocasse. h.d. Vel sic. Si procurator habens ad substituendum mãdatum sufficiẽs substituat, & substitutus onus acceptando litem contestetur in causa & procedat: quamuis substituens ad compulsionem iudicis aliquid faciat, dummodo in causa vlterius nõ procedat, non videtur substitutus proprerea reuocatus. h.d. 318.

EPITOME.

1 *Procurator substitutus non reuocatur per actus necessarios substituentis.*

ADDITIO.

1 ADuerte, † ℘ hîc in mandato istius procuratoris nõ aderat clausula, de qua dixi suprà dec. 4. vbi videas, & infrà dec. 30. si enim ibi fuisset illa clausula, sic de facili nõ reuocaretur substitutus, vt dictum fuit suprà dec. 2. & 4. & 20. Et nota hîc in fine dec. ℘ ea quę compulsi vel metu excommunicationis facimus, nobis obesse non debent. tex. not. in c. dilecti. quod metus causa. Ad istam dec. applicari possunt dec. 22. & 31. hoc titulo in antiq. vide eas quæ loquuntur de dominis, qui constituerunt procuratorẽ, & postea fecerunt actus necessarios, & vide omninò Felyn. in c. ex parte decani. col. penul. nume. 54. de rescrip. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Mandatum habens substituendi, si post litem contestatam substituat, an substituto decedente, vel recedente teneatur litem prosequi.

EPITOME.

1 *Procurator qui post litem contestatam substituit: substituto recedente vel mortuo causam ipsam prosequi compellitur.*

Decisio 26. *aliàs* 373.

1 FVit dubitatum, vtrum † habens mandatum substituendi, si post litẽ contest. per eum factam aliũ substituat cum clausula, donec. & c. & ille substitutus in causa procedat, & moriatur vel recedat: prædictus substituens posit compelli inuitus ad prosequendũ causam vlterius vsq; in finem. Et videbatur quod nõ. Quia est officium voluntariũ, vile & onerosum: & ideo nemo compellitur inuitus ad suscipiẽdum huiusmodi officiũ. C. de procura. l. inuitus. & eod. titu. non inuste. cum ibi not. quæ sunt vera ab initio antequam onus procurationis susceperit: sed postquã susceperit semel maximè lite cõtestata

testata tenetur dominum defendere, & causam vlterius prosequi etiam inuitus: vt in c.j. & in c.is qui. & c.si duo. & c.licet. de procu.li.vj. facit optimè cle.j.e.ti. facit in simil. nam licet procurator qui litem est cõtestatus tenea tur appellare à diffinitiua: tamẽ non tenetur eam prosequi. vt in d.c. non iniustè. hoc verum, nisi constitutus fuerit etiam ad appellationem prosequendũ, & mandatum huiusmodi susceperit: tunc enim ad huiusmodi appellationem prosequendum compellitur: vt leg. & not. infrà de appel. dec. 7. sic est in proposito. ergo. & pro hac parte fuit concluſum per omnes dominos.

SVMMARIVM.

Substitutẽs donec reuocauerit: substituto eius differẽte causam reassumere, & eius appellationem prosequi compellitur, si ad hoc mandatũ habet. h.d. Vel sic. procurator qui post litem cõtestatam ab eo substituit, cum clausula, donec eas ad se &c. mortuo vel recedente substituto causam prosequi compellitur. 373.

EPITOME.

1 *Procurator substituens tenetur defendere causam, si substitutus deficiat etiam in secunda instantia.*
2 *Mandatum debet produci per compulsum, si procurator non vult obligari ad aliquod onus.*
3 *Procurator qui litem est contestatus, tenetur appellare, non tamen prosequi.*

ADDITIO.

1 ISta † dec. parum seruit, & videtur extra propositum illud, quod dicitur post litem cõtestatã: quia siue antè, siue post litẽ contestatã substituat siue cum clausula, donec, siue sine ea, ipse remanet procurator, & tenetur defendere dominũ, si simpliciter onus acceptauit, vt dixi supra dec. 9. Et ideo inoleuit stilus, ℣ † cauti procura-
2 tores dant mandatum per compulsum, & demùm acceptant onus ad effectum substituendi tantũ, ac substituũt: & tunc non potest habere locũ hęc decis. quæ in effectu loquitur in casu claro, quãdo quis habebat mãdatum ad causam, & simpliciter substituit quo casu, vt in dies sernamus. etiam substituto præsente citamus substituẽtem, qui re vera remãsit procurator, & qui non põt aliter diffugere, ne citetur, nisi faciat se expresè reuocare per dominum: Vide tamen infrà dec. 30. ex qua potest colligi, quæ fuerit ratio dubitandi in præsenti dec. & dum dici
3 tur hîc, ℣ † procurator qui litem est cõtestatus tenetur appellare, non tamen prosequi, adde Aeg. 346. & supra d. dec. 9. nu. 4. & 5. Anto. Ma. Pa.

SVMMARIVM.

Quamuis in contrahendo matrimonium carnale vel spirituale exigatur speciale mandatum: tamen sufficit vtrobiq; ad iudicia mandatum generale.

EPITOME.

1 *Mandatum speciale an ad agendum in causa beneficiali sit necessarium.*
2 *Mandatum speciale an sit in causis beneficialibus necessarium.*
3 *Laicus an possit esse procurator in causa beneficiali in iudicio agitanda.*

Decisio 27. aliàs 375.

1 EVit † dubitatũ, vtrũ ad agendum & defendendũ in causa beneficiali requiratur speciale mandatũ. Nam quidã procurator habens mandatũ generale: puta in omnibus & singulis causis motis & mouendis, dño suo per quascunq; personas processit in quadã causa beneficiali, & reportauit sententiam contra se. Dubitatur an sententia valeret? Videbatur aliquibus quòd non valeret, nec teneret sententia lata cum dicto procuratore: quia sicut in matrimonio carnali requiritur speciale mãdatum nedum ad contrahẽdum, sed etiam ad agendum & defendendum: vt de procu. c. accedens. & c. fi. e. ti. lib. vj. & ibi not. per Io. an. & etiam in c. qui ad agendum. e. ti. in glo. vlti. in nouella. ergo & matrimonio spirituali: quia multùm sunt similia, & de vno arguitur ad aliud de translatio. cap. inter coporalia. Quòd autem requiratur speciale mandatum in matrimonio spirituali contrahendo videtur textus de electio. capitu. fina. §. penulti. libro sexto. & eodem tit. cap. quia propter. & de præben. capitu. accedens. cum ibi no. & quòd etiam ad agendum
2 requiratur † speciale mandatum, facit text. cap. procurator. de electi. libr. vj. Præterea sub generali clausula non veniunt maiora, licet similia: vt in cap. qui ad agendum. iuncta clemen. non potest. eod. ti. facit decre. sedes. de rescript. Nam causæ beneficiales reputantur magnæ & periculosę, & ideo in illis multa specialia statuuntur. de elect. cap. quam sit. cap. quamuis. & cap. vt circa. lib. vj. de procura. si duo. §. fi. eod. lib. de appel. oblatę in fi. & ca. vt debitus. in fi. ergo &c. Prædictis argumentis non obstantibus fuit decisum contrarium. Nam non reperitur in cure cautum, quòd huiusmodi causæ beneficiales requirant speciale mandatum quò ad agendum in iudicio, nec inter casus speciales requirentes speciale mandatum, qui numerantur per Ioan. and. in dicto cap. qui ad agendum. & in Spec. titu. de procu. §. j. ver. Item opponitur, quòd licet habeat generalem. Iste casus ibi non numeratur. ergo &c. Præterea causa, beneficialis causa est. & quia prædictus procurator fuit constitutus in omnibus & singulis causis motis & mouendis, & hæc poterat compræhendi sub illa ergo &c. de causa possio. &
3 propri. causa beneficiali. in clem. Præterea laicus † potest esse procurator in iudicio in causa beneficiali ad agẽdum: vt in c. j. de procura. licet non ad eligendum: vt in c. fi. de elect. li. vj. de quo omnia contraria loquuntur, & sic non obstant. Idem fuit postea determinatum per omnes etiam in causa matrimoniali ad agendum per eadem motiua & per c. accedens. de procura.

SVMMARIVM.

Quamuis in contrahendo matrimonium carnale, vel spirituale exigatur speciale mandatum: tamen sufficit vtrobiq; ad iudicia mandatum generale. h.d. Vel sic. Ad agendum & defendendũ in causa beneficiali non requiritur speciale mandatum. 375.

EPITOME.

1 *Mandatum speciale non requiritur in causis beneficialibus.*
2 *Mandatum speciale an requiratur in causis matrimonialibus.*
3 *Mandatum ad causas motas & mouendas cõprehendit etiam causas beneficiales.*
4 *Procurator ad causas beneficiales põt esse laicus non tamen ad eligendum.*

ADDITIO.

1 IN quantum decis. † ista loquitur de causis beneficialibus, concordat notabilis decis. Aegidi. 5. & vidimus aliquid supra decis. 6. & habetur de hac materia per Felin. in capitu. coram. de offic. delega. in capitu. sedes. de rescript. nu. 32. vbi ponderat dicta decis. Aegid. dum dicit, quòd mandatum ad omnes & singulas causas compræhendit omnes causas, in quibus non requiritur speciale mandatum. Dum autem decis. ista in fine concludit, quòd † in causis spiritualibus ad agendum non re-
2 quiritur speciale mandatum, in contrarium facit decis. 35. hoc titul. in antiq. sed ibi nihil allegatur vide Imolam in capitu. accedens. de procurato. qui notabiliter loquitur super hoc. Aduerte tamen, quòd licet in causis beneficialibus nón requiratur speciale mandatum: videtur tamen quòd saltem requiratur mandatum, in quo singulariter fiat mentio, quòd constituitur procurator ad causas beneficiales & spirituales in genere: vt dicit Lapus allega. 70. & propterea dicit ipse, quòd non sufficeret mãdatum ad causas ciuiles, & criminales etiam cum clausula, & ad omnes alias causas, etiam quæ requirent
*102 speciale mandatum. Tamen domini in vna *Gerun-
3 den. coram domino Accorambono tenuerunt † mandatum ad causas motas & mouendas cõprehendere etiam
4 causas beneficiales. Et nota hîc, quòd † laicus potest esse procurator in causa beneficiali, non tamẽ ad eligendum, per iura hîc alleg. Anto. Maria Pap.

SVMMARIVM.

Dispositio Clementinæ fi. de procur. procedit in procuratore abbatis translati ad aliud monasterium, & sic locum habet non solùm in morte naturali, sed etiam in ciuili ex identitate rationis. *Add. ad hanc deci. Cass. dec. 16. super reg.*

Decisio 28. aliàs 376.

FVit dubitatum vtrum *clemen. fi. de procura. haberet locum in procuratore abbatis translati ad aliud monasterium. Et videbatur quòd non: quia nunquam mors ciuilis equiparatur morti naturali, nisi in ca *Clemẽtina. Hæc clementina dicit, quod procurator cõ*

Constitutus ablato vel alio quocunque rectore ecclesiæ revocatur morte constituentis, etiam quò ad negotia iam incepta, etiam in causis in quibus est lis iam contestata.

sibas à iure expressis: prout leg. & no. in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. & in c. si episcopus à paganis. de supplen. negli. prælat. eod. lib. Fuit determinatum & conclusum contrarium per omnes propter identitatē rationis: tum etiam quia satis est ibidem in tex. expressum: prout ibidem tenet & dicit Genze. dicens Cle. etiam locum habere in ciuiliter mortuo: puta in renuntiante, deposito aut translato, propter rationes antedictas.

SVMMARIVM.

Cl. fi. de proc. habet locū in procuratore Abbatis trāslati ad aliud monasteriū, & hīc locū habet, nō solùm in morte naturali, sed etiam in ciuili, ex idētitate rationis. h. d. Vsq; ad §. ex hoc insurrexit. qui est dec. sequēs. 376.

EPITOME.

1 *Procurator censetur revocatus per mortem naturalem vel ciuilem domini.*

2 *Processus factus contra procuratorem revocatum valet quò ad fructus & expensas.*

3 *Procurator revocatus sustinendo litem, potest condemnari in expensis.*

4 *Fructus an debeantur successori translato ad aliquam ecclesiam, ac si antecessor decessisset.*

ADDITIO.

1 DEci. † ista est satis clara, & eam sequitur & alle. Cas. dec. 2. & 3. de causa possess. & in dec. 2. de app. & 4. de locato, & 6. vt lite pend. & Sar. q. 20. regulæ de publi. & 62. regulæ de Annali: facit dec. 4. infrà de rerum permu. & vnica de transla. Episcopi. in antiq. & Fel. in c. licet. de of. deleg. & possunt induci decisiões Aeg. 112. 548. 564. & 645. Et licet dec. parla. delphinalis. 547. dicat cōtrarium: tamen eā reprobatam refert Sar.

2 d. q. 62. regulæ de Annali. Et quāuis deci. † ista de plano procedat quò ad beneficium, non tamē procedit quò ad fructus & expensas: quia quò ad ista procedi pōt citato procuratore illius qui cessit, vt fuit resolutum in vna.

*103 * Palētina canonicatus corā Bo. Me. Tho. de Thanis,

3 de anno 1545. Imò † procurator generalis illius qui cessit, si sustinuit litē, & non aduisauit dominum, & procedebatur post cessionē fortè secretā, tenetur de suo ad ex-

*104 pensas: vt in vna. * Conchen. canonicatus inter P. Marchina, & Io. Vergara. Nā procurator Petri sustinuerat litē per plures annos, & dicebat ignorasse cessionē: & ideo domini voluerunt eū teneri. Et ad hoc applicari pōt id quod fuit etiā diu disceptatum in Rota in quadā

*105 causa * cōpromissaria corā Dominis meis de Pureo & Accorambono inter olim Cardinalē Bembū. & Episcopum Veronen. Nā dubitabatur † an idē quod dicitur in morte naturali per gl. in c. præsenti. de of. or. li. vj.

4 haberet locum in morte ciuili, quando prælatus trāsfertur de ecclesia ad ecclesiam: fuerat enim prædictus Episcopus translatus ad ecclesiam Veronen. dimissa ecclesia Bergomen. in qua tēpore trāslationis reperiebātur plures fructus, quos Episcopus prædictus dicebat ad se pertinere: nescio tamē quid fuerit resolutū, quia causa fuit postea concordata, sed principaliter allegabatur consil. Cardinalis 110. & Pauinus in tracta. in 2. parte q. 8. col. fi. videas per te. Et ad ꝓpositum huius deci. multa adducit Cas. dec. 16. super regu. vbi etiam, an valeat sentētia lata contra mortuum naturaliter vel ciuiliter, & vide decis. Aeg. 260. vbi dicit, quòd post cessionem procuratoris potest procedi per audientiam contra dominū ad sententiam, & facit etiam dec. eiusdem Aegi. 345. quam videas per te, licet, licet sit aliqualiter corrupta. Ant. Mar. Pap.

SVMMARIVM.

Processus procuratoris abbatis translati & sic reuocati: vt suprà decis. præcedenti validatur per ratificationem noui abbatis cum distinctione hīc posita.

Decisio 29. *aliàs* 377.

EX hoc insurrexit aliud dubium, supposito ꝙ procurator dicti abbatis translati cuius potestas propter translationem huiusmodi cessauit & expirauit, vlterius processerit in causa ad multos actus, quos quidem actus & omnia acta & agitata per illum procuratorem nouus abbas ratificauit, & rata ac grata habuit. Fuit dubitatum vtrum per huiusmodi ratihabitionē valuerit seu validatus fuerit processus habitus cum dicto procuratore post translationē dicti domini sui abbatis. Et vidēbatur ꝙ nō, propter regulā, quod nomine meo nō est gestum, ratum habere nō possum. de sent. exc. c. cùm q. li. vj. & de reg. iu. c. ratū quis. eo. li. At hīc procurator nō egit nomine istius, sed alterius, ergo. Distinguebatur, aut abbas primus trāslatus agit nomine proprio: aut nomine monasterij. In primo casu standum erit regulę. In secundo casu non habet locum regula: quia sicut vniuersalis successor succedit in iure litis & causæ: vt no. Inno. de rescr. in c. significauit. & de iudi. c. quia V. ita & prælatus qui succedit in onere & honore. de off. dele. c. quoniam abbas. de solu. c. si de quorundam. etiam si propriū nomen primi abbatis in procuratorio & libello fuisset expressum: puta, Ioannes abbas talis monasterij, adhuc successor poterat litē inchoatā à prædecessore suo prosequi. Pro quo alleg. vnam singularem not. In. in c. gratum de offi. delega. & sic omnia acta habita per dictum procuratorem nomine monasterij, potuit rata & grata habere. per regulam, ratihabitionem. de reg. iur. li. vj. & per not. in c. ex parte decani. de rescrip. per Inno.

SVMMARIVM.

Processus procuratoris Abbatis trāslati & sic reuocati vt in præcedenti dec. validatur per ratificationem noui Abbatis cum distinctione hīc posita. 377.

EPITOME.

1 *Processus procuratoris abbatis trāslati tenet si constitutus fuit procurator nomine ecclesiæ.*

ADDITIO.

1 ISta † dec. procedit quando primus Abbas constituit nomine ecclesiæ procuratorē istum, secus si nomine proprio: vt dicit distinctio de qua in dec. pro quo facit deci. 13. suprà in ratione sui prope finē, sed videtur, quòd in dubio præsumendū sit, quòd fecerit nomine ecclesiæ præsertim, si sit dictum, in mādato, N. Abbas, & c. vt per Aegi. dec. 5. & 548. quas vide per te, & vide latè per Fel. in c. nonnulli. §. sunt & alij. col. iij. & iiij. Et si procurator ignorabat translationem, videtur quòd valeant gesta per eum, vt dicitur de vicario Episcopi, suprà de offic. vica. dec. 1. nume. 4. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Substituens cum clausula, donec vices suas ad se duxerit reuocandas. habens mandatum reuocandi: si post substitutionē procedat, valet processus: & procedēdo ipsum substitutum videtur reuocare.

Decisio 30. *aliàs* 386.

SI procurator habens mandatū subsituēdi substituat & committat vices suas alteri præsenti, & in se onus procurationis susscipienti cum clausula tamē, donec eas ad se duxerit reuocādas, si post huiusmodi substitutionem & onerum assumptionem non cum substituto, sed cum substituente in causa procedatur: dubitatur vtrū valuerit & tenuerit huiusmodi processus. Et videbatur quòd non: quia ex quo alter onus procurationis susscepit, videbatur negotium inchoasse & occupasse, & sic alter substituens de illo negotio se intromittere non potuit, neque debuit, nisi in casibus exceptis. in c. quamuis. & c. si duo. de procur. lib. vj. facit c. cùm plures. in ratione sui de off. deleg. eo. li. quod dictum forte posset procedere, si prędictus substitutus post susceptionem oneris aliquem actum iudicialem in causa fecisset: sed quia hoc non fecit, nec se vnquam de huiusmodi causa intromisit, sed semper continuatum fuit cū substituente, qui primo occupauerat & processerat in causa, dixerunt & decreuerunt omnes domini valuisse & valere processum habitū cum dicto substituente: quia non commisit vices suas in totum: tum etiam, quia procedendo tacitè videtur ipsum reuocasse. arg. pro primo decre. quamuis. & cap. si delegatus. de offic. deleg. li. vj. de procura. c. is qui. eo. lib. Pro secundo facit c. liquem. eod. lib. & tit. in ratione sui.

SVMMARIVM.

Substituens cum clausula, donec vices suas ad se duxerit reuocandas, habens mādatum reuocandi, si post substitutionem procedat, validus est processus. h. d. Vel sic. Substituens cum clausula, donec, &c. Non obstāte quod substitutus acceptauerit, procedere potuit, & procedēdo ipsum substitutum videtur reuocare. 386.

EPITO

EPITOME.

1 *Procurator substitutus censetur reuocatus, si anteq̃ uam aliquid faciat substituens, procedat in causa: intelligendo tamen vt infrà.*

2 *Clausula, quòd per quemcunq; actum non intendit reuocare quid operetur.*

ADDITIO.

1 SEcundum summariũ est verius, † sed adde post verbum acceptauerit (& nihil tamen in iudicio fecerit) quia decis. ita dicit, & dum dicit procedere potest (dic procedi potest contra ipsum) quia ita dicit decis. licet etiam vtrũq; subsistere posit. Ratio dubitandi fuit hîc: quia videbatur transtulisse in totum vices suas, quo casu substitutus non potest reuocari, vt in iuribus hic allegatis. sed quia iste non commisit in totum vices suas, & procedendo re integra videbatur reuocasse substitutum: ideo validus fuit processus, & ad hoc faciunt quę dixi suprà decis. 14. vbi etiam si procedere cœpisset, & litem contestatus fuisset, potuisset reuocari. Et dum dicitur hîc, quòd procurator procedendo videtur reuocare substitutum, hoc verum est, nisi sit apposita in mandato

2 substitutionis alia clausula, quòd † per quecunq; actum etiam non intendit reuocare, vt suprà dec. 4.

SVMMARIVM.

Generalis procurator & non specialis consequitur in ducias ad dominum consulendum super causa, de quo non potuit verisimiliter informari.

EPITOME.

1 *Dispositio c. dilectus. de procu. an locum habeat in procuratore generaliter ad iudicia constituto.*

2 *Procurator generalis in aliqua causa de nouo citatus an petat inducias ad dominum consulendum.*

Decisio 31. aliàs 395.

1 FVit dubitatum † vtrum c. dilectus. de procurato. haberet locum in procuratore generaliter constituto ad iudicia: puta ad agendũ & defendẽdum in omnibus & singulis causis motis & mouẽdis &c. videlicet an talis procurator posit petere in curia dare sibi inducias ad consulendum dominum in partibus. Et videbatur quòd nõ: quia, vt videtur. c. dilectus. loquitur in negotiorum gestore constituto ad negotia & non ad iudicia, inter quos de iure magna est differentia. vt de procu. c. j. li. vj. * Breuiter distinguebatur: aut prædictus procurator erat sic generaliter cõstitutus antequam causa, ad quam nunc citatur, fuerat commissa contra dominum suum: aut post. Si antè: tunc omnes domini dicebant habere locum c. dilectus. pari ratione, pro quo etiam alleg. capitu. proposuit. de dila. quod modicum facit ad propositum iudicio meo: si verò post causam commissam, præsertim de speciali mandato, & citatio decreta fuerat, constitutus sic generaliter & cum eodem procuratorio ad curiã missus est citatus ad dicendum contra commissionem, contra quã nihil dixit: sed vlterius ad aliquos actus processit, & tandem inducias † ad consulendum dominum petijt: prout hæc omnia ponebantur in facto: tunc dicebant omnes domini inducias denegandas: tum quia videbatur malitiosè & causa differendi negotium facere: tum quia præsumptio erat contra eum, quòd sufficienter per dominos suos, qui eum post causam commissam miserant, instruxerant. quod si non fecerunt, imputent sibi de iura. cal. c. in pertractandis. vt lit. non contest. c. j. de dol. & con. c. prout. SVMMARIVM.

**Cap. j. li. vj. §. procurator. vbi est vna differentia inter procuratorem & negotiorũ gestorem. Aliam differentiam habes in c. quæ genera liter. j. e. ti. & li. & de negotiorum gestore vide aliqua singularia per Petr. Rauennatem in suo alphabeto aureo ver. negotiorum ges.*

Generalis procurator & non specialis consequitur inducias ad dominum consulendũ, super causa de qua non potuit verisimiliter informari. h.d. Vel sic. Procurator generalis, si in aliqua causa de nouo citetur, põt petere inducias ad dominum consulendum. h.d. 395.

EPITOME.

1 *Procurator generalis de nouo in aliqua cã citatus põt petere dilationẽ ad consulendũ principalem, si verisimiliter non erat informatus.*

2 *Procurator ad omnia negotia potest in iudicio comparere.*

ADDITIO.

1 ISta duo summaria virtualiter referunt substantiam dec. sed in veritate † dec. dicit, quòd si aliquis constituit procuratorem ad omnia eius tractanda negotia, antequã causa aliqua sit contra eum commissa: licet talis procurator veniat ad curiam, si citetur, debet sibi dari dilatio ad consulendũ dominum: si verò tale mandatum factum fuit post causam commissam, & citationem decretam, tunc secus: quia præsumitur dominum habuisse notitiam citationis, & ad illum effectum misisse procuratorem informatũ, prout tenebatur. Pro quibus faciunt quæ dixi suprà dec. 1. intelligo tamen de citatione decreta & saltem habita, à notario, per ea quæ dicit Sar. in cõpen. signaturæ num. 69. & in regula de Annali. q. 45. & Staph. dum tractat de literis iusti. fo. 145. ver. postremo, & ver. & hoc quando, & in alia impres. fol. 109. De ista materia aliquid dixi suprà de rescrip. dec. 15. & 18. vbi habes vnam dec. modernam, & dicam latius super dec. 13. infrà de dolo. vbi est locus suus, & ibi etiam videbis tres

2 dec. modernas. Nota tamen, quòd † in vim talis mandati ad omnia eius tractanda negotia, potest quis comparere in iudicio, etiam quòd non dicatur ad lites & causas, vt dicitur in dec. Ant. Maria Pap.

SVMMARIVM.

Mandatum procuratoris & iudicis delegati, licet parificentur: tamen mandatum procuratoris de sui natura ad causas nondum exortas extenditur nisi verba præsentis temporis duntaxat specificè apponantur: secus in iudice.

EPITOME.

1 *Mandata procuratorum & iudicum sunt multùm similia.*

2 *Obligatio generalis vel mandatum generale an semper includat futura.*

Decisio 32. aliàs 413.

FVit dubitatum vtrum procurator generaliter constitutus per aliquem in omnibus & singulis causis contra quascunq; personas, & coram quibuscunq; iudicibus posset & deberet admitti ad causas aliquas tunc nondum sed postea exortas. Et videbatur aliquibus dominis, q̃ huiusmodi mandatum non extenderetur ad futuras: sed duntaxat ad præsentes causas tunc exortas. Ra

1 tio & motiuum istorum dominorum fuit: † quia mandata huiusmodi procuratoria & mandata iudicũ siue rescripta sunt multũ * similia. ff. de iur. om. iud. c. & quia sed rescripta non extenduntur ad futuras causas: vt in c. eam te. & c. significauit. & c. fi. de rescrip. Pro hac opinione videtur facere dictum Spe. ti. de procu. §. j. ver. sed pone cap. cuius dictũ sanè intellige: quia hoc operabatur verbũ præsentis tẽporis: puta cõstituitur quis ad causas seu ad causam quæ vertitur inter a & b. sed vbi nil tale exprimitur, per quod posit apparere de intentione constituẽtis, an voluerit ipsum cõstituere ad præterita, præsentia & futura, maximè si cõstituẽs est reus, ne maneat indefensus fuit determinatũ & cõclusum contrariũ per maiorẽ partem dd. orũ, & hoc per l. fi. C. quæ res pig. ob. poss. & ff. de pign. l. & quæ nondũ. vbi dicitur, q̃ in obli-

2 gatione † generali tam præsentia quàm futura bona cõ præhenduntur: indefinita enim locutio æquipollet vniuersali. xix. di. c. j. de priui. c. quia circa. de ele. c. vt circa li. vj. vbi de hoc brocardo. & sic fuit obtentũ secundum Spec. ti. de procu. §. ij. ver. sed quid si procuratorij est generale. Pro hac conclusione facit illa auctoritas suprà alleg. per Inno. in c. dilecti. de excep. quia præsens confusum præsentis non tenet vsum. vbi tamen Hostien. dicit mandatum datum alicui iudici ad citandum omnes qui se opponunt tali super electione sua vel alio facto, intelligendum est de his qui se oppo fuerunt ante datam literarum & nõ post: cuius contrarium ibi videtur sentire Inno. Nec obstant illa iura pro contrario allega. videlicet, l. & quia. &c. quia licet sint in aliquibus similia, tamen non in omnibus: & præsertim in casu nostro claudicat prædicta similitudo. Nam licet prohibitum sit per legẽ rescriptũ non extendi ad futuras causas: vt in d. c. fi. de rescriptis, & ca. significauit. tamen hoc non reperitur prohibitum in procuratore: imò permissum, videlicet q̃ possit constitui ad futuras causas, & ad generales & speciales. vt ff. de procur. l. j. ij. & iiij. & le. & no. in c. non inuste de procura. & per Specu. ti. de procu. §. j. ver. constituitur autem procurator. Ratio diuersitatis potest assignari: quia impetratione rescriptorum sæpe circumue-

** Multùm similia. De hac similitudine vel comparatione procuratoris & iudicis mãdati vide per do. Abba. in ca. cùm olim. de offic. delega. Adde Fel. in c. relatum. de offic. dele. vbi videbis etiam differẽtias inter mandatũ iudicis & procu. vbi eleganter & amplè loquitur.*

nitur concedens, & surreptitiè vt plurimum impetrantur: idcirco adeo strictè intelliguntur de rescrip. c. sedes. ex tenore. & c. super literis. cū multis similibus. sed non sic in mandato procur. quod fit à constituente & nemine impetrante, & ideo in fauorem ipsius constituentis latius est interpretandum quàm rescriptum: licet parificentur in multis: vt de procura. c. non potest. in Clem. & in multis similibus.

SVMMARIVM.

Mandatum procuratoris & iudicis delegati, licet parificentur, tamen mandatum procuratoris de sui natura ad causas nondū exortas extenditur, nisi verba præsentis temporis duntaxat specificè apponantur. h. d. Vel sic. Procurator generaliter constitutus ad causas postea exortas, potest & debet admitti: secus in iudice. h. d. 413.

EPITOME.

1 *Mandatū ad causas simpliciter cōprehēdit etiā postea exortas.*
2 *Mandatum generale capit bona etiam postea acquisita.*
3 *Mandatum reis latè interpretandum.*

ADDITIO.

1 CVm ista deci. ℘ † mandatum procurationis extēdatur ad causas futuras postea exortas, concordat dec. 1. suprà eo. tit. & 18. suprà de rescr. licet in contrarium faciat dec. 30. hoc titulo in anti. sed illa loquitur in mandato generali ad causas, & nō dicitur ℘ ibi esset clausula ad causas motas, & mouendas, vt hîc: quinimò si bene aduertatur, illa dec. cōcordat cum ista, quia in fi. allegat c. quia circa. de priuile. qui optimè probat istam intentionem, & dec. resident in vlt. opi. & idē dicit dec. 3.

2 Biseg. eo. tit. licet † aliqui dubitent etiā stante clausula, ad mouendas, an veniant causæ ratione rerū & bonorū ac beneficiorum postea acquirendorū: puta, si quis post cōstitutum illum generalē procuratorem acquirat alia bona, vel alia beneficia, super quibus sibi moueatur lis: tamen etiā idem dicendū est in isto casu: quia etiā talia bona cōprehenduntur in rescriptis antea impetratis: vt suprà de rescr. dec. 19. vbi dixi. Pro quo inducí pōt dec. 26. in ant. & Biseg. 4. hoc ti. vbi dicitur, ℘ valet mandatum ad acceptandū & permutādum beneficia etiā conferenda, & licet dec. 17. eo. ti. in ant. videatur cōtraria d. dec. 26. tamen se remittit ad finem illius dec. quæ idē dicere videtur: imò etiam hæc deci. nostra loquitur, & intelligi debet quo ad bona post mandatū acquisita, dum allegat l. fi. C. quæ res oblig. pos. & c. dilecti. de excep. & vide per Fely. qui sequitur istam cōclusionem in c. relatum. de of. deleg. c. ij. vbi ponit septem differentias inter mādatum procuratoris & mandatū delegati. Et ad ista vide Staph. dū tractat de literis iustitiæ fol. 174. versi. nō datur cōmissio. & in alia impres. fol. 128. Et iste casus de obtinē. beneficium post mandatū, vt audiui ab excellentissimo procuratore do. Io. Emghiano fuit resolutus

*109 pro affirmatiua, quòd mandatū extendatur in * vna sua causa propria calaguritana corā domino Sarnen. &

3 tantò magis hoc ꝓcedere debet † in mādato rei, ne remaneat indefensus: vt dicit deci. ista, licet Sar. in q. 2. de Idioma. intelligat istam deci. in fine, & eam adducat ad probandum, quòd mandatū actoris sit fauorabile: quod tamen nō dicit dec. si bene perscruteris, licet dicat mandatum esse fauorabilius rescripto, sed quòd mandatum rei non sit magis fauorabile mādato actoris, non negat: præsertim cùm suprà id affirmauerit, & vide infrà de prēb. dec. 18. vbi dicitur, ℘ executor non pōt subdelegare quò ad causas sibi cōmittendas. Ant. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Morte procuratoris substitutio ex speciali mandato substituentis etiam re integra non expirat: secus si ab eo vt à domino litis facta foret.

EPITOME.

1 *Substitutio ex speciali mandato substituentis facta, an re integra morte procuratoris expiret?*
2 *Substitutio mandatum habentis, dicitur à domino ministerio substituentis facta.*

Decisio 33. alias 414.

1 SI aliquis † constitutus procurator in diuersis causis, & à diuersis personis cum mādato substituendi existens in extremis substituat vnum in omnibus præ-

dictis causis ad agendum & defendēdum cum clausula, Donec, &c. & moriatur re integra, antequā huiusmodi substitutus acceptet onus procurationis: fuit dubitatū & quæsitum vtrum talis substitutus posset prosequi causas per dictum defunctum occupatas & inchoatas? Et causa dubitandi fuit eadem, quæ suprà in proxima cōclusione in prin. ponitur: videlicet, quia mandata iudicis delegati & procuratoris multùm sunt similia. Sed si iudex delegatus cōmittat vices suas alicui cum prædicta clausula, & moriatur re integra, antequam subdelegatus vti cœperit iurisdictione, expirat huiusmodi cōmissio morte deleg. vt in c. si delegatus. de of. deleg. li. vj. ergo videtur idem in mandato procuratoris cū dicta clausula substituti. Sed hoc motiuo nō obstante fuit determinatū con-

2 trarium. Nam hæc substitutio † est quædā constitutio, & censetur à domino facta, ministerio tamen substituētis vigore specialis mandati sibi super hoc facti, & quia dominus adhuc vixit, vt ponebatur in facto, ergo acceptare & vti potuit potestate sibi nomine domini facta. Secus verò si prædictus procurator nullā habuisset substituendi potestatē à domino, sed à lege: pura, quia post litem per eum contestatam substituisset: tunc enim ipso mortuo re integra mādatum substituti extinctum fuisset, & in hoc habet similitudinem cum iudice delegato habente potestatem à lege subdelegandi. de offi. deleg. c. quamuis. & c. pastoralis.

SVMMARIVM.

Morte procuratoris substitutio ex speciali mandato substituentis (etiā re integra) nō expirat: secus si ab eo vt à dño litis, facta foret. h. d. Vel sic. Si procurator cū potestate substituēdi, in mortis articulo substituat gūaliter, in oībus, & c. & moritur re integra, antequā substitutus acceptet mādatū, dicti substituti ptās nō expirat. 414.

EPITOME.

1 *Procurator potest substituere generaliter in omnibus causis, in quibus acceptauit onus procurationis, cum distinctione tamen de qua hîc.*
2 *Subdelegatus potest subdelegare ponendo alium loco sui in casu isto.*

ADDITIO.

1 ISta dec. satis clara videtur, & declarat dec. Aegi. 272. quæ reliquit dubitandum, an † cōstitutus procurator in pluribus causis possit vnū procuratorem in oībus substituere, & hîc determinatur ℘ sic: requiritur tamē, quòd substituens prius acceptauerit vt suprà deci. 7. Et ratio huius dec. est illa, de qua suprà deci. 8. quia, quando ille qui habet facultatē substituendi in mandato substituit: substitutus dicitur habere mandatū à domino ℘ superuiuebat procuratore substituēti: vt etiā per Aeg. dec. 6. & sic licet substitutus viuēte substituente nō acceptauerit mandatū, remanebat radicatū in persona, domini: secus tamē est, quādo vti dominus litis substituit: vt dixi super d. deci. 8. quia substitutus videtur habere mandatū à substituēte, nō à domino. Et ad prēmissa applicari pōt

*107 quod resolutū fuit in vna * causa corā reuerēdo dño

2 meo de sancta Cruce, ℘ † licet vicarius Epi, qui erat subdelegatus per vnum ex auditoribus palatij nō posset alium subdelegare: si tamē habebat facultatē ab Epo substituendi aliū loco sui, potuit aliū in locū suum ponere, Et ad præmissa adde & vide omninò Fel. in c. relatū. de of. dele. & aliquid in c. sanè. eo. ti. col. ij. Ant. Mar. Pap.

SVMMARIVM.

Procurator qui sententiam obtinuit, non potest prius per eum dicta etiam in suum fauorem, impugnare.

EPITOME.

1 *Qui vt procurator expectantis egit, an suo nomine cōtra eum, cuius fuit procurator, agere possit.*

Decisio 34. aliàs 415.

1 SI † secundus in data ex expectantibus in aliqua ecclesia agat vt procurator nomine primi expectātis siue præcedentis ipsum in data super præbenda, per eū acceptata: cōtra ordinaria auctoritate, quibus & possessorem dantem de surreptione gratiæ primi expectātis, & obtineat sententiā diffinitiuam pro primo impetrante, fuit dubitatum vtrum prædictus procurator posset agere in secunda instantia cōtra illum, pro quo sententiam

tentiam obtinuit,& dare eosdem obiectus datos per ordinarium in prima instantia ad annullandā gratiam ipsius primi impetrantis,& acceptantis. Et videbatur prima facie quasi omnibus dāis q̄ non. tum per regulam, quod semel approbo,amplius reprobare nō possum.viij. q.ij.c.dilectissimi.de æta. & qualit.c. accepimus.& ibi multæ cōcor.tum etiā quia indecens est, q̄ illū nunc impugnet,quē defendit,vel defendere tenetur. de na.ex.li. ven.c.vno.tum etiam,quia fuit procurator suus in causa ipsum tangēte idcirco repelli debet postea ab agendo cō tra eum:quia iuri suo renuntiare videtur.de transa.c.ex literis.ff.ex quib.cau.ma.l.necnon.§.fi. & le.se.ff.de rei ven.l.inter officiū. quę lex inducebatur ad vtranq; partem.tum etiam si sciuit in prima instantia præcedēte se in data nullum ius habere, & per consequens ius sibi cōpetere.ergo prædicta sententia,si etiā non fuisset procurator in causa,sibi præiudicasset.per l.sæpe.ff. de re iud. & c.quāuis.e.ti.Facit pro hac parte.c.ex ore.de his quæ fi.à maio.par.ca.cū iur.alle. de tacitè renuntiante.Quibus iuribus & motiuis non obst.fuit determinatū & sententiatum post publicas relationes contrariū . quia non clare constabat,nec constare poterat,q̄ procurator primi expectantis & in prima instantia agentis sciuerit illum,cuius causam duxit ius non habere:imò ex quo ordinarius defecit in probatione obiectuum, potius debebat præsumere ipsos obiectus calumniosos quàm veros: & sic ipsum bonum ius habuisse.ar.c.statuimus.de elec. li.vj.de iur.calum.c.j.& ij.ergo. Præterea in facto alieno tolerabilis est ignorantia, quæ semper præsumitur: maximè qū agitur de dāno vitando,nisi probetur scientia.de re.iur.præsumitur.li.vj.cū concor.ibidē multis positis. At in casu nostro verisimiliter potuit ius sibi cōpetere ignorare:tum propter proprietatē datæ:tū propter calumniosos obiectus.ergo in nullo prædicta sententia sibi præiudicauit. maximè quia iurauit nouiter probationes dictorū obiectuum,videlicet nullitatē gratiæ primi ipsum in data precedentis,ad eius notitiā peruenisse: quod videtur ipsum excusare à calumnia.de excep.c.pastoralis.de elect.c.vt circa.li.vj.de iur.calum.per totum. Quæ omnia concederē,& faterer de plano quò ad sententiā latam inter primū ipsum in data præcedentē, & ordinariē prouisum posseſſorē,q̄ sibi ignoranti ius cōpetere non præiudicauit.Sed ego dicebā ipsum ex alio capite repellendum.videlicet pro eo,q̄ erat procurator suus in prima instātia:& iustificādo tunc gratiā clientuli sui & impugnādo materiā obiectiuā contra gratiā tunc datam,& sic nunc gratiā quam primò approbauit,non potuit nunc reprobare. & materiā obiectiuā quam primo impugnauerat, non poterat modò iustificare tanquam contrarius,& turpitudinē suam allegando.ar.iuriū prædictorū pro contraria parte inductorum in principio,& facit c.cùm super.de concess. præb. Pro hoc etiā faciunt not.in c.inter dilectos.de fi.instru.super ver.præiudicet. per Inno & Hostien.& Io.an.in c. suborta. & in c.cùm super.de re iudi.per eosdem & Archi.vij.q.j.c.quàm periculosum.super prima glo.Ad materiam pro & contra vide Dy. super prima regula iuris, in quæstione de illo qui recipit præbendam suam à quodam prælato suo,cuius titulum volebat postea impugnare,sed aliqui domini volentes eum excusare de officio procurationis antedicto,& alijs supradictis per me alle.dicebant ipsum in assumptione officij procurationis & alijs minimè deliquisse: imò reputabant hoc sibi ad magnā prudentiam. Nam si gratia,acceptatio & prouisio prædicti eum precedentis in data valuissent, ipse procurator aliàs in data secundus factus esset primus:licq; multū intererat prædictam suam gratiam & omnia inde secuta iustificare, & omnes obiectus impugnare,vt fieret primus immediatè post ipsum:imò secundū prædictos dominos ex quo videbat ipsum in data priorem prudentissimè faciebat,q̄ se nō opponebat: sed ab impugnatione desistebat statim iuxta consilium doctorū,& præsertim Io.and.in c.cùm in multis.de rescript.in fi.li.vj.quas excusationes reuera reputabam iuridicas & bonas,si dictus procurator non vidisset prædictos articulos obiectiuos, illosq; minimè impugnasset,& statim ab officio procurationis cessasset & diligenter indagasset vtrū fuissent præd ti obiectus veri & probabiles.quod tamē post primam sententiāsecit.se dicto clientulo suo opponendo,illosq; veros & probabiles asserendo:imò eos probauit,& sententiam pro se non obstan.allegationibus meis reportauit.

SVMMARIVM.

Procurator qui sententiam obtinuit,non potest prius per eum dicta etiam in sui fauorem impugnare.h.d. Vel sic.Qui vt procurator alicuius expectātis egit,potest nomine suo contra eū agere cuius fuit procurator.n.d.415.

EPITOME.

1 *Procurator potest etiam post sententiam venire nomine proprio contra illud quod fecit vti procurator.*

2 *Sententia præiudicat tertio scienti & non appellanti.*

3 *Confessioni factæ in vna causa quis cōtrauenire potest,etiam si veniat vt cessionarius alterius in alia causa inter diuersas personas.*

4 *Regressum habens,si vti procurator alterius resignat illud beneficium,ad quod habet regressum,sibi non præiudicat.*

ADDITIO.

PRimum summarium est contra decis.& nihil valet: secundumverò summariū est bonum,additio tamen quòd † iste procurator obtinuit sententiam adiudicatoriā pro expectante, & postea cùm cognouisset illū cuius nomine egerat,nullum ius habuisse,vt iurasset,nouiter nullitatem gratię ipsius pro quo egerat,ad eius notitiā peruenisse:potuit nomine suo agere. Et ratio etiam est,quia vt dicitur hîc,non constabat nec constare poterat,quòd iste procurator quando procuratorio nomine agebat,sciuerit illum eius principalē ius non habere,& ius suum propriū cùm esset secundus expectans,bonum esse,& sic ipsis præsuppositis materia videtur clara.Contra tamen hanc dec.videtur dec.Aegid. 712.& Bileg.4. de re iudi.& 17.eo.ti.in antiq.vbi dicitur q̄ † sententia præiudicat tertio scienti,& non appellanti:Sed istę dec. non ita de plano procedunt: imò dicit Fel.in capi. cùm super. de re iudi.in fi. quod rota iudicauit contra d.dec. Aegi.per consi.Oldrad.255.& idem Fel.cōprobat istam dec.in c.quamuis.de re iud.col.fin. Ad istam decis.4.de confes.in antiq. repetita de verbo ad verbum per Bileg. dec.2.e.ti. licet quatuor vltima verba deficiunt tantùm vbi dicitur, quod † confessio facta per aliquē vt testem, non præiudicat sibi conuento vti executorē testamentarium:sentit tamen,quòd si conueniretur nomine proprio,sibi præiudicaret: tamen hoc non dicitur ibi, licet summariū dicat,q̄ talis confessio præiudicat. & ita tenet Capitius dec.52.licet Purpu.in l.ij. C.de æden. in fi. teneat contrariū, quod credo verius per not. in cap.per tuas.de proba.& in simili facit illud de quo resolutū fuit *108 in causa * Florentina pecuniaria,primò coram domino Accorambono & secundò corā D.Anto.Augustino vbi domini voluerūt,quod R.D.Fran. Soderinus qui in alia diuersa causa confessus fuerat se hæredem Cardinalis Soderini ex testamento, non poterat hodie veniendo vti cessionarius fisci dicere, se non esse hæredē testamentarium: sed ipsum ab intestato decessisse.quis enim venire non potest contra illud quod est propriavoce protestatus,nisi confessionem suam aliter interpretatur: vt in d. c.per tuas.& licet dictus dominus Fran.diceret se venire hodie tanquam cessionarium fisci, & sic esse personā diuersam allegando d.dec.4.responsum fuit,dictū idem esse:quia veniebat ad propriam vtilitatē,& quòd contraria allegans & sapiens turpitudinē suam non est audien *109 dus,& facit ad hoc * quædā dec.facta corā D.de Graf 4 sis,q̄ † habens regressum per cessum vel decessum,si vti procurator resignauit,sibi non præiudicauit,quin posset agere ad regressum.per not.in c.ex literis.de transa.& in l.fi.C.ne vxor pro mari. Anto.Ma.Pap.

SVMMARIVM.

Cōiuncta persona debet admitti ad defensionē absentis citati per edictū, vt si per inquisitionē &c. beneficio priuetur,& talis coniuncta persona sic vt præfertur admissa,etiam post litem cōtest. substituere non potuit.

EPITOME.

1 *Procurator siue defensor an interuenire possit pro reo contra quem inquiritur ad effectum priuationis.*

2 *Absentum à quocunque defendi posse publicæ vtilitatis existit.*
3 *Defensor etiam post litem contestatam an alium substituere possit.*

Decisio 35. aliàs 420.

1 SI committatur † auditori, q̃ inquirat cõtra A. ipso nocato per edictũ in curia super certo crimine, propter quod, si reperiatur illud commisisse, mandatur priuari beneficio, fuit dubitatũ vtrum defensor sine mãdato, maximè coniuncta persona, posset interuenire, & deberet admitti ad defensionem ipsius absentis. Et videbatur aliquibus q̃ non. Quia cùm defensor sine mãdato teneatur cauere de iudicato soluendo: prout not. Spe. tit. de senten. excom. in prin. quæ cautio in casu nostro cùm 1 ipse non sit soluendo, locum habere non potest j. quæ. j. quam pio. de symo. c. querelam. de pact. c. cùm pridem. cum simi. imò nec coniuncta persona in huiusmodi spiritualibus causis, quæ æstimationẽ siue interesse non recipiunt sine mandato non admittitur: prout le. & no. per Inno. in c. coram. de off. deleg. in princ. & de caus. poss. & proprie. c. cùm olim. circa finem. Præterea cùm hîc defensor sic succumberet, nõ posset condemnari, id est, priuari, nec executio contra eum fieri. ergo videtur nullo modo audiendus. Fuit determinatum quasi per omnes contrarium. Ratio. Cùm hîc nõ agatur criminaliter ad directam pœnã pro crimine infligẽdam, sed potius * ciuiliter: in quo casu sicut procurator posset interuenire pro actore agendo: vt de procur. c. tuæ. de accusa. c. super his. & c. veniens. & c. inquisitioni. vbi vide de hoc Ioan. And. super glo. ij. sic & defensor pro reo ipsum defendẽdo: quia † publicæ vtilitatis est absentem à quocunque 2 defendi. iij. q. v. c. reos. ff. de procur. l. seruum quoq;. §. publicæ. & l. non solùm. §. final. Præterea cùm hîc agatur de quæstione status, meritò defensor admittitur. de test. cùm olim. & no. Inno. in c. causam quæ. qui fil. sint legi. vbi ipse in glo. sua magna in fi. videtur determinare hãc quæstionem, dicens in inquisitione admittẽdum defensorem, quem recitat Spec. & idem tenet in tit. de sentẽ. §. j. in fin. nihil aliud dicendo vel allegãdo: posset tamen allegari pro dicta eorum cõclusione c. veritatis. de dolo & contu. vbi glo. ordi. super ver. nec omnis. hoc videtur 2 tenere. Facit etiam pro hac opinione c. cùm I. & A. de re. iudi. & not. per Ioan. Andr. in nouel. in c. qualiter & quando. §. debet. de accu. super versi. illi. vbi dicit Ioan. And. post Host. procuratorẽ admittendum in causa inquisitionis de crimine nõ impediente ordinis executionem: secus verò si impediret ordinis executionẽ post peractam pœnitentiam: vt in d. c. inquisitionis. quia sicut tunc nõ posset interuenire procurator: multo minus defensor. & licet nõ habeat locũ cautio de iudicato soluẽdo in hoc casu: præstabit tamen aliã, videlicet ratihabitionem: obligabit etiã se ad impẽdia litis & interesse, prout etiam deducit Inno. in d. c. causam quę. qui filij sint leg. vbi etiam ponit modũ sententiandi contra hunc defensorem. & melius in Spe. tit. de sen. prola. §. vt autẽ. versi. si autem agit. Ad maiorem tamen certitudinẽ & validitatem processus fuit conclusum, quòd auditor dictum defensorem cũ dictis cautionibus & obligationibus admitteret, & audiret, & nihilominus per audientiã semper contra absentẽ ipsum ad singulos actus citando procederet, & sic fuit obtentum & factum. Sed vtrum prę- 3 dictus defensor † posset substituere aliũ loco sui in casu prædicto etiam fuit dubitatũ, in quo dubio fuerunt argumenta facta pro & contra, quæ facit & ponit Spe. ti. de procura. §. j. versicul. sed nunquid defensor qui cauit, &c. vbi Spe. videtur finaliter declinare in partem affirmatiuam, quòd sic, etiã ante litem contestatã, cùm prædictus defensor post satisdationẽ sit factus dominus litis alleg. ff. de procurato. l. Titius: tum etiam quia sententia si contra eum feratur, est mandanda executioni in bonis suis, & non domini. per legẽ, Plautius. ff. de proc. & l. siquis cùm procurator nomine, & dicit sic sententiarum: licet multi sapientes secundùm ipsum dixerunt contrarium, cuius dictum posset procedere in merè ciuilibus & caulis prophanis: secus in criminalibus mistis, & beneficialibus vel alijs spiritualibus. Ratio. Nam cùm in illis non habeat locum prædicta cautio: non potest fieri in bonis defensoris sententiæ executio, ergo cessat Spec. ratio. Et ideo fuit conclusum, quòd non admitteretur substitutus in casu supradicto.

* Potius ciuiliter. Adde quòd procurator potest cõstitui in causa criminali: quando crimen non causa incidit cũ ciuili, vt habetur p. do. de Sãcto gemi. in c. ex antiquos. liij. dist. in ij. col. in ver. nota primo. Et per do. Fel. in c. meminimus de accusat. x. col. v. n. xvij. fo. eod. secundùm impressionẽ Lugdu.

SVMMARIVM.

Defensor siue procurator potest interuenire pro reo contra quem inquiritur de crimine ad effectum priuationis. h. d. Vel sic. Coniuncta persona debet admitti ad defensionem absentis citati per edictum, vt si per inquisitionem, &c. beneficio priuetur, & talis coniuncta persona sic vt præfertur admissa, etiam post litem contestatam substituere non potuit. h. d. 420.

EPITOME.

1 *Defensor admitti debet sine mandato in causa, vbi hoc crimen agitur ad priuationem beneficij.*
2 *Defensor admissus vt supra quando possit substituere.*
3 *Defensor non admittitur, quando in eius bonis non potest fieri sententiæ executio.*
4 *Interesse non consideratur in beneficialibus.*
5 *Citari quis debet personaliter, vbi agitur ad priuationem beneficij.*
6 *Citari debet personaliter, quando agitur super regressu ob non solutionem.*

ADDITIO.

HAec duo summaria nihil valent: nã hîc mãdatum fuit aliquem priuari beneficio, constito: q̃ aliquis certum delictũ commisisset, & dubitabatur † an 1 defensor sine mandato esset admittẽdus, prout in causis criminalibus, vt suprà dec. 6. Et fuit dictum, q̃ licet hæc esset causa criminalis ad directam pœnam pro crimine infligendam: nihilominus q̃ non agebatur de statu personæ, & q̃ nõ eramus in casu in quo impediretur ordinaria executio post peractam pœnitentiam, & q̃ propterea defensor admittendus erat cũ cautione tamen de rato, ac de soluendis expensis litis & dãnis, & interesse, & nihilominus q̃ procederetur etiã per audientiã contradictarum. Ponitur etiã aliud dubium in hac dec. seu in §. j. nã ponitur per. §. in alia impressione, licet in illa impress. deficiant tres vltimæ lineæ, quæ dicunt illũ substitutum non fuisse admissum, vt dicitur in summario. 2 Dubium est igitur in hoc. §. † an talis defensor post admissionem & litem contestatã posset alium substituere, & deciditur in fine q̃ non, secũdùm istam impressionẽ. Ratio tamen qua mouetur dec. ad hoc dicendũ, destruit totam dec. in isto, & etiam in casu præcedenti. Nã primò refert Spec. tenentem partẽ affirmatiuam, quòd iste posset substituere, licet dicat multos sapiẽtes tenuisse cõtrarium vt ibi, & deinde dicit q̃ dictum Spe posset procedere in causis ꝓphanis, & merè ciuilibus: secus in criminalibus mixtis, & beneficialibus & alijs spiritualibus causis: quia cũ in istis nõ habeat locum prędicta cautio, non potest fieri in bonis defensoris sententiæ executio, ergo cessat Spec. ratio, & propterea q̃ fuit cõclusum nõ admitti substitutũ ista sunt verba meę dec. Pondero igitur q̃ hîc non sumus in causa merè ciuili, sed aut beneficiali vel spirituali, aut criminali vel mixta, nec dicipõt q̃ simus in causa prophana vt dixi suprà de rescri. super dec. 2. col. fin. quia hæc dec. dicit contrarium, dũ dicit, q̃ dictum Spec. procedit in causis prophanis, & nõ in ista. Sed dato etiã q̃ essemus in materia ꝓphana, oritur alia cõtrarietas: q. a dec. dicit, q̃ † in causis in quibus non põt fieri in bonis defensoris ſnię executio, nõ cadit prędicta cautio: quia etiã non cadit, quando petitur absolutio ad cautelã: vt in dec. seq. in fi. & iic defensor nõ admittitur, ergo frustra quęritur an possit substituere. Sed sic est q̃ in casu isto vbi agitur ad priuationẽ beneficij in euentũ delicti, non põt fieri executio in bonis defensoris: quia ipse non habet beneficiũ, ergo in hoc casu nõ cadit cautio, & consequenter nec substitutio. Crederem igitur q̃ aliquo modo iste defensor posset substituere, prout dicitur de cõiuncta persona in dec. 34. hoc tit. in ant. & dixi suprà dec. 6. & 19. quod facit ad dec. sequentẽ. Non negarem tamen admittendum defensorẽ, prout in causis criminalibus, ex quo agitur de causa status. Posset tamen à prædictis cõtrarietatibus defendi hęc dec. si dicamus, q̃ attento effectu, q̃ Papa mandauit bñficiũ in euentũ priuationis cõferri, causa nõ dicitur ꝓphana. Itẽ & q̃ licet

executio nõ posset fieri cõtra defensorẽ quantũ est respectu beneficij, poterat fieri tamẽ respectu expẽsarũ ac dãnorum & interesse, pro quibus erat præstita cautio. Et ad illam rationẽ ꝙ hîc non poterat fieri executio cõtra defensorem, quantum est respectu beneficij responderi 1 potest, ꝙ nec etiã ad hoc se obligauerat defensor, & ꝙ satis est ꝙ fuit admissus in casu à iure permisso, in quo tales defensores substituit: quia aut debuit admitti de iure 2 & cõsequenter debet posse substituere: aut nõ debuit admitti, & frustra quæritur de facultate substituendi. Ad ista etiã faciunt not. per Fel. in c. ex parte decani. in fi. de rescrip. vbi quærit an defensor qui cauit isto modo possit post litem contesta. reuocari. Et not. hîc vnum, ꝙ † in 4 causis beneficialibus & spiritualibus non cõlideratur interesse, vt etiã dicitur suprà dec. 6. & in ant. hoc ti. dec. 8. Item not. ꝙ † licet agatur ad priuationẽ, causa non dicitur criminalis, sed ciuilis: tamẽ scias quod pars in tali ca- 5
*110 su debet pſonaliter citari, vt *fuit dictũ in quadã causa pro affine Cardinalis Caurensis de mense Octobri
*111 1549. vbi etiã fuit * resolutum † idem esse, quãdo agi- 6
tur ad regressum ob non solutionem. Anto. M. Pap.

SVMMARIVM.

Absolutio ab excommunicatione non potest peti per non habentem speciale mandatum, quamuis generalis procurator vel coniuncta persona possit petere excommunicationis sententiam pronuntiari nullam.

EPITOME.

1 *Procurator decani & capituli pro omnibus clericis ecclesiæ constitutus, an possit singulariter vel pro singulis specialiter procurare.*

2 *Absolutio ab excommunicatione, an & quo casu procurari & peti possit per non habentem speciale mandatum.*

3 *Excommunicationis sententia secum trahit suam executionẽ nec per appellationem suspenditur.*

Decisio 36. *aliàs* 426.

SI decanus * canonici & capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ pro se omnibus beneficiatis eiusdẽ ecclesiæ constituant procuratorem contra eorum episcopũ super indebita & excessiua exactione charitatiui subsidij ad agendum & defendendũ &c. & præsertim ad petendũ absolutionem ab excõicationis sententia tam simpliciter quàm ad cautelam. Dubitabatur vtrũ prędictus procurator posset agere, & defendere, & absolutionem petere prædictã, præsertim ad cautelam nomine prædictorũ beneficiorum singulariter & specialiter in litera excõmunicationis episcopi nominatorũ. Et fuit breuiter conclusum per omnes ꝙ non. nam licet prælatus posset agere & defendere & procuratorem constituere pro membris & subditis suis: vt leg. & no. in c. cum deputati de iud. & in c. olim. de restit. spo. per Inno. & in cle. j. de rescri. facit tex. in c. auditis. de præscri. tum etiam quia de prædictis beneficiatis non constituit ꝙ essent subditi dictorum canonicorũ & capituli ergo &c. Præterea licet canonicus non excõicatus possit pro cõcanonico suo petere beneficium absolutionis ab excommunicationis sententia, etiam sine mandato: prout deducit Inno. in c. romana. de sen. ex. li. vj. tum quia isti beneficiati nõ sunt de collegio vel capitulo nec confratres prædicta no. Inno. non vendicat sibi locũ, quæ forte non procederet in 1 absolutione petenda ad cautelã, quæ est valdè extraordinaria, & multũ prejudicialis. quia in ea non recipitur iuramentũ, nec cautio præstatur, nec satisfactio impeditur: & ideo cũ maiori difficultate datur quàm simplex 2 absolutio. prout leg. & not. in c. solet. & in c. venerabilibus. de sen. exc. li. vj.

SVMMARIVM.

Absolutio ab excõicatione non potest peti per non habentem speciale mandatum, quamuis generalis procurator vel coniuncta persona possit petere excõmunicationis sententiam pronuntiari nullam. Vel sic. Procurator decani & capituli pro se & omnibus clericis ecclesiæ nõ potest absolutionem singulorum de ecclesia petere. h. d. cum. §. seq. 426.

EPITOME.

1 *Procurator capituli non potest pro singulis clericis ecclesiæ petere absolutionem.*

2 *Absolutio ad cautelam peti non potest per concanonicum etiam non excõmunicatum, & dicitur magis præiudicialis quam alia.*

ADDITIO.

PRimum summarium nihil valet, ad † secundum verò adde vt in tex. ꝙ licet mãdatum esset speciale ad petendum absolutionẽ etiam ad cautelã, quæ est magis prejudicialis: tamen illam petere non potest: † prout nec canonicus non excõicatus pro concanonico suo absolutionem ad cautelã petere posset: quia in ea petenda non requiritur iuramentũ, nec cautio præstatur, nec satisfactio impeditur, quæ sunt magnæ importãtiæ in hoc proposito, vt etiam in præcedenti dec. Sed dum decisio quitur de clericis simplicibus reddit rationem: quia non constituebat eos cõprehensos in mandato, & quia non apparebat eos esse subditos dictorũ canonicorũ & capituli, vel esse de capitulo vel collegio, aut confratres: & nullum dubium est, ꝙ si cõstasset eos tales, absolutio peti potuisset. pro quo facit dec. 8. infrà de iud. & hoc non negat dec. ista, quæ in effectu plus decidit factũ quàm ius, nisi in quantũ loquitur de canonico agente pro cõcanonico: quinimò etiam prælatus solus non posset pro capitulo. pro qua materia vide omninò Fel. latissimè in c. nonnulli. de rescr. §. sunt & alij. col. xvj. nu. 18. & in c. cùm M. de de consti. nu. 25. cum duobus seq. vbi examinat an illud quod dicitur de coniunctis, habeat locum in coniunctis coniunctione spirituali, & not. etiã aliquid in c. cùm deputati. col. ij. de iudi. Aduerte tamen ꝙ in alijs decis. per numerum ad istam dec. est appositus vnus. §. incipiens ex eodem facto. qui est infrà de appel. ad dec. 59. & melius ibi cadit. Aduerte etiã ad tex. dum dicit, tum etiam quia vult dicere, tamen quia, & ad istam dec. satis consulunt deci. Aegi. 10. & 108. vide eas vbi quãdo procurator censeatur factus nomine capituli canonicis interuenientibus, & an nomina sint exprimẽda, vide in anti. dec. 9. & 29. hoc titu. Anto. Maria Pap.

SVMMARIVM.

Si clericus contra laicum intentauit crimen sacrilegij criminaliter, & admissus laicus per procuratorem vsque ad conclusionem: non potest opponi, quòd non debet admitti procurator: si post conclusionem constabat sententiam esse ferendam pro reo.

EPITOME.

1 *Absolutoria potest etiã in causa criminali ferri pro absente nec valet oppositio contra procuratorem.*

2 *Procurator admittitur in omni casu quo potest sententia contra absentem ferri.*

3 *Procurator quare non possit in criminalibus interuenire.*

Decisio 37. *aliàs* 482. & 485.

SI clericus cõtra laicum intentauit crimen sacrilegij criminaliter: & cùm admissus fuerit laicus per procuratorem ad causam vsq; ad conclusionẽ inclusiuè 2
venitq; sententia absolutoria ferenda pro laico, non potest ad impediendũ sententiã vel processum procuratoris annullandum opponi cõtra procuratorẽ: ex eo quòd 2
non possit procurator in causa huiusmodi admitti. Primò ꝙ non ad impediendũ sententiã propter l. quãuis indubitati C. ad legem Iul. de adult. vbi dicitur, ꝙ sententia † absolutoria, potest ferri in crimine pro absente & con- 1
tra præsentem: ergo & in persona procuratoris fortiori ratione. facit pro hoc. Quia cõmunis opinio habet, ꝙ in causis in quibus potest sententia ferri contra absentẽ, potest procurator † admitti. per legẽ seruũ quo ꝙ. §. publicæ. ff. de proc. ergo idem si pro absente: quia iura sunt magis extensiua in fauorẽ absentiũ quàm in eorũ lesionem. vt l. absenti. ff. de pœnis. Præterea quia cessat ratio, 2
quare procurator † non põt in criminalibus interuenire vt l. penul. §. ad crimen. ff. de publicis iudi. videlicet, ꝙ sententia esset deluso ria: quia non posset absens puniri, &c. quę ratio hîc cessat. Hanc conclusionem tenet la. de Are. in l. quamuis indubitati. C. ad leg. Iul. de adul. & per hoc non ob. quod ibi not. per Accur. & Cy. post eum, videlicet ꝙ ista exceptio opponi potest in qualibet parte litis. quod cõfirmat Io. an. de iudi. c. j. li. vj. in nouel. quia istud intelligit verum regulariter, fallit in casu vbi iam esset in causa conclusum, & sententia absolutoria ferẽda

* *Si decanus. Ad hanc deci. adde Bal. in addi. Spe. tit. de procura. in verſi. per procuratorẽ. Cy. & Ang. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. ff. de a. qui. har. & in Spec. de procura. §. j. ver. Item opponitur.*

esset pro absente. Io. de lig. respondit ad rationes ac Frā. & Old. in c. licet. de accus. Secundò dixi, ꝙ dicta oppositio præcedentem processum nō annullat. & sic in glo. l. quamuis. alleg. & Ber. & Io. mo. Archi. & Io. And. in d. c. j. de iud. lib. vj. quę habet, ꝙ exceptio ista est dilatoria. & ita determinat Io. And. ibidē in nouel: Itē dicta conclusio probatur. Quia nō omne crimen sacrilegij requirit pœnā maiorē: & tamē in his solis criminibus dictam pœnam maiorem requirēdo habet locū prohibitio. §. ad crimen, secundùm cōmunem gl. & doct. opinionē. l. seruum quoq; §. publicę. §. ad crimen. & l. j. secūm Io. And. ff. quando causæ appellationū per aliū exerceri possunt. & per Bar. & Cyn. C. de accusat. l. reos. & de iniur. l. fi. licet Io. mo. de pœnis. & Ioā. And. prædictus in dictis l. Bar. in d. §. ad crimen. vbi plenissimè per eū. De iure videtur contrariū esse verius. maximè per l. fi. C. de iniur. coniūcta l. fi. ff. eo. tit. & per §. ad crimē. quę loquitur indeterminatè. & §. sed & ea. recipiendo verbū inclusiuè, ne ibi frustra idē verbum ponatur, dominus Io. de lign. vbi suprà dicit melius fore dicendū & decidendum, ꝙ si ex parte accusati interueniat procurator, quòd nō valet processus: sed ex parte accusatoris tūc valet, vt bene videtur probare l. h. C. de iniur. quia dicit nedum illustres priuilegiatos, vt in causis iniuriarū per procuratorem se defendāt, sed vltra dicit, ꝙ nullus alius pōt se defendere in causis huiusmodi per procuratorē, seu admitti: debet enim hoc restringi ad vnicā causam. l. vnica. C. de fam. hoc esset diuinare. Et si vis scire qualem solutionē colligit Guil. de Cuneo ad illā l. qualiter pulchrè soluatur d. l. qui publicæ. vide Bar. in d. §. ad crimen. ad l. absentem. respondit dominus Io. & Inn. ꝙ ista lex loqtur de procuratore, quando est notū iudici, videlicet in delicto cōtumaciæ vt ibi patet: & in tali cessat intentio legis absentem. & habet locum l. quamuis. ff. ad leg. Iul. de adul. & iste est vnus casus in quo punitur absens. l. j. ff. si quis ius. dix. non ob. Nam aut loquitur de pœna delicti iudici ignoti, quod notum fieri nō potest nisi parte præsente. Certos aūt casus in quibus dānatur absens, vide per Bar. d. §. ad crimē. & præmissa intellige in casu in quo pœna est corpori vel personæ infligenda, aliàs secus secundum prædicta: quia tunc iuris ratio cessaret. In contraria opinione cōmuniores sunt, videlicet Iaco. de Aret. Guil. de Cu. & Ia. de Butr. ideo est securior. Per præmissa potest videri quid si sententia ferenda esset condemnatoria, distinguendo secundum gl. & doct. vt suprà dictum est.

SVMMARIVM.

Si clericus cōtra laicum intentauit crimen sacrilegij criminaliter, & admissus laicus per procuratorem vsq; ad conclusionem: non pōt opponi ꝙ non debet admitti procurator, & secundā vltimā impressionē. 482. & 485.

EPITOME.

1 *Procurator admissus vsque ad conclusionem in causa criminali non potest repelli, si sententia veniat ferenda pro reo.*

2 *Procurator admittitur in causis in quibus proceditur contra absentem.*

3 *Exceptio quod procurator non sit admittendus, admittitur in quacunque parte litis, nisi, &c.*

ADDITIO.

1 SVmmarium † istud nō bene procedit, nisi addatur, si post conclusionem cōstabat sententiā esse ferendam pro reo, pro quo procurator comparuerat: quia si sententia non veniret ferenda pro reo, contrariū sentit hæc dec. per doct. Io. And. in c. j. de iud. li. vj. in nouella. Cum ista dec. concordat dec. 10. suprà eo. & vide Fely. in c. exceptionem. de excep. col. xij. nu. 30. Plura notari possunt

2 ex hac dec. incidenter dicta, & Primò, ꝙ † in causis in quibus pōt pronunciari contra absentem, pōt etiā procurator admitti, vt etiā habet suprà dec. 35. quia nunquā admittitur procurator quando sententia esset delusoria, & non posset absens puniri: vt quando agitur de pœna

3 corporis afflictiua. Secundò, ꝙ † exceptio, ꝙ procurator non sit admittendus, pōt opponi in quacunq; parte litis: licet non obstet in casu isto quando sententia venit ferēda pro reo, vt suprà. Tertio, ꝙ antequam opponatur ista exceptio, tenet processus, pro quo etiam facit dec. 10. suprà. Item aduerte, quod ix. meus est corruptus, dum allegat Io. Anto. vult dicere Io. And. & dum allegat l. fin. §. de iniurijs. vult dicere C. de iniur. & in alia impressio. dicitur corruptè. C. de iureiur. Item dū allegatur. d. l. qui publicè. vult dicere. §. qui publicę: & dū dicit tertius autem casus, vult dicere, certos autē casus, & in impressione per numerum dum dicitur, decimare, dicas diuinare. & dum dicitur. ff. si quis. 19. distin. dicas, si quis ius dicēti non obtem. & dum allegat l. eos. C. de accusationi. dicta lege, reos. Anto. Maria Papaz.

SVMMARIVM.

Dominus tacitè vel expressè potest factū sui procuratoris ratificare: & idem poterit procurator dominus litis effectus, procurator tamen cū potestate substituendi constitutus substituendo simpliciter, non ratificat nisi expressè antea gesta per suum substitutum.

EPITOME.

1 *Procurator ad litem habens mandatum substituendi, sciens alium non expressè substitutum prosequi, an si postea eundem expressè substituat, videatur ratificare acta antea per eum habita.*

2 *Substitutus per procuratorem mandatum habentem, censetur à domino constitutus.*

Decisio 38. aliàs 454.

1 FVit dubitatum vtrum procurator † ad causam habens mandatū à domino substituendi, sciēs Titium ab ęo non expressè substitutum agere, & prosequi causam tanquam suum substitutū: & postea substituēdo eum ad eandem causam vlterius prosequendā, videatur omnia acta antea per ip'um habita & actitata ratificasse. Et videbatur aliquibus ꝙ sic, per l. sæpe. ff. de re. iudi. & c. quāuis. eo. ti. com simi. & per no. Inn. in c. ex parte decani. de rescript. & c. in præsentia. de proc. quę omnia loquuntur in ratificatione domini principalis tacita vel expressa. ergo idem in procuratore, qui loco domini habetur. de proc. c. j. & c. fi. li. vj. Quod dictū omnes domini dicebant procedere, & veritatē continere in procuratore iuris: videlicet qui est factus dominus litis: qui sicut dominus posset ratificare tacitè & expressè gesta & acta per falsum procuratorē, nomine tamē suorita & hic procurator qui nedum loco domini sed verus dominus litis post lit. cōte. efficitur. Hinc est ꝙ sine speciali mādato domini substituere pōt. Item alius cōstituturus à domino non posse: vt in d. c. j. li. vj. in hoc verò cōstituto & vero domino habēre speciale mādatum substituendi, dixerunt domini posse procedere, & per eū fieri ratificationē expressam, propter mandatū substituendi, & clausulas alias generales in procuratoris poni consuetas: sed tacitam nō nisi post lit. cōte. per eū. ar. de re. iur. ratihabit. lib. vj. omnia eū quę per dictū procuratorē fiunt expressè, & in mandato suo continētur à domino facta cēsentur: non sic in tacita, quę nō habet in mandatis, & sic

2 secūdum omnes dominos prędicta ratificatio † expressa censetur facta à domino, ac si ipsum substituisset. Nā omnis per procuratorem substitutus censetur à domino constitutus. iuxta no. in c. is qui. & c. si duo. de proc. li. vj.

SVMMARIVM.

Dominus tacitè vel expressè potest factum sui procuratoris ratificare, & idem poterit procurator dominus litis effectus: procurator tamen cum potestate substituendi constitutus substituendo simpliciter, non ratificat nisi expressè antea gesta. 454.

EPITOME.

1 *Ratificata nō censentur antea gesta per substitutionem, nisi expressè dicatur: licet secus sit, si alle quę gesta acta constituatur à principali, vel à domino litis.*

ADDITIO.

1 ISta decisi. † est clara, sed facias punctum, vt ego feci, ante verba illa, antea gesta, vt sit sensus, quod procurator habens facultatem substituendi, simpliciter substituendo non videtur ratificare antea gesta, (nisi hoc expressè dicat) quòd tamen est secus in domino constituente, vel in procuratore domino litis effecto substituē te, quia ipsi, vt dicitur hīc, de facili videntur ratificare: quę differentia est mēti tenenda. Ad istā dec. faciūt notabiliter per Fel. in c. ex parte decani. col. iij. nu. 8. & in c. j. vt lite non contest. col. ix. nu. 24. & in c. nōnulli. §. sunt & alij. de rescrip.

de reſcrip.col.iij.& iiij.vbi latè quando poſsint ratificari geſta per non procuratorem vel falſum procuratorē & vide dec. ſequentem. Aduerte in hac impreſsione linea 21.dum poſt dicit in hoc vero conſtituto & vero domino loco,& ponè à.Ant.Mar.Pap.

SVMMARIVM.

Dominus ratificat geſta ſeu facta falſi procuratoris, ſi lis vtatur:ſed tutius eſt ſi expreſsè ratificet. 1

Deciſio 39 alàs 455.

PEr prædictam concluſionem ego poſtea formauēram aliud dubium, videlicet, Si Titius aſſerens ſe procuratorem Caij,nomine ipſius & ipſo præſente & tacente à quadam diffinitiua ſententia contra ipſum Caium lata appellet,& iudex deferat. Vtrum valeat huiuſmodi appellatio in tantùm ℘ per eum ſuſpenſa ſit illius ſententiæ executio.& breuiter propter not. per Inno.in d.c.ex parte decani.& c.in præſentia.de reſcri.ſuprà in concluſione proxima alle.fuit concluſum per omnes dominos dictam appellationem valuiſſe & ſuſpendiſſe executionem ſententiæ:maximè quia Caius prędictam cauſam appellationis poſtea met eſt proſecutus, & eam alteri auditori committi obtinuit. per quæ ſatis de ratihabitione conſtitit,quæ retro trahitur, & manda to comparatur.de ſen.excom.cùm quis.de reg.iur. ratihabitio.,lib.vj.Mihi tamē videbatur tutius,℘ ad tollendum omne dubium,& ne poſtea fieret ſuper hoc diſputatio in cancellaria:& ne poſſet impediri executio poſt tertiam ſententiam, quòd dictus Caius principalis expreſsè dictum actum geſtum per Titium falſum procuratorem ſuum expreſsè ratificet,quod & factum eſt coram me,qui habui cauſam.

SVMMARIVM.

Dominus ratificat geſta ſeu facta falſi procuratoris, ſi eis vtitur:ſed tutius eſt ſi expreſsè ratificet.h.d.455.

EPITOME.

1 *Ratificatio inducitur, ſi dominus vtitur geſta per aſſertum procuratorem.*

2 *Ratificari an poſsint geſta per falſum procuratorem.*

3 *Mandatum cenſetur datū,ſi iura reperiantur penes ſolitum procurare, vel ſi quis ſoluat nomine alterius.*

ADDITIO.

SVmmarium ~~ſubſtantialiter comprehendit omnia:~~ 1
ſed † dec.in effectu dicit,℘ iſte aſſertus procurator appellauit,à ſententia in præſentia domini,& iudex detulit,& ℘ appellatio valuit: quia dominus fuit præſens,poſtea cauſam appellationis cōmitti fecit. Ad iſtā dec.faciunt ea quæ dixi ſuper præcedenti dec. Et licet videantur obſtare ea quæ dicit Fel.in c.nonnulli.§. ſunt 2
& alij.de reſcrip.dum dicit,† ℘ geſta per falſum procuratorem non poſſunt ratificari.pro quo vide infrà de appel.60.tamen Fel.ibi ſatis clarè reſpondet, vide notabilia verba eiuſdem in c.ex parte decani.de reſcrip.col.iij. nu.50.ver.fallit.3.vbi licet geſta per procuratorem reuocatum non poſsint ratificari:tamen hoc fallit, niſi ſimus in actu qui à quibuſcunque etiam ſine mandato facto poſſet ratificari,& vide eundem in c.j.vt lite nō conteſt. 3
facit ad præmiſſa,℘ † dominus dando iura ſua in manibus alicuius ſoliti procurare, videtur ipſum conſtituere procuratorem:vt per Fely.in c. cauſam quæ de reſcrip. col.xij.nu.58.& in c.ſicut.de re iudi.nu.39.& 40.& per Rebuffum fol.108.& facit dec.2.de cauſa.poſ.& proprie. in anti. Vbi habetur ℘ ſi aliquis ſoluat nomine alicuius præſumitur habere mandatū,& idem dicit Sar.q.32.regulæ de Annali & 6.regulæ de Trie.& vide Caſſ.dec.3. hoc titu. A.M.P.

SVMMARIVM.

Procuratorium concernens certas perſonas ad alias non extēditur,niſi clauſulæ generales ſubſiſtant:& ideo veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe,habet dominū principalem ad cauſam vocare,ſeu facere vocari.

EPITOME.

1 *Iudices dati contra a.& b.act.& c.reum,an procedere poſsint in cauſa quam d. intentauit contra c.& quomodo.*

Deciſio 40. alàs 456.

SI cauſa committatur inter A.& B.actores,& C.reū & poſſeſſorem in curia præſen.& ſeruatis ſeruandis, 1
citra tamen concluſionem C.de curia recedat,& certum procuratorē ad agendum & defendēdum &c. in dicta cauſa conſtituat.& poſt hoc D.ſuperueniens pro ſuo intereſſe petat procedi ad vlteriora in cauſa,& ad faciendum * finem de ſuo intereſſe producit ſtatim omnia iura ſua,& facit citari procuratorem dicti C. ad diecēdum contra,qui excipiendo propoſuit ſe non habere mandatum contra D.ſed contra A.& B. Ex hoc themate inſurgunt tria dubia.† Primum vtrum in vim primæ cōmiſsionis obtētæ per A.& B.cōtra C.poſsit procedi.cū D.nouiter ſuperueniente contra C.& ſi dicatur ℘ ſic: vtrū omnes termini de ſtilo palatij ſeruari conſueti ſint ſeruandi vel reiterandi inter dictū C.& D.vel ſit admittendus duntaxat in ſtatu in quo cauſam inuenit. Tertiū vtrum procurator dicti C.bene excipiat:ita ℘ ſit idem C.de nouo citandus ad hanc cauſam pendentem inter ipſum D.& C. Ad primū dicebāt aliqui domini & maior pars, ℘ attento,℘ eſſet cauſa in curia ſemel cōmiſſa inter dictos primos tres,& ſuper vno & eodem beneficio,quæ commiſsiones cōmunes ſunt omnibus volentibus venire ad cauſam.iuxta not. Inno.in c. ex conqueſtione.de reſti.ſpo.in vim primæ cōmiſsionis poſsit procedi etiam inter iſtum D.& C.ſuperuenientem pro ſuo intereſſe.pro quo alle.vna no.Inno.pulcherrima in c. veniens.el.j.de ſpon.quam not.Inno. ego credebā veram, & poſſe intelligi in illo ſuperueniente de nouo ad cauſam,non contra primum reum & poſſeſſorē: ſed contra actorem vel pro actore illis aſsiſtendo non agendo. contra quem intellectum ſiue opinionē meam fuerunt alleduæ decre.in contrarium:videlicet,veniens.de teſt.& c. cùm ſuper.de re iudi.facit cle.conſtitutionē.de elect.& not in decre.diſpendia.§.reus quoq;.de reſcri. li.vj.quas decret.ego inducebam pro me, & not.in c.p.& g.& c. cùm olim.de off.dele.& prędict.§.reus. qui loquitur in perſonalibus & non realibus actionibus & loquuntur in reo & nō in actore.Et ideo fuit cōcluſum & conſultum per omnes tutius eſſe nouā commiſsionem cū poteſtate citandi dictū C.reum per dictum D.obtinere: quia domini nō reputabant mandatū procuratoris C.contra A. & B.ſufficiens cōtra D.& ſic ceſſat tertium dubium. & etiam ſecundum:quia tunc expedietur cauſa inter A.& B.& C.& D.poterit pro ſuo intereſſe à ſententia diffinitiua,ſi feratur pro A.& B.appellari, & cauſam appellationis proſequi cōtra A.& B.iuxta c.cum ſuper. & ea quæ ibi not.per Inn.ſuperius alle. Sed ſi ſic contingeret pulcherrimū dubiū reſtaret de modo procedendi & ſententiandi cōtra dictos A.& B.ſi dictū D.ad ſe probaret beneficium,de quo agitur, pertinere. ſed ſuppoſito ℘ in vim primæ cōmiſsionis & cū procuratore C. vel per audientiam contra eū poſſet & deberet procedi ad inſtantiam illius,quomodo & qualiter ſit procedendum:videlicet,vtrū incipiendus ſit proceſſus à capite,vel ille D. ſit admittēdus in eo ſtatu in quo cauſam inuenit.in quo domini erāt varij aliqui tenentes primū,aliqui ſecundum. Primi verò aſſerentes de nouo inchoandum proceſſum. Mouebātur,quia mutatis perſonis,&c.c. cùm in tua. & c.veniens.de teſti.nouis enim morbis,&c, de iur.ca.cęterum.tum etiā fortè propter obiectus dandos per dictū. C.reum & poſſeſſorē contra dictū D. ſuperueniētem de nouo à quibus totaliter excluderetur,ſi terminus ad ponēdum & articulandum nō daretur.& propter hoc fuit determinatum & cōcluſum per omnes ℘ aſsignaretur vtrique parti termiuus cōpetens ad ponēdum & articulandum ad dicēdum contra articulos, & dicēdum cōtra producta. Et quāquam opinio iſtorū dominorum ſit æqua:tamen ego credo ſecūdam opi.magis iuridicā, per iura antiqua & noua videlicet d.c.veniēs.de teſt. vt lite pen.c.ſi hi cōtra quos.& cle.j.eo.ti.cū ibi not. & per Inno.in c.quia verò.de iudi.& in c.dilecti.de excep.

Add.deci. ſuprà eo.13.

** Finem. Antiqua exemplaria habent fidem.*

SVMMARIVM.

Procuratorium concernens certas perſonas, ad alias non extenditur, niſi clauſulæ generales ſubſiſtant. Et ideo veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe,habet dominū principalem ad cauſam vocare,ſeu facere vocari. 456.

EPITOME.

1 *Procurator rei & poſſeſſoris non dicitur habere mandatum quò ad tertium poſtea comparentem.*

2 *Iudex datus contra B. & C. non potest procedere in causa quam D. intentauit contra C.*

3 *Processus quomodo fiendus quando tertius venit ad causam.*

ADDITIO.

1 rant, sic nec Publicianam intentare. Ad hoc respondebant: quia prædictus cessionarius petebat bona sibi cessa iure dominij, vel quasi: & petebat eam meliori modo & forma quibus de iure poterat & debebat. & quia etiam omnes actiones reales & personales etiã competẽtes cedenti dedit & cessit ac transtulit in cessionariũ meliori modo & forma, &c. q̃ veniebat omnis modus siue actio vtilis huic cessionario: sub dicto verbo, vel quasi: nã vtilis etiã cedi potest: vt not. Spe. ti. de cess. bon. §. j. ver. sed nunquid is cui cõpetit. verba enim rescripti sæpe impropriã tur in libello, siue modo postea agendi vt not. Inn. in c. episcopi. de re. ecclesiæ. nõ alie. Intentans etiã directã, & probans in vtili bene obtinebit. arg. eorũ quæ leg. & no. in c. examinata. de iudi. Pro quo etiã facit dictum Spec. in titu. de sententia §. qualiter. ver. quid si lis. Dixit etiã dominus Nicol. quòd licet ius ex quo oritur Publiciana, quasi dominium appelletur: vt §. aliæ. superius alleg. tamen non per hoc sequitur, quin ius competẽs cessionario quasi dominium valeat appellari: & si non quasi dominium directum, tamen quasi dominium vtile. per no. Cy. in l. fin. C. de hære. vel acti. vend. post Per. de Belus. Verbum enim quasi, notat improprietatem veritati cõtrariam similitudinariam. ff. solu. matr. l. si cùm dotem. in fine. modò qui actionem habet ad rem, quasi rem habere dicitur: vt l. qui actione. ff. de regul. iur. Sed cessionarius iste habet actionem ad habendum hoc dominiũ, nec de iure canonico est curandum de nomine actionis, dummodo ex forma libelli & alijs actitatis in causa possit constare de intentione agentis. de iudi. c. dilecti. Et in hoc domini finaliter remanserunt, quòd reciperetur id quod magis vtile foret, & expediret pro intẽtione agẽtis, quæ magis debet cõsiderari quàm verba. de verb. sig. præterea. & c. intelligentia. verba enim libelli in favorẽ libellantis latam recipiunt interpretationẽ: vt l. solẽt. ff. de iudic. & l. inter stipulantem. §. Stichus. ff. de verb. obl.

SVMMARIVM.

Actiones reales cedi possunt per nõ possidentem. h. d. Et quid transeat in cessionarium per talem cessionem, & quomodo agere potest, hîc plenè notatur. 179.

EPITOME.

1 *Actiones reales cedi possunt vt hîc, &c.*

ADDITIO.

1 DEcis. † ista non dubitat quin actiones reales cedi possint per non possidentem: sed tantùm dubitat & nõ bene resoluit, an dominium per talem cessionem transferatur: & an cessionarius possit intentare rei vendicationem: & an agendo videatur intentare directam, vel vtilẽ, aut publicianam, & quid, quãdo agitur omni meliori modo, prout seruatur in curia, videas per te. Antonius Maria Papazzonis.

De Iudicijs.

SVMMARIVM.

Curator datus ad litem pupilli, nõ tenetur facere inuentarium.

Decisio 1. aliàs 45.

PRocurator seu curator datus ad litem pupillo, non tenetur facere inuentarium per rationes quas ponit Spe. titu. de actore ab vniuersitate vel curatore deputato. §. j. versicu. puberes.

SVMMARIVM.

Dispositio c. si annum. de iudi. li. vj. procedit, in casu decimarum competentium laico ex priuilegio.

EPITOME.

1 *Decimæ possunt præscribi: ius verò decimandi non.*

Decisio 2. aliàs 46.

CAp. si annum. de iudi. li. vj. habet locũ in laico maiore quatuordecim annis defendente decimas sibi, vt prætenditur, ex priuilegio apostolico debitas, & ante Lateranen. consilium in feudum cõcessas: propter verba textus ibi, & alijs causis spiritualibus & dependẽtibus ab eisdem. Sed nulli dubiũ quin decimæ sunt spirituales, & dependentia sunt fructus decimarum: vt no. Io. mo. ibidẽ expressè, † qui bene possunt cadere in laicum, & etiam præscribi: licet ius decimandi non: vt not. de præscrip. causamque. & de deci. quauis. per B. & sic fuit determinatũ post relatiões meas in causa Dertusen.

SVMMARIVM.

Fit computatio annorum domini à natiuitate non à circuncisione.

Decisio 3. aliàs 50.

A Natiuitate domini, &c. ab ipso die natiuitatis Iesu Christi & non à die circuncisionis est computendus & inchoandus in Romana curia annus.

SVMMA

SVMMARIVM.

Annus ab incarnatione domini post mensem martij incipit secundùm cursum Francię & Angliæ.

Decisio 4. aliàs 108.

SEcundùm cursum Angliæ & Franciæ annus incarnationis dominicæ non incipit post annum natiuitatis, sicut secundum cursum romanæ curiæ: sed post mensem martij concurrunt sub eodem numero tam annus à natiuitate præcedens, quàm annus incarnationis subsequens.

SVMMARIVM.

Facta fide de absentia procuratoris à ciuitate & suburbijs vbi degit curia, procedi potest per audientiã. h.d. Vel sic. In absentia procuratoris etiã causã recreatiõis & ad breue tẽpus per audientiã proceditur, & valet ꝓcessus.

Decisio 5. aliàs 129.

Anagniam. exemplaria antiqua Anamá nõ Ananiam legunt

IN absentia procuratoris causarum transeuntium ad * anagniam vel alium locũ non existentem de suburbijs curiæ Romæ. etiam si papa ibidem cum dominis cardinalibus resideat procedi poterit per audientiam facta fide de absentia antedicta. Idem voluerũt domini obseruare in testibus affuturis illuc transeuntibus recepto & præstito prius per eos iuramẽto, ꝙ ea de causa non recedant, & in breui non sunt reuersuri, ne copia probationum pereat, & cursus causarũ impediatur: quia probationes non sunt angustandæ: vt lite non contest. c. quoniam. de testi. c. Albericus & c. significauit.

SVMMARIVM.

Commissio impetrata per filium familiâs in patria: potestate constitutum, quia non est nisi quædam distributio, valet.

EPITOME.

1 *Commissio impetrata per excommunicatum & per quencunque inhabilem valet.*

2 *Prohibitio patris facta filio de nõ agendo siue in iudicio procedendo, non dicitur habere perpetuam causam prohibitionis.*

3 *Exceptio excommunicationis an in audientia cõtradictarum admittatur contra impetrantem.*

Decisio 6. aliàs 175.

COmmissio impetrata in curia per filiumfamiliâs in patria potestate constitutum sine consensu patris, & in causa prophana valet: maximè si ille filius ante lit. contest. emancipetur: & emãcipatus de consensu patris in bonis in quibus patri non quæritur vsufructus, agat. per illud generale: quia non refert per quẽ preces imperatori offerãtur. C. de precib. impe. of. l. vniuersi. Præterea quia huiusmodi impetratio † in curia 1
non est nisi quædam distributio. hinc est, ꝙ valet commissio impetrata per excommunicatum, per nõ habentem mandatum, & per quencunq; etiam inhabilem: ita ꝙ c. ipso iure. & c. nonnulli. de rescrip. nõ vendicant sibi locum in curia: imò secundùm aliquos dominos filiusfamiliâs non est inhabilis de per se ratione patriæ potestatis, ad impetrandum: quia nõ est simpliciter prohibitus impetrare vel agere: imò reperio ꝙ in omnibus pro alio & per se in casibus in quibus sibi cõperit ius agendi, agere potest, & in iudicio comparere: imò & in omnibus casibus conueniri: vt l. filiusfamiliâs. §. sed & ipse ff. de pro. & ff. de actio. & obli. l. si filius. in secundo respon. de procura. c. non iniustè. & c. qui generaliter. libr. vj. Nec mirum: quia contrahit & quasi contrahit in omnibus: vt l. tam ex contractibus. ff. de iudi. & in iudicijs quasi contrahimus: vt l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. & de iudi. c. 2
fi. Sed licet prohibeatur † agere, siue in iudicio comparere sine consensu patris: vt in l. cùm non solùm. §. necessitatem. C. de bo. quæ libe. tamen huiusmodi prohibitio non habet perpetuam causam prohibitionis: quia superueniente cõsensu valebit iudiciũ cũ eo agitatũ. & in multis casib⁹ valet sine cõsensu patris: vt in c. si annũ. de iud. lib. vj. quod quidem iudiciũ incipit per litis cõtestationẽ quæ est exordium litis. de offic. deleg. super quæstionum & quia ante litem contestatam quis nõ censetur agere, sed agere velle: vt l. amplius. rẽ rat. haber. ff. & ideo dantur inducię deliberatoriæ, an quis velit cedere vel cõtendere. de procura. dilectus. de dilat. c. j. & ij. quæst. iij. c. offeratur. Et quia rescripti impetratio non est actus iudicialis, sed extraiudicialis: vt not. Innoc. in c. quoniam. de proba. & probat. c. nonnulli. & c. fi. de rescrip. quia bene valent agitata per filiumfamiliâs, sicut not. Iac. de Butr. de procuratore constituto à minore, & iudicio habito cum illo, quod sit validum ipso iure in l. nõ eo minus. ff. de mino. Facit pro præmissis: quia non reperitur ius inhabilitans: & edictum nõ est de permissorijs: sed potius prohibitorijs, ergo intelligitur esse permissum. ff. ex qb. cau. ma. l. j. de sponsa. c. cùm apud. quid enim scitur, dum commissio per filiũfamiliâs impetratur, qualiter agetur an ex Castrensi vel quasi? an ex consensu vel sine? & hoc est fortius argumentum: quia sufficit quòd interueniat iste consensus: ergo nõ requiritur quòd ante impetrationem commissionis præcedat. Nec ob. c. nõnulli. de rescr. quia hîc pro alio non impetrat, sed ꝓ seipso. Ex quo inferebatur alia cõclusio, quòd si filiusfamilias ante emãcipationem ad agẽdum in certa causa in qua nondũ ius agendi habere poterat, procuratorem constituerit, & postea emancipatus fuerit, & ius agendi & consensum patris obtinuerit, quod processus habitus cum tali procuratore est validus & bonus per eadem motiua.

ADDITIO.

Adde decisio. Fuit dubitatum, & per Sa. de rescrip. & decis. Si in causa beneficiali infra, de appellat.

Compost. in cap. nonnulli. hîc allega. dicit quòd curia 3
† practicat, quòd in audientia contradictarum non admittitur excommunicationis exceptio contra impetrãtem, nisi probetur per literas, & opponatur per filium contra quem impetratur, etiam si pro eo lata esset: sententia excommunicationis nõ admittatur oppolita, nisi timeat præiudicium literarum aliquod in futurum: quo casu sufficit præstare cautionem de non vtendo literis contra eum.

SVMMARIVM.

Emancipatio facta de clerico per patrem coram iudice laico qui est iudex patris, valet.

EPITOME.

1 *Emancipatio quòd per iudicem competentem fieri debeat. Et quis iudex censeatur competens. & nume. 4.*

2 *Emancipatio est actus patris & non filij.*

3 *Patriæ potestatis ius institutionis seculare est.*

4 *Emancipatio vocatur præmium siue donum.*

5 *Iudex laicus debet adiri in casu quo laicus donat, vel alienat, vel se clerico obligat, & econuerso.*

6 *Clerico minori coram iudice laico litiganti, autoritate cuius de procuratore ad lites prouidebitur.*

Decisio 7. aliàs 178.

** Emancipatio. Add. Aeg. dec. de foro cõpeten. dec. 6.*

EMancipatio * facta de clerico per patrem corã iudice laico & ipso autorizante est valida, & licet lex 1
dicat, ꝙ † emancipatio debeat fieri per iudicem cõpetentem. C. de emanci. l. j. Iudex competẽs in hoc casu censetur iudex ipsius patris agentis & emãcipantis, quę quidem emancipatio † est actus ipsius patris & nõ filij: 2
vt in d. l. j. ergo est solennizandus à iudice patris, & nõ à iudice filij. Facit † quia ius patriæ potestatis est à potestate seculari & non ecclesiastica introductum: vt instit. de patria pot. in princi. & quia actus huiusmodi ex sola voluntate patris procedit, pro qua explenda siue autorizanda adhibet iudicem suum propriũ & non filij: sicut dicitur in simili de alienatione siue vnione fienda alicui ecclesiæ siue rei ecclesiasticæ alicui prælato subiectę alteri ecclesiæ vel personæ extra ciuitatẽ vel diœcesim rei alienandæ, siue ecclesiæ vniendæ constituta qui huiusmodi alienationem seu vnionẽ auctorizabit, ille vtiq; sub cuius potestate & iurisdictione res alienandæ vel vniendæ consistunt: prout le. & not. de re. eccle. non alie. c. dudum. li. vj. & in Clem. c. si vna eo. ti. & melius. xvij. q. iij. in venditionibus. in gl. Sic in proposito iudex illius volentis liberare filiũ suum de patria potestate, huic liberationi autoritatem prestabit. Nec obst. illud generale, quòd actor debet sequi forum rei. de foro competi. c. cùm sit. quia illud procedit in contẽtiosis, & quando iudicium in inuitum: secus in voluntarijs & extraiudicialibus actibus vt hîc. Pro eo facit optimè dictum Inno. de renuntia. quòd in dubijs quòd ille recipit renũtiationem beneficij à volente renuntiare, qui posset ipsum inuitum destituere. Sed vbi filius posset petere per iudicem patrem compelli ad emancipandum, in casibus apud iu-

dicem patris agendum foret: vt l. iuris ordinē. C. de iur. om. iud. & de foro cōpeten. c. si clericus laicū. ergo, &c. Si dicas econtra, ꝙ posset apud iudicē filij, in casibus dic vtrunq; posse. per nor. Cyn. in l. si prædium. C. de prædi. minor. quę optimè facit ad hanc conclusionē. Nec obst. c. si annum. de iudic. * Vbi quando agitur per minorē. xiiij. annis, iudex ecclesiasticus dabit curatorem ad litē, & non sæcularis: quia hoc euenit nedū ratione personę, sed etiam rei ecclesiasticæ, super qua laicus nullā habet dispositionem. de consti. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de re. eccle. non alie. c. fin. Præterea ibi etiam filius sine cōsensu patris, & etiā in patria potestate cōstitutus agere pōt. Ad quid ergo haberetur recursus ad iudicē patris, cùm sine eo iudicium siue actus expleri possit: secus autē in proposito casu. ergo, &c. Nec obst. c. si iudex. de sen. exc. vbi iudex ecclesiasticus cognoscit an captus vel detentus per iudicem laicum sit clericus vel ne: quia hoc euenit ratione possessionis clericatus, in qua captus clericus reperitur, licet negetur. Vel quia hæc est causa merè ecclesiastica, videlicet cognoscere de clericatu: sicut cognoscere de legitimatione filiorum, cuius cognitio dūtaxat spectat ad iudicem ecclesiasticum & non secularem. de or. cogni. c. tuam. qui filij sint legit. c. causam. & c. lator. Præterea exemptio clericorum tēdit ad libertatem eorum. de foro compe. c. nullus. sed huiusmodi emācipatio non derogat huic libertati, si corā laico fiat: imò etiam auget. ergo, &c.

* *Vbi quādo agitur per minorem. Vetus lectura, sic habet, vbi quādo agitur de beneficio per minorem.*

ADDITIO.

Vbi de patria potestate loquitur, & sic de iure patris,
3 † quod habet in filium adimendo, & in ipsum filiū prę-
mium conferendo, emācipatio enim vocatur prę-
mium sive donum. l. ij. l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de ho.
4 quæ li. & l. penulti. C. de bon. mat. † Iudex enim illius confert prę-
mium, non qui eum suscipit, videtur adeūdus super auctoritate præstanda: & maximè in hoc casu, in quo canones non multùm curant de patria potestate & de suis effectibus.

ALIA ADDITIO.

Hìc verò de vinculo seu nexu patriæ potestatis dirimendo tractatur, & sic de iure personæ clerici quò ad statum temporalem non spiritualem.

ALIA ADDITIO.

Ex hac decisione & allegatis in ea potest decidi quę-
stio quæ coram me inciderer mota fuit in causa Pragē.
5 videlicet, ꝙ si laicus † vult donare clerico vltra summā
quingentorum aureorum: & idem si laicus minor vult alienare clerico, vel se ei solēniter obligare, quòd iudex ipsius laici non clerici in prædictis casibus erit adeūdus super insinuatione vel auctoritate præstanda: & econuerso, si clericus vellet laico sic donare, alienare vel se obligare, ꝙ iudex ipsius clerici super insinuatione vel auctoritate debebit adiri: quia agenti actum istis casibus non recipienti auctoritas impertitur. Et ex prædictis
6 etiam quęritur, † si clericus minor tanquam actor liti-
gat coram iudice sæculari, an dictus iudex poterit sibi donare curatorē ad lites, vel dari debet per episcopum suum? Old. q. lvj. & Spec. in tit. de curatore tenet, ꝙ quilibet etiam iudex delegatus dare pōt. & refert quod Ia. de Areti. dicit, ꝙ debet dari à iudice illius loci vbi causa vertitur: vt l. j. C. vbi pe. tu. Pro hoc facit l. si longius. ff. de iudi. In contrarium facit C. de admit. tu. l. fi. §. j. vbi dicitur recurrendum esse ad iudicem cōpetentem, scilicet ad eum coram quo lis vertitur. Pro hoc facit c. fi. de iud. lib. vj. vbi dicit speciale in delegato papæ, vt dare possit curatorem in causa quæ coram eo vertitur. Old. ibi distinguit: quia aut loquitur in procuratore generali, & cū ille videatur datus ad omnes causas, vt l. qui habet. §. fin. ff. de tutel. Dico quòd debet dari à suo iudice, & habebit effectum datio quò ad lites, quæ agitarētur etiam extra territorium iudicis, qui dedit eum ad similitudinē tutoris qui datus à suo iudice administrat bona vbicūq; sita: vt not. de excu. tu. l. propter litem. §. licet. Aut loquimur de curatore dato ad vnam litē tantùm: & tūc debet dari ab illo vbi causa tractatur. dum tamen sit casus talis, cui cōpetat de iure si cui consueuit dici in prorogatione in l. j. C. de iur. om. iud. Pro hoc adducit prę alleg. c. si annū. in prin. vbi dicit, de suo, loquitur simpliciter ad lites: vbi dicit, de dato, ad illam causam tantùm. & vide quod no. Innoc. in c. petitio. de procura. Et an in bonis patrimonialibus in clericis pupillis habeat locum tractatos tutelarum, & laicus possit esse eius tutor testamentarius, legitimus vel datiuus cogita. Dubium facit: quia tutela est potestas in capite libero, & datur principaliter personæ: sed non videtur permissa datio de laicis & personis ecclesiasticis, nec in bonis ipsorum quæ gaudent eodem priuilegio cum bonis ecclesiarū: vt c. decernimus. de iudi. & de vita & hone. cle. c. fin. nec clerici videntur cogendi suscipere tutelas, nisi tātùm legitimas, si noluerint: vt not. in auten. presbyteros. C. de episco. & cleri. & lxxvj. di. peruenit. & vide quod not. Bald. in l. generaliter. circa fin. C. de episco. & cleri.

SVMMARIVM.

Monialis & præsertim canonica regularis potest agere & defendere habentem administrationem, & procuratorem constituere pro suis administrationibus.

EPITOME.

1 *Moniales per procuratorem agere posse iuris est.*

Decisio 8. *aliàs* 221.

MOniales & præsertim canonicæ regulares habē-
tes aliqua officia seu administrationes in mona-
sterio siue extra distincta, possunt agere & defen-
dere ac procuratorem constituere pro suis officijs & ad-
ministrationibus ac iuribus & rebus earundem: sicut di-
citur & leg. de quocunque religioso. de rescript. edoce-
ri, & c. j. in Cle. eod. titul. per Guil. de mon. laud. Pro hoc
facit not. per Innoc. in c. cum dilecta. de rescrip. in prin.
1 vbi dicit, ꝙ † moniales possunt agere per procuratorem
in causa electionis nomine suo, & eodem modo si de cri-
mine ageretur: quem recitando Archi. idem tenet in c.
ij. in fine, de iudi. lib. vj.

SVMMARIVM.

Senes videlicet octogenarij, valetudinarij & adeo de-
biles quòd equitare non possunt, à personali comparitione excusantur, ad quam tenentur senes robusti & valentes laborare.

Decisio 9. *aliàs* 222.

SEnes videlicet octogenarij, valetudinarij & adeo de-
biles quòd non valent equitare, à personali compari-
tione excusantur. ar. not. in c. querelam. de procurat.
vt lite non conte. c. quoniam frequēter. & iiij. q. iij. ver.
Item si quis se iniuriam. per Ioan. An. & v. q. iij. si ęgro-
tans. per eundem & Archi. & Hosti. in sum. de test. rog.
§. j. versi. excipiuntur. Senes verò robusti ac potentes ad
laborandum non excusantur: quia hæc duo coniunctim
requiruntur, quòd sint senes & valetudinarij, qui etiam
à veniendo ad iudicium causa perhibendi testimonium
excusantur, pro quorum testimonio erit mittendum ad
eos. de testib. c. si quis testium.

SVMMARIVM.

Monachus contra suum abbatem potest agere pro alimentis in futurum sibi præstandis, sed non pro subtractis.

Decisio 10. *aliàs* 305.

MOnachus professus cōtra suum abbatem pro ali-
mentis sibi subtractis agere non potest, per regu-
lam Dolo petit, &c. sed pro sibi ministrandis in
futurum bene potest agere: prout leg. & not. de accusat.
c. ex parte. & faciunt pro primo dicto not. per Io. mo. in
capitul. cordi. de appellatio. libr. vj. super versicul. in ex-
pen. in fin. gloss.

SVMMARIVM.

Pro defensa monasterij vel abbatis sui etiā sine mandato monachus agere potest, & etiam pro confirmatione electionis prædicti sui abbatis.

Decisio 11. *aliàs* 334.

MOnachus potest agere sine mandato * pro suo
abbate ad instantiam principis, vt prætendeba-
tur in facto, per episcopum priuato & capto, ac
incarcerato, vt liberetur à carceribus, vel restituatur ad
regimē abbatię. Ratio. Nā si agere pōt pro electione ab-
batis confirmanda, de rescriptis c. cum dilecta. de cōsue.
c. cùm dilectus. de re iudic. c. ad probandum, multo for-
tius pro

* Sine

sensu abbatis causa studendi vide gl. & Bar. in l. si lõgius. §. si filius. in fi. ff. de iuds. vide in cap. ex parte tua. de accu. & in ca. ijne cle. vel mo. li. vj. Bal. in aut. habita. vj. col. C. ne fi. pro pa.

tius pro iam confirmato & iniustè priuato restituendo. ar. de accu. c. ad petitionem. Præterea si quilibet clericus potest & debet etiam alijs clericis cõtradicentibus bona ecclesiæ malè alienata reposcere, vt de re. ecclesiæ non alie. si quis presbiterorum. & c. hoc consultissimo. lib. vj. multo fortius personam alienatam & à prælatura remotã. xij. q. ij. præcipimus. de pœ. & remiss. ca. cùm infirmitas: hæc autem actio tendit ad vtilitatẽ monasterij, imò ad defensam, pro qua quilibet de ecclesia admittitur sine mãdato. de testi. c. cùm olim. & ibi per Inno. & .xxxj. di. Nicena. in fi. per Archi. Pro qua cõclusione faciunt optimè not. per Inno. de re iudi. c. cum I. & A. verumtamen tutius esset, quòd prædictus monachus de licentia episcopi ageret, etiam in casu antedicto, secundum Inno. ibidem.

SVMMARIVM.

Monachus agens pro defensa monasterij vel abbatis seu pro confirmatione electionis ipsius debet habere ex pensas per auditorem taxandas, secundùm qualitatem personæ, & valorem bonorum monasterij.

Decisio 22. aliàs 335.

EX hoc etiam inferebatur alia conclusio, ꝙ ex quo prædictus monachus prosequitur vtilitatẽ monasterij agẽdo præmissa, super hoc aliquali summaria causæ cognitione, ꝙ debet habere alimenta & expensas litis à monasterio, quas & quæ auditor æstimabit secundum qualitatem personæ, & valorem bonorum ac reddituum monasterij. ar. iurium vulgarium. de accu. ex parte. & c. olim. in fin. de elec. c. vt præteritæ. & c. cùm non deceat. lib. vj.

SVMMARIVM.

Dominus potest agere pro oppressionibus turbationibus & iniurijs subditorũ tendentibus in perniciem suæ iurisdictionis: non tamen pro cõmodis eorum priuatis.

EPITOME.

1 *Dominus pro iniurijs & damnis datis subditis agere non potest: sed pro suo interesse sic.*

Infrà eodem. 1 in an. j.

Decisio 13. aliàs. 388.

PRepositus † seu quiuis alius dominus habens subditos vel colonos proprios potest agere contra episcopum talliantem seu exactionantem vel spoliantem: turbañ aut molestañ eosdem actione iniuriarũ, & pro suo interesse. hoc verũ dicebãt domini, dummodo præmissa fierent in odium & iniuriam prædicti præpositi: secus verò si in odium subditi vel coloni. secundum Inn. & Hosti. in c. dilectis filijs. de appel. & hoc idem nota. per Ioan. An. in c. auctoritate. de prini. in glo. fi. li. vj. Faciunt etiam pro hac conclusione not. per Arc. & Ioann. An. in nouel. de re iudi. c. ad apostolicæ, & per Guil. de mon. laud. & Zenze. de reli. & vene. sanc. in c. j. in princ. in cle. & in Spe. tit. de appel. §. j. & §. quis posit. in fin.

Ex quo insurrexit aliud dubium videlicet, vtrum idẽ præpositus vel dominus posset agere in iudicio pro rebus ablatis eisdem suis subditis vel colonis, vel damno eis illato emendando. Et breuiter fuit determinatum ꝙ non per not. dictorũ doc. vbi supra. Quorum ratio est ista: quia domini nõ interest, nec est legitimus procurator subditi. Præterea si hoc dominus posset suo iure petere. ergo & eadem ratione pactum facere de nõ peten do. quia cuilibet licitum est renunciare iuri suo. vij. q. j. quam periculosum. de regula. c. ad apostolicam. & hoc esset absonum dicere, quod dictus dominus posset renunciare ius subditi. ergo, &c.

SVMMARIVM.

In decimis siue petantur de iure siue de consuetudine per personas ecclesiasticas à personis ecclesiasticis, semper habet locum clem. dispendiosam. de iudi. secus si agatur inter laicos.

EPITOME.

1 *Dispositio cle. dispendiosam. procedit solum inter ecclesiasticos.*
2 *Decimæ debentur de iure communi & diuino clericis.*

Decisio 14. aliàs 433.

FVit dubitatum vtrum si agatur inter præpositum alicuius ecclesiæ cathedralis, qui de consuetudine legitimè præscripta à tanto tempore cuius initij memoria, &c. & episcopum eiusdem ecclesiæ, qui tam de iure communi quàm de consuetudine, vt supra, prætendunt ad se decimas prædiales & reales certarum possessionum, agrorum, villarum sitarum in diœce. eiusdem 1 episcopi ad se pertinere, haberet locum cle. † dispendiosam. de iudi. & dubium facit diuersitas opinionũ doct. in eadem cle. nam & Ioan. An. & Pau. videntur tenere expressè quòd sic. Zenz. & Guil. de mon. lau. tenent contrariũ in decimis: quæ non de iure cõmuni vel diuino, sed iure cõsuetudinario debẽtur. At in casu nostro vterque prætendit decimas ad se pertinere. ergo &c. Præterea tex. clem. prædictæ loquitur de decimis ad quarum præstationem quis potest compelli per censuram ecclesiasticã monitione præmissa, & sic videtur tantùm locum habere cùm agitur contra debitores decimarũ. At in casu nostro agitur cõtra duos competitores super iure percipiendi à tertio & non ab alterutro. ergo &c. Breuiter omnes domini dixerunt opinionẽ glos. ordin. præstantiorem, & semper sic fuisse obseruatum in rota. & hoc ea ratione. Nam non est dubium quin decimæ 2 † ecclesiasticæ & spirituales debentur clericis de iure communi & diuino: vt in xvj. q. vij. omnes decimæ. & ca. reuertimini. vj. q. j. & quasi per totã illam quæstionẽ & de deci. c. tua nobis. & c. à nobis. & quasi per totum. Sed quibus clericis debẽtur super hoc iura diuersimodè statuerunt: vt in dicta causa & quæstione in dicto tit. de deci. Sed constat quò ad decimas tanquam ad spirituales vna ecclesia præscribit contra aliam: ita quòd vni ecclesiæ ex consuetudine longinqua legitimè præscripta debentur, & non alteri: vt expressè probatur de prescri. c. de quarta. & de deci. c. ij. li. vj. ergo qualitercunq; agatur de iure percipiẽdi decimas ecclesiasticas aliàs de iure cõmuni debitas clericis, semper habet locũ cle. prædicta: secus verò si ageretur inter laicos etiam de decimis ecclesiasticis, ad quarũ præstationem nullus posset per cen. ecclesiasticã cõpelli. & ppter hoc fuit illud expressum in dicta cle. & sic fuit obtentum & conclusum.

SVMMARIVM.

Iudex domicilij, originis, derelicti, & rei de qua agitur, citare potest suos subditos extra territorium existentes: & talis citatio aliquando personam afficit: aliquã bona tantùm secundum distinctionem hîc positam.

Decisio 15. aliàs 464.

SI quæritur vtrum iudex possit citare subditum extra territorium existentem: Distingue. aut loquitur de iudice generali vt domicilij vel originis, & tunc aut subditus latitat, aut nõ. Primo modo citatio arctat eum, vt si infra territorium latitaret. hoc tenet Inno. supra de rapt. c. j. Secundo casu tenet citatio, vt afficiat bona dummodo fiat ad domum vel ecclesiam: patet de cle. non resi. ex tunc. cum concor. non autem personam, vt supra de consti. c. ij. li. vj. cũ concor. Aut de iudice singulari vel rei de qua est quæstio, vel contractus vel delicti. Primo casu citatio non tenet, vt arctet personaliter citatum: sed vt contra eum procedatur super illa: vt lite. non contestata. quoniam. §. in alijs, & de do. & contu. c. prout. Secundo casu etiam non tenet, nisi in hoc quod procedatur secundum formam. c. romana. §. contrahentes. de fo. compe. li. vj. Tertio casu distingue, aut crimen est graue, & etiam citatio citatum non arctat: sed habet locum remissio per §. si quis verò. in auten. vt nulli iudici. vt hîc. Aut est leue. & etiam nec tenet citatio, nec habet locũ remissio propter. §. si fiet. ergo citatio per iudicem vbi moratur ad requisitionem iudicis delicti, & arctabatur personaliter, ita quod sentẽtia in eũ postea lata tenet. facit supra de priuil. c. j. li. vj. de hoc. iij. q. vj. c. j. & per In. & Hosti. de fo. cõpe. licet de cõsti. c. j. li. vj. &c.

SVMMARIVM.

Auditor cui est commissum quòd decernat citationem personalem, si reperiret diffamatum de contentis in commissione, non recipiet probationes de bona fama: nec admittet procuratorem allegantem causas absentiæ suæ sine speciali mandato.

Decisio 16. aliàs 476.

AVditor cui est cõmissum quòd si reperiat aliquos de contentis in commissione sibi directa publicè diffamatos, decernat contra eos citationem per-

sonalem : & quòd super huiusmodi infamia testes recipiat:non ob hoc absq; alio mãdato speciali etiam ad instantiam procuratoris huiusmodi citãdorum generaliter deputati ad causas potest recipere testes super bona fama. Ratio duplex est , quia ista est extraiudicialis informatio:ideo hanc receptionem facere pót vt suprà.Secunda ratio quia natura huiusmodi causæ personã procuratoris non admittit, & fuerat ante decisum per tres cõcordes interlocutorias,vt dicebat dominus Valhardus auditor. Item renẽt domini , ꝙ si talis procurator vellet allegare causas absentiæ,non admitteretur, non obstãte l.seruum quoque.§.qui publicè.ff.de proc. qui intelligitur de procuratore habẽte speciale mandatum ad huiusmodi excusationes seu causas absentiæ proponẽdum, & procuratore post citationem destinato ad hoc specialiter:quia post executionem huiusmodi & eius reportationem sunt talia alleganda:quia exceptio actione præsupponit,cum sit eius exclusio.ff.de exceptio.l.ij.de hoc solet semper specialis commissio impetrari.

SVMMARIVM.

Processus factus per executorem sententię contra intrusum,licet de intrusione non cognouerit,valet. 1

Decisio 17. aliàs 477. 2

SI executor eidem p.datus cõtra a. vigore dictarum literarum narrãtium a. fuisse tam lite pendente quã post sententiã intrusum nõ facta inquisitione.de veritate dictorum narratorum processit monendo eũ sub pœnis excõmunicationis ipso facto latis , ꝙ à possessione infra sex dies desisteret: & propter hoc fuit appellatum : & causa appellationis cõmissa auditori processus huiusmodi nõ potuerat repugnari,ex eo quod causarum cognitionem non præmisit: dũmodo tamen eorum auditori postea de veritate constet,sumitur fundamentum ex not.Inno.de præsump.dudum.& Pau. in Clemẽ.j.de offi.dele.& not. Pau.de concess.præben.cùm ei quem.in Cle.Monit etiam dominos: quia vbi executor habet recipere preces cognitionis in aliquo casu , non venit ex natura executionis , sed potius à natura exceptionis oppositæ per partẽ:vt patet ex lectura.j.noua.ff.de re iudi. l.admonet.§.si super rebus.& in c. de cętero.& in capi. cùm super.de re iudic.per Inno.itẽ mouit:quia assignatio termini sex dierum habebat cognitionem tacitam licet non expressam , si nõ veniret in termino allegaturus rationes & causas, quare nõ debet fieri executio cõtra eum,sicut enim veniret infra terminum ad opponẽdum: ita & venire potuit ad allegandum causas in contrarium,si quas habebat.de dolo & contu.cùm dilecti.

De Libelli oblatione.

SVMMARIVM.

Libellus & articuli in actione iniuriarum etiam ciuiliter intentata,debẽt taliter specificari, quòd pars per illa certificari,& testes desuper deponere possint.

Decisio 1. aliàs 39.

Infrà , de accusat.j.

* Iniuriarũ. Attẽde ad cõsil.Soci.145. nu.13.14.primo.vol.& in cons.109.nu. 3.in tertiovo. Iaso.in l.edita.C. de ædẽ.

IN actione iniuriarum * licet agatur ciuiliter: tamẽ requiritur specificatio talis in libellis & articulis,ꝙ pars possit certificari, & testes deponere:sed non tanta quãta in obiectibus,qui sunt plus odiosi.Pro hoc dicto alle.text.in c.tuę.de proc.& no. Inno.in c.accipimus.de purga.ca. faciunt etiã notata de specificatione criminum contra testes,quæ licet probẽtur:tamen pœna ordinaria non puniuntur:vt in c. cùm dilectus.de ordi.cog. de dicta specificatione notatur in capit.ex parte Adæ.de testib.& eod.titu.c. præsentium. lib.vj.& ibi de hoc. 1

SVMMARIVM.

Libello oblato in causã criminali etiam ciuiliter concludenti citatus personaliter , si cõparet rũdere tenetur.

Decisio 2. aliàs 272.

LIcet contra personaliter citatũ detur libellus concludens ciuiliter in criminali : nihilominus tali libello sic citatus,si comparet, tenetur respõdere: & si nõ comparet,potest excommunicari. Ratio: quia nedum propter pœnam ordinariã sibi pro crimine infligendam,vel causam in qua nõ poterit interuenire procurator,quis personaliter citatur: sed etiã propter enormitatem criminis & scandali ex hoc exorti in partibus, & ad terrorem illorum aliorũ ne similia perpetrentur, & quia fortè non potest ita plenè constare nec probari per testes de facto, sicut per suam responsionem & confessionem:idcirco ad respondendum prędicto libello debuit personaliter venire iuxta mãdatum papæ, ex multis enim & diuersis causis citationes personales conceduntur.de iudic.c.j.in fi.li.vj.& eo.tit.c.j.in Cle.& quãdocunque,& ex quacũq; causa quis personaliter citatur, non sufficit mittere procuratorem.de maio.& obe.c.fi. de do.& cõt.c.dilecti.de dila.c.exposuit. & ibi per Ber.

SVMMARIVM.

Libellus in quo aliquis dicit rem suã fuisse , licet non dicat nunc suam esse,procedit. Vel sic. Sufficit libellum ex præsumptionibus procedere.

EPITOME.

1 *Præsumptio an possit libellum validare.*

2 *Verborum extensio non habet locum in confessionibus.*

Decisio 3. aliàs 325.

SI in libello † narrẽ fundũ ad me pertinuisse,& pertinere consueuisse petens illũ mihi adiudicari , valet huiusmodi libellus: licet in narratione illius non dixerim,& pertinere,&c. Ratio:quia sufficit quod libellus procedat ex præsumptionibus:vt in l.eius.§. Lucius. ff.de his quæ in frau.cred.not.Inno.in c.ij.de libel.obla. nec obstant quædam no. Cyn.alleg.in contrarium.in l. ędita.C.de æden.in iij.q.& glo.ac dictum Bar.ff.de cõfes.l.certum . quia illa intelligũtur vbi in libello petuntur,quæ significant abnegationem:hîc verò secus, quia petit præsentem adiudicationem.Nec obst.glo.in l.certum. quia loquitur † in confessione,* quæ non respicit verborum extensionem : quia præiudicaret confitenti, quod non est verisimile procedere ex eius mẽte, sed nos loquimur in libello,qui capit extensionem & latam interpretationem in fauorem libellãris:vt l.solemnis.ff.de iudi.& l.inter stipulantem §.Stichum.ff.de verb.oblig. & de causa possess.& propriet.c.cum ecclesia.nec obstat si adulterij.§. idem Pollioni , vbi non sufficit error existens etiam notorius,* nisi allegetur. Facit c.accedens. vt lite non contest.quia allegari videtur,cùm tales & similes præsumptiones ex quibus oritur,in libello vel exceptionibus exprimuntur.per dict.§. Lucius.vt no. Bar. in d.§.idem Pollioni. 1 2

* Quia

* Nisi

De Litis contestatione.

SVMMARIVM.

In causa appellationis interpositæ à diffinitiua vna parte præsente,non est necessaria litis contestatio: secus si vtraque.

EPITOME.

1 *Litis contestatio in causa appellationis interpositæ à diffinitiua,an & quando sit necessaria.*

2 *Litis contestatio an semper sit in causis necessaria.*

3 *Receptio testium lite non contestata super libello partis producentis,an sit valida.*

4 *Litis contestatio non fit , quando à diffinitiua sententia appellatur.*

Decisio 1. aliàs 8.

FVIT dubitatũ vtrũ in causa † appellationis * interpositę à diffinitiua esset necessaria lit.cõtestatio. Et videbatur quod nõ : quia nõ est necessarius libellus, secundum Inn.in cap.cùm contingat.de offic delega. super quo debet fieri litis cõtest. vt iij.q.iij.offeratur. & de lite contesta.c.vno. de electioni. capit.dudum. Si igitur non detur libellus,ergo nec erit litis contestatio necessaria. Præterea aut lis est cõtestata in principali causa , aut non. si non : est nulla sententia: quia caret fundamento:vt lite non contesta.in rubro & nigro,

* Appellationis. Adde ad ista quæ sup.

* Ante pars non est. Vtrumlitura sic habet: Si autem pars non est absentia. Dominus Ioan.de Cra. Vtrumlitura sic habet: Dominus verò & pater meus Ioan. de Lig. in dict. per tuas. validatur dilatorium si ens assignatur gratia, prout. de dol. & con. Cra.

nigro.ergo ab ea non est necessarium appellari.de re iu
di.c.j.si verò lis fuerit cõtestata in principali causa,hoc
videtur sufficere in causa appellatiõis:quia licet sint di-
uersæ instantiæ, tamen eadem causa est.de fide instru.
c.cum Ioannes de iur.calum.c.ij.li.vj.vbi Archid.tenet
libellum necessarium, & per consequens litis contesta-
tionem necessariam in causa appellationis. remittit ad
Spe.ti.de libel.concep.§.nunc dicendum.ver.sed nunqd
in causa appellationis.vbi dicit Spec.dominum Clemen
tem iiij.ita mandasse seruari auditoribus.Host.etiam in
summa ti.de appella.§.quis sit effectus. dicit vbi appella
tur à diffinitiua, datur libellus parti, nisi sit contumax:
quia tunc proceditur lite.non contest.vt in c.per tuas.de
appella.Per quã decre.dicebant & concludebant omnes
domini,q̃ si vna pars vocatur per iudicem ad respõden-
dum libello & litem cõtestandum super eo, & per con-
tumaciam se absentat, posse procedi lit.non contestata,
dummodo semel in causa fuerit lis contestata:& hoc siue
præsens fuerit in curia siue absens, quia eadem est ra
tio vtrobique.& sic intelligitur not. Inno. in dicto cap.
cũm contingat. & probatur C. de temp.app.l.fi.§.illud
* Aut pars non est absens per cõtu. & tunc siue sit in cu
ria siue extra,procedi non potest lite non contest. & sic
proceder cõtrarius intellectus c.interposita.in fi.& Spe.
vbi suprà.Simile quod not.Spe.de of.iud. quò implora-
tur restitutio in integrum.de resti.in inte.§.ij.in fin. Et
facit quod tres sunt instãtiæ & non causæ. Ad materiã
vide not.in c.Raynaldus.de testa.per Ber.& Ioan. An.
in nouel.* Dominus Ioã.in dicto c.per tuas. volebat di-
stinguere,† sicut distinxit Guil.in c.prout.de do.& con
tu.& in c.sæpe.de appel. quia aut liquet,aut liquere po-
test de causa statim: & pro tunc proceditur lite non con
testata,& alias non. teneas distinctionem superius posi-
tam,quæ tutior est. Ex quo insurrexit aliud dubiũ: Si
à sententia absolutionis lata pro reo in causa iniuriarũ 1
per vtranque partem appellatur,& in causa appellatio-
nis per ambas partes dantur libelli appellatorij : puta
vna partium quæ habuit sententiam pro se in prima in-
stantia,petat eam cõfirmari,alia infirmari: & in termi-
no assignato vtriq; ad respondẽdum libello hinc inde &
li.contest.super eisdem ambę partes lite cõtestata super
libello duntaxat cõfirmatorio,& non super alio:& pars
illa super cuius libello nõ fuit lis contestata producat te-
stes super articulis ex materia liõelli sui descendẽtibus,
probãtibus clarè intentionem suam, ita q̃ sententia ve-
niebat ferenda pro ipso: dubitaui ego qui habui causam
3 in secunda instantia, vtrum † valeret receptio testium
prædictorũ ad effectũ sententiæ ferendæ pro ipso. Et vi
debatur mihi q̃ nõ: quia lite non cõtestata super libello
partis illos produxerat. per rubrũ & nigrum vt lit.non
contest.per tot. tum etiam per superius in suprà proxi-
ma cõclusione dicta & allegata. Fuit determinatum &
concluſum per omnes dominos meos cõtrariũ:quia fuit
lis cõtestata in prima instantia legitimè super libello da
to tunc per istum,qui tunc propter defectũ probationis
succubuit:& nunc quia legitimè intẽtionem suam pro-
bauit,debet obtinere. tum etiam quia libelli erant con-
tradictorij,& ambo appellatorij,ita q̃ secũdum aliquos
hoc solùm videbatur sufficere pro lit.cõtestata.Pro quo
fuit allegatum c.oblatæ.in fi.de appel.& quod no. Inn.
in c.ex insinuatione.de procura. circa finem. tum etiã,
quia ex quo fuit assignatus terminus vtriq; parti ad re-
spondendum libello hinc inde,& lit.contestãdum super
illo.si vna pars omisit litem contestari,vel nõ petijt,im-
putet sibi:& poterat procedi lit.non contest.in eius con
tu.per c.per tuas.de appel. & C.de temp.app.l. vlt.quæ
ratio summè mihi placuisset & placeret, si testes fuis-
sent producti contra omittentem litis contestationem,
& pro illo qui fuit litẽ contestatus: sed totum econtra
fuit factũ.ergo videbatur quod totus processus nihil va
luerit habitus corã me. Verũtamen propter dicta moti-
ua dominorũ & concordiam & consilia ego tuli senten
tiam infirmatoriã. primò ex nouiter actitatis corã me
nihil eidẽ adiudicando condẽnationem tamen expen-
sarũ omittẽdo,à qua sententia iterum per vtranq; partẽ
fuit appellatum,& per me delatum,& in tertia instan-
tia lite.contest.sententia confirmata & suppleta.

* *Aut pars non est, &c. Vetus lectura sic habet: Si autem pars non est absens &c.*

* *Dominus Io.in d.c.&c.* 2 *Vetus lectura sic habet: Do minus verò & pater meus Io.de Lig. in d.c per tuas. videbatur distinguere si cut distinguit gi.in c.prout. de dol.& con tu.&c.*

ADDITIO.

4 Tu dic melius,q̃ quando à diffinitiua † sententia ap
pellatur,in causa appellationis non fit lit. cõtestatio etiã
vtraq; parte præsente. Ratio est.quia in tali causa arti-
culus de iustitia appellationis nõ est separatus à nego-
tio principali: & ideo sufficit litis contestatio facta in
causa principali coram iudice,qui de principali cogno-
uit.Vbi verò appellatur ab interlocutoria: tunc bene fit
lit.contestatio super articulo appellationis, aut super
grauamine, & libellus offertur secundum Gof. in d.c.
per tuas. & idem tenet Ioann. And. in c. Raynaldus.de
testa.plus etiam dicit d. Pe.de Perusio in c. interposita.
de appella.q̃ etiam lite non contest. super appellationis
articulo,nec etiam super principali, potest in causa ap-
pellationis ad sententiam procedi.& si iustificata fuerit
appellatio ab interlocutoria,non poterit super principa
li ad sententiã procedi,nisi super eo sit facta cõtestatio.
& ita intelligitur secundum eum d.c. per tuas. Quid si
agatur causa nullitatis sententiæ,an possit eo modo pro-
cedi quo proceditur in causa appellationis?Dic quod sic
vt in c.in nostra.in gl.fi.de procur.facit quod not. Abb.
in c.causam.de rescriptis.

SVMMARIVM.

Si pars rea negat narrata in libello,,put narrãtur, ve
ra esse,& petita prout petũtur,fieri nõ debere:litis cõte-
facta censetur ab eo q̃ dicat animo litẽ contestandi.

EPITOME.

1 *Litis contestatio quibus verbis fit.*
2 *Respondens narratis in libello,videtur litem contestari: licet non intendat.*
3 *Narratio an & quo casu pro petitione vel contestatione habeatur.*
4 *Contestatio dicitur ab animo rei dependere.*

Decisio II. *alias* 12.

1 SI pars rea respondendo libello † negat narrata pro
ut narrantur, & dicat petita fieri non debere:si non
addat,& dicat animo litem contestandi fuit dubita
tum vtrum per huiusmodi responsionem fuerit lis con-
testata. Et breuiter sine ar.fuit determinatum & cõclu-
sum q̃ sic,per.l.rem non nouam C.de iudi.& per l.ij.C.
de iur.cal.§.patroni.de li.conte.c.vnico de elec. dudum.
el.ij.& not.per Spe.ti.de lit.conte.§ j.ver.quod si propo
nuntur.vbi hãc quæstionem pertractando eam sic deci-
dit.imò interdum sufficit respondere narratis in libel-
lo,licet non petitioni:prout le.& no.in c.vnic.de lit.con
test.in nouel. per Ioan.An.nec iuuaret protestatio facta
in cõtrarium, videlicet q̃ per huiusmodi responsionem
non intenderet litem contestari:prout le.& no.in c.sol-
licitudinem.de appel. Nec mirum,quia prædicta iura
loquuntur simpliciter,& talem animi expressionem nõ
requirũt.Facit, quia præsumitur q̃ quis verbo non ex-
primat,quod in mente nõ cogitauit.ff.de sup.le.l. in am
biguo.de reg.iur.in obscuris.lib.vj. alioqui limili ratio-
ne in contractibus, in vltimis voluntatibus, priuilegijs
& rescrip.non valeretquod fieret, nisi adderetur huius-
modi animi expressio,quod esset absurdum. Pro qua cõ
clusione faciunt ea quæ le.& no.in c.intelligentia. & c.
præterea.de ver.sig.

ADDITIO.

In quo petitio continetur: si autem in libello fieret
sola narratio absque petitione & conclusione: tunc per
responsionem,non intelligeretur contestatio facta. Fallit
in papa coram quo sola narratio facta & responsio ad
eam secuta induceret contestationem: quia eius præsen
tia supplet omnem defectum. quod est notandum secun
dum doct.in c.vnico de lit.contest.

ALIA ADDITIO.

Hoc verum, quãdo iudex & aduersarius dissentiunt
protestationi:si autẽ cõsentirent tacitè vel expressè, tũc
fit contestatio.quia cõtestatio dependet ab animo rei:vt
in aut.de exhi.reis.§.illud.quo animo caret,qui sic pro-
testatur: & ab ipsa protestatione recedere non videtur
per expressionem verborũ habentiũ inducere contesta-
tionem: quia protestatio in principio litis facta videtur
in quolibet actu iudicij repetita, dũmodo actus sequẽs
fiat incõtinenti:secus si ex interuallo,secũdum quod no.
in regula,in generali.& regula,exceptionẽ.de re.iur.li.

vj. Et ex hac ratione cõcluditur quòd etiã si iudex & adversarius non cõsentiunt protestationi cõtestatio impeditur per dictam protestationem: cuius cõtrarium visus sum voluisse, suprà in principio huius apostillæ. 1

ALIA ADDITIO.

Ista ratio posset in contrariũ retorqueri, scilicet quòd non est verisimile, quòd quis mẽte gerat aliud quàm id quod verbis expressit: quia verba sunt notæ earum quæ sunt in animo passionum. de spon. c. ex literis. & c. intelligentia. & c. præterea. de verbo. signi.

SVMMARIVM.

Litis contestatio non est necessaria cùm agitur ad declarandum quem incidisse in canonem latæ sententiæ per iniectionem manuum in clericum.

Decisio 3. aliàs 54.

SI peratur quis per ordinarium declarari incidisse in canonem, Si quis suadente. xvij. q. iiij. quia percussit clericum, ad finem, quòd denuntiaretur publicè excommunicatus, & euitaretur à christifidelibus, non requiritur litis contestatio: quia licet ordinarius qui est executor canonis, debeat parte vocata & cum causæ cognitione summariè procedere, & de hoc inquirere: vt le. & not. de cen. præsenti. de pœnis. c. j. super ver. cõmodè. & in c. se. super versi. constiterit. per Io. And. & Pau. tamen quia hîc nihil petitur adiudicari vel auferri: tum etiam quia petitur executio sententiæ iam latæ per canonem: tum etiã propter periculum animæ scilicet, cõmunionis: tum etiã, quia vbi proceditur summariè nulla requiritur lit. contestatio. Pro quo alleg. no. per Inno. in c. fi. de offi. iud. & in c. ad nostram. de iureior. & in c. sacro. de sent. excom. & not. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lit. non contesta. & c. tuæ. per Ber. Spe. tamen tenet contrarium, quòd etiam in summaria cognitione requiritur lit. contesta. titu. de offic. iudic. §. fina. versicu. sed quæritur.

ADDITIO.

Quid si appelletur à declaratione iudicis qui pronũciat & declarat aliquem excommunicationis sententiam incidisse, an appellatione pendente debeat in iudicialibus & extraiudicialibus euitari, vide per Lapum in Cle. vnic. de sequ. possess. & fruct. vbi tenet quòd sic. alleg. c. solet. in fin. de senten. excommuni. libr. vj. de appellatio. peruenit. & fac. quod not. Ioan. Andr. in cap. pastoralis. super verb. denuntiare potest. eod. titul. Et an in ista declaratione requiratur partis citatio, dic quòd sic: vt not. gloss. antepenul. in fin. Clemen. j. de pœn.

SVMMARIVM.

Litis contestationi & alijs substantialibus iudicij partes nequeunt renuntiare: litis contestatio est exordium & substantiale iudicij.

Decisio 4. aliàs 88.

IN causa in qua seruandus est ordo iuris & li. cõtestatio necessaria, partes huic ordini substantiali & li. cõtestationi renuntiare non potuerunt: quia lit. cõtestatio est exordium & substantiale iudicij, & non solùm in fauorem iuris priuati: puta partium, sed etiam iuris publici & iudicis introductum, cui partes renuntiare non possunt. de foro compe. c. si diligenti. de sen. excom. c. cõtingit. de fer. c. fin. arg. no. ij. q. j. in primis. & in sum. per Io. & per Ber. in c. de causis. in gl. ij. de offi. deleg. & per Ioan. And. de re iudi. c. fi. li. vj. & in Clem. sæpe. de verb. signi. in glo. penul. per eundem vbi remittit ad Spe. facit à contrario sensu. de iura. calum. c. j. libr. vj.

SVMMARIVM.

Si ex actis notoriè constat de nullitate sententiæ vel processus: tunc iudex vocatis partibus absq; obseruatione alicuius ordinis reuocabit sententiam: si verò resultat probabile dubium, aut extra acta nullitas allegetur: tunc ordo iudiciarius si principaliter agatur, seruabitur: secus si incidenter.

EPITOME.

1 *Litis contestatio non est necessaria, vbi de nullitate processus vel sententiæ agitur, si ex actis constet error & iniquitas.*
2 *Nullitatem sententiæ allegans qualiter habeat procedere.*
3 *Ordinem iudiciarium in notorijs obseruare vanum & superfluum est.*
4 *Sententia quo ordine tanquam nulla rescindi petatur.*

Decisio 5. aliàs 340.

FVit dubitatum vtrum quando agitur de nullitate † sententiæ vel processus requiratur litis contestatio, & alius ordo iuris. Et respõdebatur per omnes distinguẽdo: aut de huiusmodi nullitate poterit notoriè constare ex actis: aut non. In primo casu non est necessaria aliqua lit. contestatio, nec libelli oblatio: imò si daretur libellus: nihilominus, si iudici posset constare ex actis sententiam primi iudicis nullam, super huiusmodi nullitate statim, vocata tamen parte ad audiendum sententiam, poterit se expedire & pronuntiare. Pro quo alleg. text. c. cùm ad sedem. de restitu. spoliato. & Clemẽ. pastoralis. de re iudi. & c. olim. de iureiur. & vnã notam Inno. in c. cùm inter. de consue. circa fin. vbi dicit, quod quandocunque est contẽtio de iure, an statutum sit nullum vel validum, de iure nullus ordo requiritur, hoc verum quando ex ipso statuto potest deprehendi nullitas, secus verò si propter defectum aliquem extrinsecum & aliunde prouenientem huiusmodi nullitas proueniret: 2 † quãdo verò notoriè resultat nullitas sentẽtię ex actis, nil pars habet facere: sed dicere, cum hodie notoriè constet vobis de nullitate sententiæ contra me latæ, hodie agatur & pronuntietur. ff. vt in posslegat. I. fi is à quo. In notorijs † enim ordinem seruare, est ordinem non seruare. de iur. iuran. capit. ad nostram. In contrarium verò facit, quia sententia super nullitate processus lata vim diffinitiuæ habet: vt not. Innocen. in c. auditis. de procu. & Ioan. Andr. in c. fina. de appellationi. in Clemen. j. super ver. repulsione. in fi. ad quam non deuenitur, nisi ordine iuris seruato. de electio. c. diudum. de lit. contesta. c. vno. de restitu. spoliato. c. conquerente. de maio. & obed. c. inter quatuor. & c. solitæ. & C. de lit. contesta. l. vn. ff. rem ratam habe. l. amplius. ergo, &c. * Responderi potest hoc procedere posse seruatis tamen distinctionibus statim dicendum, quod est dubiũ de nullitate ipsius processus: secus verò si notoriè constet ipsum processum seu sententiam fuisse & esse nullam, ex actis quæ sunt publica. de probatio. c. quoniam contra. sicut dicimus in simili, quando sententia est à non suo iudice notoriè lata: vel licet à suo iudice sit prolata, tamen si cõtineat intolerabilem errorem sine difficultate & ordine est relaxãda. de iudic. c. at si clerici. de rescript. c. ab excommunicato. de senten. excommu. c. per tuas. & c. solet. & c. venerabilibus. lib. vj. imò Innoc. dicit alibi & Ioan. Andr. post eum in nouel. quod quandocũque error vel iniquitas recolligi poterit ex actis, retractabitur sententia, ac si error fuisset in sententia expressus, hoc not. de re iudi. c. cùm Bertoldus. & per Archi. de senten. excõ. c. romana. in fin. lib. vj. & per Pau. in d. Clemen. pastoralis. de re iudic. In secundo verò casu videlicet quando nõ ex actis resultat nullitas allegata, sed aliundè, & requirit aliã indaginem & aliqualem probationem: tũc iterum potest distingui. Aut principaliter intentatur nullitas, aut incidenter. Primo casu requiritur lit. contestatio & ordo iuris, secundùm Innoc. qui hoc not. de offic. iudic. c. ij. qui allegat tria iura de procur. in præsentia. de offi. deleg. c. cùm contingat. ff. de fer. l. j. Aut incidenter: tunc non, sicut le. & not. per Inno. de rest. in inte. c. suscitata. & vide in conclusione, suprà de resti. in integ. dec. iij. At in casu nostro principaliter agebatur de nullitate sententiæ, & dabatur super hoc libellus. ergo. Oldra. verò in quæstionibus suis. q. xij. videtur dicere & tenere quòd si in causa appellationis † à diffinitiua sententia agatur de nullitate ipsius sententiæ: tunc non est necessaria lit. contestatio: quia pars ipsius appellationis est: vt not. per Inno. in c. dilecto. de appellatio. & sicut in causa appellationis non est necessaria lit. contestatio: per capitu. per tuas. de appellatio. (quod tamẽ intellige iuxta cõclusionem superius per me positam:) ita nec super huiusmodi nullitate requiritur lit. contestatio: imò secundum ipsum maiori ratione non est necessaria litis contestatio in causa nullitatis, quàm appellationis: quia in causa nullitatis semper arguitur iniquitas iudicantis, & absque eo quod tãgitur iustitia partis, & sic videtur maiori ratione posse procedi lit. non contestata, quàm in causa appellationis, in

nis,in qua sæpè de iniquitate partis agitur:vt de app. c. interposita.§. sanè.imò secundum eum est tanta connexitas inter appellationem & nullitatem,quòd solùm appellatio etiam cognitionem nullitatis deuoluit:vt ff. fa. herciſc.l.quædam mulier.& not.Inno.in dict.c.dilecto. & hoc etiam videtur innuere Oldra.in dicta quæstione in fi.dum dicit.tunc non est necessaria lit.contestatio in causa nullitatis, quãdo is qui sententiã nullam dicit prõptam fidem offert de nullitate ipsius sententiæ:vt C. qũ prouo. non est necesse.l.j. de restit.spo.c. literas. multò fortius si refert se ad acta, quæ sunt publica & notoria. tam iudici quàm partibus vt prædixi. ergo &c.hoc etiã videtur tenere secundum legistas expresè Bar.in l.con querebatur.ff.de re iudi.per l. Theopompus. Spe.videtur distinguere breuiter & multum cõfusè.Aut nullitas opponitur in modũ exceptionis ad impediendum execu tionem sententiæ:& tunc non est dandus libellus,nec li. contestatio est necessaria:imò nisi probatio sit in promptu, executio nõ impeditur.per l.j.superius alle.C.quando prouo.non est necesse.aliàs enim non esset litium finis C.de transac.l.frater.ad hoc ff.ad exhiben.l.iij.C.vt in pos.le.l.is à quo. Aut agitur & petitur absolutio de facto,vel restitui instrumenta: tunc requiritur libelli oblatio & li.contestatio secũdum eum.hoc vltimum nõ intelligo.hæc no.ipse Spe.ti. de libel.concep.§.nunc dicendum.ver.quid si sentẽtia remittendo ad no. per eum ti.de li.contest.§.fi.ver.quid de causa.vbi ponit & tenet primum membrum distinctionis nil tangẽdo de secundo,vbi est maior difficultas. Dic melius per eum tit.de sen.ex.§.iuxta.ver.sicut si causa. De nouo audiui semel dominum Richar. de Saliceto distinguentem sic. Aut imploratur duntaxat officiũ iudicis rescindens etiã principaliter: vt q a petitur sententia cõtra minorẽ vel maiorem absentẽ lata rescindi:de re.iu.c. cùm Ber.de procu. c.querelam.de ma.& obe.c. inter quatuor. de consti.ca. ecclesia sanctæ Mariæ.& tunc non est necessaria li.con testatio,nec ordo iuris. Aut non imploratur principaliter officium iudicis nedum rescindẽs sed rescissorium: vt puta, quia nedum petitur rescindi sententia: sed etiã res adiudicari: tunc non est necessaria litis contestatio, & alius ordo iuris.& sic intellexit aliam partem c.ij.de of.iudi. pro qua distinctione faciunt no. Inno. in simili de resti.in inte.c.cũ ex literis. super verbo, præsentibus.

SVMMARIVM.

Per responsionem rei negantis partem libelli actoris etiam absentis, & partem eiusdem libelli confitentis fit litis contestatio, quoniam actor in sua proposita intentione semper persistere præsumitur.

EPITOME.

1 *Litis contestatio vnde fiat Litiscontestatio quid.*

Decisio 6. aliàs 354.

SI dato libello per actorem cõpellitur reus ad respondendum libello:& reus respondeat confitendo partem & partem negando: licet tempore huiusmodi responsionis rei actor nihil dixerit, vel etiam præsens non fuerit, dicebant domini omnes litis cõtestationem
1 fore factam ex vtraque parte, † quæ fit per narrationẽ & petitionem in iure ex parte actoris propositam, & responsionem rei secutam:vt in c.vnic. de li.contest.de elec.c.dudum.de do.& contu.c.prout. At in casu proposito datus erat libellus pro parte actoris,in quo continebatur narratio facti & petitio, in quibus ipse semper persistebat, atque fiebat directa responsio per reum confitendo & negãdo,quod sufficit per iura antedicta.ergo
2 &c. Dubium enim facit:quia † li. cõtestatio nihil aliud est quàm simul testatio siue mentis declaratio volentiũ litigare, ergo videbatur q simul & eodem tempore deberent concurrere petitio actoris & rei responsio: vt in l.consensu.ff.de act.& obli. Ad quod respondebatur, q dato libello actoris semper constare videtur de animo suo litigandi maximè instando, vt reus compelleretur ad respondendum, & sic persistẽdo in sua petitione haberet animũ litigandi, quod sufficit: respondendo huic animo suæ petitioni statim fuit litis contestatio facta, etiam simultaneè, propter concurrentiam animorum. & per hoc fuit saluatus vnus magnus processus habitus in partibus in quadam causa Hispalen. mihi commissa, super quarta debita parochi sacerdoti de legatis quibusdam religiosis non mendicantibus.

SVMMARIVM.

In causa appellationis diffinitiua parte vocata contumace,etiam in curia existente, non est necessaria litis contestatio.Idem vtraque parte præsente,si in principali lis fuit aliàs contestata:secus si non fuit contestata:q a tunc necessaria est litiscõtestatio,vt sentẽtia ferri possit.

EPITOME.

1 *Litis contestatio an & quo casu sit in instatia necessaria.*
2 *Litis contestatio an sit super articulo grauaminis necessaria.*
3 *Omissio articuli grauaminis coram iudice ad quem,an annullet processum,*

Decisio 7. aliàs 467.

AVditor † in secunda instãtia nõ tenetur contestari litem, nisi velit. quod intellige si altera pars est absens per contumaciam,& altera non.hoc tenẽt. Spe.& Archi.de iuram.calum.c.ij. lib.vj. Hoc breuiter ponit rex.in l.fina.§.illud.C.de tempor. appel. & c.per tuas.de appel. quia in hoc quod ponit ius speciale in casu contumaciæ,videtur innuere contrarium:vt l.j. in fi. ff.ad muni.& ergo non procedunt no.per Inno.de offi. dele.c.cùm contingat.vide Ioan.An.super hoc de testa. c.Raynaldus.in notul. Contumaciõ. Intelligo etiam si pars cõtumax sit in curia præsens:quia tunc apprehendi potest,& est verè contumax: & per consequens ex contumacia magis priuilegiata.l. & post edictũ.§.fi.ff. de iudi.quia hoc est priuilegium appellantis: vt d.c.per tuas.ergo non est auferendum, nec restringendum. de reg.iu.indultum.ff.de cõsti.pri.l.iij. Quid si appellatur
2 ab interlocutoria.dic aut quæris,an super articulo † grauaminis sit necessaria li.cõtestatio.& dic quod nõ: quia in vna instantia vna li.contestatio est sufficiens, & ita mãdauit auditoribus Clemens.iiij.& recitat Spe.& Archi.in d.c.ij.de iura.ca.in glo j. & probatur de appellatione interposita in ratione sui. Aut quæris vtrum † co
3 ram iudice appellationis omisso articulo grauaminis,iuxta c.cordi.de appel.li vj.vel expedito, iuxta c.vt debitos.de appel.& procedendo super negotio principali,an tunc coram illo iudice necessaria sit litis contestatio: & tunc dic,Aut fuerat coram illo primo lis legitimè contestata:aut non. Primo casu non est necessaria litis contestatio.Secundo casu sic.Ratio est: quia vna li.cõtestatio in causa semper est necessaria, vbi seruatur ordo iuris,extra vt li.non conteſt.per totum, & non plures: q a hoc non reperitur in iure cautum. Item iudex appellationis qui succedit primo iudici,debuit facere ea quæ facere habuit primus:vt l.minoris.ff.de iudi.& d.c.interposita. modo primus, litis contestationem, si non fecit, faciat secundus, aliàs non.ergo idem de isto.

De Iuramento calumniæ.

SVMMARIVM.

Procurator in romana curia non solùm in animam domini, sed etiam in suam de calumnia iurare tenetur etiam si principalis iurauerit.

EPITOME.

1 *Procurator an iurare teneatur de calumnia postquam dominus iurauit.*
2 *Procurator an possit iurare in animam domini sui: & mandatum de hoc faciendo,an sit validum.*
3 *Consuetudo romanæ curiæ, quod procurator suret in animam suam & constituentis,admittenda est.*
4 *Iuramentum datur tactis scripturis,& quare.*

Decisio 1. aliàs. 37.

1 QVIDAM procurator in ro. † curia in causa beneficiali appellauit à me, eo quod ipsum cõpellebam ad iurãdum de calumnia, nedum in animam domini sui, sed etiam propriam. cui appellationi tanquam friuolæ de consilio dominorũ meorum nõ detuli cõminãdo sibi pœnã c. fi. de iura. ca. quã pœnã dicebãt omnes domini etiã locum habere in pro-

curatore nolente iurare in animam suam propriam, sed dūtaxat in animā domini sui. de quo tamē bene & fortiter dubitabam. quia pœnæ tenere debēt suos auctores. de his quæ fi.ta ma.part.c.quæsiuit. sed quicquid fuerit, prædictus procurator vidēs motiua dominorum, & etiā doctorum finaliter, nedum in animam domini sui, sed etiam propriam iurauit & præstitit calumniæ iuramētum. Et rationem huius ponit Io.And. & Io.mo.in c.ij. de iura.calum.lib.vj.super verbo, ab ipsius. Nā licet dominus principalis iurasset, procurator nihilominus iurare tenetur: quia ipse calumniari posset sicut dominus: ipse etiam vt sciat dominū suum habere malā causam, & velle deierare, ipse deierare nō debet: imò in quacūq; parte litis quæ perueniat ad ipsam partem suā malam & iniquam causam fouere, debet desistere, & vlterius eā non prosequi iuxta constit. Io.xxij. & Benedicti.xij. & Greg.xj. quam conclusionem tenēt expresē Accur. Ia. Pet. & Cyn. in auten. & si principales. in vlti.q. in fin. de iura.calum. C. & faciunt not. & in c. in pertractādis. eo. tit. & de elect. c. procurator. libr. vj. & in c. præsentium. de testi. eo. lib. & per Host. in sum. eod. tit. §. ij. circa fin.

ADDITIO.

2 Pone quod ego constitui procuratorem † ad respondendum & iurandum de veritate in animā mei domini, an sit sufficiens mandatum. Et videtur quod sic, quia tacitē videtur inesse, q̄ iuret veritatē: ergo eius expressio non vitiat. C. de fideius. l. non rectē. Contrariū est verum: quia hæc forma mādati ponit aduersarium in difficultate probationis. Nam semper mādans posset dicere: dico quòd procurator non respondit verū: & per hoc esset deterior conditio aduersarij, quàm si ipse per se responderet. & ad hoc habes gl. no. in c. j. de proc. in Cle. & & facit ad hoc quod no. ff. de iudic. in l. solenne. in ratione sui. & l. non aliās. & l. seq. debet ergo esse tale mandatum, q̄ possit respondere quicquid vult in præiudicium domini sui, sicut & ipse dominus posset: vt l. non solùm. & ibi no. ff. de procurato. ita not. Bal. in l. si procurator. ff. de conditio. indebit.

ALIA ADDITIO.

Et in c. fi. de iu. ca. per Ho. & Io. And. in verb. sindicū.
3 vbi dicit, † q̄ procurator iurat in animā constituētis de veritate dicenda, & etiā de consuetudine romanę curiæ in animam suā, quæ est approbata in c. ij. de iur. ca. li. vj. & cum bona conscientia pōt respondere ea quę scit, vel ab alijs in quorum animas iurauit, intellexit vera esse. de testi. c. præsentiū. li. vj. Cyn. nō placet quod dominus per procuratorē iuret: quia procurator habet capere ini tium illorum quæ agit in personā propriam. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obl. l. quæcūq;. ff. de act. & obli.
4 Itē alia ratione mouetur: quia † iuramentū debet præstari tactis scripturis, vt præsentia euāgeliorū terreatur: quod non esset, si dominus esset absens. vnde vel est concedendum, q̄ in animā domini absentis nō iuretur. vel si dicatur, q̄ per aliū iurare posset, intelligatur scilicet, per ministrū & nuntiū, qui cōcipiat verba in personam domini. ff. de cōsti. pec. l. eū qui. & ita ipse dicit in l. ij. in penultima quæstione quę incipit vltimo. C. de iur. calū. Dic quòd potest iurare in personam domini, & in eius animam: vt in c. fina. de procurato. lib. vj. not. in c. fin. de iura. calum. & in c. ij. & fina. eod. tit. li. vj. & Bar. exigir, quòd habeat speciale mandatū ad iurādum in animam domini: vt l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acq. hęred.

SVMMARIVM.

Procurator in romana curia non solū in animam domini, sed etiā in animā suam de calūnia iurare tenetur.

Decisio 2. aliās 40.

PRocurator in Ro. curia non solū in animā domini, sed etiā in animā ipsius tenetur præstare iuramentū de calūnia: alioqui habebit locū c. fi. de iur. cal. & licet dominus principalis iurauerit: nihilominus tā procurator iurare tenetur: q̄a & ipse calūniare posset sicut dominus: put le. & no. in c. appellationibus. supverbo, ab ipsis. de iur. cal. li. vj. faciunt q̄ā no. in simili p̄ doc. in c. presentiū. de test. li. vj. & in aut̄. principales. eo. ti. in gl. & vide no. ini c. in pertractādis. eo. ti. & faciūt no. in c. p̄curator. de elec li. vj. & p̄ Host. in sum. eo. ti. §. ij. circa fi.

De Dilationibus.

SVMMARIVM.

Terminorum seruandorum seu reiterandorum tempus vtile dicitur & non continuum.

Decisio 1. aliās 135.

SI mandetur auditori quòd repetat omnes terminos nō debitē seruatos infra octo dies, illi sunt vtiles & nō continui: ita quòd in octo diebus repetens veniet, & sunt termini repetendi antedicti. Pro hoc possunt induci iura alleg. per doct. de tempore vtili & continuo. de concesio. præbē. cap. quia diuersitatem. & ij. q. vj. an anteriorum. per Ioan. & de concess. præben. cap. j. in Clement. & per Ioan. Andr. & Paul. in Clemen. j. de restit. in integr.

SVMMARIVM.

Tempus bimestre vel trimestre datum ad testes producendum & recipiendum nō currit pendente partium compromisso.

EPITOME.

1 *Tempus probationis indultum partibus an compromisso pendente currat.*
2 *Iudicis consensus an requiratur in prorogatione temporis ad probandum partibus communiter dati.*
3 *Impedito legitimè iuris vel hominis tempora non currunt.*

Decisio 2. aliās 360.

1 FVit dubitatum vtrum cursus † illorum duorū mensium siue plurium datorū in remissione facta alicui iudici pro testibus producendis & recipiēdis, de quibus in capitu. licet. de probatio. & capitu. præsentium. de testi. libr. vj. impediatur per compromissum factum per partem: ita quod si per compromissum medio tempore factum non fuerit terminatum negotiū vtrum iudices antedicti post lapsa tēpora supradicta possint procedere ad vlteriora, & testes recipere. In quo domini erant varij. Aliqui dicebant quod nō: quia hoc tempus videtur appositum decisioni, & non iurisdictioni. ergo nō videtur prorogabile. arg. nota. in cap. de causis. de offi. deleg. quod capitul. videtur facere pro vera opinione, videlicet quòd consensu partium prædictum tempus posset pro-
2 rogari, quod crederem verum de consensu iudicis, † qui in huiusmodi prorogatione temporis est necessarius. secundum Innocen. & Host. ibidem. At hîc in casu nostro non ponitur consensum iudicis interuenisse. ergo, &c. Præterea pro parte in contraria scilicet affirmatiua allegabatur Clemen. quamdiu. de appella. & authen. si tamen. C. de tempor. appellat. in quibus apparet quòd per compromissum vel alias de consensu partium expresso impeditur cursus tēporis fatalium dati à iure vel ab homine ad prosecutionem appellationis, sic etiam videretur in proposito, quod etiam per compromissum hoc factum de communi cōsensu partium impediatur cursus dictorum trium mensium assignatorum ad testes recipiendos. quod crederem verum, si remissio esset communis: si verò nō esset communis, sed vnius partis duntaxat: crederem illam partem per huiusmodi compromissum à productione huiusmodi testium nō excusari. argumen. not. in dicta Clement. per Pau. de termino. x. dierum dato ad appellandum, cuius cursum cōpromissum seu communis consensus partium nō impedit. Ratio, quia illud tempus tantum datur vni parti ad suspendendum sententiam vel grauaminis effectum: sed tempus prosecutionis appellationis datur vtrique parti: & ideo communis consensus facit cursum eius dormire secundum eū. Fuit tamen conclusum finaliter per omnes
3 dominos attēto quòd † legitimè impedito tempora iuris vel hominis non currant: de præscriptio. c. j. & capit. illud. de concessione præbend. capit. quia diuersitatis de electionib. capitul. si electio. libr. vj. de appellatio. sicut. in fine in Clementi. quod per dictum compromissum impediatur cursus dictorum trium mensium, & sic obtentum & pronuntiatum.

De Ferijs.

De Ferijs.

SVMMARIVM.

Tempore feriarum ob neceſsitatem hominum, poteſt decerni citatio, & decreta exequi etiã per edictum.

EPITOME.

1 *Citatio decerni poteſt die feriata, pro die non feriata.*
2 *Executio citationis tam in perſonam quàm in domum poteſt fieri die feriata.*
3 *Citationes per edictum quod ſtrictè in ſuis terminis tenẽdæ ſint.*
4 *Excommunicari nemo debet, niſi perſonaliter monitus & citatus.*

Deciſio 1. *aliàs* 367.

1 SI committatur † cauſa tempore feriarum ob neceſsitatem hominum introductarum cũ poteſtate citandi per edictum in curia ſeu extra, dubitatum fuit vtrum in his ferijs poterat decerni huiuſmodi citatio & exequi in valuis maioris eccleſię vbi tunc eſt curia. De primo videlicet de citatione decernenda, licet fuerit & ſit magna altercatio do. in c. fin. de fer. & ibi per Innocen. & Ioann. Andr. in nouell. plenè. Tamen concluſio eſt hæc modernorum docto. quòd licet citatio facta die non feriato ad diem feriatum, non valeat, tamen citatio decreta die feriata ad non feriatam, bene tenet & valet. Ratio, quia non eſt actus iudicialis, ſed poteſt fieri extra iudicium & in domo, & ſine quocũque iudiciali ſtrepitu, & vocatione partis: idcirco ceſſat ratio ca. j. & vlt. de fer. ceſſante igitur cauſa, ceſſat & effectus. de appella. ca. cum ceſſante. cum ſimili. licet Io. & Ar. in ca. placita. xv. quæſt. iiij. vbi de hac materia dicant, quòd decretum de citando non poteſt fieri die feriato: vt C. de ferijs. l. fin. ſed executio bene. pro quorum dicto faciunt not. in ſimili per Io. mo. de fo. compe. cap. romana. §. contrahentes. libro ſexto. quorum docto. dicta intelligo, quando decretum de citando debet fieri, & fit cum cauſæ cognitione, & iudice pro tribunali ſedente: talis enim actus ſiue ſtrepitus iudicialis non poteſt fieri die feriato: ſed ſine cauſæ cognitione, & extra iudiciũ bene poteſt fieri quocunque tempore. de quo etiã in Speculo. titu. de cita. §. j. ver. Item excipiunt. de for. compe. capitu. j. in clemen. ſuper ver. feſtiuis. per Ioann. Andr. de

Citatio decerni poteſt die feriata pro die non feriata.

2 executione † verò citationis ſiue ad perſonam ſiue ad domum non eſt dubium quin fieri poterit die feriato: * quia eſt facti, & non fit per iudicem, nec cum cauſę cognitione, ſed per nuntium vel per literas. de appellatio. capitu. cùm parati. & de offi. delega. capitu. prudentiam. & capitu. cùm contingat. & ibi per Bernar. quæ tamen executio prædictæ citationis per edictum, cùm debebat legi. exequi & publicari in audientia contradictarum ſiterarum apoſtolicarum, quę non eſt tempore feriarum: idcirco omnes domini me ſolo excepto dicebant & concludebant, quòd huiuſmodi executio facta in valuis maioris eccleſię ſiue cathedralis in anania: nec tenuit necvaluit: nec etiam citatum ſic conſtituit contumacem, quòd propter eius contumaciam excommunicari potuerit.

* Adde Bart. *in l. j. §. nunciatio. in iij. col. ff. de ope. no. nun. in ver ſic. quærit.*

3 Motiuum eorum fuit: † quia huiuſmodi citationes per edictum ſunt exorbitantes, à iure communi: & ideo ſtrictè tenendæ in ſuis terminis & formis. de regu. iur. quæ à iur. libro vj. At forma & modus citandi per edictum eſt traditus ſcriptus in iure: puta quòd debeat fieri in audientia literarum apoſtolicarum: & nihilominus in palatio apoſtolico & in valuis maioris eccleſiæ illius loci, vt in clemen. j. de iudi. quorum ſi aliquid deficiat, totum ruit. j. quæſt. j. detrahe. de clerico non bap. capi. veniens. cum ſimil. ergo &c. Præterea ratio quare huiuſmodi citationes per edictum ſint in prædicta audientia literarum exequendæ & publicandæ: quia præſumitur quilibet habere procuratorem per quem poterit ad notitiam citati peruenire huiuſmodi citatio: qui quidem procuratores tempore feriarum poſſunt & habent licentiã eundi & vagandi quocunque voluerint. ergo, &c. Eſſet igitur valde graue què ſic haberi & reputari contumacem quòd excõmunicari poſsit, qui veriſimiliter ſe citatum

4 ignorauerit. excommunicari † enim nemo debet, niſi perſonaliter monitus & citatus: vt not. Innocen. in c. fi. de eo qui mit. in poſſeſ. Mihi tamen cum correctione dictorum dominorum melius ſentientium videbatur contrarium. Ratio mea fuit. Nam attenta forma inductionis feriarum omnis actus, qui tempore feriato potuit & debuit fieri per auditorem ſacri palatij in audientia contradictarum, ille potuit & debuit fieri in valuis maioris eccleſiæ, quæ eccleſia ſuccedit loco prædicto audientię, vt patet per formam. At hic actus citationis executiõis potuit fieri & debuit in valuis maioris eccleſię ſuccedentis loco audientiæ: ſurrogatum enim in loco alterius eodem iure cenſeri debet: vt lit. penden. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. cum ſimil. Præterea prout ponebatur in facto, prędicta etiam citatio fuit executa in valuis palatij cauſarum, & in partibus in duobus locis. ergo non eſt veriſimile quòd ad eius notitiam non potuit peruenire. xvj. diſtinct. quòd dictis. de poſtu. præla. c. j. facit optimè clem. cauſam electionis. de elect. Et hanc concluſionem crederem veram, videlicet iſtum reputari legitimè citatum & contumacem, * ita quòd in eius abſentia poſſet procedi in cauſa: vt ſic, licet præſumptiuè ſit contumax, puniatur in proceſſu, nõ tamen quòd poſſet excommunicari: quoniam debet præcedere monitio & citatio perſonalis ſecundum Innocen. vt ſuprà. & facit c. xj. quæſt. iij. nemo. & ca. certum. de ſenten. excommunica. ca. ſacro. Veruntamen Ioan. Andr. in clemen. j. de iudic. ſuperius allega. ſuper verſ. perſonaliter. dicit quòd ille proceſſus qui fieri poſſet contra perſonaliter citatum, poſſet contra hunc citatum per edictum. ſed perſonaliter citatus & non comparens poteſt excommunicari. ergo & iſte. quod crederem verum ſi prædicta citatio eſſet lecta in audientia contradictarum: quia tũc eſſet magis veriſimile ad ipſius peruenisse notitiã quàm ſi facta foret in valuis eccleſiarum, quas proh dolor pauci hodie viſitãt, præſertim procuratores Rom. cur. qui citiùs & omni die de mane currunt ad tabernas quàm ad eccleſias. Sufficiat ergo quòd puniatur in proceſſu, & non procedatur ad excommunicationem, & ſic fuit factum. faciunt not. in clementi. cauſam electionis. de elect. in glo. penult. per Ioan. And. in clem. ſi ante. de dolo & contu. per eundem.

* *Ita quòd in eius abſentia, &c. Vetus lectio ſic habet. Ita quod ob eius nequitiã poſſit procedi in cauſa, &c.*

De Cauſa poſſeſsionis & proprietatis.

SVMMARIVM.

Ad petitorium ſuſpenſum etiam coram iudice appellationis rediri poteſt, ſi cauſa appellationis, & negotij principalis ſit tantùm ſibi commiſſa.

Deciſio 1. *aliàs* 131.

INtentato petitorio & poſſeſſorio coram iudice, ſi petitorium poſtea ſuſpendatur, in ſolo poſſeſſorio procedatur, & pronũcietur, & appelletur, & appellationi deferatur, & cauſa appellationis & negotij principalis alteri auditori cõmittatur, tam coram illo quàm coram alio primo iudice partes poſſunt ſi voluerint, redire ad petitoriũ, & procedere in eodem. Si verò vna pars vellet coram primo procedere in petitorio, alia in poſſeſſorio coram ſecundo, non eſt audienda propter priuilegium ſpoliationis. de ord. cog. c. fin. & ne continentia cauſæ diuidatur. C. de iudi. l. nulli. & de cau. poſ. & proprie. c. j. & ij. & de ſeque. poſ. & fruct. c. j. Hæc vera, ſi cauſa appellationis & negotij principalis ſit ſecundo iudici commiſſa: ſi verò tantùm cauſa appellationis, tunc non poſſet de cauſa petitorij cognoſcere ſine ſpeciali commiſsione, nec etiam primus donec cauſa poſſeſsionis fuerit terminata propter priuilegium, & ne cauſæ continentia, &c.

SVMMARIVM.

Tempore feriarum & vacationum poteſt ſuſpendi petitorium antea non ſuſpenſum.

Deciſio 2. *aliàs* 140.

TEmpore feriarum ſiue vacationum poteſt ſuſpendi petitorium à ſuſpendente antea inchoatum, & procedi in ſolo poſſeſſorio: quia hoc eſt quaſi

quoddam præambulum siue pars ipsius possessorij priui legiati in quo potest attenta forma indictionis vacationum procedi ff de spon.l.oratio. Item quia hæc suspēsio in nullo tangit processum petitorij: imò tendit ad ipsius exclusionem &c.nihil enim habent commune,&c.ff.de acquiren.possess.l.naturaliter .§. nihil commune. Mihi semper videbatur contrarium:videlicet quod non haberet locum suspensio tempore feriarum: quia concessio papæ scilicet,quod possit procedi illo tempore in causis possessorijs,posset intelligi de possessorijs tūc inchoatis: imò hęc habet forma indictionisvacationū,&sic nō procedit dicta conclusio:imò forma bene habet de inchoandis,quod intelligo principaliter:secus per modū suspensionis.

SVMMARIVM.

Exceptio litispendentiæ inter duos super possessorio non obstat tertio superuenienti petitorio agere volenti. h.d. Vel sic.Veniens ad causam pro interesse:potest agere petitorio non obstante suspensione,si non est spolians.

EPITOME.

1 *Possessorij priuilegium quorsum inductum.*

Decisio 3 *aliàs* 149.

SI inter Titium & Seium actum sit possessorio duntaxat:Caius veniens ad causam pro suo interesse,potest agere petitorio.Nec ob.sibi exceptio de litis pendentia dicti possessorij,dummodo ipse nō fuerit spolians
1 vel mandans,&c. quia + huiusmodi priuilegium possessorij est indoctum in odium spoliantis vel mādantis, & &c.de ordi.cogni.ca.fin.de restit.spo.cap.cùm ad sedem. de causa possess.cle.vnic.&quia pœnę debent tenere suos authores.de censi.c.j.de his quæ fi.à ma.par.c. quæsuit. cùm igitur iste non deliquit.ergo plenius inuenies hanc quæstionem superius disputatam.

SVMMARIVM.

Sufficit agenti possessorio ad petitorium colorandum docere se institutum,licet de presentatione non constet.

Decisio 4. *aliàs* 189.

SVfficit præsentatio à laico alicui episcopo ad aliquā ecclesiam,& instituto per eū si agat possessorio quò ad colorandum petitorium, docere de huiusmodi institutione,licet non doceat de præsentatione, quæ modi cum iuris consert.de offic.legat.cap.dilectus.& quia sola cōfirmatio superioris,licet cassetur, & electio tuetur possessorem, & omnia facta per eum: prout leg.& not. per Innocen.& Hostien.de elect.nihil est, & de restitu. spo.in literis.per eosdem.& c.quia cunctis.de concessio. præben.libro sexto.

SVMMARIVM.

In causa appellationis prophana appellans vel appellatus non potest suspendere petitorium vtriusque partis: quia illud est speciale in causa beneficiali,per clemen.de caus.possess. quæ in alijs causis quàm beneficialibus non vendicat sibi locum.

EPITOME.

1 *Clemen.vnica de causa possess.& proprie.non habet locum in causa appellationis prophana.*

2 *Agens possessorio an possit illud suspendere & transire ad petitorium.*

Decisio 5. *aliàs* 205.

1 IN causa appellationis + prophana non habet locum clementi.vnica de caus.possess. videlicet quòd appellans & appellatus possit suspēdere petitorium vtriusque partis.quia hoc est speciale in causa beneficiali, vt ibi not.in j.glos.per Ioannem And.& Paul.post princi. in vers.quid de appellante in alia causa. vbi videtur distinguere:tamen finaliter videtur in dicta conclusione remanere.petitorium tamen à se intentatum potest suspendere in secunda instantia sicut in prima vigore capit.pastoralis.de caus.possessio. quod generaliter loquitur.Et quia licet sit finita prima instantia, adhuc durat causa: & iudex secundæ instantiæ succedit primo coram quo id licuisset.ergo & coram isto. Hoc verum nisi vtrunque per appellationem vel alio modo sit ad curiam deuolutum:secus verò vnum illorum duntaxat secundùm Pau.vbi suprà,& vide Innocen.super dicto c. pastor alis.super verbo pendente. Sed quid dices in casu

2 * cōuerso,agēs + possessorio vult illud suspēdere & trāsire ad petitorium, an possit?videtur quod non à cōtrario tex.d.Clemē.quia si illud est speciale,quòd possit actor tam in causa principali quàm appellationis petitorium suspendere & tranire ad possessorium in odiū spoliantis: tamen in casu conuerso vbi cessat fauor spolij, dicta suspensio non licebit.Contrarium videtur nota.in c.pastoralis.in iiij.glo.de causa pos.sed potest illi gl.responderi,quòd illa non dicit rediri ad petitoriū suspenso possessorio.sed dicit,quòd rediri potest ad petitoriū de possessorio inchoato,subaudi & ei prius renūtiato.Sed si vis tenere opinionem illius glossę,quòd possessorium possit suspendi,subaudi etiā in causa appellationis, & hoc addit illa Clemen.j.de nouo,de quo per Pau.ibi super verbo,aduersario,in fine.Pro prima parte facit quod suspēso possessorio inuita parte petitorium intētare non possit.Et ratio diuersitatis est, quia possessorium est priuilegiatum per dictum c.pastoralis.& ideo propter ipsum intentandum petitorium suspendi potest,quod priuilegium petitorio non est concessum:& sic nō poterit possessorium suspendi,vt postea petitorium intentetur. pro quo vide in cap.ij.de li.ob.in glos.fina.Contrarium tamen concluditur in dec.viij.& x.infrà eodem titul. Sed dubitatur eo casu quo de possessorio reditur ad petitorium, an fiat condemnatio expeñ.Hostien.in summa de causa possessio.tenet quod sic.in § an quæstio possessionis.versic.sed si prius,dic vt ibi.

* Agens possessorio an possit transire ad petitorium.

SVMMARIVM.

Suspendēs petitorium cum protestatione quòd ab illo non intendit recedere,nisi exprimat dando postea libellū super vtroq;,videtur à dicta suspensione recessisse.

Decisio 6. *aliàs* 250.

SI suspendens petitorium vtriusque partis postea dedit libellum concludētem in petitorio & possessorio à prędicta suspensione videtur recedere:licet tempore suspēsionis protestatus fuerit quòd ab huiusmodi suspensione non intēdit recedere,nili hoc exprimeret, satis enim hoc expressit quando petitorium postea intentauit,quod sibi licuit.de causa possess.& propriet.capitu. pastoralis. Præterea per actum contrarium à protestatione receditur:prout leg.& nota.in capitul. cum M.de constit.& de appellationi.cap.solicitudinem.ergo, &c. Sed est magnum dubium vtrum suspendens semel petitorium illudq; reassumēs possit iteratò illud petitorium suspendere.infrà dec.8.

SVMMARIVM.

Si pronuntietur suspensionem petitorij locum nō habere,& ob hoc appelletur,& iudex deferat, & postea in possessorio procedat, processus est nullus.

EPITOME.

1 *Possessioni & proprietati nihil commune.*

Decisio 7. *aliàs* 283.

SI quis suspendit petitorium vtriusque partis procedendo in solo possessorio, & pronuntietur ex aliqua causa suspensionem huiusmodi locum nō habere, & appellatur ab huiusmodi pronuntiatione,& auditor deferat,& nihilominus posteà in petitorio procedat, processus est nullus: quia per delationē desinebat esse iudex in tota causa.de appellat.capit.cum appellationibus friuolis.libr.vj. & sic processus ruit tanquam à non suo iudice factus.de iudic.capitul. at si clerici. cum similib.de hac conclusione bene dubitabā, nec in ea consentiebam
1 simpliciter:+ quia possessio & proprietas nil habent cōmune:vt in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir. post licet igitur expediuerit possessorium sic pronuntiādo & etiam deferendo,& quo ad hoc desierit esse iudex: tamen adhuc nihilominus remansit iudex in petitorio, quod etiam sibi fuit commissum, & adhuc restabat expediendum.argumen.iurium capitu.j.& ij.capitu.cùm dilectus.de causa possess.& proprie. de testib.c.significauerunt.de iudi.c.fina.cum similibus.

SVMMARIVM.

Pluribus vicibus potest spoliatus in eodem iudicio petitorium in causa beneficiali suspendere:quamuis in alia causa non priuilegiata post litis contesta.super proprietate spoliationis actio vel exceptio intentari non possit.

EPITO

EPITOME.

1 *Petitorium an possit pluries in eadem causa suspendi.*
2 *Priuilegium an vnico actu contrario perdatur.*

Decisio 8. *aliàs* 382.

1 FVit dubitatum † vtrum quis pluries posset suspendere petitorium in vna & eadem instantia ante cõclusionem.puta,aliquis in principio causę siue litis suspẽdit petitorium:postea in medio litis reuocat huiusmodi suspensionem,& procedit in petitorio : ante verò conclusionem iterum suspendit petitorium.an hoc sit licitum? Et videbatur quod nõ.quia nõ licet sicvariare cũ discrimine alterius.de reg.iur.mutari.libro sexto,& de renunc.capit.cum illusio.in clemen. Præterea cùm hoc sit priuilegium agentis , quòd possit suspendere petitorium ante cõclusionem:& vsus est hoc priuilegio:semel tamen per actum contrarium videtur recedere & renuntiare priuilegio. † vnico enim actu contrario perditur priuilegium. * de constitu.capi.cùm accessisset.de prębend.capitu.pro illorum.fuit decisum & determinatum contrarium per omnes dominos. Nam hoc priuilegium suspensionis petitorij concessum est in odium spoliantis: vt in clemen.vnic.de caus.possessio.& proprieta.durante enim hac causa debet durare & priuilegium . hoc est antequam purgata sit huiusmodi violentia & spoliatio per restitutionem semper durabit hoc priuilegium : in tantum quod nedum in prima vel secunda instantia,sed in tertia potest suspendi petitorium,ante tamen conclusionem vltimę instantiæ quæ est conclusio totius causæ. de fid.instrumen.capitu.cùm Ioannes.Nec obst.contrarium de variatione : quia humanitas iustæ pœnitudinis nemini est auferenda.ij.quæstio.v.si quis libellos.de appella.capitu.cum cessante.& cap.interposita.ff.de inoffic.testamen.l.Papinianus.§.meminisse.de accusa. capi. licet.ff.de iurisdict.omni.iudic. l.si conuenerit . Quod perditur priuilegium vnico actu contrario , non obstat quia verum est,si ille actus haberet siue habuisset suum effectum : puta , si iste suspendens primò petitorium & posteà reassumens obtinuisset sententiam in petitorio, & vellet tunc iterum suspendere petitorium , istud non liceret:quia hic petitorium traheret ad se possessorium. de cau.possess.& proprie.c.cùm dilectus.de testi.c. signi ficauerũt.pro prima tamen opi. videtur facere quædam not.Pau.in cle.vnic.de cau.pos.in glo.penult.

2 *Perditur priuilegium. An priuilegiũ vnico actu perdatur vide Fely. in c.cùm accessissent de consuetu.extra in verſ. Septimo vnita . vbi verbellè distinguit.*

SVMMARIVM.

Vigore commissionis obtentæ super spoliatione & occupatione certę rei ad impetrantem pertinentis in petitorio procedi potest.h.d.Vel sic . Per simplicem commissionem agi potest petitorio & possessorio , nisi tantùm eorum alterum sit commissum.

EPITOME.

1 *Actio petitoria & possessoria an virtute simplicis commissionis obtẽtæ super occupatione & spoliatione rei ad impetrantem pertinentis possit intentari.*
2 *Verbum,pertinere.in cõmissione positum quid operetur.*
3 *Rescripta sunt stricti iuris:nec extenduntur ad casus in eis non expressos.*

Decisio 9. *alias* 396.

SI committatur auditori causa quæ vertitur inter Titium & Seium de & super spoliatione,occupatione & detentatione alicuius castri vel terrarum , quod vel quas dicit impetrans in cõmissione ad se pertinuisse
1 & pertinere.Dubitatur † vtrumvigore huiusmodi commissionis actor possit agere petitorio & possessorio . Et videbatur aliquibus dominis & præsertim mihi , quòd duntaxat posset procedi in possessorio , quod principaliter esset commissum,& nullo modo super proprietate, quæ nihil habet commune cum possessione.ff.de acqui. possess.l.naturaliter.§.nihil.Omnes domini,me excepto dicebant & tenebant contrarium . & hoc propter verbum,pertinere:positum in commissione, quod est latissimum.ff.de verbor.signi.l.verbum,pertinere.de fide instrumen.cap.inter dilectos.& ibi glo.super verb. pertinere. Ad hoc respondebatur,quòd † hoc verbum,pertinere.in commissione si esset positum in vim causæ siue per modum accessorij & non principaliter: & licet proprietas interdum imò quasi,semper ad se trahat possessorium,& illi prævaleat,vt de cau.possess.& proprie.caj.& ij.& c.cùm dilectus.& fortè iudex propterea datus super proprietate posset cognoscere de possessione secũdùm Io.& Vinc.in c.j.de sequest.tamen id non procedit in casu conuerso:quia nusquam reperitur quòd possessio trahat ad se proprietatem:vt not.in dictis tribus , & in ca.pastoralis.eodem titu.Præterea dixerunt prędicti domini,quod licet committeretur simpliciter causa possessionis absque dictione limitatiua tantùm , vel duntaxat.nihilominus posset agi de proprietate:secusverò si limitatiuè committeretur.pro quo allega.no.in dict.cap. ij.& cap.pastoralis.de caus.pos.& propie.& not.in capi. j.de sequestra.quas glo.credo verissimas quò ad dictum secundum,videlicet quãdo cum limitatione causa posse-
3 vel proprietatis committitur:quia rescripta † sunt stricti iuris,& non extenduntur nisi ad casus expresè cõmissas de offic.delega.p.& g.de rescript.capitu. fina. & capitu.causam quæ.cum ibi not.Sed quò ad primum dictum credo semper sãlua correctione glo.non ita intelligendas,nec sic loquũtur,si rectè inspiciantur.Nam quãdo simpliciter & indiffinitè aliqua committitur causa iudici inter Titium & Seium super tali re:tunc potest agi petitorio & possessorio,& hoc fateor de plano: quia indefinita æquipoller vniuersali.de priuileg.cap.quia de elect.vt circa libr.vj.vbi de hoc.vno tamen commisso aliud non veniet , nisi per modum reconuentionis secundùm Ioan.& Vin.in cap.j.de sequestra.præmissa tamen protestatione,qui alleg.authen.consequenter.C.quomodo & quando iudex.de mut.peti.cap.j.& ij.de ordi.cog. cap.ij. finito tamen negotio commisso super non commisso neutra partium potest agere,nisi ex noua commissione.de resti.spo.c.audita.de offic. delega.c. cùm olim. & c.cùm contingat.Allegabant etiam prædicti domini pro dicta conclusione vnum dictum Innocen.in cap.episcopi.de re eccle.non alie.videlicet,quòd vigore rescripti ea quæ de bonis ecclesię alienata sunt pro earum recuperatione potest agi petitorio & possessorio. quod dictum videtur multum facere pro ipsis in casu proposito. Ad quod respondebam , quòd verba ista posita in dicto rescripto sapiunt & sapere possunt tam petitoriũ quàm possessorium.Et ideo in dubio potius debemus interpretari,quòd rescriptum valeat quàm pereat.de verb.signi. c.abbate.cum similibus.

SVMMARIVM.

Actor qui suspensò petitorio in causa beneficiali obtinuit sententiam & sequestrum in possessorio,poterit coram iudice ad quem suus aduersarius appellauit , etiam eo inuito , reassumere petitoriũ:dummodo sibi sit commissum,h.d.Vel sic.Spoliatus habens primã sententiam potest in secunda instantia redire ad petitorium etiam parte contradicente.

EPITOME.

1 *Spoliatus habens primam sententiam an possit in secunda instantia parte contradicente ad petitorium redire.*
2 *Inductum in fauorem,non debet in odium retorqueri.*
3 *Beneficiũ intrãs auctoritate propria,dicitur per fenestram intrare : auctoritate autẽ iudicis intrans , per ianuã intrat.*

Decisio 10. *aliàs* 417.

1 SI pro spoliato suspenso petitorio † in prima instantia feratur sententia in possessorio : & per spoliatorem ab eo appelletur.Fuit dubitatum & satis inter partes altercatum,vtrum in secunda instantia prędictus spoliatus habens sententiam restitutoriam pro se,posset inuita parte aduersa,imò expresè contradicente redire ad petitorium reassumendo illud in statu in quo dimisit Et videbatur aliquibus dominis quod non:nisi primò in causa possessorij esset terminata per alias duas sentẽtias: tum propter priuilegium interdicti,quod non admittit proprietatẽ in contrarium.de ordi.cogni.capitu.fina.de resti.spo.cap.in literis.tum propter sequestrum factum de fructibus occasione primæ sententiæ,iuxta formam clem.vnicæ de sequestr.possess.& fruct . quod secundùm aliquos reuocaretur & cessaret,si dicta sententia in possessorio lata infirmaretur in secũda instantia.quod non crederẽ,nisi illa infirmatoria per alias duas confirmaretur & tũc per illam victoriã finalem fructus sequestrati

& reconditi illi victoriam prædictam obtinenti bene traderentur, vt in dicta clemen. Licet aliqui domini forte non improbabiliter intellexerunt eandem clementi. de finali victoria quò ad fructuum sequestratorum restitutionē in petitorio factam: sed sanior intellectus est, quòd intelligatur de vtroque, prout innuunt verba clemen. In dubio verò principali superius facto fuit conclusum per omnes quòd dictus suspendens poterat redire ad petitoriū inuito aduersario, qui vlterius poterit prosequi possessorium, & instare pro infirmatione primæ sententiæ: quæ tamen sibi modicum valebit, nisi quò ad expensas si alter in petitorio obtinebit, quod trahit ad se possessorium. de caus. pos. & proprie. capitu. cùm dilectus. nec spoliatoris est cōtradicere in hoc casu: cùm spoliatus non curet ab ipso possessionem & fructus recuperare, quos ante ingressum ad petitorium recuperasset, si prosequendo possessorium tres sententias pro se obtinuisset: vt in capitu. pisanis. de resti. spo. de ordi. cogni. capi. cùm dilectus. cùm enim hoc priuilegiū sit introductum 3
à iure in fauorem spoliati & odium spoliantis: vt in cap. fina. de ordi. cogni. de caus. possess. & proprie. capitu. pastoralis. & clementi. vnica eodem titu. & tali fauori renuntiare potuit. de regularib. capi. ad apostolicam. quod
2 † enim ob fauorem alicuius statutum est, in eius lęsionem retorqueri non debet. de reg. iur. quod ob gratiam, libro sexto, & C. de leg. l. quod fauori. & quia ipsius aduersarij non interest resistere, audiri non debet. ij. quæst. vj. non solent. de elect. cap. cùm inter R. & de appella. c. qua fronte. de offic. delega. capitu. cùm contingat. de accusat. capitu. super his. cum similibus. Sed pone retento eodem themate, quòd prima sententia lata in possessorio trāsiuisset in rem iudicatam: & ille pro quo lata fuit, sine executore intrasset possessionem beneficij fructus percipiendo ex eodem. Fuit dubitatum, vtrum primus possessor expulsus, modo quo suprà, posset prædicta petere reuocari per modum attentati? Et videbatur aliquibus dominis & maiori parti quòd sic, propter litis pendentiam in petitorio, qua pendente nihil debet innouari vt lit. penden. in rubro & in nigro. tum etiam, quia propria auctoritate intrauit possessionem contra iuris dispositionem. ergo merito etiam in petitorio debet succumbere. per l. si quis in tantam. C. vnde vi. & per c. placuit. xvj. q. vj. & de præben. c. eum qui. lib. vj. & per not. per Innoc. in cap. cùm olim. super ver. portatorium. de priuile. quæ tamen not. Innoc. posset induci pro contraria parte quam credo veram, vt statim subijciā, vbi dum dicit, nisi partibus præsentibus, &c. & ibi imò plus videtur, &c. per quam glo. & rationem quam statim dicam, credo prædictum spoliatum modo præmisso non posse agere super attentatis: sed bene interdicto siue conditione ex prædictis legibus & canonibus. Ratio. nam licet posset dici aliquid attentatum circa beneficij possessionem: tamen nihil est attentatum circa proprietatē & sic attētando nec ius nec iudicē quò ad proprietatem offendit, quæ ad se trahit possessionē, si in petitorio obtineat. de cau. pos. & proprie. c. cùm dilectus. sicq; nullum præiudicium fit parti in petitorio. Et sic non ob. edictum vt lit. penden. quod locum habet quando lite pendente aliquid in præiudicium partis attentatur: vt no. Inn. super rubrica vt lite penden. & melius in c. ex parte. §. personæ. de reseri. Non ob. si dicatur imò magnum præiudicium fit huic parti expulsæ à possessione: quæ multa habet commoda, de præscrip. c. ad aures. de concess. præb. c. cum nostris. quod fateor verum, si sibi iniuriatur circa possessionem, pro qua sibi competunt alia auxilia iuris, de quibus suprà: sed hoc habet remedia ordinaria. ergo non curet de hac via extraordinaria. ff. de mino. l. in causæ. nihil enim habēt cōmune proprietas & possessio. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil. cùm igitur termination sit possessorium per sententiam partibus præsentibus, quæ transiuit in rem iudicatam, fortè non multum peccauit, si intrauit possessionem de facto per suum aduersarium occupatam sine executore, absq; tamen violentia: nec propterea fortè incurret pœnam. c. eum qui. de præb. lib. vj. nec teneretur ad restitutionem rei quam propter auctoritatem rei iudicatæ tenere potest, secundum Innocen. in d. c. cùm olim. qui allega. l. verum. ff. de condi. indebi. Pro quo faciunt etiam not. per Ber. & Io. And. in c. vigilanti. de præscrip. Præterea si propter litis pendentiam in petitorio haberet locum prædictorū attentatorum reuocatio, sequeretur absurdum, quòd pendente petitorio & ante eius finem nunquam posit fieri plena executio sententiarum etiā trium latarum in possessorio: quæ tamen ante ingressum petitorij plenè sunt executioni mandandæ. de iudi. c. fi. de testi. c. significauerunt. de ordi. cogni. c. ij. & c. fina. de resti. spol. c. pisanis. cum multis similibus. Ad quod dominus Nicolaus qui hoc dubium posuit in consilijs, respondebat, quòd prędicta iura loquūtur de executione fienda per iudicem vel eius auctoritate: quæ si sic fieret, non posset dici aliquid attentatum. nam quod iure fit, iustè fit. de electio. c. cùm ecclesia Vulterana. de rest. spol. c. audita. & c. cùm olim. de regu. iur. c. factum legitimè. li. vj. & sic dicebant non procedere argumentum ab absurdo. At in casu nostro hic habens † sententiā pro se non intrauit per hostium: puta auctoritate iudicis, sed aliundè, puta propria auctoritate, ergo tanquam fur & latro est puniendus. de iure patro. c. relatum. de insti. cap. ex frequentibus. rémq; & ius suū meritò perdere debet, per iura superius, allegata: videlicet per capi. placuit. & capit. eum qui. quæ iura intelligo quando quis per violentiam absq; sententia sine titulo canonico se intrusit vel intrudi permittit in beneficio. At in casu nostro sententiam pro se habuit, quæ in rem transiuit iudicatam, & sine violentia, vt ponebatur in facto, possessionem apprehendit, & fortè vacuā, quid ergo hîc malè fecit, nisi quod sine executore intrauit. Agat igitur hic spoliatus contra prædictum suum spoliatorem, vel interdicto vnde vi secundum aliquos, vel ad interesse secundum alios: prout not. Innocen. in dicto capit. cùm olim. & currat lis in petitorio, cui nullum in prædicto casu factum est prędiudicium suo marte, & sic fuit obtentum & sententiatum hoc est in petitorio processum, & non fuit auditus prædictus spoliatus.

Vt Lite pendente.

SVMMARIVM.

Si iudex in sententia reuocatoria attentatorum omisit condemnationem expensarum, an id postea facere poterit?

EPITOME.

1 *Expensarum condemnationem, an iudex ex interuallo facere poterit?*

2 *Appellatio à diffinitiua iustificatur ex nouiter producta: secus in appellatione ab interlocutoria.*

3 *Mandatum iudicis habet vim diffinitiuæ: & tenet etiam sine causæ expressione.*

4 *Appellari non potest à sententia certis diebus elapsis: item nec à condemnatione expensarum.*

Decisio 1. *aliàs* 13.

1 SI iudex reuocet quædam attentata ante omnia lit. pendente: & tunc nō condemnet in expensis, † dubitatur vtrum postea pósset huiusmodi cōdemnationem expensarum facere. Et videbatur q̄ non, quia vim diffinitiuæ habet: & sic eodē die huiusmodi condemnatio esset facienda, per legē, Paulus. de re iudic. & per capitul. concertationi. de appellatio. lib. vj. tum etiam quia quò ad hunc articulum functus est officio suo: vt in capitul. in literis. de officio delegati, quod capitul. vendicat sibi locum in diffinitiua. Sed hæc sententia siue pronuntiatio, licet diffinitiuæ vim habet quò ad quædam: puta, quò ad effectum Clement. appellanti. de appellatio. tamen ad præmissa effectum censetur habere interlocutoriæ & diffinitiuæ, tum quia per eam nō deciditur negotium principale, tum etiam quia simpliciter sine ordine solenni ex puro & mero officio iudicis proceditur super huiusmodi attentatis: prout no. Innocen. de rescript. ex parte. de maiorit. & obedien. dilecti.

lecti.& de except.dilecti.& per Ioan.Andr.de appellat. non solùm.libro sexto,vbi dicit expresè,quòd est inter locutoria.& intelligas semper quò ad præmissum effectum,& quò ad effectum ca.cordi.de appella.secus quò ad effectum clemen.appellanti . quæ nó habet locum in interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus.vt in casu nostro & in articulo defertionis & absolutionis ab instantia iudicij,& huiusmodi.quia nimis graue præiudicium tales sententiæ parant.Nec obst. cap. cordi. quia locum sibi vendicat in huiusmodi causis. quia facilius est parti inferere causam grauaminis & appellationē in scriptis vt in ca.cordi.quam subito infra duos vel tres terminos in vna septimana fortè seruatos,probatiões super dictis articulis coram iudice adducere.& intelligo prædictam conclusionem in principio positam, si huiusmodi interlocutoria in rem transit iudicatam. Nam tunc huiusmodi condemnatio expensarum non est nisi quædam prædictæ interlocutoriæ executio , & non noua sententia, secundum Innocen.in capitu.sæpe.de appella . Nec potest secundùm eum ab huiusmodi condemnatione expensarum appellari: quia hoc tempus condemnationis trahitur ad tempus sententiæ.Pro qua opinione Innoc. fa.not.per Ioan.mo.in capitu.licet.super verbo,conuale scat.circa medium,& in capitu.his qui . in vltima glos. circa fin.de senten.excommuni.libr.vj. Hîc superuenerunt duo noui domini Auditores videlicet dominus Petrus Gastonis legum,& Franciscus de laude vtriusq; iuris doctores.

ADDITIO.

Scilicet,vt posit iustificari ab appellante , vel impugnari ab appellato ex nouis allegationibus,vel probationibus:vt sic sit par ratio appellandi in ista sicut in diffinitiua.ergo par ratio probandi.& sic non allegatum allegabo,& non probatum probabo:vt l. per hanc.in fin. C. de tempo.ap.& not.in capit.fraternitatis.de testib . Sed
2 † quæritur quæ est ratio , quod appellatio à diffinitiua iustificatur ex nouiter productis,& non ab interlocutoria. Dic quòd appellatio ab interlocutoria,licet aliquã do toleretur, tamen semper est odiosa:quia derogat ordinariæ iurisdictioni.sed appellatio à diffinitiua est fauorabilis,ideo magis iuuanda per quascunque probationes.Et ista est ratio clemen.appellanti.secundùm Bald. in l.eos.§.si quid autem.C.de appella. Item appellatio ab interlocutoria habet oculos retro.ff.de mino.l.ait prętor.§.permittitur.sed appellatio à diffinitiua habet oculos in supremum finem,secundùm eum.Item causę non intentatæ in appellatione ab interlocutoria , remanent in iurisdictione iudicis à quo.l.generaliter.§.si iudex.C. de iureiurand.& hoc verum in allegationibus quæ consistunt in facto : sed allegationes quæ consistunt in iure scripto,non oportet exprimere in libello.l. ornamentorum.ff.de auro & argento lega.Vnum tamen scias,q̃ si iudex allegantem non curauit audire,nõ probatum adhuc poterit probare.l.ait prætor.§. quid tamen.ff.de mino.Et ratio huius est:quia per iudicem stetit quò minus probatio facta fuerit.de appel.interposita. & ideo nõ est parti aliquid imputandum.

ALIA ADDITIO.

Scilicet vt ea appelletur in scriptis & cum expresione causę.& ita tenet vna decisio in antiquis,quę incipit.
3 Item not.quod sententia lata.Cõtrarium † tenent Abb. & Ioann.Andr.in cap.peruenit.el.ij.de appella . vbi dicunt , quòd sicut appellatio tenet à diffinitiua sine expresione causæ:ita tenet à mandato iudicis quod habet vim diffinitiuæ,quod est notatu dignũ. Idem tenet Bal. in l.minoribus.C. de his quibus vt indig . & facit quod not.in l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino.& vim diffinitiuæ dicitur habere quando lite penden. vel post appellationem est aliquid attentatum circa possessionem rei de qua agitur,quo casu sententia lata super reuocatione talium attentatorum habet vim diffinitiuæ: quia sapit naturam veri possessorij.Sed si attentatum fuit circa personam & non circa rem super qua lis pendebat:tunc sententia reuocatoria attentatorum videtur esse interlocutoria , & non diffinitiua . Et videtur ita sentire decisio.cxiij.aliàs de re iudi.deci.ij.infrà.

ALIA ADDITIO.

4 Hoc dictum non capio,quòd condemnatio † expensarum sit executio primæ sententię , cùm in ea nulla de expensis mentio facta fuit:sed si fuisset facta condemnatio expensarum,& non taxatio:tunc dicta taxatio posset fieri etiam post decẽ dies:quia est executio primæ sententiæ in qua fuit facta condemnatio , sed non taxatio & ab illa appellari nõ potest propter dictam rationem. & ita intelligo Innocen.in cap.sæpe.hîc allegato , & in ca.fin.quod metus causa.

ALIA ADDITIO.

Sed à sententia elapsis decem diebus non potest appellari.ergo nec à condemnatione expensarũ, quæ est executio primæ sentẽtiæ.ita sensit glo.in simili in l. si cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.quod metus causa ,& ita intellige istam apostillam.

SVMMARIVM.

Ad instantiam illius de cuius non iure clarè constat, attentata lite pendente non veniunt reuocanda.concor. decisio suprà proxima.

Decisio 2. aliàs 55.

AD instantiam illius de cuius non iure clarè constat,nõ veniunt attentata lite penden. reuocanda, sicut dicimus in interdicto vnde vi.iuxta not. per Innocen.in cap.constituit.de fil.presby.cap.significasti. de diuor.& quia sua non interest hoc petere,de elect.ea. cùm inter canonicos.ij.quæstio.vj. non solent. de testi. cap.veniens.el.ij. præsertim si reuocatio huiusmodi attentatorum tendat ad restitutionem possessionis adepte lit.pendente,ne per hoc detur vitiosus ingressus huic notorię iuris non habenti.arg.cap.eum qui. de eo qui mitti. in possess. libro sexto, & hoc videtur Oldra . tenuisse in quæstionibus suis.

ADDITIO.

Item ex quo notoriè constat de non iure suo,apparet eum velle committere peccatum mortale : quia si fieret sibi restitutio possessiõis,prout ipse petit,perciperet fructus ratione dictæ possessionis,quos sine peccato percipere non posset,ex quo titulus & canonica institutio sibi deficit:imò si illos percepisset,restituere teneretur: vt not.glo.in c.cùm super.de causa possess.not.in c. dilecto. de præben.& in c.cùm dilectus.de iur.patro.& vbi constat quem notoriè esse paratum ad peccandum:potest iudex illi præcipere & inhibere ne peccet. tex.est cum gl. fin.c.ad audientiam.& in c.ex literis.de spon.

SVMMARIVM.

Si lite pendente in palatio apostolico super beneficio reus possessionem transferat in alium per viam permutationis vel alio modo,reuocabitur per modum attẽtati.

EPITOME.

1 *Vitium litigiosi non nisi partem afficit.*

Decisio 3. aliàs 56.

SI lite pendente in palatio super beneficio ecclesiastico reus & possessor transferat beneficium in aliam permutando vel alio modo,& moriatur,huiusmodi permutatio reuocabitur per modum attẽtati,etiam contra illum superstitem:tamen eo vocato.arg.not.per Innoc.de consti.c.cùm M.& de appella.c. cùm teneamur. per Hosti.& in c.licet.de præben.lib.vj.

ADDITIO.

Pone quòd peto præbendam à capitulo: & capitulum lite pendente alteri cõfert.Vel peto electionem meam confirmari ad ecclesiam : superior lite pendente . alteri confert , an teneat collatio? Respondeo,si peto rem corporalem vel incorporalem , vt mihi debitam , non vt meam , & reus lit , penden . alienat , tenet alienatio. Idem si petatur confirmatio electionis etiam si ante electionem fuerit appellatum , * quia licet appellatum , quia licet appellatio deuoluat causam appellationis: non tamen deuoluit potestatem conferendi. & si dicatur , cassari debet , quod fit pendente appellatione . verum est , de his quæ spectant ad iudicem vel causæ processum : vt ● recipiantur testes , vel ferantur sententia , quæ cassetur probata legitima appellatione . de testi . capitul . ex parte . collatio verò non pertinet ad processum . Non obstat de arbitr . capit.

* *Quia licet appellatiõ. Ista verba superflua sunt, & præter antiquam lectionem.*

ex parte.quia ibi prima electio impedit secundam non autem litispendentia,per quod apparet, quòd si episcopus petit aliquem à beneficio remoueri, tenet collatio quam facit lit.pendente: vbi autem quis dicit præbendam suã:tunc lite pendente inhibetur alienatio,per con-
2 uentum non autẽ per tertium: † quia vitium litigiosi non afficit,nisi partem,non aũt tertium.hodie dic vt in ea.j.& ij.vt lite penden. Quid si contra possessorem beneficij feratur sententia à qua appellet,an poterit interim priuari possessione beneficij? Respondeo,q̃ nõ:quia datio possessionis est de processu.de præben.licet episcopus.lib.vj.qui inhibetur lite pẽden.secundùm dominũ Pe.de Perusio in c.cùm M.de consti.in fi.

SVMMARIVM.

Attentata lite penden.vsque ad conclusionem causæ exclusiuè possunt peti reuocari.

EPITOME.

1 *Attentata quòd in quacunque litis parte reuocentur.*
2 *Attentata post conclusionem non reuocantur.*
3 *Remissio super attentatis non datur ad partes: sed datur terminus ad probandum.*

Decisio 4. aliàs 57.

1 ATtentata lit.penden.possunt peti reuocari vsque ad conclusionem in causa exclusiuè: † quia in quacunque parte litis talia ex officio & ante omnia sunt reuocanda propter contemptum iudicis & partis. iuxta not.in c.non solùm. de appell. libro vj. & plenius per Io.mo.in cap.cupientes.de electio.eodem libr.super
2 ver.gratia.† Conclusio enim præcludit viam reuocationis attentatorum,sicut suspensio petitorij.de cau.possess. & proprie.c.pastoralis.

ADDITIO.

Nota q̃ remissio super attentatis non datur ad partes:sed datur terminus ad probãdum in curia,& ita seruat audietia:vt dicit vna parua decisio in antiq.236.quæ sic incipit Item seruat audientia,& vna in nouis.216.Incip.Item licet pro instrumentis producendis. quæ bene facit ad propositum,licet non loquatur de attentatis.

SVMMARIVM.

Surrogatus in litem & in ius quod cõpetebat defuncto,censetur ad possessionem etiam surrogatus,licet expresse in surrogatione de eo mentio non sit facta.

Decisio 5. aliàs 64.

SVrrogatus in litem & in ius quod quomodolibet cõpetebat defuncto,si in aliqua parte gratiæ fit mẽtio de possessione defuncti,ad possessionem etiam censetur surrogatus,licet expresse id in gratia non exprimatur. Nam licet possessio quærenda sit facti: tamen ipsa apprehensa & quæsita est iuris:vt leg.& not. in c. cùm in nostris.de concess.præben.facit in simili quod not.Io.mo.in c.j.de consti.lib.vj.de consue.elicita,& elicienda. Si verò in nulla parte gratiæ de possessione fiat mentio: tunc secundùm aliquos ad possessionem nõ censetur surrogatus.per l.cùm hæredes.ff.de acquir. poss. & per ea quæ le.ff.so.ma.l.si constante.§.si verò. Alij tamẽ & maior pars dominorum dixerunt contrarium, propter verba id inuentia in illis surrogationibus ponit consueta: puta,in & ad omne ius quod tali quomodolibet competebat seu competere poterat tempore obitus sui,& q̃ ad mittatur ad prosecutionem iuris,litis & causæ,in eo statu in quo defunctus deberet admitti.

SVMMARIVM.

Attentata per actorem post commissionem per eum impetratam veniunt reuocanda.& sic cle.ij.vt lit. pend. fortius in actore quam in reo locum habet.

Decisio 6. aliàs 75.

QVod dicitur in clem.ij.vt lit.penden.fortiori ratione procedit in actore aliquid post citationem decretam,licet non executam attentante, quàm in reo:quia ipse certus est de commissione impetrata & citatione decreta.ergo amplius certiorari non debet. de rescrip.c.ab excommunicato.de reg.iur.c.eum qui.lib. vj.& maior contumacia est actoris quàm rei. de dolo & contuma.causam quæ. & capitu. actor. libro vj. Pro quo faciunt iur.allega.per Ioan. Andr. & Pau. in dicta clemen.super vers.citatio.

SVMMARIVM.

Attentata per procuratorem de cuius mandato constat,non nocent domino.

Decisio 7. aliàs 81.

QVod ad reuocationem attentatorum lite pedẽte vel post appellationẽ,non sufficit dicere vel probare per testes, quòd viderint per talem procuratorem meum talia attentari, nisi constet de procuratorio & mandato domini: quia dolus procuratoris, &c. nec videtur dominus sibi mandasse,nisi licita.iuxta not. in c.j.vt lite non contestata.

SVMMARIVM.

In causa beneficiali mortuo reo potest ad vlteriora procedi per audientiam contradictarum contra omnes ad effectum adiudicationis fiendæ actori,maximè propter fructus sequestratos.

Decisio 8. aliàs 144.

IN causa beneficiali mortuo reo & possessore ad instãtiam actoris potest procedi per audientiã contra oẽs quorũ interest ad vlteriora ad effectum adiudicationis fiendæ actori, & fortè propter fructus anteà sequestratos obtinendos. Nam qui finalẽ obtinet victoriam, illos consequitur,iuxta formam Clemen.vnicæ de seq. possess.& fruct.sæpe enim quæritur de iure defuncti, vt sciatur de iure superstitis. ad hoc.ij.q.j. in primis. & licet appareat defuncto amplius non deberi: non propter hoc sequitur superstiti viuenti deberi, ad hoc de rescri.c. olim.hæc enim & alia leguntur & no. vt lite pendeute. cap.j.super versicu.defuncti.per Ioan.Andr. in lectura, & nouel.lib.vj.

SVMMARIVM.

In Romana curia citatio per nuntium inducit litispẽdentiam:sed extra curiam habet locum Clementi.ij. vt lite pendente.

Decisio 9. aliàs 279.

CLem.ij.vt lite penden. nõ habet locum in romana curia in eo quod ibi statuitur talia in citatione exprimenda,per quę plenè posset instrui pars citata. Nam in loco vbi præsentes sunt iudex & partes,& pars rea citatur per nuntium vel cursorem ad dicendũ contra commissionem, potest leuiter si vult recipere & habere copiam commissionis, & ex contentis in eadem se instruere ad cuius instantiam, & super quo commissio est impetrata, & causa commissa, imputet ergo sibi si copiam non recipit. Præterea Clement. loquitur quando citatio fit per scripturam: secus verò si per nuntium, cuius tamen contrarium Ioan.Andr.innuit in dicta Cl. in gloss vltima in fine. Sed quicquid in omnibus dominis videbatur sufficere in curia citationem factam per cursorem & ad partem citatam legitimè peruenisse, & per eam litem pendere, quò ad attentata etiam postea reuocanda.

SVMMARIVM.

Si lite pendente reus & possessor moriatur, & actor possessionem recipiat,& tertius surrogatur,reuocabitur possessio per viam attentati.

EPITOME.

1 *Rescriptum personale non transit ad alias personas quàm in eo expressas.*
2 *Possessionem beneficij apprehendens propria autoritate perdit ius, quod in beneficio habuit.*
3 *Lis nunquam finitur, nisi per sententiam.*
4 *Ius prædecessoris transit in successorem.*

Decisio 10. aliàs 411.

SI lite pẽdente * in curia romana,& possessore extra curiam defuncto statim actor possessionẽ beneficij litigiosi apprehendat, & postea alter in ius & litem dicti defuncti per papã mandatur surrogari: & iste surrogandus antequam surrogetur petat attentata per dictum actorem quò ad possessionẽ & fructuum restitutionem reuocari:dubitabatur & quærebatur de duobus, videlicet vtrum per obitũ dicti rei & possessoris lis fuerit finita & extincta? Et si non:vtrũ prædictus surrogãdus posset huiusmodi attẽtata petere reuocari? In primo
1 dubio videbatur q̃ esset extincta, q̃a rescripta † personalia sunt,nec transeũt ad alias personas quam in eis cõtentas,de

* Pendente. *Adde dec. in antiq. de restit. spoliat. lib. 6 & ibi Ioan. s.*

tentas de offi.deleg.c.P.& G.& c.cùm olim. ergo vno istorum mortuo extinctum videtur rescriptum. de rescrip.significauit.insti.mandati.§.ratione.& ff.eo.tit.c. inter causas.in prin.quod est verum re integra,& sic loquuntur prædicta iura:secus verò si lis fuerit inchoata ante mortem,vt in casu nostro: quia tunc potest superstes vel is cuius interest prosequi litem:vt li.penden.c.j. in clemen.§.si verò alter.vbi glo. videtur innuere, ꝙ si nullus prædictorum litem prosequeretur,ipsam tunc finitam esse & non pendere.quæ glo.videtur multum facere pro hac parte. Nam hîc actor superstes capiendo possessionē, voluit litem vlterius prosequi. ergo sumus in casu glo.antedictæ. faciunt etiam pro hac parte not. per Spec.tit.de offi.deleg.§.restat.ver.item finitur mortuo imperatore.& not.per Innoc.in c.ex parte. de arbi. Quibus non obstan.fuit decisum & concluſum contrarium.& hoc per c.si hi contra quos.vt lit.penden.lib.vj. Contra quam constitutionem & eius prohibitionē hîc actor possessionem beneficij litigiosi apprehendit:& sic nil egit propter decretum ibidem appositum:nisi vellemus illam constitutionem intelligere strictè in præsentatione,collatione siue electiõe alteri quam petitori facienda,& non in possessionis apprehensione,quæ ibi nõ prohibetur nec irritatur,quæ est pœnalis & nõ videtur extendenda de ele.c.statutum.lib.vj.cum si. Quibus non obstan.adhuc credo actorem peccasse in apprehensione huiusmodi possessionis, quam aut apprehendit propria auctoritate,aut auctoritate apostolica vel ordinaria. Si
2 propria,† nõ potuit:imò ius perdidit quod in beneficio habuit,per c.eum qui.de præben.libr.vj. Si auctoritate apostolica:puta per executorem qui ante litem motam fortè de huiusmodi beneficio sibi prouidit: sed possessionem nõ tradidit:quia per aliũ auctoritate ordinaria inductũ occupata fuit,quo mortuo ipsum in possessionẽ vacã induxit,qđ videtur sibi licuisse de iure. de præben.c. pro illorum.& c.de multa.cum ibi not.& c.licet.eo.tit. libr.vj.à contrario sensu.& quod not.per Innoc.in c.ex parte.de arbit.superius allegat. Sed dic, ꝙ non potuit: quia per commissionem factam in curia ligatæ fuerunt sibi manus.imò ablata fuit sibi totaliter potestas se plus intromittẽdi de huiusmodi negotio.ar.c.vt nostrum. de appell.de rescrip.c.cæterum.de elect.quamuis.& c.si eo tempore.& c.si postquam.lib.vj.de offic.deleg. pastoralis.Si auctoritate ordinaria,illud plus haberet de colore iur.tamen videtur dicendum idem propter litispendentiam † adhuc in curia quę nũquam finitur nisi per sen-
3 tentiam secundùm rotam.& cui prohibetur antecedens: puta collatio.præsentatio siue electio,vt in cap.ij. vt lit. penden.libr.vj.ergo & consequens, videlicet institutio, & in possessionem inductio.ar.c.qualiter.& c.quisquis. de ele c.Nec ponebatur in facto,ꝙ dictus actor apprehẽderit possessionem auctoritate ordinaria sed apostolica: puta per suum executorem.ergo cessãt hæc vltima dubitatio,& stat prima,quæ fuit decisa: videlicet, adhuc litem pendere.& hoc etiã probatur per bullam illius surrogandi,in qua papa narrando litẽ adhuc pendere mandauit eum ad huiusmodi litis prosecutionem admitti in eo statu in quo dictus possessor,si viueret, posset & deberet admitti:sed si ipse viueret,posset agere super huiusmodi attentatis,& possessorem petere amoueri à possessione lite penden.apprehensa.ergo & iste in locum eius
4 surrogatus.Nam † qui in locum alterius surrogatur eo dem iure vti potest & debet:vt lit.pendent. ecclesia sanctæ Mariæ.cum si.& successor eodem iure quo & prædecessor.de solut.c.j.& per hoc videbatur responsum ad secũdum:videlicet,ꝙ iste surrogãdus posset ante omnia petere reuocari huiusmodi attentata.de quo tamen multi domini dubitabant:quia contra hunc nihil fuit attentatum.ergo non videbatur audiendus tanquam illius cuius non interest:quia possessionem istius beneficij nõ habebat.ij.quæst.vj.non solent.de elect.cùm inter canonicos.de accu.c.super his.cum si. Præterea licet mandatum fuerit de surrogando quò ad proprietatem: non tamen quò ad possessionem, quæ est facti, & nihil habet commune cum proprietate.ff.de acquir.poss.l.naturaliter.§.nihil. A liquibus dominis videbatur,ꝙ sua multum interesset,saltem ꝙ iste actor intendens se lite pendente à possessione amoueretur,& sibi de fructibus nõ respondeatur. vt si vinceret iste surrogatus, rem, id est, beneficium vacuum cũ fructibus reperiret.arg.eorum quę le. & not.per Inn.de testi.c.veniens.& de re iudi.c. cùm super. Fuit igitur consultum & cõclusum sic,ꝙ iste tertius ante omnia ad litis prosecutionē admitteretur:& postea implorato officio iudicis, in cuius contemptum possessionem beneficij litigiosi corã eo prædictus actor apprehendit, ab huiusmodi possessione amoueretur ex puro & mero officio suo,& non ad instãtiam dicti surrogati: inter quem & prædictum actorẽ sic à possessione amotum vlterius lis transeat suo marte super proprietate,super qua lata sententia pro aliqua partiũ earundem mandabitur etiã executioni quò ad possessionẽ. de cau. poss. & proprie.c.cùm dilectus. Interim tamen manebit possessio vacua, & non tradetur prædicto surrogato quia sua gratia ad possessionẽ principaliter vt dictum est, se non extendit:& sic fuit obtentum. Si verò non actor sed quidam alius,puta Titius,per ordinarium sic lite pendente intruderetur,siue in possessionẽ induceretur prædicti beneficij litigiosi,& tertius puta,Seius, per papam in ius,litem & possessionẽ rei & possessoris defuncti surrogari mandaretur:& ille peteret intrusionem, & inductionem reuocari per modum attentati, ipsumq; intrusum amoueri,& se in possessionem induci.fuit postea in quibusdam alijs consilijs dubitatũ,vtrum esset audiẽdus. Et erat concluſum ꝙ nõ. Tum quia nunquam fuerat lis inter istos duos nisi modò.tum quia potuit esse,ꝙ defunctus nullum sed superstes bonũ ius seu titulum habuisset, seu haberet.& ideo ante huiusmodi discussionē maximè superstite contradicente nihil dixerunt domini fore innouandum. Veruntamen dixerunt hunc surrogãdum bene posse agere interdicto adipiscendæ possessionis, quæ non est danda sine titulo.arg.eorum quæ le.& not. de cau.poss.c.ij.& c.pastoralis.per Inno & de resti. spo. in literis.& c.ex parte.per eundem.Superstes verò bene potest agere super attẽtatis lit.penden.contra intrusum, petendo ipsum à possessione amoueri:imò petere etiam posse cassandam & pronuntiari nullam,per c. si hi contra quos.superius allegato.

SVMMARIVM.

Surrogatus in locum actoris defuncti litem cum rei superstitis continuat,cui tamen petenti dilatio assignabitur infra quam domino suo surrogationē intimabit.

EPITOME.

1 *Surrogatus in locum actoris defuncti an possit continuare litem cum procuratore rei superstitis.*

2 *Actore defuncto lis non est respectu eorum quorum interest extincta vel inchoanda.*

3 *Procurator rei superstitis actore defuncto an possit vel debeat lite continuare cũ procuratore surrogati in locum defuncti.*

Decisio II. aliàs 440

1 SI agens † petitorio super certo beneficio lite pẽdente moriatur, & quidam alter in omni iure & ad omne ius quod eidem defuncto competebat, ac litis & causæ huiusmodi prosecutionem per papam surroge tur.Fuit dubitatum,vtrum cum procuratore rei superstitis posset vlterius iste surrogatus litem continuare, & in causa ad vlteriora procedere sine noua citatione eiusdem rei vel saltem intimatione huiusmodi surrogationis sibi faciẽdam. Et videbatur aliquibus dominis quòd non.quia huiusmodi surrogatio est noua prouisio,quam reus & possessor verisimiliter ignorare potest, ipsamq; de surreptione impugnare poterit. ergo merito erit ad minus sibi intimandum, & terminus sibi præfigendus infra quem si velit,poterit ipsam in aliquo impugnare, quòd veniat vel mittat.arg.c.fina.de elect.lib.vj.Præterea videbatur,quòd potestas procuratoris rei data contra defunctum,nõ extenderet se ad ipsius surrogatum. quia huiusmodi procuratoria sunt stricti iuris,& nõ extensibilia de persona ad personam, vt dicimus in iudice delegato.de officio.deleg.p.& g.& in ca.cùm olim.de procurat.qui generaliter.melius in ca.qui ad agendum. libr.vj.iuncta clemen.non potest.eod.tit. At hîc est mutata persona.ergo videtur causa mutata:vt cap.veniens.

& c.eum in tua.de testi.de re iudica.c.cùm super. & c. fin. Fuit conclusum per maiorem partem dominorum, de quorũ numero ego tũc etiam erã,contrarium. Nam
2 † non est dubium, ꝙ eadem lis & causa adhuc pendet & durat cum superstite, contra quem etiam omnes admittuntur quorum interest:vt in c.ij.vt lit.pen.lib.vj.& in clemen.j.eod.tit.ita quòd si alicuius interest: volens venire ad causam siue litẽ in statu in quo eã inueniet, prosequi poterit,& debebit,vt in prædictis iur. per quę reprobatur opinio Inno.in c.quia verò.de iudi.ar.etiam regulæ,is qui in ius alterius.libr.vj.Pro quo etiam facit forma literarum in quibus surrogatus mãdatur admitti ad prosecutionem & defensionem litis & causæ in eo statu in quo si defunctus viueret, deberet admitti. Sed si defunctus viueret,admitteretur.ergo & iste in locum eius surrogatus.argu.iurium prædictorum, facit etiam c.ecclesia sanctæ Mariæ.vt lit.penden. quod alij tenentes contrarium intellexerunt verum † videlicet hunc
3 surrogatum admittendum contra superstitem principalem, sed non ipsius procuratorem contra mortuum substitutũ.Non ob.ꝙ procuratorium non videtur extendi, nisi ad personas in eo expressas,qđ fateor,nisi ab ipsovel sub ipso cõprehensas. At in casu nostro attẽto ꝙ eadem causa ad quam constitutus est,durat:attẽto etiam, ꝙ ius & papa ad prosecutionem illius causæ surrogatum admittunt & admitti volunt in locum defuncti. bene hęc persona sub verbis procuratorij potuit comprehendi, ipsęq; poterit gratiam istius surrogati, sicut dominus, impugnare. Ad vltandum igitur circuitum, & ne lites fiant immortales,dixerunt maior pars dominorum, nõ domino sed procuratori causæ prædictæ & nondum finitæ huiusmodi intimationem fore faciendam: & terminum ad opponendum & dicendum contra gratiam satis longum statui, vt bene posset consulere dominum suum si petat statuendum, iuxta formam c.dilectus. de procura. Si verò id non peteret,nec aliquid contra huiusmodi surrogationem diceret:auditor poterit ad vlteriora procedere sine alia intimatione,procedendo tam per audientiam quàm cum dicto procuratore superstitis & hoc est tutius.

SVMMARIVM.

Impetratio beneficij non est surreptitia in qua nõ est facta mẽtio de decreto citationis & de eius executione.

EPITOME.

1 *Impetratio beneficij nulla de decreto citationis & eius executione facta mentione,an sit valida.*

2 *Impetratio beneficij non vacantis inualida est.*

Decisio 13. *aliàs* 469.

SVpposito * ꝙ causa sit commissa ad instantiam abbatis & conuentus monasterij contra Io.super parœciali ecclesia quam monasterium possedit tanquam vnitam per xij.annos proximè præteritos.& ratione dictæ vnionis ad se, & Ioannes ratione collationis ad se pertinere prætendunt:decretaq; citatione ad instãriam monasterij contra Io.& executa per cursorem in curia, Io.eadem die qua dictus cursor eum citauerat ad dicendum cõtra commissionem renore commissionis eidem Io.non explanato per cursorem, & non apparet quale
1 præcesserit † an citatio vel impetratio, impetrauit dictã ecclesiam tanquam iure deuoluto non faciens mentionem de commissione,decreto & executione citationis, ꝙ valet huiusmodi impetratio hoc est, ꝙ non est surreptitia occasione præmissorum. Non obst.in cap.causam quæ.de testi.quia vt ibi notat Hostien. non intelligitur illud cap. nisi de impetratione fienda in præiudicium partis super eo de quo hîc litigatur. modò hîc stamus,
2 † quia si beneficium est vnitum,non vacat: & si non vacabat,nõ valet impetratio.de pręb.concess.ca.j. nõ obst. cap.ij.vt lite penden.in clement.tamen quòd præcessisset executio,exequens probare tenetur.per nota. in glo. de rescriptis.cap.fina.in clemen.& Cyn. post Iaco.ff.de probatio.l.eam te.ff.de negot.gestor.l.eum qui.per glo. tamen quia citatio non habuit plenam certitudinem causæ,&c. vt in dicta clementina.si tamen præcessisset plena citatio forte secus propter præiudicium litis pendentię.de quo.ff.de rei vendic.l.fi.&c.

* Add.ad hãc deci.glo.& d. Car.in cle. ij. vt lit.pend.in ij.q.

SVMMARIVM.

Si papa mandat Dionysiũ,si homicidium commisisse constiterit, beneficio priuari: & illud mihi conferri: & lite super hoc pend.D.moriatur, an expectãtes possint hoc acceptare.

EPITOME.

1 *Beneficium an dicatur per mortem ciuilem vacare.*

Casus in gratia omissus censetur denegatus.

2 *Re circa quã versatur cõditio,expirãte expirat & ipsa cõditio.*

3 *Homicidium prædecessoris post mortem ipsius probatum an nocere debeat successori.*

4 *Delicta & honores cum capite ambulant.*

Decisio 14. *aliàs* 491.

TItius erat expectans auctoritate domini nostri papæ moderni ad collationẽ certi collatoris in certa dioec.ad beneficium ecclesiasticũ cum cura vel sine cura.Deinde B.asseruit papę quòd quidã Dionysius obtinens vnum beneficium curatum ad dicti collatoris collationem pertinens,commiserat homicidium, & supplicauit papæ quòd committeret in partibus alicui,quòd si sibi constaret dictum Dionysium dictum homicidium commisisse:priuaretur dicto beneficio,& dicto B.cõferret,& papa mãdat certo iudici, ꝙ si vocatis dicto Dionysio & alijs qui forent euocãdi,constaret de premissis: dictum D.dicto beneficio priuaret, & cõferret dicto B. & antequã prędictus iudex procederet in dicto negotio dictus D.moritur extra curiã romanã, & dictus T.expectans dictum beneficium acceptauit per obitum dicti D.vacãs vigore gratiæ, & sibi de eo obtinuit prouideri. Deinde facta mẽtione de istis de nouo impetrat à papa sibi prouideri de dicto beneficio dũmodo alicui non sit in eo specialiter ius quæsitum.Nũc circa præsentẽ causam quæritur de duobus. Primò, cui prædictorũ huiusmodi beneficium debeatur,an neutri? Secundo, an post obitum dicti D. posit inqri & cognosci de huiusmodi crimine:& in casu quo constaret de huiusmodi,homicidio dicto B.prouideri possit per dictum iudicẽ?Nam be-
1 neficium † huiusmodi certũ est,ꝙ vacat per mortẽ naturalem,& non per priuatioue seu mortem ciuilẽ, ergo debebitur dicto expectanti,& nõ illi,qui per priuationẽ impetrauit:vt c.suceptum.de rescr.li.vj. nã casus omissus intelligitur denegatus:quia mors ciuilis & naturalis sunt diuersæ.Nam mors ciuilis equiparatur naturali:vt patet.xvj.q.j.placuit.in prin.& c.si episcopus.de supplẽ. neg.præl.li.vj.solùm in casibus in iure expressis.& maximè quando mors ciuilis habet eundem effectum cum morte naturali. Tum etiam quia nõ est secuta priuatio ergo deficit causa. Tum etiam quia expectãs potuit dictum beneficium acceptare, nam per dictũ mandatum de prouidendo papa dictum beneficium nõ extraxit de dicta gratia expectatiua,ex quo non vacauit per priuationem: & tunc venitur ad illud: quod species extracta de suo genere amplius nõ includitur sub ipso.c.dudũ. de præben.li.vj.per Io.mo.&c. Præterea licet secundũ regulas cancellarię fœ.re.domini Vrbani papę quinti per dominum nostrum papã cõfirmatas, quãdo papa apponit manum ad beneficium vacans: tunc si illa dispositio ex aliqua causa non valeat vel effectũ sortiri nõ possit, ab illa die papa intendit dictum beneficium reseruare: sed secus hic vbi apponit manum ad beneficium vacatum,scilicet per priuationem, vt supra tactum est,ergo dictum beneficium nõ est affectum, ergo expectãs illud potuit acceptare:nec ex tali gratia in beneficio non vacante insurgit aliqua reseruatio:nec ꝙ dictũ beneficium sit ex ea affectum, quia dicta regula loquitur in vacan. beneficio, quæ cũ sit restrictiua non trahitur ad beneficium non vacans vt in casu nostro, ergo expectãs si sua gratia aliàs sit canonica, & beneficium siue præbenda aliàs cadat sub gratia sua,põt illam impetrare,& sibi de ea facere prouideri. Aliud est præterea apponere manum purè,aliud conditionaliter,hoc prægnans videtur & be-
2 ne congruit: quia † expirãte re circa quam versatur cõditio,expirat ipsa conditio:vt no.doct.in c.verũ.de cõd. appo.maximè,& c.Præterea non dicemus gratiã huiusmodi expirare etiam re integra, per obitũ tamen illius qui priuari debuisset,si repertũ fuisset ipsum homicidiũ commisisse:

Vide Felyn. ea. in vltima num.10. rescripte. Tu. Fasto. dub. 46.

commisisse, sicut nec expirasset huiusmodi per obitum concedentis ipsam gratiam. de offi. dele. c. si super. ergo durat, nisi dicamus eam carere iuris effectu propter causam nõ secutam. s. priuationem: vt dicamus illud: Quicquid est causã causæ, est causa causati, &c. Sed quæro
3 † an post obitũ dicti mortui poterit idem mortuus pronunciari homicidium commisisse, & per cõsequens priuandus, & priuari huiusmodi beneficio. Et puto ꝙ non, quia mortuus non est in rerum natura. ergo priuari nõ potest. quia non entium nõ sunt causæ, nec etiam differentiæ. & maximè quia priuatio præsupponit habitum: prout not. gl. in c. ad dissoluẽdum. de despon. impube. & maximè quia crimina morte extinguuntur: vt c. accusatus in. §. pen. de hære. li. vj. pro hac bene facit gl. notabilis super. ver. mortuos in c. à nobis. ij. de sen. exc. cum iuribus alle. in ipsa, & de hoc. xxiiij. q. ij. in summa. Facit etiam quod not. Archi. in dicto c. accusatus. ad fi. vlt. gl.
4 dat pro regula † ꝙ delicta & honores cum capite ambulant. alle. l. i. ij. respõso. ff. si ex iur. cõmuni agãtur. & l. si pater tuus. ff. si pendente appellatione mors interueniat. Ad dicta iura quæ dicunt, ꝙ inquirendũ est de crimine post mortem propter bona: vt l. item si verberatũ. §. j. ff. de rei ven. & ij. q. j. c. in primis. prout not. in c. j. vt lit. pen. li. vj. super verbo, electi. aliãs, clerici. per Io. mo. in gl. respondetur, ꝙ locum habẽt quãdo dubium erat, an mortuus habuit ius vel non. Sed secus hic. quia nõ obꝙ diu cõmiserit homicidiũ, habuit ius in beneficio nam non fuit priuatus ipso iure * sed priuãdus: & sic per eius mortem uacat beneficium: & ideo ius est quæsitum expectanti. Non obstat. c. si hi contra quos. nam nõ loquitur in casu nostro. nam ibi agitur vt quis à beneficio amoueatur, & alteri de eo prouideatur: tunc morte accusati finitur lis. Sed vbi quis petit aliquem de beneficio priuari seu amoueri, quod asserit ad se pertinere, & dicit se ius habere in eodẽ: tunc si moriatur accusatus, habet locũ c. si hi contra. vt ibi not. super gl. vlt. nec etiam ex isto mandato hoc beneficium erit reseruatũ: quia mandatum est cõditionale, quod nullum habuit effectum in natura. l. eadem die. ff. de verb. oblig. & ratio iur. in c. si. Super hoc dicunt quidam, ꝙ huiusmodi beneficium nec debetur expectãti vigore gratiæ expectatiuæ, propter manus appositionem papæ: nec illi cui mãdabatur prouideri in euẽtum. in quem cõstaret de dicto homicidio, cùm beneficium huiusmodi nõ vacauerit, vt suprà dixi per priuationem sed per mortem naturalem: sed debebitur expectãti vigore vltimæ gratiæ, per quam papa sibi mandauit prouideri de dicto beneficio. Alij distinguũt sic. At enim dictus priuãdus reintegra mortuus est extra cur. romanã. & tunc vera sunt quæ suprà dicuntur. s. ꝙ beneficium huiusmodi debeatur expectãti. aut enim re non integra est mortuus: & tũc subdistinguitur. quia aut lis super huiusmodi beneficio pendebat in curia roman. aut extra cur. romanam. Si primo casu dicunt, ꝙ licet expectans potuit dictum beneficiũ acceptare: non tamen potuit de eo sibi facere prouideri: vt c. si hi cõtra quos. vt l it. pen. li. vj. Secũdo casu potuit acceptare, & sibi facere de dicto beneficio prouideri. Tertio videtur quòd dicta expectatiua litera concessa, dũmodo alteri in beneficio non fuerit ius quæsitum, non debeat concedi. quia aut diceremus expectatiuo dicto competere ius in dicto beneficio vigore dictæ gratiæ expectatiuæ, quod indubiè credo, vt supra, congrue est allegatum: & tunc superflua est gratia ista vltima, per quam mãdatur sibi prouideri de beneficio prædicto, dũmodo in eo non sit alicui specialiter ius quęsitũ: & tunc litera nõ est concedẽda vt dixi. Aut non debebatur sibi ius vigore gratię expectatiuæ: tunc literæ istius vltimæ gratiæ sibi non dantur, nisi dicãt in eo ex quo casu dubitat acceptionẽ & prouisionem factas vigore expectatiuæ non valere. De facto est ille casus qui mihi apparet notabilis.

Ipso iure: hoc vide ost omnes per m. Fel. in c. quarta. de præscri. in x. l. ver. faciũt ostremò præ ecta.

De Restitutione spoliatorũ.

SVMMARIVM.

Possessor beneficij eius titulo, & etiã pensionis eidem beneficio debitæ plenariè non probato, potest agere nomine dicti beneficij conditione c. querelam. de elec. ad pensionem subtractam: quamuis ipse agẽs in percipiendi possessione non fuerit.

EPITOME.

1 *Beneficij possessor quomodo agere possit ad pensionem diu prædecessori suo solutam.*
2 *Possidens beneficium ecclesiasticum an habeat probare titulum possessorium.*
3 *Possidens recenter non præsumitur bonæfidei possessor: sed habet titulum ostendere.*
4 *Possessio beneficij ecclesiastici an sola confirmatione quæratur*
5 *Ecclesia nunquam moritur: quia est in anima uiuentis.*
6 *Solutio facta putatiuo prælato an & quãdo soluentẽ liberet.*
7 *Titulum suæ possessionis dicere quando quis cogatur.*

Decisio 1 aliãs 4.

POSSESSOR † beneficij potest agere noĩe beneficij * siue cõditiõe ex decr. querelã. de elec. pro annua pensione diu suis prædecessoribus soluta & postmodũ subtracta, licet ipse nunquam fuerit in possessione percipiendi eandem. iuxta not. per Inn. in c. in literis. de resti. spo. vbi no. in fi. pen. glo. & in c. cum super. de causa poss. & proprie. tenet idem in prælato qui nondũ adeptus est possessionẽ dignitatis, dummodo ex cõfirmatione vel alias haberet bonũ ius & titulum in prædicta dignitate. Ratio, quia nõ ipse qui non possidet, sed ecclesia quæ possidet, agere videtur: & sic nõ nomine suo, sed noĩe ecclesiæ agere videtur. & per hoc soluitur l. cùm hæredes. ff. de acqui. pos. cuius dictũ intellige in casu quo alius nõ possideat: quia cùm effectus possessionis cõsistat in perceptione fructuum. ff. de ac. re. do. l. in bonæfidei. si vellet nõ possessor fructus percipere, possessorẽ sine dubio spoliaret, quod nõ licet per l. extat. ff. quod me. can. & C. vnde ui, siquis in tantam. xvj. q. j. placuit. de restit. spo. c. olim. & c. Item cũ quis.
2 de præben. eũ qui. & c. licet. li. vj. Sed † vtrũ prædictus agens possessorio ex decr. querelã teneatur plenè vel semiplenè docere de suo titulo ad restitutionẽ pensionis subtractæ. Consequenter fuit dubitatũ, & videbatur ꝙ nõ per l. cogi. C. de peti hęre. & per c. in literis. de resti. spo. Per hoc distinguebatur sic. Quia aut agens possessorio modo quo suprà possidet, aut nõ possidet. Si nõ possidet, tunc oportet ꝙ titulũ probet: vt no. Inno. in c. trãs missam. de elec. & dico plenè: quia actor est, & nõ habet pro se præsumptionẽ, quæ ipsum ab onere probãdi releuaret. l. actor. C. de prob. & æden. quia accusare. C. vt ecclesiastica benefi. c. vt nostrũ. de iureiu. c. si. nec mirũ: quia interest illorũ contra quos agitur: quia soluẽdo non liberantur, secũdum Inn. de quo tamen per eum plenius in c. nihil est. de elec. Si possidet, aut est recẽs eius possessio: & tunc idem: vt Inno. no. de cõcess. præben. quia cunctis
3 in gl. cùm plures. ver. nec obstat. Ratio est. quia † ex tali recẽti possessione non præsumitur bona fides, nec iustus titulus. vt no. Inn. de resti. in integ. c. ij. in gl. per monachos. ad finẽ. Idem si longo tempore possedit in casu quo alia præsumptio fiat cõtra eum: vt puta, quia competitorem habet, & litẽ super beneficio patitur: vt no. Inn. in d. c. quia cunctis. alioqui sufficeret probare possessionem & cõmunẽ reputationem secũdum Inn. in c. transmissam. & c. quia cunctis. Pro hoc etiã facit per eundem Inno. de eo qui fur. ord. re. c. innotuit. nec oportet tunc probare titulum. per l. cogi. C. de perit. hęre. & l. fina. §. penult. eod. titu. & sic intelligitur lex illa. fateor tamen ꝙ in casibus in quibus doceri oporteat de titulo non requiritur ita acta probatio, sicut si ad id principaliter ageretur. iuxta ea quæ de notorio notauit Inn. de ver. sig. c. veniens. lib. vj. etiam de præsum. c. illud.

** Siue conditione ex decret. querelã. Exemplaria antiqua sic habẽt. Ex cõditione decr. querelam de electi.*

ADDITIO.

Conditio competit quando non est prouisum per ius de iure & modo agendi: vt no. in l. j. ff. de condi. ex lege. & in c. sæpe. de resti. spo. vel agetur vtili interdicto non directo, quod non competit pro iuribus incorporalibus. l. j. & ij. ff. de vi. & vi ar. vel potest agi officio iudicis, qd loco actionis succedit: vt in c. ij. de offi. iudi

ALIA ADDITIO.

4 Et sola † enim confirmatione prælatus habet ius &

administrandi & agendi tã petitorio quàm possessorio. Sed contra istud opponitur,& videtur ꝙ cõfirmatus administrare nõ possit,nec possessorio agere, nisi fuerit in possessionẽ inductus: quia si ex confirmatione dominũ acquiratur,non tamẽ possessio.l.cùm hæredes.ff.de acq. pos.vbi tex. dicit,ꝙ licet in hæredem transeat dominiũ adita hæreditate: possessio tamen non transit,nisi naturaliter fuerit apprehensa. hoc idem probat text. in c.in præsentia.de prob.ibi dũ dicit, bonis eius inuaserãt,&c. Respondeo ad primum, ꝙ possessorio nomine ecclesiæ agi põt, vt dicit ista decisio: quia mortuo prælato vacat possessio prælaturæ, sed non possessio bonorũ ecclesiæ, quam si quis occupar, œconomus ecclesiæ vel successor põt agere nomine ecclesię pro illa recuperanda interdicto vnde vi,non tamẽ crimine expilatæ hęreditatis vel interdicto adipiscendæ. Et est ratio quare põt agere:q a
5 † ecclesia est in anima viuentis,quę nunquam moritur. arg.in autẽ.quomodo op.episcopos. in fin.& not.in l.& quia.ff.de in.om.iud. dissimiliũ; est ecclesia hæreditati iacenti:quia hereditas non est in anima viuẽtis.ff.de fidei.l.mortuo.ff.de stipu.ser.l.vsufructus est.l.j.§.Sequo. Ia.ff.si quis test.li.& ff.de min.l.etiã qui nondum.sedm Innoc.in c.cùm super.de causa pos.& propriet.nomine autem proprio agere non posset,vt in contrario.

ALIA ADDITIO.

Subaudi in prælato existente in prælatura mala fide. & intellige hoc verum, quòd non liberantur soluẽtes eidem,nisi cum ipso prælato contraxissent:quo casu bene liberarentur soluẽtes eidem,sic intelligitur l. si vrbana.
6 ff.de condi.inde. Et ex hoc not.quod † per solutionẽ factam putatiuo prælato non liberantur soluentes, quãdo obligatio descendit ex contractu veri prælati: sed quãdo obligatio descẽdit ex contractu prælati putatiui: tũc soluentes falsò prælato bene liberantur, secundum Bal. in d.l.si vrbana.quod bene nota.

ALIA ADDITIO.

7 Vnde quęritur † quãdo quis cogatur dicere titulum suæ possessionis. Circa quod breuiter sic concludę, ꝙ si possidenti resistat ius cõmune: tunc compellitur dicere titulum suę possessionis,etiam si solo possessorio agat:vt quia laicus possidens decimas dicit se spoliatum:nã non debet restitui nisi titulũ probet, cũ ius commune faciat contra eum:vt in c.causam quæ.de prescrip.& per Inn. in c.constitutus.de filijs pres.& in c. ex insinuatione.de procura. Idem si possidenti non resistit ius cõmune, sed possessio non põt haberi sine titulo, vt in beneficialibus. Idem si possessio potest haberi sine titulo:quibus casibus ad petitionem partis non cõpellitur dicere titulum suæ possessionis:vt in d.l.cogi.sed ad petitionẽ iudicis contra eum ex suo officio inquirẽtis,bene cogitur ostendere titulum:vt in c.ordinarij.de off.ordi.li.vj.& not.in regula prima li.vj.quod est verũ,nisi tacitè vel expresè visus sit iudex in eum consensisse,arg.c.ex ore.de his quę fiũt à ma.par.cap.quo casu superior contra eũ inquirere poterit:sed tunc arctabitur ad probandũ non canonicã institutionem:vt not.per Io.And.in c.licet Hely.de simo. & per gl.in d.regula prima,& per Archi.in d.c.ordinarij.in verbo,exhibere.circa mediũ in versi. quod verum intelligo indistinctè.& per Inno.in d.c ex insinuatione, quod singulariter not.& adde, ꝙ habetur in cõsi. D. Fe. de Perusio posito in li.cõs.cooperto corio rubeo fol.415.

SVMMARIVM.

Petenti reuocari attẽtata lite pend. sufficit probare se in possessione fuisse tẽpore motę litis, & spoliatũ fuisse.

EPITOME.

1 *Attentata reuocari petens quid probare debeat.*
2 *Possessione titulata cessante in beneficialibus non habet locum possessorium.*
3 *Interdictum vnde vi,in quo differat à remedio prodito in materia attentatorum.*
4 *Notorius iuris defectus petentis reuocationem attentatorum ipsorum reuocationem impedit.*

Decisio 2. aliàs 14.

1 FVit dubitatũ vtrum † petenti se restitui ad suã possessionẽ per viã attentati, quia dicit se lite pendẽte spoliatum, sufficeret ꝓbare se possedisse tẽpore litis inchoatæ,& ea pendente spoliatum fuisse:licet aliter possessionem suam non coleret. Et videbatur ꝙ nõ, propter not. Archi.in c.eũ qui.de eo qui mist.in pos.li.vj. & Inn.in c.ex parte.de rest.spo.& per eundẽ de fil.presby. c.cõstitutus.& per Io.And.in Cle.vnica de cau.pos.quę omnia iura & no.doct.loquuntur & procedunt quando agitur possessorio directè & principaliter per interdictũ vnde vi: tũc enim nõ dabitur restitutio beneficij ad possessionem sine colorato titulo, ne detur vitiosus ingressus:vt in d.c.eũ qui.superius alleg. Tum etiã,quia beneficium ecclesiasticum sine canonica institutione possideri non potest.de insti.c.ex frequentibus. & de reg.iu. c.j.li.vj.arg.simile optimum.ff.de interdic.l.ij.§.quędã. & ff.de aqua.quot.& æst.l.j.§.permittitur. & de restit. spo.c.ad decimas.lib.vj.secus verò quando petitur restitutio per viã attentati:tũ quia illa petitur incidenter:tum quia nullo iuris ordine seruato in hoc casu proceditur: imò iudex ex puro & mero officio suo illa in pristinũ statũ reuocabit,& sic nõ iure actionis, sed potius ex officio iudicantis in huiusmodi negotio erit procedẽdum. Et est ratio,quia plus offenditur iudex cuius officiũ cõtemnitur,quàm pars: imò lex offenditur prohibẽs ne li. pen.aliquid innouetur:prout apparet in rubro & nigro, vt lit.pẽ. Meritò igitur cõtra ipsum proceditur grauius qui ius iudicemq;,& partẽ eludit, quàm partẽ tantùm. ar.c.cordi.in fi.lib.vj.& propter hoc est interdictum attentatorum plus quàm vnde vi,interdictũ,priuilegiatũ: prout no.Inn.pulchrè in c.dilectè.de maio.& obe.& de appel.bonę.& vide per eundem in c.cùm teneamur.eo. tit.& per Host.& Io.mo.in c.cupientes.de electi.super versi à gratia.& per eundem.in c. non solùm.in gl.fi.de appel.li.vj.& in Cle.ij.vt li.pen.per Io.And.Sed si constaret clare & notoriè de nõ iure petẽtis revocationem huiusmodi attentari:crederem talẽ tunc non audiẽdum, & ita vidi seruari in palatio. Ratio est, ꝙa eo ipso quod constat de non iure sibi,eo ipso cõstat quod non interest petentis reuocari attentata,ꝙ attentata reuocẽtur, modo istud est regulare,ꝙ in iudicijs illi quorũ nõ interest non audiuntur.ij.q.vj.non solent.de electi.c.cùm inter canonicos.de accu.c.super ijs.cum sim.daretur ergo occasio peccato mortali, & ira locum haberet ratio Inno. no.& posita.in c.significasti.de diuor.c.ij.& c.cõstitutus.de fil.presby.vide infrà conclusionem lij.sub literis. a.quod intelligas verum, quãdo pars petijt reuocari attentata: secus verò si iudex propter contẽptum sui iuris siue legis ex puro & mero officio suo pro voto illa veller reuocare in pœnã attentantis & contẽnentis siue offendentis ius & iudicem, quod posset:sed per hoc nõ restitueretur possessio illi,de cuius non iure constaret: sed prouidendum esset tertio per habẽtem potestatẽ. ar.no. vt suprà in proxima conclusione. Faciunt ea quę leg.& not.in c.cùm M.de consti.per Inno.& de accu.c. ad petitionem.& de diuor.c.porrò. hanc conclusionẽ videtur etiam tenuisse dominus Oldr.in quæstionibus suis.

ADDITIO

2 Cessante † ergo possessione titulata nõ habet locum possessorium in beneficialibus. simile videmus quando petitur restitutio liberi hominis, quæ denegatur nisi titulus probetur:ꝙa tali possessioni sine titulo ius resistit: & ideo non datur possessorium nisi titulus ostẽdatur. sic & in matrimonio carnali nõ datur possessoriũ nisi probetur titulus matrimonij.c.ex parte.c.ex transmissa. de resti.spo.Sũt enim hæc possessoria mistę naturę,in quibus absque titulo non concluditur possessio,nec datur in eis possessorium:vt in simili not.in l.ij.§. quædam.ff. de
3 interdict. & in hoc † differt interdictum vnde vi, à remedio prodito in materia attentatorum,in qua non requiritur probatio tituli etiam colorati: sed sufficit probare solùm statum.& hîc est mirabilis effectus & differentia materiæ attẽtatorum ab interdicto vnde vi. Alia differentia ponitur in c.ex parte.de reseri.per Inno.vbi dicit,quòd cùm omnia restitui debeãt in pristinũ statũ, retractabuntur in materia attentatorum sententię censuræ,quæ aliàs valerent,licet essent iniustæ. Tertia differentia est: quia prosequẽti viam attentatorũ non obstabit excommunicationis exceptio,quæ aliàs obstaret

agenti

genti possessorio recuperandæ: vt in c. cùm inter. c. significauerunt. de excep. c. pia. eo. ti. libro vj. Quarta differentia est: quando agitur per viam attentatorum sufficit quædam summaria informatio, & mero & puro iudicis officio: vt in c. cupientes. super. ver. gratia de elec. lib. vj. per Io. mo. & melius in gl. fi. d. c. non solùm. de appel. Si verò ageretur possessorio: tunc oportet litem contestari & ordinario iure procedi Et nota, ꝙ quando aliquid reuocatur per officium iudicis lite pendente, oportet ꝙ præcedat diligens causæ cognitio: vt not. in Spec. de appel. §. pen. ver. sed quæro. & nota bene supradictos mirabiles effectus & differentias materiæ attentatorum ab interdicto vnde vi.

ALIA ADDITIO.

4 Notorius † ergo defectus iuris petentis reuocationē attentatorum impedit reuocationē ipsorum. plenè per Io. mo. in dicto c. cupientes. & inf. de proba. decl. 7.

SVMMARIVM.

Papalis reseruatio obstat agenti possessorio ex vi decreti titulum & possessionem inficientis.

EPITOME.

1 *Agenti possessorio super beneficio obstat papalis reseruatio, vt restitutio impediatur.*
Papalis reseruatio obstat agenti possessorio ex vi decreti titulum & possessionem inficientis.
2 *Probationes in iure legitimè receptæ qđ notorietatē inducāt.*
3 *Materia reseruationis defensiua est in possessorio.*
4 *Agenti interdicto etiam principaliter, vel suspenso petitorio semper obstat papalis reseruatio.*
5 *Habens & occupans duo beneficia incompatibilia an si vno illorum spolietur, veniat restituendus?*
6 *Sententia iuris non minus efficacia est quàm sententia hominis: agenti etiam possessorio obstat vtraque.*
7 *Sententia lata super beneficio an executione non facta tollat possessionem?*

Decisio 3. *alias 16.*

1 SI contra † agentem possessorio producatur papalis reseruatio: fuit dubitatum vtrum obstaret agenti, & denegāda esset restitutio. Et videtur ꝙ nō, per iura vulg. quia agēti interdicto nō potest obiici proprietatis quæstio. in c. in literis. de resti. spo. nec potest reconuenire nisi de illa spoliatione. pe ordi. cog. c. fi. At prædicta reseruatio cōcernit merè petitorium siue proprietatem. ergo. Fuit decisum & conclusum per omnes dominos cōtrarium. Ratio, quia decretū papæ in reseruationibus appositum nedum afficit & inficit titulum, sed etiam possessionem. arg. eo. quæ le. & not. de appel. c. vt nostrum. de elec. c. si eo tempore. li. vj. facit enim decretum papæ, ꝙ possessio contra reseruationes obtenta est meri facti, & caret omni effectu & adminiculo iuris, sine quo in beneficialibus possessio nō procedit & est inualida: prout le. & not. per Inn. de rest. spo. c. ex parte. de eo qui mit. in poss. c. vno. li. vj. per Archi. & in clc. vni. de cau. poss. & proprie. per Ioā. An. & quia in prædicta reseruatione cōstat clarè & notoriè de nō iure agentis interdicto, nec potest nec potuit apud ipsum esse illa possessio quæ requiritur in hoc interdicto: vt in c. consultationibus. de offi. dele. meritò igitur denegabitur sibi restitutio, ar. c. accepta. de resti. spo. & c. decimas. eo. ti. lib. vj. Pro quo etiam faciūt not. optimè per Inno. de diuor. c. significasti de fil. presbyt. c. constitutus. de resti. spo. c. in literis. in fine. Et sic dicebant domini in palatio semper obtētum: dum tamen ille agens possessorio nō innitatur etiam reseruationi, sed veniat etiā ex collatione inferioris â papa non habētis specialem potestatem cōferendi huiusmodi beneficia reseruata: vel ex collatione etiam executoris deputati à papa in forma communi vel speciali, quia aliās cessaret ratio antedicta secundum eos. Mihi autem in primo casu videbatur distinguēdum, vtrum agator principaliter possessorio tātùm, vel petitorio & possessorio simul ab initio, & suspendatur postea petitorium: & in vtroque casu si producatur reseruatio videlicet, post suspensionem huiusmodi vel quando actum est tantùm possessorio, ꝙ tunc nō procederet prædicta conclusio. Mouebar: quia ex quo huiusmodi reseruatio tāgit petitorium, quod nihil habet commune cum possessorio. ff. de acqui. poss. l. naturaliter. §. nihil. de illo igitur suspenso vel principaliter intentato iudex nū potest cognoscere nec pronūciare. quia de qua re. & c. de cau. poss. & proprieta. c. cū super. Tum etiam quia per suspensionē huiusmodi petitorij suspensa eius rota iurisdictio quò ad illud. idcirco nullā potuit super hoc probationē recipere de cau. poss. c. pastoralis. quod si faceret, nil ageret. de iud. c. at si clerici. Præterea si tempore suspentionis huiusmodi nō fuit producta reseruatio. ergo adhuc non cōstabat clarè & notoriè de iure suspendentis. ergo procedunt rationes Inn. superius allegratæ & per eum positæ in c. significasti. c. cōstitutus. & c. in literis. post verò suspensionem petitorij pars non potuit obijcere nec producere nec iudex recipere, prout superius deductum est. ergo &c. Secus verò si ante suspensionem eo tempore quo de vtroque agebatur, produceret: quia tunc super vtroque reus se defendere poterat, sicut fuit factū in c. cum ecclesia. & c. cum super. de cau. poss. tunc enim crederem prædictam cōclusionem verisimam, & aliās non. Quam quidem meā distinctionē dicebant domini mei posse procedere & locum sibi vendicare in quocunque obiectu non notoriè inficiente possessionem, sed duntaxat proprietatem & requirentem aliquā discussionem: secus verò in obiectu specialis vel generalis reseruationis de qua statim sine aliquali discussione potest notoriè & clarè constare de non iure agentis, quę bene obstat agenti possessorio. in c. in literis. de rest. spo. quod crederē verum, * quādo hæc notorietas nō iure agentis insurgeret ex confessione vel probatione, vel productis agentis, & non rei defendētis. & sic dicebam intelligēda not. Inno. in c. constitutus. & c. significasti. superius allegari vbi reputabā & reputo tex. tamē pro huiusmodi intellectu, pro quo etiam optimè facit c. ad decimas. de resti. spol. secus verò secundum me, si insurgeret huiusmodi notorietas ex productis post suspensionē petitorij, intelligo ipsius rei, qui eriā excipiēdo de crimine, vel proprietate, vel nō canonicæ institutionis nō audiatur: vt in c. in literis. & in c. itē cum quis. de resti. spol. Cui intellectui videntur obstare aliqua verba Inno. posita in c. cōstitutus. superius alleg. videlicet, si constaret per confessionem vel probationes admissas de non iure ipsius petentis restitutionem, ꝙ non est facienda restitutio. ergo nedum per cōfessionē partis imò etiam per probationes potest constare de nō 2 iure ipsius actoris. † probationes enim in iure legitimè receptæ bene inducunt notorietatem. de ver. sig. c. cùm olim. & ibi per Inno. Ad quam obiectionem potest responderi, ꝙ In. loquitur de probationibus legitimè admissis: puta ante suspensionem petitorij, vel factis per agentem. & sic solutum restat adhuc intellectus meus. Nec obstat, ꝙ materia † reseruationis est defensiua in 3 possessorio: sicut renunciatio spontanea, & multæ aliæ defensiuæ, quæ bene sunt admittendæ in possessorio. de quibus per gl. in c. j. vt li. non contest. & in c. ex quæstione. de resti. spo. ergo admissibiles sunt. Ad quod respondeo dupliciter vt prius, videlicet, ꝙ sunt admittēdæ per iudicem cōpetentem. At hìc in casu nostro non est iudex competes, vt superius, probatum est. ergo e&. Præterea fateor instātiam de exceptionibus insurgētibus ex facto agentis & in iure expressis: vt in c. accepta. in c. significasti. de diuort. cōstitutus. & in c. ad decimas. superius alleg. Secus verò de exceptionibus insurgētibus ex facto alterius: puta, nō canonicæ institutionis, vel beneficij reseruationis. quam reseruationem, quæ vt plurimum fit occultè, potuit verisimiliter ignorare: vt in c. si beneficia. de præben. li. vj. Quam saluo iudicio meliori dicerem nō obstare agenti interdicto, nisi in casu antedicto: nec vnquā reperi in iure cautum, ꝙ reseruatiuus posset propria auctoritate possessionē beneficij per aliū detenti apprehendere, & detentorem eijcere quantumcunque notoriè ius non habētem, qui sine ordine iuris non est remouendus. de p[illegible]eb. c. licet. ij. lib. vj. facit optimè quod nor. Inno. de pri[illegible]c. cùm olim per Archid. vt lit. penden. c. ij. li. vj. facit optimè quod notat Innoc. in ca. veniens. de fil. præsby. super verti. amoto. Ex quo infero, ꝙ reseruatiuus apprehendens possessionem bene-

* *Quādo hæc notorietas nō iure agentis insurgeret ex cōfessione &c. Exemplaria antiqua sic legendum esse nosdocēt. Hoc crederem verum, quando notorietas hæc non ex iure agentis insurgeret, vel ex cōfessione, vel probatiōibus & productis agentis & nō rei defendentis.*

ficij per alium occupati etiã iniustè cadit in pœnam.c. eum qui.de præben.lib.vj. Non obstante prædictis meis motiuis semper vidi seruari prædictam conclusionẽ:vi-
4 delicet,q̃ agenti † interdicto etiã principaliter:vel etiã suspenso petitorio semper obstabit,& admissa fuit papalis reseruatio, & impedita restitutio:dico de speciali, de generali raro vidi,& de illa magis dubitarem, nisi esset notoria,& cum decreto facta:sicut in c.licet. de præbẽ. lib.vj.de qua si cõstaret,crederẽ idem:secus verò de alijs generalibus reseruationibus beneficiorum:puta,capella norum,collectorum,subcollectorum,&c. Nam cùm de illis posset esse dubium, vtrum essent & fuissent tales,& sic beneficia eorum reseruata,dicerem illam nõ obstare agenti interdicto.arg.not.per Inn.in d.c.constitutus. & per Archid.viij.q.j.c. j.super verbo,facti.&c.

ADDITIO.

Vide decisionem.ccxcj.in antiquis,quæ incipit. Item nota quòd vbi de beneficiato.& limita vt ibi.

ALIA ADDITIO.

Infra in anti quis.vt lit.pẽ den.1.

Item in possessione beneficij litigiosi quæ si est tradita per ordinarium,nullo iuris adminiculo iuuatur,propter decretũ appositũ in c.ij.vt lit.pend.lib.vj.vnde non dicitur possidere ille, cui talis possessio tradita est . & ideo seruat Rota q̃ talis possessor beneficij litigiosi debet amoueri à detẽtione seu possessione ipsius de facto, & perinde tractari ac si esset beneficium reseruatum:eo quòd sine peccato talis possessio teneri nõ posset:nec debet parari agenti vitiosus ingressus.c. ex frequentibus. de instit.& c.j.de eo qui mit.in pos.

ALIA ADDITIO.

In an.eod.ti. dec.1.

5 Pone q̃ aliquis tenuit duo beneficia † incõpatibilia vltra tempus statutum in extrauaganti execrabilis . & vno illorum sit spoliatus,an debeat restitui? Dic q̃ non. quia cùm appareat quòd de iure cõmuni talia beneficia teneri non possint: non est restitutio facienda, nec articulus admittẽdus super restitutione, & licet quis per dispensationem posset talia beneficia tenere:tamẽ cùm illud sit ex accidẽti & gratia speciali in dubio attendi nõ debet.l.vi.§.fin.ff.de an.leg.& l.sed & si per prætorem. §.fina.ff.ex quibus causis maio.Pro quo facit.l.si cui vinum.ff.de vino triti.lega.vbi testatur q̃ legando vinum videtur legare vinũ, quod ex vinea naturaliter nascitur, non quod fit accidẽtaliter ex tritico.vel aliqua alia materia:quãuis contra hoc videatur facere c.referente . de præben.& Spec.de peti.& pos.Ex prędictis patet,quòd
6 sicut per sententiam † hominis impeditur restitutio:vt quia agenti possessorio,obstat hominis sententia.vij.q.j. presentium.& de cau.pos.& proprie.c.cùm dilectus. sic & sententia iuris obstabit eidem agenti,quæ nõ est minoris efficaciæ quàm sententia hominis. quod est verũ, quãdo probatum est aliquem sententiã iuris incurrisse: vt notat Inno.in c.testimoniũ de testib.& in c.j.de testi. cogen. Sed in hoc est differentia inter sententiam iuris & hominis : quia sententia iuris expectat probationes post se,per quas declaretur aliquem incidisse in eam : & ideo super hoc causę cognitio adhibetur:aliàs sicut dicit Io.mona.ex sola maiori propositione concluderetur, vt ipse notat in c.statuimus.de senten.excommu.li.vj.Sententia autem hominis nõ expectat probationes post se: quia ipsæ eam præcedunt : & ideo cùm sententia iuris, quantum ad nos pẽdeat ex probandis, licet in se non pẽdeat,non impedit restitutionẽ spoliati. Sententia autem hominis cùm ex probandis non pendeat,sed iuste appareat ex probatis,impedit restitutionẽ : quam iã probata non probanda impediunt.de diuor.c. significasti. & per Innocen.in d.c.constitutus.de fil.presbyte.& hoc modo debet intelligi quod not.iij.q.j.in summa,secũdum Old. consilio ccxxvij. Sed opponitur contra prædicta,& videtur quòd indistinctè sententia super proprietate & titulo beneficij tollat & abdicet etiam possessionem, sicut & renuntiatio ipsius.de resti.spoliat.c.sollicitè. Vnde sicut exceptio renuntiationis obstaret agenti possessorio: vt not.secundum Inno.in ca. super hoc. de renuntia.sic & sententia super beneficio lata:vt in casu cõstitutionis, execrabilis.Ad hoc respondetur dupliciter. Primò,quia
7 non est verum,† quòd sententia lata super beneficio tollat possessionem executione non facta:quia sententia est actus iuris ciuilis:possessio autem facti est,res autẽ facti iure ciuili infirmari non possunt.ff. de acquiren.possess. l.j.§.si vir.& ff.ex quibus causis maio.l.deniq;. Nec obstat æquiparatio sententiæ & renuntiationis: quia non est vera. Nam sententia non præsupponit animum eius contra quem fertur:imò fertur in inuitum.ff. de verbo. obliga.l.inter stipulantem.§.j. & de pecu.l. etiã summa cum ratione.Renuntiatio autem præsupponit animum renuntiantis.ff.de ædil.edict.l.quæritur.§.fina.C. de iureiuran.l.si quis iusiurandum.& vij.quæst.j.quàm periculosum. Iure autem innitentes animo & consensui & eos qui in inuitos exercerentur, quãtum ad eorum efficaciam & operationem velociorem constat differẽtiam esse,vt colligi potest ex cõiunctione duarum legum scilicet legis.j.C.de pigno.& l.nõ est mirum. Et huius differentiæ ratio non potest esse, quia qui renuntiat beneficio, per actum renuntiationis videtur habere rem pro derelicta,sic & possessionem amittit:vt ff.de acqui.poss. l.si quis vi.§.differentia.quod non est in priuato per sententiam,secundum Oldra.vbi suprà.

SVMMARIVM.

Si constat de iniusta occupatione beneficij fit cõdemnatio in fructibus perceptis à tempore occupationis: licet tempus occupationis non sit deductũ , nec fructuum perceptorum valor probatus.

EPITOME.

1 *Detentor beneficij an debeat in fructibus tempore occupationis per eum perceptis condemnari.*

2 *Detentor malæ fidei tenetur fructus tempore iniustæ detentionis perceptos restituere.*

Decisio 4. aliàs 24.

1 FVit dubitatum vtrum detẽtor † siue occupator beneficij de facto posset & deberet cõdemnari in fructibus à tẽpore occupationis huiusmodi per ipsum perceptis. Dubium facit, quia poterit esse quod detẽtor etiam iniustè ab initio habuit bonam fidem & colorem detinendi:& tales dicuntur bonę fidei possessores,qui nõ nisi à tempore motæ litis veniunt in fructibus condemnandi:quia tunc incipiunt habere malam fidem, & non faciunt fructus suos:prout le.& not.in c.grauis.de resti. spolia.& c.in literis.per Innoc.eod.titu. quod est verissimum , & seruatur in palatio quando * non constat de mala fide : distinguendo tamen de fructibus extantibus vel consumptis in bonæ fidei possessoribus,prout distinguitur in c.grauis.per docto.& in l.certum.C.de rei vẽdi.Et vide Barto.ff.de vsucapio.l.iiij.& melius per Spe. titu.de fruct.& interesse.§.j.versicu.vt suprà.Sed vt po-
2 natur in facto in casu nostro constabat † de mala fide detinentis:puta:quia ab initio scienter possessionem beneficij recepit iniustè,propter quod indubitãter teneretur ad restitutionem fructuum perceptorum nedũ ante litis contesta.sed post:vt in l.conquerebatur.C. vnde vi. & in dicta l.certum.& l.dominium.eodem ti.ff.de pet. hære.l.sed si ante. & sic veniet à tempore occupationis iniustè in fructibus perceptis condemnandus:licet nondum sit probatum tempus occupationis,nec quãtitas seu valor fructuum,quę omnia coram executore probabũtur:licet aliqui domini de hoc vltimo dubitabant : quia sententia debet esse certa & clara:vt §.curate.institu.de act.ac in casu nostro sententia videtur incerta,ergo. Ad quod respondebatur per maiorem partem dominorum in hanc conclusionem declinantium , illud nequaquam obstare:quia in accessorijs pót ferri talis generalis sententia,postèa per executorem tempore executionis per eum fiendæ declaranda.iuxta not.per Inn. in c.tanta.de excess.prælato.& de restitu.spol.c.cùm ad sedem.tutius tamẽ esset si fieri posset , quòd tam de tempore quàm de valore iudex se informaret,vt sic certam & claram sententiam ferre posset : quæ tamen valent in genere, & vt supra dictum est , condemnaret,per not.Innocen.in supra dictis.

* Quando gr. Quare.

SVMMARIVM.

Occupator beneficij lite pendente tenetur ad fructus perceptos,& etiam qui percipi potuerunt,ac si de violẽtia constaret.

EPITO

EPITOME.

1 *Attentans lite pendente propter dolum & malam fidem in fructibus eſt condemnandus.*

2 *Ingrediens poſſeſsionem lite pendente ius, iudicem & partem offendit.*

Deciſio 5. *aliàs.* 25.

EX * quibus inferebatur & eliciebatur alia cõcluſio videlicet, ꝙ attentans † aliquid lite penden. in ſententia ferenda ſuper reuocatione huiuſmodi attentatorum poteſt & debet in fructibus perceptis condemnari: propter dolum & malam fidem ſuam, per iura & rationes in proxima concluſione poſitas. Sed quid de fructibus qui percipi potuerũt. Nunquid veniet etiã talis attentans condemnandus? Videbatur ꝙ non. quia non eſt violentus, qui duntaxat in huiuſmodi fructibus veniet cõdemnandus: vt in dicto c. grauis. & c. conquerente. de reſti. ſpol. & de offi. dele. c. cum cauſa. vbi tamẽ gl. ſupplet etiam de illis qui percipi potuerunt. talis attentans ſcienter in præiudicium litis poteſt & debet cõdemnari: quia dolus temerarius & malæ fidei cenſetur: & ideo meritò violento cõparatur. per l. conquerebatur. & l. dominium. ſuprà in alia concluſione alleg. Et ſi dicatur: quare iſto caſu & non in alio caſu ſuprà proximæ concluſionis fit cõdemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt. Poteſt reſponderi: quia ille non tantùm peccauit ſicut iſte. Ille † enim offendit ius & partem: ſed iſte offendit ius iudicem & partem ingrediẽdo poſſeſsionem fortè lite pendente: meritò in eum iura magis debent inſurgere, qui ius iudicem & partem eludit. de app. cordi. in fi. li. vj. Præterea in caſu ſuprà proximę concluſionis fuit duntaxat poſſeſſor, ſed non violentus, nec doloſus, nec temerarius: talis enim tenetur reſtituere fructus duntaxat percepto: ſiue ante ſiue poſt litem conteſt. vt in l. ſi fundus. C. de re. vend. At in caſu noſtro fuit malæ fidei doloſus, temerarius & contemptor iuris & iudicis, & incidit in vitium litigioſi. propter quæ omnia ſimul iuncta meritò violento comparatur, qui tenetur reſtituere perceptos, & eos qui percipi potuerunt per ueteres poſſeſſores, per iura ſuperius alleg. & not. in dicto c. grauis. & vide per Spec. pro hoc in ti. de fructi. & intereſſe. §. j. ver. vt ſupra dicta. poſſet tamen prædictus attentans aliquem colorem dubij probabilem habuiſſe, qui ipſum ab illis qui percipi potuerunt excuſaret: licet non à perceptis. iuxta no. in gl. per dictam l. dominium. & per Cy. in dicta l. certũ. facit pro hoc optimè c. ex inſinuatione. de procu. vbi ſententia nulliter lata excuſauit illum pro quo lata erat à condemnatione fructuum, qui percipi potuerunt: licet nõ perceptorum. Et ſic fuit concluſum & obtentum per omnes.

SVMMARIVM.

Monacho habenti prioratum perpetuum competit interdictum etiam perpetuum contra ſuum prælatum: ſecus de clauſtrali.

Deciſio 6. *aliàs* 80.

MOnacho habenti prioratum perpetuum competit interdictum etiam directum cõtra ſuum prælatum: ſecus verò de manuali ſeu clauſtrali. de ſtamo. c. cũ ad monaſterium. §. tali. de elec. c. cùm inter. R. & ibi not. per Inn. & qui. cle. vel uo. c. fin. per eundem & Hoſti. de offic. ar. c. præſenti. in fi. magnæ gl. per Archi. libro. vj. de ſupplen. negli. præla. c. quia regulares. ſuper verſi. cum oportuerit. per Genze. & Guil. in c. cùm ſingula. de præben. lib. vj. per Io. An. in nouel.

SVMMARIVM.

Cauſæ nullitatis & reſtitutionis in integrum poſſunt ſimul intentari: ſed interdictũ vnde vi, & conditio. l. ij. C. de reſc. vẽ. propter repugnantiã ſimul non cõcurrũt.

EPITOME.

1 *Poſſeſſor bonæ fidei non ſpoliat.*

Deciſio 7. *aliàs* 116.

LIcet cauſa nullitatis & reſtitutio in integrum ſimul poſsint intentari & proponi, iuxta no. per In. in c. cùm ex literis. de reſti. in integ. tamen interdictum vnde vi, & cõdictio ex lege l. ij. C. de reſcin. vend. & c. cum dilecti. de empt. & ven. tanquam materiæ repugnantes non poſſunt concurrere. Ratio. nam eo ipſo quis petit cõtractum reſcindi: quia deceptus vltra dimidiam & c. præſupponit contractum ab initio validum: vel ſaltẽ talem, qui dat coloratũ titulum poſsidẽdi. ergo bona fide poſſedit † & bonæ fidei poſſeſſor non ſpoliat. ergo. ar. de reſtit. ſpo. c. olim. & c. grauis. & c. ſæpe. & c. cùm ad ſedem.

SVMMARIVM.

Teſtimonium de auditu aliquando valet, vt in poſſeſſorio à parte poſsidente rem ſpoliatam, & alijs caſibus his enumeratis.

EPITOME.

1 *Teſtes auriti quandoque probant: licet regulariter non faciant fidem & nu. 2.*

Deciſio 8. *aliàs.* 117.

IN † poſſeſſorio ſufficit teſtimoniũ de auditu à parte quæ tenet & poſsidet rem ſpoliatam, de qua agitur. ar. nota. in cle. ij. de teſti. facit c. quam ſit. de exceſſ. præla. alle. etiam not. per Inno. de elec. per inquiſitionẽ. & de iudi. at ſi clerici.

ADDITIO.

2 Nota † caſum quo valet teſtimoniũ de auditu. Item valet vbi tale teſtimonium non eſt alteri præiudiciale: vt not. Inn. in c. j. de conſe. eccle. vel al. in prin. Vel potes latius concludere circa hoc, quod teſtimonium de auditu regulariter non valet. Fallit in caſu. c. ij. de conſue. Item fallit in re antiqua, quando agitur de probando, quod memoria non exiſtit in contrarium. ff. de proba. l. ſi arbiter. & in l. iij. §. Labeo. ff. de aqua plu. ar. Item fallit quando agitur de probanda conſanguinitate. de teſti. c. quotiens. & c. licet ex quadam. nam iſtis caſibus teſtimonium de auditu valet. Teſtimonium autem de auditu proprio in re per auditũ capeſcibili & incorporali & in confeſsione quæ nõ videtur valet teſtimonium de auditu poſito, quod non viderit: dum tamen habeat voces notas: vt no. in d. §. Labeo. In re verò capeſcibili viſu & corporali quæ poteſt videri teſtimoniũ debet eſſe de viſu nõ auditu. hæc materia ponitur per Inn. in c. cùm cauſam. de teſt. per Cy. & Bal. in l. teſtium. C. de teſti.

SVMMARIVM.

Si poſsidens nomine meo eijciatur de poſſeſsione: tamen ego non debeo reſtitui: quia interdictum vnde vi, mihi non competit, niſi probem quòd huiuſmodi poſſeſsionem aliquando modo ratam habuerim.

EPITOME.

1 *Qui per amicum ſine mandato beneficium tenuit non õpetit interdictũ vnde vi, ſi ille amicus de poſſeſsiõe fuerit eiectus.*

Deciſio 9 *aliàs* 150.

LIcet † amicus meus recipiat poſſeſsionem beneficij mei & teneat & poſsideat, & fructus percipiat nomine meo: ſi expellatur de poſſeſsione, & ſpolietur, mihi non competit interdictum vnde vi, contra ſpoliantem: niſi doceam quòd de mandato meo poſſeſsionẽ recepit: vel quod huiuſmodi receptionẽ nomine meo factam ratam & gratam habuerim, & fructus ſeu penſionem mihi ſoluerit. & ſic intelligitur regula, is poſsidet, cuius nomine poſsidetur. de reſti. ſpo. cùm venisſet. de reſcrip. c. ſi diligenti.

SVMMARIVM.

Interdictum vnde vi, habet locum quò ad condemnationem fructuum, cùm perſonæ violentia infertur, & res inuaduntur: aliàs ſecus.

EPITOME.

1 *Spolians ad fructus non niſi perſonæ violentiã fecerit tenetur.*

Deciſio 10. *aliàs* 156.

NOn ſufficit † probare quo ad cõdemnationem fructuũ faciẽdam à tempore ſpoliationis, ꝙ ſpolians fregerit oſtia & ſimilia fecerit, niſi facta fuerit violẽtia perſonę ſpoliatæ, vel eius familię exiſtẽti in domo: quia poterit eſſe, ꝙ domus erat vacua: & ſic non cenſetur facta violentia. iuxta nota. c. cùm ad ſedem. ſuper ver. interdictum vnde vi. de reſti. ſpo. & in Spec. titu. de peti. & poſſ. §. j. circa fin. ver. item nota.

SVMMARIVM.

Rectore agente poſſeſſorio ad decimas obſtat exceptio præſcriptionis tanti temporis cuius memoria non exiſtit. Vel ſic.

EPITOME.

1 *Petitorium vtriusque partis suspendi potest in beneficialibus: sed non in causis prophanis.*

2 *Exceptio spoliationis non habet locum in continuatione possessionis: vel in præscriptione tãti temporis cuius contrarij memoria non existit.*

3 *Qui continuat suam possessionem, non dicitur spoliare.*

Decisio 11. *aliàs* 259.

1 SI rector † alicuius parochiæ agat possessorio pro decimis certarum terrarum infra parochiam suã consistentium, quibus dicit se per aliquos religiosos spoliatum à x. annis citra: & religiosi ad conclusionẽ possessorij dicant & dent in articulis, quomodo ipsi per cẽtum annos & citra & vltra, & per tantum tempus cuius contrarij, &c. aliquarum prędictarum decimarum fuerunt in possessione percipiẽdi, & aliquarum retinẽdi, & præstatione aliquarum liberi, & immunes, & per dicta tempora in possessione huiusmodi libertatis. Dicebant omnes domini hanc materiam bonam & admisibilem ad exclusionem possessorij per rectorem intẽtati. Nam licet prædictis religiosis prima facie resistat ius cõmune, & assistat rectori: & sic videtur quòd nõ nisi constaret de legitimo eorum titulo, ipsi nõ essent audiendi. per c. ad decimas. de restitu. spoliato. libr. vj. quod nihil facit ad casum propositum. quia loquitur in actore & non in reo se defendẽte per legitimam præscriptionem & temporis continuationem. Per quorum primum tollitur ius percipiendi per rectorem. de præscriptio. cap. de quarta. eod. titu. c. j. lib. vj. Per secundum sua decẽnalis possessio. nam duo eandem rem & eodem tempore insolidũ possidere nõ possunt. de probatio. c. licet. & ibi de verbo, & * circa quod denotat continuationẽ, & sufficit hoc exprimere: licet non addatur cõtinuè. vt ibi. Si igitur † 2 pbent præscriptionem pro titulo, & continuationem possessionis per centum annos citra & vltra, restat conclusio, quòd non potest prætendi per rectorem spoliatio: † qui enim suam possessionem continuat, non spoliat. de restitutio. spolia. c. olim. j. & c. cùm venisset. cum multis similibus.

* *Et circa. Exemplaria antiqua legũt. Et citra.*

SVMMARIVM.

Petens se restitui ad præbẽdam quid probare habeat, & quomodo eius possessio debeat apprehendi, & acquiratur.

EPITOME.

1 *Possessionem corpore & animo acquiri iuris est.*

Decisio 12. *aliàs* 275.

PEtenti se restitui ad præbendam seu possessionem præbendæ & distinctæ: quia dicit se spoliatũ,* non sufficit sibi probare stallum in choro & locũ in capitulo assignatum, vel sibi post possessionem traditam per funes campanarum, vel cornu altaris: quia hæc sunt potius iura canonicalia quàm præbendæ. de præbend. c. relatum. c. dilectus. & c. dilecto. de renuntiationi. c. cùm inter. Nec etiam sufficeret ad restitutionem obtinendã, quòd mãdatum esset per capitulum vel alium distributori vel colonis vel redditurijs prædicto prebendato de fructibus & redditibus illius præbendæ respondere: nisi probet ipsos redditurios paruisse, & sibi de redditibus illius aliquid soluisse: vel se in possessionẽ mansi vel fundi spectantium ad præbendam inductũ fuisse, & ipsum animo possidendi possessionem fundi seu mansi ingressum fuisse apprehendisse, & vsum fuisse. † Corpore 1 enim & animo acquiritur possessio. ff. de acquiren. possessio. l. j. §. quibus. Hoc verum nisi consuetudo esset ecclesiæ: quod prædicto vel alio modo acquireretur possessio, quæ bene valeret, si probaretur: tamen si negaretur, probare tenetur. de consue. c. ij. secundùm Innoc. qui do acquiritur possessio iuris canonicalis præbendalis & electionis. vel nisi esset aliquis certus locus deputatus præbendario talis præbendæ, per cuius installationem siue inductionem bene acquiritur possessio, secundum Inno. vbi suprà, & not. de præbend. c. cum qui. & c. licet. ij. lib. vj. per Archidia.

* *Se spoliatũ. Add. quòd licet spoliatus ante omnia sit restituendus: hoc tamẽ fallit, si propter restitutionẽ spoliati timetur oriri scandalũ: vt habetur p D. Fel. in c. ij. de præscri. in ij. col. ver. vj. propter scãdalũ. & adde gl. in cap. ad petitionem. in versi. restituendus. de accoja. & Paul. de Cast. in consil. 313. inci. Ad confirmationem eorũ. & Car. in Cl. j. decau. pos. & propr. in ix. opposi.*

SVMMARIVM.

Agens possessorio ad præbendam nõ tenetur probare fundum ex cuius possessione dicit se apprehendisse possessionem ad præbendam spectasse. Vel sic. Petens restitutionem agri pro suo beneficio: non cogitur ipsum agrum probare ad huiusmodi beneficium pertinere: sed duntaxat ipsius agri possessionem apprehendisse.

EPITOME.

1 *Spoliatus agens interdicto quid probare teneatur.*

Decisio 13. *aliàs* 276.

SEd ex prędicta conclusione insurrexit aliud dubiũ. Vtrum agens possessorio ad præbendã teneatur probare mansum seu fundum quẽ dicit spectare ad prebendam, cuius possessionem apprehenderat spectasse, & spectare ad suam præbendam. Fuit responsum & cõclusum quòd non. maximè si id per partẽ aduersam non negaretur, quia illud sapit petitorium: videlicet, probare dominium, quod ad hoc locum nõ habet per d. c. in literis. de ordi. cogni. c. fi. vt eccle. Bene. c. vt nostrum. Tum etiam, quia tanta & tam vehemens præsumptio est pro possidente, & apprehendẽte auctoritate superioris possessionem, quòd non admittitur probatio in contrariũ: vel saltem transferetur probatio in negantem, propter huiusmodi tam vehementem præsumptionem. de præsum. c. literas. & c. fin. vt eccle. bene. c. vt nostrum. Nimis 1 † enim grauaretur agens interdicto cũ huiusmodi probatione, qui non tenetur probare nisi duo, videlicet se spoliatum, & se possedisse rem de qua agitur. de offi. deleg. c. consultationibus, ergo.

SVMMARIVM.

Præbendatus petens se restitui ad vnam rem prębendalem, debet restitui non solùm ad illam qua spoliatus fuit, sed etiam ad omnes alias res maximè continuas.

EPITOME.

1 *Possidere totum eum videri, qui nactus est possessionẽ alicuius rei, quam de iure communi possidere & tenere potest.*

Decisio 14. *aliàs* 277.

EX † præmissis dubitatur fortius vtrũ vna re præbendali apprehensa & spoliata, poterit & debet fieri restitutio ad omnes alias res & iura tanquam per præbendarium agentem possessorio apprehensa seu possessa. Videtur quod sic. Qui enim est in possessione partis, in possessione totius esse censetur. ff. de seruitu. l. vna est via. & qui minimam partẽ fundi possidet, &c. ff. de acquiren. possessio. l. possideri. Et qui autem tetigit, totum tetigisse videtur. de pœnitentia distinctione prima capitul. vulgaris. Quæ argumen. vide per Ber. de præscriptioni. capit. auditis. super versicul. interruptionem. & in capitul. cum Bertoldus. de re iudicata. super versicul. quodam iure. Sed non est ita secundùm Ber. ibidem. Quod intelligas verum in rebus vel iuribus diuisibilibus & separatis: in indiuisibilibus & contiguis, procedunt dicta iura & argumenta. Sed quantũ ad propositum Innocen. & Hostien. in dicto capitul. in literis. contrarij sunt. Hostien. enim dicit possessionem iuris canonicalis vel præbendalis non extendi ad alia, nisi apprehensa & possessa, & per consequens nullam fieri restitutionem, nisi quò ad possessa & capta. Innocen. tenet ibi contrarium. & etiam in capitul. ex parte. eodem tit. Nam si canonicus vtatur aliquo iure canonicali intendens per hoc acquirere possessionẽ aliorum iurium, scientibus & consentiẽtibus his ad quos spectat, sufficit quò ad restitutionem cõsequendam omnium iuriũ canonicalium. Et hanc tenuerunt quasi omnes domini. & procedit de rigore iuris secundùm Di. in cap. j. de reiur. lib. vj. & Innocen. hoc idem alibi videtur sentire videlicet, quòd † quandocunque quis nanciscitur possessessionem alicuius rei, quam de iure communi possidere & tenere potest: totum possidere videtur. in dicto capit. auditis. de præscriptionib. & de exceptionib. cùm venerabilis. in gloss. penultima facit text. de restitutione spoliato. c. cùm venisset. Nec obst. dictum Inno. in c. in præsentia. post princip. de prob. quod loquitur in adipiscenda possessione, non autem recuperanda, quæ est plus priuilegiata. de ordin. cogni. c. ij. & capit. fina. de restitutio. spoliato. per totum.

* *Premiss. Vetus lectio habet. Quibus.*

SVMMARIVM.

Sententia pro spoliato lata super possessorio antequã procedatur

procedatur in petitorio est plenè executioni mandanda: secus si sit lata pro spoliante.

Decisio 15. aliàs 319.

LIcet spoliato agenti interdicto vnde vi, restituto ad suum beneficium debeat ante satisfieri de fructibus perceptis, & expensis, in quibus spolians extitit condemnatus, aliàs in petitorio nõ debet audiri: prout leg. & no. in c. pisanis. de restit. spol. & in c. significauit. de testi. tamen id non procedit in casu cõuerso secundum omnes: videlicet, quando sententia absolutoria fertur in possessorio pro possidẽte & spoliatore, vt prætendebatur & contra spoliatum in expensis cõdemnatum. de quibus si velit spoliatus inchoare vel reassumere petitorium antea per eum suspensum: non tenetur ante huiusmodi inchoationem vel reassumptionem satisfacere possidenti, qui vigore executoriæ suæ super dicta sententia factæ, petit & recuperat illas, si velit, quod ante ingressum petitorij debet plenè & integraliter restitui, & nihilominus in petitorio procedat. Ratio diuersitatis inter primum & secundum casum est: quia hoc est priuilegium spoliati: quia ipse ante ingressum peritorij debet plenè & integraliter restitui, & hoc in odium spoliantis: vt de ordi. cog. c. ij. & in iuri. antedictis. Sed hoc in alio casu non reperitur in iure cautum, & ibi cessat odium. ergo idem non erit dicendum. arg. ne se. va. c. j. cum similibus.

SVMMARIVM.

Suspendenti petitorium in secunda instatia non obstant producta in prima instantia, per quæ de non iure suo constare videtur.

EPITOME.

1 *Restitutio est deneganda, quando constat de non iure agẽtis.*
2 *Petitorio suspenso omnia illud concernentia, & eius accessoria suspensa esse videntur.*
3 *Agenti interdicto recuperandæ an teneatur titulum saltem coloratum probare.*
4 *Agenti interdicto an obstet pactũ de non agendo vel petendo*

Decisio 16. aliàs 393.

SI A. conferatur certũ beneficium, puta archipresbyteratus vacans per obitum Titij & idem a. eundem archipresbyteratum postea antequam tamen possessionem habeat resignet in manibus ordinarij sui ex causa permutationis faciendæ cum. B. pro alio beneficio. & admissa huiusmodi resignatione subsequẽter iteratò & de nouo eidem. A. cõferatur idem archipresbyteratus tãquam vacans adhuc per obitum Titij vigore cuius collationis scilicet vltimæ assecutus est possessionem pacificã eiusdem archipresbyteratus. Post hæc omnia prouidetur dicto. B. de eodem archipresbyteratu vacante per liberam resignationẽ prædicti. A. factam ex causa permutationis. vigore cuius prouisionis idem. B. expulit & spoliauit per vim & violẽtiam dictum. A. possessione sua, qui propterea eundem. B. traxit in causam agẽdo primo petitorio & possessorio: & quia. B. possessor violẽtus sententiã absolutionis pro se reportauit, idem. A. ad sedẽ apostolicã appellauit, & in secunda instãtia suspendit petitoriũ vtriusq; partis, procedẽdo in solo possessorio, in quo obtinuit duas sentẽtias diffinitiuas: de quarũ infirmatione in tertia instãtia agebatur, & dubitabatur propter quædam instrumẽta producta in prima instantia per. B. spoliatorem cõtra ipsum. A. agentẽ tunc petitorio & possessorio: videlicet, de prima collatione sibi facta, & de resignatione ex causa permutationis postea subsecuta, quę nõ fuerũt negata per ipsum nec exceptũ contra illa: prout ponebatur in facto. Vtrũ per illa producta in tantum esset titulus illius A. discoloratus & cõstaret de non iure suo, & non veniret restituendus & prædictæ duæ sententiæ deberent infirmari? In quo dubio domini erant varij & diuisi, quasi per medium. Aliqui dicebant denegandã restitutionem & infirmandas duas prædictas sentẽtias moti ex dicto In.
1 in c. constitutus. de fil. presb. dicentis, & †quando constat per confessionem vel probationes admissas de non iure agentis in possessorio: tunc deneganda est restitutio. all. c. significasti. de diuor. facit optimè c. ad decimas. de resti. spo. lib. vj. pro quo dicto faciunt etiam not. per Inn. in c. in literis. in fi. co. ti. At in casu proposito constat clarè per instrumenta supradicta iudicialiter producta & non negata de resignatione facta per. A. ante suam spoliationem. ergo non erit restituendus: vt in c. accepto. de resti. spol. & in c. cùm venisset. de instit. & de renun. c. super hoc. per quos tex. clarè probatur, & agenti interdicto obstat spontaneæ renunciationis exceptio. ergo. &c. Alij domini, de quorum numero ego eram, tenebant contrarium defendendo dictas sententias restitutorias latas pro. A. per non modicæ auctoritatis viros, qui eas sine certis & veris motiuis nõ tulerunt. Et vt dicebam, Credo dictos dominos meos motus: quia prædicta instrumenta prædictæ primæ collationis & resignationis fuerunt producta, quando agebatur petitorio & possessorio: & fortè non reproducta in secunda instantia. Et supposito & essent reproducta in secunda instantia: tunc distinguẽdum dicebam: aut ante suspensionem petitorij, aut post. Si post, dicebam illa non obstare ex
2 quo sapiebant petitoriũ, quod erat suspensum: † & sic iudex non poterat ea recipere: nec secũdum ea iudicare: quia potestas sua suspensa erat quò ad petitorium, & omnia illud cõcernẽtia & eius accessoria. de cau. pos. & proprie. c. pastoralis. & cle. vn. co. ti. Aut ante suspensionem erant reproducta, & tunc aut erãt negata, aut non. Si negata, per quam negationem efficiebatur res dubia: tunc nõ obstabant restitutioni secũdum Inn. c. constitutus. Si verò nõ erant negata, nec exceptum contra illa, adhuc idem videtur per fin. c. significauerunt. de testi. Nam non dicitur liquidè cõstare de petitorio, nisi post conclusionem: vt ibi not. Guil. & etiam Innoc. At hic fuit suspensio facta ante conclusionem. ergo. Nec obstat quòd fuerunt producta in prima instantia, & concluſum, & non negatum: quia à conclusione siue sententia fuit appellatum, quæ appellatio suspendit effectum ipsius sententiæ conclusionis, & omnium productorum in prima instantia. ergo non obstant in secunda, nisi reproducantur. de iureiur. c. venientes. de fi. instr. cùm Ioannes. C. de temp. appel. l. per hanc. & hunc intellectum posuit, & dixit Nicolaus de Crem. dicens † etiam non
3 reperire legem vel canonem imponentem onus probandi titulum vel colorẽ tituli agenti interdicto recuperandæ: multominus si reintegrandæ: vt expresse probatur in c. in literis. in fin. quia prædo, & c. Qui tex. tamen loquitur in beneficialib. nisi in casu c. ad decimas. de resti. spo. lib. vj. Sed ratio illius decr. fuit duplex. Tum quia constabat de iure proprietatis spoliatoris notoriè per cõfessionem agentis & spoliati. Tum etiam, quia ibi ius commune resistebat actori, & assistebat reo. Sic ego etiam respondebam ad c. constitutus. de fil. presb. & not. ibidem per Inn. & ad. c. significasti. de diuor. quæ iura loquuntur expresse quando per confessionem petentis restitutionem clarè constabat de nõ iure eorum in petitorio. & ideo denegabatur eis restitutio: secus verò dicebam, si per probationes rei constaret, quas non dicebam admittendas. per c. in literis. & c. fi. de ord. cog. Ad capitula & iura pro alia parte introducta, videlicet c. accepta. c. cum venisset. & c. super hoc. respondebam, illa loqui quando actum erat petitorio & possessorio. Et sic intelligit Ber. c. accepta. & c. sollicite. vel illud loquitur quando opponitur exceptio abiurationis beneficij, quæ bene obstat agenti possessorio: vt in c. cum venissent. de
4 instit. Sicut † & pactum de non petendo vel non agendo obstaret agenti interdicto. not. gl. in c. ex insinuatione. de procu. Quod autem agens interdicto teneatur colloratum titulum producere, est potius per stilum receptum quàm à iure introductum: quia nõ reperitur super hoc ius scriptũ, sed est receptum ex paritate rationis. c. eum qui. de eo qui mitt. in pos. li. vj. prout nota. ibi Arch. & Io. An. in clemen vnic. de cau. pos. & proprie. & ex no. per Inn. in c. ex parte. de restit. spol. vbi tamen dicit sufficere pro colore, & probet agens interdicto se auctoritate superioris possessionẽ beneficij apprehendisse: licet fortè sua collatio siue electio sit vitiosa & non canonica, pro quo optimè facit c. cum nostris. de concess. præbend. cum ibi not. & no. per c. in literis. per Inn. At in casu nostro cõstat de colorato titulo istius. A. spo-

liati: puta, quia auctoritate superioris ingressus fuit & habuit possessionem: licet ratione vitiosę collationis: cōstat etiam de violento ingressu ipsius B. spoliatoris, propter quam violentiam totū ius quod habuit vigore collationis sibi factæ de dicto archipresbyteratu ipso facto amisit: vt in c. eum qui. de præbend. lib. vj. Propter quod fortè posset non improbabiliter dici ipsum nō posse repellere agentē interdicto prętextu vitiosi tituli sui: cùm ipsemet perdiderit titulum propter violentiam factam * per eam quæ per viam replicationis sibi obijci posset. nam paria delicta, & c. de adult. c. intelleximus quod tamen videlicet hoc vltimum non credo procedere nisi in petitorio: propter not. in c. pastoralis. de cau. pos. & propriet. super ver. intentatis. per Ber. Nec etiam ob. regula, dolo petis, & c. quę etiam vendicat sibi locum in petitorio: prout le. & not. in c. in literis. in fin. Sed potius dicerem habere locum in hoc casu regulam, in pari causa turpitudinis, &c. Credo tamen agenti possessorio bene obstare exceptionem violentiæ notorię: puta si per vim & violentiam possessionē fuisset ingressus. & hoc etiam innuit Inno. expresè in d. c. constitutus. & c.

* Per eā, quæ per viā & c. Exemplaria antiqua sic habēt. Per eū, qua. &c.

SVMMARIVM.

Rei confessio non probat titulum actoris in beneficialibus: quāuis in possessorio coloret illum ad effectum vt spoliatus restituatur.

EPITOME.

1 *Petenti restitutionem beneficij sufficit confessio spoliantis ad coloraudum titulum.*

2 *Confessionem qui pro se acceptauit: contra se etiam recipiat oportet.*

Decisio 17. *aliàs* 408.

1 FVit dubitatum & quęsitum per me qui habui causam, vtrum † in possessorio causę beneficialis sufficiat confessio spoliatoris ad colorandū titulū spoliati agentis & restitutionem beneficij quo dicit se spoliatum, petentis? Et videbatur aliquibus ꝙ non, quia per confessionem aduersarij non probatur titulus: prout le. & not. in c. eum qui. de eo qui mit. in pos. in princip. & c. j. de confes. lib. vj. ergo, & c. quod est verum quò ad effectum adiudicationis siue canonizationis tituli: sed ad effectum restitutionis beneficij, quo quis dicit se spoliatū, maximè per violentiā, dixerunt & concluserunt omnes domini prædictam confessionem factā per spoliatorem pro colore huiusmodi sufficere, & hoc in odiū spoliantis propter quod multa specialia cōtra iura statuuntur, vt patet in Cle. vnic. de cau. pos. & propriet. pura reus & possessor ac spoliator volens excusare spoliū, & probare agentem interdicto priuatum iustè per sententiam iudicis, quæ bene obstaret agenti interdicto: vt in c. audita. & c. conquerente. de restit. spol. dicit & dat in positionibus & articulis suis quomodo prædictus agēs fuit verus & canonicus rector talis parœcialis ecclesię, & in pacifica possessione eiusdē per multos annos: quomodo posteà propter quoddam homicidium volūtarium ipse auctoritate apostolica fuit ritè & sententialiter priuatus prędicta ecclesia, & ipse in possessionem eiusdem & eadem auctoritate inductus: & quòd vigore huiusmodi inductionis tenet & possidet non violenter sed iustè & sanctè. ergo & c. Præterea † ex quo prędictā confessionem vult recipere pro se, debet etiam eam recipere contra se. iiij. q. iij. si quis testibus. xix. dist. si Romanorū. faciunt not. per Innocen. de except. c. cùm venerabilis.

2 stè. ergo & c. Præterea † ex quo prędictā confessionem

SVMMARIVM.

Pactum siue iuramentum de non petendo restitutionem post spoliationem obstat agenti possessorio. Vel sic. Licet renuntiatio cū iuramento facta post spolium non impediat restitutionē: secus tamē in pacto de nō agēdo.

EPITOME.

1 *Renuntiatio facta cum iuramēto an impediat restitutionem?*

2 *Iuramentum dolo extortum non est obligatorium.*

3 *Iuramentum non vi nec dolo extortum, quod salua salute seruari potest, est obligatorium.*

Decisio 18. *aliàs* 401.

1 SI agēti interdicto † vnde vi, siue possessorio in causa beneficiali obijciatur & probetur iuramētum spōtè præstitum etiam post spoliationem de non molestādo spoliatorē in iudicio vel extra. Fuit dubitatū, vtrum non obstan. tali iuramento spoliatus veniret restituendus? Et videbatur aliquibus, ꝙ dictum iuramentum non impediret restitutionem ex paritate rationis. c. solicitè. de resti. spo. Item ex eo, quia iuramenta huiusmodi sunt ciuiliter interpretanda. de iureiuran. c. veniens. Sed prędictum iuramentum posset intelligi & interpretari de molestatione facti, & non iuris. ergo. Item præsumitur

2 dolo † extortum. ergo non obligat. quia fraus & dolus, & c. de rescr. c. ex tenore. & c. sedes. præsertim in odium violenti, qui nō auditur excipiens de crimine, nec de nō canonica institutione. de resti. spo. c. in literis. §. itē cùm quis. Præmissis non obstan. fuit conclusum & determinatum contrarium. Nam licet renuntiatio etiā cum iuramento facta post spoliationē non impediat restitutionem: vt in c. sollicitè. superius alleg. tamen pactū siue iuramentum de non agendo, vel restitutionē non petendo bene obstat agenti interdicto: prout not. Ber. in c. ex insinuatione. de procur. & Inno. in c. super hoc. de renunt. & per Spec. tit. de peti. & pos. §. fin. versic. xv. Et videtur pro hoc tex. de iureiur. c. peruenit. & à contrario sensu. & c. debitores. & c. ad nostram. eo. tit. Pro hoc etiā facit c. j. de restitu. spol. vnde ille Philasius cæcus renuntiauit possessorio siue interdicto vnde vi, & ideo fuit aduersarius suus auditus & admissus in petitorio. Facit etiā pro hoc regula generalis: quòd omne iuramentum non dolo nec vi præstitū, quod potest seruari sine interitu salutis, est seruandum: vt in c. si verò. de iureiu. At hoc iuramētum potest seruari sine detrimēto animę. ergo, & c. præsertim quia nō replicabitur per actorem de dolo, metu, vel vi, in quibus casibus adhuc ante relaxationē non esset audiendus: prout legitur per Bern. in cap. abbas. quod met. cau. & melius per Inno. in c. ad aures. eod. titu. Et si dicatur imò præsumitur dolo vel metu præstitum: quia non est verisimile, & c. vt in c. super hoc. de renūtia. quia vt præsupponitur in facto, erat præstitū post spoliationem factā. ergo non spontaneè. Respōdeo has præsumptiones tolli per alias præsumptiones & rationes fortiores. Nam in instrumento publico producto super dicto iuramento præstito expresè continebatur, quod sponte non coactus, nec dolo aut fraude inductus iurauerat non molestare, & c. Et quia contra huiusmodi iuramentum non fuit aliquid dictum, exceptum vel datum. ergo illi standum, donec esset reprobatum. de præsum. c. illud. de de fide instrum. c. cùm Ioānes. Præterea in c. super hoc. & c. sollicitè. renuntiauit & abiurauit beneficium & totum ius sibi competēs in illo, quod difficilius admittitur quàm renuntiatio vel abiuratio actionis, vt in casu nostro. arg. de iureiur. c. quemadmodū. de accu. c. super his. Et ex hoc & ex verbis in dicto instrumento expresis fuit dictum & cōclusum per omnes dominos, quòd nedum prędictum iuramentum extenderetur ad molestationem iuris, sed etiam facti: quia iurauit eum non molestare, nec inquietare ratione prędictę ecclesię, nec eius restitutionem in iudicio vel extra petere. Sicq; ego qui habui causam de consilio dominorum meorū pronuntiaui prædictum agentē interdicto non audiendū obstā. prędicto iuramento, sibiq; super molestationibus huiusmodi perpetuum silentium imponendū fore, & imposui ac in expensis eundem actorem condemnaui: quia omnes termini fuerunt seruati, & in causa conclusum.

1 dē dicit Ra. supra de renuntiatio.

SVMMARIVM.

Confessio tituli facta per spoliatorem sufficit ad colorādum titulum pro spoliato, & operatur quòd statim sequi potest condemnatio.

EPITOME.

1 *Confessio tituli facta per spoliatorem an ad possessorium colorandum sufficiat.*

Decisio 19. *aliàs* 421.

1 FVit dubitatum vtrū † confessio spoliatoris qua cōfessus est iudicialiter spoliatum in beneficio ius habere, cuius possessionem petit agendo interdicto vnde vi, sufficeret pro colore possessionis ipsius spoliati ad effectum restitutionis obtinendæ. Et videtur ꝙ non, quia per confessionē non probatur titulus: sed per canonicā electionē siue institutionē. ij. q. j. legū. de instit. c. ex

frequentibus.

frequentibus.de reg.iu.c.j.lib.vj.& legitur & not.in c.j. de confess.lib.vj. Quæ iura loquũtur & procedunt quando agitur petitorio ad effectum adiudicationis beneficij habendæ.secus verò si possessorio in quo sufficit leuior tituli probatio,quæ est coloratio possessionis.arg.c.cum nostris.de concess.præben.& c.in literis.de rest.spo.& c. ex parte,eo.ti.vbi tenet Inn.sufficere probare ad effectũ restitutionis obtinẽdę, ꝙ spoliatus fuit in possessionem inductus per illum qui potestatem habuit à iure vel consuetudine inducendi:vt sunt archidi.& c.de off.ar.c.j. & ij.ad hæc.Cùm igitur confitendo hoc spoliator, meritò spoliatus ab onere probandi releuetur, qui est effectus confessionis intantum ꝙ statim potest: & sequi debet condemnatio.Et est ratio:quia in confitẽtem nullę sunt partes iudicis nisi in sententiando siue condemnando:vt suprà de confes.per to.de elect.c. per inquisitionẽ. & c. dudum.ij.& ibi not.& meritò etiam hîc deberet sufficere confessio spoliantis in odium ipsius & spoliati fauorem,in cuius odium multa specialia in iure sunt statuta. de cau.pos.& prop.c.pastoralis.& clem.vnic.eod.tit. de ord.cog.c.fi.de rest.spo.c.in literis.& ca.item cùm quis. C.vnde vi.l.j.& l.conquerebatur.& l.si quis in tantam. de præben.eum qui.libro sexto.& sic fuit sententiatum & obtentum per me qui habui causam.quia restitui spoliatum nil probantem in iudicio de titulo suo.nam spolians volens defendere se à spolio dixit & proposuit dictum spoliatum canonicè tenuisse & possedisse beneficium,de quo agebatur,multis annis:ipsumq; auctoritate apostolica ordine iuris seruato debite priuatum:seque eadem auctoritate in possessionem eiusdem beneficij inductum fuisse,& sic nequaquam spoliasse: sed auctoritate iudicis canonicum ingressum habuisse. quod tamen hoc vltimom scilicet priuationem & indoctionem non probauit:& ideo sententiã in possessorio cõtra se reportauit. ar.eorũ quę le.& no.in c.conquerente.de rest.spo.

SVMMARIVM.

Exceptio spoliationis non repellit aliquem ab agendo,nisi spoliantem mandantem vel ratum habentem.

EPITOME.

1 *Exceptio spoliationis etiam à tertio facta,an agenti petitorio obstare possit.*

Decisio 20. aliàs 438.

1 FVit dubitatum:† pone ꝙ.A.spoliatus per.B.suo beneficio agat contra.B.interdicto vnde vi. petendo se restitui:antequam verò restituatur per sententiã venit quidam.C.asserens ad se dictũ beneficium pertinere de iure intentando petitorium contra dictum.A. qui excipiendo proponit ipsum non audiendum, donec fuerit & sit ad possessionem dicti beneficij plenè restitutus. Dubitabatur vtrum per huiusmodi exceptionem.C.repelleretur ab agendo? Videbatur aliquibus ꝙ sic, per ca. olim nobis.de resti.spo.vbi exceptio spoliationis etiam facta à tertio bene obstat agenti petitorio. Præterea possessorium hodie adeo est priuilegiatum, ꝙ nedum agẽs interdicto vnde vi,poterit suspendere petitorium à se: sed etiã à partibus sibi aduersis inchoatũ: vt in cle.vnic. de cau.pos.& propr.multò fortius igitur poterit & videtur quemcunq; repellere excipiendo.Nam cui damus actionẽ &c.de reg.iur.quid agendum.li.vj Pro hac parte posset induci c.ij.de ord.cog.& ea quæ le.& not. in c. fi.e.ti.per quæ expresse patet exceptionem spoliationis etiam rerũ priuatarũ obstare agenti interdicto: ipsumq; non audiendum,donec excipiens fuerit plenè restitutus. quæ tamen decr.l.ij.de ordi. cog. quò ad hoc. hodie est correcta.quia rerum priuatarum spoliatio agenti super ecclesiasticis vel econtrario,hodie opponi nõ potest per finem decre.nouæ,frequens.de resti.spo.li.vj. per quam decr.fuit decisum & obtentum contrariũ. Vbi expresse apparet,ꝙ in criminalibus causis opponi non põt spoliatio facta ab alio quàm actore.At in casu nostro ꝓdictus. C.actor nõ spoliauit, nec spoliationẽ gratã nec ratã habuit,& sic in nullo deliquit:& ideo factum alterius sibi obesse non debuit,C.de inoff.testa.l.si quis in suo.ver.finem.de resti.spo.c.cùm ad sedem.de reg.iur.c.nũ debet. lib.vj.Pœnę etiam suos debent tenere auctores.C.de pœnis.l.sancimus.de his quæ fiunt à ma.part.ca. quæsiuit. Non obstat ca.olim nobis.in contrarium alleg. quia secundùm Hostien.Ioan.mo.& Archid.licet exceptio spoliationis per tertium posset opponi executioni vt ibi:tamen non processit,nec diffinitioni,vt hîc.Io.And.in no uel.ibidem respondet aliter, videlicet quòd ibi non est propriè spoliatiõis exceptio,sed inopiæ allegatio. quam tamen fatetur posse causari ita bene à spoliatione, sicut ab alluuione,naufragio vel incendio.Nec obst. clem. in contrarium allega.quia est introducta contra ius commune,& hoc in odium spoliantis. At hîc non spoliauit nec mandauit.ergo,&c.

SVMMARIVM.

Agens possessorio restituitur contra eius spoliatorem quamuis ipse alium de eodem spoliauerit. Vel sic Agenti possessorio super beneficio obstat exceptio quòd tempore quo dicit se possessionem habuisse,alius possidebat.

EPITOME.

1 *Agens possessorio quid probare in causa beneficiali debeat.*
2 *Exceptio intrusionis vel non legitimæ institutionis nõ obstat agenti interdicto.*

Decisio 21. aliàs 439.

1 SI agenti † possessorio super aliquo beneficio,quo dicit se spoliatũ,opponatur per spoliantem ꝙ eo tempore quo possessionem beneficij intrauit alius, per cuius obitum dixit se idem beneficium occupasse & possessionem habuisse,tunc adhuc vixit illudq; beneficium tenuit & possedit.Fuit dubitatum vtrum obstaret agẽti prædicta exceptio? Et fuit per omnes domines,me solo excepto,concluſum & determinatum ꝙ sic. & ꝙ hæc esset bona materia & admissibilis ad probandum.Mouebantur per no.in c.cùm ad sedem.de rest.spo.super.ver. pars vtraq;.Nam agens possessorio debet probare duo, se possedisse,& spoliatum esse: vt in decre. consultationibus.de off.deleg.Si igitur reus velit & poterit probare ipsum nunquam,sed alium tempore spoliationis prętensæ possedisse,audietur: quia reus potest se super eodem possessorio defendere multis modis:vt in dict. c. cùm ad sedem.& sunt tex in c.cum ecclesia.& c.cùm super. de caus.poss.& proprie.Præterea duo eandem rem in solidum impossibile est possidere: vt in cap. inter dilectos. de fide instru.ergo materia oprima & iure fulcita. Prętera in beneficialibus requiritur titulus saltem coloratus etiam in possessorio:prout le.& not.per Inn. de rest. spo.c.in literis.& c.ex parte.de cau.pos.& proprie.& c. vno.in cle.At in casu nostro titulus allegatus siue productus à iure est reprobus, siue infectus à iure: quia in beneficium viuentis se intrusit:vt in c.j.& ij. de concess. præben.ergo nullatenus audiendus.ar.not.per Inn.in c. constitutus.de fil.presby.quod de plano confiterer, si de hoc notorio constaret per confessionem vel per acta: vt in c.significasti.de diuor,& sic loquitur Inn.At vbi velit quis improbare titulum allegatum excipiendo & exceptionem probando:crederẽ ipsum nullatenùs audiendũ:
2 quia † agenti interdicto non obstat crimen intrusionis, vel nõ canonicę institutionis exceptio:vt in c.in literis. & in c.item cùm quis.de restit.spo.Prętera licet prędicta cõclusio posset sustineri in viuente,& alio suũ beneficium ingrediente,& hoc excipiẽte:tamẽ hoc in alio spoliante nõ crederem illud procedere.ar.à cõtrario c. frequens.de rest.spo.li.vj.Cõcludendo igitur dicebãt prędictum spoliatũ,de cuius possessione & spoliatione cõstabat ante omnia restituendũ:& postea de titulo siue vitio so ingressũ agendũ.& disputando quia prędo,&c.de resti.spo.c.in literis.sed tamen non fui auditus: * quia materia prędicta fuit admissa ad probãdum in curia & extra.& malè secundùm me.

* *Quia materia prædicta, &c. Vetusti codices sic habent. Imò inuenta prædicta fuit excipiens ad probãdum admissum in curia & extra.*

De Dolo & contumacia.

SVMMARIVM.

Citatio facta ad domum ad audiendum sententiam tenet,si aliàs personaliter fuerit apprehẽsus, vel in iudicio semel comparuit.

EPITOME.

1 *Citatio facta ad domum ad audiendum sententiam an & quo casu valeat.*

Decisio 1. aliàs 48.

Vide infra eo. 1 ti. in con.

ALET citatio † ad domum ad diffinitiuam sententiã audiendam si semel in causa maximè ab initio fuerit personaliter apprehẽsus, vel semel cõparuit in iudicio, & de iudicio sisti cautionẽ prẽstitit: vt not. Inn. in c. fi. de eo qui mit. in pos. & alle. pro casu c. causam quæ. de do. & contu. Sed loquitur in actore absente, cuius contumacia est maior quàm rei. vt ibi not. glo. Vtrum autem valeat huiusmodi citatio ad domum ad testes recipiendum. Io. And. in cle. j. de iudic. libr. vj. super verbo, personaliter. remittit ad merc. in regula, præsumitur. de regul. iur. in vj. & vide de hoc per Bartol. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infect. & per Petrum de Perusio in c. ij. de testi.

ADDITIO.

Circa hunc articulum dic latius cp duo sunt casus. Primus in eo qui semel fuit in iudicio: quo casu sufficit citatio ad domum quantum ad reliquum processum: vnde si liquebit de causa, poterit ad diffinitiuam sentẽtiam peruenire, vel ad alia iuris remedia contra contumaces prodita: vt in c. causam quæ. & c. prout. de dolo. & contu. Secundus casus est in eo qui in iudicio nunquam fuit: & tunc aut ipse in certo loco tenebatur morari, vt clericus in ecclesia, vxor cum marito: & tunc similiter citatio facta ad domum sufficit, vt posìt per eam in causa procedi: quia ibi, si non reperitur, presumitur latitare. Quod potest esse verũ si de illa ecclesia vel illo matrimonio agatur: secus si de causa prorsus extranea. nam illa obligatio ad trahendum morã in certo loco ad alias causas non eiusdem naturę nõ debet extendi: sicut est culpa cõmissa ad certum actũ quæ non reputat quem suspectũ quò ad alium actum: vt ff. de susp. tu. l. iij. §. quæri. & hac ratiõe dicit Inn. in d. c. fi. cp si quis tenetur certo termino soluere & certo loco, si ibi nõ reperitur, videtur posse procedi tanquam cõtra latitantem. Contrarium tenet ipse: quia non est ita astrictus ad morãdum ibi, sicut est clericus & vxor, de quibus suprà dixi. sed eo casu quò ad talem moram nõ tenetur, an tunc quò ad efficaciã processus & cõtumaciæ sufficiat citatio ad domũ? intentio Inno. super hoc esse videtur quod sufficiat quò ad primũ decretum etiam cõtra pupillum & rei publicæ causa absentẽ: quãtum verò ad diffinitiuã in casibus in quibus potest ferri lite non contest. vel quantũ ad venditionem bonorũ faciendam, tenet ipse cp non sufficit citatio ad domũ, ex quo malitiosè se non absentauit. secus si malitiosè, puta, quia post citationẽ se absentauit, vel constat de malitia per alias coniecturas, de quibus in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. quibus ex qui. causis in poss. Dyn. tamen dixit quod ab initio sufficit citatio ad domũ, si personę copia haberi non potest. & dicit Bar. cp hanc tenet Inn. in prealleg. c. fi. sed vt suprà dixi, tenet etiã quò ad primum decretum, non quò ad ea quæ sunt magni prẽiudicij, vt sententia & venditio, nisi latitaret. de hoc tractatur per Bar. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infect. & ibi tractatur plenè de qua domo debet intelligi, & quid si domum nõ habet, vel habet duas in quibus equaliter habitat, quid iuris sit plenè prosequere vt ibi per eum. & quid si facta est citatio ad stationem seu apothecã. vide Bar. in l. cùm quidam. ff. de fundo instru.

Infra de ap. x.

ALIA ADDITIO.

Pone quod iudex commisit nuntio quòd citaret Titium personaliter, si eum reperiret, aliàs quòd citet eum ad domum suæ habitationis: apparet relatio nuntij in actis, quòd citauit, & omnia bene fecit quæ habuit in mãdatis. citatus in termino non cõparuit. Dubitatur vtrum censeri debeat verus contumax vel fictus: cùm ex relatione nuntij non appareat an personaliter citauerit vel ad domum, dicit Bal. in l. properandum. §. & siquidem. C. de iudi. cp præsumitur eum citasse potius domi, quàm personaliter: quia citatus personaliter non comparendo esset in vero dolo: sed citatus ad domum est in culpa: vnde debet presumi potius culpa quàm dolus: quia debemus presumere in benigniorem partem: vt l. interpretatione. ff. de pœn. & l. meritò. ff. pro socio.

SVMMARIVM.

Citatus ad domum cum sit fictè contumax, infra x. dies: à die notitiæ sententiæ appellare poterit.

EPITOME.

1 *Citatus ad audiendum sententiam & contumax an & quãdo ad appellandum admittatur.*

2 *Dies ad appellandum dati à principio sunt vtiles: in progressu verò continui.*

3 *Contumaces alij veri, alij ficti. Item veri quidam apparenter & existenter: quidam apparenter & non existenter. Ficti verò quidam apparenter & existenter: quidam apparenter & non existenter.*

4 *Citatus auditurus sententiam, qui impeditus iudicio non fuit, an & ad quæ restituatur.*

5 *Appellans à declaratione iudicis, qui illum excommunicationis sententiam incidisse pronuntiauit, quod appellatione pendente vitandus sit.*

Decisio 2. aliàs 49.

Infra dec. 11.

SI feratur † sentẽtia diffinitiua contra sic citatum ad domum cùm reputetur fictè & non verè contumax, ipse potest à tempore scientiæ infra decendium appellare: quia non currunt illi decem dies à tempore prolationis sententiæ: sed à tempore notitię: sicut dicitur & legitur de apellatione extraiudiciali in c. cõcertationi. de appel. lib. vj. & ibi dicit Io. Andr. quòd † dicti decem dies tunc sunt vtiles ab initio, sed continui in progressu. de quo de concess. præben. c. quia diuersitatẽ. pro quo tamen videas Archi. in c. statuimus. de elect. super versicu. infra mensem. qui tenuit quòd citatus per c. statuimus. si fuerit contumax non poterit appellare. Ioã. And. post Compost. in Cle. causam. in gloss. penul. distinguit inter verum & fictum contumacem: vt primus non audiatur appellans, secundus sic, remittens ad no. per eum in Cle. si ante. de dolo & contum. & cùm eo concordat Lap. & vide Spec. tit. de appel. §. j. ver. illud autem notandum.

ADDITIO.

Et tu vide de hac materia per Cyn. in l. properãdum. in ix. q. C. de iudi. & per Bart. clarius qui ita distinguit. Nam † quidam est verus contumax apparenter & existenter: quidam apparenter & non existenter. quidã est fictus contumax apparenter & existẽter: quidam est fictus contumax apparenter & non existenter. ita cp sunt duo casus in vero, & duo in ficto. Redeo ad primũ membrum scilicet, quando quis est verus cõtumax apparenter & existẽter vt est ille qui dicit nolo venire, vel inuẽtus dixit, veniã. & non venit absq; aliqua causa. Iste verò contemnit iudicem, ideo est verus contumax nec appellat: vt l. ex cõsensu. ff. de appel. & l. & post edictum. in fi. ff. de iudic. Secundum membrũ est quando quis est verus contumax apparenter, sed non existẽter. & quis sit ille, dic quòd qui inuentus dixit, se velle venire: sed dolo aduersarij vel alio casu impeditus fuit absq; sua culpa. ff. de restit. in integ. l. diuus. & iste si vult appellare non auditur à iudice à quo, nec admittitur eius appellatio: quia est verus contumax apparenter, tamen coram iudice ad quem appellatum est, si probabit tale impedimentũ, iudex procedet super sua appellatione, sicut si esset admissa: vt l. sciendum. ff. de appellatio. l. recipi. & l. à proconsulibus. C. de appella. interim verò dum de hoc discutitur, an verò impeditus fuerit vel non, iudex à quo suam sententiam exequetur: vt sentit gl. in d. Clemen. si ante. in istis verò casibus & similibus, quibus perdit beneficiũ appellandi, dicas verum esse, nisi talis contumax veniat iudice pro tribunali sedente: vt est casus in d. l. diuus. Tertium membrum est quando quis est fictus cõtumax apparenter & existenter, vt citatus ad domum ad quem citatio nõ peruenit: & iste sine dubio auditur appellans: vt l. ab eo. C. quomodo & quando iud. Quartum membrum est quando quis est fictus cõtumax apparenter & non existenter, vt ille qui non fuit inuentus, tamen citatio peruenit ad eius notitiam. & istius appellatio recipitur à iudice à quo: quia sibi non liquet vt iudici, eum verum contumacem: tamen pars coram iudice ad quem poterit excipere de ista superuenienti notitia. qua probata iudex ad quem pronuntiabit appellationem non detulisse causam ad eum. quantum ergo ad iudicem à

quo vt

quo vt eius appellationem recipiat censetur fictus contumax: sed corã iudice, ad quem, si de notitia facta fuerit fides, censebitur in effectu verus. & sic saluari potest gl. in d. cle. quę videtur sibi obloqui in ver. & licet tertia. Aduerte in eo quod Bar. verum contumacem apparenter & non existenter admittit, vt suprà in secundo membro dictum est, ad prosecutionem appellationis, si probat coram iudice appellationis impedimentum. dubito an bene dicat, & contra eum facit c. cùm Bertoldus. de re iudi. & c. ex literis. de rest. in integ. vbi sentẽtia petitur retractari propter impedimentum citati non comparentis beneficio restitutionis coram eodem iudice, nó beneficio appellationis coram alio. Item doctrina glossarum
4 est, ꝙ † citatus qui non comparuit propter iustum impedimẽtum quãdoque restituitur ad appellãdum tantùm quandoq; ad totam causam: vt not. in l. penul. & fi. ff. de resti. in int. Sed opinio Bar. & glo. d. cle. admittit ipsum ad prosecutionem appellationis sine aliqua restitutione. quod videtur contra prædicta iura, per quæ teneo cõtra Bar. & illam glo. & dico quod ille, quem citatio apprehendit impeditus admittitur ad appellandum restitutionis beneficio: & ꝙ interim executio sententiæ retardatur, nisi contra sic petentem malitia præsumatur. ixta formã c. suscitata. de resti. in integ. coniuncta l. j. C. de in integ. resti. pe. nec est ista restitutio petenda coram iudice appellationis, ad quẽ per talem appellationem nõ est causa deuoluta: sed corã iudice à quo: vt no. Cy. & Bar. in simili in l. præsens. C. de appell. & hęc omnia scribit. d. Pe. de Ancha. in d. cle. si ante. prosequere vt ibi.

ALIA ADDITIO.

5 Quid † si appelletur à declaratione iudicis, qui pronunciat & declarat aliquem excõmunicatiõis sententiã incidisse, an appellatiõe pendẽte debeat in iudicialibus & extraiudicialibus euitari: vide per Lapõ, in cle. vna de se. pos. & fr. vbi tenet, ꝙ sic. alle. c. soler. in fi. de sen. exc. li. vj. de appel. peruenit, & facit qđ no. Io. An. in c. pastoralis. super ver. denũciare põr. eo. ti. & in ista declaratiõe requiratur partis citatio, die quod sic: vt no. gl. ante pen. in fi. in cle. j. de pœn.

SVMMARIVM.

Actore non veniente ad causam reus absoluitur ab instantia iudicij, si hoc petat: & actor sibi condemnabitur in expẽsis. quia adhuc iurisdictio sua durat. & iudex qui taliter contra ius absoluit, facit litem suam.

EPITOME.

1 *Reus actore non comparente ab instantia iudicij cum expensis absoluendus est, si hoc petat.*

2 *Iudex absoluens ab instantia iudicij contra ius quòd litem suam non faciat: licet actio & ius non perimatur.*

Decisio 3. aliàs 69.

1 ACtore † nonveniente reus potest & debet absolui ab instantia iudicij, si hoc petat: & actor in expen. condemnari, præmissis tamen tribus citationibus per audientiam contradictarum, & quarta ex superabundanti: prout le. & not. in c. consuluit. de off. dele. per Inno. & per eundem in c. ad petitionem. de accu. & talis sententia dicitur interlocutoria & non diffinitiua, secundùm Fran. ibidem. & sic nõ est necessaria litis contestatio: imò ante litem contestatam peti & fieri debet, secundùm. vbi suprà per authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & itj. q. iij. quod fieri. Et licet fiat huiusmodi absolutio ab instantia iudicij etiam per delegatum tamen non per hoc expirat sua iurisdictio quo minus, si infra annum actor postea veniat, in vim primæ cõmissionis possit procedere iudex in causa citato & vocato reo de nouo: vt no. ibidem Inno. cum quo cõcordat Archi. in c. venerabilis. de iudi. vbi ponit rationem dicens, ꝙ licet pereat instantia: tamen literæ siue iurisdictio iudicis non perijt: quia iurisdictio & rescripta perpetua sunt. C. de rescrip. l. falso. cum si. cõcordant etiam in hoc pe. & ab. de iudi. c. examinata. & Spe. tit. de of. iudi. §. deseruire. & Pau. in cle. vt calumnijs. de re iudi.

ADDITIO.

2 Et not. quod quando iudex † absoluit ab instantia iudicij contra ius, licet per hoc actio & ius non perimatur, tamen facit litem suam. casus est in l. penult. C. de pact. quod Bartol. habet ibi pro notabilissimo ideo tene menti perpetuò.

SVMMARIVM.

Elapsis temporibus e. statuimus. de elect. libr. vj. pars præsens potest procedere etiam tribus alijs citationibus omissis: quia dictæ citationes non sunt de substantia, sed ad bene esse.

Decisio 4. aliàs 69.

SI post lapsum xx. dierum datorum ad expectandum absentem per c. statuimus. de elect. libr. vj. pars præsens in causa vlterius procedat, & libellum offerat tribus illis citationibus per audientiam consuetis fieri omissis: nihilominus valet & tenet processus: quia prædictæ citationes non sunt de esse, sed de bene esse, & fiunt potius vt labantur xx. dies prædicti quam propter aliquod aliud: vt not. Archid. in prædict. capitu. statuimus. nam seruata forma capit. statuimus. iuncta clemen. causam electionis. eod. titu. causa est in curia, & pars aduersa citata: quæ tamen est expectanda per xx. dies ad hoc vt vlterius possit procedi in causa: quia pro contumace habetur. de appella. capitu. sæpe. Si igitur computatis omnibus temporibus prædict. capit. statuimus. ipsa tempora sunt lapsa: satis est quòd procedatur vlterius in causa: quia pro contumace habetur. de appella. capi. sæpe. & capitu. cordi. libr. vj. & hoc propter celerem expeditionem causarum beneficialium, in quibus vacatio diutina valde periculosa existit. de elect. quam sit. libr. vj. de qua materia vide Compo. & Archidia. in dict. capitu. statuimus. & Specu. titu. de appella. §. nunc breuiter. versi. sed nunquid. & seq.

SVMMARIVM.

Expensæ attentatorum taxari possunt ante sententiam in principali ferendam.

Decisio 5. aliàs 99.

SI fiat condemnatio expensarum in causa attentatorum: potest fieri taxatio earundem ante sententiæ prolationem in principali, & pro sententia super attentatis lata tantum taxabitur quantum pro sententia in principali lata: quia vim diffinitiuę habet: vt in constitutionibus Io. xxij. pro registro quantum continet: pro aduocato & procuratore ad arbitrium iudicis, prout viderit eos plus vel minus laborasse. Alia est etiam ratio. quia sententia talis est ante omnia etiam antequam de principali cognoscatur, executioni demandanda. de appella. bonæ. & capitu. cùm teneamur. de maio. & obe. ca. dilecti. & ibi per Innocen. & sic per consequens de expensis satisfaciendum.

SVMMARIVM.

Processus habitus per audientiam contradictarũ contra debitè citatum in partibus tenet etiam si post conclusionem actor produceret procuratorium ad causã deuolutas duntaxat sub data incontinenti post citationem.

Decisio 6. aliàs 169.

SI vigore * citationis decretæ ad partes & legitimè executæ in causa procedatur per audientiam in contumaciam sic citati vsque ad conclusionem vel prope, si tunc producatur procuratorium, licet limitatum sit ad causas deuolutas duntaxat, de data post executionẽ factam citationis antedictæ & tempore inchoati processus valebit & tenebit quicquid factum est. Nam imputet sibi qui procuratoriũ satis tempestiuè nó misit: vel si misit procuratorium, producere omisit: quæ omissio siue negligẽtia sæpe nocet: prout le. & no. vt li. non contest. c. j. Non ob. prædicta limitatio, quæ verificatur per commissionem de speciali mandato factam, quæ deuoluit quam sciuit: ex quo vigore illius citatus fuit, & postea procuratorem modo præmisso constituit. quod sufficit vt in fine. cle. causam electionis. de elect.

* Supra de in di. dec. 5.

SVMMARIVM.

Licet probabilis causa litigandi excusetur ab expensis: non tamen à fructibus qui sunt beneficij.

Decisio 7. aliàs 182.

PRobabilis causa litigandi licet excusetur à condemnatione expensarum: prout le. & no. in c. finem. de do. & contuma. tamen nõ à condemnatione fructuum, qui sunt officij seu beneficij. de off. ordi. c. præsenti. li. vj.

& debentur beneficiato, vt ibi. Et licet quis posset dici bonæ fidei possessor in casu ante litem contestatam: tamen post lit. contest. dicitur malam fidem habere, si succumbat: & ideo tenetur ad restitutionem fructuum: & sic debet eos custodire & non consumere: prout le. & no. in c. in literis. de restitu. spolia. per Innocen. & Hosti. & per Bernard. eod. titu. c. grauis.

SVMMARIVM.

Citatio originalis per edictum debet legi in audientia publica & affigi valuis palatij causarũ, & ecclesiæ maioris vbi curia degit, ac portis ecclesiarum illorum locorum in ea designatorũ, & in eisdem locis per aliquas horas affixa dimitti. & ideo copia eius affixa eisdem locis non sufficit: nisi appenderet eam cum sigillo illius curię à qua originale citationis emanauit.

EPITOME.

1 *Citatio per edictum in partibus debet vndum legi, sed affigi, & affixa dimitti.*

Decisio 8. *aliàs* 224.

* *Vide cass. de prima eo. tit.*

SI † committatur causa cum potestate citandi per edictum * affigendi in curia & extra, vt in forma, licet huiusmodi citatio postea per auditorem decreta legatur in audientia contradictarum & affigatur valuis palatij & ecclesiæ maioris vbi est curia, & etiam licet legatur & publicetur in locis vicinis in partibus in quibus mandatur fieri executio, nõ sufficit nisi affigatur valuis illorum locorum, & dimittatur ibi affixa per aliquas horas ibidem. Nec sufficit affixio copiæ instrumenti suę literę citationis, nisi affigatur litera originalis, cui pars teneatur credere, & non copiæ. quæ si non faciunt fidem in iudicio, multò fortius nec extra. de fide instru. c. j. & ij. eum ibi not. de offi. dele. c. cùm in iure. Præterea nõ sufficit lectio seu publicatio huiusmodi citationis sine affixione, propter formam quę habet ꝙ affigatur: vt in cle. dudum. de iudi. quæ licet loquatur de affixiõe fienda in vno loco, puta in albo prætoris in cuius locum succedit hodie palatium apostolicum. tamen quia princeps, puta papa, vult & mandat eam fieri in pluribus locis: forma huiusmodi mandati diligenter est seruanda: quia exorbitans à iure communi. tum etiam quia arctat ignorantem. ar. eorum quæ le. & not. in c. cùm dilecta. de reseri. & de resti. spo. pisanis. de præben. c. cui de non. lib. vj. ff. man. l. diligenter. in his tamen executionibus cautũ esse exequentem oportet, vt post citationem appensam & euulsam sigillatam illius loco relinquat copiam, & tunc citatus nullam excusationem habere poterit.

ADDITIO.

Et no. secundùm Pau. de Liaza. & Guil. de mon. laud. ꝙ speciale est in papa, vt in casu d. cle. dudum. ꝙ talis citatio, lectio & affixio valeat: aliàs regulariter non valeret, nisi citatione prius legitimè facta ab homine vel a iure: quo casu si citatus ad curiam die assignata nõ compareat, fit citatio in audientia publica, vel prœconizatio, vel in albo prætoris conscriptio: & tales citationes sunt potius declarationes primarum citationum quàm propriæ sunt citationes: si autem non præcederet citatio iuris vel hominis, vt habetur in c. j. c. vt circa. c. cupiẽtes. de elect. lib. vj. & in c. sæpe. de appel. c. tunc lectio, publicatio & affixio prout hic dicitur, non sufficeret: maximè quando tangeret specialiter certã personam, si ea certa persona inueniri potest inquisitione facta: vt in c. fin. de elect. lib. vj. & ff. de appel. l. cùm quidam. & in Specu. de do. & contu. § restat. in prin. Et de quatuor modis citandi vide plenè per Bar. in extrauagan. ad reprimendum.

SVMMARIVM

Licet tres simplices termini habeãtur loco peremptorij: tamen si quis ad aliquem actũ quinquies citetur: poterit in vltimo quod incumbit.

EPITOME.

1 *Citatus in diuersis terminis successiuè sine comminatione potest in vltimo facere quod incumbit.*

Decisio 9. *aliàs* 241.

1 SI † tres quatuor vel quinque termini successiuè sine comminatione ad vnũ actum explendum per auditorem assignentur, puta ad videndũ quem absolui ad cautelam, citatus in vltimo termino potest dicere & opponere illi id quod in primo. Nã licet prædicti tres termini primi habẽtur loco termini perẽptorij, & si id nõ exprimatur in eis: vt C. quomodo & quãdo iudex. l. tres. xxiiij. q. iij. de illicita. & no. in c. ad petitionẽ. de accu. ꝙ Inno. & alij termini postea ad idẽ assignati sunt de gratia. ff. de iud. post edictũ. C. eo. ti. autẽ. iubemus. de dol. & contu. c. prout. de of. deleg. consuluit. & huiusmodi gratia non debet esse frustratoria, nec iterum citanti damnosa. de reg. iur. quod ob causam. li. vj. imò in hoc termino gratioso poterit venire, & contumaciam suã expurgare. de procu. querelã. de dolo & cõtu. causam quę. &c. cùm dilecti. de offi. dele. consuluit, præsertim quia in omnibus primis terminis circũductum est & erat edictũ quò ad actum in eis fiẽdum, qui in alio termino quò ad hoc licet ex superabũdanti & de gratia assignato potuit fieri & expleri. C. quomodo & quando iudex. authẽ. qui semel. & legitur & not. in d. c. consuluit. & faciunt. nor. de confes. c. ij. per Arch. & de dolo & contu. actor. li. vj.

SVMMARIVM.

Sententia quæ ex eisdem actis reuocatur, nõ excusat à condemnatione expensarum: secus si ex nouis. & vide quod not. Bar. in l. fin. ff. de re iudica.

Decisio 10. *aliàs* 251.

LIcet sententia pro aliquo in prima instãtia lata in secunda instãtia reuocetur ex nouis actis, excoset quem à condẽnatione expẽsarum factarum in secunda instantia: prout le. & no. per In. & Host. in c. finẽ. de dolo & contu. tamen id non procedit, quãdo ex eisdẽ & primis actis sentẽtia reuocatur: quia tunc apparet de iniustitia ipsius sentẽtiæ manifesta, quę sententia nõ excusat à condẽnatione expensarum secundum Inn. ibidẽ, & Io. mo. quem vide de hac materia in c. cordi. de app. super verbo, in expen. libr. vj. licet fortiter videatur obstare c. ex insinuatione. de procu. vbi sententia quæ fuit nulliter lata & reuocata, excusauit eũ, pro quo lata erat in possessorio à fructibus, qui percipi potuerunt. Sed põt respõderi, ꝙ in hoc pepercit sibi papa de gratia: vel quia non constabat de violentia: vel aliter, licet fuerit ille excusatus à fructibus qui percipi potuerunt: tamen non à fructibus perceptis. Spec. etam videtur innuere, ꝙ quæcunque sententia excusat appellatum ab expẽsis. titu. de expe. § nunc videndum. versi. sed quid de appell. De qua materia vide per Io. And. in nouel. & in lectura de reg. iur. ignorantia. li. vj. qui concordat cum Innoc. & ponit rationem diuersitatis quare in primo casu excusatur appellatus à condẽnatione expensarum propter sentẽtiam pro se latam, & nõ in secundo casu. Nam in primo casu excusatur propter probabilem ignorantiã siue errorem facti. In secundo non, propter ignorantiã iuris, quæ neminem excusat. j. q. iiij. § notãdum. & ibi in summa, de ignorantia iuris naturalis & ciuilis. Primã rationẽ siue conclusionẽ Io. An. & aliorũ intellige de ignorãtia facti alieni: secus si proprij. in quo intolerabilis est error. de reseri. c. ab excõicato. qui. C. de iu. & fac. ign. l. error facti.

SVMMARIVM.

Procedi potest in causa cum procuratore constituto post executionem citationis, quamuis indebitè factam.

EPITOME.

1 *Personaliter citato etiam ex quacunque causa procuratorem mittere non sufficit.*

Decisio 11. *aliàs* 271.

SI de speciali mãdato papæ aliqui personaliter & legitimè citari mandentur: licet huiusmodi citatio nõ fuerit debitè executa: si tamen omnes prædicti post huiusmodi citationem decretam, & in partibus aliquibus, sed non omnibus locis iuxta formã mandati lectã, procuratores ad causam huiusmodi prosequendã in curia constituant, præsumitur se sciuisse citatum, & huiusmodi citationis habuisse & habere indubitatam notitiã: intantum quod cõtra personaliter citatos ad excommunicationem, cõtra alios ad vlteriora in causa potest procedi. facit de dolo & contu. c. dilecti. ar. eorum quę le. & no. in Cl. causam. de elect. in fi. Attamẽ quia hæc sequẽs oratio in aliquibus deci. ponitur post finẽ immediatè se-
1 quentis decisionis ibi, quãdocunq; † enim & ex quacũq; causa quis personaliter citatur nõ sufficit mittere procuratorem.

curatorem.de maio.& obe.c.fi.de do & contu.c.cùm dilecti.de dilat.c.exposuit.& ibi per Ber.Contra quã quidem conclusionem,videlicet quò ad excommunicationem ferendam contra sic non legitimè citatos personaliter allegabam duas notas Innocen. quæ videntur fortiter obstare.Vna est in c.fi.de eo qui mit.in posses.secunda est in c.ad petitionem.de accu. videlicet, quòd nunquam est aliquis excommunicandus,nisi fuerit persona liter monitus,vel apprehensus,vel nisi se in fraudem absentaret,vel impediret quòd non posset ad eum citatio aut monitio huiusmodi pervenire:vt lit.nõ contest.quoniam & de huiusmodi fraude & impedimento debet cõstare antequam excommunicetur:nam qui fraudem allegat eam probare tenetur. ff. de dolo ma.l. dolum. Ad quæ respondebatur,quòd notitia citationis ipsum constituit verum contumacem,per regulam,Qui certus,&c. & ideo tanquam contra contumacem posit ad excommunicationem procedi.xj.quęstio.iij.certum.vt lit.non contest.c.tuæ.

SVMMARIVM.

Inimicitiæ capitales non guerræ generales patriæ à personali comparitione excusant:dum tamen tutus saluus conductus haberi possit.

EPITOME.

1 *Inimicitiæ capitales à personali comparitione excusant : bella verò generalia non.*

Decisio 12. aliàs 315.

1 LIcet † guerræ & inimicitiæ capitales & personales quem fortè à personali cõparitione excusarent: vt in c.accedens.vt lit.non contest.& in c. pastoralis.de re iud.in clemen.tamen generales guerræ patriæ non excusant:præsertim si detur & probetur, quòd tales personaliter citati cum literis salui conductus principis illius patriæ, vel inimicorum guerram facientium possent venire,& illas obtinere,sicut aliàs obtinuerunt: & cum illis ad curiam illorum vel aliorum principum transiuerũt:prout ponebatur & allegabatur in facto. ar. pro hoc eorum quæ le.& no.in c.cùm dilecti.de dolo & contu. & c.veniens.de accu.super ver.viarum discrimina.per Inno.qui reputat illas excusationes nimis vagas & generales.

SVMMARIVM.

Noua prouisio per actorem cõtra reum possessorem post litem introductam impetratam debet per auditorem absenti possessori intimari.hoc dicit. Vel sic. Lite super beneficio pendente,si actor impetret nouum ius,puta nouam prouisionem vel gratiam,si neutri, id per auditorem reo absenti intimari debet.

EPITOME.

1 *Actor lite pendente super beneficio si nouum ius obtineat, an & quãdo reo & possessori prouisio illa noua intimãda sit.*

Decisio 13. aliàs 320.

1 LIcet † in causa beneficiali introducta in curia per appellationẽ vel aliàs legitimè posit procedi per audientiam & pronuntiari contra absentem, præsertim possessorem, & pro actore vigore iuris sibi ante huiusmodi litem, vel saltem tempore commissionis obtentæ competentis:tamen si actor idem post litem contestatã & introductam:puta in medio causæ, impetrat nouam gratiam sine nouum ius,puta,quod si neutri ius competat in beneficio de quo litigatur,ꝙ ei prouideatur. Voluerunt & dixerunt maior pars dominorum ꝙ huiusmodi gratia noua prædicto possessori intimetur antequam sententia contra eum proferatur.Tum quia si dicta gratia impetrata non esset, absens sententiam pro se reportasset,per regulã,actore nõ probãte,&c. Et qa fortè & sine fortè tpe introductionis huiusmodi causæ bene sciuit aduersario suo nullum ius competere : idcirco non curauit venire vel mittere. Sed quia ex nouo iure per eum impetrato ipsum vult vincere,quòd verisimiliter potuit ignorare:idcirco meritò est vocãdus ad dicendum fortè cõtra prędictam gratiam,quam fortè de surreptione vult & potest impugnare:vnde intimatio est sibi facienda vt veniat.vel mittat si velit.Ea enim quæ de nouo emergunt,nouo auxilio indigent.ff.de inter. acti. l.de ætate.§.ex causa.de iura.calum.ca.cæterum.de exceptc.pastoralis.& ibi in quarta glo.facit ca.vt circa.& c.statuimus.de elect.libr.vj.Mihi verò & aliquibus aliis dominis videbatur intimationem huiusmodi non debere fieri de iuris rigore:licet de benignitate canonica vti lius foret & cõcedi posset.Ratio dominorum meorum & mea fuit.Nam ex quo citatus fuit legitimè possessor, debebat venire vel mittere sufficienter ad omnia quæ possunt incurrere vel impetrari in causa cõtra eum,quę nedum est super negotio principali cõmissa, sed etiam super omnibus incidentibus dependentibus & connexis: & ideo si dicamus prædictã gratiam nouiter impetratam negotium incidens,emergẽs vel connexũ,ad omnia illa fuit legitimè citatus per actorem vel ab homine vel à iure vsque ad sententiam inclusiuè.Si igitur non venit nec misit imputetur sibi, & tenebit quicquid fit in eius absentia quã replet diuina Dei præsentia.de do. & contu.c.veritatis.de Arb.c.ij.lib.vj.faciunt iura vulgaria vt lit.non contest.c.quoniam frequenter.de eo qui mit. in pos.c.fi.de appel.c.sæpe.& de elect.c.j.& c.cupiẽtes.lib. vj.Pro quo etiam facit conclusio.xvij.infrà de appel.

ADDITIO.

Dicendum quòd conclusio siue primum dictum dominorum posset procedere in illo qui non venit,nec pro curatorem misit confisus de sentẽtia absolutoria:sed hęc opinio mea & aliquorum dominorum posset procedere in illo qui procuratorẽ misit, cui credo sufficere huiusmodi intimationem fieri, cùm ipse debeat sufficienter esse instructus de omnibus causam ipsam tangentibus. de iur.calum.c.in pertractandis.crederem tamen sibi in ducias dandas ad consulendum dominum, si eas peteret. de procur.c.dilectus.

SVMMARIVM.

Si nec actor nec reus compareat in termino citatiõis factæ ad rotam causam:potest nihilominus veniens post terminum procedere per audientiam contra absentem eius contumacia non obstante,sine noua citatione.

EPITOME.

1 *Reo citato non veniente in termino,nec actore: si postmodum actor compareat,quòd proceda possit contra reum sine noua citatione.*

2 *Reo comparente & nou actore quæ remedia competant.*

3 *Reus citatus ad quæ teneatur.*

Decisio 14. aliàs 345.

1 LIcet † impetrans commissionem cum potestate citandi in partibus,& decreta citatiõe ac debitè, executa non cõpareat ipse nec aduersarius suus in termino ad quem fecit aduersarium suum citari: nihilominus si post eundem terminũ compareat,& procedi petat in causa procedi poterit etiã sine noua citatione per audientiam.Ratio:† quia reo citato cõparente ad certum actum in certo termino expediendum actore nõ veniente cõperunt duo remedia : videlicet circunductio edicti peremptorij,vel absolutio ab instãtia iudicij:prout dedu citur in c.cõsuluit.de offi.dele.& tertiũ remedium est c. actor.de do.& contu.lib.vj.Tamen neutro venien. licet circunducatur edictũ,quò ad illum actũ pro tunc in illo termino faciendum:nõ tamen circunducitur in totũ, si reus est ad totã causam vsq; ad diffinitiuã sententiam in cluſiuè citatus:tunc enim quandocunq; * reo vel actore veniente potest procedi in causa in contumaciã alterius vsq; ad diffinitiuã sententiam inclusiuè.arg.eorũ quę le. & no.in d.c.cõsuluit.per Inn.in c.auditis.de procur. per eundem.& plenè per Archi.de eo qui mit.in pos.c.vnic. & c.j.de do.& cõtu.li.vj.Reus enim † sic citatus ad duo tenetur:videlicet cõparere,& in certo termino cõparere & licet quò ad secũdum circunductũ fuerit edictũ: nihilominus adhuc remanet primum,in quo si fuerit contumax,procedetur contra eum tanquã contra contumacẽ nisi iudex de benignitate velit eũ expectare & de nouo citare:vt in d.c.consuluit.in fi.& in c.cùm dilecti.de do. & contu.

**Quãdocumque. Add. dec. infrà de ap. 21*

SVMMARIVM.

Vocatus ad iudicium eo tam delegati,comparere tenetur allegaturus defensionẽ suam,quãuis nõ fuit proprius sed cõmunis,aut litera vocationis non contineat iurisdictionem vocantis, dummodo narret tale quid, ꝙ si verum foret,comparere teneretur.

EPITOME.

1 *Processus executoris sententiæ factus in contumaciam valet. Executor rei iudicatæ debet de æquitate citare partem victam ad taxam fructuum & expensarum.*

2 *Executor sententiæ non tenetur citare partem ad executionem faciendam, nisi velit.*

3 *Cursor papæ dicitur persona publica & fide digna.*

Decisio 15. aliàs 355.

1 SI executor † trium sententiarum diffinitiuarum in palatio apostolico latarum citet in curia per cursorem domini nostri papæ partem condemnatam in fructibus, ad videndum taxari fructus, & in contumaciam partis nõ comparentis eosdem fructus taxet. Fuit dubitatum vtrum valuerit huiusmodi taxatio propter duo. Primò, quia non per suum nuntium iuratum citauit, nec per literas suas. ergo non videbatur pars aduersa legitimè citata. per no. in c. prudentiam. de offic. delega. & in c. cùm parati. de appe. Secundò, quia non misit parti potestatem suam nec eam de hoc aliter certificauit, qp plenè instrui potuerit. ergo videbatur, quòd comparere non tenebatur. per c. cùm in iure. de offic. deleg. & per c. præterea. de dilat. Fuit decisum & determinatum contrarium: videlicet, quòd valuit huiusmodi taxatio: dummodo modum non excesserit in taxando facta in contumaciam illius citati, qui in dubio ex quo se executorem dictarum sententiarum narrauit, debebat comparuisse. & fidem sibi fieri de sua potestate petiuisse, quàm si tunc non fecisset, fortè taxatio non valuisset. & sic loquitur c. cùm in iure. Et quia hoc non fecit, nec comparendo, nec aliquid allegando. ergo tenuit & valuit taxatio facta in suam contumaciam. ff. de iudi. si quis ex aliena. de

2 accu. c. veniens. com simil. Præterea executor † sententiæ videtur esse merus executor, qui non tenetur citare partem, nisi velit, ad executionem faciendam: vt in c. de cætero. de re iudi. & not. in c. pastoralis. de offic. delega. & si citet, hoc fit ex superabundanti & extraiudicialiter & pro informatione summarum habenda de fructibus, & de omnibus deducendis: vt in l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de iudi. in qua citatione non requiritur talis & tanta solennitas siue expressio, quæ habetur in cap. præterea. superius alleg. & in clem. ij. vt lite penden. Cùm igitur præfatus executor, vt executor, fecerit citari partem exprimendo etiam ad quid & super quo, videlicet ad videndum taxari fructus in quibus pars sciuit & scire debuit se condemnatam, maximè attento qp forma executorialium sententiarum in palatio apostolico latarum est notoria, & similis per omnia quasi in omnibus causis, satis pars fuit certificata quò ad hoc, vt saltè compareret ad allegandum & proponendum tam cõtra executorem quàm contra citationem, si aliqua voluisset. & quia id facere non curauit, tenuit processus habitus in eius contumaciã. de ap. c. per tuas. de do. & contu. c. prout & c. veritatis. nec iudex siue executor tenetur semper mittere, nec ostendere suam originalem potestatẽ parti nisi hoc petatur: licet bene teneretur inserere tenorem potestatis suæ in citatione siue in processibus suis. & hoc verum quando citat per literas: secus si per nuntium, vt hîc. & sic intelligatur c. cùm in iure peritus. de off. dele. prout nota. per Bernard. Nec vitiatur prædicta citatio pro eo quod non facta fuit per nuntium proprium, sed per cursorem papæ. quia secundùm omnes dominos tu-

3 tius erat citare per cursorem † papæ, qui est persona publica nota & authentica ac iurata quàm per aliquem alium nuntium priuatum etiam iuratum: imò maior fides adhibetur cursoribus papæ quàm alijs nuntijs. arg. no. in c. cùm parati. de appel. & de offic. delega. prudentiam. superius alleg.

SVMMARIVM.

Præsumptus siue fictus contumax à die sentẽtię infra decem dies auditur appellans: verus aũt contumax non.

EPITOME.

1 *Citatus per edictum an possit intra x. dies à sententia diffinitiua appellare.*

2 *Præsumptus siue fictus contumax à die scientiæ intra x. dies à die scientia appellans auditur: verus autem cõtumax non.*

3 *Appellationis remedium nemini est denegandum.*

Decisio 16. aliàs 364.

1 CVm iura clamitent † quòd * contumax regulariter non auditur appellans: vt ij. q. vij. §. sunt quorũ. xxiiij. de illicita. C. de iur. properandũ. C. quorum appellat. non reci. l. j. Fuit dubitatum vtrum citatus, per edictum iuxta formam Clemen. j. de iudic. & non comparens posset à sententia diffinitiua infra decem dies à tempore notitiæ computãdum, appellare. Et videbatur primò quòd non: quia talis citatio arctat perinde citatũ ac si personaliter apprehẽsus fuisset. Sed si personaliter quis iuuentus citatur & non comparet, verus cõtumax reputatur: & ideo ei appellare nõ licuit. ergo, &c. prout expressè deducit Specu. titu. de contuma. §. j. versicul. & not. quem alleg. Ioan. Andr. in Clem. j. de dolo & contu. vbi plenissimè de hac materia, & in Clemẽ. causam electionis. §. penulti. in vltima gloss. vbi remittit ad no. per Compo. in c. j. de electioni. Fuit breuiter dictum per omnes dominos & determinatum contrarium. nam licet

2 prædicta citatio † facta per edictum iuxta formã Cle. prædictæ perinde arctat, &c. & posset procedi parte absente quò ad diffinitiuam: tamen illa est quædam fictio iuris, quæ facit tales haberi pro personaliter citatis: & insurgit hæc fictio ex quadã iuris præsumptione: quod præsumit talem sic per edictum citatum habuisse notitiam, quòd citatio huiusmodi ad ipsum peruenisset, quę tamen potuit nõ peruenire: vt puta, quia fuit vltra mare, & sic impossibile foret ipsum sciuisse citatum: vel si sciuit, fortè legitimè impeditus in veniendo aut mittẽdo fuit, & sic non contempsit. de senten. excom. c. venerabilibus. & infrà. §. porrò archiepiscopus. versicul. Secus autem & versicu. & hoc ipsum. & §. sed si ex causa. li. vj. sicq; contra huiusmodi præsumptionem cùm non sit iuris & de iure bene admitteretur probatio in cõtrarium, secundùm Guil. & Genze. in dicta Clement. j. maximè si haberet probationes in continenti paratas. argu. qui. ma. accusa. pos. c. final. de restitu. spoliato. c. literas, ergo quemadmodum dicimus prædictam citationem super iuris præsumptione & fictione fundatam, potius igitur habemus dicere contumaciam ex ea insurgentẽ fictam quàm veram. Fictè igitur contumax auditur appellans de senten. excommu. c. venerabilibus. lib. vj. & no. in dictis iuribus, & per dictos doct. ergo, &c. Præterea grane esset imò iniquum tale & tantùm præiudiciũ fieri parti sic fictè citatæ, si ei auferetur defensio, quod est appella-

3 tionis † remedium, quod non esset denegandum diabolo, si esset in iudicio. de exceptio. c. cùm inter. de appel. c. cùm speciali. Satis enim est absentem ipsum in processu & diffinitionem causę punire: quemadmodum dicimus & seruamus in citato ad domum, & loco beneficij de quo agitur, & in ecclesia cathedrali: qui si non compareat in causa beneficiali auditur appellãs: vt probatur in dicta Clemen. causam electionis. per Ioã. And. multò fortius citatus per edictum in locis plus distantibus & remotis, & sic pro hac parte fuit declaratum, & determinatum taliter citatum posse appellare, nisi expressè posset constare de ipsius scientia & contẽptu, qui solus facit qp nõ auditur * appellans, secũdum Io. An. in d. Cl. si ante. Imò secundum obseruantiã rotę etiam si esset verè contumax audiretur appellãs à diffinitiua infrà x. dies computãdos à tẽpore prolationis sniæ, sed non scientiæ.

* Cõtumax. Adde Felyn. in c. quamuis. de rescript. & quæ ibi per nu. 19. vsq; ad non obst. & decis. sequ. eod. tit. n. 2.

Insta an de appel.

* Appellans. Adde dicta in calce tatum. 22. sum. cle.

SVMMARIVM.

Cõtra actorẽ commissionẽ & citationẽ impetrantẽ, ac nõ dimisso procuratore de curia recedentẽ ad initantiam rei seruatis terminis per audiẽtiam põt pro reo ab impetitione sententia diffinitiua ferri. Vel sic. Si actor obtinuit causam beneficialẽ in palatio apostolico cõmitti: reus etiã non citatus postea veniens, põt terminis seruatis ab ipsius actoris impetitione absolui.

EPITOME.

1 *Actore obtinẽte causam beneficialem in curia romana, si reus non citatus postea veniat, potest seruatis terminis ab ipsius actoris impetitione absolui.*

2 *Sententia diffinitiua non potest contra non citatum, non confessum, aut non conuictum promulgari.*

3 *Commissiones sunt communes actori & reo.*

4 *Actoris contumacia maior habetur, quàm rei.*

Decisio

Decisio 17. *aliàs* 402.

1 SI actor † præsens in curia impetrat commissionem in causa beneficiali contra reum possessorem absentem cum potestate citandi ipsum in partibus: & decreta citatione ad instantiam ipsius actoris recedat de curia,& vadat ad partes nullo procuratore dimisso, si post eius absentiam producatur procuratorium sufficiés pro reo ante executionem prædictæ citationis, & procedatur per audientiam ad instantiam rei cõtra actorem absentem vsque ad conclusionem inclusiuè,& petatur pro parte rea ferri sententia absolutoria ab impetitione actoris:dubitabatur vtrum talem vel qualem sententiam auditor posset & deberet ferre in casu supra posito.In quo dubio domini erant varij.Aliquibus enim vi debatur quòd ab instantia iudicij duntaxat cũ condemnatiõe expensarum auditor deberet reum absoluere,per authen.qui semel.C.quomodo & quando iudex.de offi. delega.c.consuluit.cum ibi not.de dolo & cõtu.c. actor.
2 lib.vj.Contra † enim non citatum non confessum non conuictum non potest diffinitiua sententia promulgari. ij.quæst.ij.nos in quenquam.de consti.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de mari.& obe.c.inter quatuor.de caus. posses. & proprie.e.j.At hîc actor nunquam fuit citatus.ergo.Præterea supposito quòd reum fecisset citari,adhuc ante lit. contesta.poterat pœnitere & desistere à lite:vt C.de appe.si quis libellos.canonizata.ij.q.vj.si quis libellos. vbi de hoc.& per Hostien.plenius de crimine fal.ca.fina. & per Archi.in dicto capitu.actor. multò fortius re integra ante quancunque citationis executionem desistere potuit.& hoc potius in casu prædicto debemus præsumere quàm contrarium:cùm non processerit ad actum citationis exequendæ.argu.de electio.capitu. in causis. & capitu.quamuis.eodem titu.libr.vj.cum ibi no. Alij domini & maior pars fuerunt in contraria opinione: videlicet quòd posset & deberet ferri diffinitiua sententia absolutoria ab impetitione pro reo præsente.mouebantur per c.causam quæ.de dolo & contuma. vbi in contu 1
maciam actoris procedebatur lit.non contest. ad diffinitiuam sententiam,etiam condemnatoriam. ergo multò 2
fortius ad absolutoriam.pro quo etiam allegabant l.properandum.C.de iudi.& no.per Ber.in c.prout.de dol.& contu.Sed si c.causam quæ.bene & rectè inspiciatur, lo 1
quitur in actore legitimè citato per reũ cõtumaciter se absentante : loquitur etiã in causa matrimoniali, in qua non est litis contestatio necessaria.in clemen.dispendiosam.de iudici. At in casu nostro postquã reus venit nusquam,actor citatus fuit.ergo &c.Ad quod respondebatur per dominos in hanc opinionem declinantes, quòd hîc actor impetrando commissionem & citationem ad partes, pronunciauit & voluit causam esse in curia : & ideo debuit hoc præcauere & cogitare,& procuratorem in curia dimittere:vt quando reus suus aduersarius veniret,eum defenderet,sicut dicimus in appellante . de appel.c.interposita.& c.cordi.vt ibi not. lib.vj.de renunc. c.veniens.cum ibi not.ergo si hoc non fecit,iustè potuit contra ipsum per audientiam etiam ad diffinitiuam sententiam procedi.ar.in simili in c.statuimus.de elect.lib. vj.Præterea intimatio appellationis iuxta formam clemen.causam electionis.& citatio quãdo de speciali mãdato causa committitur,fiunt vt reus certificetur super quo velit actor agere,ad hoc quòd possit venire vel mittere instructus.ar.clemen.ij.vt lit.penden.de dilat.c.præterea.At si actor certus fuit vel saltem esse debuit de facto suo.de rescript.c.ab excommunicato.de iureiurand. c.eum qui certus.libr.vj.ergo non erat opus ipsum citare vel certificare de causa,& ideo secundum stilum palatij clemen.ij.vt lit.penden.fortius procederet in actore
3 quàm in reo.Item commissiones † sunt communes,ita quòd reus potest vti rescripto impetrato etiam cũ clausula præiudiciali per actorem & econuerso.de mut.pec. c.j.& ij.& leg.& not.per Innocen.in c. ex cõquestione. de restitu.spo.quod etiam debuit actor prẽuidere & suspicari reum velle vel posse venire,& tali commissione vti,& dimisisse procuratorem sufficientem: quod si non
4 fecit,imputet sibi.de appella.c.fæpe.& c.Nicolao . cum ibi not.Maior † est enim cõtumacia actoris quàm rei: vt in dictis iuribus.c.causam.& c.actor.ergo,&c.Quòd enim pœnitere & desistere posset ante litem contestatam,fatebantur domini si venisset,vel de hoc constitisset sed quia de hoc non constitit attento q; citationẽ & commissionem obtinuit,potius debemus præsumere de contrario,& quòd in eadem voluntate permansit.ar. de prẽben.c.si tibi absenti.lib.vj.Præterea etiam in hoc dubio potius debemus præsumere citationem executã,ex quo reus procuratores post datam ipsius citationis decretæ misit specialiter ad causam,quàm non citatum.arg. no. in c.bonæ memoriæ.de elect.ergo si citatus fuit in eius contumacia procedi potuit & vsque ad diffinitiuam sententiam:vt in c.statuimus.de elect.ergo,&c. Fuit tamẽ finaliter mihi,qui habui causam,per omnes dominos dictum & conclusum,quòd si reperirem per acta procuratorium pro reo statim post decretam citationem & recessum actoris productum,quòd aliquantulum supersederem & expectarem aduẽtum actoris:quia melius est aliquantisper expectare,& c.ff.de dam.infec.l.si finita. de procura.c.querelam.de re iudi.c.cùm Bertoldus.vt l. non contest.c.quoniam.si verò longe post esset productum,quòd tunc reciperem iuramentum à procuratore rei vtrum sciret vel crederet dominum suum fuisse citatum vel ne:& si iuraret ipsum fuisse citatum, quòd tunc ferrem sententiam absolutoriam ab impetitione actoris:alioquin ab instantia iudicij absoluerem reum . Sed quia repperi per acta procuratorium statim post recessum actoris productum:idcirco de consilio dominorum meorum supersedi & supersedendum decreui ad tempus:quia propter multa impedimenta forsitan actor nõ potuit hactenus venire:quæ forsitan ipsum excusarent à veniendo.de appell.c.ex ratione.de sen.excommu.ca. venerabilibus.lib.vj. SVMMARIVM.

Generalis citatio * omnium quorum interest, nõ est arctatoria,sed nuntiatoria.

EPITOME.

Executio citationis facta cõtra certam personã in vim clausulæ generalis, & omnes alios quorũ interest, &c. an teneat. 1
Clausula generalis, & omnes quorum interest, &c. in citatione posita quid operetur, & quos includat. 2

Decisio 18. *aliàs* 419.

1 SI † impetretur commissio per certam personã contra decanum & capitulum certæ ecclesiæ, & super certo beneficio,ac omnes alios quorũ interest, cum potestate citandi in curia & extra curiam:& decreta citatione ad partes sub prædicta forma:si executor citationis citat certam personam detinentem & occupantem beneficium de quo agitur,non expressam in citatorio,sed cõprehensam sub clausula personaliter ipsum apprehendendo. Fuit dubitatũ,vtrum cõtra talem personã sic citatam & non comparentem,posset procedi per audientiam.In quo domini erant varij . Aliqui & maior pars declinantes in partem affirmatiuam, mouebantur. quia ex quo prædictus citatus interfuit, & per executorem apprehensus fuit,statim extracta fuit species à genere,& hoc in prima citatione:quod meritò debet sufficere.ar.c.cùm in multis.de rescrip.in fi.li.vj. Præterea si decanus & capitulum cõtra quos in specie,& contra oẽt alios in genere decreta fuit citatio fuissent legitimè citati,& non cõparuissent:& per audientiã processum,& lata diffinitiua sentẽtia fuisset pro actore,& contra dictos decanũ & capitulum:illa vtique sentẽtia præiudicasset dicto tenenti beneficium,& sic citato & apprehenso, quia sciuit causam suam agitnec ignorantiã poterat prætendere,quia fuit per citationẽ personaliter apprehẽsus. ar. ca.quãuis.de re iudi.& c.suborta.& l.sepe.eo.ti.Attento igitur hoc q; sibi præiudicasset dicta sententia etiã contra decanum & capitulum lata,nisi appellasset ab ea , vt euitetur circuitus & executio sententiæ,posset fieri contra eũ, dicebant prædicti dñi posse procedi per audientiam contra ipsum sic citatum & apprehensum vigore prædictæ clausulæ generalis.arg.clemen.auditor. de rescript. Alij domini tenentes contrarium , de quorum numero ego eram,dicebant hoc verum, si executor citationis habuisset potestatem extrahẽdi speciem de genere:puta si mandatũ fuisset sibi, quòd citaret quemcũque

* *Generalis citatio. De citationibus quas faciunt auditores sacri palatij quo ordine & qualiter fiant, vide per do. Fely. in c. quoniam contra. §. porrò. vt lite non contest. ver. de mum an citatio. col. xj. nu. xx. vbi dicit quòd citãdus per auditorẽ sacri palatij in prima citatione est citandus personaliter per nuntium: quia facta habita relatione nũtij ipsi auditores non citant ipsum amplius per nuntium, sed per edictũ positum in audientia cõtradictarum & procedunt ad diffinitiuam.*

detentatorem talis beneficij nominati, vel quem actor sibi duceret nominandum. de quo tamen ego bene dubitabam & dubito, vtrum auditor potuisset sic mandasse nulla certa persona per ipsum expressa in primo citatorio, nec forte sub commissione comprehensa. & credo quod non. tum quia commissiones nostræ sunt strictissimè interpretandæ: tum etiam quia licet iudex siue auditor vigore clausulæ generalis habeat iurisdictionem in habitu super omnes comprehensos sub clausula: non tamen in actu, nisi exprimantur: ante quam tamen expressionem non valeret citatio quæ est de processu. de probat. c. quoniam contra. Pro hac cõclusione videntur tex. clar. in c. pastoralis. de rescript. in fin. & in dicto ca. cùm in multis. in fi. per quas decre. credo debere fieri hãc expressionem personarum comprehensarum sub clausula generali per iudicem in prima citatione per eum decernenda, & non per executorem citatione decreta: qui, vt puto, formam mandati excederet, si ad speciem descenderet, sicq; nil ageret. de rescrip. c. cum dilecta. ff. man. l. diligenter. cum similibus. Debebat enim in genere citare omnes quorum interest, prout sibi mandabatur. quia accu. posse. cùm in tua. de elect. c. fi. lib. vj. Et quid operatur tunc talis citatio ibidem no. per Inno. Ad quod primi multum probabiliter respondebant meo iudicio, hoc procedere in iudicibus datis extra curiam, qui de facili possunt scire & se informare de personis, nominibus & cognominibus earundem: secus verò in curia, vbi propter locorum distantiam & malitiam intrusorum & occupantium indebitè, vt plurimum, beneficia collata per sedem apostolicam. Dixerunt prædicti domini saltem de æquitate debere sufficere expressionẽ, & citationem factam de certa persona comprehensa sub clausula generali per executorem in partibus: maximè quia attenta forma citationis ipse non citat, sed auditor. quorum dictum sapit aliqualem æquitatem, non tamen scriptam in iure. ergo stãdum erit rigori. prout leg. & not. de do. & contumacia. capitu. j. & in clemen. quamuis rigor. de
2 appella. Præterea si mandentur citari + omnes quorum interest, & in genere citantur: talis citatio non est arctatoria, sed monitoria: ita quòd omnes qui putauerint sua interesse, poterunt venire ad causam si volunt: & cum illis qui veniunt, potest procedi, aliàs non: prout not. Hostien. & Innocen. in ca. dilecti. de except. vbi de hac materia plenè. sicut dicimus in simili de appellatione interposita in causa beneficiali iuxta formam. cap. j. de elect. libro sexto, quę etiam citat omnes quorum interest, nec eos arctat ad veniendum, nisi velint. Pro quo dicto ego allegabam quoddam dictum Hostien. in c. pastoralis. de rescript. superius alleg. vbi arguit glo. ordi. pro & cõtra. vtrum iudex possit citare ante expressionem rerum sub generali clausula comprehensarum. & videtur tenere quòd non. Hostien. verò ibidem dicit, quòd iudex potest citare: sed pars non tenetur respondere ante expressionem rerum. Si verò velit venire & respondere, tenebit sua responsio. arg. in simili eorum quæ le. & not. de iura. calum. capitu. cùm causam. in glo. fina. Ad id quod induc itur pro alia parte, videlicet quòd sententia lata contra decanum & capitulum huic sic citato præiudicat, quia sciuit suam causam agi. Fateor videlicet quòd non audiretur postea volens agere contra hunc pro se sentẽtiam reportantem obstante sibi exceptione rei iudicatæ, per iura superius allegata. Ad hoc tamen si velit tacere, & possessionem retinere: nunquam sententia prędicta contra ipsum mandabitur executioni: quia non est lata, nec posset ferri sic generalis & incerta, videlicet contra omnes, quorum interest. insti. de acti. §. curare. C. de sen. quæ sin. cer. quan. l. j. per totum. nec debet in expen. condemnari: quia se non opposuit, nec ad opponẽdum venit: imò absoluendus esset ab illa citatione, & pars aduersa condemnanda in expen. iuxta not. per Innoc. & Hosti. vbi suprà in capitu. dilecti. Sicq; multùm sua interest, ꝙ non procedatur contra eum in specie per audientiam: nisi fuerit in primo citatorio expressus per iudicẽ, prout de rigore iuris est faciendum. & si non fuerit expressus, licet per executorem fuerit in specie citatus, quæ citatio eum ad comparendum non arctauit: & sic comparere non tenebatur: & sic per consequens contumax nõ fuit, ergo contra nõ contumacem processus habitus nõ tenet. de consti. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de maio. & obe. c. inter quatuor. de causa possessio. & propriet. c. j. vt lit. non contesta. c. j. & capit. quoniam. ergo, &c. Fuit tamẽ per omnes dominos datum concorditer cõsilium, quòd prędictus actor obtineret à papa validationẽ processus habiti contra sic citatum per audiẽtiam: quia iam erat cõclusum in causa, vt ponebatur in facto, quòd & factum fuit & obtentum, & lata sententia contra prædictũ absentem & malè, secundum me. sed quod principi placuit, &c. Qui de nulla sententia potest facere aliquã. C. de legi. l. digna vox. instit. de iur. natu. gen. & ciui. §. sed quod principi. ij. q. vj. hoc quippe. de immun. eccle. in c. j. in Clemen. cum ibi not.

SVMMARIVM.

Generalis excommunicationis sententia ligat subditos monitos in genere, & contumaces in non soluendo: quamuis subditus non probetur excommunicatus per tertium, nisi ostendat illum infra annum non soluisse.

EPITOME.

1 *Sententia Generalis excommunicationis quos ligare dicatur.*
2 *Ignorantia qualiter probetur.*
3 *Iuramentum non deferre ei contra quem ex facti qualitate, vel notorietate vehemens est præsumptio.*

Decisio 19. aliàs 444.

1 EXtra Rotam petebatur consilium à dominis super quodam facto tali. Quidam episcopus † in sua generali synodo imponens clericis beneficiatis suis subditis charitatiuum subsidium soluendum certo termino, & quia infra illum terminum nõ curauerũt soluere emisit & fecit legi iteratò publicè in ecclesia vel secundum aliam partem in sequẽti synodo quasdã literas generales censuras ecclesiasticas, & præsertim sentẽtiam excommunicationis continenteis cõtra omnes clericos suos beneficiatos in genere non soluentes dictum charitatiuum subsidium infra terminũ in literis expressum. Post hoc contra quendam A. clericum beneficiatum & subditum prædicti episcopi nominatim non expressum in dictis literis præsentatum prædicto episcopo ad quãdam parœcialem ecclesiam pertinentem ad institutionem eiusdem episcopi, fuit exceptum per quendam B. compræsentatum suum ipsum nõ instituendum, sed repellendum tanquam excommunicatũ vigore literarum prædictarum, quas dicebat prædictus A. præsentatus se ignorasse, & sic minimè ligatum fore. contra quod replicabatur per B. prædictum A. tempore publicationis dictarum literarum præsentem fuisse in loco, & sic nullam posse prætendere ignorantiam. Hìc dubitatur de tribus. Primò vtrum A. nõ nominatus in literis episcopi supposito quod fuit clericus beneficiatus eiusdem episcopi, & præsens in loco tempore prædicti edicti: & quod terminus limitatus in literis fuit lapsus incurrerit dictã sententiam. * Secundò, vtrum se excusare poterit prætextu ignorantiæ, & debeat admitti, & qualiter probetur. Super quibus fuerunt ostensa in Rota scripta & alldiuersa & contraria duorum doctorum legum Perusinorum fratrum, videlicet Baldi & Petri de perusio: qui tamen in primo dubio cõcordauerunt in hoc, sententiã generalẽ episcopi ex causa siue pro facto generali posse proferri & contra incertam personam & per modum publici edicti, & ligare omnes scientes & contumaces. pro quo allegauit dominus Bal. leges & canones & docto. l. videlicet, iubemus. C. de defen. ciuit. quam reputat in hac materia notabilem. authenti. si omnes. C. ii vt abhærre. se abstineat, & ff. de ori. iur. l. ij. §. ex actis. & ff. de institu. l. sed & si pupillus. §. præscribere. & C. de furt. l. inciuile. de maio. & obedien. cap. humilis. not. per Inn. in capitul. præterea. de appella. & de off. dele. capit. p. & g. & per eundem in cap. in lateranen. de præben. ex quibus dictis Inno. dicebat liquere ita ligari quem excommunicatum in genere, sicut in specie constito de debito & excommunicatione, de quibus liquidè secũdum eum constabat in casu nostro. ergo, &c. Dominus Pet. frater suus multo plures canones pro validitate generalis sententiæ allegauit videlicet, capitul. ij. de offi. ordi. de test.

cap. tam

* Secund. vtrum si excusare poterit, & qualiter probetur.

capitu.tam literis.& capitu.constitu.de iureiur.capitu. ad nostram.v.q.j. quidam maligni. de senten. excõmu. capi.à nobis.j.&.capitu.romana.§.caueant. libro sexto. & capitu. proposuit. de cle. excommu.cum ibi not. ad quod facit capitu.ij.ne cle.vel mo.ibi not.per Ioã. And. in nouel.super.ij.gl.dicentem.q̃ quandocunque aliquid in synodo mandatur vel prohibetur fieri per episcopũ sub pœna aliqua, illud tunc habetur loco trinæ monitionis ita quòd sine aliqua alia monitione contra faciẽs pœnam incurrit.facit etiã.c.cùm in tua. qui mat. accu. posf.& ibi multæ concordantiæ super versi.publicè quę decre. est clauis in omnibus istis dubijs: maximè in sequentibus duobus. facit etiam ad præmissa. capitu.j. de loca.& capitu.vt animarum periculis.de constitu. libr. sexto. Ex quibus omnibus apparet incertam personam scientem & delinquentem contumacem generali sententia excommunicationis ligari. Sed quia dictus. A. allegabat ignorantiam, dubitatur vtrum esset audiendus:& sic qualiter ille habebat probare suam ignorantiam.* In quo vltimo dubio etiam prædicti ambo docto.concordabant, quòd regulariter probetur per iuramentum ignorantia allegata. pro quo inducit dominus Baldus l. nõ omnes.§.à barbaris.ff.de re mil. vbi quis se purgat de dolo præsumpto per iuramentum.& no.in l. si cui.§.ijsdem.ff.de accu.tu. Pro quo etiã inducit multos cano.videlicet.c. proposuisti. lxxxij.di.capitu.si verò.de senten.excom. capitu. pastoralis. de exceptio.capitul.innotuit.de electio.capitu.vt circa.cap.nulli.eodẽ titulo libro sexto. Quæ iura quasi omnia allegauit.idẽ dominus Petrus dicens, etiam in casu nostro proposito ignorantiam allegatam probari per iuramentum. pro quo allegauit.duas glos.ordinarias. Prima est in canon. qui & humanis.xj.quæstio.ij.alia in dict.capitu.cùm in tua.qui matri.accusa.poss.super verbo, iuramento. Pro quo allegauit etiam duas leges.C.de peric. tu.l.si tutor. & de institu.l.sed & si pupillus.§. præscribere. dicebat etiam alijs duobus modis probari ignorãtiam, quos modos no.gl.in regula,præsumitur.libro sexto. Sed ad huiusmodi probationem ignorãtiæ dixit dominus Baldus nullo modo prædictum. A.admittẽdum fore. Nam quãdo aliquid est publicè notum, ignorantia non probatur per iuramentum secundum eum:vt not.in regula iuris. c.ignorantia,& c.præsumitur.libro sexto, assignans triplicem rationem. Prima, quia allegans talem ignorantiam,allegat suam turpitudinem,id est, dolum præsumptum siue latam culpam: vnde non debet audiri ad excusationem delicti prætendendo aliud delictum, cùm debuerit scire:esto quòd reuera fuerit ignorãs.arg. not. in l.quod te.ff.si cer. pet. Nec potest quis ignorantiam allegare in facto tam publico,quod nõ est singulis sigillatim intimandum: sed ipsis * vulgo,per quod præsumitur peruenisse ad aures eorum, quos tãgit negotium: vt in c.j.de postu.præ.xvj.quæst.j.quod dicitur.de cler. excommuni.minist.capitu. illud. Præterea iuramentũ non valet,nisi sibi deferatur à iudice:vt in capit.final.de
3 iureiuran.& de proba.capi.sicut.Sed iudex † nõ defert iuramentum in defectum probationis ei, contra quem est vehemens præsumptio ex facti qualitate, siue notorietate:sicut expresè leg.& not.C.qui & aduersus quos l.j.Si autem quis fuisset ita distans, quòd edictum ad eius verisimiliter notitiam nõ potuisset peruenisse:tunc bene excusaretur à dolo & lata culpa.ff.de decr. ab ord. facien.l.fin.& leg.& not.in dict.capitu.cùm in tua. hęc tamen absentia non præsumitur in clericis, qui tenentur in suis beneficijs residere: vt leg.& nota.per Innoc. in capitu.fina. de eo qui mitti.in poss. Et ideo omnes textus secundum eum,qui dicunt ignorãtiam. iuramento probari, loquuntur vbi ignorantia potest esse verisimilis: quæ est quando causatur ex probabilibus argumentis vel coniecturis. facit capitu.ad apostolicæ. de cleri.excommunic.minist. cum ibi notatis,melius in capitul.vt animarum. de constitu. libro sexto, vbi de hoc per Archid.& optimè facit secundum eum.ff. quod vi, aut clam.l.comparet.§.hoc interdictum.& ff. si quis testamento liber.l.j.in fine.& facit bene glo.ordinaria. in l.j.ff.de recep.& quod notat.ff.de verb. significa.l. latæ culpæ.j. respons. & l.magna negligentia publica. ergo scientia facit liquidissimam probationem contra quam non sufficit iuramentum. facit quod nota.C. de pericu. tut.l.si tutor.& quod no.in Spe.ti.de aboli.ad finem Ex quibus concludit prædictus docto.dictum.A.præsentatum tanquam excommunicatum repellendum, & tanquam incapacem beneficij ecclesiastici nullatenus instituendum.de cle.ex.mi.c. postulastis. de æta. & qualit. capi.cùm bonę.& iuxta not.in capitu.pia.de exceptio. & de senten.excom.capit. decernimus.libro sexto.dominus verò Pet.doct. prędictus bene innuit & concedit circa ea quæ publicè fiunt præsumi scientiam, & q̃ quis præsumitur scire sententiam publicè latam,per iura superius ad hoc inducta. & glossę quæ hoc expresè nota.in regula,præsumitur.Pro quo allega.text. pro casu.xij.quæstio.ij.qui & humanis. ibi tamen non potuit ignorare sententiam proprij sacerdotis. reputo meliorem tex.in hac materia.capitu.cùm in tua.sępius alleg. Sed licet secundum eum sic præsumatur scientia: tamẽ non est præsumptio iuris & de iure: & ideo recipitur probatio in contrarium: vt in dicto capitu. cùm in tua. Quare concludit prædictum præsentatum ad probandum suam ignorantiam admittendum per suum sacramentum, per iura superius alleg. in hoc passu inducta. Dicebat etiam præfatus dominus Petrus prædictum. B. sententiam excommunicationis contra dictum. A. obijcientem astringi ad probandum duo , scientiam dictæ latæ sententiæ,& non solutionem subsidij infra terminum præfixum, & quanquã forte primum videlicet scientia illius.A. præsumptiuè probetur, propter ipsius præsentiam in loco in quo fuit publicè promulgata & publicata sententia, & in hoc non admittatur eius contradictio: prout nota.in simili per Archi.quod me.cau. capitu.vnic.libro sexto,super versic.vacuamus. & probetur lapsus termini per instrumentum: tum quia non probauit solutionem non factam infra terminum,dicebat sibi imponendum silentium: & alium videlicet.A. præsentatum admittendum. Pro quo alleg. duas nota. notabiles Innocen.vnam. in ca. super his.de accusa. secundam in capitu. proposuit.de cleri. excommunica. minist.vbi tenet Innocen. expresè quòd si quis probat excommunicationem latam in aliquem sub conditione,videlicet, nisi infra certum terminum soluerit decem.non sufficit probare sententiam, nisi etiam probauerit,quòd non solue.Ratio,quia non constat illum excommunicatum, nisi probetur sententia & conditio. Et respondet ad leges contrarias,prout respondet Inno. in dicto capitu.super ijs.ad l.j.ff.de probat. & ad l.si ex cautione. C. de non numerata pecunia, & per hoc vltimum allegatum omnes domini concluserunt pro. A. Allegationes tamen domini Baldi supposita presentia. A.in loco tempore promulgationis sententiæ reputabant veriores,propter præsumptam scientiam,nisi eam aliter excusaret per modos tactos in capitu.cùm in tua. & in regula,præsumitur.superius alleg.

* *Ignorãtiã. Ignorantia quibus modis probari possit, adde per docto. Abbatem in consil. 35.in vlt. col. in primo vol. & not. hanc decisionẽ quæ est valdè bona & pulchra, & bene memoriæ cõmendanda.*

* *Ipsis.*

De Sequestratione possessionum,& fructuum.

SVMMARIVM.

Gratia, si neutri facit materiam obiectiuam desinere esse obiectiuam & censeri de mero iure agentis.h.d. Vel sic.Habens gratiam si neutri dans articulos obiectiuos male specficatos,an sit audiendus.

EPITOME.

1 *Gratia alicui super aliquo beneficio litigioso collata, an si constet neutrum litigantium ius habere, aliquid operetur?.*

2 *Articuli merè obiectiui sunt specificandi, alias non admittendi.*

3 *Clausula, quouis alio modo, in literis apostolicis apposita quid operetur.*

Decisio 1. *aliàs* 27.

VIT dubitatum vtrũ habens gratiam, † si per euentũ litis neutrum litigantiũ constet ius habere in beneficio, super quo litigatur, tali prouideatur, dans articulos obiectiuos in personam, vel formã gratiæ aduersarij sui malè specificatos esset audiendus, vel talis materia repellẽda. Et videbatur prima facie nullatenus audiendus, per iura vulgaria. de electio. c. vt circa. lib. vj. iuncta Clem. constitutionem. eo. tit. Per quam Clem. dicebatur cõtrarium. dummodo aliàs articuli sint de bona materia, licet sint malè specificati. Ratio, quia dicti articuli descendunt de gratia * sua, & sic sunt de iure suo. quia per hoc vincet, & sibi prouidebitur. & sic sumus extra casum cap. vt circa. & sumus in Clemẽ. constitutionem. in prin. Præterea quòd prædicti articuli sunt de iure dantis & non requirentis exactam specificationem, de qua in dicto cap. vt circa. satis videtur esse clarũ: quia implementũ gratiæ conditionalis nõ est aliud nisi executio ipsius gratiæ: & ideo negari non potest, quin sit ita bene de iure partis, sicut gratia ipsa. quia huiusmodi implemento & ante huiusmodi implementum gratia omninò caret effectu. ff. de verb. signi. l. cedere diem. de rescrip. cap. si pro re. li. vj. de cõcess. præb. c. vnic. in Clem. Modò gratia huiusmodi est conditionalis habens istam, Si neutri ius cõpetat, &c. quæ conditio est vna copulatiua: videlicet, si impetranti, & suæ parti aduersæ non cõpetat ius, &c. Ergo implementũ ambarum conditionum est de iure partis modo probare quòd aduersarius non habet ius est implere alterã conditionum. ergo materia de hac data est de iure partis. Fateor tamẽ quòd obiectiua est: sicut omne ius vnius partis aliã partem impediens est obiectus, sed non recipitur vt obiectus, sed vt ius partis. per Clem. constitutionẽ. antedictam.

1

* *Adde Old. consil.* 116.

ADDITIO.

2 Aduerte hîc vt intelligas. † Nam quidam sunt articuli merè obiectiui, & isti, si non sunt specificati, non sunt admittendi: vt in d. c. vt circa. & quod ibi notatur. Quidam sunt articuli, qui de se sunt obiectiui: sed quia à tenore gratiæ descendere possunt, fiunt de iure tanquã à gratia descendentes: quãuis in se sint obiectiui. & isti considerantur esse non obiectiui, sed de iure: & ita patet in gratia, Si neutri litigantium, &c. quæ facit omnem obiectum esse de iure, ex eo quia descẽdit à gratia. & sic directè ius dantis: scilicet gratiam suam, quæ est directè ius suum. ergo isto respectu oportet dicere istos articulos ita esse de iure, sicut articuli qui dantur de vacatione beneficij: cùm illi solùm nõ inferant titulum meum canonicum: nec effectum gratiæ meæ tribuant, sed iuncti & vniti cum obiectibus sic: quorum articulorum materia & gratia mea descendit. Patet simile in flumine, quod per se solùm non dicitur nauigabile: sed cum alijs iunctum bene est nauigabile: vt l. quo minus. ff. de flumi. & l. si autem plures. §. fina. de aqua plu. arcen. vnde licet post terminum articulos merè obiectiuos dare non possum, quia à mea gratia nõ descendunt: tamen si descendunt, à gratia, possum dare, sicut illos qui sunt merè de iure. quoniam ius meum ita indiuisibiliter stat in eis, sicut in articulis merè de iure: & totum istud indiuisibile descendit à gratia mea, igitur quemadmodum articulos merè de iure semper dare possum: ita & articulos de nõ iure partis, qui ex gratia mea descendunt. Probatur hoc per aliud simile. Nam si habens gratiã per adhæsionem vel constitutionem, execrabilis, det articulos per quos in aliud crimen obijcit. Certè isti dicerentur de iure. & quotidie tales, velut de iure, & gratia descendentes, admittuntur. sicut si essent merè de iure. nec est inconueniens, quòd articuli obiectiui per se considerati stent in terminis obiectuum: sed à gratia descendere possunt, dicantur alterius naturæ & fiunt de iure. sic videmus in l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. i. vbi tigni antequam sint ædibus infixi, cẽsentur res mobiles: postquam verò sunt infixi, sunt alterius naturæ, & inter immobilia tũc censentur. Qui ergo vult dare articulos merè obiectiuos, & à sua gratia directè non descendentes: debet eos dare in termino, aliàs non deberet admitti: quia stilus non fauet ei, sicut fauet illi, qui dat obiectus à sua gratia descendentes, cùm isti sint pars gratiæ suæ, & per consequens iuris sui: quia descendunt à iure: & gratia mea velut materiatum à materia, & adde hîc quod habetur infrà decisio. xxxvj.

ALIA ADDITIO.

3 † Vide hîc quid operetur clausula, quouis alio modo. in literis apostolicis apposita. Et dic & cõcernit omnes modos vacationis, sed non personas: ideo si impetratur beneficium vt vacans per mortem Titij, vel quouis alio modo, non haberet illud, si vacat per mortem alterius. Et idem si dixit per mortem Titij, qui decessit in tali loco & tali die. Nam si alio loco & alio die obijt, beneficium similiter non habebit. propter specificationem quam fecit. Nam vt ibidem dicit Lapus: Mors Titij non est mors alterius: nec mors vno loco & tẽpore est mors alio loco & tempore, sed mors est modus vacationis. dicta ergo clausula, quouis alio modo. modos & omnes vacationes concernit, sed non concernit qualitates modorum. & ideo volens cautè impetrare, debet dicere per mortem Titij, vel quouis alio modo, vel cuiusuis alterius vel quouis tempore & loco. Sed tu dices capi. suscẽptum. solùm exprimit de modo vacationis, quo casu falsa expresio vitiat: nisi adiungatur clausula, quouis alio modo. sed locus & tempus sunt qualitates adiectæ, quarum expresio nõ requiritur, nec reperitur hoc iure cautum quòd illarum falsa expresio vitiet, vel quòd sit necessaria. Dic ergo quod clausula, quouis alio modo. non concernit omnem modũ vacationis. & qualitatem adiectam, quæ est modus modi: cùm modus sit quędam qualitas. ff. de transactionib. l. cùm hi. §. modus. C. de his quæ sub modo. per totum titulum. de conditio. apposit. capitul. verum.

SVMMARIVM.

Articuli in causa criminali etiam ciuiliter intentata post terminum dati non veniunt admittendi.

EPITOME.

1 *Probationis facultas non est angustanda: & propterea articuli post terminum deberent admitti.*

2 *Causarum vsus & iura peremptorium vsum inuenerunt ad lites finiendas.*

3 *Termini sacri palatij conceßi. sunt peremptorij.*

4 *Reo instante & petente in causa prophana dantur xl. dies, actori xxx. ad ponendum & articulandum.*

Decisio 2. *aliàs* 30.

FVit dubitatũ & per me in publicis relationibus positum. Vtrum in causa † criminali etiã ciuiliter intentata, articuli post terminum dati possent & deberent admitti. In quo dubio domini mei auditores erãt varij & quasi diuisi per mediũ. Aliqui domini dicebant, quòd sic, saltem de æquitate & benignitate palarij: maximè si ius partis aduersæ non multùm in hoc læderetur: quia probationes non sunt angustandæ. xiiij. quæst. ij. quanquam. C. de hære. l. quoniam. vt lite non contest. capitul. quoniam frequenter. præsertim si pars dans articulos vellet iurare materiam de nouo ad sui notitiam peruenisse. argumen. capitul. pastoralis. de exceptionib. & de testib. capitul. præsentium. ff. de noui operis nuntiatio. de pupillo. & capitu. vt circa. de electionib. lib. vj. Allegabant etiam prædicti domini, pro se notam Ioan. Andr. in Clement. sæpe. de verborum significatione. super versiculo non obstante. & nota. in l. si ea. C. de accus. & Specul. titulo de exceptioni. §. dicendum. versicul. sed pone datus est terminus peremptorius quas notas etiam alij domini tenentes contrarium, allegabant pro se dicentes prædictos articulos de iure cõmuni nullo modo admittẽdos. Ratio. nam licet in causis beneficialibus & matrimonialibus, in quibus proceditur lite non contest. & simpliciter & de plano, vt in Clemen. dispendiosam. de iudic. iuncta Clemen. sæpe. de verbor. significatio. articuli dati post terminum, & etiam instrumenta post conclusionem admittuntur, & recipiuntur de æquitate canonica & stilo palatij: tamen in prophanis & criminalibus causis talis stilus siue æquitas non procedit: tum propter odiositatem materiæ: tum quia in his non est

tantum

tantum periculum: tum quia dãtur longiores induciæ. tum quia materia dilationum est amputãda. C. de dila. l.j. de testi. c. significauerunt. & capitu. vltra tertiam. de resti. spo. cap. frequens. libro sexto, facit optimè pro hac parte l. quinquaginta. ff. de execu. tu. & l. diffamari. C. de ingenu. & ma. de procu. capi. tuæ. de accus. capitu. licet. de proba. cap. licet. vide Spe. ti. de dila. §. nunc videamus
2 in fi. versi. Præterea † cùm causarum vsus, & iura vsum peremptorium inuenerunt, vt esset litium finis: si post illud quis in talibus audiretur, vix lis aliquem finem haberet, quem iura volunt imponi de dolo & contu. capi. finem. & malitijs & periurijs via daretur, quod non est faciendum de. iureiur. si verò. not. Spe. eo. ti. & §. vbi suprà, ver. Præterea cùm causarum. Sed quia omnes termini in palatio apostolico post lit. contest. sunt peremptorij, licet id non exprimatur: vt no. Spe. expresiè in ti. de cita. §. viso. versi. sed dicunt etiam. & not. in cap. j. de except. in clemen. per Ioan. And. Pro qua cõclusione facit optimè. cap. coram. de resti. in integ. cũ ibi no. per Io. qui expresiè dicit, q̃ omittẽs peremptoriam exceptionem opponere, vel probationes necessarias in termino peremptorio proponere, non auditur sine in integrum restitutione. & potest ratio dicti sui assignari: quia cùm assignatio huius termini sit quædam interlocutoria: vt ff. de arbi. l. qualem. in fi. & per eam ius partibus acquiritur: de re iud. c. cum inter. & c. quod ad consultationẽ. de elec. c. cùm dilecti. de testi. c. significauerũt. nõ debet sine causæ cognitione per quãdam quasi restitutionem reuocari: vt in dict. c. coram. Sed in criminalibus restitutio denegatur: vt not. per Spec. ti. de resti. in integ. §. quis autem. ver. sed pone. ergo & cætera. Quam rationem ponunt Bern. & Compo. in c. quod sicut. de elect. cuius not. ibidem fuit pro hac parte alleg. quam intelligas secundum Io. mo. de re. iur. c. in generali. li. vj. ver. vltimo quæritur. quæ nota etiam bene facit ad propositum. Facit etiam pro hac parte. l. auxilium. ff. de mino. c. concertationi. de appel. li. vj. c. cõsuluit. de offi. dele. de resti. in integ. cap. j. in clemen. cum multis similibus. In hanc partem etiam videtur declinare Paulus in cle. constitutionem. de elec. super ver. super his. vbi vide bonam distinctionem. Pro hac parte etiam faciunt nota. domini Ioan. de Ligna. in c. cùm dilectus. de fi. instrumen. dominus verò Aegidius, qui tenuit cum primis, concesit omnes terminos † palatij fore peremptorios quantum
3 ad hoc, vt dato semel termino parti nõ amplius sine causæ cognitione alius nouus terminus debeat assignari. Sed hoc nihilominus non obstan. si post terminum re & facto sine protelatione dẽtur articuli, recipi debẽt, postquam partis non interest: sicut si reciperentur probationes post terminũ. alleg. not. in dict. l. si ea. C. de accu. & not. per Io. An. in clemen. sæpe. de ver. signifi. super ver. non obstan. & ibi multa iura pro hac parte. Ad hoc ego qui habui causam, & in primam partem declinãdo sic sententiaui. Respondi quòd multum interest partis, cui ius est acquisitum, quòd termini non repetãtur, nec articuli admittãtur: tum propter remissionem ad partes decernendam, quæ haberet forte longum tractum: tum quia si non admittãtur, reportabit saltem sententiã absolutoriam si est reus, pro se cum cõdemnatione expensarum. Ecce magnum interesse. Mutari igitur non debet cõsilium in alterius præiudicium. de elect. c. constitutionem. in cle. & de reg. iur. c. mutare. li. vj. Ad aliã rationem, quæ videtur magis vrgere: videlicet exquo etiam in prophanis de stilo palatij recipiũtur probationes post terminum, quæ non possent recipi nisi admissis articulis. ergo &c. posset responderi & intelligi de probationibus notorijs, & quæ fiunt per instrumenta & literas, ex quibus statim potest haberi veritas sine aliqua discussione, & probatione causæ: per quæ potest dici hodie constat, hodie agatur: vt in c. literas. de restitu. spol. & l. si is à quo. ff. vt in pos. legat. & de re iudi. c. cùm olim. secus verò crederem in probatione testium, quæ requirit causæ cognitionem & longum tractum: vt in ti. de testi. per totum. de proba. c. licet. de testi. c. præsentium. lib. vj. & nec obstat. c. pastoralis. de except. alleg. pro contrario, quod posset induci pro nostra conclusione, in eo quod ibi non auditur post terminum præfixum ad proponendum dilatorias nisi cum iuramento: imò quò ad hoc continet iniquitatem secundum Vbertum: quia homines proni sunt ad iurandum & deierandum. de iureiur. & si Christus. de cohabita. cle. & mulie. c. clericos. Et ideo secundum ipsum illa non seruabitur in foro seculari. prout recitat Specu. ti. de except. §. ij. versi. cæterum. qui ponit etiam in §. sequenti, versicu. sed pone aliam solutionem. Bernard. & Compost. in c. quod sicut. superius alleg. ad dictam decre. pastoralis. dicentis illam non loqui de termino peremptorio, nec de exceptionibus perẽptorijs: sed de dilatorijs: ideoq; secundum eum non debet ad hoc trahi, cùm sit contra rationem iuris inducta, vt quis post peremptorium admittatur, & quòd suo iuramento in sua causa stetur, contra c. sicut. de proba. cum quo concordat Ber. ibidem. licet Hosti. & Innocen. teneant contrarium videlicet quòd etiam procedat & locum habeat dicta decre. in peremptorijs sicut in dilatorijs: prout recitat Spec. in loco superius al leg. videlicet in dict. §. versi. vtrum autem posit statui. tit. de excep. Nec obstat l. de pupillo. & decre. præsentium. pro alia parte in contrarium inductæ: quia non loquuntur de termino hominis sed iuris. Minus enim agitur cum lege quàm cum eius ministro. ff. de arbit. l. Celsus. de cleri. excom. minist. capitu. si celebrat. ergo & cætera. Prædictam cõclusionem intellige de articulis actoris. qui semper debet esse paratus: secus verò posset dici de articulis rei defensoris datis post terminum, cuius partes sunt fauorabiliores quàm actoris de proba. capi. ex literis. Tum etiam quia reorum est fugere, actorum instare. de præsump. c. nullus. de verbo. signifi. capit. forus. tum etiam quia maior est contumacia actoris quàm rei. de do. & contu. c. causam quæ. & capitu. actor. eodẽ tit. li. vj. quam cõclusionem reputabant domini verisimam in quibusdam alijs consilijs, dummodo prædicti articuli rei merè essent defensorij: * puta perimẽtes intentionem agentis quò ad absolutionem non quò ad iudicatoriam obtinendam, & dati in termino ad huiusmodi exceptiones peremptorias proponendas assignato: puta in termino dato ad dicendum contra articulos pro
2 parte actoris datos. Et ideo † secundum constitutiones Io. xxij. reo instãte & petente in causa prophana dabuntur. xl. dies, & actor nisi. xxx. ad ponendum & articulandum: imò stultus esset reus habens exceptionem bonam peremptoriam si illam opponeret ante fundatam intentionem actoris: prout leg. & not. in c. de testibus. de testib. extra & c. ex parte. de dol. & contu. capitu. finem. cum similib. secus verò si nimis expectaret cum dictis suis articulis: puta prope conclusionem: quia tunc non audiretur propter præsumptionem malitiæ: quia præsumitur quòd causa dilationis & protelationis iudicij hoc faciat: maximè si sit possessor hoc verum, nisi vellet iurare quòd materia per ipsum nunc sic tardè data de nouo ad eius notitiam peruenisset: vt in capitu. pastoralis. de exceptio. & c. vt circa. de elec. lib. vi.

* *Defensorij. Adde quod in criminalibus ad defensionẽ rei post conclusionem causæ & esset post testiũ publicationẽ admittitur p batio per instrumẽta: vt not. Bar. in l. j. in fin. ff. de quæsti. & in l. diui. fratres ff. de pœnis, vbi dicit, q̃ de innocentia rei si apparet etiã post sententiam, potest absolui ex specialigratia seu principis beneficio. quod tene mẽti perpetuo.*

SVMMARIVM.

Non cogitur quis respondere interrogatorijs siue positionibus principale negotium tangentibus, nisi dentur dispositiuè medio iuramento & in scriptis.

EPITOME.

1 *Reus de curia processurus non debet arrestari nec compelli ad respondendũ interrogationibus principale negotium tangẽtibus, nisi dispositiuè dentur per modum articulorũ.*

2 *Pars arrestata de mandato domini auditoris ad respondendum certis interrogationibus non dispositiuè datis, si illicentiata de curia recedat, an possit excommunicari.*

3 *Iudicis potestati permissa non semper sunt iuris necessitati subiecta.*

Decisio 3. aliàs 31.

VOluerunt & ordinauerunt omnes domini concor
1 diter, quòd † nulla partium de cæterò citaretur vel arrestaretur ad respondendum certis interrogationibus datis vel dandis quibus aliàs de iure esset respondendum negotium principale concernentibus, nisi datæ fuerunt seu dentur dispositiuè & per modum positionum & articulorum & in scriptis. Si verò per in-

aduertentiam fierent huiusmodi citationes vel arrestationes pars citata seu arrestata non compellatur respõdere huiusmodi interrogationibus, nisi datę fuerint per modum suprà dictum. Hoc verum si aliqua partium hoc petat, aliàs si voluerit spontè respondere, mos est ei gerendus. ff. de probationib. certam. de restitutio. spoliato. capit. j. & si responderet affirmatiuè, sibi præiudicat sua confessio: vt not. per Bernar. in capitul. cùm causam. de iuramento calumnię. Ratio primæ cõclusionis est: quia interrogans nihil, sed ponẽs dispositiuè omnia quæ posuit confitetur: vt de confes. capit. j. & ij. libro sexto cum ibi not. Ergo vt non claudicet iudicium, dignum & iustum est quòd dicat actor interrogando per rei confessionem si vult releuari: ita & reus per actoris interrogationem dispositiuè datis releuetur, vt seruetur in iudicio æqualitas: cùm rei non liceat esse deteriorem conditionem quàm actoris: vt de regul. iur. capit. non licet. lib. vj. & de mut. pet. c. j. & ij. Item quia istę responsiones fiunt pro eo, quòd reus vel actor non erit præsens tẽpore termini ad respondendum positionibus assignandis: quo tẽpore positionibus respondere deberet, & per cõsequens haberentur loco responsionum, quæ fierent in illo termino ad positiones iam datas: sed tũc non responderetur nisi positioni per alteram partem dispositiuè datæ. ergo nec nunc. eiusdem enim naturę sunt ea quę in loco alterius successerunt: vt lit. pendẽ. capit. ecclesia sanctæ Mariæ. quæ dicta sunt intelligẽda de interrogationibus decisorijs: secus verò de præparatorijs, quibus partes bene tenentur respondere, licet dispositiuè non dentur. prout le & not. in dict. c. cùm causam. per Ber. Ratio secundi dicti est: quia volenti & consentiẽti non fit iniuria neq; dolus: vt in l. cùm donationis. C. de transact. vij. q. j. quàm periculosum. de regu. iur. cap. scienti. lib. vj. facit dictum capitul. j. de restitutio. spoliat. Aut enim contradicit, aut consentit. Si consentit, habet locũ ratio proximè dicta: si contradicit, aut pro causa cõtradictionis allegat, quòd non sunt datę interrogationes per modum positionum, & tũc habet locum primum dictum: aut illam causam non assignat, & tunc compellitur respondere: quia postquam dictam causam non allegat, non videtur velle in ea se fundare, & tunc consuetudo & stilus curiæ eum arctat. Nunquam tamen compellitur dare pars responsiones suas per iuramentum, etiam ad positiones, nisi interrogationes dentur per iuramentum, si hoc petatur. per rationem iam dictam. Sed ex hoc insurrexit aliud
2 dubium. Vtrum † si aliqua partium arrestata de mandato domini auditoris ad respondendum certis interrogationibus non dispositiuè datis illicentiata de curia recedit, possit excõmunicari. Et videbatur quod non: quia si venisset, respondere non tenebatur ad interrogationes impertinentes. argumen. v. quæstio. ij. c. j. & ff. de ferijs. l. j. cum similib. Fuit alleg. in contrarium, quòd ex quo constabat de iurisdictione iudicis citantis seu arrestãtis, quod tenebatur respondere vel comparere saltem allegaturus impertinẽtiam interrogationum, vel petiturus de se arrestari. ff. de iudi. si quis. ex aliena. iij. q. iij. si episcopus. de appellationib. capit. duobus. de accusatio. capi. veniens. cum ibi not. & quia cùm neutrum fecerit, iudicem contempsit, propter quem contemptum excõmunicari potuit. xj. quæstio. iij. nemo. & capitul. certum. vt lite non contesta. capitul. quoniam. & capit. tuæ. de iud. capitul. j. & in dict. capi. veniens. propter quod fuit conclusum, quòd auditor si vellet, illum propter contemptum huiusmodi ex suo officio, sed non ad instantiam partis excommunicare posset: tamen melius esset, quòd
3 supersederet. quia non omnia † quæ iudicis potestati permittuntur, iuris necessitati subijciuntur. ff. de iudic. non quicquid. maximè cùm non intersit partis, nec ius suum per hoc læditur.

SVMMARIVM.

Tertius appellans à sententia contra possessorem beneficij lata pro suo interesse sequestrum impedire non potest.

EPITOME.

1 *Lis duorum de tertij beneficio iuri ipsius tertij non nocet.*

Decisio 4. aliàs 390.

SI feratur sentẽtia diffinitiua in causa beneficiali pro actore & cõtra reum possessorem, & ab illa sentẽtia appelletur per tertium * qui dicit sua interesse, fuit dubitatum vtrum tertius appellans posset contradicere & impedire sequestrationem beneficij & fructuum, iuxta Cle. vnicam de sequestr. Et videbatur quòd sic. quia per hunc appellantẽ impediretur realis & actualis executio sententiæ, quæ est maius quàm sequestratio fructuum: vt in c. cùm super. de re iudica. cum ibi not. ergo multò fortius sequestratio fructuum, quæ minus est. de dec. c. ex pte. de reg. iu. c. cui licet. li. vj. Pro hac opinione facit quædam not. Pau. in glo. penul. dictæ Clemen. qui
1 quærit. † Quid si duo litigãt de beneficio, quod in totũ spectat ad tertium: nunquid per talem litẽ impeditur in iure suo? tenet quod non: quia absurdum esset hoc dicere vel allegare. facit c. cum ecclesia Vulterana. de election. quia nemini facit iniuriam, &c. & res inter alios acta, &c. de re iudi. cap. quãuis. facit etiam pro prędictis quędam not. Ioan. Andr. in Clemen. eadem super versi. cõtra possessorem. vbi dicit, quòd si feratur sentẽtia contra possessorem: non tamen pro petitore nõ est locus sequestrationi. cum quo concord Genze. & Paul. At hîc licet sententia adhuc non sit lata pro isto nouo petitore, licet lata sit contra possessorem, ad instãtiam forte illius qui nullum ius habet in beneficio. ergo videtur quòd ad eius instantiam non sit facienda huiusmodi sequestratio. de accu. c. super his. Præmissis nõ obstantibus fuit decisum contrarium per omnes. Nam per huiusmodi sequestrationem nullum fit isti præiudicium neq; damnum: imò erit sibi plus vtilis quam dãnosa: videlicet, quòd fructus per vnam idoneam personam colligantur & reseruẽtur sibi, si finalem in causa victoriam obtineat: nec per hoc impeditur in iure suo in aliquo. ergo cessat dictum Pau. quã fortè procederet, si iste tertius fuisset & esset possessor beneficij: quia si inter duos vel plures cõpetitores beneficij fertur sententia pro vno contra vnũ, contra reliquos non fit sequestratio: nec habet locum Clemen. illa quod probat ibi textus dum dicit, quando vna diffinitiua pro petitore & contra possessorem, non posidentem tamen pacifice triennio, fertur sententia, quod non est hîc. ergo &c. Præterea dictum etiam Io. Andr. superius alleg. non obstat, qui loquitur quando sententia fertur pro petitore, qui agebat ad priuationem: tunc enim non est locus sequestrationi, quæ nõ habet locum, nisi quando agitur super titulo beneficij: & ideo si inter petitorem & possessorem esset alia quæstio realis vel personalis, non esset locus illi constitutioni. secundum Ioan. And. super versi. diffinitiua. & Pau. ibidem. Cum igitur istius tertij non interfit impedire huiusmodi sequestrationem sibi potius vtilem quàm damnosam, nõ erit audiendus. ij. q. vj. non solent. & in dicto cap. super his. Nec obst. c. cùm super. cum ibi notatis per Innocen. & Hostien. ibi posset fieri appellanti videlicet tertio magnum præiudicium, si fieret executio sententiæ latæ pro victore, & ipse in possessionem induceretur, & sic sibi nouus possessor & durior aduersarius constitueretur. At hîc in casu nostro illi habenti vnam sententiam pro se non dabitur possessio, nec aliquid de fructibus percipiet, nisi finalẽ in causa victoriam obtineat. ergo maius præiudiciũ fieret tertio per illam executionem quã per istam sequestrationem, quæ fit per iudicem, & non per partem: imò parte inuita. ergo non debet esse partibus damnosa, secundum Guil. & Genze. ibi qui remittũt ad not. in c. examinata. de iudic. & plenius de hac materia sequestrationis per Io. mo. de regu. iur. locupletari. libr. vj.

SVMMARIVM.

Testes abfuturi super articulis etiam impertinẽtibus in forma, dummodo non peccent in materia recipi possunt, non obstante petitorij suspensione.

EPITOME.

1 *Actor potest non obstãte petitorij suspensione arrestari donec positionibus petitorium concernentibus respondeat.*
2 *Articulis impertinentibus respondendum non est.*
3 *Testes abfuturi super articulis etiã impertinentibus in forma recipi possunt, dummodo non sit peccatum in materia.*

* Appellatur per tertium. Adde quod tutius potest appellari à sententia lata cõtra alium non obstante clausula, appellatione mota: vt per Bart. in l. fin. ver. quero. titulo sequẽ. ff. & à quibus appel. non li. & per Abbat. c. super eo. de officio deleg.

Decisio

Decisio 5. aliàs. 394.

1 SI suspenso petitorio † per actorem reus vt possessor, dat articulos sapientes petitorium, & facit arrestare actorem quòd non recedat de romana curia, donec responderit eisdem articulis: si actor velit recedere, fuit dubitatum vtrum teneatur illis ante recessum suum respondere. Et videbatur quòd non, propter suspensionem antedictam per quam sunt clausę manus auditoris: ita quòd prædictum actorem ad id compellere non posset. & sic videbatur quod huiusmodi arrestatio ad articulos datos in petitorio se non extenderet. arcorum quæ scripsi supra de resti. spol. deci. xvj. tum etiã quia nihil habent commune proprietas & possessio. ff. de acquir. posl. naturaliter. §. nihil commune facit c. pastoralis. de causa pos. & propriet. cum ibi not. Præterea si ad hoc posset & deberet compelli, & articulos sapientes petitorium cõfiteretur, posset sibi præiudicare huiusmodi confessio etiam in possessorio: prout etiam deductum est suprà in dicta deci. de restit. spol. & faciunt pro hoc not. in c. constitutus. de fil. pres. per Inno. ergo ad id compelli non debet de probat. capitu. j. Præterea
2 articulis † impertinentibus & non admissibilibus nõ est respondendum. de offi. delega. c. cùm contingat. At huiusmodi articuli sunt impertinentes, & pro nunc nõ admissibiles ergo &c. His non obstant. contrarium fuit decisum, & conclusum per omnes dominos: & hoc ne copia probationum etiam in futuro tempore pereat & angustetur. de testi. c. Albericus. & c. significauit. Tum etiam quia causa petitorij semper remanet in curia, licet ad tempus sit suspẽsa. Finita igitur causa possessorij, si reus vellet ingredi petitorium, multum releuaretur per responsionem aduersarij: maximè quò ad articulos negatiuos probandos. de confes. c. j. li. vj. Si illis non respondetur, periret sibi copia probationis. quia negatiua per rerum naturam, & cætera. de probat. c. quoniam. de
3 elec. ca. bonæ memoriæ. Item quemadmodum † testes abfuturi vel morituri ante litem contestatam & etiam super articulis obiectiuis. non admissibilibus vel forte nunquam admittendis recipiuntur: vt in c. quoniam frequenter: vt lit. non contest. & hoc propter dictam rationem ne probationes pereant: ita & multò fortiori ratione in casu nostro compellitur respondere prædictis articulis: quæ confessio tamen sibi in nullo præiudicabit in possessorio, maximè si de hoc fuerit protestatus: & supposito quòd confiteretur talia per quæ clarè cõsta ret ipsum ius nullum siue titulum habere in beneficio de quo agitur: non esset nimis absurdum dicere quòd si bi præiudicaret & restitutionem suam impediret, ne da retur sibi vitiosus ingressus, & cum peccato beneficium ecclesiasticum teneret. de instit. c. ex frequentibus. de eo qui mit. in pos. c. j. lib. vj. Et per hoc est responsum, si bene videatur, ad motiua pro contraria parte inducta.

De Confessis.

SVMMARIVM.

Confessio extraiudicialis in delictis non probat, quò ad effectum, vt pœnæ ordinariæ infligantur. Vel sic & Confessio extraiudicialis ad instantiam partis facta præiudicat confitenti: sed in criminalibus non probat bene, vt confitens pos it ordinaria pœna puniri.

EPITOME.

1 *Confessio extraiudicialis ad instantiam partis facta præiudicat confitenti.*

2 *Confessio extraiudicialis infamat cõfitentem redditq; illum punibilem.*

Decisio 1. aliàs 180.

1
Icet confessio † extraiudicialis regulariter probet: tamen secus est in delictis, in quibus confessio extraiudicialis plenè delictum non probat quò ad effectum pœnæ ordinariæ infligendæ. probatur de excessi. præla. c. quam sit graue. vbi presbyter beneficiatus confessus se crimen adulterij commississe, nõ deponitur, sed beneficio priuatur: vt ibi no. per Inno. & Hosti. & allegatur vna glos. notabilis Bar. ff. ad. l. Iul. de adul. l. capite quinto. videlicet quòd confessio extraiudicialis talis non plenè probat, nisi quò ad effectum confitentem subijciendi torturæ.

ADDITIO.

Glos. in c. per inquisitionem. de elec. tenet, ꝙ ex tali
2 confessione † potest confitens damnari. idem Inno. ibi. pro quo facit dictum c. quam sit. Compost. tenet cõtrarium in c. olim. de rescrip. super verbo, confessus. Inno. tenet oppositum in c. per inquisitionem. & in c. interposita. de appel. super ver. probaturum. & habet hîc locum glo. iuris ciuilis in l. capite quinto. hîc alle. quæ est singularis & tenet, ꝙ talis confessio facit solùm iudiciũ ad torturam. & hoc tenent legistæ pro euangelio. Tu die secundum dominum Anto. ꝙ si confessio extra iudicium infamat confitentem de facto, ꝙ potest puniri, cum in tali infamia facti non ponderetur iuris effectus: vel dato ꝙ non infamet, inducit tamen tantam suspitionem ex qua potest procedi ad iudicium purgationis: & ex infamia facti sola suspitione probabili proceditur ad iudicium purgationis. de purg. ca. c. inter. Et est conclusio doc. in c. ex parte. de offi. ordi. hoc tamen casu nõ admitteretur directa purgatio cõtra cõfessionẽ, nisi aliter eam excuset: ne ipse veniat cõtra id qđ viua voce est protestatus: sed excusando eam & aliter intelligendo, poterit excusari. nam excusatio perimens cõfessionem non admittitur: vt est casus in c. cùm dilecti. de accu. ex quibus declaratur opinio Innoc. in d. c. quam sit. verba fuerunt originaliter do. ij. q. j. multi in glos. magna quæ est notabilis ad hoc. & idem not. glos. de iudi. c. at si clerici. super verbo, non tenet. versi. sed pone clericus. hæc est vera quando confessio deducitur in probatione in iudicium: sed si vt delictum, ea probata habet locum. d. c. quam graue.

SVMMARIVM.

Positiones in prima instantia datæ per iuramentum procuratoris possunt per dominum in secunda instantia mutari & in melius reformari sine expressa reuocatione erroris.

EPITOME.

1 *Positio data & iurata per procuratorem per dominum reuocari potest.*

Decisio. 2. aliàs 60.

Suprà de procura. 19.

POsitiones datæ in prima instantia per iuramẽtum procuratoris in secunda instantia possunt per dominum principalem mutari & meliorari sine expressa reuocatione erroris. Tum quia illud iuramẽtum non fuit de veritate, sed de credulitate. Tum quia procuratores non sunt ita plenè informati, sicut principales, qui non possunt uariare positionem iuratam iuxta no. in c. cum in positionibus. l. vj. de iureiur.

SVMMARIVM.

Confessio prælati sine consensu capituli præiudicat ecclesiæ in casibus in quibus est legitimus administrator. hoc dicit, Vel sic. Prælatus est legitimus administrator à iure deputatus omnium ecclesiarum, monasteriorum & congregationum suæ diœcesis, pro quibus solus potest agere & defendere in iudicio, si bona sint cõmunia vel discreta arduis exceptis.

EPITOME.

1 *Confessio prælati an & quando ecclesiæ præiudicet.*

2 *Confessio prælati præiudicat ecclesiæ in causis in quibus est legitimus administrator.*

3 *Prælati suarum ecclesiarum sunt legitimi administratores.*

4 *Prælatus an & quando sine consensu suæ congregationis ecclesiæ administrationem exercere potest.*

Decisio 3. aliàs 466.

1 COnfessio † prælati agentis præiudicat ecclesiæ ipso iure, etiam si sine consensu capituli agat. Circa quod dico, ꝙ prima pars dependet ab vno alio: videlicet si prælatus † de
2 itur administrator legitimus, & in quibus causis sit administrator legitimus, & in quibus non, & hoc concernit secundam partem istius conclusionis. Dico enim ꝙ in causis in quibus prælatus

* Adde super his quæ dicūtur in præcedenti decis. scilicet an cōfessio præiudicet ecclesiæ. Adde Bal. in Lin cō tractibus. §. sed quoniam. in ver. quæro quid in tutore. C. de non numer. pecu. per Ant. Bu. & Symol. calum. c. fi. ante pe. col. versic. quinto & vlti. de præscri.

est administrator legitimus suæ ecclesiæ in agendo cōfessio eius * præiudicat ecclesiæ eo modo quo præiudicat confessio administratoris legitimi, videlicet si sit facta die iudiciaria & per modum iurisdictionis contentiosæ & absque collusione & fraude. Hanc conclusionē probant iura clarè extra vt lite non contesta. capitu j. de confessis. cap. vltim. de re iudica. cap. suborta. de depo. c. potuit. de locat. & conduct. & de capi. mo. capit. cum dilectus. de electionib. capitul. dudum. ij. Sed ibi in contrarium aliqualiter: licet enim prædicta iura in sindico vel procuratore ecclesiæ loquantur: fortiori ratione vigent in prælato, qui maius ius ratione suæ legitimæ administrationis sibi competentis iure prælaturæ suæ censetur habere quam dicti procuratores & sindici, qui possunt constitui & reuocari. de procurato. c. j. de iudic. causam quæ nota. Archi. de testib. capi. præsentium. Hanc conclusionem ponit Cyn. post Pet. in l. vna. C. de confes. xv. q. de ista parte est casus in cap. si aduersus. de in int rest. lib. vj. Si intelligatur de cōfessione prælati, quod aliqualiter videtur glo. sonare. Si verò non esset administrator legitimus ipsius causæ & litis: tunc statur ecclesiæ. de pœnitentia distinct. j. per rationem contrariam. & hanc secundam partem posuerunt etiam Petr. & Cyn. in l. j. præalleg. & gloss. quæ dicit, quòd requiritur consensus sui capituli. ita no. xij. distin. de Constantinopolitano. in penulti. gloss. per cap. j. de procura. & cap. causam quæ. de iudic. Quæ argumenta & glo. videntur sequi dictum gloss. in capitu. præsentium. præalleg. Videamus igitur in quibus casuis spectat hoc casu legitima administratio ad prælatum. Et ad istam conclusionem respondet tex.

3 quòd † prælati sunt administratores suarū ecclesiarum legitimi & monasteriorum & congregationum, & pro eis in iudicio stare possunt defendendo, in capitul. edoceri. de rescriptis. & agendo: vt in capitul. cùm deputati. de iudicijs. & probat. ff. quod cuiusque vniuer. no. l. cuncti. Excipit textus vnum casum, videlicet si bona prælaturæ de bonis congregationis sunt distincta omninò: vt in dicto capitulo edoceri. in fine, quod excipit omninò, id est, etiam quò ad administrationem. Nam sola diuisio non tolleret prælato legitimam administrationem, nisi post diuisionem bonorum congregationis à bonis prælaturæ discreta essent, & de administratore prouisum: vt pulchrè ponit Innocen. in dicto capitul. edoceri.

4 Sed diceret aliquis si est ita, quòd † administratio legitima pertineat ad prælatum: videtur quòd debeat eam exercere cum consensu suæ congregationis: vt de procuratorib. capitu. j. de iudic. causam quę. Sed vt dicit Innocen. hîc non reperitur, quòd administrator legitimus de iure non teneatur cum consensu alterius suam administrationem exercere: qui respondet valde benè ad alia iura prædicta. Contradicit tamen, quòd in arduis tenetur requirere consilium in iudicio sicut in extraiudicijs: vt capitul. nouit. & quanto. de his quæ fiunt à præ. Et ista est veritas: saluo quòd aliqui dicunt, quòd imò debet habere consensum. & hoc concedatur gratia collationis. Sed nihilominus his non obstant. dico, quòd si agat prælatus sine consensu capituli vel cōuentus valet: quod facit sine dubio in non arduis patet hoc per c. edoceri. & capitul. cùm deputati. & etiam in arduis, licet capitulum per suum consensum non adhibitum posset contradicere, & petere quòd mutaretur, quod factum foret eius consensu spreto aut eo ignorāte. Quod patet ex eo quod quando expeditio alicuius negotij pertinet primò ad aliquem iure suo: licet ex postfacto forma adijciatur sibi secundum quam debet facere, videlicet de consensu vel consilio alterius: videlicet quod facit dicta forma seu consensu non adhibito nō valet. Hanc regulam videtur posuisse glos. ordin. in Clemen. j. de iure patronat. super verbo, prohibitionem. & Innocen. de rebus ecclesiasticis non alienandis. cap. dudum. libro sexto, vbi dicit, quòd vbi consensus requiritur, quòd sufficit, quòd interueniat ex postfacto: & tamen si actus ex post factus esset nullus, hoc non sufficeret, vt ipsemet dicit & probat capitul. auditis. de electionibus. Et ista regula satis probatur per capitul. j. & iij. de his quæ fiunt à præ. cum ibi no. Certum enim est, quòd administratio de iure communi est solis prælatis cōmissa: licet superuenerunt iura arctantia prælatos ad requirēdum consilium vel consensum. igitur &c. not. per Inno. & alleg. de arbitr. c. cùm olim. ne sede vacan. c. j. libr. vj. per Archid. & per hoc secunda pars conclusionis est expedita & quæstio ex toto verificata præterquam in vno casu excepto, de quo, &c.

SVMMARIVM.

Si reus dixerit se certo tempore possedisse: & demum procurator eius in libello seu articulis dicat actorem fecisse quò minus posset possessionem habere: concordanda est confessio domini cum dicto alterius partis.

Decisio 4. aliàs 471.

IN causa beneficiali reus prouocatus ad causam confessus est se possidere in principio causæ: & ita ante litem motam in impetratione nouæ prouisionis, quæ obstante reseruatione nō valebat, & ita asseruit. & procurator eius postmodum deducat in libello & positionibus suis, de tempore tamen sequēti, actorem fecisse quò minus reus ipse potuisset possessionē habuisse actorēq; possessioni incumbere ipso actore etiam hoc asserente, concordanda est dicta confessio procuratoris cum ipsa confessione & assertione rei, propter temporum diuersitatem. argu. de testib. c. cùm tu. & C. de furt. l. manifestissimi. & de accusatio. c. cùm dilecti. maximè quia nō est verisimile procuratorem voluisse contra producta per dominum confiteri. produxit enim in facto isto instrumentū possessionis adeptæ ante litem & nouā prouisionem, & assertionē dictæ suæ partis principalis voluisse ad hoc certa scientia confiteri. maximè etiā quia non est verisimile dominum illud voluisse sub clausula generali: & ideo non est verisimile procuratorem id potuisse. præsertim quia verba, quò minus, possunt etiam habere bonam interpretationem, si recipiantur cum iuris effectu: vt ff. quod quisque iur. l. j. in fin. scilicet quò minus potuit habere scilicet, cum effectu: quia nō videtur versum, quod non durat versum. ff. de in rem verso. l. si pro parte. §. versum. Facit tamen dubium no. Barto. de verborum obligatio. l. qui autem. vbi videtur notare, quòd dicta interpretatio capitul. cùm tu. quæ habet locum in testibus & instrumentis ex iuris dispositione, & non habet locum in depositionibus partis cuiusdam: quia primi probant & secundi non, secundum dominum Corsien.

De Probationibus.

SVMMARIVM.

Literis episcopi, suo sigillo sigillatis sine notarij & testium subscriptione creditur in his, quæ ad suū spectant officium. h. d. Vel sic. Literis assertiuis episcopi suo dōtaxat sigillo munitis in extraiudicialibus ad eius officium spectantibus creditur: quamuis eis pro collatione ordinaria non stetur in præiudicium apostolici impetrantis, nec pro facto proprio ipsius episcopi.

EPITOME.

1 *Sigillum episcopi ex generali consuetudine authenticum reputatur.*

2 *Literis episcopi non creditur contra impetrantem apostolicum.*

3 *Promoueri non debet quis ad ecclesiastica carnali affectu.*

Decisio 1. aliàs 22.

VIT * dubitatum vtrum credatur literis episcopi solo suo sigillo sigillatis sine tabellione & testibus super resignatione ex causa permutationis facta in manibus suis, & per eum admissa, & collatione subsecuta. & licet in hoc dubio possent fieri plura argumenta & allegari rationes doctorū pro & contra recitatę in c. post cessionē. de proba. & xj. quæst. iij. curæ. per. Io. & Archi. Tamen attenta generali consuetudine totius orbis, qua reputatur sigillum episcopi authēticum, quam etiam seruat palatium apostolicum in his quæ spectant ad suum officium, & quę inter subditos

* Fuit dubitatum. Adde quod abbas ponit ista decis. am c. post cessionem. eo. tit. de proba. ad literā. & sic. ood. decis.

ter ſubditos ſuos extra cauſam eius propriam fidem facit: dummodo non procedat vt iudex: quia tunc ſecus: vt in c. quoniã contra. de probat. & de teſti. c. cùm à nobis. Fuit per omnes dominos determinatum & concluſum, ℘ in caſu prædicto literæ epiſcopi facerent plenã fidem, dummodo omnia in literis ſuis contenta coram eo & per eum vno & eodem tempore facta & completa exiſtant, aliàs nõ facerent fidẽ: niſi de vltimo actu ſuo partium. prout not. per Inno. in dict. c. quoniam. Ratio prædictæ concluſionis patet per ſuperius dicta: quia omnia & ſingula præmiſſa ſpectant ad officium ſuum, & inter ſubditos ſuos extra iudicium per eum expediun tur. de renunci. c. admonet. de rer. permut. c. quæſiuit. & c. vno. eo. ti. li. vj. Pro qua concluſione faciunt expreſsè not. per. Innoc. & Hoſti. in c. j. &. ij. de fide inſtrument. & not. in dict. c. poſt ceſſionem. per Hoſti. Non obſtat

2 ſtilus † palatij quo cauetur, ℘ non creditur literis epiſcopi contra apoſtolicum impetrantem, in quibus epiſcopus diceret ſe primò contuliſſe beneficium quàm papa ſeu eius executor. non quia ſigillum eius non ſit authẽticum, quia imò eſt, vt ſupra dictum eſt: ſed propter fraudem quæ timetur. quia ſæpe imò quaſi frequenter accidit, ℘ epiſcopi vel eorum cancellarij contra apoſtolicos impetrantes anticipant datas. Et quia fraus & dolus nemini debet patrocinari: & vt malitijs obuietur. de reſcrip. c. ſedes. & c. ex tenore. ff. de rei ven. l. in fundo. eſt iſtud in palatio apoſtolico inuentum, in quo etiam ſeruatur ℘ literis epiſcopi in cauſa propria fides nullatenus adhibetur. C. ne quis in cau. ſu. in rubro & in nigro. &. iiij. quæſt. iij. §. nullus. Sed in hoc caſu videlicet vltimæ collationis factæ per epiſcopum contra apoſtolicum impetrantem quodammodo epiſcopus videtur ferre teſtimonium in cauſa propria, vt ipſe collationem ſuam propriã factã forſan in perſonam fratris, nepotis & conſanguinei aut familiaris collationi apoſtolicæ factæ alteri perſonæ ſibi extraneæ præferre poſſet. & ita ſolebat ſemper dicere in conſil. reuerendiſsimus in chriſto pater dominus Petrus de Sarcena ſanctæ Rom. eccleſiæ cardinalis dum erat in rota. Præterea poſſet etiam aſsignari alia ratio diuerſitatis quare in primo caſu noſtro creditur literis epiſcopi: & non in ſecundo: quia in primo caſu non poteſt fieri collatio alteri quàm permutanti, per clem. vnicam. de re. permu. & ſic quodammodo illa collatio eſt neceſſaria: quia de neceſsitate iuris non poteſt fieri alteri. In ſecundo verò caſu eſt locus gratificationi, & poteſt conferre cui vult: vt le. & not. de præben. relatum. & de reſcrip. c. tibi qui. libr. vj.

5 Sed prælati modernis † temporibus plus ſequẽtes carnalitatis affectum quàm iudicium rationis: ſæpe ex inordinata affectione promouent ſuos: vt in c. graue. de præbend. & machinantur omnes fraudes quas poſſunt contra apoſtolicos impetrantes. de renun. c. ij. lib. vj. de conceſſ. præben. c. j. co. li.

SVMMARIVM.

Si in libello fit mentio de authentica ſcriptura, illa ante lit. cõteſt. eſt edenda ſecundum diſtinctionem hîc poſitam. h. d. Vel ſic. Actor faciens mentionem de aliqua ſcriptura tenetur reo eam petenti antequàm libello reſpondeat. ſi tunc habeat exibere.

EPITOME.

1 *Scriptura authentica in aliquo libello mentionata ante litis conteſtationem eſt ædenda.*

2 *Actor poteſt dupliciter facere mentionem ſui inſtrumenti.*

Deciſio 2. aliàs. 34.

1 SI in libello actoris ſit mentio † de aliquo priuilegio vel ſcriptura quibus fundatur intentio libellantis. fuit dubitatũ an illæ ſcripturæ, ſi petantur per reũ cõuentũ, vt ante oĩa exhibeãtur, ſint exhibẽdæ antequam reus compellatur reſpondere libello. & licet poſſent fieri ſuper hoc multa argumenta pro & contra: finaliter fuit determinatum & concluſum per omnes, ℘ ſi actor habeat illas ſcripturas penes ſe, ita ℘ in promptu poſsint haberi & exhiberi, quòd tũc ante omnia cõpellitur ad exhibendum, vt ſic per inſpectionem earum reus poſſet deliberare vtrum velit cedere vel contendere. & ſic loquuntur omnes leges titu. ad exhibendum, aliàs nõ compellitur illas exhibere: imò reus compellitur libello reſpondere. & proceditur ad vlteriora in cauſa, & in termino ad producẽdũ omnia actor, ſi voluerit, illas producet. & ſi fuerit contentio inter partes, vtrum prædictas ſcripturas actor habeat vel non penes ſe, vel in breui poſsit habere: iudex poterit & debebit ſuper hoc actori deferre iuramentum. de fi. inſtru. cùm Ioan. de iura. cal. c. ij. li. vj. Hæc concluſio probatur per nota. per Inno. c. j. de probat. & Spe. tit. de inſtru. ædi. §. nunc dicamus. verſicu. quid ſi quis. Quam concluſionem dixit dominus Egi. veram niſi ſcriptura ſit talis, quæ debeat eſſe penes conuentum, vel cuius tenor ſatis exprimitur in libello: quia tunc ſine alia productione ſatis poſſet deliberare conuentus, & ita ceſſat ratio Innocen. terminus enim à ſtilo ſtatutus eſt ad producendum omnia.

ADDITIO.

Dominus Bartol. in l. ædita. C. de ædendo, dicit ℘ aut

2 fit mentio † de inſtrumento enuntiatiuè: aut per modum limitationis. Si enuntiatiuè vel demonſtratiuè: tũc non fit æditio reo per actorem ad deliberandum. Si limitatiuè: tunc aut reus debet habere copiam illius inſtrumenti, & non fit æditio: vt in le. ij. ff. de æden. nec obſtat. l. poſtquam. §. ſi dies. ff. vt lega. no. caueatur: quia ibi fit æditio ad ſui probationem, non ad deliberationẽ, aut reus non debet illud inſtrumentum habere: tunc bene debet fieri æditio ſecundum diſtinctionem Innocen. Dicit d. Bald. in d. l. ædita. in recollectis, ℘ vbicunque reus ex facta mẽtione inſtrumenti poteſt reddi dubius, quòd ibi habet locum dictum Inno. vbi autem non poteſt fieri dubius, ibi non debet fieri æditio ad deliberandum: cùm copia inſtrumenti non ſit de ſubſtantia deliberationis, ſed impertinens quantum ad ius deliberandi. facit l. vltima C. de preci. imper. offer. & adde quod habetur infrà eo. ti. deci. 5.

SVMMARIVM.

Pertinentiam collationis ſufficit probare per reputationem & famam. h. d. Vel ſic. Sufficit probare per famam & alia adminicula, quòd collator erat in quaſi poſſeſsione conferendi.

Deciſio 3. aliàs 123.

SVfficit probare pertinentiam collationis per formam & reputationem, & alia adminicula, puta per auditum quòd beneficium de quo agitur, conſueuit conferri per talem, & per inſtrumentum admiſsionis illius ad cuius collationem ſpectare dicitur: præſertim ſi impetrans habuerit ad collationem epiſcopi. pro quo facit ius commune. de elec. c. cùm eccleſia Vulterana. xxj. di. in nouo. j. quæſt. iij. ſi quis epiſcopus, de hæret. c. cùm ex iniuncto.

SVMMARIVM.

Qui in vita poſſedit beneficium, præſumitur tempore obitus poſſediſſe.

Deciſio 4. aliàs 124.

SI probetur aliquem tenuiſſe & poſſediſſe certum beneficium in vita ſua, illud tempore obitus ſui adhuc præſumitur poſſediſſe, niſi probetur cõtrarium. nam qui ſemel rem poſſedit, adhuc eam præſumitur poſsidere: ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. in amittenda. &. §. ℘ ſi fertus &. ff. de procur. l. eum qui. Pro hoc faciunt notata Phi. & Hoſtien. & Ioan. An. in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpo. ſuper. iij. glo. & in Spec. de actio. & peti. §. ſequitur. ver. quid ſi ago.

ADDITIO.

Contrarium ibi gl. & in c. cum eccleſia. de cauſa poſ. in gloſſ. iij. ad idem tenet gloſſ. in l. ſiue poſsidetis. C. de probat. ſed pro iſta deciſione videtur tex. expreſsus in c. olim. eod. titu. l. iij. de reſtitu. ſpol. ibi dum dicit, vel etiã prius habuiſſet &c. Ex quo textu clare colligitur, ℘ petenti reſtitutionem per interdictum vnde vi, ſufficit probare quod iam poſſedit iſta: licet non probet, quòd poſſederit ſpoliationis tempore: & hanc opi. tenent Hoſtien. & Ioan. And. in d. c. cùm ad ſedem. & Pet. & Cy. in præall. le. ſiue poſsidetis. Non obſtat ratio tenentiũ contrarium, qui dicunt, quòd quia poſſeſsio de facili perditur: ideo nõ præſumitur poſsidere qui olim poſ-

sedit. Nam hęc ratio non concludit: quia si facilius perdatur possessio quã dominium: non propterea sequitur, quòd non præsumatur hodie possidere, qui olim possedit: vti §.j. amittenda. §. & si seruus. hîc alleg. ibi dum dicit, constat nos possidere, donec, &c. qui enim hoc dicit, probet: vt ff. de probationib. l. ei qui. dicit. nam si dicam, quòd nunquam habui animum possessionem perdendi: magis est credendum mihi quàm dicẽti, quòd animum deposui possidẽdi, ex quo de animo meo quæritur. de homicid. significasti. & de pigno. actio. l. si creditor. & de senten. excommu. si verò. ij. & ita teneas.

SVMMARIVM.

Quamuis vna pars non compellatur alteri parti exhibere propria instrumenta: iudex tamen ex officio eam compellere potest.

EPITOME.

1 *Iudicem non nisi magna ex causa partem ad exhibẽdum sua instrumenta cogere debere.*

Decisio 5. *aliàs* 213.

LIcet pars actrix vel rea non possit cõpelli ad ędendum seu producendum instrumenta seu priuilegia sua in iudicio: præsertim si asserat illa sua propria & non communia: vt in l. qui accusare. & l. ea quæ. C. de ædẽ. & in c. j. de proba. vbi ponitur ratio. Tamen iudex ex suo officio potest partem compellere ad illa exhibenda sibi, & ipse habet videre vtrum sint propria vel communia vel facientia ad causam, vel ne: vt ff. ad exhi. l. iij. C. de ædẽ. l. j. hoc verum secundùm dominũ Aeg. præmissa aliquali ſeui & summaria cognitione: puta iudex petat à parte petente exhibitionem, quare id petat, & quid dicat seu ponat verba saltẽ in effectu ipsum seu ius suum concernentia. Alij domini quasi omnes dicebant solummodò sufficere iuramentum partis, quòd malitiosè seu calumniosè nõ peteret illud. Reuera Inn. in cap. j. de probatio. superius alleg. circa medium, videtur declinare in opinionem domini Aegidij vbi dicit, q

1 † iudex nisi ex causa magna deberet cogere partem ad exhibendum sua instrumẽta, quæ habet penes se, vt ibi: alios verò facilius cogere poterit ad exhibendum. & sic dicit intelligendum l. iij. §. penul. ff. ad exhiben. & idem dicit Specul. tit. de instrumen. ædi. §. videndum restat. versic. & not. ex præmissis in fin. & versic. & not. quòd si lit. penden. & vide ibi in Specul. in prædicto versic. & not. ex præmissis. quæ sunt instrumenta communia & ædenda, & quæ non. qui remittit ad Innocen. in dicto capit. j. vbi plenè per eum.

SVMMARIVM.

Pro instrumentis producendis nõ datur remissio: sed bene pro signis & sigillis recognoscendis.

Decisio 6. *aliàs* 218.

LIcet pro instrumentis producẽdis in causa per appellationem vel de speciali mandato ad curiã deuoluta seu commissa nõ detur remissio ad partes: prout le. & not. in cap. statuimus. de electio. & capit. cupientes. libr. vj & capit. cordi. eod. libr. Tamen si instrumenti producti signa sigilla & notarij negentur: pro illis probandis in partibus, si nullo modo possint probare in curia, bene est concedẽda remissio: quia illa sunt probanda per testes quos secum ducere non poterat ad curiam, nec tenebatur: prout in d. locis le. & not. Præterea licet pro dilatorijs exceptionibus & alijs præãbulis vel incidẽ. seu emergen. in causa regulariter non detur remissio extra curiam, de priuileg. c. cùm olim essemus. & per Io. Andr. de appellat. c. j. & in Specul. tit. de dilat. §. j. versicu. sed etli. de exceptio. c. pia. & ibi per Io. mo. Archid. & Ioã. And. in nouel. tamen pro exceptionibus peremptorijs, puta contra testes vel aliàs bene conceditur remissio ad partes. de fideiussor. capitul. constitutus. de testib. c. ex parte adæ. & capi. de testibus. de excepr. c. j. cum similibus. Sed in casu proposito totũ ius partis periret, si huiusmodi signa sigilla & notarij non probarentur. ergo, &c. de test. cap. Albericus. & c. significauerunt.

SVMMARIVM.

Sufficit ad colorandũ possessorium dicere in articulis se in beneficio canonicè institutum & possedisse, ac spoliatum fuisse.

EPITOME.

1 *Petens restitutionem beneficij debet probare coloratum titulum specificum: vnde sufficit dicere in libello quòd canonicè possidebat.*

2 *Beneficij restitutionem petenti incumbit probatio legitimæ institutionis.*

3 *Sententia restitutionis non fertur, nisi probato vel exhibito titulo colorato.*

4 *Præscriptionem probare volenti an sufficiat dicere se legitimè præscripsisse.*

Decisio 7. *aliàs* 257.

1 SI quis † dicat se beneficium aliquod canonicè & legitimè possedisse, & spoliatum esse petẽs se restitui: licet non producat suam institutionem, nec dicat per quem fuerat institutus: dicebant omnes dominime & vno alio domino exceptis, articulũ huiusmodi fore admittendum ad probandum in curia, & extra: quia tunc poterat producere suam institutionem & inductionem, vel probabit per testes. de testib. cap præsentium. lib. vj. Mihi videbatur articulum nimis vagum, incertum & confusè datum: ergo non esse admittendum: quia nõ est vagandum cum detrimẽto alterius. ff. de dolo l. idẽ exigit. & ff. de reg. iur. l. non est vagandum. cum detrimẽto alterius. ff. de iniur. l. prætor edixit. de elect. c. vt circa. cum ibi not. per Archid. Præterea verbum, canonice, est verbum iuris. quod non cadit in mẽtem testis. ergo, &c. de testi. c. cùm causam. & quia ad canonicam institutionem requiruntur multa, de quibus in c. j. de reg. iu. li. vj. ergo &c. Allegabam etiam pro nõ admissione dictum Inno. in c. ex parte. & c. ex literis. de rest. spo. & dictum

2 Archid. de eo qui mittitur in posse. c. vnic. lib. vj. † qui dicunt, quòd petens restitutionem beneficij oportet probare se possessionem habuisse ab illo qui habuit auctoritatem instituendi. & quia prædictus articulans nec de illo alio aliquid dixit seu deduxit in prædicto suo articulo, mihi & prædicto domino meo videbatur non esse audiendum: præsertim attento stilo nostro: quia nõ admittimus aliquem restitutionẽ peren. in beneficialibus, nisi exhibeat & producat aliquem titulum coloratum: propter not. dictorum doctorum & Ioan. And. & Paul. in Clem. vnic. de cau. pos. & plenius per Io. And. in add. Spec. tit. de rest. spol. in princ. Ad quod vltimum respondebatur aliud esse in probationibus: aliud in probandis

3 articulis. Si loquatur † de probationibus & sententia restitutionis ferẽda: illa nunquam fertur nisi probato sine exhibito titulo colorato. & sic loquuntur prędicti doct. Si verò loquamur de probandis articulis: tunc enim sufficit deducere colorem siue canonicum titulum & illum postea per literas vel per testes probare. quia satis deducitur dum dicit se canonicè institutum. Nec prædicta incertitudo siue generalitas obstat, quia illa potest per dicta testium siue productionem instrumentorũ ad certitudinem & speciem reduci: maximè quia prædicta materia non est obiectiua, sed est de iure dantis, quæ nõ requirit tam exactam specificationem. de electio. capit. constitutionem. in Clemen. Præterea si testes dicunt vel per instrumenta seu literas appareat beneficiũ collatum & se institutum per talem, & quòd ad collationẽ illius consueuit pertinere collatio & institutio, est satis. nam apparet ipsum canonicè institutum. & sic verbũ, canonicè per factum probatur & declaratur. Ad quod etiam inducebatur dictum Inno. & Hostien. ac Ioã. And. post

4 eos in c. fraternitatis. de testi. † vbi dicunt, quòd sufficit volẽti probare præscriptionem allegare & dicere, quòd legitimè præscripsit: licet non dicat per xl. annos. Pro quo etiam faciunt nota in capito. cum ecclesia Sutrina. de causa possessio. & proprietat. & melius in capit. cùm de beneficio. de præbend. libr. vj. & in capitu. romana. de electionib. ergo dicebant non obstare secundum rationẽ meam. Reuera ego id capere non possum: quia ex facto & actibus ius oritur & elicitur. & licet illa generalis narratio, videlicet quòd sibi canonicè sit prouisum sufficeret in libello ad effectum inferendę conclusionis: tamen in processu descendendum est ad speciem probationis ad effectum: prout leg. & not. in c. cum ad sedem. de restitu. spoliato. & de probat. cap. licet. Item licet generalia

neralia si essent probata acta sufficerent in repellendo: non tamen sufficerent nec sufficiunt in proponendo, secundùm Archi. vt in c. vt circa. super versi. omnia & singula. & facit clemen. constitutionem. de elect. in fi. Probatur etiam hoc per simile. Nam licet sufficiat proponere & dicere in libello aliquam rem ad se spectare iure dominij vel quasi: oportebit tamē postea aliquam causam ex qua causatur dominium, in processu siue in articulis deducere & probare, aliàs non posset sequi congrua sententia. pro quo optimè faciunt ea quæ leg. & not. in cap. abbate. de re iudi. lib. vj.

SVMMARIVM.

Si mandatur auditori quòd si per euentum litis constiterit neutri litigantium ius competere, prouideatur sufficientiori. de huiusmodi sufficientia poterit se informare per testes.

EPITOME.

1 *Literatura & sufficientia alicuius per testes probari potest.*

Decisio 8. aliàs 270.

1 SI mandetur auditori, ꝙ † si per euentum litis sibi cõstiterit neuter litigantium ius habere in beneficio, prouideat sufficientiori. de huiusmodi sufficientia * poterit se informare per testes quis eorum excedat alium in literatura, moribus, vita, nobilitate, ætate & conuersatione: & secundùm hoc iudicabit vnum sufficientiorem alio. Pro hoc alleg. vnum dictum Innocen. in c. li cet. de translatio. in vlti. glos. Ego verò allegani stilum curiæ & cancellariæ, vbi omni tempore docetur per testes de sufficientia impetrantium ante confectionem literarum, & etiam omnia prædicta probantur & probari possunt per testes quò ad electos absentes, promotos & confirmatos ad episcopatus. facit etiam clem. romani. de iureiuran. Sed reuera hæc omnia iura & prædicta procedunt de examinatione & probatione extraiudiciali. Sed ex quo hîc loquitur de prouisione facienda in iudicio, quæ habet vim quasi adiudicationis: voluit dominus Fran. dicere ꝙ personæ deberent vocari, videri & examinari quod reuera bene posset procedere quò ad literaturam siue scientiam, de qua non posset alio modo constare, nisi per examinationem personæ: prout le. & not. in c. si fortè. de elect. lib. vj. quod crederē verum, nisi posset constare per testes vel literas vnum graduatum in aliqua scientia, & alium non graduatum, & sic illum præsumptiuè magis idoneum ratione gradus. Sed vbi ambo haberent gradum, nec posset constare quis eorum esset literatior alio: tunc crederem procedere dictū domini Fran. aliàs non. cæteras omnes alias qualitates crederem probandas per testes. arg. not. in dicto c. si fortè. & in c. cùm olim. de elect. & c. postquam. in cle. iudices de offi. deleg. cle. vna de concess. præben.

SVMMARIVM.

Statur sententiæ quæ in rem transiuit iudicatam narranti processum & partis aduersæ præsentiam vel contumaciam nisi probetur nullitas. Exceptione de nullita te processus obiecta cui incumbat probatio an excipienti an executionem petenti Pars præsumitur fuisse in sen 1 tentia præsens nisi contrarium exprimatur.

EPITOME.

1 *Si contrà sententia executionem de nullitate processus excipiatur: cui onus probandi incumbit.*

Decisio 9. aliàs 301.

1 SI † petatur executio alicuius sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, & producatur instrumentum sententię coram executore in quo narratur commissio iudicis sententiã proferentis, libelli oblatio, litis contestatio & alia substantialia iudicij: & excipiatur per illum contra quem debet fieri executio de nullitate processus: & negentur omnia prædicta in prædicto instrumento contenta. Fuit dubitatum cui incumberet onus probandi, an excipienti vel executionem petenti. Ad quod respondebatur prout Inno. respondet in terminis de offi. deleg. c. cùm in iure. super versi. de mandato. Aut continetur in dicto instrumento sententiæ partem contra quam fuit lata sententia fuisse præsentem: aut non. In primo casu incumbit onus probandi excipienti. In secundo casu agenti: propter rationes quas ibi ponit, & etiam in cap. quoniam. de proba. & in cap. in præsentia. de renunc. per Ber. & Hostien. & vide etiam Ber. in ca. ad reprimendam. de offi. ordi. in glo. fin. & per eundem de re iudica. cap. sicut. Compost. in cap. bonæ memoriæ. ma. de electio. tenet idem in absente per contumaciam: cuius contrarium videtur innuere. Innocē. in dicto cap. cum in iure. cuius opinionem Innocen. intelligo in ficto contumace: opinionem verò Compost. in vero, cuius absentiam supplet Dei præsentia de do. & contu. c. veritatis. de arbi. c. j. lib. vj. & C. de iudic. l. properandum.

SVMMARIVM.

Literis ordinarij vel delegati absq; notarij & testium subscriptione in præiudicium alicuius non creditur.

Decisio 10. aliàs 348.

VOluerunt & ordinauerunt domini concorditer ꝙ stilos * qui habet, quòd literis collationis beneficij factæ per ordinarium solo suo sigillo sine subscriptione testium & tabellionis non credatur in præiudicium impetrantium, propter præsumptam fraudem, & calumniam: hoc idem etiam seruetur in quocunq; alio collatore seu nuncio apostolico ad hoc habente potestatem conferendi beneficia certi valoris & numeri, propter identitatē rationis & maioris præsumptionis fraudis. & quòd recipiens beneficium ab illis teneatur probare, & illud sit infra taxam in literis illius comprehensam, quæ est pars gratiæ suæ. & per illam taxam limitatur, aliàs collatio non valeret. de concess. præben. c. cùm eiusdem. in clemen. Contra primam conclusionem videtur multum obstare not. Archid. in cap. si à subdelegato de offic. delega. libr. vj. videlicet, quod commissio & subdelegatio huiusmodi probatur per literas solo sigillo delegati sigillatas. Præterea processus facti per executoriarum apostolicarum probantur per literas solo eorum sigillo sigillatas: vt in Spe. tit. de remiss. §. vtile. ver. sed nunquid remissio iudicum. & per Ber. & Compost. de rescript. c. capitulum sanctæ crucis. & de elect. c. statuimus. per eundem libr. vj.

SVMMARIVM.

Non obstante publicatione testium nõ ritè facta, possunt idem testes vel alij super eisdem articulis produci.

EPITOME.

1 *Depositiões quæ nõ tenẽt, habendæ sunt ac si nõ essent receptæ.*

Decisio 11. aliàs 391.

SI ad instantiam partis producentis testes publicantur attestationes non ritè receptæ: puta lit. non contestata & partibus non vocatis ad videndum eos iurare: dubitatur vtrũ eadem pars posset eosdem vel alios super eisdem articulis producere? Et videbatur aliquibus quòd non: præsertim si didicit testificata, propter periculum subornationis: tum quia sibi ipsi viam præclusit; secundùm Genze. in cle. testibus. de resti. secus verò si ad instantiam sui aduersarij esset facta huiusmodi publicatio: quia tunc non debet præstare impedimentũ, quod de iure non fortitur effectũ. de reg. iur. c. non præstat. lib. vj. Item quia in extraordinaria actiõe & c. de accu. c. qualiter. vnde † depositiones quę nõ tenent, pro nõ receptis debent haberi. facit qđ no. suprà de testi. c. cùm causam. & c. cùm clamor. de proba. c. in præsentia. Per has easdē rationes & per d. cle. in prin. alle. fuit cõclusum contrariũ. etsi ad instantiã producentis sit facta publicatio & didicerit testificata. nam si idem testes dicãt id quod primò & sic cessat subornationis timor: aut dicant contrarium & sic nõ revelabunt eũ, nec erit in probatis: & sic in vtroque casu cessat ratio posita in cle. de testi. quę potius procedit in aduersario volen. producere testes super articulis directè cõtrarijs. Nec ob. no. in c. cùm in tua. & c. veniens. de testi. quę potius faciũt pro opinione hac. quia illa loquũtur in testibus ritè receptis & ob aliud primò & ob aliud secundò productũ. sed hîc nos loquimur quãdo ad eundem effectũ & super eisdem articulis probandis producũtur: quia prima productio, receptio & attestatio nil valuerunt. Si verò nunc debitè recipiantur: & idem dicunt, ꝙ primo valebit eorũ depositio, si deponãt contra vel vltra articulum nil valebunt: nec proderunt dicta eorum producenti. de testi. c. de testibus. de proba. c. licet. de testi. cogen. c. præterea.

* *Sufficientia. Sufficientia siue idoneitas est duplex: scilicet intrinseca: vt puta, quòd qui sit castus, sobrius &c. & ista idonestas præsumitur. Sed quis non præsumitur idoneus circa extrinseca: puta quod sit doctꝰ quod scit cantare legere, vel simile? & si opponitur aliquis quòd nescit legere vel cantare: tunc debet supponi examini. &c. de his per Abba. & Fel. in c. fina. de præsum. vbi plenè de istis scribunt.*

* *Quòd stilus Add. supra eodem tit. dec. 9.*

Infra de test. 13. Publicatio attestationũ an & quando sit impedimẽto vt alij testes examinari nequeant clem. consti. 83. vol. 4.

SVMMARIVM.

Valer receptio testium, qua extitit appellatũ, si post appellationẽ & deinde partis appellantis repositionem ijdem articuli admissi fuerunt, nec à tali admissiõe exti tit appellatum.

Decisio 12. aliàs 392.

SI auditor admittat articulos in aliqua causa, & reci-piat statim testes super illis: & postea ab huiusmodi articulorum admissione appelletur: & pars appel-lans per auditorem in statum pristinum reponatur: & postea iterum ijdem articuli admittantur: & tunc non appellatur: fuit dubitatum vtrum receptio testium post admissionem primam & ante repositionem facta value rit. Et videbatur quòd non. Nam ex quo auditor partem appellantem reposuit in statum in quo fuit ante huius-modi admissionem, fatebatur se grauasse: & ideo reuo-cando grauamen, videlicet admissionem quæ fuit prin-cipalis, videbatur etiam omnia accessoria reuocasse, & sic receptionem testium nil valuisse, aliàs non reuocasset nec cessasset grauamen cũ effectu. de ap. c. cùm cessante. & c. si à iudice. libr. vj. Dicebatur & concludebatur per omnes contrarium. Nam licet auditor partem appellan tem reposuerit, hoc fecit animo melius deliberandi & non repellendi: sed potius admittendi articulos: * quem animum postea declarauit eos admittendo: nec etiam se cundùm omnes dominos esset magnum peccatum, si ser uatis omnibus terminis reciperentur testes super articu lis aliàs pertinentibus & admissibilibus. Imò secundùm aliquos eo ipso ꝙ iudex testes recipit, articulos admittit saltem tacitè, & ideo iudices in partibus seruatis seruan-dis nunquam super admissione vel repulsione articulo-rum interloquuntur: * sed testes & instrumenta reci-piuntur ad probandum eosdem. & si actor probat suam intentionem, procedunt ad diffinitiuam sententiam: nec huiusmodi admissio est de substantia ordinis iudiciarij: nec vitiat receptionem testium, dummodo aliàs sint per tinentes. pro hoc facit finis c. constitutionem. de elect. in clemen. Præterea licet admissione prima articulorum fuerit appellatum: tamen non à receptione testium, nec à secunda admissione, quæ declarat primam bonam & canonicam. ergo.

* *Admittendi articulos. Articulus quot modis dicuntur, & an possint iterum produci. Adde Bal. in marga. in verbo, articulus. ver. final.*

* *Interloquũtur. Iudex tamen debet articulos examinare, si sint tales, qui probati releuent partem producentem: vt habetur per Spec. de oss. iud. §. de seruitu. ver. si post lit. contest.*

SVMMARIVM.

Testes qui infra terminum peremptorium datum ad probandum iurauerunt dicere veritatem, de rigore iuris post terminum examinari non possunt: sed de æquitate sic, si iudici videbitur, & parti non posit negligentia imputari.

EPITOME.

1 *Testes iurantes intra terminum ad probandum datum depone-re: an lapso termino possint cogi deponere.*
2 *Obligatus ad duo non liberatur vnum adimplendo.*
3 *Inseparabilium vno vitioso omnia reddũtur vitiosa.*
4 *Probatio est rei dubiæ ostensio per argumenta fidem faciens.*
5 *Inutilium vel nullum aliò firmatum non consideratur se-cundùm se, sed secundùm id quod ipsum validat.*
6 *Iurisdictio iudicis per citationem perpetuatur, aliàs peritura: si militer & testium receptio, & actio tempore peritura.*

Decisio 13. aliàs 465.

1 EXtra rotam fuit † dubitatum, si dato peremptorio termino ad probandum testes infra illum producti fuerunt, qui in dicto termino * intrauerũt, & non deposuerunt: & per producentem stetit quò minus de-posuerunt: quærebatur nunquid possint dicti testes post terminum examinari: ita quòd examinatio & depositio eorum valeat, & standum sit dicto eorum de iure? Istud dubium decurrit mihi in rota tempore quo auditoratus officium exercebam: & in meis decisionibus erat vna de cisio, quæ communiter non habetur: & adeo erat corru pta, quòd nulla bona sententia haberi poterat ex eadem sed prout concipere potui ex ea & ex verbis doctorum scribentium correxi, & ad sanum intellectum reduxi: prout infrà describitur additis etiam aliquibus. Et pri-mò allegatum fuit ꝙ nõ sint examinandi parte aduersa se opponente: pro qua parte fuit allegatum dictum Spe. in tit. de teste. §. qualiter. ver. is quoq; & per Ia. de Are. in l. damni infecti. §. Sabini. ff. de dam. infec. & per Archi. & Io. And. in nouel. in c. pia. de exc. li. vj. & per eundem Archi. xxx. q. ij. c. fin. Secundò probatur sic. Res quæ as-sumpsit sibi principium sine effectu cũ dependentia ad aliud perficiens ad validum effectum deducta, seu ad id quod dependebat iudicatur secundum finem & euẽtum eius à quo dependebat, & ex tunc, & non prius: vt ff. de reg. iur. l. legatum. de condi. inser. l. vxor. ff. de verg. obli. l. si rem. commu. prædi. l. receptũ. & ff. de aqua plu. arcẽ. l. in concedendo. Sed probatio licet assumat principium per iuramentum: id tamen procedit sine valido effectu ante depositionem, & cũ dependentia ad dictum seu di-spositionem testium. ad id ergo deueniens ex tunc secũ-dum tempus eius debet iudicari. ergo rãquam facta post tempus nulla & inualida ꝓberetur. Tertiò † qui debet 2 duo facere: faciendo vnum, pœnam non euitat: vt in l. Celsus. ff. de arbit. & de dolo & contu. c. cùm dilecti. Sed ille qui debet probare, duo debet facere. scilicet testes fa-cere iurare, & deponere. si vnum facit & non aliud: non euitat pœnam, quæ est aduersarij victoria. arg. l. j. de or. iud. & nihil actum esse dicitur, cùm aliquid supereſt ad agẽdũ: vt l. cùm Sillani. C. ad Sillani. Quartò quãdo duo sunt, quorum vnum tendit ad implendum seu ad infir-mãdum, aliud: & in eo quòd habetur firmare est vitium & impedimentum, totum redditur vitiosum: vt ff. rem ratam hab. l. rerum. Sed depositio habet implere seu fir-mare iuramentum, & sine eo nihil est. Si ergo in depo-sitione est vitium, eo quòd tempore incõgruo facta est, totum debet vitiari. Item nec dictum sine iuramẽto, nec 3 iuramentum sine dicto est aliquid: & in duobus † inse-parabilibus ex vitio vnius redditur alterũ vitiosum: vt l. j. §. j. de aqua quot. & æst. & ff. de arb. l. parui. §. id quod. Quintò, iura denegantur contemptoribus sui iuris: vt ff. de annali excep. l. j. in fin. Debet enim reus esse sollici tus facere vocari testes vt deponant: & facere eos cogi per remedia prætoris, quæ sunt multa: vt C. de inoffic. testa. l. contra matores. & C. de annali excepti. l. j. vnde potuit de negligentia iudicis conqueri, si per eum steri: vt C. de offic. sacra. lar. l. j. non enim proceditur ex mero iudicis officio hoc casu, nec ad officium iudicis pertinet testium examinatio sine partis requisitione. de accus. c. qualiter & quando. sed ad requisitionẽ partis testes sunt examinandi & cogendi: vt iij. q. ix. c. fin. & ita debet vni parti deferre, vt alteri parti non faciat iniuriam: vt C. de sta. & imagi. l. vt virtutum præmia. & in ij. q. iij. quæri-tur. & alibi dicit papa ita sumus in iustitia debitores, vt alijs iniuriam non faciamus: vt extra de foro compet. c. ex tenore. & post terminum ita debet audire vnã partẽ, si ius alterius non fiat deterius: vt ff. si quis cau. l. sed si post tres. Sed hîc, si testes reciperentur, ius partis efficeretur deterius, & in totũ tolleretur per exceptionẽ pro-bandam, quæ probata non est. ff. de peti. hære. l. deperdi-tum. & ff. de tributo. l. illud. §. minus. Sexto, non sunt te-stes examinandi ex eo: quia iudex post terminũ non debet eos audire: vt l. mancipiorum. ff. de optio. legar. ff. de accus. l. Titia. & C. de ingen. manu. l. diffamari. maximè cum iuri suo reus renuntiasse videatur: vt l. si eo rẽpore. C. de remission. pigno. aliàs nullus esset litium finis. Se-4 ptimò probatio † est rei dubię ostensio per argumenta faciens fidẽ: vt not. C. de proba. super rubrica, & hoc idẽ tenet ibi Azo in summa. Cũ ergo assignatus est termi-nus ad probandum, & per consequens assignatus est ad ostendendum. sed per solũ sacramẽtum testis nihil osteñ-ditur in termino dato ad probandum ergo concluditur depositio testium inualida, per quã res dubia ostenditur & non clara. Octauò probatur sic. Confirmans trahitur ad rẽpus confirmati, & non ecõtra: vt l. si fundus. in fin. ff. de pigno. & l. non solùm. & l. fin. C. ad Macedo. Cùm ergo sacramẽtum depositionẽ corroborer, & ex ea fides iudici insurgat: magis dicimus ipsum sacramentũ tradi ad tempus depositionũ, quam econtra. Simile nos vide-mus. Nam cũ testamentũ confirmet codicillos: codicilli tamen trahuntur ad tempus testamenti. & pro hoc quia confirmatum non reducitur ad tempus confirmantis: vt l. si certarum. §. similes. ff. de iure codicillo. Quid plura, terminus non est datus ad testes producendum ac iura-ri & recipi videndum, sed ad probandum. ergo proba-

* *Addan autem testis possit iurare per procuratorem vide pulchrè per Abb. in c. licet. de testib. 2. col. in ver si. item quæro & per Fel. ibi nu. 3. par. 2.*

tione non

tione non facta excludi tur pars.ff. de iudic. l. ad perpetuum.cum l.sequenti.C. de accusa.l.si ea.& l.mancipiorum.& l.diffamari.superius alle.& de excep.in c.pastoralis.In contrarium ꝙ dicti testes sint examinandi post terminum. * probatur sic . Fides testium reducitur ad ipsum iuramentum:vt l.si quando.C.de testi.ergo secundùm tempus iuramenti iudicare debemus:vt l.asse toto. ff.de hære.instituta.quia quando duo sunt vnum propter aliud,iudicandum est tantum ibi vnũ esse:vt l.tribuimus. & l.Iulianus.ff.de condit.& demonst. Sed fides testis est propter sacramentum:vt l.iusiurandum.C.de testi.ergo &c.Secundò,probatio ad quam fuit terminus statutus, videtur assumpsisse principium à tempore iuramẽti , & terminationem tempore depositionis & dicti . sed lege cauetur quòd vno tempore initiata,postea trahuntur ad tempus initij:& ex eo & secundùm id tempus facta censentur: vt ff. de solu.l.sub cõditione.& C.de re permu.l. ex placito.cum si.Sed in casu proposito,probatio inchoata est tempore iuramenti:& sic infra dilationem termi nata.Demum trahitur ad initium sui. & sic infra termi num,& ex dicto tempore facta esse censetur. ergo valida est dicenda,& est standum . Huic accedit illud generale,videlicet quòd ratihabitio retrotrahitur.ff. ad Maced.l.j.in fin.& l.donationes.C.de donat.inter virum & vxo. Tertiò,si initiata & postea terminata non traherentur retro , vt dixi : tamen iudicari debet effectus rei ex tempore & secundum tempus initij:vt l.quod tempore.C.de resti.mili.ff.qui.ex cau.ma.l.nec non .§. si quis sæpius.& ff.ad l.falcid.l.in quantitate.§.legata.& l.pœnales.§.annua.& l.Plaucius . Cùm ergo dicta probatio sit iurata infra terminum,effectus eius,status & fides iudicandus est processisse ex tempore & secũdum tempus initij,scilicet iuramenti,& sic valida est censenda . Pro hoc facit.quia quando aliquid componitur ex duobus,iudicatur secundum id quod est potentius:vt l.quicquid.§. cùm in partes.ff.de acquir.re domi.& ff.de stat. homi.l. querit.Sed principiũ potẽtissima pars est.Et ideo si principium suadet vnum,& finis aliud:iudicandum est secundum principium,& non secũdum finem.Quartò,quando † aliquid inualidum vel nullum firmatur ab alio,nõ iudicatur secundùm se : sed secundùm id quod facit ipsum validum.probatur in l.si quis priore. ff. ad Trebel. instit.qui.mo.testam.infirmentur.§.si quis priore. in authen.de defen.ciui.§.sed interim.& C.de vete.iur.enu.l. ij.§.omnia.cum similibus.Sed iuramenti præstatio qua iurant testes se dicere verum,dat robur dicẽdis per eum & facit dicta sua aliqua & valida quæ aliàs forent nulla & inualida. ergo secũdùm dictum & depositionẽ suam & ex suo tempore non sunt iudicanda,sed secũdùm tempus,quod facit ipsa valida,id est secundùm tempus iuramenti . ergo secundùm id tempus iudicandum est fore standum dicto testis , cùm sit infra terminum . & hanc partem tenuit.Iacob.Butri.in sua disputatione quæ incipit.Quæstio talis est ordinata fuit delatio,&c. Quintò sic.sicut actio † tẽpore peritura per solam citationem perpetuatur,ita quòd possit lis cõtestari & in causa procedi:vt C.de annal.except.l.vt perfectius,ita testium receptio perpetuàta videtur,ex quo citati coram iudice iurauerunt,vt postea deponere possint . & maximè cùm dies iuramenti & dies depositionis scribi debeant. Quid plura,per solam citationem perpetuatur iurisdictio iudicis,aliàs tempore peritura:vt extra de officio delega.cagratum.& capitu.relatum.quantò magis debet perpetuari vnicus actus iudicij.argu.à minori:vt C. de sacrosanct.eccles.authen.multò magis.& ff.de diuer.& tempora.præscript.l.de accessionibus.Sextò,quia probationum † facultas non est angustanda: vt C. de accessioni. quoniam.imò est fauorabilis,& ei leges pinguius subueniunt:vt C.de iureiuran.l.generaliter.ff.de testi l. serui. argu.ff.de interdict.l.nequid.sic non videtur dicendum, quòd testes iurati non deponant:ne facultas probationis depereat . Septimò , quia satis videtur esse diligens reus postquam curauit quòd testes iurarent & comparerent coram iudice:vnde iudex debuit facere examinare tempore iuramenti.quod si non fecit,stetit per iudicem non per partem:& negligentia iudicis non debuerit afferre nocumentum parti:quia alter per alterum,&c.ff.de regul.iur.non debet nimirum posito sine prę iudicio quòd non fuerit diligens reus in probando : quia non fecit testes deponere dictum suum , cùm iudicijs mora purgetur:vt ff.si quis cauti.l.ij.& l.sed & si post tres . & quod ibi not.Si ergo paratus est reus post terminum facere deponere,audiendus est.argum.ff.de arbitr.l.si cùm dies.§. si quis ex litigatoribus.Octauò , quia iudex post terminum potest gratificare parti in prætudiciũ alterius partis.de officio delegat.capitu.consuluit . & quod ibi not. & C.quomodo & quando iudex l.j.Potest etiam & post peremptorium testes examinare iuratos.argum . dictæ l.si cùm dies.cum similibus.In hac quæstione consultus tunc dominus Vbertus de nouaria dixit, quòd si producens fecit quod potuit, & debuit: scilicet faciendo testes iurare & producendo eos coram iudice , tunc sunt examinandi etiam post terminum:cùm examinatio facienda sit motu iudicis.Et in hac opinione est dominus Dyper l.j.in fin.ff.de bonorum possessio.ex testamen.mili. vbi dicitur,quòd miles receptus ad iuramentum , ad totum receptus videtur. Dominus Ia.de Butri.inl.si quando.C.de testib.hic distinguit.Aut est datus terminus ad probandum:& tunc sufficit infra terminum iurare:cùm testis fides ad iuramentum reducitur:vt l.asse toto.ff.de hære.instituen.& in dicta l.si quando.Interdum assignatus est terminus ad probandum habendum: & tunc non sufficit:vt dicta l.si quando.in fine vbi dicitur,pars læsa, quia probare debuit , &c . Confirmatur primum membrum huius distinctionis aduersans.Primò,quando vnũ propter alterum,&c.vt l.Paulus.ff.de condit. & demonstratio.Sed fides testis est propter sacramentum:vt dict. l.si quando.Secundò,quia ad primordia sequentia referuntur:vt l.j.C.de imponen.lucra.descript. Contra prę dictam conclusionem videtur fortiter obstare : quia per partem producentem non potest stare.ergo sibi non est imputandum,cùm sibi examinare non licebat:vt dict.l. j.ff.de bonor.possess.ex testament.milit.& ff.de vsu.l. si pro te.Modo nihil videtur, quod litigatori debeat imputari:cùm non ad eum pertineat examinatio testium sed ad iudicem.C.de resti.l.nullum.& l.fina.& C. de fide instrument. authent. apud eloquentissimum . facit etiam quod not.de tempo .app.l.fina.§.illud.in fin.Solutio.die quòd imò bene potest stare per partem , licet per eam non examinentur testes,sed per iudicem: quoniam pars habet sollicitare & implorare iudicis officium,vt id expediat vel expediri faciat . Hoc enim est regulare quòd officium iudicis nunquã impenditur nisi parte petente: vt.ff.de no.ope.nũci.l.de pupillo.§.qui opus. & de dam. infect.l.iiij.§.hoc edictum.& not.per doct.ff.de iurisdi. om.iudi.l.j.vnde si per iudicem vel aduersariũ steterit, ipso iure non nocet parti,aliàs datur restitutio: vt colligitur ex nota.per Ioan.mo.per Archid.& Ioann.Andr. in prę allega. c.pia.& per Inno.per Archid.& Io. And. in prę allega.capitu.pia.& per Inno.de re iudi.cap. cùm Bertoldus.

* Arguit pars contrariũ quod testes sunt examinandi post terminum. Super hoc Adde Vel. in c. ducet . de probat. col. 10. num. 151. vbi plenè de hoc tractat , allegans hanc decisionem.

SVMMARIVM.

Res inter alios acta & si regulariter non noceat possessori:tamen de superioris mandato contra ipsum possessorem potest fieri executio , si lite pendente vel post sententiam se intrusit.Et si dictus tertius negat se possedisse,incumbit onus probandi asserenti illum possidere.

Decisio 14. *aliàs* 477.

SVpposito ꝙ P. qui contra . M. super beneficio obtinuit tres sententias diffinitiuas in petitorio & possessorio:& fecit fieri executionem,& processus:& post hoc reperit.A.intrusum.contra quem obtinuit commissionem à papa:narrando tamen intrusionem factã fuisse tam lite pendente quàm post dictas sententias : & ꝙ dictæ sententiæ quò ad possessorium contradictum A. executioni mandarentur,perinde ac si contra eum latæ fuissent.Videns hoc A.exposuit papæ possessionem huiusmodi habuisse ante dictas sentẽtias,& se posse statim suo de iure docere:& obtinuit mandari auditori causæ coram quo primò causa pendebat,ꝙ si reperiret ꝙ ante sententias huiusmodi possessionem habuisset, ipsum super petitorio ante executionẽ audiret:sed si reperiret,ꝙ

post sententias habuisset possessionem, eum non audiret, quousque sententiæ huiusmodi fuerint contra eum executioni mandatæ, huiusmodi onus probandi, ꝙ post sententias incumbit ipsi P. adeo ꝙ si nihil probet, auditor debet executionem contra A. retardare: ideo quia de iure communi sententia lata inter P. & M. nō deberet præiudicare ipsi. A. cùm diuersæ sint personæ, & ex diuerso iure se fundāt. nec vnus habet ab alio causam, nec posset prohibere alium. ff. de re iudi. l. sæpe. cum ibi not. & co. ti. c. quamuis in antiquis. Fallit secundùm quosdam in vno casu, videlicet si ille. A. possessor fuisset factus lite pendente. vel post sententias: vel si non fuit, hoc noluit papa, ꝙ sub illa tacita cōditione, si preces veritate niterentur, de rescript. c. ij. ergo stabitur regulæ, nisi probetur exceptio. per not. in clem. literas. de rescript. licet contra rium aliqui domini cum vrgenti motiuo tenuerint, dicentes si dicatur constat. A. nunc possidere, & ꝙ antea non possedit. est negatiua, quæ probari nō habet, nec potest: vt l. actor. ff. de probat. Dico ꝙ vno modo vbi est directa negatiua, & est causa intentionis agentis non probatur. ff. de verbo. obli. l. igitur. & ibi plenè not. Bar. per Inn. in c. tertio loco. de probati. plenius per glo. & doct. in c. bonæ. de elect. & in clemen. literas. de rescript. imò secus in proposito, cùm veniat per modum exceptionis contra intentionem de iure communi fundatam, &c.

SVMMARIVM.

Probatio famæ & reputationis releuat ab onere probandi negatiuam illom qui eā aliās probare teneretur.

EPITOME.

1 *Probatio reputationis & communis opinionis releuat ab onere probandi negatiuam.*

2 *Iudicium agitatum cum liberto præiudicat patrono scienti.*

3 *Sententiā latā inter aliquos non debere tertio præiudicare, intelligitur quò ad actionem vel exceptionem pariendi, non quò ad possessionem.*

Decisio 15. aliās 478.

1 IN causa quæstionis suprà proximè, si probat. † P. ꝙ M. durante lite & tempore sententiarum pro possessore habebatur publicè & notoriè, eo ipso satis se exonerat à probatione negatiuè attentata natura materiæ de qua agitur: quæ non requirit probationes ita exactas: vt not. ff. de re iudi. l. à diuo. §. qui si super. Item quia præsumptio facit quòd illi impetranti personæ præiudicatur: quia cùm de suo præiudicio ageretur, sciens se opponere neglexit. alleg. simile in c. quamuis. de re iudi. maximè, quia illa oppositio consistebat in agendo, quæ grauior videtur quàm illa in defendendo, quæ minus grauis secundùm eum videtur: pro hoc alle. tres glos. prima est in c. cùm super. in gl. mag. quasi in medio col. ij. istius glo. ibi, videtur & si res aliqua. Vbi dic, sicut dicitur in l.
2 sæpe. ꝙ † agitatum iudicium cum liberto præiudicat patrono scienti. Ita idem videtur, quòd si res aliqua vendicetur ab aliquo, qui eam non possider, sed tenet: non ego possessor debeo offerre me ad defensionem eius: & nisi me offeram, fit mihi præiudicium quò ad possessionem: vt. ff. depos. l. bona fide. §. qualiter facit hæc lex. Vel fortè allegatio est corrupta: licet secus, si ille reus possidebat: quia tunc non mitteret ad defensionem: nec sibi fieret præiudicium: vt l. modo concess. §. sinautem. & §. si verò. Secundo alleg. pro hoc aliam glos. eiusdem in dict. glo. mag. post princi. iij. col. eiusdem glo. mag. versi. per istam autem decre. in prin. & ibi ex quo certus. Tertio alleg. aliam gl. Inn. de re iudic. ca. quamuis. in glo. j. Vbi
3 videtur id quod dicit tex. ꝙ † sentētia lata inter aliquos tertio non præiudicat: est intelligendum quò ad actionem vel exceptionem pariendi: nam secus quò ad possessionem. Sed ista glo. non habet hunc intellectum, qui sibi imponitur: quia intelligitur de præiudicio, mutare possessiones de persona rei condemnatæ in alium grauiorem. patet, quia hîc alleg. Inno. in eadem glo. probo eādem conclusionem ratione: quia in casu c. cùm super. non fit præiudicium quò ad proprietatem, vt ibi patet in fin. & ita nō est de casibus comprehensis sub c. quamuis. & tamen ibi præiudicatur quò ad possessionem. Igitur illi cui res iudicata inter alios non præiudicat: nec obest quò ad proprietatem, dummodo ad eum & non ad reum condemnatum possessio pertineat, in possessione præiudicatur, si sciuit causam agi, & nō defendit. nec appellauit. Secundum hoc probo sic. quia si specialiter hoc dixerat in casu c. cùm super. aut hoc diceret, ꝙ eo, quòd ad episcopum priori loco, & ad monasteriū secundo loco illius causæ defensio pertineret: aut pro eo quòd episcopus à monasterio causam habuisset. Sed neutrum dici potest: quia sic præiudicaretur in proprietate: vt c. quāuis. & l. sæpe. alleg. ut quia episcopus potuisset prohibere monasterio se defendere. Et hoc non eadem ratione qua suprā, per dictam l. sæpe. aut vt dicit Bart. in d. l. sæpe. Quia videtur episcopus dedisse faculatē agendi ipsi monasterio & non hoc eadem ratione: quia in illo casu tenet idem Bartol. quò ad proprietatē præiudicium generari. & sic intelligit opi. Barto. quā non putat improbatam esse. Et etiam non videtur quod aliquis de dictis quatuor casibus in d. c. cùm super. valeat proprie applicari: quia si sic tunc decisi essent contra c. quāuis. vel cōtra l. sæpe. quod non est credēdum aut tu poneres rationem specialitatis, quā ponit Inno. in c. quāuis. de re iudi. in princ. secundæ col. magnæ glos. in versicul. argu. eius quod dictum est ibi. Ad hæc est ratio. quia sicut episcopus posset agere contra Arien. si possideret, &c. quod nō esset ei ius exercere ibi iura episcopalia: multò fortius quando ea petebat, debebat excipere & certe tunc hoc idem hoc casu. quia si P. possedisset ab initio de qua igitur contra B. contra eum agere potuisset. & sic per consequēs eo agente potuisset venire ad causam, & excipere ne fieret sibi præiudicium in possessorio: prout hoc satis ponit Innoc. in d. c. cū super. Igitur cū ratio specialitatis non apparet in hoc casu, idem est: maximè si ratio Inn. posita. in d. c. cum super. in d. versic. per istam autem decre. ibi, ex quo enim, quia ex quo iura volunt, quòd contra eum ratione solius detentionis detur actio: vt l. effectum. ff. de rei vendic. quod etiam fiat executione iudicium fiat delusoriū sit bona, & per consequēs generalis. Idem videtur in proposito. Si aduersarius dixit se possidere, cùm reuera nō possideret: quia quò ad litem pro possessore habetur: maximè cum per partē & iudicem pro tali reputatur. ff. de rei vendi. l. is qui se obtulit. allegarur pro parte ista dictum Archid. in c. vnic. de eo qui mit. in pos. lib. vj. & opi. Guil. de mō. Lau. qui idem dicit tenuisse in Cle. vt calūnijs. de re iud. In contrarium facit generalitas. §. fi. l. sæpe alleg. vbi dicit valde generaliter, quòd si fundum à te Titius petierit, quē ego non ex persona Titij ad me pertinere dico: quamuis cōtra Titium me sciente iudicatum sit, tamē præiudicium patior: quia neque ex eo iure, quo Titius victus est, vendico: neq; potui interdicere Titio quò minus iure suo vtatur. h. d. Si ergo nullum præiudicium illi esset quò ad possessionem inducitur regula generaliter negatiua. & quò ad possessionem. Vt videtur res inter alios acta alijs nō præiudicat, quę non reperitur vitiata hoc casu. tu cogitabis. Caue quia iudicium sisti loquitur & dicit probabiliter sol ui posse ad capitu. cum super. Quia loquitur in casu quo agitur contra personas, quæ vendicantur, de quarū possessione agitur: ita quòd duo faciunt pro actore, & quia de iure Titij agitur in casu nostro. ergo sunt domini multum contrarij domino Vualhardo &c.

De Testibus.

SVMMARIVM.

Si post conclusionem ad instātiam actoris factam in causa beneficiali admittantur articuli, tacitè censetur conclusio reuocata.

EPITOME.

1 *Conclusio in causa beneficiali non est necessaria.*

2 *Succedens in ius alterius iustam ignorantia causam habere dicitur.*

3 *Iudex certus de causa potest reiecta iuris solennitate sententiam facere.*

4 *Conclusio in causa prophana est necessaria.*

Decisio

Decisio 1. aliâs 5.

1 SI post conclusionem † in causâ beneficiali factam ad instãtiam actoris admittuntur articuli rei, tacitè conclusio reuocata cẽsetur, quę nõ est necessaria in causâ beneficiali: secus in prophana. iuxta ea quę le. & not. in cle. sæpe. de verbo. signi. imò idem in causâ prophana secundùm aliquos: quia ista est natura contrariorum, ꝙ vno posito eodem actu censetur reliquum reuocatum: vt. ff. de acqui. hære. l. illud. in casu tamen renuntiatur. de præben. de multa. & in reg. iur. c. ius nostrum, &c. Et hoc intelligo si auditor sciuit esse conclusum: secus si ignoraret. insti. qui. tu. da. pos. in prin. de procu. c. j. in cle. præsumitur tamen sciuisse, si ipsemet admittens est ille qui concluſit: vt. ff. pro so. l. fi. de fil. presby. c. veniens. secus si alter qui fortè sibi in causâ surrogatus post conclusionem per alium factam non viso registro admisisset articulos rei supra dictos. Nã qui
2 in ius † alterius succedit iustam habet ignorantiæ causam: vt in regul. iur. is qui in ius. lib. vj. Sed quia non est verisimile de aliquo auditore, ꝙ procedat ad huiusmodi admissionem non viso registro: ideo talem præsumptionem ignorantiæ non crederem faciliter admittendam. ar. in simili de præsump. c. literas. & c. quia non est verisimile. de rest. spo. c. sollicitè. de renunc. c. super hoc. cum si. & de procu. c. auditis.

ADDITIO.

3 In qua reiecta solennitate iuris ciuilis merè † statim cùm liquet iudici de causa sine conclusione aliqua de iure naturali sententiam ferre potest: vt in illa sententia lata per Salomonem. iij. Regum. iij. c. & tenet Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verbo, & figura. Et adde quòd quando de beneficijs agitur, maximè curatis, superior etiam post conclusionem in causa & partibus inuitis ex officio suo nouas probatiões recipit: & negotium ac sentẽtiam examinat, propter animarum periculum: & ne quis per surreptionem ad dignitatem ascendat. facit de dolo. c. cùm olim. & per Inn. de re iudi. c. cùm Bertoldus. & probatur ex decisa decre. ad petitionem. de accu. secundùm do. Pet. de Perusio.

ALIA ADDITIO.

4 In glo. super versi. conclusione. & sic videtur apertè decisio ista tenere, ꝙ in causâ † prophana conclusio sit necessaria, & dicatur esse de essentia iudicij. Idem tenet Bal. in repertorio super Inn. in ver. renuntiare. vbi dicit, ꝙ adeo est de substantia conclusio in causis prophanis, quòd eius omissio reddit processum nullum. all. c. quoniam contra. de probat. c. cùm dilectus. de fide instru. & authen. iubemus. C. de iudi.

SVMMARIVM.

Post conclusionem possunt recipi testes super habilitatibus impetrantis: & super recognitione sigillorum, & signorum notariorum pro informatione iudicis.

Decisio 2. aliâs 6.

PEr eadem motiua fuit terminatum & coucluſum postea per omnes dominos, ꝙ post conclusionẽ possunt recipi testes super habilitate impetrantis præsertim propter informationem iudicis: quia tales testes magis recipiũtur ex officio iudicis, quàm ad instantiam partis. de offi. dele. iudices. in cle. cũ ibi no. quod officium suum iudex potest aliquãdo impendere post conclusionem in causis, si sibi videbitur expedire. de cau. pos. c. pastoralis. in fi. de fid. instru. cũ Io. & quia talia non requirunt probationem nisi leuẽ, propter præsumptionẽ iuris quę habet, ꝙ quilibet præsumitur idoneus, & c. de præsumpt. cadudum. maximè si semel facta fuerit inquisitio per executorem ipsius impetrantis de vita, moribus & conuersatiõe, &c. iuxta formã prædictæ cle. iudices. & cle. cùm ei quem. de concess. præb. Et etiã hæc maximè procedũt, si nihil impetranti de inhabilitate opponatur, vel contrarium doceatur. de proba. c. post cessionẽ. Pro quo faciũt optimè no. per Io. An. in nouel. in c. j. de lit. contest. li. vj. & de reg. iur. c. infamibus. in quęstione per eũ ibidem disputata. Et idẽ dicebant omnes domini obseruãdum de probatione signorũ, sigillorum & notariorũ per partem aduersam interdum malitiosè negatorũ. per ea quæ le. & no. per Inn. de præsum. illud. de verb. sig. c. veniẽs. & c.

SVMMARIVM.

Testes infra terminum iurati possunt post illum examinari: nisi terminus ad perfectam probationẽ faciendam fuerit assignatus.

Decisio 3. aliâs 73.

LIcet in remissione quæ fit ad partes pro testibus recipiendis dicatur, ꝙ infra duos menses à receptione præsentium testes recipiantur & examinentur sufficit tamen quòd recipiantur omnes, & fiat aliqualis diligentia infra idem tempus de examinando eos. Nam primum videlicet receptio, est iurisdictionis & ad id refertur termini præfixio. de offi. deleg. c. de causis. Secundum videlicet examinatio, est facti, quæ potest committi notario, & potest fieri extra iudicium quandoque: vt not. de re. iudi. cùm Bertoldus. de offi. dele. ca. j. in cle. Si enim ambo deberent infra prædictum terminum expediri: sequeretur quòd propter multitudinẽ articulorum, vel propter longam distantiam testium, qui tardè prope finem termini essent recepti, non possent omnes examinari. pro hoc facit quod no. Io. And. in c. præsentium. de testib. libr. vj. & ibi in nouel. super vers. producendos. hanc opi. tenet Spe. tit. de test. §. qualiter. vers. is quoque. qui remittit ad ti. de dila. §. j. vers. sed quid si infra. & dicit ꝙ sic seruat curia. Arch. tamen videtur innuere contrarium in c. pia. de excep. super vers. octo dierum. libr. vj. de quo vide longam disputationem. add. decisio. 13. suprà de probat.

SVMMARIVM.

Postquam litera remissionis est bullata, auditor sine noua commissione procedere non potest. Papa ad se totum negotium reuocante nõ potest inferior procedere.

Decisio 4. aliâs 76.

POstquam litera remissionis est bullata, licet articuli non includantur, & ad partes transmittantur: auditor non potest sine noua commissione vlterius procedere, etiam si pars velit remissioni renuntiare. quia ex quo papa manum apposuit, inferior se de negotio amodo intromittere non potest. per c. vt nostrum. de app. de elect. si eo tempore c. quamuis. lib. vj.

ADDITIO.

Nec valeret processus: imò esset nullus per inferiorẽ postquam Papa ad se taliter negotium reuocauit. de off. legat. licet. de elect. c. prouida. lib. vj. & no. in d. c. vt nostrum. quod est verum quò ad ipsos litigantes tantùm: quò ad tertium verò processus est aliquis: & ideo de causa coram papa vertenti posset tertius agere coram inferiore contra vnum ex litigantibus. Si autem reus ab eodem & super eodem coram diuersis iudicibus conueniretur. valeret processus vtriusq; iudicis, ex quo non esset exceptum, secundùm quod dicit Innoc. in c. cùm M. de constitu. super versi. reuocatis. & si per appellationem esset ad papam negotium deuolutum: possunt appellantes appellationi renuntiare, & inferiorem adire: vt no. glo. in cap. si postquam. de elect. libr. vj. cui adde decisio. infrà de appella. 43.

SVMMARIVM.

Iudex potest esse testis super facto habito coram eo, licet non sit confecta scriptura.

Decisio 5. aliâs 89.

IVdex potest esse testis super aliquo actu per eum facto, licet non scripto de accusa. capitu. cùm dilecti. de electio. capitu. cùm dilectus. de concess. præbend. cap. inter dilectos. maximè in causa appellationis: vt not. gl. in capitu. cùm à nobis. de testib. & Innocen. in capi. quoniam contra falsam. in fine. de probatio. & Compost. in capitu. statuimus. de election. in fine. & in Speculat. tit. de sentent. prolat. * §. iuxta. versicul. sed pone quod public. * De sen. pr la. leg. 1 de probat. §. iuxta.

SVMMARIVM.

Iudex ad quẽ arrestat literas & testes recipit ab futuros.

Decisio 6. aliâs 90.

IVdex appellationis à grauamine potest literas arrestare & testes affuturos recipere, propter periculum: vt lite non contesta. cap. quoniam frequenter. & vale-

bunt huiusmodi attestationes sic receptæ coram iudice à quo est appellatum, si pronuntietur bene per eum processum, & malè per partem appellatum: si autem pronuntietur contrà, tunc est nimis dubium.

SVMMARIVM.

Auditor est egregia persona: ideo mittendum est ad ipsum pro testimonio.

Decisio 7. aliàs 91.

AD auditorem sacri palatij necessarium in testem est mittendum tanquam ad egregiam personam pro testimonio ferendo. ff. de iureiurã. l. ad personas. & in authen. eod. tit. §. quoniam multi. faciunt not. in c. si qui testium. de testi. lib. vj.

SVMMARIVM.

Si iudex admittat articulos ad probãdum parte non vocata, quæ prius fuerat citata ad dicendum contra articulos prædictos, & exceptiones dedit, non grauat eam: ideo ab eo non poterit appellari.

EPITOME.

1 *Iudex admittens articulos parte non vocata, non astringit illam nec grauat, si prius citata dedit contra tales articulos exceptiones.*

2 *Sententia interlocutoria parte absente lata, etiam non contumace, valida est.*

Decisio 8. aliàs 93.

1 IVdex † admittendo articulos parte non vocata non grauat, si antè fuit citatus ad dicendum contra: quia est actus iudicis: nec interest amodo partis aduersæ ex quo semel suas exceptiones dedit: licet ab huiusmodi admissione tanquam iniqua & suarum exceptionum repulsione posset appellare. de appel. c. dilecto. & c. ex parte. Aegi. contra: quia huiusmodi admissio est quædam interlocutoria, ad quam est pars vocanda. de accusa. ad petitionem. & ibi per Innocen. & de appella. c. si à iudice. in fi. lib. vj. de offic. deleg. c. cùm contingat. Hęc enim admissio secundùm eum est quædam declaratio pertinentium articulorũ: & per consequens admittendorum. & sic interponitur decretum super remissiõe ad partes, quod non est interponendum nisi parte vocata, vel per contumaciam absente: vt lit. non contest. c. quoniam. de eo qui mit. in pos. c. contingit. Ratio. quia interlocutio potest fieri parte absente etiam non per contumaciam, secundùm Inno. in c. auditis. de procu. Præterea sine causa sit per appellationem siue per citationem si de speciali mandato in curia, partes sunt citandę ad totã causam & singulos actus vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè: & citatiões quæ fiunt postea in curia per audientiam vel aliàs, potius sunt vel fiunt de quadam vrbanitate quàm necessitate, seu rigore iuris: prout leg. & not. in c. statuimus. de elect. lib. vj. & in d. c. auditis. per Inn. & de do. & contu. c. vlti. per doct. in vj. ergo, &c.

ADDITIO.

2 Valida est interlocutoria † lata parte absente etiam non contumace: quod est verum quando est talis quę pars grauet tex. est not. in l. ille à quo. & in l. recusare. ff. ad Trebel. secus in ea quæ enormiter grauat vel absorbet ius alterius partis. authen. vt spon. largi. §. ad hoc. & de hære. & fal. §. si verò absunt. & quod not. in l. iij. §. penult. ff. de bo. pos. & vide glo. no. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. in j. glo. & quod ibi not. per Ia. Bu. & quod habetur in deci. 59. infrà de appel.

SVMMARIVM.

In causa etiã prophana merè ciuili articuli de iure dãtis sunt post terminũ & ante conclusionem admittendi.

Decisio 9. aliàs 101.

OMnes domini excepto vno voluerunt habere pro stilo de cætero, q̃ in causa prophana merè ciuili articuli qui sunt de iure dantis & aliàs pertinentes in materia, & in forma dati post terminum, ante tamen conclusionẽ, possunt & debent admitti de ęquitate: licet fortè de rigore iuris esset cõtrarium obseruandum, propter c. pastoralis. de excess. & no. per Compos. in c. q̃ sicut. de elec. & Pau. de elect. constitutionẽ. in ver. similiter ijs. in cle. De articulis verò in causa iniuriarũ ciuiliter intentata post terminũ datis consilia erant diuisa. de quo suprà in Deci. 2. de sequestrati. poss. & fruct.

SVMMARIVM.

Valet receptio testium non assuturorum in causa beneficiali, & attentatorum super articulis de iure datis & non admissis.

EPITOME.

1 *Testes videntur admissi eo ipso quod recipiuntur.*

Decisio 10. aliàs 105.

1 VAlet † receptio testium etiam non assuturorũ super articulis expresè non admisis in materia attentatorum, & etiã in quacunq; causa beneficiali: dum tamen sint de iure dantis,* & termini aliàs cõsueti sunt seruati. Nam eo ipso quòd testes recipiuntur, articuli admittuntur saltem tacitè. argument. not. in Cle. sæpe. de verbo. significatio.

* De iure dantis. Quæ cognoscatur quòd articuli sunt de iure dantis, dec. j. infra accusat. & inscript. Item fuit dubitatum an actus iniuriarum

SVMMARIVM.

Procurator etiam reuocatus testis esse non potest.

Decisio 11. aliàs 226.

SI procurator qui lit. est contesta. vel causam duxit, in aliqua parte litis reuocetur, & postea in testem producatur, non valebit eius testimonium: quia præsumitur, quòd ad finem vt deponeret, in causa sit reuocatus: & sic fraus & dolus, & c. de rescript. cæterum. ex tenore. & cap. sedes. & quia subest eadem vel maior ratio constitutionis. c. romana. de testib. libr. vj.

SVMMARIVM.

Sollicitator in causa per dominum missus, non potest esse testis: secus si per procuratorem.

Decisio 12. aliàs 154.

SOllicitator in causa missus & sallariatus ad sollicitandum per principalem, nõ potest esse testis in ipsa causa: quia maiorem assecutionem videtur habere ad causam, quàm procurator, qui à testimonio repellitur. de testi. c. roma. li. vj. Si verò est familiaris procuratoris deputatus per eum ad sollicitãdum causas sibi cõmissas, põt esse testis: quia socius socij mei nõ est meus socius. ff. pro soc. l. non socius. lxxxj. di. nõ legitur. maximè in leuibus & præambulis, siue incidentibus: puta ad probandum diligentiã procuratoris, signa, sigilla vel q̃d simile.

SVMMARIVM.

Non obstañ. publicatione attestationũ non ritè factæ ijdem & alij testes super eisdẽ articulis produci possunt.

Decisio 13. aliàs 163.

NOn obstante publicatione testium * nõ ritè factæ possunt alij testes vel ijdem super ijsdem articulis produci: prout le. & not. in Cle. testibus. de testib.

* Testium. Adde dicta probatis.

SVMMARIVM.

Articuli euentuales nunquam admittuntur, nisi de eo datum fuerit, in cuius euentum articuli sunt formati.

EPITOME.

1 *Articuli dati in casum & euentum, donec casus ille euenerit admitti non debent.*

Decisio 14. aliàs 170.

1 SI † articuli dãtur in casum aliquem vel euentum, si euentus non venit: puta quia de contrario nõ est datum, nec somniatum, huiusmodi articuli non debent admitti: quia probati non releuarent. de offi. deleg. cùm contingat. licet dominus Nicolaus de huiusmodi cõclusione aliqualiter titubauerit dicens, quòd licet in prima instantia non releuent: poterunt in secunda instantia releuare, si detur de materia contraria: & multũ sibi foret vtile habere nisi vnicam remissionem. Ad quod respõdebatur, quòd iudicia non respiciunt futura negotia, sed præterita. de rescrip. c. fin. & sic foret absurdum, q̃ super articulis non nunc sed in secunda vel in tertia instantia releuãtibus modò daretur remissio. Expecter ergo euẽtum propter quem illos dedit. Habuit etiam dominus Nicolaus aliud motiuum: quia secundum se sequeretur ex dicta conclusione, quòd non teneretur dare obiectus in termino, sed pòst. Nam si detur per partem aduersam in termino materia quam impugnarem vel eneruarem per obiectus, frustra darem illos in termino illo. debeo ergo expectare illum euentum. Verùm quia ille euentus potest euenire: puta, quia aduersarius meus dabit de gratia, ex qua prætendit se ius habere, quam ego propter surreptionem vel aliquem defectum volo narrare. Idcirco debeo illum euentum prævenire, & prædictam

prædictam materiam obiectiuam dare: & si aduersarius meus non det de gratia quam per obiectus per me in causam & euentum datos in termino enacuare intendo: articuli mei obiectiui, iuxta conclusionē antedictam non venient admittendi: sed si postea huiusmodi gratia producatur, prædictos articulos repetere potero & etiā nouos dare potero: si de nouo ad notitiam meam peruenerit aliquid seruata tamen forma decre. vt circa. iuncta cle. constitutionem. de elect.

SVMMARIVM.

Testium productio facta in partis absentia, nō die ad quam pars citata fuit, sed sequenti non valet.

Decisio 15. aliàs 172.

SI testes citati ad certam diem non iuridicam ad iurandum, & pars ad audiendum illos iurare illa die: si tunc non sed die sequenti iurarunt in absentia partis non valet receptio huiusmodi iuramenti: quia circunductum fuit edictum: & opus erat noua citatione, sine qua nonvalet receptio. de testi. c. ij. nisi iudex de benignitate partibus præsentibus in crastinum terminum prorogasset: vt le. & not. in c. consuluit. de offi. dele.

SVMMARIVM.

In secunda instantia non datur noua remissio: licet noui articuli admittantur.

Decisio 16. aliàs 215.

SI in prima instātia detur & transeat remissio ad partes pro testibus producendis in secunda instantia: licet noui articuli dentur etiā admissibiles, quia sunt de iure dantis: non est iteratò remissio extra curiam concedenda: sed prędicti artieuli in curia ad probandum infra certum terminum bene debent admitti: dummodò attestationes receptę in partibus non sint publicatæ: vt sit litiū finis, & non aperiatur via fraudibus. de do. & con tu. c. finē. de testi. c. fraternitatis. & c. testibus. e. ti. in cle.

SVMMARIVM.

Licet super articulis probandis per instrumenta non detur remissio ad partes: tamē si nonnulli per testes probandi sunt, alij autem per instrumenta, remissio concedenda est.

EPITOME.

1 *Articuli vbi aliquis per testes aliqui per scripturam sunt probandi, datur remissio ad partes.*

2 *Testium appellatione veniunt instrumenta.*

Decisio 17. aliàs 248.

1 QVando † causa est per appellationem vel citationem de speciali mādato factam in curia: licet pro articulis datis ad probandum duntaxat per scripturam non detur remissio extra curiam: iuxta not. per doct. in c. j. de elect. lib. vj. & c. cordi. de appel. eod. lib. tamen si aliqui articuli sunt probandi per testes, & aliqui per scripturam: tunc bene conceditur remissio extra curiam ad vitandum circuitum. de rescrip. auditor. in cle-
2 men. Alia ratio etiam posset allegari: quia † nomine testium continentur etiam instrumēta: vt in l. in exercendis. C. de fi. instru. de testi. c. peruenit. Si igitur detur remissio pro testibus producendis: ergo produci poterunt & instrumenta. de testi. c. præsentium. lib. vj.

SVMMARIVM.

In materia obiectiua requiritur exacta specificatio nominis, loci, mensis & aliarum circunstantiarum: dies verò & hora non sunt necessaria, nisi esset de substātia materiæ in articulis deductæ.

Decisio 18. aliàs 255.

LIcet in materia obiectiua requiratur exacta & magna specificatio criminum: videlicet nominis, loci, & temporis & aliarum circunstātiarum de quibus in l. libellorum. canonizata ij. quæst. viij. & in c. vt circa. de elect. iuncta cle. constitutionem. eo. ti. tamen de necessitate non requiritur specificatio diei & horę: dummodo mensis & annus bene specificentur: vt in dicta l. libellorum. licet Hug. & Ber. in versibus suis positis in c. tuę. de procu. in prin. videantur innuere diem sicut mensem fore exprimendum: tamen in fine illorum versuum videntur ab hoc dicto recedere, dicendo sic. & licet hora, dies, non mensis prætereatur. Quam opinionē siue conclusionem domini credebant veram, nisi dies vel hora esset de substantia materiæ in articulis deductæ: tunc enim necessariò essent exprimendæ: quia aliàs non essent concludentes, & sic non admissibiles. de off. dele. c. cùm contingat.

SVMMARIVM.

Testis de facto super quo interrogatus est, dixit se nihil scire si postea ex interuallo rediens vult super illo nō nulla testificari non est audiendus.

EPITOME.

1 *Testis statim rediens post dictum suum, potest illud corrigere, si errauit: secus si ex interuallo.*

Decisio 19. aliàs 293.

1 SI † testis iuratus & examinatus super certo articulo dicat & deponat vno die se nihil scire de contentis in articulis: & rediens post triduum dicat & deponat contrarium: eius testimonio videlicet vltimo nō creditur. Tum propter longum interuallum: tum quia præsumitur subornatus & informatus: tum quia varius in sua depositione. Primo vnum deponendo posteà contrarium, secundùm Inno. Ber. & Hosti. in c. præterea. de testi. cogen. & per Spe. ti. de teste. §. j. vers. Item quid si testis. Pro hoc etiam faciunt no. per Ber. in c. cùm causam. in vltima gl. & c. veniens. & c. cùm in tua. in fin. de testi. Secus verò si rediret statim * ad corrigendum dictum suum vt in dictis iuri. & eo. ti. cùm clamor. &c.

SVMMARIVM.

Si in prima instantia articuli sunt admissi in causa beneficiali ad probandum in curia & extra de benignitate canonica poterit etiam in secunda instantia dictam remissionem prosequi.

Decisio 20. aliàs 302.

SI in prima instantia articuli alicuius admittātur ad probandum in curia & extra curiam: licet pars tunc fuerit negligens ad prosequendum & habendum remissionem ad partes: nihilominus de benignitate canonica præsertim in causa beneficiali in secunda instantia poterit vti & prosequi dictam remissionem. per l. per hanc. C. de temp. ap. & per c. cùm Io. de fide instru. quia probationes non sunt angustandæ. de testi. significauit. & c. Albericus.

SVMMARIVM.

Super articulis non admittendis vel iam repulsis ex defectu materiæ nō debent recipi testes etiam abfuturi.

EPITOME.

1 *Probationes impertinentes sunt reyciendæ.*

2 *Testes abfuturi non solùm vnius litis respectu recipiuntur: sed etiam respectu totius litis.*

Decisio 21. aliàs 323.

SVper articulis non admittēdis vel iam repulsis non debent recipi testes affuturi: hoc verum si sint repulsi vel reppellendi ex defectu materiæ. Nam † probationes impertinentes omninò debent reiici. l. ad probationem. C. de probatio. de officio delegat. capitu. cùm contingat. & ea ratione qua in prima instantia repelluntur eadem in ambabus alijs instantijs sunt repellendi: cùm defectus materiæ concernat instantiam totius causæ & non solius instantiæ: secus verò si propter lapsum termini vel ex defectu formæ, quia male specificati. Ratio est. quia † testes affuturi recipiuntur non solùm respectu illius instantiæ sed respectu totius litis: quia causa absentiæ ad omnes instantias est vniformis: & ideo ante inchoationem totius litis recipiuntur: vt capitu. quoniam frequenter. vt lite non contestata. Modò articuli malè specificati in prima instantia potuerunt melius specificari in secūda vel in tertia instantijs, & non dati in primo termino potuerunt dari in termino secundæ vel tertiæ instantiæ. ergo ne probationum copia pereat, poterunt & debent recipi in hoc casu: vt in dict. c. quoniam. & si auditor volens deliberare an articuli sint tales super quibus debēt testes huiusmodi abfuturi recipi, eos arrester sub pœna excommunicationis, ne illicentiati & quousque deposuerunt recedant, etiam si contra arrestationem prędente deliberatione huiusmodi recesserunt, auditor non grauauit: quia super hoc puncto potuit esse dubiū iuris & facti: quia forte adhuc registrum non vidit. Item nō debuit auditor præsumere,

* *Ad corrigendum dictum suum. Quid autē si testis in mortis articulo dixerit se falsum deposuisse? non nocet parti: vt habetur per Bartol. in l. si quis in grani. §. j. ff. ad Sill. Bal. in authē. si dicatur. C. de test in l. generaliter. C. de nō nu. pec. facit quod no. Bar. in l. filiū. ff. de his qui sunt sui vel ali. sur. & quòd testis posit statim mutare depositionem suam, adde Alex. in consil. lxx. in iuy. col in primo vol.*

quòd recederent contra arrestum,& se excommunicari permitterent,& in hoc concordauerunt omnes. ideo appellatio propter hoc interposita fuit ab omnibus illegitima reputata.Sed tamē si in hoc grauassēt,tenuit maior pars q̄ non potuissēt reponere.quia cùm testes recesserunt,grauamen videtur recuperabile.Et ideo non potuit habere locum c.cum cessante.de ap.& ca.si à iudice. eo.ti.li.vj.Et licet fortē hoc procederet de rigore iuris: tamen de equitate posset sustineri contrarium: quia per hoc quod reuocat,eo modo quo faceret alter, videtur satisfactum rationi c.cum cessante.Item quia per hoc nulla suspitio cessat.Sed hoc dominis non placuit.quia prędicta iura volunt q̄ realiter & cū effectu auditor grauamen reuocet quod est impossibile in casu ꝓposito. ergo.

SVMMARIVM.

Valet dictum testis non citati deponentis in præsentia partium.

EPITOME.

1 *Productio testium ad hoc non citatorum in presentia tamen iudicis & partium facta,an sit admittenda?*
2 *Testis veritatem celans mortaliter peccat.*
3 *Testis non rogati depositio an sit efficax & valida.*

Decisio 22. aliàs 372.

1 FVit dubitatum vtrum † valeat dictum siue depositio testis non citati iurati tamen in presentia amborum partium & iudicis. Et videbatur q̄ non. quia si voluntariè testes venerunt & deposuerunt sponte,suspecti sunt de subornatione.ar.v.q v.illi qui.sed illud loquitur in causa accusationis siue criminali: testis enim non debet se ingerere,imò inuitus trahi & compelli ad perhibendum testimonium veritatis.de testi.cog.per totum C.de testi.authen.rogati. Hanc partem videtur tenere Guil.de mon.Lau.in.cle.Romani.de iureiuran.super ver.accesseritis,qui alleg.l.quæ omnia.ff.de procu In hanc partem videtur declinare Spec.tit.de testi.§.qualiter.ver.volens ergo.ipse Spe.in sequēti ver. iudex ergo. videtur innuere contrarium,videlicet,sufficere q̄ iudex assignet iterum terminum volenti producere testes, infra quem eos producat.quo facto is qui producturus est, colligat eos quos poterit habere:& producat eos: & iudici representet,& dicat ei:domine hos testes vobis repręsento in tali causa pro prima productione. Et sic faciat in secunda & tertia productione.Ex quibus verbis Spe. apparet sufficere q̄ pars producens testes eos colligat & producat sine citatione iudicis.Et pro ista parte fuit conclusum per omnes dominos.Nam quemadmodum reus veniens voluntariè ad iudicium compellitur respondere suo aduersario:quia præsumitur citatus: vt not. Per. de sam.in c.bonæ memoriæ.de elect.& Archid. in c.propo
2 fuisti.lxxxij.dist. Ita dicendum est de teste.ij.qui † rogatus fortè per partem venit ad iudicium,ad perhibēdum testimoniumveritatis,quàm celare peccatū mortale est. xj.q.iij.quisquis.& ideo compelli potest per iudicem statim ad perhibendum testimonium: ne veritas occultetur,& malus vt bonus æstimetur.xliij.q.ij. quanquam, vterque enim reus est,& qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit.de crim.fal.c.j. Tum etiam quia præsumitur citatus vt superius dictum est de reo:præsertim si iurauerint in presentia aduersarij nihil opponentis,& sic iure renuntiantis. de regula ad apostolicam.cum si.
3 Potius † enim debemus interpretari vt dictū testis valeat quàm pereat,vel de periurio vel suspitione notetur. de testi.c.cum tu.pro hoc dicto faciunt not.per Io. iij.q. ix.§.de his.vbi tractat plenè quādo testes debent esse rogati & quando non.& dicitur regulariter q̄ nō,nisi certis casibus ibidem per eum recitatis in fine.tamen videtur innuere, q̄ regulariter testes debent esse rogati: vt C.de testi.authen.rogati.q̄ verum est secundùm Barto. Brix.quando cōtractus factus est in scriptis.Et ego crederem hoc verum,quando scriptura esset de substantia contractus:aliàs valent non rogati:vt in authen.ibidem ꝯanizat.si debito.

SVMMARIVM.

Publicatio attestationum in possessorio non prodest, nec impedit quominus super eisdem capitulis vel directò contrarijs in petitorio ijdem testes produci possint.

Decisio 23. aliàs 437.

FVit dubitatum vtrum publicatio attestationū facta in possessorio obstet volenti producere testes etiam super articulis directè contrarijs in petitorio: puta in possessorio dabatur per spoliatum quidā articulus de morte ac die ex hora & loco mortis illius de cuius beneficio agebatur: & probabatur per testes quorū dicta publicātur spoliato, qui restituto spoliato ad possessionem beneficij intētauit petitorium contra dictum suum aduersarium restitutum, & dedit articulos directè contrarios de morte: videlicet, q̄ alijs die & hora & loco fuit mortuus ille de cuius bēficio agebatur: & opponebatur sibi quòd non posset:quia didicit testificata,propter publicationem factam in possessorio:& ideo propter timorem subornationis super articulo directè contrario non posset alios testes producere.Tum etiam,quia inter easdem personas, & quasi ad idē prædicti articuli tenebāt. ergo nullatenus audiendus.c.per iura vulgaria.c.fraternitatis.de testib.& Clemen.testibus.de testib. Fuit conclusum & determinatum per omnes dominos contrarium. Tum quia nihil habet commune proprietas cum possessione.ff.de acquirē.possess.l.naturaliter.§.nihil cōmune.Tum quia ad aliud & ob aliud nunc quàm primò testes producūtur, quod fieri potest etiam inter easdem personas, propter variationē indicij, publicatione testiū primò productorum,non obstante:vt sunt text. clari de testib.c.veniens.c.series.& c.cūm in tua.Nā in casu nostro testes primò recipiebantur super possessorio super morte ad aliud,id est,ad alium effectum:puta ad colorādum possessorium duntaxat:& sic semiplenè probādum titulum.nunc verò recipiuntur ad probandum plenè titulum.& victoriam obtinendam in peritorio,quod trahit ad se possessorium:vt in c.cum ecclesia Sutrina. & c. cùm super.& c.cùm dilectus.de cau.possess.& proprieta. Præterea prædicta receptio testium in possessorio super morte videbatur non necessaria,& sic superflua: quia nō tenebatur probare nisi duo: videlicet se possēdisse & se spoliatum esse.de offic.deleg.c. consultationibus. & pro colore tituli sui producere titulū suum vel gratiā suam siue instrumentum inductionis in possessionē. iuxta no. per Innoc.in c.in literis.& c.ex parte.de testi.spo. & in Cle.vnic.de cau.pos.& propriet.imò etsi testes producti in possessorio aliquid dicerēt,quod tangeret petitorium suspensum,iuxta dictam Cle.vnicam de caus.possess.& propriet.dictum eorum nihil valeret. Tum quia nō rite recepti: videlicet per iudicem cuius suspensa est iurisdictio quò ad sapientia siue concernentia petitorium. & sic Clemē.testibus.in nullo obstat. Tum etiam,quia deponunt non iurati super articulo extra casum siue materiam.de qua agitur de testib.c.nuper.& capit.testibus. & sit fuit obtentum.

De Fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

Super articulis admittendis ad probandum, tam in curia quàm extra pars citanda est:sed non in decreto remissionis.

EPITOME.

1 *Instrumēta extracta in partibus in vim compulsoriæ non faciunt fidem parte non vocata.*
2 *Testes & instrumenta pari passu ambulant.*
3 *Instrumenti productio non nisi parte vocata valet.*
4 *Citatio partis necessaria est pro articulis admittendis ad probandum: secus in decreto remissionis.*
5 *Pars an sit in publicatione vel exemplatione instrumentorum citanda.*

Decisio 1. aliàs 10.

1 FVIT dubitatum † vtrum instrumenta exēplata inscriptis extracta in partibus parte ad hoc ibidē non vocata in vim cōpulsorię hīc parte vocata facerent fidem. Et breuiter fuit dictū & conclusum per omnes dominos q̄ nō: si fuerunt extracta siue exemplata per aliū notarium quàm per illum, qui illa aliàs

illa aliâs recipit & confecit: quia tunc secus. nam illis bene staretur tanquam originalibus sine vocatione partis.

2 Ratio dominorum quò ad primum dictum fuit: † quia testes & instrumenta pari passu ambulãt. C. de fide instru. l. in exercendis. & e. tit. c. cùm Io. de testi. cogen. c. peruenit. & præsertim vbi viget ratio vniformis. ff. ad l. Aquil. l. illud. de transla. præla. inter corporalia. modo receptio vel publicatio testium facta parte non vocata * non valet. de test. c. ij. C. de testi. l. publicari. igitur idẽ

3 de instrumentis. Hinc est, quòd † productio instrumenti facta in iudicio non prodest, nisi pars vocaretur ad dicendum contra: potest enim instrumentum esse falsum vel abrasum &c. de fide instrumen. c. inter dilectos. de probat. c. tertio loco. cum si. Præterea sit in publicatione dictorum testium omnes sunt vocandi quorum interest: vt leg. & not. de test. c. significauit. & c. Albericus ita & in publicatione siue exemplatione instrumentorum etiam vetustate consumptorum. de fide instru. c. fi. quia alias reputantur exemplaria & non publica nec authentica, quibus nulla fides est in iudicio adhibenda. de fide instrumen. c. j. C. de probar. authen. siquis in aliquo. nec secundum prædictos dominos meos aliquid facit vocatio partis facta hîc in curia ad videndum decerni compulsorias: sicut in simili non obstãt, q̃ ad decernendum remissionem super articulis ad partes fuerit in curia pars vocata, vocanda est nihilominus in partibus coram iudice remissionis ad videndum testes recipi & iurare. de test. cogen. c. dilectorum. de testi. c. præsentium. lib. vj. quæ similitudo mihi non placuit. Nam pars ad vi-

4 dendum † decerni remissionem non vocatur in curia: sed bene ad videndum admitti articulos ad probandum in curia & extra: super quibus admissis ad probandum extra sine alio decreto papa dat remissionem ad partes, & non auditor: nisi de consensu vtriusque partis. de quo tamẽ bene dubito an auditor id facere poterit. Præterea aliud est enim ex toto nouum facere quod regulariter prohibetur: aliud antiquum reficere: vt de no. ope. nunc. per totum. de iudæis. c. consuluit. Sic in proposito: quia testes de nouo recipiũtur & noua deponere debẽt & iurare: nimirum si requiratur ibi maior solennitas, scilicet partis vocatio ad videndum iurare eos, & etiam ad reprobandum eosdem si voluerit, & ad recognoscendũ personas: secus verò in extractione siue in exemplationibus instrumentorum antea confectorum & publicatorum per authẽticam personam, quam & etiam contenta in illis pót in curia reprobare cùm citabitur ad dicẽdum cõtra illa sic exẽplata & reportata, potest esse etiã quòd pars contra quam deberet fieri huiusmodi extractio vel exemplatio in partibus, mansit in curia: quomodo ergo citabitur ad hoc in partibus: Responderunt domini q̃ debet tunc procedi secundum formam cap. si aduersarius. de eo qui mit. in pos. & debent requiri procuratores & amici, & citari ad domum, & per edictum in loco vbi debet fieri huiusmodi extractio, si domiciliũ non habet. ar. c. ex tuæ. de cle. non resi. quam potestatẽ citandi credebam & dicebam illos compulsores non habere. Tum quia sunt meri executores mandati per nos facti: prout apparet ex forma compulsoriæ. Tum quia nos auditores non possumus eis hanc potestatem extra curiam dare. ar. eorum quæ leg. & not. in clem. auditor. de rescrip. Si igitur ad huiusmodi extractionem requiritur vtique vocatio partis: recurrat ad ordinarium pro huiusmodi extractione fienda: de fi. instrumen. cùm. P. tabellio. quia meo iudicio compulsores nostri nõ tenentur ad hoc neque id possunt: cùm ipsi habeãt duntaxat requirere habentes & tenentes instrumẽta ad causam necessaria ad tradendum parti id petenti sub pœnis & censuris per nos latis, & non per eos fulminandis, nec de putantur per nos ad compellendum citandum &c. sed duntaxat ad requirendum, tradendum & sub signis eorum vel publica manu remittendum. quibus rationibus meis non obstantibus prædicta conclusio semper tempore meo fuit in curia obseruata quæ est satis dura & rigorosa. & vidi multos ꝓpter hoc in curia succũbere.

ADDITIO.

5 Scilicet, quòd † pars sit citanda in publicatione vel exemplatione instrumentorum & aliter non valeant: sufficit tamen, q̃ pars quam tangit negotium, sit præsens, quamuis nõ sit citata: vt not. Inno. in c. fi. de fide instru. Item contra producẽtem statur sumpto. l. ad hæc. C. de fide instru. Item statur contra eum qui transsumi fecit. ff. de admi tut. l. chirographis. & ideo contra tutorem probatur ex inuentario: licet non appareant instrumenta originalia debiti, quod est bene notãdum. Et aduerte, q̃ quando petitur publicari aliquod instrumentũ quod tangit certam personam: illa nominatim est citanda: vt in c. cùm P. tabellio. de fide instrumen. si verò non tangit certam personam, vt quia petitur publicari priuilegium vel indulgentia in genere: tunc proposito edicto generali fit publicatio. c. cùm inhibitio. de clandest. despon. & in c. cùm in tua. qui ma. accu. poss. aliter non valeret priuilegij publicatio: nisi fiat per illum qui concessit: quia tũc valeret publicatio nullo præmisso edicto. quod est verũ, nisi tale priuilegiũ sit suspectũ: quia tunc requiritur citatio. c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti.

ALIA ADDITIO.

Differentia est inter publicationem & exemplationem. Publicatur enim quod priuatum erat, puta testimonia. exemplatur autem id quod est publicum, & publica auctoritate nititur, vt testamentum & instrumentum secundum Inno. & Hosti. in dict. c. fi.

SVMMARIVM.

Si pars vocata ad dicendum contra instrumenta extracta in vim compulsoriæ & productæ infra terminũ nihil opponit: ipsa postea opponere nõ poterit: quinimo approbare videtur ea si ipsis vtatur inquantum faciant pro se, quæ etiam contra se recipere tenetur.

EPITOME.

1 *Instrumenta extracta in vim compulsoriæ per alium notarium parte non vocata fidem non faciunt.*

Decisio 2. aliâs 264.

1 Licet secundum † conclusionem per me superius tactam & scriptam instrumenta siue acta in vim compulsoriæ hic per auditorem decretæ per aliũ notarium quam illum qui ea confecit & scripsit. in partibus parte non vocata extracta fidem non faciant. tamẽ si pars quæ in partibus non fuit vocata, hic vocetur ad dicendum contra, & nihil dicat contra ea: sed eadem acta siue instrumenta in quantum faciunt pro se producat, & sic ipsis vti voluerit, ipsa approbare videtur. ergo tenetur recipere contra se. xix. di. si romanorum. ar. not. per Ber. de testi. c. cùm nuntius. & per Inno. de excep. cùm venerabilis. & de censi. c. cùm olim. de fin. instrumen. c. imputari.

SVMMARIVM.

Productio instrumenti appellationis aduersarij cum protestatione in quantũ cõtenta pro eo faciant, &c. producenti non nocet: quamuis in eo contineantur aliqua quę faciant contra eum.

EPITOME.

1 *Producens instrumentum hoc expresso, inquantum in eo contenta pro se faciãt, non videtur confiteri, si qua in eo sunt, quæ faciunt contra eum.*

Decisio 3. aliâs 282.

1 Licet † quis producat appellationẽ partis aduersæ inquantũ facit pro se & cõtra partem aduersam, & nõ aliter, nec vltra: si aliqua contineãtur in ea quæ sunt & faciãt cõtra eum: illa sibi non nocẽt: tum ꝓpter protestationẽ præmissam quæ multũ interdũ prodest & conseruat ius, qđ aliâs sine protestatione amitteretur de cõsti. cùm. M. de elec. c. cumana. quod me. cau. c. j. de homici. c. prælati. li. vj. de procu. c. si quẽ. e. li. tum quia contenta in dicta appellatione sunt verba narratiua partis & notarij & non sunt, sua nec sunt dispositiua. ergo nil probãt. de priui. c. si papa. li. vj. de senten. si sumus. in cle. Secus verò si esset appellatio propria siue instrumentum * propriũ: quia tunc narratis in illis staretur cõtra eum, nec posset recipere partem pro se & partẽ contra se. de fide instru. c. imputari. de quo ad plenũ per Inn. de fide instrumen. c. cũ venerabilis. & de censi. cum olim.

* *Instrumentũ. Adde Fel. post omnes in vj. col. ver. prima conclusio. vbi tractat*

SVMMARIVM.

Si instrumento diligentiæ prosecutionis appellatio-

an producens instrumentũ videatur confiteri in eo contenta, & an reprobato tali instrumento corruat tanquam confessio tacita.

nis in cancellaria præsentatæ cõtineatur commissio alterius tenoris quàm fuerit illa quæ fuit in iudicio præsentata, huiusmodi narratio non nocet.

Decisio 4. *aliàs* 289.

LIcet in instrumento diligentiæ facto in cãcellaria de prosequendo appellationem interpositam à diffinitiua sententia contineatur commissio alterius tenoris quam fuerit in iudicio præsentata, nõ nocet: dũmodo in vtraque contineantur nomina personarum & iudicis à quo fuerit appellatum, per quem posset apparere de voluntate & mẽte illius volentis appellationem prosequi, quæ mens potius consideranda est quàm verba. de verbo. signifi. c. intelligentia. & c. præterea. At hîc habemus tam mentem quàm verba. ergo &c.

SVMMARIVM.

Instrumenta confecta per notarios qui de consuetudine, vel priuilegio possunt infra territoriũ eorum notarios creare fidem faciunt infra territoriũ constituentium eos: aliàs non.

EPITOME.

1 *Notarius creatus per alium quàm per papam vel imperatorem non facit instrumentum extra territorium creantis.*

Decisio 5. *aliàs* 291.

1 INstrumenta † confecta per notariũ siue tabellionem regum, prælatorũ & vniuersitatis, qui ex constitutione vel priuilegio possunt creare notariũ infra territorium & iurisdictionem eorum: prout le. & not. per Inn. & Hosti. in c. cùm P. tabellio. de fide instrum. faciunt fidem extra etiam in Ro. curia, dummodo sint infra territorium constituentis confecta, aliàs non. Nam ipsi extra territorium siue iurisdictionem constituentiũ nulla possunt conficere instrumenta: quia hoc competit duntaxat creatis per papam vel imperatorem: prout leg. & not. in d. c. cùm P. & plenè per Spec. titu. de instru. ẽdi. §. restat. versi. si quis potest. & ver. quid de his. vbi remittit ad sum. Hosti. eo. tit. videlicet, de fide instru. §. quibus instrumentis. & in titu. ne cleri. vel mo. §. quæsiuit. versic. quid ergo.

De Iureiurando.

SVMMARIVM.

Qui in sua receptione statuta & laudabiles consuetudines ecclesiæ seruare iurauit: potest nihilominus postea cõtra eas impetrare. h. d. Vel sic. Qui iurauit vel cõsuetudines vel contractus seruare: põt nihilominus contra ea impetrare dũmodo in gratia ponatur clausula, Non obstantibus statutis & consuetudinibus etiam iuratis.

EPITOME.

1 *Iurans consuetudines & statuta alicuius ecclesiæ obseruare, an possit contrarium à papa impetrare, & an valebit talis impetratio.*

2 *Iuramẽtum super aliqua consuetudine vel statuto præstitum non extenditur de nouo euenienti, sed semper subintelligitur rebus sic stantibus.*

Decisio 1. *aliàs* 294.

1 LICET quis iuret tempore receptionis suæ in canonicũ seruare statuta † & consuetudines laudabiles ecclesiæ, & postea impetret à papa aliquas portiones seu prebendas cõtra consuetudinem illius ecclesiæ, nõ cẽsetur periurus: & valet huiusmodi impetratio: præsertim si in gratia huiusmodi ponantur clausulæ derogatoriæ hodie poni cõsuetæ, videlicet. Nõ obstant. statutis & consuetudinibus eccelsiæ contrarijs, etiam iuramento & cõfirmatione sẽdis apostolicæ corroboratis. & est tunc indubitatum, per no. in c. cum aliquibus. de rescript. & de prebend. c. ei cui. lib. vj. & tunc non obstaret gloss. Ioan. Andr. in capi. cùm non deceat. super versic. statutum. de elect. lib. vj. Si verò non ponerentur dictę clausulę derogatorię & esset gratia facta motu proprio dicto iuranti, idem quia in quolibet iuramento intelligitur superioris authoritas excepta. de iureiurando. cap. venientes. & ibi de hoc not. per Ioan. Andr. in nouel. Si verò fieret gratia ad instantiam iurantis dicta statuta: tũc posset distingui. Aut expresse iurauit seruare statuta & omnia contenta in eis & sine causa impetraret, forte non valeret contra illa iuramenta huiusmodi impetratio, nisi obtinuisset absolutione ab huiusmodi iuramento: † si verò ex aliqua causa rationabili 2 superuenienti impetrasset, valeret & teneret huiusmodi impetratio: quia in quolibet iuramento intelligitur, si res in eodem statu permanserit. de iureiurand. c. quemadmodum. Aut iurauit in genere seruare omnia statuta ecclesię: & tunc ex causa vel sine causa posset impetrare contra ea: quia non est verisimile quòd voluit se in tantum arctare, quòd nunquam contra illa statuta impetraret. iuramenta enim huiusmodi secundum intentionem iurantis sunt interpretanda. xxij. q. v. humanæ aures. de iureiuran. cap. veniens. & capitu. quintauallis. pro qua distinctione faciunt quæ le. & not. in capi. clericos. eod. titu. & capit. venientes. in nouel. vide Paul. in capit. j. de regula. in Clementi.

De Exceptionibus.

SVMMARIVM.

Exceptio declinatoria post terminum ad dicendum contra commissionem, non admittitur ad probandum.

Decisio 1. *aliàs* 52.

EXCEPTIONES declinatorię fori post terminũ ad dicendum contra commissionem oppositę, ad probandum non sunt admittendæ, nisi vellet iurare excipiens secundũ formam capitul. pastoralis. de exceptio.

SVMMARIVM.

Si immediatè post appellationem à diffinitiua præsentetur commissio: præsumitur quòd ante appellationem fuerit impetrata.

EPITOME.

1 *Commissione immediatè post appellationem à diffinitiua præsentata: si non excipiatur eam ante appellationem fuisse impetratam, bona est commissio, & pro ea præsumendum. & numero 4.*

2 *Rescriptum super futuris appellationibus non valet.*

3 *In curia romana in commissionibus impetratis super appellationibus ibidem interpositis nulla data interponitur: qua propter impetratio non attenditur, sed præsentatio.*

Decisio 2. *aliàs* 210.

1 SI immediatè post † appellationem * interpositam à diffinitiua & delationem auditori præsentetur cõmissio alteri auditori super ipsa appellatione, & excipiatur de surreptione: videlicet quòd huiusmodi commissio sit impetrata ante appellationem interpositam, bona est exceptio, & præsumptiuè probata scilicet præsumptione violenta, quæ est legitima probatio etiam in iudicio. de præsumptionib. capit. afferte. & hoc propter modicum temporis interuallũ, infra quod esset impossibile huiusmodi commissionẽ fuisse post appellationem interpositam impetratã: præsertim si sententia fuit lata in vrbe cancellario existente in Anania: prout erat in 2 quæstione proposita. † Rescriptum enim super futuris appellationibus seu causis impetratum non valet. de rescrip. cap. final. de appellationib. capitul. ij. quæ iura loquuntur in rescriptis appellationum ad partes, impetratis in quibus apponitur data rescripti: ex qua poterit liquidè apparere quæ præcesserit, videlicet appellatio vel rescripti impetratio. † Sed quia in romana curia in cõmissionibus impetratis super appellationibus ibidem interpositis nulla data apponitur: & ideo præsentatio & non impetratio attenditur. Idcirco fuit concluſum in 4 quibusdam alijs consilijs, quòd † si appelletur à diffinitiua & statim antequam dentur apostoli præsentetur alteri auditori commissio super dicta appellatione quòd valet commissio, maximè si non excipitur. argumentum notatur in capitulo, cæterum. de rescriptis. Idem dicebant domini si non appareret quid præ-

* Appellatione. Additio infra ad appellata 4.

cessisset,

cessisset, puta quando eadem hora fuit appellatum & eadem hora fuit commissio præsentata: quam appellationē in dubio debemus præsumere præcessisse rōne naturæ suæ. & quia possibile est propter præsentiā officialium papæ in curia ad quos de facili potest haberi recursus, ꝙ incontinenti post appellationem signata fuit commissio & præsentata. Secus verò in primo casu, quando curia & officiales sunt alibi & extra locum, vbi extitit appellatum.

SVMMARIVM.

Exceptio nullitatis impedit executionem sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam si incontinenti probetur coram iudice qui illam sententiam tulit: quam executionem nō suspendit etiam inhibitio alterius iudicis, cui nullitas huiusmodi est commissa: qui tamen si pronuntiabit sentētiam huiusmodi nullam, etiam eius executionem reuocabit.

EPITOME.

1 *Exceptione nullitatis executionem sententiæ etiam si in rem iudicatam transierit, impedit.*

Decisio 3. *aliàs* 280.

I Licet † per viam exceptionis * nullitatis possit impediri executio * alicuius sententiæ, quæ in rem transiuit iudi. prout le. & no. per Ber. de offi. deleg. pastoralis. & per Io. An. de excep. c. pia li. vj. & per Spe. ti. de execut. sententiæ. §. j. in fi. & hoc intelligas si incō tinenti exceptio huiusmodi probetur aliàs non differretur executio. prout. le. & no. per Ber. & Inno. de resti. c. veniens. Tamen huiusmodi executio non impeditur per viam actionis super nullitate: puta pars quæ nō appellauit à sentētia obtinet causam committi illius alteri auditori *, & petit inhiberi primo iudici volenti exequi suam sententiam. iudex post huiusmodi commissio nem & inhibitionem alterius procedit ad executionem petitam. Quæritur vtrum valeat huiusmodi executio facta lite pendente & post inhibitionem. Et dicebatur per aliquos quod sic: quia motio huius litis nō impedit executionem. prout expresse not. Inn. in c. cùm in iure. de off. deleg. super. ver. de mandato. nec inhibitio impedit: quia nō est legitimè facta. de appel. c. nō solùm. in fi. & c. romana. e. ti. fiat ergo executio: nec per hoc impeditur litis prosecutio super nullitate: quia hoc est speciale quando tres sunt diffinitiuæ sentētiæ latæ conformes: vt in cle. j de re iudi. quæ ponit ius nouum & specialem casum: & si obtinebit prædictus agens in causa nullitatis etiam obtinebit reuocationem executionis. de resti. in inte. c. suscitata. C. de pre. impe. offe. authen. quę supplicatio. de procura. c. in nostra. & c. audit. de re. iudi. c. pastoralis. in clem. nec obst. l. si prætor. de iudi. in fin. ad quam respondit Inno. in dict. c. cùm in iure peritus. multum bene.

* *Exceptionis nullitatis. Add. quod exceptio nullitatis sententiæ semper potest opponi, etiam si per statutū dicatur quod nulla exceptio opponi possit: vt habetur per An. ge. in l. nouerit. §. dato. ff. de iureiu. & per Sali. in ca. ex parte. Io. rj. de of. dele. in. v. co. super vlti. fallē. nu. xvij. fol. 166.*

* *Executio. Adde infrà in an. de. lit. contest. dec. 2.*

* *Auditoris Exemplaria antiqua sic habent. Auditors: seu iudicis & petit.*

SVMMARIVM.

Exceptio peremptoria non inficit rescripta, nec litis contesta. impedit.

EPITOME.

1 *Exceptio peremptoria quòd cōtra cōmissionem nō admittatur.*

Decisio 4. *aliàs* 284.

I Si † per impetrantē commissionē narretur clarè de iure suo & non de iure partis aduersæ constare, propter hoc dicatur siue excipiatur per eādem partem aduersam, duas sententias pro se habentem commissionem surreptitiam huiusmodi exceptio non est admittenda: quia est peremptoria concernens principale negotium, quæ non admittitur contra literas, nec litis contestationem impedit. de lit. contest. c. j. li. vj. & not. Inn. in c. ex parte. B. reginæ. super. versic. assignatum. de foro compe. & de rescrip. cap. super literis.

SVMMARIVM.

Proponens exceptiones contra petentem absolutionem ad cautelam, non est necesse quòd dicat, quòd excipiendo proponit.

EPITOME.

1 *Exceptio contra petentem absolutionem ad cautelam qualiter sit concipienda, & quam requirat expressionem.*

2 *Intentio agentis secundum naturam materiæ de qua agitur, consideranda est.*

3 *Libellus solam narrationem continens, & nihil concludens, nullus est.*

Decisio 5. *aliàs* 326.

I Si in termino assignato per auditorē reo ad videndū absolui † actorem ad cautelā reus dat positiones & articulos cōcludentes de materia offensæ manifestæ & rei iudicatæ, licet nō dicat ꝙ excipiēdo illos porrigat: nihilominus videtur tamen excipiendo * talia esse sufficiēter proposita, adeo quòd si auditor his repulsis absoluat, ipse grauat, & ab eo ob hoc licitè appellatur, dummodo aliàs non peccent in materia nec in forma, nec sint ratione calumniæ aut ex alio capite repellendi.

* *Excipiēdo. Add. Fel. in c. apostolicæ. de excep. nu. 17.*

2 Ratio huius cōclusionis. Quia intentiones † ipsorum agentiū secundum naturam subiectæ materiæ de qua agitur, cōsiderādæ sunt: vt probatur per l. vulgatam. si vno anno imperator. ff. loca. cum cōcord. facit de fide instrumen. c. inter dilectos. §. cæterum. de ordi. cogni. c. cū dilectus. de testa. cap. si pater. li. vj. Modo in hoc termino interuenit actor vt prosequatur suam intentionem, videlicet articuli illius expeditionem: reus verò vt eam impugnet: modo arma reorum impugnantium actoris intētionem sunt exceptiones: vt insti. de excep. in prin. igitur animo impugnādi, & per cōsequens excipiēdi vidētur dictæ positiones & articuli esse datæ: & per hoc respōsum est ad duas rationes in cōtrarium alleg. quarum prima est hæc. Quia cum aliquid potest proponi ad multos fines differētes specie, nō sufficit proponere, nisi dicatur ad quem finem specificè proponatur, ne aduersarius obscurus remaneat & incertus. & hæc sine agēdo: vt ff. de æden. l. j. in princi. & l. Pomponius. de rei ven. siue excipiēdo: vt in l j. §. ab eo. ff. de fluminib. & l. Titiæ textores. in prin. ff. de le. j. & facit no. Ioan. And. in c. pia de excep. super ver. speciem. lib. vj. & per Bar. de peti. hæredi. l. si post motam. Modo articuli de re iudicata & manifesta offensa possunt dari ad finem probationes adducēdi super negotio principali, vel ad finem litiscontestationem impediendi: vt in c. j. de lit. contest. li. vj. & ad finem impediendi absolutionem ad cautelam. de sent. excom. c. solet. & c. venerabilibus. §. secus. lib. vj. qui fines sunt omnes differentes specie. ergo generalis propositio per auditorem meritò fuit repellenda. facit c. cum dilectus. de ordi. cogni. Secunda ratio est pro parte ista cōtraria: quia reus in excipiēdo fit actor, & eius partes sustinet. ff. de excep. l. j. ergo propositio exceptionis & propositio actionis æquiparantur: sed † libellus non valet si solùm habet narrationem: nisi etiam habeat conclusionem & petitionem: vt de elect. c. dudum. ij. de lite cōtest. c. vnic. Ratio ibidem secūdum Hostien. quia libellus datur nedum vt reo actionem ædat: sed etiam vt iudex secundum eum sentētiam ferat: vt l. vt fundus. ff. communi diui. de symo. licet Hely. videtur expressum. C. de fideicommissi. li. l. fi. ergo idem in exceptione vim actionis habente. Quæ quidem rationes antedictæ non obstant. Nam quāquam ad multos alios fines talis materia dari possit, & quāquam reus ita dando se in aliquo non declarat, nec aliud dicat: censetur tamen specialiter hoc casu dedisse ad istum finem, videlicet excipiendo, ne ille articulus secundum actoris intentionem expediatur: tunc in ista conclusione concordat Bar. & ponit eam in dict. l. j. ij. & iij. q. licet rationes ipsum mouentes non sunt multum efficaces, etiam si tenerentur not. per Io. mo. j. q. iiij. quia præsulatus. & no. secundum aliquos in c. cum ecclesia sutrina de cau. poss. & propriet. & ibi tetigit aliquid Ioan. And. in nouel. & opinio Inno. posita in dict. c. vnic. de lit. contesta. quā tamen reprobat. Hosti. & tangit etiam ibi Ioan. And. in nouel. omnia potius facerent pro conclusione prædicta, quam credo veram. & fuit determinatum & sententiatum in tota post publicas relationes.

3 *Libellus solam narrationem continens, & nihil concludens, nullus est.*

SVMMARIVM.

Petenti absolutionem ad cautelam non obstat exceptio rei iudicatæ vel manifestæ offensæ ex sola non paritione rei iudicatæ.

EPITOME.

1 *Offensa manifesta vel res iudicata impediunt absolutionem ad cautelam.*

2 Sententia rei iudicatæ nomen sine effectum non habet: nisi à competenti iudice lata sit.

3 Iurisdictionis negatio an reddat ipsam iurisdictionē dubiam

4 In exceptione rei iudicatæ vel manifestæ offensæ iurisdictionis, existentiam deducere non nisi eiusdem iurisdictionis notorietas deducatur. sufficit.

5 Fama & communis opinio vnde dicatur originem habere.

Decisio 6. alias 327.

SI contrà petentem absolutionem ad cautelam opponatur exceptio rei iudicatæ vel manifestæ offensæ † ex sola non paritione rei iudicatæ: talis exceptio nullo modo est admittēda, nisi deducatur nullitas ex defectu iurisdictionis, aut propter intolerabilem errorem expressum: puta quia dicitur excommunicatio lata post * appellationem legitimam per illum cuius iurisdictio non negatur, sed potius à partibus approbatur. & est ratio secundùm Inn. in c. solet. de sentē. excō. cui respōderi non potest: quia † sententia nomen rei iudicatæ nō habet, nisi sit lata à iudice competenti. C. si à non compet. iudi. per to. de iudic. c. at si clerici. aut enim constat manifestè de iurisdictione, aut constat manifestè de non iurisdictione, aut non cōstat de vno neq; de altero, sed dubium est. Primò casu non pōt peti huiusmodi absolutio ex defectu iurisdictionis, cū de ea cōstet manifestè. Nec secundo casu, cū tunc de nullitate excōmunicationis cōstet manifestè. Tertio solo casu videlicet cùm de iurisdictione dubitatur, est locus petitioni huiusmodi. Sed in illo tertio casu non pōt dici res iudicata manifestè: nec per consequens offensa non parendi ei, quia cùm nullo modo sciri possit, quòd sit res iudicata, nisi sciatur iurisdictio illius qui eam tulit. ergo nec vnus sine altero pōt esse notitia manifesta. Caue tamen quia an sola iurisdictionis † negatio faciat iurisdictionē dubiam est videndum. Circa quod videtur sic distinguendum, aut intētio negantis fundata est de iure communi, & tunc sola negatio facit rem dubiam: quia probabilis imò iā probata est: vt si ille qui de iure communi non est iudex excommunicauit. & ita procedit l. iij. C. qui. ad liber. procla. non li. Aut econtra, quia intentio iudicis & eius iurisdictio fundata est de iure cōmuni: & tunc negatio est improbabilis, & per consequens non facit rem dubiam. secundum not. Cyn. C. de procur. l. j. & hoc verum, nisi allegaret & probaret exceptionem saltem semiplenè: & tunc redderet iurisdictionem dubiā: & sic per consequēs rem iudicatam & offensam. argu. not. per Innoc. vbi suprà, & per Cyn. in d. l. j. C. de proc. Ex qua conclusione inferebatur alia: videlicet, quòd † non sufficit in exceptione prædicta, videlicet rei iudicatæ vel manifestę offensæ existentiam iurisdictionis dedacere: sed oportet vltra deducere notorietatē * iurisdictionis eiusdē. Quę quidem conclusio vnū supponit, & aliud disponit. Supponit enim quod etiā iurisdictio si negetur per petētem absolutionem ad cautelam: nihilominus pōt excipi de re iudicata & manifesta offensa, dummodo in exceptione etiam existentia iurisdictionis deducatur. Secundo disponit videlicet, qp deductio existentię debet notorietatē contiuere. Primum patet. tū quia text. c. solet. dicit, cōtra petentem absolutionem ad cautelā vel simpliciter posse excipi de manifesta offensa & re iudicata. ergo & poterit isto casu aliàs esset dicere, qp sola negatio vnius partis tolleret ius alterius: quod esset iniquum. Tū quia hoc casu cessat ratio Inn. quia constito de iurisdictione eius, cessat ratio, vt dictum est. Præterea quia iuri satisfacit, cùm talis exceptio infra octo dies sit probāda: & ita nos plus impedietur processus quàm aliàs. ergo & c. Secundum patet. quia vbi quis habet probare notorietatē, non sufficit probare veritatem: vt ipse Inn. ponit in d. c. solet. Modo hoc casu probanda est notorietas. ergo, &c. Sed qualiter probetur huiusmodi notorietas recurrendū erit ad not. vulgarem in c. tua. & c. vestra. per doct. de cohab. cle. & mul. & ij. q. j. de manifesta. & in Spe. tit. de notor. per totum. Aliqui tamen & iures dicebant sufficere in hoc casu ad deductionem notorietatis deducere existētiam, & existentiæ publicā vocē & famā simul. Dominus Aegid. & aliqui cum eo cōtra & bene meo iudicio. Nam regula est, quod non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse: vt l. ad probationem. C. de probat. & in c. cùm contingat. de off. deleg. Sed licet ita sit, quòd nihil potest esse notorium nisi verū: vt not. in c. tua. de cohab. cle. & mulie. tamen pōt aliquid esse verū, & de illo esse publicam vocem & famā, & tamen non est notorium. Ratio est. quia vt dicit Innocē. in c. tua. de cohabi. cle. & mulie. Ista enim differentia est inter communē opinionem, quæ publicam famam in se dicitur continere: vt in c. veniens. de verb. signific. ad fin. & manifestum seu notorium: quia fama † & cōmunis opinio non habent originem à scientia certa: sed plerunq; à sūspitione sola & incerto auctore: vt habetur de consec. di. iiij. c. Sanctum. Sed manifestum & notoriū semper procedunt à scięntia certa: non dico vnius vel duorum, sed totius populi vel maioris partis. Hinc est, quòd licet testimoniū super notorio sit super scientia certa: tamen testimonium super communi opinione est solùm de credulitate: ideo licet communis opinio possit esse de longè præteritis: tamen notorium non est nisi de præsentibus vel proximè præteritis: vt not. Inn. in c. veniens. Fallit quādo huiusmodi certa scientia est in mente populi certitudinaliter reseruata, sicut de Christi passione. vide Io. Cal. in commēto. ca. vestra. in descriptione notorij. modo ad propositum. ergo potest esse verum quod ponitur & probari pōt per duos testes tanquam verum, qui nihil de notorietate deponere scirent & probare: nihilominus cōmunem vocē & famam per illos qui de veritate dubitabant: imò per præmissa patet, quòd etiam ijdē testes poterūt de vtroq; deponere, videlicet de veritate & fama, & nihilominus notorietatem ignorare vel negare, quāquam hęc substātialia & vera & de iuris rigore exigerentur in vera & plena probatione notorietatis: tamē in casu nostræ quęstionis nō requiritur adeo exacta & plena probatio, sed sufficit semiplena. & ideo maior pars dominorum dicebat sufficere in hoc casu publicam vocem & famā cum alijs adminiculis, quę habebantur in casu seu facto proposito. & sic fuit obtentum. de testib. cap. præterea.

* Post appellationem. Petenti autē ab solutionē ad cautelam, an credatur iuramento suo qđ appellauit ante excōmunicationem latam. vide Fe. in c. apostolica. de except. in vij. colum. versicul. adde etiā quod petens.

* Notorietatem. An notorium faciat iudicem incōpetentem cōpetentem vide per Fely. in c. at si clerici. de iudi. versi. no. opt. text.

SVMMARIVM.

Restitutio ad appellandum à diffinitiua sententia quę transiuit in rem iudicatam non petitur per excommunicatum, nisi in causa matrimoniali & beneficiali.

EPITOME.

1 *Excommunicatus potest petere restitutionem ad appellandum à sententia quæ transiuit in rem iudicatam in causa matrimoniali & beneficiali.*

2 *Excommunicatus quare repellatur ab agendo.*

Decisio 7. alias 453.

FVit dubitatum vtrum in causa matrimoniali reus excommunicatus † posset petere restitutionem ad appellandum à diffinitiua sententia contra se lata quæ transiuit in rem iudicatam? Et videbatur aliquibus quod non. per not. in c. significauerunt. de exceptio. vbi not. per doct. quod excommunicatus non potest petere restitutionē in integrum. ergo nec ad appellandū: quia hæc videtur quædā reintegratio. & per not. in c. j. de referip. lib. vj. vbi notatur, quòd non potest agere de nullitate sententiæ quę etiā nulla prouocatione suspensa nūquam transit in rem iudicatā: vt in c. j. de sen. & re iudic. multò minus potest agere de iniustitia sententiæ quę in rem transiuit iudicatam, & licet concedatur excōmunicato, quòd posset impetrare rescriptum super appellatione sua interposita prosequenda: tamen non super interponenda: vt videtur sonare dictum c. j. de rescri. li. vj. Præterea in hac † restitutione concedenda necessaria est aliqualis causæ cognitio, quæ non potest fieri sine periculo cōmunionis, quæ est causa prohibitionis, quare excommunicatus ab agendo repellitur: vt xj. quæst. iiij. cum excommunicato. & capitul. pia. de exceptionibus. libro sexto. ergo, &c. Præterea si excommunicato denegatur reconuentio: * vt in capitulo intelleximus, de iudi. & leg. & not. de exceptionibus. cùm inter. multò fortius restitutio quæ magis videtur sapere actionem directam quàm reconuentio. quod est verum in restitutione in integrum principaliter & directè intentata per excommunicatum aduersus sententiam: secus vero secundum omnes dominos, si incidenter petatur, vel

* Denegatur reconuentio. Nota hic manifestū dictum excommunicatus non posse reconuenire. quod tamen aliàs non ita clarè determinatū per do-

tur,vel per modum preambuli,vt in casu nostro,in quo non requiritur plena sed semiplena & summaria cognitio,quę etiam posset fieri ex iudicis officio. ar.eorū quę le.& no.de off.iudi.cap.ij.de testi.c. veniés.ij. Præterea in his quæ nō habent perpetuam causam prohibitionis, aliquo cōcessō omnia videtur concedi sine quibus id expediri nō potest:imò omne id per quod peruenitur ad iudicium:vt in l.oratio.ff.de spon.de off. deleg.c.præterea. facit optimè dictum c.j.de rescrip.lib.vj.cum simil.& hoc maximè procedit secūdum Hosti. in casibus in quibus vertitur periculum animæ:vt in matrimonialibus & beneficialibus causis, in quibus secūdum eum excommunicatus posset petere restitutionem in integrū etiam principaliter & aduersus sententiam,quæ præsertim in causa matrimoniali nō transit in rem iudicatam: vt in c.te nor.c.lator.c. cōsanguinei.de re iudi.in qua causa multum exuberat officiū iudicis: vt in c.porrò.de diuor.no. per Hosti.in dict.c.significauerūt. per quam no.fuit decisum per omnes dominos, ꝙ non obstante exceptione excommunicationis oppositæ contra dictum restitutionem petentem, deberem ipsum audire: maximè quia non fuit excommunicatus pro alia causa, sed pro ista, puta vigore executorialium factæ super dicta sententia à qua petit se restitui ad appellādum:si verò fuisset excommunicatus pro alia causa, magis dubitassem.

SVMMARIVM.

Licet denuntiatio probet excommunicationis exceptionē in vim dilatoriæ:non tamen in vim perēptoriæ.

EPITOME.

1 *Excommunicatio non probatur ex eo solo quod quis pro tali denunciatus probetur.*

Decisio 8. *aliàs* 252.

1 LIcet † sit cōcertatio inter doct.in c.pia.de except. & c.licet.de senten.excommuni.lib.vj.vtrum per denuntiationem quis probetur excommunicatus, quādo in vim dilatoriæ excommunicatio opponitur:tamen domini habuerūt & habere voluerunt pro indubitato,ꝙ denuntiatio nō probat exceptionem excōmunicationis oppositam in vim peremptoriæ cōtra impetrātem: quia non sequitur talis est excōmunicatus denuntiatus ergo est excommunicatus. Tum etiam quia huiusmodi exceptio sapit obiectum, qui debet clarè dari & probari.de accus.c.super his.& c.accedes.de elect.c.j. & c.vt circa.li.vj. iuncta cl.cōstitutionem. eodem.titu. Leuius etiā & citius admittūtur, probātur & expedium tur dilatoriæ quàm peremptoriæ.de ordi.cog.c.cùm dilectus.de lit.cōtest.c.j.lib.vj.cum ibi not.

SVMMARIVM.

Non sufficit in materia obiectiua dicere quòd quis per sevel per aliū acceptauit vel simile,nisi specificetur.

Decisio 9. *aliàs* 253.

SI opponatur alicui quòd beneficium per ipsum in curia resignatum, & post huiusmodi resignationem admissam nihilominus illud idem beneficiū tenuit, possedit & fructus perceperit per se vel alium, nisi excipiens illum alium exprimat,& de eius mādato specifice det,non erit quò ad hoc audiendus:quia materia obiectiua est, exactam requirit specificationem:vt prædictis iuribus suprà proxima conclusione alleg.& idem etiam postea fuit conclusum de secundo impetrāte obijciente contra primum de cōsumptione gratiæ suæ per acceptationem alterius beneficij per se vel alium factam quia bene specificat.

De Præscriptionibus.

SVMMARIVM.

Allegans se tanto tempore de cuius contrario memoria non existit,exemptum à iurisdictione ordinaria,nō auditur nisi probet,quòd alius prælatus in eo iurisdictionem præscripserit.

EPITOME.

1 *Articuli de exceptione à iurisdictione ordinarij à tanto tempore & c.non procedunt nec sunt admittendi,nisi in eis detur de alio prælato,qui huiusmodi iurisdictionē præscripserit.*

Decisio 1. *aliàs* 239.

1 SI † decanus & capitulum alicuius ecclesiæ cathedralis dicant & debent in articulis se exemptos ab omni iurisdictione & coertione episcopi eorum, & se fuisse & esse in possessione huiusmodi exceptionis à tanto tempore cuius contrarij nō est memoria,nisi dent de alio prælato,qui huiusmodi iurisdictionem in eos præscripsit, articuli tales non sunt admittendi: quia nullus potest seipsum iudicare vel corrigere,nec ea possidere: ergo nec præscribere: sed alius bene talia in ipsis præscribit,vel ipsi possent præscribere,quòd alteri prælato subsunt quò ad iurisdictionem & coertionem huiusmodi.prout le.& no.de prescrip.c. cùm ex officij.& c.cùm non liceat.& c.auditis.

SVMMARIVM.

Ordinarius potest secūdum canones ea quæ sunt meri imperij delegare:secus secundum ius ciuile.

EPITOME.

1 *Decanus & capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ an possint præscribere potestatem excommunicandi,incarcerandi & installandi canonicos,vicarios & beneficiatos ecclesiæ delinquentes.*

2 *Iudicare & excommunicare non sunt fructus iurisdictionis, sed potius labor & onus.*

3 *Possessio iurisdictionis an vnico actu quæratur.*

Decisio 2. *aliàs* 416.

FVit dubitatum & in relationibus positum vtrum decanus † & capitulum alicuius ecclesiæ collegiatæ possent præscribere potestatem excōmunicandi,incarcerandi & installādi canonicos,vicarios & alios beneficiatos illius ecclesiæ delinquentes. Super quo dubio fuit solenniter per aduocatos in publicis relationibus alle.& tractata materia meri & misti imperij,* videbantur meri imperij & spectātia, nō ad se sed ad principem:vt l.imperium.ff.de iu.om.iud. ergo non videbātur præscriptibilia *,sicut nec delegabilia secundum leges:secus verò secundum cano.secundum quos etiam ea quæ sunt meri imperij possunt delegari prout le.& no. in c.in archiepiscopatu.de rap. & sunt textus de hoc hodie in c.licet.de of.vica.li.vj.& ne cle.mo.c.episcopus.eli.& sunt etiam secundum canones præscriptibilia etiā per inferiores. Nam nō est dubium episcopos, superiores,prælatos habere merum & mistum imperium, videlicet iudicandi & corrigendi, puniendi & excomunicandi,incarcerandi deponendi, degradandi, suspendendi,interdicendi & c.xxv.di.perlectis.xxiiij.q.iij. corripiantur.xj.q.iij.sententia pastoris.& ca.curæ. de elect. transmissa.de transla.c.j.& vtrobique no.de offi.or.c.j. & c.conquerēte. de iudi.c. at si clerici. & c.cùm non ab homine.& de for.compe.c.conquestus. & c.postulastis. & c.fi.de sta.mo.c.j.de senten.ex.c.vt famæ. & c.si clericos.li.vj. de pœnis c.degradatio.e.li. cum multis si.& per Spe.ti.de iu.om.iu.§.j.versi. ad huiusmodi.vbi enumerat omnia quæ sunt meri imperij episcopis pertinentia.Sed omnia iura episcopalia ad vtranque legem siue iurisdictionis siue diœcesanam pertinentia sunt per inferiores episcopis præscriptibilia: vt de præscrip.c.auditis.& c.cùm olim. cum ibi nota. & nota.xvj.q.iij.quicunque.de off.archi.dilecto. de excess.præ. c.accedentibus.ergo &c.Quod autem punitio & correctio canonicorum cathedralium ecclesiarum posset secundum consuetudinem legitimè præscriptam ad decanum & capitulum pertinere, est text.in ca. irrefragabili.§.excessus quoque.de off.ordi.imò quandoque ad solum decanum: vt in c.dilectis.de ap.de sen.ex.c.dilecto.li.vj. vbi ille de canus habuit & exercere potuit vtrūque gladium, maximè vbi ipse est caput capituli immediatum ab illo capitulo electus,& per episcopum confirmatus, prout ponebatur in facto: nam tūc ipse solus ex electione & confirmatione superioris haberet omnimodam iurisdictionem in ipsum eligentes, siue in ipsos eligentes. prout pulchrè notat & deducit Inn. in c.cùm ab ecclesiarum. de offi.ordi.& ibi tex. Quòd inferiores prælati possūne excommunicare & iudicare,facit de offi.archi.c.man-

* *Meri & mixti imperij. &c. Vetusti codices sic habent Meri & mixti imperij spectantis non ad se sed ad principem vt l &c.*

* *Præscriptibilia. Ad intellectum horum quæ de præscriptione meri & mixti imperij hac dicuntur,nullū alium doctorem quære quam. Alex. de Imol. in cō sil.xvj.quinti vol. vbi optimè loquitur secūdum iuris vtriusque dispositionem.*

damus.& c.ad hęc.de dec.c.puenit.dūmodo sit talis persona in quā hoc ius cadere pōt. de his quæ fiunt à maio. par.ca.c.iij.de ap.c. Romana.§.j.li.vj.de consue.c.ij.eo. li.imò dicit Inno. quod quilibet clericus posit præscribere ius excōmunicandi,& similia: licet non habeat ordinariam iurisdictionem. Sed quia prout ponebatur in facto prædicti decanus & capitulū, nisi semel prædicta exercuerunt. Fuit dubitatū & etiam solēniter super hoc allegatum, vtrum per vnicum actum huiusmodi quæsiuissent possessionē in similibus casibus iudicandi & procedendi. Et fuit allegatum ad partem negatiuā quædam not. Inno. in c. cùm dilectus. de reli. do. vbi ipse tenet expressè, quòd licet quis sit in possessione subiectionis alicuius etiā per mille annos, non propter hoc potest illum iudicare siue condemnare neque ciuiliter neq; criminaliter: imò sententia excōmunicationis in ipsum prolata
2 non tenet. Ratio. quia iudicare † & excōmunicare non sunt fructus iurisdictionis, nec propriè fructus dici possunt: imò potius periculū, labor & onus. & sic nō obstat c. cùm ecclesia Sutrina. de causa possess.& propriet.& c. consultationibus. de iure pa. Nam eligere vel præsentare bene sunt fructus possessionis iuris eligendi vel præsentandi: vt not. alibi Inno. in c. in literis. de resti. spol. nō sic in illo qui tantùm habet possessionem subiectionis siue iurisdictionis alicuius. Pro qua cōclusione facit optimè secundùm Inno. decre. cùm contingat. de foro competē. Nam ibi dicitur, licet canonici Beluacen. haberēt iurisdictionem super familiares ipsorum de cōsuetudine: tamen non poterant illos excommunicare. Sed posset responderi quod ibi tantum præscriptum quantum possessum. de deci. capit. cùm in tua. vel quia illi non habebant assistentiam tantùm iuris communis, sicut isti decanus & capitulum. ar. capit. ad decimas. de restitu. spo. libr. vj. Respondit etiam Inno. ad l. Barbarius. ff. de offic. prætо. & ad not. per eum in c nihil est. de electioni. à quo dicto videtur Innocen. recedere in fin. glo. eiusdem ibi, tamen alij aliter dicunt, & vt videtur melius. vt no. per eum. de rest. spol. c. olim. iij. vbi tenet expresse quòd quilibet clericus posit possidere & præscribere ius excōmunicādi. & si ille quem excōmunicat obedit sciente & patiente episcopo vel alio suo superiorē: statim excommunicans acquirit possessionem excōmunicandi, & tenet eius sententia, si erat in possessione excommunicādi. prout not. Inno. in dicto c. cum dilectus. in glos. fina. & remittit ad not. per eum in c. ij. de restitu. spoliato. Sed vtrum sufficiat ad hoc vnicus actus † possessionis. Innocen. in ca. ij.
§ de capel. mon. videtur innuere quòd non. Pro quo facit tex. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprieta. & not. in c. fina. de consuetu. Nam secundùm Innoc. vbi suprà, licet possessio generalis iurisdictionis acquiratur per vnicum actum, dummodo vtens intēdat vti iure suo quò ad iurisdictionem vniuersalem: tamen hoc nō procedit in personis, rationem diuersitatis ponens: quia sub iurisdictione cōprehendūtur omnes partes eius & actus: sed sub persona non contineatur alia. & in illis habet locum regula, quòd tantum præscriptum quantum possessum. de deci. c. cùm in tua. hæc vera si nullus alius sit in iurisdictione illarum personarū: quia tunc ad alias personas non extēderetur possessio iurisdictionis quęsita in vno homine: sed si alius est in possessione iurisdictionis super vnum populū, & ego exerceam iurisdictionem in vnam personam tantùm illius populi sciente domino & patiente, super totum populum acquiro: quia quasi vna & continua est gleba, scilicet vnus populus: & nūc bene extenditur possessio de persona ad personā. Ratio, quia ille in quem exercui iurisdictionē non possidebat illum 1 contra quem ego præscribo iurisdictionē: sed alius contra quem præscribo iurisdictionem in hāc personam & aliam communiter habebit. de præscr. c. cùm ex officij. 1 De extēsione iuris corporalis & incorporalis vide Inn. in c. in literis. de restit. spo. & ibi per Pau. de hac materia prædictorum duorum dubiorū in suo commento. At in casu nostro fuit probatū prędictis decano & capitulo data tam ptātem plenariā iudicādi, corrigēdi, puniēdi, excōmunicandi, & etiam incarcerādi omnes personas beneficiatas illius ecclesiæ per priuilegiū episcopi illius loci, & per sedem apostolicam confirmatā: & quod ipsi fuerunt in possessione generali prædictorū, & eis sæpe obtemperatum excepto actu installationis, quem licet nisi semel exercuerant: tamē quia postea in xl. annis similis casus non occurrerat, sed modo nouiter occurrit. Fuit decisum & conclusum quòd tenuerat & valuerat huiusmodi installatio. per Innocen. in dicto capit. dilectus. de capel. mo. super versic. possessorium. in fin. & per no. per Ber. in dicto capitu. cum ecclesia Sutrina. & per Specul. titul. de præscriptio. §. j. versic. sed pone quod melius. & per eundem titu. de iur. om. iudi. §. j. circa fin. vbi recitat quasi de verbo ad verbum not. Innocen. suprà script. & vide ad materiam Innocen. in dicto capit. ij. de restitut. in integr. & in dicto cap. olim. de restitu. spoliator. & de postu. præ. bonæ. ij. per eundem.

SVMMARIVM.

Si concessio episcopi apparet facta cum consensu capituli, licet de consensu aliter non appareat: sufficit si sequitur tempus sufficiens ad præscribendum.

EPITOME.

1 *Titulus iniustus præscribendi causam quandoque tribuit.*

Decisio 3. aliàs 473.

SI apparet † concessio episcopi, quæ dicitur facta cū consensu sui capituli, de quo consensū nō apparet, & sequitur tempus sufficiens ad præscriptionem, illud sufficit. Nam talis titulus errore facti suffultus dat causam præscribēdi: videlicet si episcopus donat & dicit de consensu sui capituli, & ita tradit monasterio. & ita procedit quod not. glo. de consue. c. cùm dilectus. & de prescrip. c. de quarta. & præsumitur talis error per capi. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælat. quia iustus error habetur pro titulo. ff. pro empt. l. ij. quæ à pupillo. & qui se. & ff. pro le. l. fin. & iustus est hic error facti. l. ii. ff. de iu. & fact. ignor. maximè per not. in dict. c. ea noscitur. super quo tamen vide dominum Bart. ff. rem ratā haber. l. actor. secus si in iure errasset. & ita procedit quod no. in c. ij. de his quæ fiunt à pre. arg. ff. de iur. & fact. ign. l. iij. & l. eam. de vsucap. l. ij. l. quæ si à pupillo. & l. vbi lex. & l. nonnunquam. probant not. argu. x. q. iij. cognoscimus. & ita not. Pau. in Cle. j. de re. eccle. non alie. in glos. pen. & ibi plenè vide. Aliqui domini volunt dicere, quòd requiritur subscriptio clericorum. pro quo vult tex. xiij. q. ij. sine exceptione. & nota. Inno. in capit. dudum. de reb. eccle. non alie. lib. vj. De alia subscriptione idē dixerunt domini de Rota per capitu. tua. in fin. de his quæ fiunt à præla. sed dic ad hoc vt in quęstionibus domini Neapolitani. quę. lxxviij. cùm dixi, præsumi assensum capituli interuenisse. intelligo quò ad effectum excludendi malā fidem in recipiente. & ita procedit opi. Paul. vt præscriptio currat ad effectum validandi: alienandi perpetuum verò secus. & ita procedit opinio Barto. in d. §. qui secus. licet secus sit de alienatione temporali: vt cap. ea noscitur. de his quæ fi. à prælato. & ita procedit ibi gloss. & c. quod intellige, nisi opponatur per partem consensum, non interuenisse. & ita procedunt not. Innocen. in dicto capitul. ea noscitur.

De Re iudicata.

SVMMARIVM.

Actore & reo nihil probantibus vel æqualiter probantibus, si actor possidet absoluitur, non ex eo, vt quia sit actor, sed quia possessor.

EPITOME.

1 *Si vtraque pars in causa beneficiali nihil probat: possessor absoluitur, etiam si sit actor.*

Decisio 1. aliàs 15.

SI in † causa bñficiali actor & reus ambovel nihil vel non plenè probauerint intentionem suam. Fuit dubitatum vtrū pro actore possidente & tenente beneficium posset & deberet sententia ferri absolutoria. Et videbatur quod nō. quia actore non probante, &c. per l. actor. C. de probationib. & de iure-
iuran. c. fi.

iuran.c.fi.& de cauſ.poſ. & proprie.c. cùm eccleſia Sutrina.vt eccle.be.c.vnic. Fuit determinatum & concluſum per omnes dominos quod ſic.diſtinguẽdo. Aut vterque ſcilicet actor poſſeſſor & reus nõ poſſeſſor petijt adiudicari beneficium:& tũc ſi neuter probat, quilibet debet abſolui ab impeditione alterius. Ratio,quia vterq; est actor & reus in caſu prædicto.ar.c.licet.de proba.& c.ex literis.de cau. poſſ.& pro.c.vnic.in cle.nullus tamẽ eorum condemnabitur in expen. ſed fiet compenſatio hinc & inde. Fuit tamen quædam no. Innoc.allegata in contrarium in c.cum contingat.de off.dele.videlicet, q̃ in caſu prædicto reus eſt abſoluẽdus ab obſeruatione & impetitione rei de qua agitur. quam not.intelligas reo rem quam actor petit detinente & poſſidente, vel neutro tenente: tunc enim habet locum regula, actore non probante, &c.Si verò actor poſſeſſor petit titulũ ſuum pronuntiari canonicum ſibiq; adiudicari beneficium: & reus nõ poſſeſſor petit ſolùm ſe abſolui ab impetitione actoris poſſeſſoris,vel nil petit:tunc enim ſententia eſt ferẽda pro reo etiam abſente abſolutoria actore nil probante.per l.actor.& alia iura in cõtrarium alleg.& facit.C.de æden.l. qui accuſare. & l.fi.C.de rei vendi. & l.ij.de proba.ff.& no.in c.per tuas.de ape. Fatuus autem eſſet poſſeſſor, qui contra non poſſeſſorem petitorium intentaret,propter difficultatem probandi dominium, niſi haberet probationes paratas in petitorio. deberet enim potius intẽtare interdictum vti poſſideris,ſi in poſſeſſione turbaretur : aut interdictũ vnde vi, ſi de poſſeſſione deijceretur.ar.l.is qui deſtinauit. ſuperius alleg.ff. de rei vendi.de proba.c.licet.de iud.c.examinata.& hoc eſt conſilium.B.in c.cùm eccleſia Sutrina.de cau.poſ.in gl.ij.Si verò reus poſſidet, vel neuter poſſidet: tunc iterum ſtat regula,actore nõ probante &c. & ſic poteſt intelligi not.Inno.in c.cùm contingat.ſuperius alle.& ibi vi.quod not.Ioan.An.& Inno.in c.ex conqueſtione. de reſti.ſpo.& de offi.vica.c.j.poſt Inno. & Hoſti. & in c. mandatum.de reſcrip.poſt Compoſt.

SVMMARIVM.

Tres ſententiæ latæ ſuper attẽtatis ſunt ante omnia executioni mandandę,antequam veniatur ad negotium principale.

Deciſio 2. *aliàs* 113.

TRes ſententię ſuper attentatis latæ antequam procedatur in petitorio ſunt ante omnia executioni demandandæ:dummodo prædictæ ſententię vim diffinitiuæ habeant.puta ſi lite pendente vel poſt appellationem à diffinitiua aliquid ſit attentatum circa poſſeſſionem rei de qua agitur.quia tunc ſapit naturam veri poſſeſſorij,quod eſt plenè executioni mandandum ante ingreſſum petitorij.de reſti.ſpol.c.Piſanis. nec poſſet opponi nullitas ante executionem earũdem.de re iudic. cle.vt calumnijs.

SVMMARIVM.

Actore non probante reus,etiam ſi nihil petat, debet abſolui.

Deciſio 3. *aliàs* 120.

ACtore nil probante ſeruatis terminis reus ab impetitione actoris, licet nullã petitionem dederit, poteſt & debet abſolui. per regulã, actore nõ probante & c.de iureiur.c.fi. & quia trahendo reum in cauſam.ſatis impetijt,moleſtauit & impediuit: & ideo poteſt & debet actori etiã ſuper huiuſmodi moleſtatione & impedimẽto perpetuum ſilẽtium imponi:imò ſuper re de qua agitur.de cau.poſ.& proprie.cum eccle. de re iudi.cum Ber.de reli.do.conſtitutus.de proba.licet.

ADDITIO.

Adde hîc regulam Grego xj. quæ eſt.ciij.in numero,inter meas. & incipit, Dominus noſter Gregorius non vult quod ſtilus.

SVMMARIVM.

Reus & poſſeſſor de cuius non iure conſtat contra reſeruationem tam in perſonam quàm in gratiam poteſt dare obiectus ad effectum abſolutionis reportandæ,non autem adiudicationis.

EPITOME.

1 *Reus & poſſeſſor de cuius non iure conſtat poteſt actorem per obiectus excludere.*

2 *Conſtito de non iure actoris & rei, non eſt tamen reus à ſua poſſeſſione expellendus: ſed potius ab impetitione actoris abſoluendus.*

Deciſio 4. *aliàs* 160.

1 REus † & poſſeſſor beneficij de cuius non iure conſtat,poteſt dare contra reſeruationem obiectus tã in perſonam quàm gratiam ad effectum abſolutionis,ſed non adiudicationis obtinendæ:vt in c.ex inſinuatione.de procu.& ibi per Inno.& in c. olim.de reſc. & de hoc videtur tex.in c.cum noſtris.de conceſ. præb. nudus enim detentor repellit agentem rei vendicatione.ſi ſua non intereſt, propter commodum poſſeſſionis ſiue retentionis.ar.l.Paulus.§.fi.qui. mo. pig.vel hypo. ſol.& faciunt no.per Ar.de præben.in c.licet li.vj. Præterea magis abhorrent iura, quòd nullum habens titulũ ingrediatur beneficium quàm ingreſſus per non habentem titulum de poſſeſſione eijciatur propter regulam. Turpius eijcitur,& c.de iureiuran.c.quemadmodum.In pari enim cauſa turpitudinis melior eſt cõditio poſſidentis. de adulr.c.intellexímus. de reg.iur.c.in pari.lib. vj. Non obſtãt dę concluſiones ſuperius poſitæ videlicet,quòd ille de cuius non iure clarè & notoriè conſtat per acta non agit ſuper attentatis, nec poſſeſſorio: quæ ambo ſunt multum in iure priuilegiata. de ordi.cogni. c.ij.& fi.de reſti.ſpo.per totum.de appel.c.nõ ſolùm. li. vj. quia hi certant de poſſeſſione recuperanda, & de reducendo in ſtatũ priſtinum.quod eſſet abſurdum & iniquum, ex quo cõſtat de non titulo ipſorum & quia per hoc daretur vitioſus ingreſſus, propterea etiam in dubio prohibetur fieri miſsio in poſſeſsionem realẽ: vt in c.vnic.de eo qui mit.in poſſ.libr.vj. Alius verò detentor certat de poſſeſsione retinẽda & nõ admittenda. de qua non eſt eijciendus,niſi per illum cuius intereſt,& habentem ius:vt in c.cum noſtris.de cõceſ.præben. & ibi per Inn.& ideo eſt vocandus antequam eijciatur, vt videatur tam de iure agentis quàm etiam poſsidẽtis.de præb. c.licet.ij.lib.vj. Ex quibus infertur alia concluſio, quòd

2 † vbi conſtat de non iure actoris reus, licet nullum ius habeat,à poſſeſsione nõ eſt amouendus:imò ab impetitione actoris eſt abſoluẽdus.C.de rei vendi.l.ſi de reſcri. c.olim.in fi.not. per Compoſt.de reſcrip.c. mandatum. & per Inno.de reſti.ſpo.c.in literis.ver.faremur.tamen modificat hoc dictum ſecundum cõcluſionem primam ſuprà eo.ti.quilibet enim detentor præſumitur poſſidere ſecundum Inno.in c.cùm olim.de priuileg.ſuper ver. * portarium.in fin.qui alleg.xviij.q.j.cap.j. idem tenet Archi.vt lit.penden.c.ij.lib.vj.

* *Portarium aliàs dederat.*

SVMMARIVM.

Iudex generaliter condemnat in fructibus & executor generaliter monet cõdemnatum abſque taxatione.

EPITOME.

1 *Reus & poſſeſſor de cuius non iure conſtat, poteſt actorem per obiectus excludere.*

Deciſio 5. *aliàs* 183.

1 SIcut † auditor poteſt generaliter cõdemnare in fructibus per reum & poſſeſſorẽ perceptis:ita põt generaliter executor huiuſmodi ſentẽtiæ abſq; aliqua taxatione monere dictũ cõdemnatũ, vt de illis ſatisfaciat victori infrà certũ terminũ,infra quem terminũ põt venire & allegare ſe illos nõ percepiſſe, vel eos in vtilitatẽ beneficij cõuertiſſe & ſimilia.quod ſi nõ fecerit,ſententia excõmunicationis propter hæc prolata eſt iuſta:nec relaxabitur donec plenè fuerit ſatisfactũ:q̃a pro re iudicata extitit,pmulgata.ar.no. in c.ſolet.de ſen.excom.li.vj.

SVMMARIVM.

Auditor qui pronuntiat beneficium alicui fore debitum, poteſt etiam poſſeſſorem in fructibus poſt litem motam perceptis & non petitis condemnare.

Deciſio 6. *aliàs* 186.

AVditor qui pronuntiat beneficium fore alicui debitum prouidendo de ipſo iuxta formam cle.auditor.de reſcript. põteſt etiam cõdemnare ex officio in fructibus à tempore motæ litis per poſſeſſorem perceptis, etiã in libello non petitis. de iure patr.c.cùm dilectus.de off.deleg.c.cũ cauſa. quia fructus ſunt acce-

sorij ad beneficium, & veniunt à tempore motæ litis.ff. de vsur.l.videamus.& l.mora.§.in bonę fidei.arg.etiam c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& proprie.de preb. c.dilecto.in fin.& fa.not.per Inno.de re iudi.c. cùm super.& c.grauis.de restit.spo.& ibi per Inno. & Host.& de præben.c.dilecto.in fin.vtrum & quando veniant ex officio vel ne fructus percepti.

SVMMARIVM.

Pro reo excõmunicato absente, & per procuratorem se defendente,potest ferri sententia absolutoria:sed non adiudicatoria.

Decisio 7. alias 194.

PRo reo excommunicato absente & se per procuratorem defendente potest ferri sententia absolutoria: sed non adiudicatoria.arg.eorum quæ le.& no.in c. cùm inter.de excep.pro hoc alleg. in ratione l.quamuis indubitati iuris.C.de adulter.faciunt etiam not.in c.per tuas.de appel.videlicet,quòd pro reo contumace absente potest ferri sententia infirmatoria vel absolutoria. 1

SVMMARIVM.

Dominus feudi potest committere causam feudalem alteri decidẽdam inter vasallos suos: per quam commissionem idem commissarius non potest aliquid domino adiudicare.

Decisio 8. alias 198.

SI dominus feudi committit seu dat potestatem alicui cognoscendi seu decidendi causam feudalẽ, de certis bonis iter vasallos suos,saluo iure suo:si iudex huiusmodi inter prædictos vasallos duntaxat procedendo, & seruatis seruandis partẽ bonorũ adiudicauerit vni parti, & aliam partem domino feudi : talis sententia lata pro domino feudi non valet,neq; tenet:quia nullo agẽte nec libello dato,nec lite contestata est lata. de verb.signifi.c. forus.de lit.contest.c.vn.cum si. Nec obstant verba illa, saluo iure suo.quia illa non sunt nisi quædam protestatio videlicet quòd per sententiam ferẽdam inter partes sibi quo ad suum non præiudicaretur. & sic non est nisi quædam protestatio, prout papa sæpe protestatur in decisionibus suis:vt in c.cùm à nobis.de testib. de appell.c. vt debitus.in fin.vt lit.penden.c.j.in fin. in Clemen.

SVMMARIVM.

Si Abbas & conuentus in aliqua causa sunt simul litẽ contestati : lata sententia pro actore & ab eo appellato per reos possunt simul & diuisim in causa procedere,& sufficit contra alterum ferri sententiam.

Decisio 9. alias 206.

LIcet actum sit in partibus per episcopũ contra Abbatem & conuentum cuiusdam monasterij super annua pensione præstanda episcopo: & lata sentẽtia pro episcopo & contra Abbatem & cõuentũ à qua pro parte eorundẽ abbatis & conuentus extitit ad sedẽ apostolicam appellatum:tamen si in causa appellationis episcopus dũtaxat processit cõtra abbatẽ,& nihil probauit: nec sententiam latã in partibus produxit : Abbas põt & debet absolui ab impetitione episcopi.per regulã,actore non probante &c. Non obstante ꝙ in partibus sit actum & sententiatũ contra Abbatẽ & conuẽtum cõiunctim: quia de hoc non constitit.& si constaret , quia episcopus dimisit conuẽtum & traxit Abbatẽ in causam, cùm iudicium redditur in inuitũ , ipse poterat se defendere & petere se ab huiusmodi molestatione & ab impetitione absolui.Præterea quia ipse solus vel quilibet alter posset iura & bona ecclesiæ defendere,etiã alijs inuitis:vt not. Inn.in c.cùm olim.de testib.& de reb.eccle.non alie.c.ti quis presbyterorum.& c.hoc consultissimo.eo.tit.li.vj. Cũ igitur conuentus appellauerit & nõ miserit procuratorem ad prosequendũ huiusmodi appellationẽ : si Abbas non prosequeretur,transiret in rẽ iudicatã.de re iud. c.quod ad consultationẽ.ergo meritò ad prosecutionem huiusmodi appellationis soius fuit admittẽdus . Itẽ quia sententia venit ferẽda pro eo & non cõtra eũ.ergo &c. ff.de mino.l.nõ eo minus.imò secũdùm Inno.in c. præsentiũ.de test.li.vj.Si Abbas & cõuentus in aliqua causa simul sunt litẽ contestati: tunc simul & diuisim possunt in causa procedere, & sufficit contra alterum ferre sententiam.de quo ibi per Io.And.in nouel.sup.ver.Abbas. 1

ADDITIO.

Sic & si essent ambo procuratores in solidum constituti.vt not.in c.in nostra.de procurat.

SVMMARIVM.

Citatio ad audiendam sententiã in curia in causa beneficiali non expedit , quòd contineat illud verbum, peremptoriè.secus in causa prophana.

EPITOME.

1 *Citatio ad audiendam sententiam in curia an expediat, quòd contineat illud verbum,peremptoriè.*

2 *Termini quotquot sunt lite contestata in palatio peremptorij sunt.*

Decisio 10. alias 245.

LIcet † in causis prophanis in quibus ordo & figura iudicij seruatur necesse sit peremptorium exprimi in citatione vnica, quę fit ad sentẽtiam audiẽdam: per l.ad perẽprorium.ff.de iud.& C.quomodo & quãdo iudex.l.ij.alias sententia non valet:vt videtur notari per Io.xxiij.q.iij.de illicita.& Inno.in c.ad petitionẽ.de accu.& Spe.ti.de cit.§.viso.ver.ꝙ si lata.& Guil. de mon. Lau.de dolo.& contu.c.j.super.ver.promulget.in clem. tamen id nõ est necesse in causa beneficiali in qua proceditur sine strepitu & figura iudicij:vt in cl.sępe.§.alias ver.sentẽtiam verò.de ver.signi.vbi de hoc per Io.And. super vers.nõ perẽptorio.ita ꝙ valet citatio facta in audientia cõtradictarũ ad audiendũ sentẽtiam diffinitiuã, etiam contra absentem proferendã sine expresione peremptorij:dũmodo causa vel per appellationẽ iuxta formam.c.statuimus.& cle.causam electionis.vel per citationem de speciali mãdato facta sit in curia.Nã tam per dictam appellationẽ quàm per dictã citationẽ pars absens citatur ad totã causam & singulos actus vsq; ad audiendum sniam includẽ:& sic nõ esset necessarium, licet sit honestũ & de more citare absentẽ per auditiã ad singulos actus de nouo:prout le.& no.per Inn. & Hosti. ac Io.An.in nouel.in c.auditis.de proc. & aliqualiter in c.consuluit.de of.dele.& plenè de cõse.c.ij.li.vj.ꝙ Arc. Aliqui tamen voluerũt dicere,ꝙ etiã in causa prophana secundum morẽ curiæ nõ sit necessariũ in citatione et- 2 primere perẽptoriũ,etiã ad sniam audiendã:quia † post litis contestationẽ omnes termini in palatio apostolico sunt perẽptorij licet id non exprimatur: vt no.Spec.expresè in d.§.viso. vbi dicunt etiã quidã allegando dictã decre.consuluit. præsertim si in partibus in causa sit cognitum plenè & cõclusum. Preterea fuit alle. vnũ dictũ Bart.in l.si finita.§.si plures.ff.de dã.infect. videlicet,ꝙ si iudex fuit cõminatus in citatione , ꝙ procedat ad sententiam:si non cõpareat, huiusmodi comminatio habet vim perẽptorij. Si verò cõminetur ꝙ procedat vt iustũ fuerit,vel prout de iure poterit : talis cõminatio non est loco perẽptorij:quia secundum Spec.in d.§.viso. versi.si quæritur huiusmodi cõminatio consueuit poni post peremptorium,licet non sit necessaria,quãdo ponitur perẽptoriè,in citatione:vt ff.de iud.l.ad perẽptorium. de restit.in integ.c.cùm ex literis.vt no.ibidẽ & Spe.in eo.§. versi.Item iudex. cuius dictũ intelligas & modifica iuxta superius allegata. Dicit tamẽ Inn.vnũ notabile verbum indicta decre.ad petitionẽ. in magna gl.circa medium,ꝙ si inueniatur & apprehendatur citatus,& citati respondeat,non veniã ad causam. vel nihil respõdeat:& sic personaliter citatus nõ vadat vel malitiose procurat ne ad eum perueniat citatio:vt lit.non conte.c. quoniã. in his casibus non credit talẽ iteratò citandũ : nec ad testium receptionem,nec ad audiendũ sententiã: imò sine vlla alia citatione potest secundũ eum ad examinationẽ causæ,& sententiã procedi.Rationem ponit. quia cùm prędictæ citationes tres vel plures nõ fiãt,nisi ad probationem cõtumacię:& in prędictis casibus apparet * cõtumacia citatorũ.ergo nũ est necesse alias solẽnitates:sicut ꝙ in certis nõ est opus cõtecturis.ff.de ver.ob.l.cõtinuus.ff.de re iu.l.cõtumacia.facit cl.si ante.de do.& cõ.

* Quia exemplum datur quia sic tres primo ter: si secundo alia citatione dicitur sic ter.per singulam l. si secundo vltimo. Cal. ex. quam adducit Abb. in l. cõtumacia.ff.de re dicata.

SVMMARIVM.

In causa bñficiali actore non probãte reus absoluitur.

EPITOME.

Actor & possessor in causa beneficiali nihil probans absoluitur etiã si reus det obiectus, & illos nõ probet ac liti renũcet.

Et an reus

2 *Et an reus sit in expensis condemnandus.*

Decisio 11. *aliàs* 261.

1 LIcet actor † & possessor in causa beneficiali nihil probet & reus per eum in causam tractus nihil petendo, sed dando obiectus contra eum, & illos non probans: & postmodum renuntiando liti & causæ recedat: pro actore possidente potest ferri sententia nihilominus absolutoria ab impedimentis & molestationibus &c. & super illis dicto reo perpetuum silentium imponi. de probat. c. * ex literis. & c. licet. & vide similem conclusionem in decis. j. suprà de re iudica. quam intelligas de reo petente suam prouisionem canonizari, & nihil probante: in quo casu actor & possessor etiam non non probans intentionem suam debet nedum ab impedimentis & molestationibus: sed etiam ab impetitione rei absolui, & in expensis condemnari. Sed † vtrum in casu proposito reus veniret in expen. condemnandus. Domini erant varij, nec fuit pro tunc discussum. Aliquibus videbatur quod non deberet condemnari, propter temerariam vexationem actoris, qui iniustè & inuitum traxit, & vexauit eum, vt videtur. & quia reus agnoscens bonam fidem renuntiauit litt. ergo nihil fuit ei imputandum. Alij asserentes contrarium, propter regulam, Victus victori, &c. Preterea si ab initio liti renuntiasset, & se in nullo opposuisset, nec obiectus dedisset: fortè procederet dictorum dominorum opinio. Sed quia se opposuit & obiectus dedit, in quorum probatione defecit. ergo saltem propter exceptionem oppositam & non probatam deberet condemnari in expensis quod crederem verisimum, per c. fi. de do. & contu. & c. statuimus. de elect. libr. vj. vbi videtur text. sed ille text. loquitur in obediente appellante, & in probatione obiectum deficiente.

* c. ex literis. Ad declaratio nem huius de cisionis vide do. Fel. in d. c. ex literis. qui multa bona & notãda dicit. Nam iste decisiones sunt satis crudæ & tenues, nisi ad inuenturr alio rum doctorũ dictis, quibus simul iunctis habetur plena notitia iu rium. Et prin cipaliter sunt videnda scripta nouissimo rum doctorũ, qui omnes articulos & apices iuris sunt diligentissimè perscrutati.

SVMMARIVM.

Per rescriptum gratiosum ad beneficium vacaturum ius quæsitum alteri specialiter in dicto beneficio non tollitur, nisi specialis mentio de eo fiat. Et ideo prima gratia ad certum beneficium vacaturum impetrata non absorbetur per secundam gratiam ad idem beneficium, vt vacans impetratum in qua non fit mentio de prima.

EPITOME.

1 *Rescriptum gratiosum per quod alteri præiudicium infertur non valet, nisi de primo mentionem faciat.*

2 *Dispositio in potestate grauari posita potest per ipsum grauatum declarari.*

3 *Collationẽ secundi beneficij debet præcedere renũtiatio primi.*

Decisio 12. *aliàs* 329.

TV obtinens præbẽdã Colonien. impetrasti gratiam à papa de præbẽda. Magũtin. certo modo vacaturã offerens te in assecutione præbendæ Maguntin. dimittere Colonien. postea ego impetraui præbendam tuam Colonien. dum ipsam vacare contigerit per assecutionem antedictam: tu impetras à papa quod possis dictam præbendam Colonien. permutare pro alio beneficio, & nihilominus præbendam Maguntin. prosequi de mea gratia seu mea impetratione nulla facta mentione secunda gratia est surreptitia, & nullius est momenti.

1 Ratio. quia rescriptum † gratiosum per quod alteri prę iudicium offertur est inualidum, nisi de primo faciat mentionem. per iura vulgaria de rescriptis capitu. constitutus. & capitu. quamuis. libr. vj. de consuet. capitu. in tua. eodem libr. de offic. delega. super eo. & optimè probat hoc l quotiens. C. de preci. impe. offe. Non enim est, nec esse presumitur hoc de mente principis: maximè dum hoc ignorat. ff. de pac. l. tres fratres. not. hoc in dicto capitu. super eo. At in casu præsenti, si tua secunda gratia effectu præsens & pura præsentem sortiretur effectum, mea gratia totaliter esset perempta, & sic perpetuum prejudicium mihi afferretur. Nam facta renuntiatione ex causa permutationis tolleretur omninò spes vacationis expressa in literis meis. ergo &c. Preterea si non potest afferri præiudicium, videlicet dilatorium: vt in capitu. quamuis. & cap. tibi qui. de rescriptis. libr. vj. multò minus peremptorium, quod est grauius: vt in l. quotiens. superius allegata. In contrarium facit quod tu potuisses absque aliqua impetratione dictam præbendam Colonien. renuntiare, & per superiorem renuntiatio admitti: & tamen per hoc solùm gratia mea perimeretur ex toto: igitur ex impetratione tua non insurgit mihi hoc præiudicium: & per consequens ratione talis præiudicij surreptitia dici non potest, siue reddi. Primum patet. quia papa mihi talem gratiam faciendo nõ fuit intentionis te impedire in renuntiando in matri-
2 monio cõtrahendo in religionẽ intrando. Nam † quando conditio ponitur in potestate grauati, dispositio ipsa adeo debilis est, quod licet grauato eam declarare: vt in l. qui balneum. §. amplius. ff. qui po. in pign. hab. & cap. si pro te, de rescriptis. libr. vj. Sic est de ista. quia in potestate sua erat non assequi, eo ipso quòd conditio ponitur in potestate grauati, videtur grauato data potestas etiam non implendi: vt l. cùm ab eo. §. si verò sub cõditione. ff. de contrahend. emptio. imò & contra veniendo: vt in l. gratuitam. §. final. ff. de præscrip. vbi Bartol. Non obstant iura quæ dicunt, quòd si per te stat quò minus possessionem habeas secundi beneficij incomparibilis: vt in ca. commissa de elect. libr. vj. de præbend. ca. licet. ij. eod. libr. & in cle. si plures. eod. tit. de præbend. quia loquuntur in iam prouiso, qui voluntariè postquam prouisioni consentit, resilire non potest: nos autẽ loquimur in nondum prouiso, qui solùm consensu potest resilire: vt de elect. ca. si electio. libr. vj. & clem. gratiæ. de rescrip. Nec obstat quòd te obtulisti dimissurum: quia plus facis, si ante dimittis. Nam licet primum necessarium: istud nõ necessarium remanet voluntarium: imò secũdum Vincen-
3 quem recitat Io. An. in nouel. in c. veniẽs. de renun. † Renuntiatio primi beneficij debet præcedere collationem secundi. quod non seruatur, patet secundum dictũ principale huiusmodi argumenti per c. susceptum. de rescri. lib. vj. quod nihil facit ad casum nostrum, propter clausulam in huiusmodi gratijs poni consuetam: videlicet, seu quouis alio modò, &c. cùm enim per renuntiationẽ siue per ingressum religionis siue per contractum matrimonij huiusmodi præbenda vacet, mihi debebatur. per hoc enim cessant omnia argu. & alleg. in contrarium, & stat conclusio vera. Quod gratia tua secunda est surreptitia re ipsa: quia si papa scisisset mihi factã prędictam gratiam, nullo modo tibi cõcessisset gratiam secundam. ergo. &c. pro & contra in d. quæstione, vide not. per Archid. & Io. An. in nouel. de præb. c. si postquam. lib. vj.

SVMMARIVM.

Executio trium sententiarum suspenditur, donec appellatio ab interlocutoria vel grauamine diffiniatur, vt circuitus euitetur.

EPITOME.

1 *Appellans à grauamine ante tertiam sententiam interposita, trium sententiarum executionem non impedit.*

Decisio 13. *aliàs* 322.

DIxerunt & ordinauerunt omnes domini me solo excepto, qui huiusmodi causam habui: & propter huiusmodi concordiam ipsam ad cancellariam remisi, nolens contra conscientiam nec contra consilia omnium proferre sententiam diffinitiuam: videlicet,
1 † quòd si appelletur ante tertiam sententiam diffinitiuam ab aliquo grauamine etiam verò & iusto, nihilominus tertia diffinitiua feratur: & postmodum articulus prædictæ appellationis siue grauaminis alicui alteri auditori committatur: & petatur procedi & pronuntiari super dicto grauamine, quòd pars id petens non erit audienda: nec de illo erit cognoscendum, nec pronuntiandum, antequam prædictæ tres diffinitiuæ sentẽtiæ conformes fuerunt effectualiter executioni mandatæ, per cle. vt calumnijs. ij. resp. de re iudi. vbi allegaui gl. Ioan. Andr. penulti. & antepenulti. in contrarium, quæ dicit, quòd ille text. non impedit prosecutionem appellationis interpositæ ante vltimam sententiam à grauamine: dummodo tempora appellationis non sint lapsa, quæ re vera labi possent secundùm me, si primo deberet fieri executio, & postea dictæ appellationis prosecutio. Ad quòd respondebatur, quod non per clementi. quamdiu. de appellationibus. nec per huiusmodi cognitionem prosecutionis & pronuntiationem impeditur executio: sed ipsa facta si pronuntiatum fuerit male processum & bene appellatum: tunc retractabitur per

viam nullitatis, nedum prędicta sentẽtia post prędictam ap.lata, sed etiam ipsius executio, & quicquid secutum est ob id. de elect. c. qualiter. de procu. c. auditis. de re iudi. c. pastoralis. in cle. Omnes verò domini dicebant, ꝙ ex quo prædicta cognitio & pronũtiatio tangebant nullitatem tertiæ sententiæ, ꝙ super illa nullo modo ante realem & effectualem executionem prędictarũ trium sententiarum deberet audiri: & quod melius & tutius esset suspendere cognitionem & pronuntiationem ante dictam, donec essent prædictæ sententiæ executioni demandatæ, propter rationem clem. antedictæ in princip. & etiam ad euitandum circuitum. cle. auditor. de reseri. præsertim, quia causa appellationis à prædictis grauaminibus ante prolationem tertiæ diffinitiuæ sententiæ non fuit commissa, nec pendere, dicatur quia si diceretur pendere, tunc aliqui domini bene dubitabant, aliqui nõ imò idẽ quod supra dicebatur. per. ij. respõ. cle. vt calumnijs. antedictæ, pro cuius intellectu vide ibi Io. And.

SVMMARIVM.

Auditor cui committitur taxatio fructuum alicuius beneficij in quibus quis est per tres sentẽtias diffinitiuas condemnatus. potest nedum fructus vsque ad vltimam sententiam sed etiam post vsque ad tempus quo ipse taxationem faciet. per condemnatum perceptos taxare. h. d. Vel sic. Si commissa est auditori vel executori taxatio fructuum: vigore talis commissionis potest illos taxare, nedum vsq; ad tempus vltimæ sententiæ, sed etiam vsque ad ipsorum taxationis tempus.

Decisio 14. *aliàs* 337.

AVditor cui committitur taxatio fructuum alicuius beneficij, in quibus quis est per tres sententias diffinitiuas condemnatus: potest nedum fructus vsque ad vltimam sententiam inclusiuè: sed etiam post vsque ad tempus quo ipse taxationem huiusmodi faciet per condemnatum perceptos taxare, secundùm maiorem partem dominorum: quia ad illos etiam condemnatus tenetur, & restituere compellitur per executionem: & venient ex officio iudicis. & sic dicebant domini ad vitandum circuitum, quòd possunt per dictum dominum auditorem taxari: quẽadmodum per executorem possent, & taxari deberent. Quod verum ego & dominus Sal. * dicebamus, si prædictus auditor prædictas sententias exequi posset. Sed si non haberet potestatem exequendi & taxandi: idcirco alios fructus quam illos in quibus facta est condemnatio, taxare nõ potest: pro quorum taxatione & compulsione recurrere haberet ad executorem suum: & si aliter taxaret formam mandati excederet, & sic nil ageret per iura vulgaria de rescrip. c. cùm dilecta. ff. mandat. l. diligenter. cum simi. verũtamen ad tollendum omne dubium fuit per omnes consultum, quòd prędictus dominus auditor declararet taxando prędictos fructus singulis annis tãtum valuisse & valere: fieq; postmodum coram executore computus quot annis possederit & perceperit fructus, & compelleretur per eundem executorem ad restituendum eosdem. Addiderunt etiam aliqui domini quod nedum idem auditor posset & deberet huiusmodi declarationem valoris annui facere: sed etiam vnam certam quotam pro annis & temporibus præteritis vsq; ad tempus taxationis taxare: quæ additio mihi & dicto domino Gaillardo nõ placuit: sed primum consilium bene nobis videbatur sufficere debere, ꝙ fieret computus & executio per executorem dandum per papam.

* Sal. *Exemplaria antiqua habent, Gaillardus.*

SVMMARIVM.

Dominium non probatur per famam aut reputationem, vel possessionem: ideo per veras causas probari oportet.

EPITOME.

1 *Dominium neque fama neque communi reputatione, aut prædecessoris possessione probari.*
2 *Quæ requirantur in actione rei vendicationis.*

Decisio 15. *aliàs* 330.

1 SI † vendico à te castrum, in cuius possessione tu es, quòd tamen ego nunquam possedi tanquam ad me pertinẽs iure dominij vel quasi: & probo per testes, quòd pater meus illud possedit: & dum vixit habitus & reputatus fuit pro domino publicè, communiter & notoriè: non sufficienter * probo, ita quòd tu venies absoluendus ab impetitione mea, nisi aliud probẽ. Ratio est, quia aut dices hoc casu dominiũ esse probatũ vel quasi dominiũ. Sed neutrum põt dicere. ergo &c. Primum nõ, quia licet illa sit & foerit opinio Placentini ꝙ possessio cum tali reputatione dominij præsumptionẽ sufficientẽ inducat, per l. litibus. & l. si coloni. C. de agri. & censi. li. x. & l. Titia. ff. de sol. tamen doct. eã reprobant in l. cùm res. C. de proba. & ibi plenè per Cyn. & Bart. in l. quidã in suo. in fin. ff. de condi. insti. vbi gl. hoc tangit. Item nõ potest dici de hoc sicut de quasi dominio: quia si sic, aut hoc dices de quasi dominio causato primo in personam patris, & translato etiã absq; aditione in personã filij: vt l. in suis. ff. de libe. & posth. aut de quasi dominio creato de nouo in personã filij. Sed neutrum dici põt. ergo primum non. Nã † quatuor in creatione istius actionis necessàrio requirũtur: videlicet traditio: iusta causa traditionis: vera possessio: & possessionis admissio. De duobus primis & de quarto sunt text. ff. de public. l. j. ij. & iij. & per totum instit. de actio. §. aliæ. Tertium determinant docto. in d. l. cùm res. quia vsucapioni æquiparatur: vt l. sine. §. hoc acto. ff. de public. in quia illud requiritur: vt l. fin. ff. pro suo. Modo licet probetur possessio: non tamen probat traditionem factã ex iusta causa. ergo nec valet depositio communis opinionis & famæ. Tum quia illa non refertur ad quasi dominum, sed ad verũ dominum probandum. & in illius probatione etiã insufficiens est, si refertur ad quasi dominium probandũ. Sed ad verum dominium spectat secundùm oẽs. Tum quia si ad quasi dominiũ & eius vera principia referretur: tamẽ plenam probationem nõ faceret, cum vix faceret semiplenam. iuxta not. ff. de testi. l. iij. & de testi. c. veniens. de app. c. j. & per Spec. tit. de fama. Secundum verò membrũ principale dici non põt. tum quia etiã æquiparatione suppositæ publicianæ & vsucapionis de quo supra per l. nihil. C. pro hære. tũ quia licet in translatione dominij, & per consequens quasi dominij. Fallũt istæ regulæ: quia traditio nõ requiritur: vt l. cũ hæredes. ff. de acquir. posi. in prin. tamẽ in creatione noui dominij nõ reperio eas fallere. Præterea aduertendũ est, ꝙ ius publicianæ est valdè debile: & ideo sublato sibi pede fortiori, imò quasi ambobus pedibus & suo totali fundamento: videlicet traditionem ex iusta causa & possessione: non mirum si ruat totum: quia si nullum ius nunquã agendi cõpetisset, nec mihi nec actori meo: quomodo absque principio creari poterit esset mirabile: secus in dominio, quod fuit iam creatum, & quod sine traditione transfertur, & de quasi dominio idem: quia in personam actoris verum ius dominij vel quasi, & ius agendi rei vendicatione vel publiciana iam competit. ergo &c. & ita tenet Bart. in l. j. ff. de publi. & in l. cùm suspensus. §. is cui. eod. tit. ergo &c.

* Nota *sic enter* Quale *sit proba missũ sit dissim* *tuo, vide in cau in q. con* *vel. an* *locũ pro probetur missũ* *famam. censi. col. in* *& in* *& statu* *viij. vide.*

SVMMARIVM.

Ordinarius qui tulit sniam quæ est nulla ratione formæ, põt parte vocata aliã ferre: si verò est nulla ratione processus, incipiat de nouo & iterũ cognoscat: si verò est delegatus vel auditor, functus est officio suo: si est executor gratiarũ tamdiu exequetur, donec mandatũ suũ adimpleatur: ne effectus iste in lõgius tẽpus cum dispẽdio ferri cõtingat. de off. dele. c. si super gratia. li. vj. & l. quid tamẽ. in prin. ff. de arb. quod cõfirmatur per no. per Cõpost. & Io. And. in c. capitulũ. ver. Itẽ quęritur. de reseri.

EPITOME.

1 *Iudex siue ordinarius siue delegatus qui partibus non vocatis sententiã tulit, an iteratò eandem sententiam partibus vocatis ferre potest. & nume. sequen.*
2 *Iudex ordinarius qđ sententiã suã emẽdare & aliã ferre possit.*
3 *Delegatus qui sententiam tulit siue benè siue malè an officio suo functus dicatur.*

Decisio 16. *aliàs* 341.

1 DVbitatur, vtrum † auditor pronunciãdo aliquam sententiam diffinitiuam per primum dominum auditorem latam nulla parte non vocata vel vocata, sed nõ legitimè, & sic nulliter processit & pronuntiauit: posset iteratò aliã & * similẽ sententiã debitè & partibus vocatis ferre. Et videtur qđ sic. quia iudex qui malè iudi

* Simili *titiam.*

malè iudicauit,non dicitur functus officio suo: sed iterum debet iudicare bene & procedere.arg.C. quomodo & quando iudex.l.si præses.C.de accu.l.iij.ff.de arbit. l. diem.§.sed si de pluribus.de accu.qualiter.el.j.Fuit conclusum & determinatū per omnes dominos vno excepto contrarium,per l.iudex.de re iudi.de offi.deleg.c.in literis.ij quæstio.vlti.& bene.& contraria loquuntur in ordinario secundùm Inno.qui potest à capite incipere, & † sententiam suam emendare,& aliam ferre, si eam inuenerit esse nullam ratione processus,aliàs si esset nulla ratione formæ:vt in ca.& si sententia.de re iudi. libr. vj.meritò posset iudex idem pronuntiare.ne vtile vitiaretur per inutile.in regula.vtile.de reg.iur.lib. vj. Secus † vero in delegato,qui siue bene siue malè iudicauerit, functus est officio suo,per iura supra proxi.alleg. & sic desijt esse iudex in pronuntiando:vt in l.qualem.ff.de arbitr.Hoc etiam patitur contrarium : quia idem est non esse & inutiliter esse.de trāsla.c.inter corporalia. de cle. non resi.ca.tua.& quia beneficium principis debet habere suum effectum,ne illud illudatur.de elec. ca.cōmissa. 1 lib.vj.& executor tamdiu exequi potest,donec mandatum suum adimpleuerit:ne effectus ipsius in tēpus longius cum dispendio differri contingat. de offi.delega. si super gratia.libr.vj.& l.quòd tamen.ff.de arbit.in prin. Quod confirmatur per nota.per Compost.& Io.Andr. in c.capitulum.de rescript.versi. Item quærit. & alleg. c.cum clara.vers.quod si.& c.significasti.de off.deleg.c. quærenti.Nec obstat ca.qualiter.de accu.quia illi erant generales legati,& sic ordinarij.de offic.legat.c.j. & ij. libr.vj. & nondum sententiam tulerant secundùm Ber. ibidem:sed errauerant in processu : vnde poterant illam emendare,& errorem suum corrigere : imò secundùm Speculatr.de prolat.sent.§.qualiter.versi.hoc quoque no 1 tandum in factis & omnibus alijs præterquam in sententijs diffinitiuis.potest tam ordinarius quàm etiā delegatus iterum facere quod minus rectè fecit.De ordinario probatur de elec.c.cum terra.& c.nosti.& de rescri. c.ab excommunicato.De delegato probatur de offi.delega.c.significasti.de appel.c.cum cessante.& c.si à iudice.lib.vj.quæ iura loquuntur de interlocutoria reuocanda,quæ & quando reuocari possit,remittit ad Spec. tit. de excep.§.viso.versi.sed si iudex.& sē.Io.And.in nouel. super prima glo.in dicto ca.qualiter dicit, quòd ordinarius non potest corrigere sententiam annullandam.alle. ff.de re iudi.l.conquerebatur.& l.post rem.& C. de sententt.excommuni.periculo reci.l.ij.sed nullam reuocare potest.de frig.c.fraternitatis.de purga.vulga.c.ij.j.quæstio iij.episcopus.& alleg.dictam l.si præses.& C.de accusā.l.si accusatoribus.remittit ad not.per eum post Innocen.de re iudi.c.j.& c.cùm inter.super ver.post quam in rem.& ad not.per glo.de re iudi.c.cùm Bertoldus.in glo.sed qualiter.& ad Spe.vbi suprà,& tit.de restitu. in integ.§.videndum.versi.& nota.in tit.de arbit.§.fin.ver sicu.licet.& per Dyn.in regula,quod semel.de reg.iur. lib.vj.In prima obiectione * vnus tamen de dominis vo 1 lebat dicere,quod ex quo prædictus auditor qui pronunciauit super nullitate sententię,remanserat adhuc iudex in negotio principali,& poterat cognoscere de iustitia 1 & iniustitia primæ sententiæ : quia pronūciabatur in facto,dicto domino auditori fuit commissum totum: videlicet causa appellationis negotij principalis,nullitatis & iniquitatis sententiæ: pronuntiando super nullitate, non esset functus officio suo. Et ideo si malè iudicauit, poterat iteratò procedere:& bonam sententiam ferre. quod dicebant domini verum,si eius pronuntiatio esset interlocutoria.Sed quia vim diffinitiuę habet:vt not. Inoc.in c.auditis.de procu.expedito illo articulo diffinitiuè pronuntiando siue malè,siue bene functus est officio suo,per iura superius alleg.Fatebantur tamen quod remāneret iudex quo ad alia.& licet secūdum opinionē Spe.tit.de audi.Io.And.& in cle.auditis.de rescrip.audi tores sacri palatij sunt ordinarij:in cognoscendo: tamen habent delegatam in pronuntiando & diffiniendo.& ideo eorum diffinitiuas sententias nō possunt reuocare, nec emendare.per iura supra alleg.& no.Inno.in c.cùm Bertoldus.de re iudi.vbi videtur innuere,ꝙ in causa beneficiali quilibet iudex siue delegatus siue ordinarius potest sententiam nullam reuocare & aliam ferre. Ratio potest esse.Quia sicut in matrimonio carnali sententia non transit in rem iudicatam,quin docto de errore possit reuocari:vt in c.lator.c.tenor.c. consanguinei. de re iudi.ita & in matrimonio spirituali cum de vno arguatur ad aliud.de transla.c.inter corporalia.& hoc verum secundùm Inn.quando ex sententia patenter deprehenditur iniquitas:vt in c.cùm Bertoldus. tunc enim quandocunq; potest error vel iniquitas deprehendi & colligi ex actis,retractabitur sententia,ac si error fuisset in sententia expressus:vt no.Pau.de re iudi.c.pastoralis.in cle. &de sentent.excommuni.capitu.romana.in fin.per Archid.libr.vj.

Pet.de ſuza. in l.ſi vt proponis.l.j.C. quomodo & quādo iudex & l.iuj.C.de accuſ.& in l. abſentem.ff. eo.tit. & in l. 2 ſi præſes.C. quomodo & quādo iudex, & Bart.in l. eos.eod.tit. 3

** In prima obiectione.Ve tuſti codices habeut in prima tamen opinione, vnus.*

SVMMARIVM.

Sententia diffinitiua vel habens vim diffinitiuę lata contra citatum ad audiendum voluntatem domini auditoris,non valet.

EPITOME.

Citatio incerta, vaga & generalis non valet. 1
Sententia diffinitiua non nisi partibus ad ipsam audiendam peremptorie citatis, valet. 2

Decisio 17. aliàs 342.

REtento eodem themate idem auditor, cui omnia prędicta fuerunt commissa causa appellationis,ne gotij principalis nullitatis,& iniquitatis fecit citari partem ream ad audiendam voluntatem suam in causa seu causis,quę inter ipsum & suum aduersarium vertebātur coram ipso ad certum terminū peremptorium, in quo quidem termino pronuntiauit super nullitate sententię per primum dominū auditorem latę. Dubitabant an huiusmodi pronūtiatio ex hoc solo capite esset nulla. Et respondebatur per omnes ꝙ sic.* Tum quia † incerta & vaga & nimis generali fuit hæc citatio, quę non valet.ar.ff.de ver.obli.l.qui insulam.de rescri.c.fi.& ibi per Ber.super.ver.indeterminatè. Tum quia huiusmodi pronuntiatio habet vim diffinitiuæ,vt suprà deductū est & probatum,quæ non † est ferenda nisi pars peremptorię ad ipsam audiendam expresè citetur.per l. ad peremptoriæ.& l.fi.ff.de iudi.& per no. per Inno.in c. ad petitionem.de accu.& per Io.An.in cle.sepe.de ver.sig. super ver.non peremptorij.qui alle.Inn.vbi suprà, & remit.ad no.ꝙ Io. in canon.de illicita.xxiiij.q.iij.de of.dele.c.cōsuluit.& ad Guil.in Spe.ti.de cita.§.viio. ver.q.d si lata.no.etiā Guil.de mon.Lau.ti.de do.& cōtu c.j.super ver.promulget.in cle.pro qua conclusione faciunt etiam scripta per me superius in conclusione. x.eo.tit.

** Quod sic. Et an sententia lata cōtra non citatū sit nulla,adde do Fel.in c.ecclesia sanctæ Ma rię. de consti. ver. certio limita. adde Bar.in l.y.§. quod de fiumicaria.ff.de admi.rerū ad ciuit.pertinen tium, vbi dicit, quod valet, si nullum ius parti competeret.*

SVMMARIVM.

Spoliatus petitorium & possessorium intentans & demum suspensō petitorio obtinens in possessorio recuperatis fructibus & expensis & succūbens in petitorio condemnatur in fructibus & expensis à tempore petitorij primò inchoati.

EPITOME.

Sententiam qui reportauit in possessorio cum fructibus : si in petitorio succumbat,à quo tempore fructus sint restituendi. 1

Decisio 18. aliàs 405.

SI † quis in causa beneficiali intentando primo petitorium & possessorium, post iuramentum calumniæ præstitum suspendat petitorium:& procedendo in solo possessorio pro se tres sententias diffinitiuas obtinuit cum condemnatione fructuum & expensarum,quibus & etiam possessione restitutis,ipse postea in petitorio succumbat.Fuit per me qui causam habui, dubitatū & propositum à quo tēpore deberet fieri pro nunc condemnatio seu pronuntiatio condemnationis fructuum. vtrum videlicet à tēpore motæ litis in petitorio per spoliatū primo,vel postea per spoliantē & in petitorio obtinentem. Volebant aliqui dicere maximè legiste, ꝙ ex quo tempore lit.contest.quę exequat omnes possessores, & facit possessores malę fidei,deberet fieri condemnatio fructuum à tēpore motę litis de nouo super proprietate siue petitorio: præsertim cum nunc succumbens in petitorio primò cōueniat,& nunc cōuenitur. Maior pars & quasi omnes dicebant contrariū. Nam fructus sequitur rem.Cùm igitur nūc adiudicat huic agēti petitorio res

petita: puta beneficium. ergo habet rem cum fructibus à tempore motæ litis super suum aduersarium primo factæ, quæ constituit ipsum in mora & malæ fidei possessorem. Imputet enim sibi nunc succumbens in petitorio quòd primò intentauit illud: prout not. glo. expresè in c. significauerunt. de testib. super ver. recursum. Idem voluit & not. gl. in c. cùm super. & c. pastoralis. de cau. pos. & proprier. vbi dicit expresè glos. quòd succumbens in petitorio tenetur restituere fructus ab ipso perceptos ratione condemnationis factæ in possessorio: quia eos ex quo nullum titulum in beneficio habuit, malè percepit, & salua conscientia retinere non potuit: idcirco ad restitutionem absque etiam quacunque condemnatione tenetur eorundem. Quod crederem verum, si ab initio etiam ante litis ingressum sciuit se nullum ius in beneficio habere: & sic fuit semper malæ fidei possessor, qui nõ facit fructus suos: pro ut notabiliter deducit Inno. in c. ex literis. de resti. spo. & in c. consultationibus. de iurepa. Si verò ante litis ingressum ignorauit suum titulum fore vitiosum: imò credebat probabiliter se bonum ius habere, licet postea declaretur contrarium: tunc crederem distinctionem glo. procedere, quòd tenetur tantùm restituere extantes fructus ante litis contest. & post, & non consumptos: post litem verò contestatam vniuersos: vt C. de rei vend. l. certum. quæ glo. est in c. grauis. de resti. spo. & plenius per Spe. tit. de fruct. & interesse. §. j. versi. vt antescripta. ibi vide de hac materia. Ego verò de consilio dominorum meorum coauditorum omnium qui in hoc concorditer asserunt in predicto casu condemnati victum in fructibus à tẽpore motæ litis in petitorio, citrà perceptis non exprimendo per quem mota fuerat. sed hoc secundùm eosdem dominos meos veniebat in executione sententiæ meæ.

SVMMARIVM.

Sententia diffinitiua proferri debet in scriptis, quæ probari potest per testes.

Decisio 19. *aliàs* 409.

FVit dubitatum vtrum diffinitiua sentẽtia lata contra aliquem posset probari per testes. * Et videbatur ꝙ non: quia debet fieri in scriptis, aliàs non valeret. de re iudi. c. fi. lib. vj. Præterea de processu causæ debet constare per legitima documenta, aliàs non præsumitur pro ipso: vt in c. quoniam contra. de proba. multò fortius de sententia, quæ est conclusio siue finis causę. de verb. signi. forus. facit c. cùm iure. com ibi not. per Inno. de offi. deleg. Fuit conclusum & determinatum contrarium per omnes, & alleg. tex. & doct. quòd sententia diffinitiua posset probari per testes: videlicet ca. Albericus. de test. in fi. & c. sicut nobis. de re iudi. præsertim si allegabatur amissio instrumenti sententiæ. per c. cùm olim essemus. de priuil. sed tunc oportebit probare duo: amissionem & tenorem sententiæ, qui difficulter meo iudicio probari poterit, vt ibi. Seruetur igitur cautela Inno. Si est in causa appellationis quam ponit in ca. g. perpetuus. de fide instru. Ad arg. in contrarium respondebatur, quòd nõ omnia in quibus debet interuenire scriptura, per scripturam necessario sunt probanda: vt notat Compost. in capitu. j. de electio. libr. vj. qui ponit exemplum de appellatione, quæ debet fieri in scripris. vt capi. cordi. de appellatio. libr. vj. tamen de ipsa poterit fieri fides per vnum testem. quam opinionem videtur Paulus reprobare in clementi. constitutionem. super versic. fiat fides. de electio. & allegatio. pro se prædictum cap. cùm olim essemus. quod intellige vt suprà dixi. regulariter enim iudicijs, instrumentis & testibus probari potest. de fide instru. ca. cùm Ioannes. sit tamen probatio leuius & securius per scripturam, maximè in facto antiquo. ff. de pigno. l. contrahitur. ff. de probat. l. Celsus. de præscrip. c. ad audientiam. de proba. c. cùm causam. Pro quo dicto vltimo faciunt ea quæ le. & no. in c. tertio loco. de ꝓba.

* *Probari per testes. An sententia possit probari per testes. & qualiter, vide per Bar. in l. gesta C. de re iudic. in pen. col. in versi. qualiter debeat. ꝓ Abba in c. sicut. de re iud. in j. col. ver. ãẽ nota. Adde Fel. in ca. sicut. de iud. in versic. octaua & vltima declaratio.*

SVMMARIVM.

Probationes in vna instantia factæ perpetuò faciunt fidem inter easdem personas, nõ tamen diuersas: licet super eadem re & causa: nisi tertius pro suo interesse ante finem litis veniat, aut à sententia appellet. 1

Decisio 20. *aliàs* 410.

SI post diffinitiuam sententiã latam per A. contra B. quæ in rem transiuit iudicatam: quidam C. obtinuit causam de nouo cõmitti contra A. habentẽ sententiam pro se, vt præfertur. Fuit dubitatũ vtrũ instrumẽta & iura per prædictũ A. cõtra B. in alia instantia producta & registrata & nũc de nouo repetita contra C. in hac instantia facerent fidẽ. Et videtur ꝙ sic, postquã semel producta sunt in iudicio & redacta in actis, sunt publica & authẽtica documenta, quæ fidẽ faciũt perpetuã: vt in c. quoniã contra. de prob. de elect. c. dudũ. §. gesta. de re iudi. c. cũ inter. iuxta finẽ. quod verũ est inter easdem personas vel habentes causam ab eisdem, & quãdo ad id agitur. de re iudi. c. quãuis. & ibi per Inno. & melius per ipsum. de testi. c. causam quę. in Cle. sæpe. de verb. signi. per Io. An. aliàs secus. de test. veniẽs. quia res. inter alios acta, & c. nisi in casibus, notatis in d. c. quãuis. quorũ nostra non interest, & c. Si verò dictus. C. pro suo interesse à dicta sentẽtia lata pro A. & contra B. infrà dictũ tẽpus appellasset, & de suo interesse docuisset, sicq; executionem impediuisset. iuxta ea quę le. & not. in c. * cùm super. de re iud. tunc cùm prędicta lis effectualiter finita non esset: aliter videtur fore dicendum: videlicet ꝙ tunc omnia acta illius iudicij habita inter A. & B. fortè fidẽ facerent in hoc iudicio nũc inchoato inter A. & C. quia primum effectualiter nondũ erat finitum: quia sentẽtia huiusmodi erat appellatione suspensa. & sic acta causæ adhuc durant, & fidẽ faciunt inter oẽs venientes ad causam, quorum interest. de testi. c. veniẽs. & in c. cùm sup. sed ex quo prędicta sententia lata pro A. cõtra B. vt supponebatur in facto, in rem transiuit iudicatam: & sic lis effectualiter erat terminata, & de nouo per dictũ C. inchoata. Fuit conclusum per oẽs dominos acta primi iudicij huic. C. non obstare, nisi causam suã scisset agi, & se nõ opposuisset, ꝙ sibi tũc non opponebatur nec ꝓbabatur: tũc eñ prędicta acta sibi bene prędiudicassent: put no. per In. in d. c. causam quæ. in fi. ac etiã in d. c. quãuis.

* *Adde Fel. in d. c. per quas matrona. de prob. in fi.*

SVMMARIVM.

Sententia super desertione appellationis à diffinitiua vel peremptoria exceptione habet vim diffinitiuę: quia nihil restat ad agendum, sed cognitum executioni mandandum: super desertione verò appellationis à grauamine est interlocutoria, quæ quo ad iudicem nunquã transit in rem iudicatam.

Decisio 21. *aliàs* 427.

FVit dubitatũ vtrũ interlocutoria lata sup desertione appellationis interpositæ à grauamine illato in aliqua cã haberet vim diffinitiuæ sñiæ. Et fuit cõclusum per oẽs ꝙ non. Nã licet id sit verũ in interlocutoria lata sup desertione appellationis interpositę à diffinitiua, & in qualibet alia sñia lata sup exceptione peremptoria habente vim diffinitiuæ: prout le. & no. in Clem. cùm à repulsione. de app. & in Cl. vnic. de sequestr. tamẽ id nõ procedit in prędicta interlocutoria sup desertione appellationis interpositę à grauamine ante sñiam illato prolata. Ratio diuersitatis est. Quia post prędictas interlocutorias sup exceptione perẽptoria vel prędiudicialibes quęstionibus platas, nil restat ad cognoscendũ sed cognitum executiõi demãdandũ. At in casu nostro supius posito adhuc restat cognitio causæ principalis. ergo nil videtur actum, dũ aliquid restat ad agendũ. vij. q. j. nihil. de rest. sp. c. Pisanis. cũ si. Prętera prędictę interlocutoriæ sup perẽptorijs exceptionibus latæ habẽt certas suas executiones & effectus magnos: vt in c. j. & c. tuã. de ordin. cogn. quod non habent aliæ interlocutorię, quę nunquã quò ad iudicẽ in rẽ transeũt iudicatã, sicut aliæ. de app. c. cum cessante. & c. si à iudice. lib. vj. ergo meritò põt dici & notari diuersitas in istis & in alijs. & sic fuit obtentũ.

SVMMARIVM.

Ipso iure est nulla sententia contra non legitimè citatum lata, quod intellige vt infra dicitur.

EPITOME.

Sententia lata super desertione nulla est. 1

Decisio 22. *aliàs* 425.

SEd pone quòd processum sit per audientiam & pronunciatum contra absentem appellationem suam fuisse desertam, & absentem appellantem & appellationem

lationem deferentem condemnatum in expen. factis in causa desertionis per appellatum. Fuit dubitatū vtrum processus & sententia tenerent, si ab ea non esset appellatum, vel esset nulla * ipso iure. Pro nullitate sententiæ videntur facere omnia iura infrà in deci. 59. de appel. inducta: videlicet canon, nos in quenquam. ij. quæst. j. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & c. expresse not. hoc Ioannes in sum. ij. quæst. vj. Pro validitate sententię inducebantur quæ not. Innoc. in c. auditis. de procura. vbi dicit valere & tenere interlocutoriam latam parte non vocata, licet sit iniusta si ab ea nō fuerit appellatum. At in casu nostro † sententia super desertione lata est interlocutoria: vt in c. sua. de appel. de elect. ca. cùm dilectus. not. per Io. mo. de elect, c. cupientes. ergo. & c. per quam notam intelligo de interlocutoria vim diffinitiuæ non habente, & super aliquo incidenti in causa ante diffiniti quam prolatam: sed vbi interlocutoria habet vim diffinitiuæ, quia per eam diffinitur articulus de quo principaliter actum est, vt in casu nostro: tunc crederem notam Inno. non procedere, sed potius not. Ioan. superius allegatam, & iura pro nullitate sententiæ inducta locum sibi vendicare. Sed supposito quòd valeret sententia lata super desertione: nunquid teneret sententia condemnationis expensarum? Videtur quòd sic. quia victus victori & c. de do. & contu. cap. finem. cum ibi nota. Præterea quia appellando videbatur eum trahere & vexare: & ideo in expen. factis occasione hmōi temerariæ vexationis potuit & debuit condemnari. prout videtur text. clarus in c. interposita. §. alle deniq;. de appel. quem tex. intelligo de expen. factis per appellatum ratione prosecutionis appellationis interpositæ per suum aduersariū: quia forte misit ad curiam procuratorem & ad prosequendum desertionem istius appellationis, cui appellationi aduersarius renuntiauit, & se ad iudicem à quo appellauit, remitti petijt: quod sibi licuit, dum tamen ante præsentationem appellationis superiori factam seu verius commissionem super appellatione impetratam, vt ibi. Sed in casu nostro appellatus nullas expensas fecit occasione appellationis: sed duntaxat de sertionis, quam licuit appellanti deserere, illiq; renunciare tacitè & expresse re integra appellato inuito etiam contradicente: vt in dicto §. & c. cùm sit. eod. tit. & c. quamuis. de elect. lib. vj. ergo res quæ culpa caret, in damnum venire non conuenit. de consti. c. cognoscētes. ex iuris enim permissione nemo debet lędi, nec damnum pati. de elect. c. cùm ecclesia Vulterana. & in clem. vnic. de re. permut. cum similibus. & sic fuit obtentum & pronuntiatum totum processum super desertione principaliter habitum & factum contra absentem nullum.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis potest addere & minuere sententiæ continenti plures articulos in fauorē appellati, tunc melius probantis.

EPITOME.

1 *Iudicem appellationis ad partis instantiam & sententiam confirmare & ipsi sententiæ supplere posse per totum.*

2 *Pars non appellandi an & quando sententiæ acquieuisse videatur. & nu. 4.*

3 *Iudex ad quem omnia quæ potuit & debuit primus facere, potest & debet.*

Decisio 23. *aliàs* 365.

1 SI à † diffinitiua sententia continente diuersa capitula per vnam partem contra quam lata est, appelletur, & non per aliam. Fuit dubitatum vtrum auditor datus in causa appellationis posit ad instantiam partis appellatæ pronuntiare super omissis in dicta sententia, & illam supplere in parte, ibiq; addere? Et videbatur aliquibus quod non. Quia † pars appellata non appellando à sententia videtur acquieuisse sententiæ, & eam ex toto tacitè approbasse. ergo nil noui modo potest petere, nisi simpliciter confirmationem illius. de re iudi. c. q ad consultationem. de testi. c. significauerunt. de app. c. concertationi. li. vj. & pro hoc videtur tex. de testa. ca. Raynuntius. & c. Raynaldus. in quibus per vtranq; partem fuit appellatū: & ideo iudex causæ appellationis ibi supplenit, addidit & subtraxit primæ sententiæ, quod aliàs non potuisset, vt videtur: quia iudici non licet supplere de facto, sed de iure: vt C. quæ desunt aduoca. per totum. facit optimè. l. eos. C. de app. & de off. deleg. c. cùm contingat. & not. in c. vt debitus. de appel. quia iudex appellationis duntaxat potest & debet pronuntiare sententiā iustam vel iniustam & nil aliud. Fuit per omnes dominos determinatum contrarium. Nam ex quo per vnam partem fuit appellatum à tota sententia quæ appellatio ipsius effectum suspendit. ff. ad Turpil. l. j. & de iureiur. c. venientes. & sicut petitur per appellantem totaliter in firmari: ita pars aduersa potest eam petere cōfirmari & supplere omissa, quæ forte in prima instantia non fuerunt adeo plene probata, sicut in secunda. ergo, & c. quia primo iudici non plenè constitit de facto, sicut secundo: idcirco super articulo omisso iudex appellationis poterat pronuntiare. de fide instr. c. cùm Ioannes. C. de rempo. appel. l. per hanc. Præterea si iudex potest eam in partem infirmare ita & illi addere & supplere vt in dictis c. Raynuntius. & c. Raynaldus. Item † iudex appellatiōis succedit iudici primo, ita q; omnia quæ primus iudex facere potuit & debuit & ipse potest & debet. argu. iuriam prędictorum cum Io. Raynuntius. & Raynaldus. Cùm igitur primus iudex debebat super articulo omisso pronuntiasse & non pronuntiauit. ergo iudex appellationis faciet id supplendo negligētiam primi. Præterea, sępe consequitur quis ex persona alterius, quod ex persona sua consequi non potuit: vt l. potendæ. C. de restit. in integ. de concess. prębend. capit. auctoritate Martini papæ. lib. vj. Ex appellatione igitur partis aduersæ pars appellata hoc consequitur, quod aliàs non posset. Quam quidem appellationem ita bene potest prosequi sicut appellans seruata distinctione c. oblatæ. & c. ex insinuatione. de appella. de confirma. vti. vel inuti. c. bonę. Præterea, vbi constat iudici ex dictis testium vel instrumentis productis coram eo de aliquo facto, ibi tunc potest supplere de facto: quia notum est sibi vt iudici, secundùm Iun. in c. j. de postu. prę. super ver. requisitus. & alleg. c. j. de corp. vitiat. & l. vlti. ff. de ap. & insti. de acti. §. sancimus. ff. de ędil. edic. l. bonę. §. alij. At in casu nostro constitit & cōstare poterit ex actis & actitatis causę tam primo quàm secūdo iudici fore pronuntiandū super articulo omisso. ergo super illo debet pronuntiare de resti.

4 spo. c. cùm ad sedem. de re iud. c. cùm Bertoldus. Non † obstant rationes in contrariū allegatę videlicet q; pars appellata nō appellando à sentētia videtur illi sententiæ acquieuisse. Verū est si pars aduersa acquieuisset & eius effectū non suspendisset: sed quia appellauit, ex eius appellatione pars appellata cōsequitur hoc priuilegium vt suprà deductū est. Nec ob. c. Raynuntius. & Raynaldus. vbi dicitur de hoc, q; iudex appellationis posset addere & supplere sententiā primi iudicis: quia requiritur quod sit appellatū à sentētia per vtranq; partē. quia sic contingebat ibi de facto: vt in c. si duobus. de app. licet necessarium nō fuisset secūdùm omnes dominos ad id quod iudex non pōt supplere de facto responsum est, nisi factū ei notū sit vt iudici. & quia ita fuit in casu nostro. ergo, & c. Sicq; ego qui habui causam huiusmodi appellatiōis de cōsilio omnium dominorū suppleui sententiā primi domini mei auditoris in duobus articulis omissis per eū. & probatis clarè coram eo.

SVMMARIVM.

An & quando sententia lata in ter duos litigantes prę iudicet tertio posidenti.

Decisio 24. *aliàs* 478.

SI tępore litis agitatę inter P. & M. A. possedisset beneficiū de quo P. cōtra M. ageret latę sentētię cōtra M. an ipsi A. in possessione prędictū attulissent, & afferre dicerētur? Et dicebat dūs Robertus q; ita fuerat obtentū prędicte R. P. D. tituli sancti Eustachij Cardinalis in cōsilijs Bonę memorię cardinalis Gulielmi dudum habitus. & quod Pau. hoc tenet in clem. j. de pœnis, qui all. c. quia. V. de iudi. & c significauit. per quorum iurium allegationem dicit q; c. si clericus. de pręb. lib. vj. cum sua glo. quę dicit talem allega. puto q; in casu illorū consiliorū possessor tertius reo cōdemnato possessionem habuerat: quia illa iura tunc bene faciunt, aliàs non alle. c. ij. c. si clericus. prędictum cum sua glo. quę dicit, quòd

* *Alij habent hanc decis. pro 8. decisione in fin de appell. 59. Add. sententia dicitur nulla ipso iure, si vna conuenti. s. dous aduersary corrumpēs. ita quod ad vocatus contra sententia iuerit lata contra absentem. Bart. in l. j. in 9. op. C. de aduo. diuersi iudi.*

illi impetranti personæ præiudicatur: quia cum de suo præiudicio ageretur, sciens se opponere neglexit. alleg. simile in ca. quamuis. de re iudica. maximè quia illa oppositio consistebat in agendo, quę grauior videtur quàm illa in defendendo, quæ minus grauis secundum eum videtur. pro hoc alleg. tres glos. Prima est in c. cùm super. in glos. magna quasi in medio columnæ secundæ istius glos. ibi, videtur & si res aliqua. vbi dic sicut dicitur in l. sæpe. quòd agitatum iudicium cùm liberto præiudicat patrono scienti. ita idem videtur quod si res aliqua venderetur ab aliquo, qui eam nō possidet sed tenet: ego possessor debeo offerre me ad defensionem eius, & nisi me offeram, fit mihi præiudicium quò ad possessionem: vt ff. depos. l. bona fides. §. qualiter. licet secus, si ille reus possidebat: quia tunc non mitteret ad defensionem, nec sibi fieret præiudicium: vt l. modo concess. §. si autem. & §. si verò. Secundò alleg. pro hoc aliam glos. eiusdem in dicta glo. magna post princip. tertiæ columnæ eiusdem glo. magnæ. versi. per istam autem decret. in princip. & ibi ex quo certus. Tertiò alleg. aliam glo. Innocen. de re iudicat. capi. quamuis. in glos. j. vbi videtur id quod dicit textus, quòd sententia lata inter aliquos tertio non præiudicat est intelligendum quò ad actionem vel exceptionem pariendi. Nam secus quò ad possessionem. sed ista glos. non habet hunc intellectū, qui sibi imponitur: quia intelligitur de iudicio mutatæ possessionis de persona rei condemnatæ in alium grauiorem. patet, quia hoc allegat Innocen. in eadem glo. probo eandem conclusionem ratione. quia in casu ca. cùm super. non fit præiudicium quò ad proprietatem, vt ibi patet in fin. & ita non est de casibus comprehensis sub capitu. quamuis. & tamen ibi præiudicatur quò ad possessionem: igitur illa res iudicata inter alios non præiudicat. Nec obest quò ad proprietatem, dummodo ad eum & non ad reum cōdemnatum possessio pertineat: in possessione præiudicatur, si sciuit causam agi, & non defendit, nec appellauit. Secūdò hoc probo sic. quia si specialiter hoc diceret in casu c. cùm super. aut hoc diceret pro eo quòd ad episcopum priori loco & ad monasterium secundo loco illius causæ defensio pertineret: aut pro eo quòd episcopus à monasterio causam habuisset. Sed neutrum dici potest. quia sic præiudicaretur in proprietate: vt c. quamuis. & l. sæpe. alle. & quia episcopus potuisset prohibere monasterio se defendere, & hoc nō eadem ratione qua suprà per dictam l. sæpe. aut vt dicit Barto. in dicta l. sæpe. quia videtur episcopus dedisse facultatem agendi ipsi monasterio, & non hoc eadem ratione. quia in illo casu tenet idem Bartol. quò ad proprietatem præiudicium generari. & sic intelligit opi. Bar. quam non putat improbatam esse. & etiam non videtur quòd aliquis de dictis quatuor casibus in dicto ca. cùm super. valeat propriè applicari. quia si sic, tum decisi essent contra ca. quamuis. vel contra l. sæpe. quod non est credendum. aut tu poneres rationem specialitatis quam ponit Innoc. in ca. quamuis. de re iud. in princ. secundæ columnæ magnæ glo. in ver. arg. eius quod dictum est, ibi. ad hæc est ratio. quia sicut episcopus posset agere contra. A. si possideret, &c. quod non esset ei ius exercere ibi iura episcopalia: multò fortius quā do ea petebat, debebat excipere. & certè tunc hoc idem hoc casu: quia si P. possedisset ab initio de quo agitur cō tra. A. contra eum agere potuisset, & sic per consequens eo agente potuisset venire ad causam, & excipere ne fieret sibi præiudicium in possessorio: prout hoc satis ponit Inno. in dict. ca. cùm super. igitur cùm ratio specialitatis non apparet in hoc casu idem est: maximè si ratio Inno. posita in dict. c. cùm super. in dicto ver. per istam autem decret. ibi, ex quo enim quia ex quo iura volunt, & contra eum ratione solius detentionis detur actio: vt l. effectum. ff. de rei ven. quod etiam fiat executione, iudicium fiat delusorium, sit bona, & per consequens generalis. idem videtur in proposito si aduersarius dixit se possidere, cùm reuera non possideret: quia quò ad litem pro possessore habetur: maximè cùm per partē & iudicem pro tali reputatur: vt ff. de rei ven. l. is qui se obtulit. alle gatur pro parte ista dictum Archid. in c. vnic. de eo qui mit. in poss. lib. vj. & opi. Guliel. de monte Lau. qui idem dicitur tenuisse in Cle. vt calumnijs. de re iudic. In contrarium facit generalitas. §. fi. l. sæpe alle. vbi dicitur valde generaliter, quòd si fundum à te Titius petierit, quem ego non ex persona Titij ad me pertinere dico: quamuis contra Titium me sciente iudicatum sit tamē præiudicium patior: quia neq; ex eo iure quo Titius victus est vendico, neque potui interdicere Titio quo minus iure suo vtatur, hoc dicitur. Si ergo nullum præiudicium illi esset quò ad possessionem: inducitur regula generaliter negatiua, & quò ad possessionē vt videtur, res inter alios acta alijs non præiudicat, quæ non reperitur vitiata. hoc casu tu cogitabis. Caue quia iudiciū sisti loquitur. & dicit probabiliter solui posse. ad capitul. cùm super. quia loquitur in casu quo agitur contra personas, quæ vendicantur, & de quarum possessione agitur: ita quòd duo faciunt pro actore. & quia de iure Titij agitur in casu nostro. ergo sunt domini multum contrarij domino Gaillardo &c. Et vide ad hoc decisionem suprà de probatio. decis. 15.

SVMMARIVM.

Executio sententiæ contra illum contra quē est lata, fit absque causæ cognitione: sed non contra tertium, cum quo nouum iudicium inchoabitur, nisi consensisset processui.

Decisio 25. aliàs 479.

SI sententia fuit lata pro P. & contra M. & executor velit eam exequi cōtra A. qui possessioni incumbit. & A. dicat eam de iure non exequēdam: quia nescit causam agi. & P. dicat contrarium, maximè virtute quarundam commissionum papalium executori specialiter deputatarum, aliàs directarum, super quibus oporteat causæ cognitionem habere: talis articulus nō potest sine speciali mandato expediri durantibus feriis. pro eo, quia causæ cognitionem plenam requirit, cùm in hoc casu de pleno præiudicio in possessorio contra illū contra quem fortè nullo iure sententia debet exequi, modo super intrusione possessionis requiritur plena causę cognitio. ff. si per vim vel alio modo. l. fin. & de prębend. c. licet. el ij. & ita non obstat. c. si super. de re iudica. per ea quæ ibi not. Nec obstat quod communiter dicitur idem iur. & fortius quo ad hoc de executione sententiæ, sicut de sententia: cùm ex ea magis debeat habere rem paratam quàm sententiam: vt l. minor. xxv. annis cui fideicommissum. ff. de mino. quia dico, quòd verū est in casu in quo debet fieri executio contra illum, contra quem sententia est lata, & contra quem de iure declararetur, & per sententiam declaratio facta est. Sed vbi agitur de executione contra alium fienda: tunc est quasi vna noua inchoatio litis, propter personæ mutationem. ff. de exercendo. iu. l. cùm quæritur. & requiritur alia causæ cognitio quàm primò. sed si partes expresè vel tacitè, videlicet non contradicentes in hoc consentirent, processus in hoc validarentur prout omnes tenent per l. j. ff. de fer. cum ibi not. & per not. in capit. final. de feriis. & in Clem. sæpe. de verbo. significa.

De Apellationibus.

SVMMARIVM.

Attentata appellatione pendente post ipsius desertionem, si de ea notoriè constat ex actis vel aliundè, dum tamen legitimè, reuocari non debent.

EPITOME.

1 *Attentata pendente appellatione non sunt post eius desertionem per modum attentati reuocanda.*

2 *Principalis sublato censentur & sublata accessoria ad illud.*

3 *Attentata appellatione pendente an ante ipsius desertionem sint reuocanda.*

Exceptio desertionis dicitur præiudicialis in materia attentatorum.

4 *Desertio est prius per iudicem cognoscenda, quàm attentata ea pendente.*

5 *Appellatione deserta fingitur non appellatum.*

6 *Attentata post appellationē ab interlocutoria, ante tamen definitiuam, an veniant per modum attentati reuocanda?*

Decisio

Decisio 1. aliàs 1.

ATTENTATA apppellatione † pendente à diffinitiua post ipsius desertionem non veniunt per modum attentati reuocanda.per l.furti.in princ.ff.de his qui not.infa.& c.licet.de sent.excom.lib.vj. à contrario, cum ibi not. & no.in ca.venientes.de iureiuran.factũ enim legitimè reuocari non debet.de resti.spo.audita.de reg.iur.factum legitimè.li. vj.& xxx.quæst.j.ad limina.Præterea † sublato principali:sublata videntur & omnia principalia quæ possunt accessorium sequi ex illo.C.depo.l.iiij.& C.de fruct.& lit.expen.l.terminato.de procurato.capit.auditis.de appella.cicum cessante.cum multis simil.Cùm igitur in casu nostro cesset & sublatum sit principale, videlicet appellatio.ergo & omnia ex illo secuta, per iura superius allegata.tum etiam quia res deuenit ad eum statũ à quo potuit habere efficax principium tum etiam quia paria sunt non appellare,vel appellare & appellationem non prosequi,seu appellationi renuntiare.de appel.c.solicitudinem.& c.cùm sit.eod.tit.& c.quamuis.& c.sicut.eod. tit.in cle. Postea verò in quibusdam alijs consilijs fuit dubitatum,vtrum si constaret † ex actis de desertione appellationis,& de aliquibus ante ipsius desertionem attentatis constaret per probationem,vtrum ante pronuntiationem iudicis super huiusmodi desertione deberent huiusmodi attentata terminari? Et fuit determinatum & conclusum quod non:si ex actis constaret de ipsa desertione,per regulam.Dolo petit. & per l. si is à quo. ff. vt in pos.leg.hodie constat,hodie agatur.de re iudi. cap. cùm olim.de rest.spo.c.literas.Tum etiam quia constat appellationem desertam.ergo ipse nõ est iudex, sed ille qui tulit primam sententiam,per dicta iura,cùm sit &c. Si igitur super attentatis pronuntiaret:sua sententia tanquam à non iudice suo lata,non teneret.C.si à non compet.iudic.l.j.de iudic.c.at si clerici.ergo.secus verò si ex actis notoriè non constaret de prædicta desertione, sed pars ipsam allegans vellet probare:tũc enim propter priuilegium attentatorum quæ in cursũ omnium aliarum causarum sunt reuocãda,dixerunt domini ꝙ iudex posset ea reuocare non obstante desertione appellationis † allegata,& probanda sed non probata.argu.c.non solum.de appel.libr.vj. per Io.mo.Mihi tamen videbatur ꝙ cùm dicta exceptio desertionis esset præiudicialis petitioni attentatorũ de illa esset cognoscẽdum & pronunciandum.de ord.cog.c.intelleximus.& c.tuã.cũ ibi not.

ADDITIO.

Quia appellatione † deserta fingitur nõ appellatum: vt not.Ioan.Andr.in cap.licet.de senten.excom. libr.vj. & ideo sicut factum per iudicem nulla interposita appellatione non debet vt factum legitimè reuocari:ita & factum post appellationem ipsa deserta,quæ pro non facta habetur.

ALIA ADDITIO.

Dic circa istum articulum ꝙ aliquando sunt aliqua attentata † ante diffinitiuam,sed post appellationem interpositam ab interlocutoria, & tunc non reuocantur per modum attentati,nisi prius iustificata appellatione: vt in c.non solùm.§.illa verò.de appel.libr.vj. vbi casus, & in c.significante.c.Rodulphus.de rescript.c.significauit.de iudi.c.exhibita.& de except.c.dilecti.& c.dilectę. & c.significauerunt.& de appella.c.dilecto.c. ex parte. & c.significantibus.cũ similibus.in quibus habetur clausula irritans:videlicet,reuocando in irritum,&c. Et est ratio quando reuocantur per modum attentati:quia per appellationem legitimam iudicis à quo erat suspensa iurisdictio:ideo per non iudicem facta fuerunt,& sic nulla sunt meritò declaranda,& tanquã nulliter attentata decernenda.Aliquando sunt per iudicem attentata post appellationẽ à diffinitiua interiectam: & tunc non cognito de iustitia appellationis,nec probata veritate causæ ipsius:prædicta per modum attentati reuocantur. de iureiuran.c.venientes.& de appel.c.non solùm. in prin. libr.vj.& est casus singu.secundùm vnam lecturam in capitu.ex parte Adæ.de testi.

ALIA ADDITIO.

Dic de hoc,vt no.Bar.in l.pluribus .§. & si placat. ff. de verb.obli.vbi examinat illud generale,vtrum res vitietur,si peruenit ad casum à quo potuit incipere.

SVMMARIVM.

Appellans ab vno vel duobus grauaminibus & generaliter ab omnibus quę colligi possunt ex actis,non potest prosequi grauamina nisi in appellatione expressa nominatim.

EPITOME.

1 *Appellans à grauaminibus quæ ex actis colligi possunt,nõ potest prosequi nisi illa quæ in appellatione nominatim sunt expressa.*

2 *Causæ grauaminis in appellationibus expressio duplici de causa censetur inducta.*

3 *Appellatio certo modo formãda est:imformiter enim appellans non dicitur appellare.*

4 *Notorietas an semper releuet ab onere agendi vel probandi.*

5 *Processus quibus modis impugnari possit respectu interlocutoriæ.*

Decisio 2. aliàs 7.

Si appelletur † ante sententiam à grauamine vno vel pluribus in appellatione expressatis clausula generali secura,& ab omnibus alijs grauaminibus quæ ex actis siue processibus causæ colligi possunt.Fuit dubitatum vtrum huiusmodi appellans posset prosequi grauamina non expressa vigore clausulæ generalis antedictę. Videbatur aliquib⁹ quod sic,per c.qui ad agendũ de procura.li.vj.& dominus Viuarien.Cardi.olim auditor sacri palatij dixit hoc olim fuisse de stilo:quia omnia acta sunt publica,& quicquid cõtinetur in eis.de proba.c.quoniam.& no.Inn.in c.cùm in iure.de off.deleg.ergo tanquam notoria & publica,& se exhibentia nõ sunt aliàs exprimenda:vt lit.nõ contest.c.accedens.de accu.c. euidentia.cum similib.Et in hanc partem videtur declinare Pau.in d.cle.Contrarium verò fuit per omnes dominos determinatum & decisum,prędictum appellantem audiri nõ debere,nisi super expressis:vt sit litiũ finis, & ne vagetur in incertum.de do.& contu.c.finẽ.cum si.& & hoc vult e cordi.de ap.li.vj.iuncta cle.appellanti.eoti.Et hoc dixit etiã quidam dominus Hu.Galteri se vidisse seruari de tempore Io.Robumelli. Dominus verò Aegid. Bella.distinguebat.& placuit aliquibus dominis ipsius distinctio.quia aut appellatur à certo & specialiter nominato grauamine:& pro causa grauaminis iusticanda allegatur generaliter id quod colligitur ex actis nil specialiter exprimẽdo:& tunc posset habere locum opinio domini Pauli & stilus antiquus :quia satis certũ est,cuius certitudo ex actis colligitur quæ sunt publica, vt supra dictum est.ff.de re iudica.l.in sua.C. de senten. quę sine certa quan.profer.l.iij. de restitu. spol. cùm ad sedem.de resti.in integr.ex literis.aut appellatur generaliter nullo grauamine expresso specialiter:vt si appelletur ab omnibus & singulis grauaminibus quę possunt colligi ex actis:& tunc non valet appellatio propter nimiam ipsius generalitatẽ & incertitudinẽ,quæ reprobatur à iure,de rescrip.c.ad aures.& c.fi.& de li. ob.c.j. & ij.& de ap.c.ij.& c.cõsuluit.si enim relatio ad acta sufficeret, fatuus esset qui aliquod grauamen exprimeret: imò nunquã cancellaria rescriptũ super tali appellatione daret:quæ etiã licet multa grauamina sint in appellatione expressa nominatim,nunquã dat rescriptum appellatiõis,nisi super vno granamine quod appellans duxerit ex omnibus eligendum per eum expressum: prout no.per Io.An.de ap.c.cùm causam. Præterea † expressio causæ grauaminis est inducta duplici de causa. Primò,vt deferatur honor iudicibus.de ap. c. vt debitus. vt iudex possit cognoscere,si & in quo grauauit, & quales apostolos dare debet:vt in c.cordi.eo.ti.li.vj.Secundò,vt pars nó possit amplius variare:sed generaliter in appellatione se referẽdo solùm ad acta nõ satisfit alicui prędictarum rationũ.ergo,& c.& idem putauit dominus Aegid.si à certo & expresso grauamine, & cũ hoc ex alijs quæ ex actis colligi possunt appellatur quò ad nõ expressa:quę tñ ex actis colligi possuntquia quò ad illa censetur idẽ ac si ex illis solùm fuisset appellatũ.ar.ff. de ver.

obli.l.scire debemus.de spon.ca.ex literis. Nec ob.prædicta decre.qui ad agendum.alleg.pro contrario: quia ibi non agitur de præiudicio procuratoris constituti, cuius voluntas ibi solùm requiritur.eodem titu. licet. & ideo cùm constet de eius voluntate ad vagam generaliratem, quæ sibi preiudicat,non curatur:hîc verò agitur nedum de præiudicio suo,sed etiam partis,iuris & iudicis, quibus posset illudi per huiusmodi incertam,vagam, & generalem & obscuram appellationem. & ne huiusmodi
3 illusio † & variatio fiat,certus modus statuitur appellandi,qui si non seruetur:vt in capitu.cordi.iuncta clement.quamuis.de appellat.reputabitur non appellans. Sed ex hoc insurrexit aliud dubium,videlicet si appellatur ab interlocutoria alicuius iudicis simpliciter nulla causa iniquitatis nullitatis vel iniustitiæ expressa: nunquid valeret talis appellatio?Secundùm dominum Aegid.videtur quod sic,qui dixit se hoc audiuisse à quodã magno viro non obstante clem.appellati.quæ intelligitur secundùm eum in casu quo aliqua causa grauaminis fuit expressa & aliàs non.Sed hanc opinionem non putat idem dominus Aegid. fore veram: quia secundùm eum consideratis rationibus prædictis quæ monerunt ad condendum clement.appellati. magis faciendum est appellanti,qui in aliquo appellatum & iudicem certificat:nullum * tamen exprimens in nullo certificat.ergo &c.Preterea verba clemen.si propriè recipiantur,dicto intellectui repugnant.ergo &c.Item si prædicta opinio procederet,nulla diuersitas esset inter appellationem interponendam a diffinitiua vel ab interlocutoria,quæ tamen est magna:vt in ca.sæpe.& in c.cordi.de appel. lib. vj.& ff.co.ti.l. ij. & iij. & breuiter ego reputo textum clarissimum in dict.c.cordi.post prin. ibi dum dicit, ab interlocutoria vel grauamine,&c.

* *Nullum tamẽ exprimẽs. Vetusti codices legũt. Nullam tamè exprimens.*

ADDITIO.

4 Hoc non videtur verum: quia † licet notorietas excuset ab onere probandi,quia de se dat finem probationis: non tamen excusat à necessitate formaliter opponendi quia notorium sui natura non dat hunc finem expressionis:vt dicit glo.in dicta clemen.appellanti.& no.docto. in dict.c.accedens. Vel dic subtilius vt infrà in fine apostillæ sequentis.

ALIA ADDITIO.

Dic circa istam materiam ꝙ aliquando iniquitas interlocutoriæ detegitur ex allegationibus iuris: & tunc non requiritur expressio institiæ causæ expressæ in appellatione:& ita intelligatur & saluetur opinio Innoc. quam ponit & recitat glo.in dicta clemen.appellanti.in glo.ij.Et ratio est.quia ex tenore sententiæ apparet iniquitas eius:vt not.in clemen.pastoralis.de re iudica.aliquando iniquitas debet detegi ex allegationibus & probationibus facti,ita ꝙ quæstio est facti non iuris:& tunc est necesse ꝙ causa exprimatur in appellatione ab interlocutoria,ecce primò.& quod exprimatur etiam quare sit iniusta,ecce secundo.& ita intelligitur gl.ij.in d. cle. appellanti.& opinio d.Pau.ibidem & Lapi.qui concordat cum eis.Ex quibus infertur ꝙ vbicunq; ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, ꝙ tunc sufficiat dicere, appello propter iniquitatem sententiæ,quæ euidens est ex actis.Nec obstat quod dicit glo.in dict.cle. appellanti.ꝙ notorietas non excusat ab expresione: quia intelligenda est de alio notorio quam de notorio ex actis constante,vel ex tenore sententiæ,quod est valdè notandum secundùm dominum Anto.in d.cle.appellanti.

ALIA ADDITIO.

Ratio quare in appellatione ab interlocutoria requiritur expressio causæ,adde quod no.dominus Antonius in capitu. ex parte Adæ. de testi.in princip. in sua repetitione.

ALIA ADDITIO.

5 Quoniam † illa arctant appellantem ad expressionem causæ nominatim & expressè,ideo non sufficit, ꝙ in genere vel tacitè exprimat.Et ratio potest esse vt superius dictum est.Quia talis interlocutoria non iustificatur nisi per causam in ea expressam:& causa non iustificatur nisi per eadem acta.Nam appellare ab interlocutoria,est appellare à processu:quia interlocutoria,est de processu causæ.sed processus non potest impugnari nisi per causas extrinsecas,quæ nõ sunt inclusæ in processu, & hoc de causis facti: sed causæ iuris sunt liquidæ per aperturam librorum de quibus non loquitur Clemẽ.appellanti.ita not.Inno.in c.fi.de noui ope.nunti. ipse tamen iudex qui fuit interlocutus bene potest ex nouis actis suam interlocutoriam reuocare.l.j.§. hęc verba.ff. ne vis fi.ei.& l.quod iussit.ff.de re iudic.c. cum cessante. de appellatio.& idem in superiore interloquente qui est aditus per viam querelę & officij iudicis,non per viam appellationis.l.arbitrio.ff.qui satisd.cog. quod bene no.

SVMMARIVM.

Auditor datus in causa appellationis interpositæ in partibus cum negotio principali statim potest inhibere constito de appellatione,& quod per eã sit causa ad sedẽ apostolicam deuoluta. Secũdò,auditor cui commissa est causa appellationis non deuoluentis, & negotij principalis cum potestate citãdi ad partes iudici à quo statim potest inhibere secundùm æquitatem canonicam & stilum palatij. Tertiò,auditor cui cõmissum est negotium principale de speciali mandato papæ cum potestate citandi ad partes, potest inhibere citatione decreta, licet non executa. Quartò, auditor palatij in causis appellationũ ab auditore camerę vel alijs iudicibus statim parte citata ad dicendum contra commissionem inhibere potest,& causas nunquam remittit, sed penes se retinet.

Decisio 3. *aliàs* 11.

FVit dubitatum vtrum auditor datus in curia cum negotio principali in causa appellationis interpositæ in partibus,siue ante sententiam siue post fuerit appellatũ, statim posset inhibere iudici à quo extitit appellatum. Et fuit cõclusum per omnes dominos quòd sic dummodò auditori constet appellatum,& per appellationem causam ad curiam deuolutã: vel si appellationem recipiens tãquam deuoluentem incipiat de veritate causæ appellationis,aut de negotio principali ex certa scientia cognoscere,de app.c.romana.§. quòd si obijciatur.lib.vj.aliàs non:vt in c.non solũ.eod.tit. & libr.§. illa verò.Ratio est. quia antea super principali negotio iurisdictio nõ censetur esse fundata: cùm interim super deuolutione de exceptione quæ habetur in d.c.romana. §.si vero vocatis.valeat disputari: super quibus partibus defensio auferenda nõ est: maximè quia tales cõmissiones non dant iurisdictionem sine speciali mandato, nisi in causa deuoluta,cùm super alijs committendis vicecancellarius, sine speciali mandato non habet potestatem: quia contra ius esset,secundum not.per Io.mo.de regul. iur.in generali.& Compost.de elect.c.statuimus.lib.vj.

ADDITIO.

Et differt istud principiũ à versi.sed pone. immediatè sequente.quia hîc appellatio erat talis,quę deuolut negotium ad curiã.in ver.sequenti nõ fuit talis appellatio ideo data fuit auditori citandi potestas hîc, sed non ibi.

ALIA ADDITIO.

Triplicè causæ cognitionẽ iudex appellationis debet præmittere antequã principale negotium aggrediatur. Prima,an sit appellatum:& an sit talis appel.quæ deuoluat:puta, quia sit interposita infra decem dies, & an in scriptis. Item an ex causa rationabili: & si in hoc iudex male fuerit arbitratus: puta, quia friuola erat causa expressa in appellatione vel ecõtra, põt ab eo appellari: & hæc est prima cognitio quam facit iudex appellationis, vnde consueuerunt appellãtes portare instrumentũ sententiæ à qua appellatum est, vt sic appareat appellatum infra decẽ dies, & etiam instrumentũ appellationis, per quod iudex cognitionem appellationis recipiat: quo facto iudex poterit inhibere inferiori: vt not.in c.nõ solũ. de appella.lib.vj. non tamen poterit adhuc de principali cognoscere: & tunc assumet causæ cognitionẽ secundam,hoc est,citabit appellatũ,nisi esset casus in quo esset citatus à iure:vt in c. sæpe. de appellatio. & eo citato fit litis cõtestatio in articulo appellationis: vt in c.Raynal. verſic.dilectus.de testa. qua contestatione facta recipiat probationes appellantis super veritate grauaminis, vel oblatione ꝓbationis,vel super delatione: & altero ipsorum probato pronunciabit se iudicem appellationis, &

remouebit

remouebit grauamen:& si aliquid est innouatum,reuocabit illud per modum nullitatis & attentati : & dicit se debere in principali procedere. Et hęc est secunda cognitio demũ citabit partes ad principale & assumet causam in eo statu in quo erat remoto grauamine:vt no.per glo. in d.c.sæpe.& hæc est tertia cognitio. Si verò appellans non probaret alterum istorum: tunc iudex ad quem deberet appellantẽ remittere ad iudicem à quo secundum dispositionem c.vt debitus. de appella. & c.cordi.e.ti.lib. vj. Sed secundũ stilũ non fit remissio,imò remanet in curia,& ibi terminabitur & decidetur,vt infra in hac decisione notatur.quãdo dicatur canonica inhibitio, vt post eam factum reuocetur,vide infrà decisio lviij.eod. titu. aliâs 412.

ALIA ADDITIO.

Quia causa deberet remitti ad iudicem à quo fuit appellatum,nisi partes essent contentæ, quòd omisso appellationis articulo iudex appellationis cognosceret : quia etiam tunc non fieret aliqua remissio:vt in c. cordi. hic alleg.quod intelligas in papa & in alio iudice qui possit per querelam adiri:in aliis autem iudicibus secus . vnde non possent subditi episcopi consentire,quòd metropolitanus ad quem fuit appellatum, cognosceret de negotio principali omisso appellationis articulo: cùm illo omisso nullam habeat iurisdictionẽ metropolitanus in subditos sui suffraganei etiam ipsis volentibus , nisi suffraganei consensus accedat : vt in capitu . romana . de foro compe.lib.vj.aliàs esset facilè partibus confingere appellationes fortè ad hũc finẽ suorũ ordinariorũ iurisdictionem eludendi.Conclude ergo, ꝙ pronuntiato malè appellatum,iudex appellationis de iure regulariter remittit causam.Fallit in iudice qui potest per querelã adiri, qui non tenetur remittere partibus consentientibus, ꝙ ipse de principali cognoscat d.cap.cordi. Secundò,fallit quando stilus palatij qui pro iure habetur : vt in c.ij.de præben.lib.vj.prohibet talem remissionem fieri,vt hîc. Sed hîc oritur dubitatio eo casu quo remissio fieri debet,puta quia appellatio à grauamine non fuit iustificata secundum formam c.vt debitus.an iudex à quo possit cognoscere non facta sibi verbali remissione per iudicem ad quem. Dic quòd,aut iudex à quo non detulit appellationi:& tunc cùm sit finita causa appellationis statim potest de principali cognoscere, quamuis non sit ei facta verbalis remissio,etiam si iudex appellationis pendente ipsa appellatione inhibuerit ipsi iudici à quo, ne in causa procederet,aut iudex à quo detulit appellationi tunc quia per hoc abdicauit à se iurisdictionem,necessaria erit verbalis remissio: vt in c. cum appellationibus. de appel.lib.vj.

Sed pone quòd committitur causa appellationis cum negotio principali auditori cum potestate citãdi ad partes de speciali mandato:quia fortè appellatio non deuoluit vtrum statim ante decretum citationis possit inhibere iudici à quo dicitur appellatũ? De rigore iuris diceba tur quod non per cle.ij.vt lit.penden. Sed de æquitate canonica & stilo palatij dicebant seruari contrarium:maximè si dicitur post sententiam diffinitiuam appellatum. quia statim ius inhibet:vt in c.nõ solùm.j.respon.suprà alleg.Si igitur iudex datus ad iuris executionem potest etiam inhibere, cùm factum suum hoc casu non sit nisi quædã iuris executio vel declaratio: probatur argumentum. quia quando papa causam quã scit esse coram vno auditore ex certa scientia ad manũ suam recipiens eam committit in audiẽtia sua, vt ibi sit in omnem euentum suum remansura ipsam aduocando ad se,aduocat totam causam ab illo iudi.sibiq; &partibus inhibere videtur:vt de appel.vt nostrum.per Innoc. & de consti. c.cùm M. cũ ibi not. Modo sic est in proposito:per hoc enim quod dicitur sibi appellatum,apparet quòd scit causam esse apud illum à quo dicitur esse appellatum.intelligas etiam per hoc quod concedit potestatem citandi ad partes apparet quod ex certa scientia vult causam suam in auditore suo perpetuò remanere, & si appellatio non deuoluer et, frustra daret potestatem citandi ad partes : cùm ipsa appellatio siue termini præfixio citaret : vt in cap. sæpe.& cap.cordi.de appel.lib.vj.& in causa beneficiali in cap.statuimus.de elect.lib.vj. & ideo stilus curiæ habet quòd etiam in casu prædicto auditor datus tam in causa appellationis quàm in negotio principali citata parte,de appellationibus cognoscet fortè ad instantiam importunam partium,& bene processum per iudicem à quo,& malè ab ipso appellatum pronuntiaret:nihilominus tamen causa in curia remaneret, & non remitteretur ad partes:& hoc propter appositionem manus papæ & aduocationem causæ principalis , & hoc habet stilus, licet de iure esset contrarium asserendum, per cap. cùm in ecclesia.& cap.vt debitus.de appella. cum ibi notatis. Sed quid si nulla appellatione interiecta committatur causa principalis in curia de mandato speciali cum potestate citandi ad partes,& decreta citatione,licet non executa: vtum auditor statim ante executionem citationis huiusmodi posset inhibere? Videbatur aliquibus quod non.quia ante executionem ius non inhibet:vt lit. penden.cap.secundo.in clemen.nec ex certa scientia videtur papam velle auferre iudici iurisdictionem quam ignorat.ff.de iur.omnium iudic.l.j. nec ante lapsum termini ad dicendum contra commissionem dicitur fundata iurisdictio:quia excipi poterit in termino causa pendente coram illo iudice à quo papa ignorans in dubio non videtur velle iurisdictionem auferre:vt probant communia iura. Quibus etiam rationibus suprà dictis non obstant. fuit per maiorem partem saltem de æquitate dictum & conclusum contrarium,quia in causa proximę conclusionis ita bene posset & deberet opponi de surreptione cõmissionis,sicut in casu isto: tamen propter appositionem manus papæ & aduocationem causæ à quocunq; æquum est quòd inferior de cætero de huiusmodi causa non se intromittat:maximè hęc æquitas procedit quando totus tenor cõmissionis causæ de qua agendum est,inhibitioni fiendæ inseritur : imò secundum aliquos simplex intimatio quæ induceret perfectam notitiam predictorum ex iuris dispositione inhiberet per clemen ij.vt lit. pen. licet aliqui magni viri de hoc fortiter dubitabant:quia intimatio nec vim citationis nec inhibitionis habet.Sed si in eodem instanti inhibitio cum citatione emanaret:non posset ibi notare grauamen,per clem. nec tolleretur per hoc defensio partis: quia surreptio posteà opposita in termino bene inficeret inhibitionem & citationem,sicut commissionem:cùm citatio & inhibitio ex commissione descendant.destructo igitur principali, & omnia quę sequuntur ex illo.de elect.c.qualiter.de procura.cap.auditis.de re iudic.cap.pastoralis. in cle.cum si. In causis verò appellationum interpositarum ab auditore cameræ vel alijs iudicibus in curia etiam ante sententiam & commiss. in palatio statim citata parte ad dicendum cõtra commiss.auditor inhibet. Ratio quia sacrum palatium nunquam causas huiusmodi ad eos remittit,etiamsi auditor bene pronuntiauit processum & malè appellatum.Saluis d. Cardinalibus & coauditoribus sacri palatij,ad quos bene remittuntur causæ in quibus pronuntiatum fuerit bene processum & malè appellatum. seruatis tamen tribus terminis antea consuetis: ante quorum terminorum obseruationẽ nunquam inhiberet auditor coauditoribus suis vel dominis Cardina.à quibus si appellatur ante sententiam siue post raro vel nunquam huiusmodi causas appellationum vidi committi in palatio,sed semper cõsueuerunt committi alijs dominis Cardi.&c.

SVMMARIVM.

Siue causa appellationis interpositæ à sententia auditoris cameræ vel alterius iudicis ordinarij vel delegati committatur in rota,omnes termini debent,vt in prima instantia obseruari.Mos siue consuetudo in iudicijs tolleretur dummodo substantia iudicij seruetur.

Decisio 4. aliàs 20.

ANno domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto die.iij.mensis Aprilis,fuit in Auinion. per oẽs dominos auditores cõcorditer ordinatum ꝙ si à diffinitiua sententia auditoris cameræ vel alterius cuiuscunq; iudicis ordinarij vel delegati in curia vel extra ad sedẽ apostolicã appellari & causam appellationis huiusmodi alicui de auditoribus sacri palatij committi

contingat: quòd omnes termini in causa huiusmodi appellationis vt in prima instantia cõsueti in curia seruari sunt seruandi. Mouebantur domini principaliter ad huiusmodi ordinationẽ faciendam propter expeditionem executoriæ quę aliàs per cancellariã non transiret. præterea licet reuera sit hęc secunda instantia: vt in c.cũ Io. de fide instr.& de test.c. Raynũtius.& c.Raynaldus.& in l.per hanc.C.de tẽp.ap. tamen quia corã domino auditore camerę vel alijs iudicibus in partibus raro vel nũquam termini palatij solent seruari: idcirco ne propter defectum ordinis iudiciarij sententia tam prima quàm secunda posset impugnari, & eiusdẽ executio impediri. Idcirco domini taliter vt præmittitur ordinauerunt & voluerunt sic de cætero obseruari & procedi.hoc verum nisi constaret corã dictis dominis iudicibus in dicta prima instãtia omnes & singulos terminos palatij fuisse & esse seruatos. quæ tamen ordinatio secundum dominum Aegi. magis de vna bona & grossa æquitate quàm de iuris rigore procedit. hinc est quod si auditor seruaret terminos sicut in secunda instantia,nõ credebat propter hoc quòd grauaret: nec quòd ob hoc ab eo posset appellari.quia in partibus & in dicta curia auditoris cameræ alius mos siue consuetudo procedẽdi est quàm in palatio:quia mos siue consuetudo dummodo substantialia iudicij seruentur, toleratur in iudicijs: prout legi.& not.in c.cùm venissent.de eo qui mit.in pos.cau.rei.ser.

SVMMARIVM.

Recipiendorum apostolorum tempus currit à tempore appellationis non sententiæ secundum veram opi. Hosti.quæ seruatur in Rota.

EPITOME.

1 *Tempus ad recipiendum apostolos quando currere incipiat.*
2 *Tempus.xxx.dierum in casu petendorũ apostolorum, vel dandorum dupliciter consideratur.*
3 *Iudex quanto tempore habeat deliberare de appellationis acceptatione vel refutatione.*

Decisio 5. aliàs 29.

1 FVit dubitatum à quo tempore. †xxx.dies ad dandum & recipiendum apostolos inciperent currere tam iudici quàm appellanti: hoc est, quærere vtrũ à tempore appellationis interpositæ vel à tẽpore prolationis sententiæ. In qua quæstione doct. antiqui. & moderni erant varij & diuersi. Hosti. fuit in opi. quòd à tẽpore appellationis & non sententiæ, per multas rationes quas ponit in c.cordi.de app.lib.vj. per quas rationes & quã plures alias idem tenuit Genze. in cle. quamuis. de appel. Pro quorum opi. videtur tex. in c.ab eo. de appel. lib.vj vbi Ioan. And.& etiam in dicta cle. sensit & tenet contrarium. videlicet, quòd à tempore sententiæ & non appellationis incipiunt dicti.xxx.dies currere.cum quo concordat Paul. in dicta cle. quamuis. mouentur principaliter per l.iudicibus.C. de appella. canonizata. ij.q.vj. vbi expresse dicitur, q̃ prædicti dies currunt à tempore sententię, verũ est, secundùm Genze. vbi sententia est appellatione suspensa.& sic intelligit ipse hanc legem, per hoc subauditum, aliàs esset ibi clarus text. pro opi. Ioan. And.& Paul. simili modo intellexit prædictam legem. Dominus Io. de Lig. in c.dilectis. de appel. declinãdo in partem Host.& Genze. ad prædictas opi. concordandas
2 credebat probabiliter fore distinguẽdum sic. Aut loquimur quo ad petitionem † respectu appellantis: aut quò ad dationem apostolorum respectu iudicis. Primo casu, aut appellans appellauit viua voce statim post sententiã: & tunc iste casus est clarus secũdum eum, quia tempora appellationis & sententiæ tunc simul currunt: aut post sententiam ex interuallo: puta vltima die decendij appellauit quo casu dubium currit.& tũc, aut ignorauit vsque ad tempus quo appellauit sententiam fuisse latã, & tunc à tempore appellationis currit tempus petendi apostolos: quia non prius currit tempus appellandi: vt in authen. hodie. signata super l.eos. C.de ap.cod.tit.c.concertationi.lib.vj.& ita no.Cy. in d.l.iudicibus. Aut ante appellationem sciuit sententiam fuisse latã: & tunc propter æquitatem notatam per Ioan. And. in d.cap. ab eo. credebat dominus Aegid. quòd à tempore sententiæ, si tunc sciuit, alioquin à tempore appellationis, per d.l.iudicibus. cum ibi not. per Cy. postquam enim à tempore sententiæ statim potuit appellare, sibi imputet si non appellauit quò ad id de quo quæritur: maximè si deliberare voluit an sibi expediret appellare, eo ipso deliberare debuit an expediret petere apostolos, quos petere non fuit difficile: & quia quò ad hoc impedimentum legitimum excusaret. Si vero loquamur in iudice qui habet dare apostolos quò ad ipsum credit dominus Aegi. magis exuberare æquitatem, de qua loquitur Ioan. And. in dicto capitu. ab eo. quia secundum eundem Ioan. Andr. ibidem non debet esse iudex quò ad hoc deterioris conditionis quàm appellans quia diligentior debet esse appellans in facto proprio quàm iudex, quem negotium non ita tangit. Tum quia debet præsumere suã sententiam esse bene latam, & ei standum, & per consequens ab ea non appellandum, tum quia facilius est apostolos petere quam dare. tũ quia in potestate grauati est quãdo appellet & apostolos petit: non sic in iudice. facit de excep. doli. l. pure. fi. tum quia in casibus infinitis in quibus licet à tempore notitiæ appellare, esset iniquum, si post centum dies à tempore sententiæ, licet post decem dies à tempore notitiæ appellaretur, cucurrisse iudici tẽpus dandorum apostolorum à tempore sententię.& per hoc in hoc casu credit ipse nedum à tempore appellationis imò à tempore intimationis factæ iudici currere prædictum tempus apostolorum petendorum,& ita fuit obtentum in consilijs eo presente secũdum eum. Tempore verò meo sine prædicta & quacunque distinctione fuit concluſum & determinatum per omnes: opin. Hosti.& Genze. æquiorem & iustiorem, & ipsam seruatam & seruandam semper in palatio, propter efficaces rationes quas allegant.

ADDITIO.

Et sic tempora petendorum apostolorum incipiunt currere vna cum tempore appellationis interponendæ. vnde à tempore latæ sententiæ, si interfuit prolationi ipsius, vel aliter eam fore latam sciuit. Si verò dudum postea superuenit scientia sententię, tunc à tẽpore ipsius scientiæ.

ALIA ADDITIO.

Pro qua † facit. quia dicti.xxx. dies currunt etiam 3 iudici, vt deliberet interim an velit admittere vel refutare appellationem. sed cùm ante interpositionem non cadit deliberatio: vt in cap.ad dissoluendum.de despo. impu. ergo nec ante debet incipere præscriptio. Item ex contrario sequeretur absurdum: quia si peterentur in vltimo momento.xxx.dierum, iudex nullum haberet terminum ad tradendum apostolos.

SVMMARIVM.

Appellatus veniens quandocunque ad curiam prosequi potest appellationẽ per aduersarium interpositam, si de ea constat, etiam si sibi intimata non fuit.

Decisio 6. aliàs 41.

VOluerunt domini & in hoc omnes concordauerũt quòd opin. domini Ioan. Andr. posita in clementi. causam. de electio. super verſicu. deuoluta. circa fi. seruetur videlicet, quòd appellatus * veniens quando- * ipse
cunque ad curiam potest prosequi appellationẽ per ad- ad
uersarium suum interpositam in partibus: dummodo de ea
constat, licet non fuerit sibi intimata. Nam multo appellante potest prosequi appellationem, secundùm Paul. & Genze ibidem. Gul. contra & not. in clemen. constitutionem. eod. titul. faciunt etiam in ratione sui not. per Innocen. in capitul. interposita. de appellationib.& eod. titul. cordi. libr. vj.

SVMMARIVM.

Si appellatus infra terminum ab homine asignatum appellanti commissionem impetret, illa diligentia proderit appellanti.

EPITOME.

1 *Appellatus in termino & intra terminum assignatum ab homine appellanti si cõmissionem impetret non impedit appellantem a defensione, si ipse appellatus procedat in causa.*
2 *Appellatio non dicitur deserta, licet causa appellationis iuxta annum non terminetur.*
3 *Impedimentum appellanti petentis remissionem excusat appellantem:*

lantem: & contra impedimentum appellantis absorbet diligentiam appellati.

Decisio 7. aliàs 65.

1 SI appellatus † in termino & infra terminum assignatum ab homine appellanti ad prosequendum appellationem suam impetret commissionem, licet appellans det exceptiones generales contra illam, dummodo in eis non persistat. nec propter eas appellet: huiusmodi diligentia appellati prodest appellāti. Item quod si post x. dies appellatus vlterius procedat in causa, appellās potest se defendere: quia rescriptū cōmune est. de mu. pe. c. j. & ij. & no. Inno. in c. ex conquestione. de rest. spo. alleg. etiam l. omnem honorem. C. de temp. ap. non ob. cle. Si appellationem, quæ loquitur quando neutra partium infra terminum prosequitur appellationem, sed post terminum lapsum. tunc enim diligentia etiam vtriusq; non prodest. Præterea appellatus inuito appellāte potest prosequi appellationem circa finem anni. C. de app. l. eos. & not. Inno. in c. cordi. de ap. li. vj. facit. c. oblatæ. eo. ti. Igitur si ipse potest prosequi, alter potest se defendere: vt in d. c. oblatæ. de exceptio. c. cùm inter. & c. dilecti. Spec. tamen videtur innuere & tenere contrariū. ti. de app. §. nūc breuiter. ver. Item pone præfixus fuit. in termino verò iuris: dicit prædictā opi. fore verā, dummodo nimiū non præcurrat: vt in d. c. oblatæ. hoc tenet Spe. e. ti. &. §. ver. licet autem sub ver. appellatur tamen.

ADDITIO.

2 Solet dubitari vtrum appellanti † sufficiat, quòd appellatus infra annū dederit petitionem ad effectum, ꝙ si causa appellationis infra annū non fuerit terminata: nō dicatur appellatio deserta, & videtur ꝙ datio petitionis non sufficiat, nec impediat cursum fatalis. vt in l. fi. C. de tem. ap. vbi tex. dicit, ꝙ appellans debet summa ope niti vt causa finē infra annū accipiat: sed per exhibitionem petitionis factā per appellatū summa diligentia nō probatur: vt patet ex significatione huius verbi, summa. quā ponit Io. An. in c. ex ratione, circa prin. de ap. vbi etiam plus dicit, ꝙ non sufficit, ꝙ stet per iudicē, nisi pars adeat superiorem qui cōpellat iudicem ad expeditionē causæ, si superioris copia possit haberi: quia aliàs appellās non dicitur summa ope niti. licet super hoc fuerint opiniones, vtrum cùm stat per iudicem, currat tempus prosequendæ appellationis vel non. Præterea cùm vt in facto proponitur, ipse appellans post petitionem appellati impedierit expeditionem causæ instādo in petitione remissionis ad partes: quis dubitat istum non adhibuisse diligē

3 tiam in expeditione: licut † enim, vt dicūt doc. in d. c. ex ratione impedimentū appellati petētis remissionē excusat appellantem: ita ècontra, impedimentū appellantis absorbet diligentiam appellati & accusat malitiā ipsius appellantis expeditionem causæ impedientis. Non ob. si dicatur, quòd diligētia appellati debeat sufficere, vt hîc in prin. dec. i. dicitur: quia illud intelligendum est de diligentia finali non de conatu. Si enim ad instantiam appellati causa esset finita, per sententiā non posset dici appellatio deserta, sicut dicitur hîc de cōmissione causæ: quia hîc aliud non requiritur. Nam ex quo causa semel est cō missa in tempore: frustra appellans fecisset iteratò committi: imò non potuisset: quia iam prœuentus erat. sed in casu nostro aliud restat quā petitio appellati quā, vt supra dixi petendo remissionem ad partes impediebat causam expediri: in qua remissione instanter perseuerabat. Item quòd non sufficiat dare solam petitionem, probatur. quia aliàs oblato libello nunquam desereretur appellatio: imò propter verbum, summa ope. de quo suprà dixi, necessarium esset quòd pluries & instanter peteretur causam expediri, sicuti in apostolis dicitur: vt notat Bal. in authen. Item si apostolos. C. de temp. appel.

SVMMARIVM.

Si iudex det acta pro apostolis reuerentialibus appellationi deferre videtur.

Decisio 8. aliàs 70.

SI iudex det acta pro apostolis reuerētialibus: licet verbum, deferimus. non proferat, satis deferre videtur, & à se iurisdictionem abdicare, & in superiorē transfundere: in tantùm quòd etiam si de communi consensu partium posteà in eadē causa procedat: nullus est ipsius processus, nisi causa per superiorem sibi remittatur: prout leg. & nota. in cap. cum appellationibus friuolis. de appella. lib. vj.

ADDITIO.

Et quando iudex dedit apostolos simpliciter non dicendo reuerētiales, vel refutatorios, quales tunc dati intelligantur, vide in consilio Bald. posito in libro paruo charta. 242.

SVMMARIVM.

Auditor qui pronuntiat appellationem desertam, potest reponere appellantem, si de sua diligentia doceatur.

Decisio 9. aliàs 74.

SI auditor pronuntiat super desertione appellationis: tamen si appelletur, & interim doceatur, de diligentia appellantis, potest reponere: quia quò ad hoc censetur interlocutoria & remansit iudex reuera: quia semper potest reuocare. de appel. c. cùm cessante. & cap. si à iudice. lib. vj.

SVMMARIVM.

Intimatio appellationis facta in ecclesia parœciali de qua agitur, & etiam in ecclesia cathedrali valet: quia ecclesia cathedralis succedit loco domicilij. h. d. Vel sic. Causa vt ad curiam deuoluatur, sufficit appellationem intimare in parœciali ecclesia de qua agitur, & etiam in cathedrali.

EPITOME.

1 *Ecclesia cathedralis domicilij loco succedit.*
2 *Beneficium requirens residentiam domicilij loco habetur.*

Decisio 10. aliàs 82.

QVòd in causa beneficiali super aliqua ecclesia parœciali quò ad deuolutionem ipsius causæ ad curiam, sufficit appellationem esse intimatam in ipsa ecclesia de qua agitur, & etiam in ecclesia cathedrali: licet possessor seu intrusus personaliter non apprehendatur, nec alia diligentia fiat de ipso perquirendo. quia appellans non tenetur ipsum alibi quærere quàm in ecclesia sua parœciali in qua personaliter residere tenetur sicut maritus cum vxore. ar. no. per Inno. de eo qui mit. in possess. c. fi. de cle. non resid. c. ex tuæ. Præterea † quia ecclesia cathedralis succedit loco domicilij: vt in cle. cau sam electionis. de electi. Si igitur ibi & in beneficio de quo agitur fiat intimatio, sufficit. ar not. in cle. antedict. dummodo † sit tale beneficium, quòd requirat persona lem residentiam. tale enim debet pro domicilio reputari: vt not. Inno. & Hosti. de priuileg. cap. ex ore. & Archidiac. de rescrip. capi. statutum. super versicu. actor & reus. lib. vj.

Suprà de rescrip. 22. de dolo & contu. j. circa medium

ADDITIO.

Et quando extra iudicium appellatur, licet appellatio per procuratorem debeat interponi: tamen intimatio potest fieri per non procuratorem: vt infrà decisione cxxvij. eo. tit. xviij.

SVMMARIVM.

Clementina appellanti. de appella. non vendicat sibi locum vbi à lata sententia super attentatis appellatur.

Decisio 11. aliàs 85.

SI à sententia lata super attentatis appelletur: cle. appellanti. non vendicat sibi locum, quò minus audiror causæ appellationis possit recipere testes, & de alijs quàm in appellatione expressatis cognoscere: maximè incidenter. Nam licet huiusmodi sententia sit reuera interlocutoria: prout per Ioan. And. in capitu. non solùm. de appella. lib. vj. quia per eam non diffinitur negotium principale: tamen vim diffinitiuæ habet tanquā super exceptione peremptoria lata: maximè si per eam fit restitutio possessionis adeptæ, lite vel appellatione pē dente, vel post inhibitionem. argu. no. in clemen. ad com pescendas. de sequest. & cle. fi. de ap. per Io. And.

SVMMARIVM.

Iudex qui pronuntiauit appellationem desertam ad docendum de sua negligentia potest reponere appellantem.

EPITOME.

1 *Appellantem quo casu iudex reponere possit.*
2 *Index an possit suam pronuntiationem reuocare.*

3 *Clementina, appellanti. de appellat. non procedit quando noua exceptio vel allegatio ex facto aduersarij oritur.*

Decisio 12. *aliàs* 86.

1 SI à pronuntiatione † iudicis, qui pronũtiauit appellationem interpositam fuisse, & esse desertã: pro eo quòd non probauit appellans diligentiam suã, & in prosequendo appellationem appelletur: iudex à quo põt reponere, si vult, ad docendum de huiusmodi diligentia: vel si datus sit iudex in causa appellationis, & coram eo de prędicta diligẽtia doceatur: potest & debet remittere causam iudici à quo, vt ipse in causa appellationis quam ipse pronuntiauit desertam per errorem, quæ reuera deserta nõ erat, vlterius procedat. quia licet prædicta pronuntiatio vim habeat diffinitiuæ, quò ad hoc, ꝙ clemẽ. appellanti. non habeat locũ, & etiã quò ad terminorum obseruationem, vt & diffinitiua: tamen reuera interlocutoria est. in c. sua. de appellat. de elect. c. cùm dilectus. & nota. Io. mo. in decre. cupientes. super. ver. priuatos. de elect. libr. vj. quæ non tranlit in rem iudicatã quò ad iudicem. de app. c. cum cessante. & c. si à iudice. eo. tit. li. vj. Licet aliqui domini voluerunt dicere, quòd per dictam
2 pronuntiationem † desierat esse iudex, per c. significantibus. de off. deleg. ꝙ forte posset procedere, si nõ appellaretur ab huiusmodi pronuntiatione. Sed si appellaretur, cùm appellans iudicem sic pronuntiantẽ dicat fuisse & esse iudicem, adhuc ipse iudex potest suã pronuntiationem reuocare. Nec illud per omnia est verũ, quòd si iudex pronuntiat se non esse iudicem, qui reuera est iudex: quòd per huiusmodi pronuntiationem desinat esse iudex. ar. eorum quæ le. & no. in c. dilectus. el. iij. de præben. & ar. eorũ quæ dicuntur & obseruantur de stilo palatij, quando iudex pronuntiet super deuolutione causę: quia hoc non obstante si non est deuoluta, nõ est iudex, vel si non sit deuoluta, licet millesies pronũtiet eam deuolutam, non propter hoc erit iudex. arg. no. per Io. mo. in regula, in generali. de reg. iur. lib. vj.

ADDITIO.

Ratio est, quia lata est super processu & non super ne-
3 gotio principali: vt not. in clem. † fi. de appellat. tamen requirit causæ cognitionẽ, id est partium citationẽ, vel peremptorium edictum. l. maiorem. C. de appel. per quã l. ita consuluit Bart. vt dicit Bald. in l. eos. C. de appel. & not. quòd d. clementi. appellanti. non habet locum, quãdo noua exceptio, vel allegatio ex facto aduersarij oritur: quia tunc per talem exceptionẽ bene potest appellatio iustificari ac etiam impugnari. ar. l. tale pactum. §. qui pronocauit, in ratione sui. ff. de pact. & ff. de condi. fur. l. siue manifestus. §. tãdiu. Item non habet locum dicta clemen. quando interlocutoria talis est, cuius grauamen aliter reparari non potest: vt si iudex interlocutus est aliquem torquendum. Idem si appelletur à secundo decreto: quia eadẽ est ratio finalis, quæ est in diffinitiua, secundùm Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appella. Istam apostillam adde suprà, deci. j. vt lit. penden. quæ incipit. Item si iudex quædam.

SVMMARIVM.

Sufficit appellanti in partibus à diffinitiua infra terminum præfixum ad prosequendum iter arripere.

Decisio 13. *aliàs* 94.

SI iudex in partibus appellãti à diffinitiua certũ ter-
* *Terminũ. Adde infrà in anti. deci.* 40. minum * ad prosequẽdum appellationẽ: puta mensem & alium terminũ ad ipsum de huiusmodi prosecutione certificandum præfixit: sufficit appellãti iter arripere infra primum terminum ad huiusmodi appellationem prosequendum statutũ: licet super illa non impetret rescriptum infra eũdem terminum: quia iter arripiendo fecit diligentiam in prosequẽdo. Debuit enim etiam parare sarcinulas ad viam & causam: ita quòd si infra prædictum terminum effectualiter non prosequatur, non est sibi imputandum. arg. eorum quæ le. & not. in cap. statuimus. & cap. cupientes. de election. libr. vj. & licet iudicem non certificauerit infra alium terminum de huiusmodi prosecutione: & ipse iudex posset, apterea exequi suam sententiam: iuxtà nota. in capitu. personas. & capitu. cùm sit romana. & capitul. reprehensibilis. de appella. tamen propter hoc appellatio non censetur deserta: dũmodo eam vlterius prosequatur, & si obtinuerit infirmari sententiam, cassabitur, & eius executio. de electio. cap. qualiter. de iureiuran. capit. venientes. de re iudic. c. pastoralis. in Clemen.

ADDITIO.

Hoc adde quòd not. Lapus in clemen. j. de appellatio. cuius dictum posui infrà decis. xxv. eod. tit. quæ incipit. Item si certus terminus.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis potest pronũtiare appellationem desertam seu sententiam confirmare.

EPITOME.

1 *Sententiam an confirmare possit iudex post ipsius desertionem.*

2 *Iudex appellationis post lapsa tempora, an possit pronuntiare malè appellatum & condemnatum, vel absoluere.*

Decisio 14. *aliàs* 98.

1 LIcet † appellatio interposita à diffinitiua sit deserta: auditor tamẽ datus in huiusmodi causa appellationis potest pronũtiare appellationem desertam, vel confirmare primam sententiam si voluerit: præsertim si in cõmissione sibi facta negotium principale per expresse committatur. Nam ex quo transiuit in rẽ iudicatam, & tempora appellationis sunt elapsa, & sic per ius est confirmata: vt de appella. capit. personas. & capit. cùm sit. & capit. reprehensibilis. de electio. capitul. cùm dilectus. iudex non malè fecit confirmando sententiam per legem iam confirmatam. hoc videtur etiam tenere Innocen. in capitu. j. de confir. vti. vel inutil. in fine. adde deci. infrà eod. titul. 24.

ADDITIO

Hoc est verum secundùm vnam decisionẽ quæ est in antiquis. si in suis manibus appellatio est deserta, aliàs
2 secus. de rescript. capi. ex parte el. ij. Sed nunquid † post lapsa tẽpora * appellationis, iudex appellationis posit iudicare benè vel malè appellatum, vel condemnare vel absoluere. gloss. in l. eos. C. de appellatio. dicit quòd non. quia ipso iure iurisdictio reuolauit ad iudicẽ primum. pro gloss. facit ff. de excusat. tutor. l. scire oportet. §. consequens. dicit Iacobus Butri. quòd aut est certũ tempora instantię fore elapsa: & tunc nõ potest pronuntiare. Aut est dubium: & tunc super dubio instantiæ pronuntiat, non super negotio principali. Bald. in dicta l. eos. dicit quòd si est dubium an appellatio sit deserta: tũc iurisdictio ad primum iudicem non redit. & ideo nisi pronuntiet eam desertam, remanet iudex etiam super negotio principali ratione dubij. Tamen pro domino Iaco. facit clemen. si appellationem. de appellationib. vbi dicitur, quòd de consensu partium etiam non valet. Sed illud intellige: quando existenter & apparenter est deserta: aliàs sequeretur quòd super isto dubio iudex ad quem cognoscere non posset, quod est falsum. Sed si constat ex actis quòd est deserta: tunc gloss. dictæ leg. eos. est vera. Scias tamen quòd hoc ex solo cursu temporis nõ constat, nisi biennium sit elapsum: vt not. per Innocentium in capi. in præsentia. de renuntiationib. nam ante biennium potuerunt interuenire impedimẽta, quorum probatio vel reprobatio in facto consistunt: & ideo dubium est. & adde quod nota. ipse Bald. in l. præsens. C. quomodo & quando iudex.

ALIA ADDITIO.

Nota verbum, quia loquitur quãdo appellatio est deserta propter nõ prosecutionem infra annum fatalem: secus si fuisset deserta, quia non commissa infra tempus sibi assignatum.

SVMMARIVM.

Fatalia non currunt appellanti super attentatis procedenti: quia attentatorum prosecutio impedit cursum fatalium.

EPITOME.

1 *Attentatorum prosecutione fatalium cursum impediri.*

2 *Appellans super negotio principali non venit: quin prius attentatorum finem acceperit.*

Decisio 15. *aliàs* 102.

1 FAtalia † ad prosequendum & finiendum appellationem interpositam à diffinitiua statuta non currunt appellanti, qui prosequitur & agit super attentatis:

tentatis: imò illud tempus & etiam tempus executionis finiendum post sententias super attentatis latas est de sa
2 talibus subducendum. Nam † licet appellans posit appellationem suam & negotium principale & causam attentatorum simul prosequi: tamen ad hoc non arctatur, nisi velit: imò indultum est sibi à lege, vt super attentatis ante omnia audiatur. de appella. capitu. non solùm. libro vj. quod nemini est auferendum. de re iudica. indultum. libro vj. & quia culpa aduersarij attentantis: & causam huic edicto dantis, videtur legitimè impeditus: ita quòd interim sibi fatalia currere non debent. facit in argumen. cap. quamdiu. de appel. in clemen. & not. in cap. ex ratione. de appella. per Innocen. & Hostien. Secus verò dicebant domini in alijs consilijs, si succubuisset in attentatis: quia tunc ipsemet impedimentum sibi præstitisset, & dolosè egisset: & sic fraus & dolus prodesse sibi non debent. de rescrip. c. cæterum. capitu. ex tenore. cap. sedes. c. super literis. cum si.

SVMMARIVM.

Capitulum oblatæ. de appel. de non præueniendo in impetrando non habet locum in curia.

Decisio 16. aliàs 104.

*c. oblatæ. Vide de rescri. in antiq. 12.

CApitulum oblatæ. * de appel. de non præuenien do partem appellantem in impetratione rescripti appellationis per parttem appellantem nõ habet locum in curia, vbi statim datis apostolis pars appellata potest impetrare commissionem super appellatione, vigore cuius appellans tenetur procedere, & hoc siue terminus fuerit præfixus per auditorem siue non. Rationẽ huius conclusionis ponit Ioan. mona. super rubri. de rescript. ibi quid est ergo, &c. Quæ est ista: quia in curia iudex datur ex officio. Sed quando committitur causa extra curiam, impetrans habet quem vult, nisi contradicatur in audientia. Alia ratio potest etiam assignari, vt citius litis finis imponatur, & circuitus euitetur. de do. & contu. c. finem. & in cle. auditor. de rescrip.

SVMMARIVM.

Causa beneficialis per appellationẽ extraiudicialem legitimè deuoluta, remanet in curia etiam appellatione deserta: ita quòd in ea potest procedi parte tamen de nouo citata.

EPITOME.

1 *Appellatione extraiudiciali legitimè intimata deserta: nihilominus negotium principale remanet in curia romana, & noua citatione opus est ad eius prosecutionem.*

2 *Iudex quem terminũ possit in causa appellationis assignare.*

Decisio 17. aliàs 114.

1 MAior pars dominorum concordauerunt & tenuerunt, quòd licet appellatio † extraiudicialis in causa beneficiali in partibus interposita & legitimè intimata sit deserta, quia pars appellans eam infra annũ vel bienniũ non fuit prosecuta. nihilominus post lapsum fatalium pars appellata potest causam huiusmodi appellationis facere committi, & in negotio principali procedere per audientiam. Motiua dominorum fuerunt. Quia non obstante desertione huiusmodi appellationis negotium principale semel ad curiam deuolutum per capit. statuimus. de electio. libr. sext. iuncta clementi. causam. eodem titu. semper mansit, & potuit tractari in curia, nec * aliusinferior de illa potuit se intromittere amodo. de appella. capitu. vt nostrum. de electi. capitu. quamuis. libro sexto. nec requiritur secundum eos noua citatio ad partes: quia lex videlicet capit. statuimus. citauit omnes quorum interest. &c. Dominus Robertus, & ego contra. nam licet dicatur negotium principale deuolutum ad curiam, hoc est verum vigore appellationis legitimè intimatæ, qua cessante cessat & ipsa deuolutio. Præterea tempora capitu. statuimus. sunt communia tam parti appellatæ quàm appellanti. Si igitur ambæ partes fuerunt negligentes non seruãdo tempora vel deferendo omninò appellationem amodo ipsam vel etiã quicquid occasione ipsius fiendum foret prosequi non poterunt. argu. clementi. si appellationem. de appellatio. sed supposito quòd cessante seu deserta appellatione: nihilominus possit procedi in negotio principali secundum me, requiritur noua citatio ad partes: quia non in vim appellationis, quæ non est, procedit ur: sed per viam & modum simplicis querelæ, quæ via non prohibetur. de appella. cap. concertationi. & not. Pau. de electio. constitutionem. super ver. repellitur in clemen. ad hoc induxi etiam cap. sæpe. de appella. & not. in cap. Nicolao. eod. ti. & de renun. c. veniens. Postea fuit dubitatum de appellante appellationem infra terminum non prosequẽte, sed postea prosequi volente: vtrum requireretur noua citatio contra appellatum? Et maior pars dominorum tenuit de rigore iuris quòd non: sed de æquitate sic. & dominus Robertus mutauit opinio. suam antedictam.

* *Subaudi post cõmissum in curia de speciali mandato vel per appellationem deuolutam: vt infrà patet, aliàs deci. proxima.*

ADDITIO.

2 Pone quòd iudex † à quo in causa beneficiali defert appellationi, & assignat terminum de quo in cap. j. de electioni. lib. vj. vel alium terminum consentientibus vel non contradicentibus partibus ad iter arripiendum, vel se præsentandũ: & appellans vel appellatus nihil faciunt intermino an appellatio sit deserta? Lap. in cle. j. de ap. videtur tenere quòd sic, si nullũ subest impedimentum: vt in c. cùm sit. c. personas. de appel. & cle. quamdiu. eod. ti. Pet. de Ancha. in d. clemẽ. j. dicit, quòd iudex non potest assignare alium terminum quàm illum, de quo in dicto c. j. de cle. lib. vj. quia hoc esset tollere legẽ superioris contra id quod not. de accusa. in capitu. cùm P. in glo. fi. & de sortile. c. ij. & c. cupientes. §. q̃ si per viginti. de elect. li. vj. Sed præsupposito quòd possit alium terminum statuere: & dic q̃ non comparendo in illo termino appellatio non erit deserta: quia non comparenti alia pœna imponitur in dict. c. j. scilicet vt in eius absentia procedatur, cui standum est per prædicta. & hoc videtur probabiliter dictum: pro Lapo tamen est: quia ipse loquitur quando statuitur terminus partibus consentientibus vel non contradicentibus. possent autem partes ex toto renuntiare appellationi. de elect. c. quamuis. li. vj. ergo possunt cõsentire quòd dispositio illius cap. in suum præiudicium alteretur: & sic quòd iudex alium terminum quàm ibi statutum assignet. Nec istud est tollere legẽ superioris: sed partes renũtiant suo fauori, quod possunt. de regula. c. ad apostolicam. Et dato quòd iudex assignet terminũ iuris, quamuis non esset deserta appellatio: si à iure tantũ esset terminus assignatus: tame secus est quãdo idem terminus à iudice assignaretur: vt in cap. personas. superius alleg. secundum Lap. in dict. cle. j. pro quo facit ratio. quia durius agitur cum ministro legis quàm cum ipsa lege l. Celsus. ff. de arbi. c. cùm dilecti. de do. & contu.

SVMMARIVM.

Appellationis intimatio fieri potest per quemcunque etiam non habentem speciale mandatum: dummodo de appellatione & intimatione per authenticã scripturam constet.

EPITOME.

1 *Appellatio sine mandato intimatur per quemcunq;.*

Decisio 18. aliàs 127.

1 VAlet intimatio † * appellationis in causa beneficiali facta per quemcunq; appellato etiam non habentem speciale mandatum: dummodo constet de appellatione. Nam sufficeret tunc qualitercunq; in notitiã appellati deueniat fore appellatum: vt. ff. de peti. hæred. l. item veniunt. §. post petitionem. in fi. clem. causam. de ele. Quia enim certus est, certiorari non debet: vt in regula, eum qui certus. de reg. iur. lib. vj. licet glo. videatur ibi innuere contrarium, super vers. appellanti, remittens ad not. in cap. procurator. de elect. libr. vj. & ibi videas glo. Ioan. an. in nouel. in vltima glo. Archi. in c. si quis præpostera. l. di. vbi tenet expresè contra dictam conclusionem. alleg. tamen in contrarium prædictam l. Item veniunt. & c. cùm contingat. de offi. deleg.

* *Intimatio. Add. supra e. ti. x. in fi. & deci. 3. in ant. eod. ti.*

SVMMARIVM.

Validus est processus factus pendẽte termino ad recipiendos apostolos.

EPITOME.

1 *Termino pendente ad recipiendum apostolos, an iudex procedere possit?*

2 *Processus per iudicem à quo post appellationem interpositam à grauamine habitus, non reuocatur ex sola pendentia per modum attentati.*

3 *Actus quilibet venit secundum causam, vel antecedentem, vel propositam considerandus & interpretandus.*

4 *Pendentia termini dandorum apostolorum idem operatur, quòd ipsa datio.*

Decisio 19. *aliàs* 128.

1 SI iudex procedat pendente † termino ad dãdum & recipiẽdum apostolos à iure vel ab homine præfixo, valebit processus secundum omnes solo me excepto. Allegabatur pro dicta opinione c.vt super.& c.ab eo.de ap.li.vj. propter verbum ibidem positum, extunc. quod denotat extremitatem temporis.de appellatio.c. præterea.& hoc videtur tenere Ioan.And.in dicto capi. vt super.in nouel.super glo.antepenulti.reprobando glo.Ho. in c.cordi.eo.tit.quam allegaui pro me. Allegabã etiam c.significante.& cap. sæpe.cap.oblatæ.capi.personas.de appella.& cap.non solùm.eodem titu.lib.vj.Nam dilatione pendente data ab homine vel à iure cõquiescit officium iudicis, & nihil in præiudicium partis est attentandum, vt in dictis iuribus patet. Faciunt etiã alia iura multa de concess.prẽben.cap.nulla.& c.quia diuersitatẽ. de loca.capit.potuit.de commo.cap.vn. de elect.c.commissa.de præbend.cap statutum.lib.vj.de conces.præb. c.cùm ei quem.§.secus.in cle.cum multis similib. Hanc opinionem tenuit dominus Ioan. de Lig.in cap.dilectis. de appellat. vbi tamen vacillando distinguebat sic. Aut iudex à quo appellatum est, & per quem aliquid attentatum est pendente termino ad dãdum apostolos: postea appellationi huiusmodi detulit, aut non. In primo casu dixit non valere processum habitum pendente termino apostolorum. In secundo casu dixit valere & tenere. Finaliter tamen tenuit in vtroque casu non valere processum. Dicit tamen Ioã.Cal. in quadam sua quæstione tenuisse opinionem patris sui Ioan. Andr. adoptiui antedictam. Idem tenet vt dicit Paul. etiã in quadam sua quæstione per eum disputata.

ADDITIO.

Hæc decre. optimè facere videtur pro opin. ista Ioan.
2 And. vbi processus † habitus per iudicem à quo post appellationẽ interpositam à grauamine non reuocatur ex sola pendentia per modum attentati: & tamen includit omne tempus ab interpositione appellationis vsque ad inhibitionem vel iustificationẽ appellationis, & sic tempus dandorum apostolorum. Præterea hanc partem videtur claré confirmare rext. in dict. cap. vt super. & cap. ab eo. in quibus tria tempora videntur notari. Primum est, tempus denegationis apostolorum. Secundũ est, tempus negligentis apostolos oblatos recipere, requisitione præmissa. Tertium est, tempus antecedens denegationẽ & negligentiã. De primis duobus ius disponit post terminum non valere processum. hæc patent per rationes & iura. Nã dictio, tunc. posita in illa decre. vt super. extremum tempus significat. ff. de condi. & demon. l.iij. in fin. de constitu. ex literis. de appellationi. cap. super eo. ij. in fin. & cap. cum speciali. verbicu. excessu quoque. de sacra. vn. cap. vn. verbicu. vnde in veteri. de electioni. quam sit. lib. vj. de præbend. cap. si tibi absenti. in fin. cum sim. & per hoc innuitur quòd ante illud extremum tempus quod sonat in conditionem, valet processus. arg. sumpto à contrario d. iurium, quòd est in iure fortissimũ argumentum. xxv. distin. qualis. & maximè cum de contrario non reperiatur statutum: vnde videtur remanere sub regula permissiua: quia sic de eo poterat exprimi, si idẽ iuris esset, sicut expressit de alijs duobus. de transl. præl. cap. inter corpo. & de deci. cap. audientia. de verb. signi. cap. cùm in partibus. præterea, quòd pendentia termini non impediat processum, probatur alia ratione. Nã termini exceptio & pendentia id solum impedit fiendum interim quod prorogat, & pro quo expediendo prefigitur: illud autem quod in termino vel post nõ debet fieri per terminum, non impeditur tanquam separatum ab illo. sic intelligitur l. siue pars. C. de dilationi. & de app. c. significante. & probatur. C. de non nume. pecu. l. generaliter. §. his autem. verbicu. nullo tamen. vnde pendente appellatione non prohibetur appellans vel appellatus, si spolietur coram iudice à quo, de hoc conqueri: vt in cap. cum teneamur. de appellatio. Sic est in casu nostro: quia terminus est assignatus ad recipiendum apostolos: vnde illa quę sunt separata ab eis nõ impediuntur in termino vel post, quæ necessario habeant expediri. hoc probo æquiparando terminum iuris & hominis, quod bene licet hoc casu: vt in cap. personas. hîc alleg. & in clement. quamuis. de appellat. Sed video quòd pendentia termini iuris sola & per sẽ non impedit processum: siue loquamur de termino appellationis interponendæ: siue prosequendæ. Primum probatur per not. per Spe. de appel. §. restat. in fin. secundum Inno. c. non solùm. eod. ti. li. vj. Si ergo non impeditur processus per terminũ iuris. ergo nec hominis illum restringentis vel arctantis.

ALIA ADDITIO.

Sed quòd opinio Hosti. sit vera, probatur quatuor ra-
3 tionibus. Prima omnis actus † debet considerari secundum causam antecedentem vel productam, vt secũdum illam fiat interpretatio. xv. q. vj. c. j. in fine. xxiij. q. iiij. ipsa pietas. l. verum. ff. de furt. sed si cõsideremus causam apostolorum secundum casum antecedentẽ siue loquentem semper inuenimus, quòd est appellatio & eius instructio & informatio, siue aliud dependens. Sed sicut appellatio facit irritum processum ex sola sui pendẽtia: ita & terminus dependens ab ea. Nam omnis sequela appellationis assumit naturã ab ea: & sic de sequela disponitur, sicut de principali. de appel. capit. solicitudinem. Secunda ratio est. quia talis terminus participat de causa appellationis, propter quã datur. Ex hoc arguo sic. Quotiens sunt duo quæ se habent per modum causæ & causati: illa sunt omnino separabilia. ff. de donatio. inter vi. l. sponsus. §. generaliter. de iud. æ. capi. ita quorundam. & de lati. lib. tol. l. j. §. j. sed appellatio per se impedit diffinitiuam sententiam, & facit eam nullam. de sent. excõ. cap. per tuas. ergo & terminus causatus ab ea. Tertia ratio, quia quando aliqua participant eandem causam directo vel per medium principaliter vel secũdariò, vnius pendentia facit similem processum in alia. Primum patet ff de excepr. l. fundum. & l. fundi. de ordi. cogni. cap. tuam. qui fil. sint legit. c. lator. Secundum probatur. ff. de iureiuran. duobus. §. exceptio. & l. si actor. sed appellationis & dationis apostolorum eadem est causa: quia si appellatio causam habet legitimam, datio apostolorum eam irritabit, & erunt delatorij, aliàs deberetur pœna. de appel. de priore. C. eod. titu. quoniam. ij. q. vj. decreto. si tamen est illegitima, apostoli erunt refutatorij, quòd totum in eis debet exprimi, sicut causa in appellatione. de appel. c. cordi. lib. vj. ergo pendẽtia dationis ipsorum apostolorum sic facit similem processum, sicut pendẽtia appellationis, quę participat eandem causam cum essẽ.
4 Quarta † pendentia termini dandorum apostolorum idem videtur operari, quòd ipsa datio & appellationis subsequens motio. probatur, sicut aliquid pẽdere vel spirare de ꝓximo pendere sunt paria. l. si testis. & l. sequẽti. ff. de peti. hęre. & in c. ecclesia. vt lit. penden. de appel. c. suggestum. de alie. iud. mut. cau. fact. c. j. cum sua gl. sed spes firma est datis apostolis vel denegatis in termino litem pendere, quæ vitiaret processum iudicis à quo, vt supra dictum est. ergo & ipsa spes propinqua idem operabitur. ad quod facit ff. de excep. rei iudic. l. si quis cùm totum. §. si ancillam. vbi dicitur, quòd quotiens apud secundum iudicẽ id petitur, quòd appellatione quæsitum est: obstat exceptio rei iudicatæ. sed certum est, quòd secundus iudex debet cognoscere de remissione & apostolis, sicut de appellatione. ergo quo ad vtrumque iudicem erit in suspenso æqualiter. & per has rationes & plures alias concludit Paulus de Leaz. in prælleg. quæstione pro ista parte, vbi omninò videas.

SVMMARIVM.

Processus post appellationem legitimam factus irritus est: multo fortius post inhibitionem, etiam si contingat appellationi renuntiare.

Decisio 20. *aliàs* 130.

SI post inhibitionem iudex à quo appellatum est procedat, eius processus irritus est & nullus, etiã si pars appellans postea appellationi renũtiet tacitè vel expressè per regulã, quod ab initio, &c. de electio. capitul. auditis. capi. dudum. Sed quòd processus habitus post inhibitionem

hibitionem iudicis: imò post legitimam appellationem sit nullus, multi sunt text. de rescrip. capitu. Rodulphus. c. significante. capitu. significauit. de iudi. capi. exhibita. de except. capitu. dilecti. capitu. dilectæ. & cap. significauerunt, de appella. capitu. dilecto. & cap. ex parte. & c. significantibus. cum multis similibus. In quibus habetur clausula irritans videlicet reuocato in irritum, & c. probat optimè. c. per tuas. & c. solet. de senten. excommu. li. vj. In quibus apparet sententiam excommunicationis nullam latam post appellationem legitimam. De nullitate post inhibitionem habere in c. romana. & c. non solum. in fi. li. vj. faciunt etiam pro hoc iura alia in simili, videlicet de dolo & contuma. c. veritatis. in fi. de despon. impu. c. ad dissoluendum. in fi. de prœben. inter cætera. & c. dudum. li. vj. de rescrip. c. tibi qui. de concess. præben. c. si soli. & c. si capitulo. & c. executor. li. vj.

SVMMARIVM.

Appellans in causa beneficiali post tempora. c. statuimus. de elect. li. vj. quandocunq; infra annũ veniens procedere potest etiam in contumaciam appellati.

Decisio 21. *aliàs* 132.

APpellans in causa beneficiali post lapsa tempora in c. statuimus. de elect. li. vj. potest infra annum quandocunque appellationem suam in curia prosequi, & procedere per audientiam contra appellatum absentem, & hoc videtur innuere Archid. qui recitat opinionem Innocen. & Hostien. in capitu. statuimus. super ver sicu. expectata. non obstante glos. Compost. quam recitat ibidem Archid. super verſi. sicut de iure. ibi, dum dicit, & à præsente tempora fuerunt seruata. quia debet intelligi, id est, post lapsa. Ratio potest assignari. Nam licet cap. statuimus. disponat quòd antequam sint seruata, id est, lapsa illa tempora non possit procedi in contumaciã partis absentis: tamen non disponitur ibidẽ, quòd illis lapsis nõ valeat procedi: imò ibi potius ibidem innuitur, quòd tunc ad vlteriora procedatur: verum secundũ Compoſte. per viam simplicis querelæ, sed non in vim appellationis, quia tempora non seruauit. quem recitat Pau. in clemen. constitutionem. super ver. repellatur. de elect. nec est necessaria noua citatio, nisi per audientiam: quia à lege citatus est, & sic tanquam contra contumacem posset procedi. arg. capitu. sępe. de appella. fecit ergo magnam gratiam appellans appellato ipsũm diutius expectando, datur enim simile in citatione hominis qui ex speciali mãdato citauit aliquem, vt lx. die compareat in curia cum comminatione scilicet, quòd siue veniat siue non ad vlteriora vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè in eius contumaciam procedatur: licet ille ad cuius instantiam citatio emanauit in prædicta lx. die non compareat, & diutius aduersarium suum expectare voluerit poterit, qui ad duo tenetur: videlicet comparere, & certo die comparere. & licet quò ad secundum circũductum sit edictum: tamen non quò ad primum. Et ideo quandocunque actor postea veniens potest procedere in contumaciam citati, si non comparuerit ar. eorum quæ leg. & notan, in capitu. cùm dilecti. de dolo & contuma. Eandem etiam vim siue effectum habet citatio iuris. vt in dictis iurib. & in capitu. cupientes. de electioni. libro sexto.

Supra de dolo & contu. 24

SVMMARIVM.

Appellatus in cuius præsentia fuit appellatum in causa beneficiali, si postmodùm feratur sententia contra eum infra decem dies à tempore sententiæ de æquitate auditur appellans.

Decisio 22. *aliàs* 137.

APpellatus in causa beneficiali, licet in eius præsentia fuerit appellatum, vel ibi personaliter intimata appellatio, iuxta formã cle. causam electionis. Si procedatur per audientiam contradictarũ, & sententia feratur cõtra eum, poterit ab huiusmodi sentẽtia appellare infra x. dies à probatione sentẽtiæ cõputandos de æquitate: licet de rigore iuris nõ posset: quia pro vero cõtumace habetur qui non appellat: vt no. Arch. in c. statuimus. de ele. super ver. infra mensem. li. vj. post tamen decem dies etiam à tempore sententiæ minimè poterit appellare: quia verus contumax fuit in non veniendo, & sic poterit opinio Arch. procedere posita in c. statuimus. vbi suprà. Pro quo vide Ioan. an. in clem. causam electionis. in glo. penul. vbi alleg. Compost. remittens ad no. per eum in clem. si ante. de dolo & contu. postea vidi sæpius obseruari contrarium: videlicet, quòd recipiebatur appellatio interposita à tempore scientiæ. præsertim quando appellatio non fuit intimata appellato, vel suo procuratori personaliter apprehenso, sed ad domum vel in ecclesia cathedrali: quia tunc fictè cõtumax reputatur, qui bene auditur appellans: vt nota. in d. cle. si ante.

ADDITIO.

Adde hîc decisionem, quæ est infrà eod. titu. xxviij. quæ incipit licet fictè contumax. & suprà de do. & contu. deci. xvj. quæ incipit, Cùm iura clamitent.

SVMMARIVM.

Appellatio iudicis legitimè intimata causam beneficialem ad curiam deuoluit.

Decisio 23. *aliàs* 139.

SI in causa beneficiali in iudicio in partibus propter causam suspitionis vel aliam probabilẽ exceptionem non admissam ad se. ap. appelletur, & appellatio debitè iuxta formam cle. causam electionis. intimetur: totum negotium principale ad curiã censetur deuolutum. per not. in c. statuimus. super verbo propter hoc. per Iomo. & Archid. in dicta clemen. super ver. occasione. Ioand. Paul. & Genze.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis si de eius desertione excipiatur: potest de huiusmodi desertione cognoscere, sine noua cõmissione.

EPITOME.

1 *Auditor causæ appellationis sine noua commissione potest desertione cognoscere.*

2 *Iudicis est cognoscere an sua sit iurisdictio.*

Decisio 24. *aliàs* 153.

AVditor † datus in causa appellationis à diffinitiua interposita, si excipiatur de desertione appellationis potest de ea sine alia noua commissione cognoscere: quia † iudicis est cognoscere an sua sit iurisdictio. de rescrip. c. super literis. de offi. deleg. c. significantibus. de præben. c. dilectus. de appe. c. sua. & ibi tex. de prædicta materia. ad quod facit. l. ij. §. fi. cum ibi not. ff. de tempo. app. tum etiam quia omnes causæ in curia solent cõmitti cum inciden. dependen. & connex. At huiusmodi desertio est vnum incidens siue emergens, de quo tanquam de pręiudiciali ante omnia est cognoscendum. ar. not. de ordi. cogni. c. j. & c. tuam. pronũtiare enim super desertione in casu prædicto est pronuntiare se non iudicem, quod potest & debet quilibet iudex facere, quando de eius iurisdictione dubitatur. per iura superius ad hoc inducta.

SVMMARIVM.

Sufficit appellanti iter arripere infra terminum ad prosequendum præfixum: sed cum præfigitur ad se præsentandum, tunc requiritur personalis præsentatio, & non sufficit quòd iter arripuerit.

EPITOME.

1 *Terminus si præfigatur ad prosequendum, quid sufficiat.*

2 *Terminus ad prosequendam appellationem, an possit per appellatum abbreuiari.*

3 *Appellatio an censeatur deserta fide non facta de prosecutione appellationis.*

Decisio 25. *aliàs* 155.

SI certus terminus † præfigatur per iudicem extra curiam ad prosequendum appellationem, sufficit appellanti iter infra illud tempus arripere: vt not. Spec. titu. de appell. §. nunc breuiter. ver. item quid si pars. qui alleg. de re iudi. capitu. cùm causam. & de elect. capitu. statuimus. libro sexto. Ratio, quia cùm terminus assignatur ad prosequendum duntaxat, sufficit inchoare vel incipere vltima die: secus verò si assignaretur terminus nedũ ad prosequendũ, sed ad pręsentandũ se apostolico cõspectui: tunc enim nõ sufficit itineris arreptio, nisi sequatur realis præsentatio. Si poterit habere præsentiam domini papę: alioquin fiat protestatio invaluis palatij vt est moris, & quomodo quis debet se pręsentare apostolico

conſpectui, vide Ioã. Andr. in nouel. in c. quamuis. ſuper verbo, ſedi apoſtolicæ. de offic. ord. li. vj. Hæc procedunt quando appellatur & terminus præfigitur per hominem extra curiam: ſecus ſi in curia: quia ibi requiritur maior diligentia in proſequendo, videlicet quòd nedum vadat vel iter arripiat verſus cancellariã, niſi etiam ipſum vicecancellarium vel locũ eius tenentẽ accedat, ſi poterit: alioquin de hoc proteſtetur, & præſenter cõmiſsionem ſignandam, & recipiat ſuper hoc publicum inſtrumentum. quia ſi infra terminum præfixum ſignata vel præſentata non fuerit, non ſibi nocebit: quia quod per me non ſtat, &c. de eo qui mit. in poſſeſ. c. ij. & in reg. iur. c. quod per me. li. vj. Pro prima concluſione facit optimè, cap. meminimus. de ap. quod c. alleg. Archidia. in ſimili materia de diligentia facienda. ne ſede vacã. c. vn. ſuper ver. mora. lib. vj. adde ſuprà dec. xiij.

ADDITIO.

2 An iſte terminus † ad proſeqnendum poſsit per appellatum abbreuiari, vide infrà deci. xxij. eodem titulo, quæ incipit, appellatus. Item an iudex qui detulit appellationi & terminum præfixit ad proſequendum poſsit poſtea ex interuallo circa finem illius termini dictũ terminum prorogare, vide dec. in antiquis quæ incipit, no. Vtrum iudex qui appellationi detulit. & tenet quod ſic. infrà in antiq. cod. tit. dec. xxxv.

ALIA ADDITIO.

Sed pone quòd datus fuit terminus. xv. dierum ad iter arripiendum, & vnius menſis ad comparendum coram papa cum actis & munimentis cauſæ ad proſequendum dictam appellationem, aliusq; mẽſis datus fuit ad fidem faciendum de proſecutione prædicta: infra quos terminos nullam fidem fecit appellans, elapſis verò quinque menſibus talis appellãs fecit fidem corã iudice, qui tulit ſententiam, qualiter in primo termino iter arripuit, & comparuit in termino in curia apoſtolica ad proſequẽdum dictam appellationẽ: & quòd ſibi reſponſum fuerat, quòd clauſa erat audiẽtia, & qualiter pro parte dicti appellantis proteſtatum fuit per eũ non ſtare. quòd interim ſibi nõ currerent dicta tempora. Modò quæritur,
3 quia † non fecit fidẽ infra terminum ſibi ſtatutum corã dicto iudice: an dicta appellatio ſit deſerta vel non? De iure communi appellatione pendẽte à diffinitiua nil faciendum eſt per iudicem à quo. l. j. ff. nil no. ap. pendẽ. de iureiuran. cap. venientes. de ap. cap. non ſolùm lib. vj. per iura noua eſt conceſſum iudici à quo appellatur, quòd poſsit ſtatuere terminum appellanti ad iter arripiẽdum, vel proſequendum, vel ad ſe præſentandum. de ap. capit. perſonas. & c. cùm ſit. & ſi infra illũ terminum appellans non proſequitur rata manet diffinitiua vel interlocutoria, vt in dictis iuribus. & de ſenten. excommuni. c. licet. libr. vj. Et ſi de hoc iudex certus eſt, poteſt exequi ſuam ſententiam, etiam appellante non citato: vt nota. Innocen. de ap. c. ex ratione. Hoc non videtur Federi. de Senis prima facie verum, ſcilicet quòd iudex poſsit cõpellere appellantem ad faciendum ſibi fidem de proſecutione: argumen. ad hoc de ap. capitul. ex inſinuatione. quia non inuenitur hoc ſibi permiſſum à iure vnde dici poſſet ſecundùm eum, quòd ex quo iniuſto impedimẽto ceſſante non facit ſibi fidem de proſecutione infra terminum ſibi aſsignatum, cui non contradixit, quòd talis executio non debeat retractari, ſed pendeat ex futuro euentu cauſæ appellationis. ſicut in ſimili nota. de appel. capitul. paſtoralis. in gloſſ. antepenultim. circa medium. ſed propter hoc appellatio non debet dici deſerta: non enim eſt nouum, quòd iudex à quo cognoſcat ad ſui inſtructionem, an appellans ſit infra terminum ſuam appellationem proſecutus: vt nota. de ap. capitul. conſtitutus. per Innocen. & facit quod not. Bernar. de ap. c. ſæpe. in gloſſ. vt ſi lis eſt conteſtata, & pro tanto inualuit conſuetudo per iudices à quibus appellatur aſsignari terminum ad fidem faciẽdum de proſecutione appellationis, vt ſine nota reprehenſionis poſsint ſuas ſententias exequi, ſi nõ conſtat eis de proſecutione appellationis facta. & ita determinat Fede. de Senis in ſuis conſi. cxxviij. Dicit autem Lap. in clementi. j. de ap. quòd b. appellans cui fuit terminus aſsignatus per iudicẽ à quo ad ſe præſentandum & fidem faciendum, paruit primo termino ſed non ſecundo: vt quia fidem non fecit in termino, quòd propter hoc appellatio non eſt deſerta: quia hoc cautum non reperitur in iure niſi iudex in termini aſsignatione adiecciſſet, quòd aliàs fide non facta haberet appellationẽ pro deſerta. quo caſu nõ foret deſerta appellatio ipſo iure, ſed opus eſſet ſententia. quod eſt notãdum. Vbi verò primo termino non paruiſſet: vt quia contumax fuiſſet in appellatione introducenda: tũc ſiue terminus ſtatutus ſit à iure vel ab homine, puto quòd habeatur pro deſertore appellationis. & ita intelligo Innocẽ. in c. perſonas. de ap. quod intelligo verum, niſi fuiſſet impeditus: quia ille qui habuit proſequi appellationem in termino aſsignato, non videtur appellationem deſerere, ſi fuit impeditus, etiam propter inopiã: quia terminus hominis ſuccedit loco termini iuris. ff. de re iudica. l. iiij. §. ſi quis. & per Innocen. in c. ex ratione. de ap. Sed dubitatur ſi appellans fuit infirmus vel aliàs iuſto impedimento detentus, ita quòd appellationem nõ potuit proſequi, nec poteſt impedimẽtum per teſtes probare: vtrũ poſsit ipſum probare per proprium iuramentum. Spec. in titul. de ap. tenet quod ſic. allegat ad hoc. ff. de excuſatio. tut. l. ſi tutorum. & per Innocen. c. ſi. quòd met. cau. Quid ſi infra terminum ſtatutum appellans procuratorem cõſtituit, quem miſit ad proſequendum: ſed procurator decepit dominum, & non iuit, an talis procuratoris malitia debeat domino imputari? Archidia. in c. vno ne ſede vacã. libr. vj. dicit quòd non: vt l. qui mittuntur. ff. ex quibus cauſis ma. dic vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

Appellatio ſub ſimplici copia non ſub manu publica appellato data non dicitur eſſe legitimè intimata.

EPITOME.

1 *Intimatio quando dicatur legitimè facta appellato.*

Deciſio 26. aliàs 168.

1 SI in † cauſa beneficiali per appellantẽ tradatur appellato copia appellationis animo intimãdi ſibi appellationem, nõ ſufficit quò ad deuolutionem cauſæ ad curiam, niſi per aliqua alia iudicia conſtiterit appellatum de huiuſmodi appellatione certam & indubitatã notitiã habuiſſe. Nam ad hoc quòd appellatio deuoluat, requiritur quòd legitimè fuerit intimata parti appellatæ, vel eius procuratori. iuxta formam cle. cauſam electionis. de electio. quæ eſt, quòd appellatio ſub ſcriptura authentica porrigatur, & tradatur appellato, licet nõ legatur ſibi tenor, ſecundùm gloſſ. ibidem. Si verò nõ traditur ſibi huiuſmodi ſcriptura ſed oſtendatur: tunc perlecto ipſius tenore ſufficit tradere nudam copiã appellato, niſi petat eam ſub manu publica ſibi tradi: tũc requiritur quod ſic ſibi tradatur: alioqui cauſa non cenſetur deuoluta ad curiam: prout leg. & not. in cle. antedicta.

SVMMARIVM.

Appellans lite cõteſtata ſuper principali negotio põt petere reuocationem attentatorũ, ſicut vltimo ſpoliatus.

EPITOME.

1 *Attentata poſt appellationem peti poſſunt & reuocari lite conteſtata ſuper principali non obſtante.*

Deciſio 27. aliàs 185.

1 LIcet † pars rea in cauſa appellationis à diffinitiua in partibus interpoſita coram auditore huiuſmodi cauſæ in curia ſuper libello dato per actorẽ in negotio principali litem conteſtetur: nihilominus poterit poſtea agere de & ſuper attentatis, poſt & contra prædictam ſuam appellationẽ in partibus interpoſitam, & ea petere reuocari: quia in hoc eſt priuilegiata huiuſmodi actio, cp autem omnia in quacunque parte litis eſt expedienda: vt in c. non ſolùm. de ap. li. vj. nec per lit. conteſt. antedictam videtur renuntiaſſe huic priuilegio: tũ quia ad hoc cõpulſus per iudicẽ & non voluntariè hoc fecit: tum quia licet actor dixiſſet ſe ſpoliatum quibuſdam rebus per reum, & reus ſuper hoc eſſet litem conteſtatus: tamen reus ibi etiam poterat dicere & excipere ſe vltimò ſpoliatum eiſdem rebus per actorem, & petere huiuſmodi ſpoliationem reuocari per viam nullitatis ſiue attentatorum: quia vltima ſpoliatio ſiue violentia ſemper purganda eſt, iuxta not. in c. final. de ordi. cogni.

SVMMA

SVMMARIVM.

Licet fictè contumax infra x.dies à tempore scientię valeat appellare: facta tamen per iudicem à quo post decem dies à tempore sententiæ non veniunt per viam attentatorum reuocanda.

Decisio 28. aliàs 187.

* Fictè adde supra de dolo & contum. 2. & 16.

LIcet fictè * contumax posit à sententia diffinitiua infra decem dies à tempore scientiæ computandos appellare. prout leg. & not. in clemen. causam. de electio. & in clemen. si ante. de do. & contum. tamen ea quæ fiunt post decem dies à tempore prolationis sententiæ, & ante interpositionem prædictæ appellationis per iudicem seu executorem valent & tenent, nec reuocabuntur per modum attentati seu nullitatis, sed beneficio iniustitiæ docto & cognito de hoc in causa appellationis. Ratio. quia statim lapsis decem diebus iudex non tenebatur plus expectare: sed poterat & debebat ad executionē procedere. de offi. delega. c. pastoralis. de re iudi. capitu. quòd ad consultationem. de testi. capitu. significauerunt. de elect. capitu. cùm dilectus. & sic dicebant domini intelligendum capitu. non solùm de appellatio. libro sexto. quod quidem capitu. dicebant aliqui non habere locum in sententia excommunicationis infra etiam decem dies datos ad appellandum promulgata. propter not. in capitu. venerabilibus. §. porrò. & per Ioan. Andr. & capitu. licet. de senten. excommu. libr. vj. licet Io. mo. contra. in cap. is cui. eodem titulo. §. fin. Archid. verò ibi & in ca. non solùm. videtur sibi contrarius in hoc, secundum Ioan. And. in nouel. qui remittit ad Specu. tit. de appella. §. officio. ver. si verò. 1 2 3 4 5

SVMMARIVM. 1

De desertione appellationis cognoscit iudex à quo extitit appellatum virtute nouæ commissionis ad eum obtentæ: quia ista est alia à causa principali.

Decisio 29. aliàs 188.

SI auditor qui tulit diffinitiuam sententiam, licet detulerit appellationi interpositæ ab eadem, & termino decem dierum præfixerit ad prosequendum: vt est moris, si postea sibi committatur desertio huiusmodi appellationis, de illa potest cognoscere: quia alius articulus est à principali. & quia de iure communi iudex qui tulit sententiam diffinitiuam, si pars non est prosecuta appellationem suam infra terminum à iure, vel ab homine præfixum: potest & debet illam exequi. de appellatio. capitu. personas. capit. cùm sit. & ca. reprehensibilis. de offi. dele. capitu. pastoralis.

SVMMARIVM.

Appellans non potest per confessionem appellati probare appellationis interpositionem: nisi de illa legitimè constet

Decisio 30. aliàs 190.

QVò ad reuocationem attentatorum post appellationem interpositā à diffinitiua non sufficit probare per confessionem partis appellatæ fuisse appellatum: nisi probetur infra decem dies: & per habentem potestatem appellationem huiusmodi interpositam de elect. ca. cùm dilectus. & ibi not. in fin. & sic dicebant domini intelligendum c. non solùm. primo responso, de appel. libro vj.

ADDITIO.

Oportet ergo quòd duo probet appellans. primò se appellasse: secundo quòd infra decem dies appellauerit. quia non sequitur, talis appellauit. ergo infra decēdium. quia qui dicit solennitatem extrinsecam, illam probare debet. l. quæcunque. ff. de publi. secundum Compost. in dict. c. cùm dilectus.

SVMMARIVM.

Processus post inhibitionem factus est nullus.

Decisio 31. aliàs 193.

SI ab excommunicatione vel excommunicationis reintrusione latæ aut factæ propter contumaciam: quia pars rea voluit respondere libello, appelletur, & auditori primo per iudicem appellationis inhibeatur, & post huiusmodi inhibitionem primus iudex procedat: totus processus est nullus. per. §. ij. in ca. non solùm. & c. romana. §. si verò. de appellatio. libr. vj. Nec obstat quòd prædicta reintrusio videatur alius & separatus articulus à negotio principali quod non est verum: quia ipsa reintrusio est facta occasione & ratione negotij principalis: quia uoluit respondere libello & litem contestari in causa principali, & si reintrudendo vel excommunicando grauauit: cùm in totum erat suspensa sua iurisdictio. per ca. ad hoc si in vna. de appellatio. Secus verò si fuissent & essent diuersæ & distinctæ causæ: tunc enim licet esset appellatum in vna, non propter hoc retardatur processus in alia. de appellatio. super eod. & in dicto ca. ad hæc. 2

SVMMARIVM.

Appellatus licet posit appellationem approbare & petere quòd infra certum terminum veniat appellans cum omnibus actis, iuribus & munimentis ad curiam: vel quòd procuratorem sufficienter instructum transmittat: non tamen appellanti aliquem terminum statuere potest ad appellationem prosequendam.

EPITOME.

1 *Appellatus non potest appellanti terminum præfigere ad appellationem prosequendam.*
2 *Terminus primus ad causam finiendam nō potest abbreuiari.*
3 *Renuntiare iuri introducto cuicunque licet.*
4 *Appellatus non tenetur ad prosecutionem negotij principalis: sed solùm appellationis articulorum.*
5 *Appellatus an possit præfigere terminum appellanti ad appellationem prosequendam.*
6 *Termino ad prosequendam appellationem præfixo per appellantem transgresso, an requiratur nouacitatio.*

Decisio 32. aliàs 204.

APpellatus † terminum ad prosequendum appellationem interpositam parti appellāti præfigere non potest: licet posset appellationem approbare: vt in c. sæpe. de ap. & petere quod appellans infra terminum iuris veniat cum omnibus actis & munimentis ad curiam, vel mittat procuratorē sufficienter instructum: tunc dicitur procurator sufficienter instructus, quando portat acta, iura & munimenta seu instrumenta: vt in c. cupientes. in primo respon. in fin. & in c. j. super verb. instructus. de electio. libr. vj. & iuxta formam ca. cordi. de appellā. libr. vj. vbi de hoc per omnes scribentes. & vide Specu. titu. de appel. §. qualiter. versi. hoc autem. vbi ponit duas rationes. Prima est: graue enim esset appellantem qui in causa appellationis actoris vices gerit, & qui probare habet metiri terminum ex parte rei & conformare se voluntati appellati. argumen. ff. qui satisda. co. l. de die. in princi. & iij. quæst. iij. §. spatium. versicu. ei autem. Secunda ratio: quia indultum à iure beneficium nemini est auferendum: vt in regula, indultum. de reg. iur. libr. vj. & xxvij. distinct. de his. Sed appellans à iure habet annum, vel ex causa biennium ad suam appellationem prosequendam: vt in ca. cùm sit romana. & c. ex ratione. de appellatio. quod per appellatum non est in parte nec in toto sibi tollendum vel abbreuiandum: nec etiā per eum in impetrando præueniendum: vt in ca. oblatæ. de appellatio. & ibi clarus text. pro dicta conclusione In qua remanserunt omnes domini exceptis dominis Aegidio & Gallardo, quibus videbatur contrarium fore dicendum: videlicet quòd sicut licet appellanti terminum iuris abbreuiare: ita & appellato. per regulam communem, Quod licet actori, licet & reo, & ecōuerso. de mu. pe. cap. j. & iij. de regu. iur. ca. non licet. libr. vj. Hinc est, quòd si causa committatur simpliciter, de plano vel appellatione remota decidenda. ad instantiam actoris reus potest vti eodem rescripto, & eodem modo procedere vt in iuribus antedictis. Dominus Aegidius bene concessit appellatum nō posse terminum à lege concessum appellanti ad finiēdum causam abbreuiare, vel illum infra quem si non prosequeretur, desereretur eius appellatio. sed terminum etiam iuris datum ad impetrandum vel inchoandum prosequi appellationem, dicebat per appellatum sicut per appellantem posse abbreuiari: quia in primo vertitur magnum periculum siue præiudicium, qui fieret appellanti, in secundo non. Ad quas rationes respondebatur, quòd primus † terminus ad causam finiendam etiam per iudicem non potest abbre- 1 2 3 4 5 6

uiari: prout leg. & notatur. in capitu. oblatæ. & in clemen. sicut. de appellat. ergo nimirum si hoc non poterit appellatus. de termino vero deferendi appellationem in casu non prosecutionis, dicebatur idem. Nam aut loquimur de termino iuris dato ad prosequendum, vel hominis. Si iuris: est annus nedum ad prosequendum sed ad finiendum: vt in clem. sicut. de appella. quò ad appellantem qui quandocunq; voluerit potest impetrare & prosequi appellationem suam infra illum annum: sed appellatus nequaquam, nisi circa finem anni: vt not. in c. oblatæ. eod. titu. Terminus verò hominis præfigitur duntaxat ad prosequendum & non finiendum, vt prædictum est infra. quem si appellans nõ inchoauerit prosequi: puta impetrando vel iter arripiendo secundum aliquos deserta est sua appellatio, & redibit ad iudicem à quo appellauit: vt in c. personas. & c. cùm sit. & c. sæpe. & c. reprehensibilis. de appel. loquendo igitur de quocunq; termino semper per eius lapsum inducitur desertio appellationis. ergo secundum opinionem domini Aegid. esset absurdum dicere partem appellantem per appellatum astringi ad suam appellationem deserẽdam. Non obstat
3 regula, Non debet licere actori. nam † cuilibet licitum est renuntiare fauori pro se introducto. de reg. c. ad apostolicam. in fauore enim appellantis est annus sibi indultus à lege ad prosequendum & finiendum suam appellationem: vt in iure superius alleg. cui fauori potest renuntiare, & seipsum arctare, & breuiorẽ sibi ipsi terminum assignare si vult: mos enim in hoc gerendus est sibi. de restitu. spolia. ca. j. Sed nullibi reperio cautum hunc fauorem per partem aduersam fore auferendum. ergo, &c. quod enim ob fauorem alicui concessum est, in eius læsionem non debet retorqueri. de regu. iur. quod ob gratiam. libro vj. Ad regulam. Non debet licere actori &c. respondebatur per vnum de dominis illam procedere vbi est per omnia æqualitas rationis: vt ecce. sicut appellatus põt petere iudicẽ appellatũ, q̃a hoc voluit appellãs ita appellans pœnitendo põt reuerti ad iudicem à quo appellauit: quia hoc noluit appellatus. & pœnitendo præsumitur quòd hoc velit: ita in proposito permittitur appellanti suæ prosecutiõis terminum prefigere: quia præsumitur quod hoc velit appellatus, vt sic vel cito causa appellationis terminetur, & appellans ad iudicem à quo remittatur: vel quod sic arctetur q̃ sua appellatio per non prosecutionem deseratur. vel vt saltem citius. tempus datum à lege appellanti ad prosecutionem præueniatur in præiudicium appellantis. Sed non est verisimile quòd placeat appellanti econtra: quia cessat ratio prædicta, & semper tenderet in suum præiudicium, quod est contra priuilegium iuris dantis sibi longius tempus per factum appellati ita arctaretur. Modò licet sit verisimile quod in fauorabilibus quis libenter consentiat: tamen non est ita in odiosis: vt l. inuitus. cum ibi nota. per Cyn. C. de procurato. ergo non est rationis identitas vtrobique. Nec obstat ca. cordi. §. post hæc. quia ibi appellatus potest arctare appellantem nedum ad prosequendum causam appellationis: sed etiam negotij principalis in curia, si hoc voluerit & petat. ergo multo fortius terminum coarctare. Respondeo dupliciter. Primò per huiusmodi petitionem siue principalis causæ in curia prosecutionem nil deperit appellanti: imò consequitur quòd intendit. Nam prosequendo appellationem suam si pronuntiaretur bene appellatum & malè processum, propter quod appellauit, habet intentum, & sic non remitteretur ad iudicem à quo: sed negotium principale remanebit in curia penes iudicem ad quem: vt legit. & nota. in ca. cùm in eccle sijs. & ca. vt debitus. de appellatio. ergo multum releuatur in hoc quòd omisso articulo appellationis, vt sic euitetur circuitus cognoscatur de negotio principali. de quo tamen non cognoscetur, nisi circa finem anni à iure indulti. & sic per prædictam petitionem appellati de qua in capi. cordi. nihil deperit sibi de tempore prosecutionis appellationis suę: imo secundum me augetur & duplicatur sibi tempus. Nam vbi aliàs nõ fieret prædicta petitio, appellans nedum debet incipere prosequi appellationem suam: sed eam finire infra terminum iuris: vt in clement. sicut. sæpe allega. At vbi appellatus vult & petit secundum formã c. cordi. tunc sufficit sibi mittere procuratorem sufficienter instructum circa finem anni ad prosequendum & incipere prosequi negotium principale. & sic habet duos annos vbi aliàs nõ haberet nisi vnum. Si igitur grauaretur in aliquo ex dicta petitione appellati, releuaretur in alio videlicet in termino ad finiendum, vt præfertur. & hæc est secunda ratio. Pro alijs rationibus vide Inno. & per Ioã. Andr. in nouel. & Io. mo. super ver. voluntate. in c. cordi. Dominus verò Robertus non declinauit nec ad vnam nec ad aliam partem: sed dixit se velle deliberare. Qui postea deliberatus dixit sæpe tenuisse, quòd licet appellatus nõ posset præfigere terminũ appellanti ad prosecutionem suæ appellationis per rationes superius tactas: tamẽ sibi ipsi & prosecutioni suæ terminũ præfigere poterit. Sed non video quid operetur huiusmodi præfixio: cùm appellans possit nihilominus vti termino iuris. esset enim appellatus, qui habet sententiã pro se, bene fatuus arctãdo se ad prosecutionem ad quã non tenetur: vt not. doct. loco superius alleg. & licet hoc dixerit Specu. & Inno. incidenter in c. cordi, tamen ambo recedunt ab huiusmodi opinione dicentes verius appellatum nullum terminum præfigere posse, nisi terminum iuris. & in hoc residebant quasi omnes domini.

ADDITIO.

Hæc petitio non videtur necessaria in causis beneficialibus vt dicit Ioan. And. in c. cordi super verbo. petierit. in prin. remittit ad not. in c. j. de elect. libr. vj. & tene quòd ibi dicitur & infrà proxima conclusione.

ALIA ADDITIO.

Hanc † petitionem facere non potest appellans. & est 4
ratio: quia appellans tenetur solùm ad prosequẽdum appellationis articulum, non autem negotium principale. Ratio rationis est. quia ante sentẽtiam ipse asserit suam appellationem fore legitimam: cuius vigore ad iudicem appellationis prętendit principale fore negotium deuolutum. Igitur appellato resistere nõ potest petenti id ad quod ipse appellans principaliter tendit: sed appellatus appellationi resistendo innuit principale negotium non fore deuolutum, non mirum ergo si per appellantem ad portandum acta principalis causæ cogi non potest: cùm ipse tendat vt causa ad iudicem à quo remittatur, & fiat consequenter condemnatio expensarum: vt notatur. in c. interposita. §. ij. de ap. & per Ioan. Andr. in cap. cordi. eodem titul. libr. vj.

SVMMARIVM.

Appellatus si petierit q̃ appellans veniat cũ omnibus iuribus & munimẽtis ad curiã: si sine illis iuribus comparet: pro eis vlterior dilatio non dabitur.

EX præmissis † igitur insurrexit aliud dubiũ. Si iu- 5
dex deferat & terminum non præfigat: appellatus tamen petat quod veniat ad curiam cum omnibus actis & monimentis: vt in c. cordi. & sic appellans habebit annum ad prosequendum à iure præfixum: vtrũ appellato veniente circa finem anni & petente procedi in negotio principali, pcedi poterit sine noua citatione in absentia appellãtis per audientiã? Volebant aliqui dicere & maior pars quod opus sit noua citatione, per c. sæpe. & c. oblatæ. de ap. vbi apparet q̃ etiam quando appellatio recipitur à iudice: & terminus ab ipso vel à pronocãte ad prosequendũ appellationẽ præfigitur, qui quidem terminus licet habeat vim peremptorij quò ad appellatio-
6 nem prosequẽdum: tamen illo † elapso opus est noua citatione quo ad processum fiendum in negotio principali. Sed antequam transeam vlterius, respondeo hoc esse verum, quando appellatus nil fecit nec petijt, q̃ appellans veniret vel mitteret sufficiẽter. At vbi hoc peteret, & iudex deferret: crederem, sub dubio tamen, q̃ nisi appellans veniat vel mittat procuratorẽ sufficienter, quòd circa finem anni poterit per audientiã in negotio principali procedi. Et sic intelligo Innoc. qui alleg. pro contrario in c. cordi, super ver. petierit. ibi, habebit ergo locum &c. & super vers. appellãs. vbi ponit duas cõclusiones. quarum prima est hæc: quòd quando pars appellata petijt vt appellans veniret cum omnibus actis & monimentis &c. nisi veniat in termino iuris vel hoĩs non habebit re

bebit remissionem siue nouum terminum pro eis producendis: imò eis non expectatis procedetur vlterius in causa.pro quo nil alle. sed possunt allegari ea quæ legun tur & notantur in c.staturimus.& c.cupientes.de elect.li bro vj. Secunda conclusio est ista, quòd quando nil petit appellatus sed tantum terminus est appellanti ad prosequendum appellationem præfixus per iudicem,quòd ne dum in causa appellatiõis,sed etiam in principali potest procedi sine vlla citatione.allega.ca.veniens.de renunt. licet aliqui secundum eum contradicant:tamen ipse videtur residere in prædicta opinione,quam credo verissi mam:dummodo appellatio sit recepta à iudice vel approbata à parte:prout suppletur in c.Nicolao.per Io. de Lig.ar.etiam vnius notulæ Ber.in c.cum causam de re. iudi.in princi.aliàs enim nõ procederet prędicta Inno. conclusio:quia sola termini præfixio non operatur dela tionem nec deuolutionẽ negotij principalis ad curiam: prout leg.& not.per Ioan.And.& Archid.in c.cum appellationibus friuolis.libr.vj.& Specu.in tit. de appella. §.qualiter.versi.porrò.vbi dicit, quòd termini præfixio nil operatur nisi,ꝙ per neutram partium possunt antea literæ super appellatione impetrari:ad quod duntaxat sufficit mittere procuratorem ad curiam:vt in c. Nicolao.de appellat.vbi iudex defert & terminum præfigit: tunc partes nedum ad impetrandum & cõtradicendum, sed etiam sufficienter debent mittere ad totam causam, & hoc non ex vi præfixionis termini:sed delationis iudi cis quæ deuoluit & transfert totum negotium principa le ad curiam:vt in c.cum appellationibus.superius allegato.de quo tamen sunt opiniones diuersæ. Si igitur iudex defert,& terminum non præfigit,& pars appellata petit iuxta formam c.cordi.credo casum indubitatum: nam tũc succedit terminus iuris loco termini hominis, infra quem debet appellans venire & mittere sufficien ter:vt si appellatus voluerit vel etiam superior, quòd omisso articulo appellationis procedatur in negotio prin cipali,possit vlterius procedi etiam ipso vlterius non vocato,ex quo non misit sufficienter.Pro hoc alleg.arg.in c.appellationi.ij.quæst.vj.in additione. Adde de hac materia quę quidem lex ibi canonizata multum videtur facere pro contraria opinione. sed intelligo eam quando non fuit appellatio recepta à iudice,vel approbata à parte,nec petitio facta secundum formam c.cordi.his enim duobus concurrentibus secus secundum dominum meũ, & per Io.de Ligna.in c.interposita.de appella. Si enim diceretur fore necessariam nouam citationem:quid operaretur tunc prædicta appellati petitio:imò esset superflua,ex quo idem deberet repeti & de nouo cum omnibus actis & munimentis citari,vt est mori .Credo ergo si non veniat vel mittat appellans sufficienter:posse procedi in eius contumaciam per audientiam ad diffinitiuam sententiam,seruata tamen forma & modo procedendi traditis per glo.in c.sæpe.super versi.ac si peremptis.& per Innoc.& Io.mona.in c.cordi. superius alleg. Pro prædicta opinione facit vnum dictum Io. An.in c. Romana.de foro competen.super vers.voluntate.in nouel.libro vj.Sed pone quòd iudex nolit appellationẽ admittere:nunquid pars appellata poterit ipsam approbare? Dicit Hostien.in cap.sæpe.superius alleg.super vers. à parte.quòd sic.& alleg.pro hoc cap.interposita.§.j. eo dem titu.& meo iudicio reputo de hoc clarum text. in dicto cap.sæpe.qui loquitur alternatiuè.Et credo per so lam huiusmodi appellationem causam appellatiõis, sed non negotij principalis ad curiam deuolutam. sed si petatur iuxta formam ca.cordi.tunc vtrunque negotium est deuolutum.

ADDITIO.

Et pro hoc vide in capitu.j.de electioni. libro sexto, & hoc habet locum, cùm appellatur in beneficialibus, vt ibi. Sed quid dices in prophanis? Videtur quod vna partium comparente debet alia de nouo citari. l. finali. §.illud.de tempor.appellatio.vnde textus in capitu.cordi. potest intelligi quòd partes instructæ debeant comparere super appellationis articulo: sed vt eo finito possit procedi in principali, noua citatio & processus requiritur. hoc vult textus in dicto capitu.cordi.ibi, dum dicit,quantum de iure poterit & debebit.ad hoc c.sæpe. de appel.& quod ibi not.in glo.vt si lis.speciale ergo videtur,cùm appellatur ab interlocutoria vel grauamine, vt partes compareant cum actis & munimentis, & pro eis producendis non detur eis post primam comparitio nem alia dilatio.quod an sit speciale cùm appellatur ad papam vel generaliter ad quæcunque,cogita.

SVMMARIVM.

Appellatio alternatiua vel disiunctiua,vt puta ad papam vel archiepiscopum seu episcopum interposita in partibus valet & tenet.

EPITOME.

1 *Appellatio alternatiua an valeat. Item disiunctiua. per tit.*
2 *Vagari in incerto cum alterius discrimine nemini licere.*

Decisio 33. *aliàs* 209.

Appellatio alternatiua

APpellatio † alternatiua vel disiunctiua interposita in partibus,puta ad papam vel ad archiepiscopum valet & tenet:prout not.Spe.tit.de appel.§. nunc tractemus.ver.sed pone aliquis.& versi.quid si dicat.licet Io.An.in c.si is cui.de offi.deleg.libr.vj.teneat contrarium de iure canonico,& Archid.in cano. si quis à iudice.ij.quæst.vj.quia † non licet cum discrimine alterius vagari in incerto.ff.de iureiurã.l.prætor. de elec. c.ij.& c.vt quis duas.de elect.libr.vj.quam tamen quæstionem plenius dominus Ioan. Andr.prosequitur in regula,in alternatiuis,in mercur. & idem ibidem decidit & malè:quia prædicta incertitudo, si qua sit reducitur ad certitudinem:cùm appellans appellationem prædictam coram vno de illis prosequi incipiat,& partem aduersam citari faciat: per hoc enim satis certificatus est appellatus corã quo procedere debeat in huiusmodi causa appellationis. Dominus Ioan.de Ligna.in cap.si duobus.de appellatio.dicit appellationem alternatiuam valere indistinctè de iure ciuili: quia lex dat iudicem immediatum,scilicet superiorem.ff.de appellatio. l. imperator.& C.eodem titu.l.præcipimus. Idem dicit cùm appellatur ad episcopum vel archiepiscopum: quia lex dat certum,vt suprà dictum est.In appellatione verò interposita ad papam vel archiepiscopum dicit eam valere, si apponatur clausula, reseruata sibi oprione illius quam prosequi velit,per l.v.§.si quis illud. ff. de verbor. obligatio.vel si certificet aduersarium infra decendium quo potuit & debuit appellare secundum Ioan. Andr. vbi supra.Subdit tamen dominus meus quòd curia indistinctè admittit appellationem alternatiuam etiam sine clausula supradicta:quia in casu magis verisimiliter dubio alternatiua admittitur.de restitu.in integr.cap.constitutus,nec est necesse quòd infra decem dies fiat huiusmodi electio siue certificatio: quia cùm appellans eam prosequitur,eo ipso elegit,& per citationem posteà subsecutam aduersarium certificat.arg.cap.præterea.de dila.& clemen.causam.de elect.& clem.ij.vt lit.pen.ergo cessant omnes rationes.supradictæ.

ADDITIO.

Adde hîc cõsilium domini Pe.de Ancarano positum in libro paruo consiliorum:vbi est repetitio c.commissa. de elect.lib.vj.folio 296.

SVMMARIVM.

Præsumptus contumax qui non fuit personaliter citatus vel apprehensus à die sententiæ infra decem dies auditur appellans infra quos petens restitutionem non auditur.

EPITOME.

1 *Restitutioni aduersus sententiam locum non esse, vbi appellationi locus sit.*
2 *Remedio ordinario vbi locus sit, ad extraordinarium non est recurrendum.*

Decisio 34. *aliàs* 224.

SI † contra absentem & indefensum ac præsumptiuè contumacem feratur sententia,& ab ea non appellatur infra decẽdium à tempore quo sciuit eam latam computandum:non potest infra illud idem tempus petere restitutionem in integrum ad appellandum.† quia quamdiu supereſt remedium ordinarium,non est recurrendum ad extraordinarium.ff.de minor.l.in causæ.de off.iud.c.ij.licet aliqui allegauerint c.ex literis.de in in-

teg.resti.pro contrario.quod tamen facit pro meo iudicio:quia illa puella propter deceptionem & fraudem nō fuit restituta per viam restitutionis ad appellandum,sed per viam supplicationis ad audientiam & totum negotium principale prosequēdum.per eundem modum tollitur contrarium etiam allegatum de c. cùm Bertoldus. de re iudic.quia ibi ex diuersis causis,& præsertim propter iustā absentiæ causam fuit restitutus aduersus sententiam iniustè:vel secūdùm aliquos,nulliter cōtra absentem promulgatam, & non fuit restitutus ad appellandum.

SVMMARIVM.

Si appellanti resistit ius commune,non prius reuocantur attentata quàm ipse appellans veritatem causæ suæ appellationis probauerit.

Decisio 35. *aliàs* 234.

SI rector alicuius ecclesiæ parœcialis episcopo alicui subiectæ appellat à sua visitatione & procuratione exprimendo & allegando in sua appellatione se exemptum per priuilegium apostolicum vel præscriptionem tanti temporis,&c.& petat reuocari quædam attentata per dictū episcopum post suam appellationem: licet attentata probet,sed non probet prædictam exemptionem:huiusmodi attentata non venient reuocanda. Nam siue dicamus prædictam appellationem iudicialē siue extraiudicialem,ex quo nō est à diffinitiua: veritas causæ ante huiusmodi reuocationem est probanda.de rescript.c.significauit.c.rodulphus.& c.significāte.de maior.& obe.c.dilecti.& ibi per Innocen.de appella.ca.dilecto.& ca.ex parte significantibus. cum multis similibus.sed optime & ibi clarus text.est hodie de appella. c. non solùm.5.fin.libr.vj.Pro hoc facit etiam dictum Innocen.in c.solet.de senten.excommunica.libr.vj.videlicet quòd allegans se exemptum à iurisdictione episcopi & petens se absolui ad cautelam à sententia excommunicationis per episcopum in eum prolata, non auditur, nisi doceat de exemptione ante omnia. licet Ioan. And. in nouel.ibi variet:tamen dictum Innocen.tenet rota:videlicet ꝙ aliqualiter,licet non plenè,debeat constare de huiusmodi exemptione antequam absoluatur, ne illuda tur ordinariæ potestati: pro qua facit ius commune & resistit agenti siue absolutionem petenti arg.ca.ad decimas.de resti.spo.lib.vj.

SVMMARIVM.

Capitulum,vt circa.de elect.lib.vj.non extenditur ad illum qui in sua appellatione dixit se canonicè institutum,& aduersario ius non competere.

EPITOME.

1 *Dispositio c.vt circa.an recipiat interpretationem extēsiuam.*
2 *Appellans in causa beneficiali extra iudicium nullos obiectus deducendo,an postea repellatur ab obiectionibus dandis?*

Decisio 36. *aliàs* 267.

SI possessor beneficij appellet in partibus extraiudicialiter,asserens sibi canonicè de illo beneficio fore prouisum,& aduersario suo nullum ius competere: & quòd ipsum indebitè inquietat & molestat nihil obij ciendo vel exprimendo in sua appellatiōe in personam vel in formam non repelletur ab obiectibus postea dan-
1 dis in curia.Nam † cap.vt circa.quia est à iure exorbitans & multum pœnale,quòd excludat à iure iam quæsito est restringēdum & strictissimè interpretandum. de elect.cap.statutum.libr.vj.de regu.iur.quæ à iur.& cap. odia.eodem libro.Sed cùm prædicta constitutio arctet non tantùm appellantem,sed appellatum & crimina & defectus opponentem in personamvel formam,ad illam exactam specificationem & in casu proposito nihil opponitur:sed tantùm appellatur à molestationibus, &c. ergo nec obstat ꝙ videaturimpugnare prouisionē aduersarij indirectè,in eo quod dicit sibi nullum ius cōpetere in beneficio,quod possidet. Nā eo ipso qđ dico mihi ius cōpetere:per consequens dico tibi nullū ius deberi:quia duo vnam rem &c.de fide instrumento.capit.inter dilectos.de concess.præbend.cap. fu-j.libro vj. Subintellecta igitur,& quæ de iure insunt exprimere non nocet.de iureiuran.capitu.quemadmodum.de electio.capitu.significasti.de præbend.cap.significatum.cum ibi nota. & ff. de solu.l.cùm quis.& in decr.ij.de rescriptis cum ibi no. Præterea nō sufficit prouisionē impugnare, nisi propter hoc appellet:vt in c.j.de appella.lib.vj. At hîc appellans prouisionem non impugnat, sed pro cōseruatione iuris sui appellat. ergo &c. licet dominus Robertus tenendo contrarium dixerit,quod expressa nocent, non expressa non nocent.de procura.c.fin. cum ibi not. & dixit quòd ita tempore domini Inn. sexti & Vrbani quinti semper
2 fuit obseruatum,quòd omnes † appellantes in causa beneficiali extra iudicium etiam nullos obiectus in appellatione deducendo vel exprimendo repellantur ab obiectibus postea dandis.& pro hoc alleg.vnam not. Io.mo. c.statuimus.de elect.super ver.contingat.li.vj.quæ nihil facit nec obstat meo iudicio:quia loquitur quo ad deuolutionem causæ beneficialis ad curiā, quæ de sui natura sunt tractandæ ibidem : & leuius possunt ibi tractari & diffiniri quàm alibi.seruata tamen forma clem.causam electionis.de elect. & pro primo dicto fuit allegatum c. constitutionem.in princi.eod.ti.in clemen. Nam si quis appellat propter ius suum : licet impugnet indirectè ius partis aduersæ : dūmodo nil obijciat in personam vel in formam,non habet locum constitutio, vt circa. quæ est multùm rigorosa,& ad occurrendum fraudibus inuētæ: quę cessat in casu proposito.ergo &c. Et si iudex dubitet de aliqua fraude vel malitia cōtra nunc dantē obiectus: recipiat iuramentum de malitia.de iura.calu.c.ij.lib.vj. in fin.de exceptio.c.pastoralis.secus verò secundum aliquos,si appellans ius suum non deducendo,sed ius partis aduersæ impugnando ab eius intrusione vel non canonica institutione etiam in genere appellaret: nisi tunc causās & circumstantias huiusmodi intrusionis vel non canonicæ institutionis in appellatione exprimat,repellitur posteà ab obiectib⁹ & cadit à iure suo.Clarè enim constat quòd non pro iure suo tuendo seu conseruando, fortè quia nullum ius habet: sed ius alterius impugnando directè appellat.Secus verò si indirectè: vt in clementi. constitutionem.superius alleg.

SVMMARIVM.

Si post appellationem & terminum assignatum appellanti appellatus cōmissionem impetret,vigore cuius procedatur in causa,validus est processus dummodo appellans doceat de diligentia sua.

Decisio 37. *aliàs* 295.

SI appellatus post terminum assignatum appellanti ad prosequendum impetret commissionem, vigore cuius vsque ad conclusionem in causa procedatur:& postea appellans doceat de diligentia prosecutionis per eum facta infra terminum præfixum sibi. Dixerunt omnes domini concorditer valuisse & valere processum habitum vigore commissionis antedictę.Ratio.quia ex quo appellatio prædicta non fuit deserta : vtraque pars poterat eā prosequi, per c.oblatæ.& c.sæpe. & c.ex insinuatione. de appellat. & sic diligentia appellati prosit appellanti.C. de appellationib.l.eos. de quo tamen vide suprà in 7.eod.titu.nec tunc habet locum clemen. si appellationem.de appellatio.

SVMMARIVM.

Attentata post appellationem extraiudicialē per iudicem vel per partem non sunt reuocanda per modum attentati,antequam intimetur eisdem.

Decisio 38. *aliàs* 309.

ATtentata * per iudicem vel partem post appellationem extra iudicium interpositā ante notificationem eiusdem eis factam non veniunt per modum attentati reuocanda, propter iustam causam ignorantiæ:& quia de nulla temeritate redargui potuerunt. arg.cle ij.vt lit.penden.& alleg.not.Io.mo.in c.cupientes.de electio.super versicul.à gratia.libr.vj.Cui videtur multum obstare quoddam dictum Innocē.in c. dilectis. super ver.innotuerit.de appella.vbi dicit expresè,quòd appellans in absentia iudicis etiam ante notificationem sibi factā ita eximitur à iurisdictione iudicis à quo appellauit,sicut si in eius præsentia appellasset.alleg.c. pastoralis.eod.tit.& ij.quæst.sexta,biduum. cuius dictum modifica & intellige iuxta no.per Arch.in c.appellatio. super versicu.iudici.eod.titu.lib.vj. Concedatur dictum

Inno.quo

Innocen. quò ad translationem iurisdictionis. Non sequitur ergo quòd hoc solùm sufficiat quò ad reuocationem attentatorũ, in quo articulo oportebit appellantem probare dico: videlicet, se ex causa probabili appellasse, & veram causam appellationis fuisse vel esse vel saltem illam se proposuisse corã iudice à quo appellauit, & obtulisse se ad probandum, & nõ admissum fore. de appel. c. inter posita. de testi. c. ex parte Adæ. & hæc duo etiam habet probare appellans quò ad translationem iurisdictionis. intelligas effectualiter: prout not. per Io. mo. & Archid. in c. romana. de appel. §. quid si obijciatur. super versi. an sit vera. lib. vj. Pro conclusione faciunt nota. in c. si postquam. de elect. per Io. And. & Io. mo.

SVMMARIVM.

Appellatio præsumitur infra decem dies à die notitiæ appellantis interposita: attamen facta post decẽ dies à tempore grauaminis causam beneficialem non deuoluit: sed facta infra decem dies à die scientiæ sic.

Decisio 39. *aliàs* 316.

Francus in c. cõcertationis de appel. lib. vj.

SI possessor beneficij appellat extraiudicium à publicatione quorundam processuum aduersarij sui impetrantis apostolici: quosquidem processus & eorũ publicationem dixit ei à decem diebus proximè præteritis citra ad notitiam suam peruenisse: dubitatur vtrum præsumi debeat prędictam appellationem post vel infra decem dies interpositam fuisse. In quo dubio domini erant varij. Aliqui dicebant ipsum præsumendum x. die præterita notitiam dictorum processuum habuisse: & tunc decendium incepisse ad appellandum, & sic post decem dies appellatum fore & nulliter alle. c. concertationi. de appel. lib. vj. Alij asserentes contrarium allegabant pro se c. licet. de proba. & ea quæ ibi not. Nam aliud est dicere à decem diebus citrà: ad cuius verificationem sufficit q̃ vna die ex decem diebus sciuerit: secus si adderetur copula, * & citrà. quæ denotat continuationem temporũ & dierum. & vt res potius valeat quàm pereat. de verb. sig. c. abbate. attẽto etiam q̃ de facili causę beneficiales ad curiam deuoluuntur: quia melius ibi quàm alibi expediuntur. Dicebant domini isti de æquitate melius interpretandum fore infra decendium fore appellatum. præsertim cùm nedum à prouisione facta, sed etiam facienda & sic à futuris grauaminibus in causa beneficiali poterit appellari, quod est in illis speciale. de elec. c. qui contra certã. li. vj. Fuit finaliter per omnes cõclusum melius & tutius fore partem aduersam, videlicet appellatã citari de nouo: cum idem auditor haberet cõmissionem de speciali mãdato cum potestate citandi in curia & extra, ne processus postea rueret: quia vbi deest fundamentum, nihil superędificari potest. j. quæst. j. cùm Paulus. de presbyt. non bap. c. veniens. quod est citatio. de proba. c. quoniam. ij. quæst. j. nos in quenquam. de consti. ca. ecclesia. de maio. & obe. c. inter quatuor. de cau. pos. c. j.

** Copula & an aliquando ponantur pro id est: vide Alexa. de immo. cons. xxxj. in. v. & ij. coll. in j. volu. vbi ponit etiã de alternatiua. vel itẽ in cxx. in v. col. in j. volu. vbi ponit an copula capiatur p vel & in cõsi. xlviij. in v. col. in fi.*

SVMMARIVM.

Si iudex à cuius diffinitiua appellatur, appellationi deferat: & post triduum terminũ ad prosequendum prę figat, valet talis præfixio.

EPITOME.

1 *Terminus ad prosequendam appellationem an & quando iudex possit statuere.*

2 *Appellatur à diffinitiua sententia etiam extraiudicialiter.*

Decisio 40. *aliàs* 356.

SI appelletur à diffinitiua sententia: & auditor deferat appellationi: & per treis dies postea præfigat terminum † decem dierum ad prosequendum. Fuit dubitatum vtrũ valuit huiusmodi termini præfixio. Hoc est quærere: vtrum iudex postquam detulit appellationi potuerit terminum ad prosequendum statuere. quæ quidem quæstio satis ruminatur per Ioan. And. in nouel. in c. cum appellationibus friuolis. super ver. iurisdictionẽ. de appellatio. libr. vj. Et dicit aliquos docto. quos nominat tenere q̃ non: quia per delationem huiusmodi tam accessorium quam principale negotium videtur in superiorem transfusum. extra de appel. c. dilectis filijs. §. prę terea. nec est appellans sine termino: quia statim habet terminum iuris. extra de appel. c. cùm sit. & videtur tenere hanc opinionem Genze. in cle. j. de appel. Io. And. breuiter in loco quo supra, tenet expressè contrarium, allegans multas rationes, & tandem clarum textũ pro sua opinione in cap. cordi. §. post hoc. ibi, postquam fuerit appellatum & appellationi delatum. de appel. lib. vj. & ibi videtur hoc idem tenere Io. Andr. in nouel. Hosti. & Archi. allegat etiam Io. And. tex. vnum pro se, videlicet glo. ordinariam Ber. in c. ij. de matri. contract. cõtra interdic. eccle. in iiij. glo. vbi alleg. decre. sæpe. de appell. quæ bene facit. Nam ibi litera loquens de dilatione iudicis, subdit postea de termino, sicut in c. cordi. §. post hęc. & in clem. j. de appell. vbi videtur Pau. innuere quòd deferre & terminum præfigere sint actus iudiciales, & debent simul & non diuisim expediri: cuius opinio non
2 seruatur. Nam extraiudicialiter † etiã à diffinitiua sententia appellatur in domo vel in camera: & dantur apostoli reuerentiales: & defertur appellationi: nec requiritur partis vocatio, quæ esset necessaria, si essent actus iudiciales. ij. quęst. j. nos in quenquã. de consti. c. ecclesia. de maio. & obe. c. inter quatuor. cum si. & in hanc partem videlicet opinionem Io. And. & sequacium, declinauerunt omnes domini, & etiam ego. licet pro concord. docto. alleg. ueram dominum & patrem meum dominum Io. de Ligna. qui videtur distinguere & concordare prędictas opi. sic. Aut iudex deferens statim præfigit termi num appellanti ad prosequendum, & potest. & sic dixit intelligẽdum c. sæpe. & c. cordi. §. post hoc. aut ex interuallo terminum prefigat, & non potest. & sic dixit intel ligendam opin. contrariam.

SVMMARIVM.

Pendente termino ad dandum apostolos super appellatione ante diffinitiuam iudex impetrari non potest: quoniam apostoli sunt pars appellationis.

Decisio 41. *aliàs* 357.

FVit dubitatum si appelletur à diffinitiua: & antequam auditor det apostolos, & terminum præfigat ad prosequendum, pars appellans porrigat vicecancellario vnam schedulam pro commissione in dicta causa appellationis obtinenda. Si iudex postea appellationi deferat: & terminum decem dierum, vt est moris, præfigat ad prosequendum, infra quem terminũ prædictus appellans confisus de sua prima diligẽtia nullam aliam facit: vtrum sufficiat sibi illa prima, ad hoc q̃ non dicatur huiusmodi appellatio deserta? Dicebant omnes me solo excepto, quòd sic. Nam ex quo ius huiusmodi appellationi defert, & terminum statuit: vt ij. q. vj. §. biduum. de appella. c. cùm sit. statim potuit prosequi. de appella. c. oblatæ. & c. ex insinuatione. de confir. vti. vel inuti. ca. bonæ. imò posset commissionem ante dationem apostolorum super dicta appellatiõe impetrare. hoc verum de appellatione à diffinitiua. secus verò si ab interlocutoria, vt in noua constitutione domini Gregorij papæ. xj. Prę terea si debitor soluat ante terminum, videtur liberatus. melius est igitur prævenire quàm præveniri. Cùm igitur iste præveniendo terminum fecerit diligentiã suam meritò à negligentia, quæ desertionẽ inducit, debet excusari. Mihi verò sãlua correctione videbatur contrariũ. & moueor ac præsuppono q̃ apostoli sunt pars appellationis: vt in c. cordi. & in c. ab eo. de appel. libr. vj. intantùm quòd si petiti debitè non fuerunt, reputabitur non appellans: vt in dict. c. ab eo. & clem. quamuis. eo. ti. Modo autem aut fuerunt apostoli petiti per verum appellantem, aut non. In primo casu, si fuerunt petiti, & termi nus ad dandum & recipiendum apostolos per iudicem præfixus, ante dationem eorundem nihil potuit vel debuit fieri per partem vel iudicem, cuius officium pendente termino conquiescit. de appellat. c. significante. In secundo casu, si non fuerunt petiti: non reputabatur adhuc appellans. ergo super eo quod non erat in rerum natura, nihil poterat fieri vel impetrari. de despon. impub. ca. ad dissoluendum. cum ibi alleg. Præterea iudex habet potestatem à lege abbreuiandi terminum iuris ex causa datũ ad prosequendum: vt in c. cùm sit. & c. oblatæ. de appellationi. quod quidem ben. scium legis pars sibi auferre non potuit. de reg. iur. c. indultum. cum simi. quod sibi in præmisso casu auferetur: cũ sui termini præfixio nil operaretur, quæ cũ ratificatione sententiæ operatur, & eius

executionem, vt in prædictis iuribus. ergo &c. frustra enim terminus ad prosequendum daretur, si iam esset prosecutus, & valeret prædicta huiusmodi prosecutio. quæ quia facta est, cùm non potuit nec debuit: & quando potuit & debuit, eam non fecit: pro nulla reputari debebit. de appella. c. dilectis §. præterea. nullum enim & inutile æquiparantur in iure. de transla. c. inter corporalia. Cùm igitur infra terminum sibi statutum ab homine, qui prævenire non potest: vt in c. oblatæ. nullam diligentiam de prosequēdo suam appellationem fecerit: fecit ergo appellationem suam desertam, & firma & rata mansit iudicis sententia: vt in dictis iuribus c. cùm sit. c. oblatæ. c. reprehensibilis. & c. personas. de appel. non excusat eum sua diligentia, quæ, vt suprà probatum est, nulla fuit. ergo nil rationale poterat ad hoc agi. Sed ꝙ irrationabiliter actū erat, prudenter & iustè debebat revocari & emendari: & sic denuò debuisset diligentiam suam infrà terminum sibi ab homine præfixum alium auditorem impetrando fecisse. de accusat. qualiter. i. de elect. c. nosti. quod potuit voluit, quod voluit adimplere nequiuit. de offi. dele. c. cùm super.

SVMMARIVM.

Camerarius vel eius auditor non potest se intromittere de causis extra romanam curiam ad papam per appellationem deuolutis.

Decisio 42. *aliàs* 336.

SI à iudice in Campania appelletur ad papam vel eius officiales: auditor cameræ de huiusmodi causa appellationis sine speciali mandato seu sine speciali commissione non potest se intromittere. quod si fecerit, totus processus ipsius est irritus atque nullus, tanquā à non suo iudice factus. de iudi. c. at si clerici. & l. si quis ex alienа. ff. e. ti. causæ enim appellationum quarmcunque ab extra ad sedem apostolicam interiectarū consueuerunt, & solent in palatio apostolico per dominum vicecancellarium committi & tractari: nec de his potest se dominus auditor cameræ intromittere: quia nec est auditor nec officialis papæ, sed auditor cameræ & camerarij. Et quemadmodum camerarius de huiusmodi causis per appellationem ad curiam delata se non posset intromittere: ita nec eius auditor. de rescriptis. capitu. super literis. in fine.

SVMMARIVM.

Causa semel in curia deuoluta ibi semper remanet tractanda: & si ecōtra appelletur ab executione processuum licet ipsi appellationi nō detulerit pro confirmatione suorum iurium, nihilominus eam prosequi potest.

Decisio 43. *aliàs* 321.

SI appellatus in causa beneficiali post & contra appellationem contra eum & à suis processibus in partibus interpositam & sibi legitimè intimatā: facit nihilominus per suos executores cōtinuare processus à quibus extitit appellatum excommunicando & aggrauando: & postea vigore dictæ appellationis causam in romana curia obtineat committi contra suum aduersarium. Fuit dubitatum vtrum vigore huiusmodi commissionis & appellationis posset cōtra absentem appellantem procedi. Causa dubitandi fuit: quia videbatur quod ex quo appellationi prædictæ non detulit: imò contra eam plura attentauit, ꝙ ex ea se intromittere non debuit, neque potuit. per ca. an sit. de appella. & de electioni. bonę memorię. magis videbatur etiam iuri sibi quæsito ex prædicta appellatione: videlicet quò ad deuolutionem causę quantum ad se tacitè renuntiasse veniendo contra eam. ar. c. ex parte. de rescrip. Fuit dictum & conclusum per omnes dominos contrarium. Nam ex quo semel causa fuit legitimè ad se. ap. deuoluta, semper mansit ibidem tractanda: quæ quidem deuolutio per huiusmodi tacitā renuntiationē non cessat: imò nec per expressam, nisi ea interueniant, quæ leg. & not. ac habentur in c. quamuis. de elec. li. vj. Nec ob. quod dicitur, ꝙ illi nō detulit. ergo se ex ipsa iuuare non debuit, quò ad illum effectū: videlicet quò minus posset ius suum prosequi, deferre non tenebatur: maximè si expressa in appellatione cōtra eum interposita erant friuola & non vera. Et ideo quicquid per suos executores fiebat totū factum fuit pro tuitione & defensione iuris sui: imò executione iuris sibi quæsiti, cuius effectus per appellationem extraiudicialē impediri non potuit. prout legi. & not. in c. constitutus. de appel. & ibi per Inno. & ideo non potest dici innouatio: quia fuit iuris sui antiqui continuatio & cōseruatio. ar. c. ij. vt lit. pen. nec fortè illa reuocarētur per modum attentati, nisi probaretur veritas causæ appellationis huiusmodi extraiudicialiter & ante diffinitiuā interpositæ. arg. eorum quæ leg. & not. in c. non solùm. §. final. de appel. li. vj. & in c. si postquam. de electi. eo. li. Dū igitur videbat se non posse proficere in partibus per continuationem & aggrauationē processuum, habuit recursum ad prosecutionē appellationis nō suę, sed partis aduersę, sibi tamen intimatę, per quam tota causa fuit ad curiam translata: vt in c. statuimus. de elect. lib. vj. iuncta clemē. causam. eod. tit. cui priuliegio seu translationi per prædicta renuntiare non potuit. Non obstat cap. an sit. quod loquitur in appellante, qui propriæ suæ appellationi nō detulit. At hīc loquitur in appellato. ergo non obstat c. bonæ memoriæ. Nam ibi fuit per vtramq; partem appellatum & neutra partium deferebat appellationi alterius. & sic paria delicta, & c. de adul. c. intelleximus. Præterea ibi appellatio maioris partis capituli postulantis episcopum Vormacien. & appellationem interponētis ne minor pars ad electionem aliam procederet postulatione eorum non cassata fuit friuola manifestē. quia notoriè constabat postulationem huiusmodi factā per impressionem: & sic remansit tota potestas penes partem minorem, quę post postulationem & electionem prędictas elegerat in archiepiscopū præpositum sancti Petri: & ante huiusmodi postulationem etiam appellauerat, ne sine eis propter iustam causam timoris quā habebāt, ad electionem aliquam procederent: qua tamē appellatione non obstante maior pars processit in negotio electionis spreta minori parte: & postulauit Vorm. ad instantiam ducis Sueuiæ tunc in Romanorū Regē electo in archiepiscopum Maguntinen. & appellauit vt supra dicitur. & quia maior pars non detulit appellationi minoris partis. ergo nec minor pars apud quam residebat tota potestas eligendi, nō tenebatur appellationi maioris partis deferre. per regulam c. quia frustra legis auxilium, & c. de vsur. c. quia frustra. cū similibus ibidē alleg.

SVMMARIVM.

Attentata post & contra appellationem à grauamine non reuocantur: nisi prius constiterit de grauamine, vel quòd appellans se illud obtulerit probaturum.

EPITOME.

1 *Attentata contra appellationem quando reuocari debeant.*
2 *Desistere à sui iuris prosecutione nemo cogi potest.*
3 *Præsumptio non habet locum pro veritate causarum in appellatione extraiudiciali expressarum, sed probanda sunt.*
4 *Facta post appellationem in cathedralium vel regularium electionibus emissam, ipso iure nulla sunt.*

Decisio 44. *aliàs* 344.

LIcet in causa beneficiali extraiudicialiter cōtra aliquem impetrantem apostolicum: puta à gratia & processibus suis appelletur: sibiq; huiusmodi appellationi intimetur: & ipse post & cōtra huiusmodi appellationem nihilominus ius siue gratiam suā prosequendo aliqua faciat & attentet: puta apprehendendo possessionem absq; tamē violentia recipiēdo fructus & alia iura beneficij sui exercēdo, secundū omnes dominos, præmissa † non sunt per modum attentati revocanda, nisi ante omnia cognoscatur & doceatur de veritate causę appellationis. Ratio est, quia quādo appellatur ante diffinitiuam: regulare est non reuocari attentata post appellationem, nili in euentū causæ appellationis. de appel. nō solùm. §. illa libr. vj. Stemus igitur regulę, vtile per inutile non vitiatur. C. de appel. l. præcipimus. Præterea quando quis ius suum prosequitur, ipsum continuat & cōseruat, non innouat: sed totum quicquid facit, hoc fit ad tuitionem & conseruationem iuris sui antea quæsiti: vt li. pēden. c. ij. Nullus † enim tenetur vel debet dimittere ius suū, vel desistere à prosecutione & continuatione sui iuris vel possessionis suæ, propter aliquam contradictionē vel appellationem: imò desiperet, qui hoc saperet: vt

not. Inno.

not. Innocen. de maio. & obe. c. dilecti. & in c. venerabili. de censi. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. j. Ratio, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo. de elect. ca. cùm nobis olim. & ca. cum ecclesia Vulterana. poterit etiam dicta appellatio esse friuola, cui deferre non tenebatur. de appel. capitu. cum appellationibus friuolis. libr. vj. nec
3 vnquam † pro veritate causarum in appellatione extraiudiciali expressatarum præsumitur, nisi earum veritas probetur: vt in dict. c. nō solum. & c. romana. §. cùm verò. cod. tit. & lib. Hoc verum, nisi appellans causas per ipsum ante propositas obtulisset se probaturū: vt in ca. in interposita. de appel. quæ dec. & consimiles possunt intelligi de appellatione iudiciali & non extraiudiciali. Veruntamen si dicamus & intelligamus eam loqui in appellatione extraiudiciali: tamen non comprehendit casum nostrum, in quo non fuit facta huiusmodi oblatio: sed vbi foret facta: tunc quò ad translationem iurisdictionis, & quò ad reuocationem attentatorum sufficit hæc duo probare: scilicet quòd proposuerit grauamen, & illud obtulit se legitimè probaturum, licet non probet veritatem causæ in appellatiõe expresse. Rationem vide per Io. monach. & adde in c. romana. superius alle. super ver. an sit vera. Nec obstat c. si postquam. de elect. lib. vj. quia hoc est speciale contra regulam ante dictam
4 vt † in electionibs cathedralium vel regularium ecclesiarum quicquid factum fuerit post & contra appellationem etiam extraiudicialem ex causa probabili emissam sit nullum ipso iure: secus verò in electionibus inferiorum ecclesiarum secundùm Ioan. And. Io. mo. & etiam Archid. ibidem. vide de hac conclusione aliqualiter sed non ita plenè suprà dec. xxxiij. eodem tit. quam conclusionem intelligas sanè: videlicet de attentatis ante impetrationem commissam super dicta appellatione: quia si causa appellationis esset commissa alicui auditori in palatio vel alibi, manus executorum statim essent clausæ. per c. vt nostrum. de appel. & c. quamuis. de elect. lib. vj.

SVMMARIVM.

Si in partibus ab executione trium sententiarum vel vnius quæ transiuit in rem iudicatam, causis rationabilibus expressis appelletur: iudex tamen in curia inhibere non potest, nisi postquam sibi de illorum veritate constiterit.

EPITOME.

1 *Appellari ab executore non nisi modum excedat, posse.*
2 *Appellatio extraiudicialis probanda est, antequàm iudici à quo appellatum est, inhibeatur.*

Decisio 45. aliàs 346.

SI appelletur in partibus ad papam ab aliqua executione trium sententiarum diffinitiuarum latarum in curia vel vnius sententiæ, quæ alias in rem transiisset iudicatam: pro eo quod prætenditur de potestate dicti executoris non constitisse neque constare: & si constare posset dicitur, ꝙ modum suę potestatis excesit: & quòd dictæ sententiæ fuerunt per falsa instrumenta latæ: & committatur causa huiusmodi appellationis sacri palatij: & peratur ante omnia inhiberi prædicto executori ne ad vlteriorem executionem procedat huiusmodi inhibitio, nisi aliqualiter de præmissis in appellatione expressis constiterit, nõ est aliquatenus concedenda. Ratio propter verisimilitudinem duorum primorum gra-
1 uaminum in appellatione expressatorum. Tum † quia regulariter ab executore non potest appellari, nisi modum excedat: quem excedere non præsumitur, nisi doceatur. de appella. c. nouit. de re iudi. c. quod ad consulta-
2 tionẽ. vbi de hoc. Tum † quia huiusmodi appellatio est extraiudicialis: quæ verificari debet antequam inhibeatur iudici à quo est appellatum: vt de appel. c. interposita. & c. non solùm. §. fin. lib. vj. Tum quia certa causa est in appellatione expressa: videlicet, ꝙ sententiæ fuerunt latæ per falsa instrumenta, tangit nullitatem ipsarum trium sententiarum, quæ non impedit earum executionem: de re iudi. c. vt calumnijs. in cle.

SVMMARIVM.

Tenet appellatio à diffinitiua, cui delatum est, & terminus præfixus: quamuis apostoli petiti fuerunt, non tamen instanter.

EPITOME.

1 *Appellatio eius qui appellauit & cui iudex apostolos dedit, licet non instanter petierit, an valeat.*

Decisio 46. aliàs 351.

1 SI † appelletur à diffinitiua: & appellans petat apostolos, licet non instanter: si tamen iudex incontinenti deferat huiusmodi appellationi: & terminum ad prosequendum præfigat, quem appellans acceptat, valebit & tenebit huiusmodi acceptatio & appellatio: non ob. quòd apostoli cum instantia debita nõ fuerunt petiti saltem vnico contextu, iuxta formam clemen. quamuis rigor. de app. Ratio. quia petitio apostolorum cum tantis instantijs ideo debet fieri vt iudici debitus honor deferatur: & ipse moneatur ad reuocandum grauamen, si grauauit: quòd forte non faceret, si talis instantia nõ fieret: quæ ratio cessat, ex quo detulit, licet etiam appellatio friuola fuerit. de appella. c. cum appellationibus friuolis. lib. vj. Superfluum enim esset apostolos datos itera tò petere, cùm iam dando & deferendo iudex esse desierat, nec eos amodo dare posset: vt in dicto c. cum appellationibus friuolis. Pro hac conclusione facit optime quod dam dictum Inno. recitatum per Archi. in cap. cordi. de appellationib. super versicul. de partium. libr. vj. modicum ante fin.

SVMMARIVM.

Is pro quo lata est sententia sine condemnatione expensarum, potest appellare ab illa omissione expensarum, & denuò illas petere.

EPITOME.

1 *Victor potest ab omissione condemnationis expensarum appellare, & denuò illas petere.*
2 *Expensa post litis contestationem factæ non veniunt iure actionis exigendæ, sed officio iudicis.*
3 *Appellari nõ potest ab ijs, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.*
4 *Actori licere non debet, quod reo non licet: & econtra.*

Decisio 47. aliàs 353.

SI auditor ferens diffinitiuam * sententiam pro actore & contra reum non condemnat ipsum in expensis nõ petitis per actorẽ in libello: si actor habens sententiam pro se ab huiusmodi omissione condemnationis expensarũ appellet. Fuit reuocatũ in dubium: vtrũ
1 appellatio † teneret: & an in causa appellationis prædictus appellans posset de nouo petere expensas, & agere super illis. Super quo domini erãt varij. Aliqui dicebant ꝙ non teneret appellatio. per l. omnem honorẽ. C. quando prouocare non est necesse. Tum etiam, quia non erant petitę in libello: & iudex ideo nõ grauauit, si in illis non condemnauit: quia secundùm formã libelli, & c. de accu. c. qualiter & quando. de simo. c. licet. Hely. Et si dicatur
2 ꝙ non erat necesse eas peti in libello: † quia omnes expensæ quæ post litem contestatam accidunt, veniunt ex officio iudicis & non iure actionis: vt in l. ędiles. §. sciendum. ff. de ędi. edic. & nota. per Inn. in c. finem. de do. & contu. & in c. sæpe. de appel. & per Spe. titu. de expen. §. nunc de expen. ver. hoc quoq; notandum. & ideo iudex poterat condemnare vel nõ condemnare. per l. non quicquid. ff. de iudi. & de off. dele. c. consuluit. & ideo si condemnationem expensarũ omisit: appellare non potuit.
3 Nam in ijs quæ † iudicis arbitrio * relinquũtur, appellari non potest: vt no. Spe. ti. de offi. iud. §. impedit. Alij & maior pars de quorũ numero ego eram, tenebant & dicebant contrariũ: videlicet ꝙ appellare, & expensas in quibus primus iudex non cõdemnauit, petere potuit. Mouebantur: quia regulariter victus victori de iure cõmuni debet condemnari in expensis: vt l. properandum. C. de iud. de pœnis. l. calumniã. Et licet secundùm vnum intellectũ l. omnem honorẽ. quando victus non appellat, victor ab omisione condemnationis expensarũ appellare non poterit: tamẽ secundùm maiorẽ partem si victus à sentẽtia contra se lata appellat: victor etiã appellare poterit. Nã vtraq; pars à sentẽtia appellare põt. de testa. c. Raynuntius. & c. Raynaldus. & pro hoc all. vna no. Ber. in c. significauerũt. de except. super ver. absoluitur. quę re probatur ibidẽ per Abba. & etiã per Spe. tit. de app. §. in quib⁹. ver. xxxiiij. vbi Spe. aliter pdictã l. omnẽ honorẽ. intelligit, dicẽs ꝙ victus si appeller, tũc victor appellare

Diffinitiuã. Adde Fely. in c. significauerũt. de except. Car. an cle. sæpe. §. si. pen. q. de verb. signi. Franch. in ca. sæpe. ver. xvij quæritur. numero 53.

Iudicis arbitrio. Secus est quãdo aliquis iudex ex officio suo facere potest & non vult facere: quia tunc appellari potest: vt habetur p do. Fely. in c. p tuas. deteſt. in ij. col. ver. Itẽ inquantũ dicit hic glo.

non poterit pro eo tantum ꝙ iudex non adiudicauit sibi expensas: vel ꝙ adiudicauit insufficienter. & pro hoc alleg. l. omnem honorem. & nota per eum ti. de expen. §. postmodum. ver. illud quoq;. Si verò victus nõ appellat: tũc victor appellare poterit: vt ipse nota. in ver. sed quid si victus. Ratio diuersitatis est secundùm eũ. Nam quãdo victus appellat: tũc victor etiam sine quacunq; appellatione expensas & omnia alia petita in prima instantia petere & prosequi poterit. per l. per hanc. C. de tempor. appel. de fide instru. c. cùm Ioannes. frustra igitur tunc ipse appellaret, ex quo ex appellatione partis aduersę se iuuare poterit, & illud consequi quod ex sua. de appella. c. oblatæ. & dehonestat iudicem qui eum honorauit: vt in l. omnem honorem. At vbi victus non appellaret, si ipse victor etiam appellare non posset: expensas suas nũquam recuperaret: sicq; sibi magnum præiudicium fie
4 ret ex facto aduersarij sui, quod esse nõ debet. non † esũ debet licere actori, quod reo non licet, & contra. de muneri. c. j. & ij. de reg. iur. non licet. lib. vj. Concludendo igitur dicitur ꝙ id seruat curia, & ꝙ hæc est mens prædictæ l. remittens ad not. per eum, quæ modicum ad hoc faciunt, ti. de expen. §. nunc uidendum. ad fi.

SVMMARIVM.

A sententia nulla appellatur: & in vim talis appellationis potest appellatus prosequi nullitatem ipsius.

EPITOME.

1 *Appellatione facta à sententia ipso iure nulla an deserta appellatione debeat super huiusmodi appellationis desertione pronuntiari?*

2 *Appellatio interposita ad papam treis habet effectus.*

3 *Appellatione facta à sententia nulla potest appellatus in vim talis appellationis prosequi nullitatem.*

Decisio 48. aliàs 361.

1 FVit dubitatum vtrũ si appelletur † à diffinitiua sententia quæ est ipso iure nulla, & deseratur appellatio, possit & debeat pronuntiari super desertione huiusmodi appellationis. Et videbatur aliquibus dominis ꝙ non. quia sicut non tenebatur à sententia quæ est nulla appellare: vt de re iudi. c. j. ita nec tenebatur prosequi. frustra enim prosequeretur. cùm nullum effectum operaretur. de offi. dele. c. cùm contingat. de appel. c. qua fronte. Ad hoc respondebatur quòd prędicta appellatio
2 † treis effectus operari poterat. Primò causam ad curiam deuoluebat, nedum appellationis sed totius negotij principalis: maximè si delatum erat per iudicem, vt ponebatur in facto. de ap. c. sæpe. §. saluis. & eod. ti. c. cordi. lib. vj. ver. ij. sq;. & c. cum appellationib. eod. ti. & lib. Secundò per eum pars appellata ad curiam citabatur: præsertim si terminus à iudice vel ab appellãte erat prę fixus: vt in dictis iurib⁹ c. sæpe. & c. cordi. [sicq; * si pars appellata venit vel misit ad curiam propter huiusmodi appellationem deuoluentem & citantem: & pars appellans non venit neq; misit, tenebatur parti appellatę competenter facere recompensationem expensarum: vt prę dictis. c. sæpe. & c. cordi. & c. reprehensibilis. versi. si autem.] Tertiò, quia in vim † prædictæ appellationis poterat appellans prosequi nullitatem sententię à qua appellauit: iuxta nota. per Inno. in c. dilecto. de appellatio. quod facere non poterat, si erat deserta. Sicque multum expediebat, vt pars maior dominorum dicebat pronuntiari super desertione * appellationis huiusmodi: & sic factum est per me, qui habui causam. Et prædictum dubium posui in consiliis. vide Io. An. & Paulum in clem. si appellationem. de appel. in penul. & vlti. glo.

SVMMARIVM.

Si iudex non deferat appellationi re integra de voluntate partium reassumit iurisdictionem: secus si deferat, aut appellatio sit superiori præsentata: cùm tũc ad eum sit principale negotium deuolutum, nisi per superiorem causa ad primum delegatum iudicem remittatur: partes tamen ad iudicem ordinarium possunt redire.

EPITOME.

Appellationi cui per auditorem delatum est, partes renuntiare non possunt.

Appellationi interpositæ & interponendæ, an & quãdo possit renuntiari.

3 *Iuri suo renuntiare cuilibet licitum est.*

4 *Iudex deferens transfundit suam iurisdictionẽ in superiorem: nec potest absque noua commissione de causa delata cognoscere.*

Decisio 49. aliàs 363.

EX hoc insurrexit aliud dubium: videlicet, vtrũ ad
1 iudicem † in partibus à quo iudicialiter à quibusdã grauaminibus ad sedem apostolicam fuerit appellatum & appellationi delatũ, ac terminus ad prosequendum huiusmodi appellationem prefixus: ambę partes re integra hoc est, antequam sit huiusmodi appellatio superiori præsentata & per ipsum recepta, possint ad prædictum iudicem: à quo sic erat appellatum & delatum redire, & in principali negotio procedere ad vlteriora. Aliqui domini dicebãt quod sic. per c. interposita. §. ille denique. de appel. vbi videtur textus rotundus de appellãte
2 † quòd possit renũtiare * appellationi suæ expresse & redire ad priorem iudicem, saluo iure expensarum reficiendarum parti appellatæ: quæ tunc locũ non habet, si de ipsius consensu & voluntate huiusmodi habeatur reditus siue regressus. Pro qua parte facit optimè textus in c. quamuis. de elect. lib. vj. & facit clem. quãuis rigor. de appel. & in antiquis c. personas. c. cùm sit c. sæpe. & c. reprehensibilis. in quibus apparet quod propter tacitã renuntiationẽ appellantis & non petẽtis apostolos debito tempore, nec in termino prosequentis appellatione partes redeunt ad priorem iudicẽ, & ad ipsius examẽ mul-
3 tò fortius propter renuntiationem expressam. Nã cuilibet licitum est renuntiare † iuri suo. de regular. cap. ad apostolicam. Pro hac etiã parte faciũt & possunt induci omnia argumenta & rationes inductæ per Ioã. monac. in c. cum appellationibus. de appel. li. vj. vbi quęrit & disputat de iudice appellationis deferente. An possit re integra huiusmodi delationem reuocare, & in causa vlterius procedere, & tenet ꝙ sic per multas rationes, quas dominus Io. Andr. reprobat in duobus locis, atq; ibidem in nouel. remittit dicens Tancredum tenuisse cõtra Ioã. monach. remittit enim primò ad notata per eũ in c. cõstitutus. ij. de appel. super verbo, confirmauit. & in c. meminimus. de accusat. super verbo, deferre. Quem secuti maior pars dominorum in prędicto dubio tenuerunt & concluserunt cõtrarium, per c. cum appellationibus fri-
4 uolis. vbi expresse apparet quòd per delationẽ † iudicis transfunditur tota iurisdictio in superiorẽ, in tantùm ꝙ de illa causa ammodò se intromittere non põt, etiam de consensu & voluntate partium: nisi per superiorem sibi remittatur: quæ remissio censetur noua cõmissio, & in vim illius nouæ & non antiquæ cõmissionis procedere potest. Consensus enim partiũ quòd ad hoc nil operatur quia pactũ priuatorũ, & c. de foro cõpe. c. si diligentiã. de iurisdi. om. iudi. l. si conuenit. Nec obstãt iura in contrarium allegata, quæ loquuntur quãdo iudex à quo appellatur, non detulit, & sic remãsit iudex: tunc enim tacitè vel expresse appellationi renuntiare possent, & ad illã redire. Pro hac parte faciunt duo iura antiqua: videlicet, c. solicitudinẽ. & c. dilectis. de appel. in quibus dicitur, ꝙ per appellationem legitimam nedũ negotium principale, sed omnia accessoria sunt ad sedẽ apostolicã delata: & ideo cessantur omnia post huiusmodi appellationẽ per iudicem à quo attentata & facta. facit c. dilecti. eod. tit. Prima tamen opinio posset procedere & locũ habere in ordinario vel tali iudice qui potest adiri per simplicem querelam, ad quem partes possunt redire non obstante delatione. argumen. capit. primi, de foro compet. de appella. cap. romana. libl. vj.

SVMMARIVM.

Quamuis ius deferat appellationi interpositę à diffinitiua: tamen in præsentia iudicis si publicè haberi potest, appellari & apostoli peti debent, quos iudex à quo dat reuerẽtiales, & dat etiam acta pro apostolis. h. d. Vel sic. Iudex si se in publicum non exhibeat, sufficit ante domum suam appellare, & apostolos petere.

EPITOME.

1 *Appellari an & quando possit in absentia iudicis.*

2 *Appellans non petens apostolos dicitur non appellasse.*

3 *Apostoli sunt pars appellationis, & de eius substantia.*

Decisio

* *Verba quæ his notulis* [ ] *inclusa sunt, sunt præter antiquam lectionẽ, vt quæ in exemplaribus vetustis non inueniantur.*

* *super desertione. Adde quòd iudex à quo potest præfigere terminum appellanti: quo elapso ita erit deserta appellatio ex lapsu illius termini, sicut per lapsum termini iuris. ita dicit dom. Abb. in. c. de ap. in vlti. no. & ibi per do. Feli. in prin.*

Decisio 50. aliàs 366.

SI appelletur à diffinitiua sentẽtia in absentia iudicis & ad domum suam quam inhabitare consueuit & coram notario causæ. Dubitatur † vtrum valeret huiusmodi appellatio: præsertim vt præsupponebatur in facto, quòd bene sciebatur per appellãtem vbi erat auditor in loco tamen à domicilio suo distãte bene per duas dietas: & sic vt videbatur, debebat appellans iuisse, & apostolos infra xxx. dies petijsse: quia illos non petijt: nec prædictam appellationem prædicto auditori quando potuit intimauit: videbatur appellationi renunutiasse, per cap. cordi. & capitu. ab eo. de abppella. libro sexto. iuncta clemen. quamuis. eodem titu. Fuit determinatum & conclusum contrarium. Nam licet iura velint quòd coram iudice sit appellandum, vt ei debitus honor deferatur: vt in capitu. vt debitus. de appella. & ij .q. vj. §. biduum. & ibi per Ioan. & de appella. capitu. suggestum. per Hosti. tamen hoc est intelligendum si potest haberi eius copia & in publico nõ in hortis vel villa suburbana, vt in dicto §. biduum. vel nisi iustus metus appellantis excusat: vt in capitu. si. de appella. in his enim valet appellatio interposita in absentia iudicis facta cum protestatione de metu, vel eius absentia: vt in dictis iuribus, vt not. per Ioan. an. & Archidiac. in capitu. appellatio. de appella. lib. sexto. super versi. iudici. At hîc nedum fuit in horto iudex sed fuit vltra duas dietas in aliena diœcesi, à loco quo iudicauit, vbi eum quærere non debuit nec tenebatur. argum. capitu. statutum. §. in nullo. de rescript. libro sexto. Ex hoc † etiam infertur, quòd nõ tenebatur ibidem ipsum quærere pro apostolis dandis, qui sunt * petendi tempore & loco congruis. At hîc videlicet locus domicilij fuit congruus vbi appellauit infra tempus debitum, & apostolos instãter petijt. ergo appellationi non renuntiauit: quia iuribus hoc suadentibus satisfecit. Præterea vnus de dominis dixit, quòd non esset multum necessaria apostolorum petitio quãdo appellatur à diffinitiua: quia iudex non posset dare alios apostolos quàm reuerentiales: quia ius defert appellationibus huiusmodi: & si non deferret puniretur: vt leg. & not. in capi. de priore. de appella. Superfluum enim illud impetratur, quod à iure conceditur C. de thesau. l. vnica. præterea si capitu. cordi. recte inspiciatur ibi, de apostolis petendis per appellantem à diffinitiua. nihil disponitur: imò ibidem de his quæ antiquitas statuit in appellationibus à diffinitiuis sententijs interpositis nihil immutatur. sed in antiquis de hoc nihil disponitur. Ergo probatur hoc etiam in cap. sæpe. de appella. versi. saluis. Tamen domini non stabant huic rationi. quia apostoli † sunt pars, imò de substãtia appellationis: licet Arch. videatur innuere contrariũ in c. ab eo. de appel. quod quidem c. & c. vt super. & cordi. & omnia iura loquentia de apostolis petendis vel dandis, loquuntur generaliter siue in iudicio siue extra appelletur. ergo generaliter sunt intelligenda. ij. q. v. consuluisti xix. dist. si romanorum. de maio. & obed. cap. solite. de coniugi. lepro. cap. quoniam. Præterea si apostoli per appellantem à diffinitiua non deberent peti, ad quid disputarent doctores in c. ab eo. & in cle. quamuis superius alle. vtrum illi xxx. dies dati ad petendũ apostolos currant à die prolationis sententiæ siue appellationis interpositæ: frustra enim tunc circa hoc instarent doctores. §. his quoq;. in c. cordi. & ver. saluis. in cap. sæpe. Non obst. quia alius est modus appellãdi à diffinitiua: puta sine causâ & sine scriptis, & etiam prosequendi, & partem non prosequentem puniendi: quod in appellationibus interpositis ante sententiam & in illis prædicta iura voluerunt aliquid immutare. Sed quò ad apostolorum petitionem & dationẽ qui sunt pars appellationis, & de eius substãtia, nihil immutatum est, imò statutum & ordinatum est quòd per quemcunq; appellantem infra xxx. dies ac loco & tẽpore congruis & cũ debita instantia apostoli petãtur: aliâs prædictus appellans appellationi suæ renuntiasse videtur: imò reputabitur non appellãs: vt in cle. quamuis. & cap. cordi. hoc etiam per antiquos canones expresè probatur: vt ij. q. vj. cap. siquis iudicem. ver. post datam verò sententiam. & ca. sententiam. cap. post appellationem. §. sunt quorum. versi. iudicibus autem. ita quod si iudex appellationem recipiat siue non, semper apostolos tradere & exhibere tenetur: prout legitur & notatur in dict. ca. cordi. & c. vt super. de appel. li. vj.

1 2 3

Sunt petendi. Nam si appellans nõ petijt apostolos, dicitur nõ appellasse. vide per do. de sancto Gemi. in in cap. ab eod. §. fi. de appel. lib. vj. & Fel. in cap. personas. de appell. col. fina.

SVMMARIVM.

Lite super restitutione ad appellandum pendente nihil debet innouari, & innouata debent reuocari.

EPITOME.

1 *Attentata pendente causa restitutionis ad appellandum veniunt reuocanda.*

2 *Sententia excommunicationis pendente causa restitutionis ad appellandum lata per modum attentati, an absq; absolutione veniat reuocanda.*

3 *Sententia excommunicationis an per appellationem annulletur.*

Decisio 51. aliàs 379.

SI committatur † causa restitutionis ad appellandum à diffinitiua sententia, qua pendente hæc sententia mandatur executioni, & fiunt processus censuras ecclesiasticas continentes contra restitutionem petentem: Dubitabatur de duobus. Primò vtrum prædicta executio facta huiusmodi causa siue negotio restitutionis pendente sit reuocanda per modum attentati. & si sic vtrum huiusmodi reuocatio locum habeat in huiusmodi censuris ecclesiasticis sicut in alijs. De primo videbatur quòd non: quia ex quo sententia diffinitiua nulla appellatione suspensa transiuit in rem iudicatam, poterat & debebat executioni mandari. de re iudica. c. cùm inter. c. quod ad consultationem. de elect. c. cùm dilectus. de appella. capi. concertationi. libro sexto, cum similibus. Factum igitur legitimè retractari nõ debet, ergo. de resti. spol. capitu. audita. de regu. iur. factum legitimè. libr. vj. Effectus etiam confirmationis prætextu appellationis impediri non potest. de appella. capit. constitutus. de except. cùm ecclesiasticæ. Præterea cùm adhuc non sit restitutus ad appellandũ, stat sententia firma: & si esset restitutus, & ideo esset appellatum, videretur idem: quod tamen est falsum, per capitu. non solùm. §. de appella. libro sexto. Et ideo fuit concluſum & determinatum per omnes dominos cõtrariũ. Videlicet prædicta attentata huiusmodi causa restitutionis pendẽte fuisse & esse reuocãda per modum attentati. maximè quia, vt ponebatur in facto, per auditorem antedictum ante huiusmodi executionem factam fuerat inhibitum & canonicè, & postea restitutus sententialiter ad appellandum: & ideo, quicquid medio tempore factum fuerat post & contra huiusmodi inhibitionem, erat reuocandum: vt in dicto. ca. non solùm. in fi. & capitu. romana. §. cùm verò. eodem titul. libro sexto. Præterea non potest negari quin lis pendebat saltem super huiusmodi restitutione, an esset concedenda vel ne, & ex causis in petitione restitutionis deductis pars contra quam poterat instrui plenè & verisimiliter præsumere ipsam restitutionem dandam & concedendam. ergo meritò debebat supersedere executioni donec de eo esset cognitum & discussum. facit in argum. clementi. ij. vt lite pendente. & capitu. præterea. de dila. Nam si sententia aduersus quam petitur restitutio in integrum non est executioni demandandá, nisi detur cautio & cætera: vt in capitu fuscitata. de restitu. in integrum. multò fortius quando petitur restitutio ad appellandũ ex certis & legitimis causis, quæ restitutio citius & leuiùs conceditur, & concedi debet quàm restitutio aduersus sententiam: vt in capitu. ex ratione. de appella. & in capitu. quamdiu. eod. tit. in clemen. Reuocabuntur igitur omnia tanquam lite pendente attentata, per cle. ij. vt lite penden. postquam etiam papa causam restitutionis commisit, videtur ad se negotium totum reuocasse, & sic nihil potuit fieri medio tempore negotio sic pẽdente. de appella. vt nostrum. de elect. capitu. si eo tempore. libro sexto. De secundo, † Vtrum censuræ ecclesiasticæ post dictam inhibitionem & lite pendente fulminatæ essent per modũ attentati reuocandæ sicut alia facta: puta, in corporalem possessionem inductio, &c. Videbatur aliquibus quod sic. propter not. Archidiac. in capi. non solùm. superius allega. vbi dicit expresè, quòd iudex ex officio suo reuocabit sententiam excommunicationis latam post sententiam diffinitiuã infra decem

Vide infrà eodem 62.

1 2

dies datos ad appellandum sicut alia attentata: vt dicit glos. Innocen. eodem titul. c. solet. & idem dicit in cap. venerabilibus. de senten. excommunica. §. porrò. libr. vj. æquiparans talem sententiam sententiæ latæ post appellationem: & tamen fatetur hoc casu necessariam absolutionem. cuius opinionem ibi reprobat Ioan. Andr. super versicul. appellatum. dicens, quòd Archi. aut ex verbis suis prædictis corrigere voluit quod dixerat: aut est sibi contrarius: aut voluit inducere nouum casum, quo sententia nulla egeret absolutione, quod Ioan. And. non capit: quia hoc esset dicere contra decre. illam & capitul. per tuas. de senten. excommunicatio. & decr. cùm olim. de officio delega. & decre. ab excommunicato. de rescri. tenet igitur Ioan. Andr. per illam literam in decre. venerabilibus. quòd non reuocatur per modum attentati sententia excommunicationis sicut alia: imò absolutio est necessaria. Et ratio sua est ista. quia excommunicatio aut statim tenet, aut statim non tenet: vt legitur. & notatur in capitul. pastoralis. de appellationib. Sed pone quòd post latam sententiam diffinitiuam infra decem dies iudex excommunicat partem non parẽtem: postea illa pars appellat: non est dubium quòd bene ligat illa sentnetia. Speciale est ergo in illa: q̃ per appellationem
3 † sequentem nõ annulletur, licet malè fecerit iudex excommunicando infra decem dies: & excommunicando eum, tolleret illi beneficium iuris, scilicet appellandi, quod non debet esse. de re. iur. indultum. cum similibus. Præterea licet iudex non seruando ordinem traditum in excommunicando in capit. cùm medicinalis. de senten. excommunicatio. lib. vj. excommunicet: tamen sententia tenet & valet secundùm omnes ibidem scribẽtes. sic etiam in casu nostro, licet iudex infra decẽ dies non debebat excõmunicare: tamen quia excõmunicauit siue benè siue malè ante appellationem tenuit & valuit. xj. q. iij. sententia pastoris. quia statim excommunicationis sententia secum executionẽ trahit: vt in c. pastoralis. de appella. In hanc partem etiã declinauit Specu. ti. de app. §. de officio. versi. si verò. post Io. mona. in capit. is cui. de senten. excõmu. tunc enim bene venient reuocanda, in secundo casu non. Sed quicquid sit, domini omnes declinauerunt in opinionem Ioã. mona. quò ad prolationem sententiæ: sed quò ad monitionẽ & denuntiationem & alia executorialia prædictæ sententiæ cõsistentia in facto, dixerunt omnia illa per modum attentati bene reuocanda, de qua videlicet denuntiatione ego vacillabã, propter cap. pastoralis. de appel. quia ibi expresè apparet, quòd post appellationem potest fieri executio excõmunicationis sententiæ ante appellationem latæ, quæ est denuntiatio, quæ potest fieri secundum me, vbi & quandocunque executio sententiæ tenet. At secundùm supradicta in casu nostro tenuit & valuit executio. ergo licitè potuit fieri denuntiatio: nisi velimus dicere quòd propter inhibitionem & litis pendentiam non potuit neque debuit fieri prædicta denuntiatio: & ideo tãquam post inhibitionem & litis pendentiam in præiudicium litis pendentiæ & contemptum iudicis facta fuit reuocatio, per iura superius allega. Ad quod respondeo, quòd simili modo post inhibitionem & litispendentiam non potuit nec debuit fieri prædicta excõmunicationis sententia: tamen hoc non obstante tenet & valet vt supra dictum est. Nam licet multa fieri prohibeantur: facta tamen rata manent. de regu. cap. ad apostolicam. Preterea iste est vnus casus de irretractabilibus in quibus maximè procedit dicta regula: Multa fieri prohibẽtur &c. De quo in clementi. præsenti. de censib. in quibus irretractabilibus non habet locum reuocatio attentatorum: vt not. Ioan. monach. in capi. cupientes. de electio. super ver. à gratia. libro sexto.

SVMMARIVM.

Adhærentes appellationi quòd pro appellante testes esse nõ possint. Item & hi qui consimilem causam tum fouent tum habent.

EPITOME.

1 *Adhærentes causæ non possunt in eadem causa testificari.*
2 *Procurator depositus an possit esse testis in causa quam procurauit.*

Decisio 52. aliàs 381.

1 FVit dubitatum, vtrum † adhærẽtes appellationi in causa beneficiali possent esse testes pro appellante, & sine argumentis fuit determinatũ & conclusum per omnes q̃ non, propter affectionem causæ: tum quia per adhesionem fecerunt se partem: vt in c. statuimus. & c. cupientes. de elect. lib. vj. At nullus potest esse testis in causa sua propria: vt iiij. q. iij. §. nullus. instit. de testib. §. licet. ergo &c. Præterea si similitudo causæ repellit testem: vt in c. personas. de testib. multò fortius quando testis in eadem causa adhæret agenti. Et sicut procurator & aduocatus repelluntur à testimonio propter affectionem causæ: vt in c. romana. de testib. lib. vj. Ita & adhærentes, qui sunt pars in causa, vt superius dictum est, & fuerunt citati ad causam, vt ponebatur in facto. Verum quia replicabatur per partẽ aduersam quòd appellatio sua propter non prosecutionem suam erat deserta, & sic per consequens cessauit adhæsio. vnde dicebatur valuisse testimonium dictorũ adhærentiũ deponentium in causa post desertionem huiusmodi appellationis. cuius cõtrarium fuit cõclusum & determinatum per omnes dominos. Nam licet cessasset appellatio, non tamen cessauit causa, quæ per viam simplicis querelæ fuit in curia introducta, in qua non est dubium quòd producti in testes reo conuento adhæserunt, propter quod suspecti fuerãt quæ suspitio durãte causa durare videtur, licet cessat ad-
2 hæsio. argu. d. c. Romana. de testib. lib. vj. Vbi † appareat expresè quòd procurator etiam deposito officio nõ potest esse testis in eadem causa, in qua procurauit propter affectionem ipsius causæ, pari ratione & multo fortius de adhærentibus, qui adhærendo fecerunt se partem: & propterea præsumitur minus & plus fauere vni parti quàm alteri: quæ nimia fauentia repellit iudicem & testem: vt lit. non cõtest. c. accedens. pro & contra facit. not. per Spec. tit. de testi. §. j. versic. quid si olim. & versi. Item quid fuit in eadem causa. & versic. quid si appelletur. & versic. quid si iudex statim.

SVMMARIVM.

Appellans in causa beneficiali & non prosequens suã appellationem appellato prosequente, si in ipsa appellationis causa succumbat: non auditur iterum appellans: quod secus est, si esset appellatus: potest tamen restitui ad prędictam appellationem prosequendum, si se legitimè impeditum probauerit.

EPITOME.

1 *Appellans extraiudicialiter in causa beneficiali in cuius contumaciam processum est, & sententia lata contra eum ab ea non poterit iterum appellare.*

Decisio 53. aliàs 384.

1 FVit dubitatum vtrum † appellãs extraiudicialiter in causa beneficiali iuxta formam c. statuimus. de elect. lib. vj. & intimans aduersario suo eandẽ iuxta formam cle. causam. eod. tit. si appellato huiusmodi appellationem in contumaciam partis appellantis prosequente, & pro se sententiam reportante posset ab huiusmodi sententia appellare infra decem dies à prolatione sententiæ. Videbatur aliquibus dominis quòd sic. Nam in iudicijs seruanda est æqualitas, ita quòd non debet licere actori quod non licet reo: nec econuerso. de mutpe. cap. j. & ij. de reg. iur. c. non debet. li. vj. sed licet milesies procedatur in absentia partis appellatæ in causa beneficiali, & sententia contra eum feratur, ipse de stilo & more curiæ infra decem dies à tempore prolationis sententiæ poterit appellare. ergo & appellans. quod tamen nõ est de iure, dummodo sit appellatio debitè intimata iuxta formam clemen. antedictæ: quia contumax non auditur appellans: vt notauit expresè Compost. & Ar. in dicto capitu. statuimus. quod intelligas de vero & non ficto contumace: de quo per Ioan. Andr. in clemen. prædict. in gl. antepe. & melius in cle. si ante. de dolo & cõtu. Maiori parti dominorum de quorum numero ego fui vnus, videbatur dicẽdum esse contrariũ. nã maior est contumacia actoris quàm rei. de dolo & contum. c. causam. & c. prout. & c. actor. li. vj. & sic cessat argumẽtum æqualitatis pro cõtraria parte inductũ. Præterea appellantium est instare, prosequi & finire suas appellationes

infra tem

infra tempora à iure vel ab homine statuta:quod si non fecerint,puniuntur.de appel.c.cùm sit.& c. personas.& c.sæpe.& c.irreprehẽsibilis.& cle.sicut.e.ti.Item vt plurimum appellantes in causa beneficiali solent deducere obiectus in suis appellationibus,quos si nõ probauerint, grauiter puniuntur.ergo multò fortius si nõ prosequuntur.ar.c.statuimus.§.si verò.& c.seq.de elect.li.vj.Nonne etiam dicit c.cordi.in fi.de appell.quod bene facit ad propositum,quòd in eum meritò iura debent insurgere, qui ius iudicem & partem eludit.Cùm igitur hic appellans ius offendit appellando friuolè,deducendo obiectus in sua appellatione cõfictos,quod verisimiliter præsumitur:quia eos nec curauit prosequi nec probare contra.c. vt debitus.de appella.& d.c.statuimus.& c.quamuis.de elect.lib.vj.Iudicem offendit à cuius processibus friuolè dicitur appellasse,licet extraiudicialiter. Iudicem etiam ad quem appellauit in non veniendo nec suã prosequendo appellationem.& partem sibi aduersam eludit citando ipsam ad curiam per suam appellationem & vexando eam laboribus & expen. Et si dicimus & reputamus illum scilicet manifestum & verum contumacem qui nullo modo auditur appellans, quem citatio iudicis vel iuris personaliter apprehendit:prout leg.& not.in d.cle. causam.& c.si ante. multò fortius idem dicẽdum erit in citante & appellante,qui est certissimus de facto suo:& ideo certiorari non debet.ar.cle.ij.vt lit.penden.quę fortiori ratione procedit in actore quàm reo. Nam rei est fugere:actoris verò instare.vt in d.c. causam quę.de dolo & cont.& sic fuit obtentum,quòd non audiretur appellans,nisi per viam restitutionis:qua via etiã non deberet audiri,nisi doceret de suo interesse & aliquali læsione,vel de iusta causa absentię vel impedimento.ar.no.in c.cùm Bertoldus.de re iudi.de restitu. in integr. ca.cùm ex literis.

SVMMARIVM.

Appellatio contra formam debitam ad papam etiam interposita non deuoluit negotium etiam ad sedem apostolicam,nisi iudex à quo illi detulerit.

EPITOME.

1 *Appellare facto magis est quàm verbo vel scripto.*

Decisio 54. *aliàs* 385.

SI appelletur ab electione prouisione præsentatione vel postulatione alicuius facta vel fienda viua voce ad papam & non in scriptis in præsentia tamen partis: Dubitabatur vtrum per huiusmodi appellationem causa deuolueretur ad curiam romanam. Et videbatur aliquibus quòd sic.maximè si huiusmodi appellans propter hoc ad sedem apostolicam ad prosequendam huiusmodi appellationis negotiũ personaliter accessit & causam legitimam siue probabilem in huiusmodi sua appel
1 latione viua voce interposita expressit.quia † plus est facto appellare quàm verbo vel in scriptis.de appella.capitu.meminimus.capitu.suggestum.& capitu.dilecti.pro hoc etiam allegabatur vna not.Archidiac.in capitu.cordi.de appellationib.super verb.de partium. circa finem, vbi Archidiac. videtur innuere, quòd quandocunque & 1 quomodocunq; appelletur ad papam etiam sine scriptis & licet etiam nullam causam assignauerit, nec apostolos petierit,procedi poterit in causa appellato inuito.allegat capitu.significasti.& capitu.romana.de for. competen. & de appellationib. capitu. cum appellationibus friuolis.libro sexto. Ex cuius dicto videtur quòd appellatio viua voce interposita etiam sine scriptis & nulla causa assignata deuoluat totum negotium principale ad curiam.quod intellige verum si iudex huiusmodi appellationem recipiat & eidem deferat:tunc enim per huiusmodi delationem à se iurisdictionem abdicat & totam suam potestatem in superiorẽ transfundit,& sic loquuntur iura allegata per Archidiac. & etiam ipsemet sic dicit & not.in loco allegato.si verò iudex tali appellationi non deferat, nunquam talis appellatio deuolueret. quare quia esset manifestè friuola, per quam hodie nullum negotium ad curiam deuolueretur:vt in capitu.vt debitus.de appellationib.& melius in capitu.quamuis. de electionib.libro sexto. & ibi text. clarus. Præterea omnes doctores dicunt & tenẽt,quòd in appellationibus interponendis iuxta formam capitu.statuimus.& capitu.cupientes.de electionib.libr.vj.requiritur forma capi. cordi.de appella.in princip.eod.lib.prout Archidiac. & Io. and.notant expresiè in decre. cupientes.super verb. appellatio.& Ioan.mona.super verb.deuoluit. Cùm igitur prędicta appellatio nec fuerit interposita in scriptis nec causa rationabilis assignata:idcirco fuit cõclusum & determinatũ quòd nullo modo deuolueret. Præterea,alius est enim modus ante sententiam appellãdi & alius post: vt in decre.sæpe.& cap.vt debitus.& capitu.cordi.de appellatio. & licet prædicta appellatio sit valida quando sic appellatur à diffinitiua:vt in l.scio.de appe.tamen nihil valet ante sentẽtiam:imò reputabitur non appellans: vt in cap.cordi.superius alleg.Si igitur nulla est appellatio,nullum effectum, & præsertim deuolutionem negotij principalis ad curiam, quod est valde odiosum & exorbitans à iure communi,prout not. Ioan.mo. in regul. in generali.de reg.iur.li.vj. operari seu inducere potest. argu.regulæ,non præstat.& cap.quod ab initio.de regu. iur.lib.vj.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis à grauamine de attẽtatis lite pendente coram primo iudice non cognoscit.

Decisio 55. *aliàs* 389.

SI appelletur ab aliquo grauamine ante sententiam diffinitiuam,& committatur causa appellationis huiusmodi grauaminis alicui alteri auditori. Fuit dubitatum & quæsitum vtrum per appellantem possent peti quædam attentata lite penden.coram primo auditore à quo nunc extitit appellatum, reuocari per auditorem datum in causa appellationis à grauamine? Et breuiter fuit dictum per omnes quòd non,nisi essent attentata post appellationem nunc vltimò interpositam & sibi commissam.de iudi.capitu.exhibita.de rescript. capitu. Rodulphus.capitu.significante.& capitu.significauit.de except.capitu.dilecti.capitu.dilectæ. cum multis simil. vel nisi essent attentata post inhibitionem per ipsum factam primo iudici.de appella.capitu.romana.& capitu. non solùm.libr.vj.cùm etiam de nullo alio possit cognoscere, nisi de grauamine in appellatione expresso: vt in clemen.appellanti. de appella. At hæc non fuerunt expressa nec tibi commissa. ergo &c. Præterea prædicta attentata videntur concernere negotiũ siue causam principalem quam non habet, nisi in euentum. de appella. capitu.vt debitus. pronuntiato igitur bene appellatum & male processum cognoscat de illis attẽtatis: alioquin remittit causam primo auditori,iuxta not. in capitu. vt debitus.& capitu.cùm in ecclesia.eodem titu.& capitu. romana.lib.vj.

SVMMARIVM.

Appellatio vbi ad romanam curiã causam deuoluit: contra appellantem absentem per audientiam appellatus procedere potest:secus si post annum procedat petendo appellationem pronuntiari desertam.

EPITOME.

1 *Si appellatum est in partibus,& delatum appellationi: & post fatalia lapsa appellatus impetrat commissionem super desertione,an debeat appellans de nouo in partibus citari?*

Decisio 56. *aliàs* 418.

SI † appelletur à diffinitiua sententia lata in partibus in causa beneficiali, & defertur appellationi per vtranque partem: si post fatalia appellationis appellatus impetrat commissionem super desertione appellationis in curia:Fuit dubitatum vtrum appellans deberet citari in partibus ad dicendum cõtra commissionem & docendum de diligentia, vel posset procedi contra eum per audientiam.Super quo domini erant varij.Aliqui dicebant quod si prędicta appellatio deoluisset negotium principale ad curiam, quòd posset procedi per audientiam super desertione tanquam super accessorio,quod sequi debet naturam sui principalis.de reg. iur.c. accessorium.lib.vj.Quod dicebant alij domini verum, si causa appellationis fuit cõmissa infra fatalia:secus si post.quia cùm tunc non per modum accessorij siue incidenter agatur de desertione,vocanda est pars in partibus,quę fortè vult docere de impedimentis legitimis, propter quæ à

negligentia prosecutionis excusaretur. de appellat.c.ex ratione.& clem.sicut appellationem.eod.titu. Vel fortè posset dicere & proponere se acquieuisse sententię contra eum in partibus latæ, vel appellationi renuntiasse quod poterit.de ap.c.interposita.& c. solicitudinem. Et in hanc partem declinauit maior pars dominorum.

SVMMARIVM.

Si appellãs in termino statuto vel prorogato vel anticipato non cõpareat: non tamen suæ appellationi renũtiat, dũmodo in primo termino debito modo apostolos petierit: quos si non petiuisset, & iudex non dedisset, deserta esset appellatio, & iudex iurisdictionem retinebit.

EPITOME.

1 *Appellans si in termino statuto vel prorogato vel anticipato non compareat, an suæ appellationi renuntiare videatur.*

2 *Appellans non tenetur in termino prorogato iterum apostolos petere: sufficit enim semel petiisse.*

3 *Iudex non dans apostolos in termino appellanti prorogato an iurisdictionem amittat.*

4 *Iurisdictio semel amissa an & quomodo reuiuiscat.*

Decisio 57. aliàs 406.

1 SI auditor appellanti † & apostolos cum debita instantia petẽti præfigat certum terminum ad dãdum & recipiendum apostolos: & illos appellans in termino certo præfixo petat: & iudex iterũ prorogat eundem terminum ad aliam certam diẽ, in quo die nec appellans cõparet, nec iudex dat. Dubitabatur de duobus. Primò, vtrum appellans in termino prorogato non cõparendo nec apostolos petendo videbatur appellationi suæ renuntiasse. Secundò, vtrum iudex nõ dando, iurisdictionem statim amiserit: ita quòd irritus eius fuerit processus postea per eum habitus. Ad primũ omnes domini dicebant standum glossę ordi. Ioan. Andr. in clem. quamuis. super versicul. videtur. de appellatio. cum qua concord. Paul. per omnia & clarius loquitur: videlicet, quòd licet tutius sit, quòd appellans in termino prorogato iteratò compareat: nõ tamen † tenetur plus de iure apostolos petere: sufficit enim bina vice ipsum petiuisse, & sic negligentem vel renuntiantem dici nõ posse, & hoc dicit Paul. ibidem satis colligi de mẽte illius decr. quæ de tertio termino non loquitur. interest enim appellantis ne toties grauetur in eundo & in petẽdo. Nam ex quo bis cum debita instantia petijt, iuri siue constitutioni satisfecit. ergo negligens dici non potest. absũrdum etiam esset secundùm prędictos docto. appellantem singulis diebus termini, imò in pluribus horis diei posse ad eundem comparendum & petendum arctari. Idem per eadem motiua fuit determinatum in quibusdã alijs consilijs de termino sibi anticipato per iudicem. verbi gratia. Iudex assignauit terminum iuris, siue vltimam diem termini iuris ad dandum & recipiendum apostolos: volens autem apostolos dare ante prædictum terminum iuris, facit partem appellãtem citari ad certam diẽ ante dictum terminum iuris, in quo appellante non comparente iudex dat apostolos refutatorios in contumaciam citati & non comparẽtis tunc, nec in termino iuris. Fuit dubitatum vtrum appellãs propter hoc renuntiasset appellationi suæ. Et fuit conclusum quòd non. Tum quia sicut in termino prorogato nõ tenebatur petere per iura superius ad hoc inducta: ita nec in anticipato. quia sicut iudex potuit prorogare: ita & multò fortius abbreuiare. argumen. not. in c. cùm sit. de ap. de sen. & re iudi. c. quod ad consultationem. tum etiam quia in termino iuris primo sibi præfixo non tenebatur comparere nec petere apostolos iã datos, frustra enim quis petit extra, quod intus habet. de iudic. capitu. examinata. cum simi.

3 In secundo † dubio domini erãt varij. Aliqui asseruerũt auditorem nõ dantem apostolos in termino prorogato, nullam iurisdictionem amisisse. tũ quia non fuit in illo termino debitè per appellãtem requisitus: quod vult cõstitutio, vt super. & c. ab eo. de ap. lib. vj. Tum quia totus terminus iuris cedit sibi ad dãdum apostolos. Ante lapsum autem totius termini, via licet. xxx. dierum nõ admittit iurisdictionem, imò retinebit, & apostolos adhuc offerre & dare poterit, cùm sit ifra terminũ iuris: & sic iurisdictio eius in totũ non expirauit: nec processus eius impeditus imò fortè secundùm Pau. vbi supra, appellãs tenetur eos recipere post terminum iuris, cum dẽtur ad instructionẽ superioris: sed si non reciperet, crederẽ nihilominus auctoritate dictæ cle. in fin. appellationẽ suã nihilominus prosequi posse, & iudicem etiam post terminos apostolos dantem: iurisdictionẽ in negotio principali amisisse. decre. vt super. de ap. lib. vj. per quã & per decre. ab eo. eod. tit. iuncta cle. quamuis. in fi. maior pars & quasi omnes in prędicto secundo dubio tenuerunt & concludendo dixerunt auditorẽ non dãtem apostolos in secundo termino per ipsum præfixo debitè per appellãtem petitos iurisdictionẽ amisisse: & processum postea per ipsum habitum non valuisse. Ratio, quia nedum ille terminus fuit partis ad petendum, sed etiam iudicis ad tradendum: vt in dictis iuribus. & not. Io. And. in clem. quamuis. super ver. tempore. & idẽ Pau. ibidem. Si ergo non tradidit requisitus, perindè est ac si expresè denegati fuissent, per si. clem. antedictæ: sed si eos denegasset, iurisdictionem amisisset, ergo nec per dationẽ apostolorum post iurisdictionem semel amissam sine noua commissione recuperaret. arg. c. cum appellationibus frino-

4 lis. in fi. de ap. libr. vj. Semel † enim extincta iurisdictio non reuiuiscit. de cõse. dist. iiij. quęris. ff. de solut. qui res. §. aream. imputet enim sibi quòd se terminum iuris abbreuiando ad hoc arctauit, quod potuit, secundùm Paul. vbi suprà, cùm eius fauorem respiciat. per l. quod fauore. C. de le. & in re. iur. quod ob gratiam. libr. vj. Nec habet locum in hoc casu morę purgatio quò ad reassumptionẽ iurisdictionis ac validationem processus postea habiti, licet bene quò ad instructionẽ superioris illos poterit dare & mittere propter decretum irritans positum in fi. c. vt super. superius alleg. Ex qua cõclusione sequitur, quòd si iudex in primo termino per eum præfixo apostolos non dat appellanti petenti, licet in termino secundo per eum prorogato illos dederit etiam petẽti in isto eodem termino & recipiẽti, quòd nihilominus iurisdictionem amittit: quod curia non seruat, licet text. sit clarissimus in dicta cle. quamuis. ver. quid si iudex. iuncto fi. c. & gl. super ver. ex tũc. & sequent. Sequitur enim consequẽter ex præmissis vt videtur vna alia conclusio prima facie, quod licet pars in termino præfixo apostolos non petat, quòd iudex nihilominus dare tenetur, & vltroneus se ad hoc offerre: quod si non fecerit, desinit esse iudex. Nam secundum aliquos sufficit prima petitio siue requisitio quam facit appellãs tempore appellationis, attẽto etiam quod ille terminus per iudicem præfixus est suus sicut partis ipse debet & tenetur facere quod suũ est, licet pars sit negligens in actu suo. de dolo & contu. c. cùm dilecti. & c. actor. lib. vj. Tamen salua correctione nõ credem hoc dictum veritate fulciri. Moueor. Nã ex quo appellans in termino primo sibi præfixo non petijt cum debita instantia apostolos, appellationi suæ renuntiauit. Si renuntiatum sit appellationi, iudex apostolos dare non tenetur: sed potest ad vlteriora procedere, & valebit ac tenebit suus processus. ergo &c. Pro quo mihi videtur text. clarus in dicto c. vt super. in fine. dum dicit. Si verò iudex non exhibuerit apostolos requisitus: extunc si in causa procedat, irritus eius sit processus, nisi appellationi renuntiatum fuerit, quod intelligunt ibidem docto. siue tacitè siue expresè. Cùm igitur simus in casu ibidẽ excepto, dicendum erit processum iudicis post renuntiationem appellationis fore validum ratione etiam hoc dictante: quia cessante causa, &c. Tum etiam quia super appellatione quæ non est, apostoli frustra darentur. de despon. impu. capitul. ad dissoluendum. Prętera capitu. ab eo post. capitu. vt super. æditum declarat peroptimè quomodo illud verbum, requisitus. debeat intelligi: videlicet nedum de prima requisitione, sed de secunda & tertia, quę olim ante æditionem cle. quamuis. de rigore iuris requirebantur, licet hodie per eãdem cle. sufficiat vnico contextu cũ debita instantia, congruo tamen loco & tempore eosdem à iudice petere: vt in eadem cle. quæ etiam stringit & arctat appellantẽ ad petẽdum apostolos iteratò in termino per iudicem præfixo, quod si non fecerit, reputabitur nõ appellans: si verò nõ appellasset, locus dationi apostolorum non esset. ergo iudex in dan-

do in culpa

do in culpa non fuit.ergo pœnam non meretur.de consti.c. cognoscentes.cum simi.

SVMMARIVM.

Valet processus primi auditoris post inhibitionem secundi,cui causa appellatiõis manifestè frustratoriæ fuit commissa factos.

EPITOME.

1 *Appellatio manifestè friuola processum non interrumpit, nec obstat iudicis inhibitio.*
2 *Inhibitio virtute appellationis inducta quæ præsupponat, & quid operetur.*
3 *Inhibitio quando dicitur canonica.*
4 *Appellatio manifestè friuola ante sententiam interposita priuat appellantem iure appellandi post sententiam.*
5 *Retractari non dicitur quod illegitimè factum habetur.*

Decisio 58. aliàs 412.

*Friuole. addde supra de offic.deleg.dec.1

SI appelletur † manifestè friuolè * ante sententiam ab aliquo prætenso grauamine ab aliquo auditore, & datis apostolis refutatoris committatur huiusmodi causa appellationis alteri auditori, & per eum seruatis seruandis inhibeatur primo auditori ne vlterius in causa procedat:qui non obstante huiusmodi inhibitione in causa procedat ad vlteriora imò vsq; ad diffinitiuam processit fuit dubitatum vtrum huiusmodi processus & sententia valerent & tenerent.Et videbatur prima facie multis dominis quòd processus totus prædicti domini auditoris primi post inhibitionem sibi factam per secundum rueret & esset nullus per iura vulgaria & communia:videlicet de appella.capit.romana.§.quod si obijciatur.& cap.non solùm.§.illa.eod.tit.lib.vj.in quibus expresse habetur,quòd postquam iudex appellationis incepit cognoscere de appellationis causa an sit vera, potest inhibere iudici à quo ne in principali causa vlterius procedat:vt in.§.quòd si obijciatur.quod si fecerit,totum revocabitur per modum attentati tanquam nullum.§.illa. alleg.ergo &c.loquuntur & intelliguntur quando canonicè facta est inhibitio:vt in.§.illa.superius allega.quod verbum dominus Nicola.multum ponderauit & bene: sed in casu nostro inhibitio non est canonicè * facta, vt statim probabo.ergo. Nam † ad huiusmodi inhibitionem canonicè faciendam requiruntur duo vel tria:videlicet,quòd appellatio sit ex probabili causa interiecta tali quæ si foret probata, deberet legitima reputari: vt in capitu.vt debitus.& in capitu. pastoralis. de appella. & quòd per talem appellationem sit deuolutum negotium ad eum,& quòd ipse recepta huiusmodi appellatione ex causa probabili interposita incipiat cognoscere an huiusmodi causa sit vera.hæc habentur & probantur in dicto.§.quod si obijciatur. tunc primò & non ante potest inhibere:vt ibi,& † tunc canonica dicitur inhibitio,post quam nil valet, quod agitur: vt in.§.illa. superius alleg. At in casu nostro non ex probabili nec ex verisimili:sed ex manifestè friuola causa extitit appellatum. ergo per talem appellationem non fuit negotium ad superiorem deuolutum.de elect.quamuis.lib.vj. & in dicto capit.vt debitus.ergo non recipienda per iudicem appellationis: quæ licet recepta fuerit,hoc fuit de facto & non de iure de quo non est curandum . Nam non quod fit, sed quod fieri debet,ponderandum est.de elect.cap. cùm causam. præterea reperio quòd appellatio † manifestè friuola interposita ante sententiam priuat quem iure appellandi post sententiam à qua aliàs sibi licitum fuisset appellare:vt in clemen.si ante.de dol.& contu. ergo multo fortius inficit prosecutionẽ illius, & propter eam fiendam, quæ fundatur super appellatione à iure reprobata & infecta,cui ius non defert nec est à iudice deferendum. de elect.cap.cùm nobis olim. de appella.cap. cum appellationibus friuolis.libr.vj. Si igitur non valet principale: nec accessorium.de iureiuran.cap.cùm contingat.& ca. cùm quidam. Quod autẽ valeant agitata post inhibitionem non ritè factam est propterea,quia quò ad reuocationem attentatorum necesse est probare veritatem causæ expressatæ in appellatione,vt dictis iur.cap.romana. & c.non solùm.& leg.& not. per Io.mo.in cap.cupientes.de elect.super ver.à gratia.li.vj. At vbi est aliquid de se iniquum , & à iure reprobum & friuolum iustificari non potest:vt de vsur.c.cùm tu.de reg.iur.c.estote.de cõsuetu.c.cùm tanto.de re iudi.ca.pastoralis.in cle.ergo in casu nostro nunquam posset probari veritas causę appellationis:& si probaretur,nõ releuaretur, quia friuola.ergo non admittenda.de offi.deleg.c.cùm contingat.C.de proba.l.ad probationem.nec posset prædicta appella.iustificari ex nouis causis superuenientibus:vt in cle.appellanti.de appel.ergo stat conclusio vera. Quòd processus primi auditoris factus post huiusmodi appellationẽ manifestè friuolam valet,& non tenet inhibitio secundi auditoris non canonicè facta.facit de no.ope.nun.c.1,de resti.in integ.c.cùm venissent. Ratio, quia factum legitimè † retractari non debet.de resti.spo.c.audita. de reg. iur.factum legitimè.libr.vj. Et quæ dicatur appellatio manifestè friuola.vide per Io.an.in clem.si ante.de dol. & contu. & quia sæpe dicitur id manifestum quod non est.de appella.cap.consuluit. Fuit conclusum & consultum fore tutius quòd secundus auditor examinato negotio aut non inhiberet,vel inhibitionem factam reuocaret,vel saltem malè appellatũ & bene processum per primum iudicẽ pronuntiaret:per quam tamen pronuntiationem non validaretur processus post inhibitionem si fuisset canonicè facta,sed bene ante.prout leg.& not. in c. non solùm.per Ioan.and.

1
2
3
4
5

Canonicè facta. Inhibitio enim ligat manus iudicis à quo hoc est verũ in actu reuocabili per appellationẽ à diffinitiua: aliàs in irreparabili , vt in tortura,& simi . sufficit sola appellatio sine inhibitione.d.si quis prouocatione. C.de appe.& per Bal. in l. generaliter.§. licet iuramento. C. de reb. cred.

SVMMARIVM.

Appellatus si velit in causa desertionis procedere coram iudice in curia impetrato, necesse habet partẽ citari facere de partibus:secus in causa appellationis principale negotium deuoluente.

Decisio 59. aliàs 424.

SI à diffinitiua sententia lata in partibus vel in curia ad sedem apostolicam appelletur:& non super dicta appellatione sed super desertione ipsius appellationis commissio in curia impetretur per partem appellatam,& petatur pronũtiari super desertione eiusdem, & procedi per audientiam contra appellantem absentem: Fuit dubitatum vtrum posset sic procedi & pronuntiari appellãte non vocato nec specialiter citato. Et videbatur quòd sic,ex quo negotium principale fuit semel deuolutum ad curiam,semper remãsit ibi cum omnibus sequelis suis dependen.& connexis. At prædictum negotium vt ponebatur in facto legitimè fuit ad roma.curiam deuolutum.ergo ibidem tractandum & finiendum. arg.c. statuimus.iuncta cle.causam electionis.de elect. facit regula iuris,accessorium.de reg.iur.lib.vj. Præterea causa desertionis est pars ipsius appellatiõis. ergo iudex cui cõmittitur causa appellationis,potest etiam sine noua commissione de desertiõe cognoscere: prout scripsi superius in dec.24.eod.ti.quæ incipit. Item quòd auditor datus, &c.quod est verisimum quando causa appellationis est cõmissa principaliter:tunc enim per modum consequentiæ siue accessorij iudex de desertione cognoscet, & per audientiam procedet ad effectum pronuntiandi se iudicem vel ne.quod iudex potest & debet facere,cùm de ipsius iurisdictione dubitabat.de rescrip.c.super literis. de off.dele.c.significãtibus.de præb.c.dilectus.At si appellatio sit deserta,non est iudex.ergo &c.Secusverò vbi non est causa appellationis sed desertionis principaliter commissa:tunc enim hunc articulũ nec discutere nec diffinire potest,nisi parte legitimè ad hoc vocata.per iura vulgaria.ij.q.j.nos in quenquam.de consti.c.ecclesia sanctę Mariæ.de maio.& obed.c.inter quatuor. de cau.possi.& prop.c.j.cum simi. Ad illud quod dicitur in contrarium superius. Ex quo semel negotiũ principale siue appellationis fuit deuolutum ad curiam &c.Respõdebatur hoc verum illo pendente & nondum finito:sed illo finito per sententiam quę in rem transiuit iudicatam.amodo tam causa principalis quàm appellationis si eam non est prosecutus appellans infra fatalia,non est in curia.Iste verũ dixit exquo super eo lata est sententia, cuius appellatio est deserta.viij.q.v.c.j.& facit.c.j.de lit.contest lib.vj.Si ergo principale non est:ergo nec accessoriũ, quod sequitur naturam sui principalis: vt in d.regula,accessorium. Et fuit conclusum per omnes dominos partem appellantem legitimè citandam ad negotium desertionis principaliter commissum in curia tractandum & finiendum:

quia citatus fortè desertionem excusabit propter legitima impedimenta quæ habuit, quod sibi licebit de iure. de appel.c.ex ratione.& clemen. si appellationem. & c. quamdiu.de appellatio.

SVMMARIVM.

Declaratio siue denuntiatio excõmunicationis facta post appellationem ab excõmunicationis sententia per ordinarium lata ad sedem apostolicam interpositã non venit reuocanda per viam attentati.

* Ex eodem. §.est decis.36. aliàs 426. de procu. supra.

EX * eodem facto insurrexit aliud dubiũ vtrum si post citationem ad partes decretam per iudicem,& eius execut. vel post appellationẽ legitimam à sententia excõmunicationis in aliquem per ordinariũ lata ad sedem apostolicam interpositam quis declaretur incidisse in prædictam excommunicationis sentẽtiam & denuntietur publicè excõmunicatus,& aggrauetur:vtrũ per modum attentati prædicta essent reuocanda? Et videbatur aliquibus dominis q̃ sic,per iura vulgaria:vt li te penden.in rubro & in nigro. de app.c. nõ solùm.li.vj. cum multis sim.in antiquit. Fuit tamẽ per maiorẽ partẽ determinatum contrarium. Nam licet per appellationẽ suspendatur effectus & executio illarum sententiarum: vt ff. ad turpil.l.j. & de iureiuran. venientes. tamen hoc fallit in excommunicationis sentẽtia, quæ secum trahit suam executionem:vt in cap. pastoralis.de appellatio.& ibi pro dicta conclusione per Innoc. At omnia prędicta non sunt nisi quædam extensiones primæ sentẽtiæ,quæ statim suum habuit effectum.ergo &c.Pro qua conclusione etiam faciunt not.per Innocen.in capit.præterea. de appella.vide ad materiam not.per Ioan.mo.in capit. licet.& c.is qui.de senten.excommu.libr.vj. vide de ista conclusione in conclusione quæ incipit.Item si cõmittatur causa restitutionis. 1 1

SVMMARIVM.

Appellatio per falsum procuratorem facta valet, & etiam tacitè procedendo in ea ratificatur.

Decisio 60. aliàs 429.

SI in causa beneficiali appelletur in partibus à diffinitiua lata per executorem apostolici impetrantis, & intimetur appellato debitè prædicta appellatio: & postea appellatus veniẽs ad curiam & inueniat causam appellationis & negotij principalis cõmissam alicui auditori nomine procuratoris appellantis, de cuius procuratorio non constitit,nec vnquã appellans factum illius procuratoris ratificauit: in vim cuiusquidem cõmissionis appellatus processit per audiẽriam contra appellantem,& obtinuit sententiam confirmatoriã primę sentẽtiæ pro ipso in partibus latæ cum condẽnatione fructuũ & expensarum, à qua sententia nõ in curia sed in partibus à tempore notitiæ infra decendium appellauit, & causam appellationis & nullitatis prædictæ vltimę sententiæ mihi committi obtinuit,& processit super nullitate antedicta petendo secundam sententiã pronuntiari nullam. Dubitabã & causam in relationibus posui super nullitate processus primi domini auditoris, & fuit solẽniter allegatum pro vtraq; parte, & tandem conclusum per omnes dominos valuisse processum & sentẽtias antedictas: tũ quia causa fuit legitimè deuoluta & seruata tempora per appellatum: tum quia de speciali mandato papæ causa fuit cõmissa,licet instantiam falsi & nullius procuratoris in qua cõmissione nominatus fuit per expressum appellatus,qui potuit etiam ante prẽsentationẽ huiusmodi cõmissionis vti illa secundum opinionẽ aliquorum etiam inuito impetrante:prout leg.& not.in c. ex conquestione.de restit.spol.licet vnus de dominis dixerit hoc procedere quando constaret de impetrãte vel procuratore ad hoc speciale mandatum habente:vt in c. nonnulli.de rescrip.& c.ex parte decani.eod.tit.ff.quod quisque iur.l.j.§.si procu.tum etiam, quia surreptitium rescriptum dat iurisdictionem: vt not.in c. cæterum.de rescrip.& c.ad audientiam. tum etiã quia auditores habent iurisdictionem habitu,licet nõ actu: vt in simili in c.pastoralis.de rescrip.in fin.& ideo commissiones quæ fiunt eis non sunt nisi distributiones per quas datur eis solum exercitium iurisdictionis, in quo attenditur plus factum papę quàm partis:præsertim quando de speciali mandato committitur:tunc enim videtur de certa sciẽtia & proprio motu facere.ar.c.cùm olim.ij. de offi.del. Pro qua conclusione allegabatur quædam not. Spe. tit. de appel.§. nunc breuiter.versic. quid si apparet. 1 2 3

Supra de iu. fexto.

SVMMARIVM.

Appellatus vtitur commissione nomine appellantis etiam sine mandato impetrata,nec per ipsum postea ratificata.

EPITOME.

1 *Appellatus an in vim commissionis per falsum procuratorem nomine appellantis impetratæ procedere possit.*

2 *Rescriptum sine mandato speciali impetratum an sit nullum.*

Decisio 61. aliàs 430.

FVit dubitatũ & per me qui causam habui in relationibus positum: vtrum † pars appellata in causa beneficiali deuoluta ad curiam per appellationem partis sibi aduersæ posit vti cõmissione nomine appellantis impetrata per falsum procuratorem nullum mãdatum ad hoc habentem nec appellante ratificante, & procedere in causa vigore eiusdem. Et videbatur q̃ nõ, per c.nonnulli.de rescript.cum ibi not.Nam, vt ibi apparet, rescriptum est nullum sine speciali mandato impetratum. At sic est in proposito.ergo.nec obst.nor.Inn. in c.prudentiam.de offic.delegat.& in c.ex conquestione.de restit.spolia.videlicet, quòd reus potest vti rescripto contra ipsum impetrato etiam inuito impetrante, etiam ante præsentationẽ secundùm aliquos.vt ibi not. quia Inn.loquitur quãdo constat de impetrante vel eius mandato. At hîc non constat de impetrante vel ipsius mandato.ergo &c.Pro hac opinione fuit alleg.quædam lex cum sua gl.ff.quod quisq; iur.l.si procurator.* Fuit determinatũ & conclusum per omnes dominos vno dũtaxat excepto contrarium. tum quia huiusmodi cõmissiones quæ fiunt in curia sunt duntaxat distributiones, & modica, vel verius nulla iurisdictio datur per eas:sed duntaxat iurisdictionis exercitium:quam auditor habet habitu,licet nõ actu habeat exercitium, quod excitatur per huiusmodi commissiones,sicut dicitur & le.in ordinario.de off.ordi.c.licet in corrigẽdo. At auditores sacri palatij habent ordinarium in audiendo & cognoscẽdo prout le.& not.in clem. auditor.de rescri.&c. Præterea papa potest huiusmodi habitum deducere in actum cõmittendo huiusmodi exercitium etiam nullo petente: nam ipse aliquando proprio motu dat iudicem: vt in c. cùm olim.de offi.deleg.de purgat.c. inter solicitudines. nec refert per quẽcunque preces offerantur.C.de preci. imp.off.l.vniuersi. Ipse enim est qui cõmittit & per suũ cursorem huiusmodi cõmissiones & non per partes præsentantur. & hoc maximè procedit quando de speciali mãdato,vt in casu nostro, aliqua causa cõmittitur: tunc enim ipse ad nullius instantiam id facere videtur.arg. si motu proprio.de prębend.lib.vj.tum etiam quia huiusmodi commissiones sunt communes.iuxta not.per Inn. vbi suprà: maximè quando in eis nomen rei siue appellati exprimetur,vt in casu nostro.Idcirco hîc appellatus potest vti commissione supradicta : præsertim in causa legitimè deuoluta, & de speciali mandato papæ commissa,vt præfertur. 1 2 3

* Ex eodem. §.est decis.36. aliàs 426. de procu. supra.

SVMMARIVM.

Restitutus ad appellandum à die restitutionis infra decendium debet appellare.

EPITOME.

1 *Restitutio ad appellandum impetrata post sententiam qua transiuit in rem iudicatam,quid operetur.*

2 *Restitutus ad appellandum habet decem dies à die restitutionis intra quos debet appellare.*

3 *Executio sententiæ diffinitiuæ facta an in impetratione restitutionis ad appellandum efficiatur reuocabilis.*

Decisio 62. aliàs 446.

SI lata vna diffinitiua sentẽtia in causa bẽficiali quæ trãsiuit in rem iudicatam, & ante expeditionẽ executoriæ possessor contra quẽ prædicta sentẽtia extitit promulgata, veniat ad curiã & obtineat causam restitutionis ad † appellandũ committi, & apprehendẽdo aduersarium in curia faciat ipsum citari ad dicendũ contra huiusmodi commissionẽ:qui nihil dicens cõtra eandem recessit

Allegatur contra ea quæ est ser. quæ sequuntur. cessat de hac pratica.

* Consilium. Exemplaria antiqua legunt consessore.

dem receſsit cum executoria ſua ad partes vigore cuius habuit poſſeſsionem,& percepit fructus antequã aduerſarius ſuus fuerit reſtitutus ad appellandum: quæ omnia poſtquam primus poſſeſſor ex cauſis legitimis fuerit reſtitutus ad appellandũ,petijt reuocari per modum attentati:Dubitatur vtrum venirent reuocanda. Et breuiter omnes domini,me duntaxat excepto, cõcluſerunt quòd non.per c.ſuſcitata.de reſti.in integ.ni præſtita cautione de reſtituendo vniuerſa,quæ occaſione ſententię obuenerunt in caſu quo petens reſtitutionem in integrum aduerſus ipſam ſentẽtiam obtinuerit in cauſa:ſic & fieri debuit executio ſententiæ etiam pendente cauſa reſtitutionis in integ.multò fortius ſi duntaxat petatur & pendeat cauſa reſtitutionis ad appellandum,quæ ſi non concederetur,fruſtra dicta executio impediretur:& ideo pẽdente hoc dubio tenuit & valuit dicta executio:& ſi valuit,reuocari non debuit.per c.audita.de reſti.ſpo.& per
2 regulã iuris,factum legitimè.li.vj.Præterea † licet quis reſtituatur ad appellandum, poterit ne appellare infra x.dies poſt huiuſmodi reſtitutionẽ conceſſam immediatè ſequen.eſſet enim iniquum executionẽ prædictæ ſententiæ medio tempore impedire. pro quo facit in ſimili id quod leg.& not.in c.vt calumnijs.de re iudi.in cle.& quod ibi not.Præterea an prędicta executio fuerit iuſtè vel iniuſtè facta id futurus declarabit euentus. Nam ſi iſte nunc reſtitutus ad appellandum & qui etiam infra decendiũ,vt ponebatur in facto,à dicta ſententia appellauit,obtinuerat in cauſa appellationis videlicet infirmatoriam prædictæ ſententiæ,per conſequens & caſſationem ſiue reuocationem executionis eiuſdem obtinebit. Nam caſſato principali caſſatur & acceſſorium. de procur.c.auditis.de re iud.ca.paſtoralis.in cle. ex quo enim habet hoc remedium ordinarium:non eſt ſibi concedendum extraordinariũ.ff.de mino.l.in cauſæ. & ſic euitatur circuitus.de reſcrip.c.auditor.in cle.quod crederem quando auxilium extraordinarium & ordinarium pari paſſu ambularent,& idem eſſet modus procedendi: ſed vbi via extraordinaria eſt leuior & celerior quam ordinaria,vt in caſu noſtro, crederẽ ſalua correctione dictã legem non procedere,quod autẽ via attentatorum eſt leuior in procedendo & probando not.doct.expreſsè in c. dilecti.de maio.& obe.per Inno.& de excep.c.dilecti.& in c.bonę.de appel.per eundẽ,& per modernos in c.non ſolùm.de appel.li.vj.& per Io.mo.pleniſsimè in c.cupiẽtes.de elect.li.vj.Præterea ego faciebã aliud & illud generale fundamentũ,vt lite pendente nihil innouetur: & lis hîc pendebat per commiſsionem & citationem quæ peruenit ad partes:vt lite pend. in rubro & nigro, & in cle.ij.eo.ti. Ad quod prædicti domini reſpondebant litem hîc ſuper negotio principali non pendere: ſed illud terminatũ per ſententiam fore quæ in rem tranſiuit iudicatã.ergo executio in mãdanda.de offi.dele.c.quæreti.& c.paſtoralis.de re iudi.c.cum aliquibus.& c.de cæteris.cum multis ſimi. quod ego negabam, hoc attento ꝙ poſtea reſtitutus fuit ad appellandum:& ſic perinde fuit ac ſi infra decem dies computandos à tempore prolatæ ſententiæ appellaſſet:quia reſtituere eſt in priſtinum ſtatum reponere.de elect.c.quia diligentia. & l.j.C.de ſenten.paſ.& in c.quamuis.de reſcrip.li.vj.quæ decre.videtur facere contra me. Nam huiuſmodi reſtitutiones intelliguntur fieri ſine prędicio iuris alieni:vt ibi. At hîc
3 in caſu noſtro ante reſtitutionẽ † conceſſam ad appellãdum facta fuit executio & iuridicè & debitè,ac per eam ius quęſitum aduerſario,quod per huiuſmodi reſtitutionem non læditur,nec reuocatur:quod ſi reuocari debet, id futurus declarabit euentus.ſ. finis ſecundæ inſtantiæ. ergo &c.quod motiuum mulcet aures & procederet ſi lis ſuper dicta reſtitutione non penderet: ſed ex quo lis fuit introducta,nihil erit meo iudicio medio tẽpore attentandum circa poſſeſsionẽ beneficij nãciſcendã vigore ſententiæ:quæ effectualiter non tranſiuit in rem iudicatam,quod apparet per reſtitutionem conceſſum * d.c.ſuſcitata.etiam meo iudicio non obſt.quia ibi petebatur reſtitutio aduerſus ſententiã:& ideo propter aliqualem calumniam & ſuſpitionem quam habuit papa contra reſtitutionem petentem ordinauit & voluit ſic per cautionem præſtandam & executionem fiendam prouideri: & ſecundum verũ iutellectum fuit potius gratioſa prouiſio quàm iuris communis determinatio.ſed in caſu noſtro petebatur reſtitutio ad appellandũ non calumnioſè ſed ex veris & iuſtis cauſis,& probauit litis euentus:quia reſtitutus fuit,& appellauit.ergo executio prędictæ ſententiæ medio tempore fieri non debuit:quia ſuſpẽſa extitit:vt in c.venientes.de iureiuran.& ſi dicatur non tempore commiſsionis ſiue peritionis reſtitutionis in integrum,ſed tempore reſtitutionis & appellationis bene ſuſpendebatur effectus ſiue executio prædictæ ſententiæ: ſed quicquid antea factum fuit validum erat.ergo minimè reuocandum.per regulam iuris,factum legitimè. ſuperius alleg. Ad quod poſſet reſpõderi quòd propter hoc præambulũ videlicet,reſtitutionem ad appellãdum,meritò deberet ſuſpendi executio.argu.c.non ſolùm,id eſt, reſponſo.de appella.li.vj.& .ff.de ſpon.l.oratio. Quibus tamen non obſtan. fuit denegata attentatorum reuocatio,& proceſſum in negotio principali ad euitandũ circuitum,& citius finem liti imponendũ,& partium parcendo laboribus & expenſis,ad quę ſemper bonus index habet tendere & laborare:vt de do.& contuma.c.finem. de offi.ordi.c.vt litigantes.li.vj.de reſti.ſpol.c.frequens. e.lib.cum ſimi.& in hanc partem finaliter declinaui.

* *Conceſſum. Exemplaria antiqua legunt conceſſam.*

SVMMARIVM.

Appellationi renuntiare non videtur qui iura ſuæ coram auditore producit ad finem,vt in executione ſentẽtiæ ſuperſedeat:ſecus ſi ab eo citationem peteret,vel aliquid,quod non poſſet,niſi per iudicem expediri.

EPITOME.

1 *Appellationi renuntiare an & quando,quis videatur.*

Deciſio 63. aliàs 475. vel 476.

SI ille † qui à ſententia diffinitiua contra eum per auditorem cameræ lata ad ſedem apoſtolicam appellauit, poſt appellationem comparet coram auditore & producat ſua iura vbi ſibi oſtendit ſuam ſententiam fuiſſe iniuſtam ad iſtum finem quòd idem auditor à dictæ ſententiæ executione recedat: per hoc ſuæ appellationi * renuntiare non videtur.Ratio,nam tunc quis vel renuntiat facto vel tacitè ſuæ appellationi,cùm in eo cõtrarietas non euitetur:vt de appella.ca.ſolicitudinem.in fi.vt ecce.ſi appellatio.ſ.ſit legitima iudicis iuriſdictioni ſuſpendit:vt de ſen.excommu.c. per tuas. & habet effectum talis ſuſpenſio quòd iudex à quo,cuius iuriſdictio eſt per appellationem ſuſpenſa, non poteſt in cauſa vlterius procedere:& ſi procedat nullus eſt ipſo iure proceſſus eius:vt in c.licet.de ſenten.excommu.li.vj.& in c. per tuas.alle.melius in c.interpoſita.& c. non ſolùm.de appel.& idcirco ſi appellans cum iudice à quo procedit ad aliquem actum qui non poſſet expediri niſi virtute iuriſdictionis,& huiuſmodi ſit ſuſpẽſa.tunc videtur velle per factum contrarium ſuæ appellationi renuntiare: vt de conſtitu. cùm M.vel eſſe ſibi contrarius,quod non creditur in dubio,nec permittitur in expreſſo:vt c.ſolicitudinem.alleg.ita procedit c.gratum.de offi.deleg.de teſti.c. cùm veniſſet. nam producere iura ſua,non eſt procedere cum tali iudice ad actũ,qui non poſſet niſi in vim iuriſdictionis expedire: quia poteſt fieri cum non iudice & extra iudicium.præterea quia aliàs finis & ſuus intentus conſiderandus eſt in facto.ff.de dona.l.ij.in fi.cum l. ſequent. & l.vltim. in principi.ff.de negot. geſt. modo ille producebat,ne fieret executio. modo ad idem tendit ſua appellatio. & ita bene facit not.Innoc. de appella. in fi.glo.& Pau.in clem.ſi ante.de do.& contuma.de ignorante appellationem.Præterea licet productio poſſet reſpicere plures intẽtiones & fines: reſpiciendus tamen eſt in dubio ille qui minimè obeſt producẽti:puta, quia non eſt veriſimile in dubio quòd pars tacitè ſuę appellationi renuntiare velit,niſi bene appareat.per communia iura præmiſſa intellige niſi petiſſet à iudice tali quòd pronũciaret vel interloqueretur ſuper executione nũ fieda:vel ꝙ citaret partẽ aduerſam ad dicendũ contra. cùm enim talia non poſsint fieri à iudice niſi in vim ſuę iuriſdictionis,quæ dicitur eſſe ſuſpenſa,apparet ꝙ tales actus contrarij ſunt huiuſmodi ſuſpẽſioni, & per cõſequens appellationi prædictæ,per clarũ fundamentũ ſuprà alleg.

* *Appellationi. Adde deci. ſuprà de renuntia.ij.& quid ſi iudex deculit dec.ſupra eod.49.*

SVMMARIVM.

Si appellatus appellationem cõtra se interpositam & sibi non intimatam post mensem à die interpositionis, si instrumentum appellationis deuenerit ad manus suas post xj. menses ab interpositione computandos inchoauerit, & prosecutus fuerit causam per audientiam, valebit processus.

EPITOME.

1 *Tempora decre. sunt tam ab appellato quàm ab appellante obseruanda.*
2 *Dispositio capit. statuimus. de election. libro sexto, qua ratione fuerit introducta.*
3 *Ius speciale cessare facit ius commune.*
4 *Edicto citationis circunducto, non proceditur nisi parte de nouo citata.*
5 *Argumento ab absurdo in iure validum.*
6 *Capitu. statuimus. de electio. libro sexto, duo tempora commemorat ponderanda.*
7 *Citatio vnica vni tamen personæ dirigi potest: pluribus autem personis citandis plures requiruntur citationes.*
8 *Citatio iuris non minus operatur quàm citatio hominis.*
9 *Contumaciæ partium inter se compensantur.*
10 *Obseruatio temporum appellationis in quibus consistat.*

Decisio 64. aliàs 487.

SI appellatus appellationem cõtra se interpositã sibi non intimatam licet post mẽsem à die interpositionis eius computandum deuenerit instrumẽtum appellationis illius ad manus suas post. xj. mẽses à dicta interpositione computandos apud ipsam sedẽ inchoauerit prosequi & per audientiam contradictarum absque alia citatione vel intimatione ad partes vsq; ad cõclusionem inclusiuè fuerit prosecutus terminos substantiales legitimè obseruando, valet processus secũdum dominos. N. F. & B. Domini Gallar. & Guil. aliàs contrarij fuerunt & domini ro. & ve. contr. & dominus Corsien. remãsit dubius Motiua dominorum ro. & ve. fuerunt. quia Cõpost. & Ar. & sequaces in c. j de elect. lib. vj. videntur tenere quòd ita tenetur appellatus † seruare tẽpora d. c. j. alleg. licut appellans. modo verbum, seruare, debet integrè intelligi cum effectu: vt l. j. §. fi. ff. quod quisq; iuris. cum simi. vt nedum intelligatur de lapsu ipsorum temporum, sed intelligatur magis de expeditione huiusmodi, quæ infra illa tempora est habẽda. Secunda ratio eorum. quia ratio † c. statuimus. de electio. lib. vj. alleg. est ista vt diuturnitati vacationis omnium beneficiorũ occurratur. modò si non obseruarentur tẽpora cessaret ratio. Tertia ratio. quia † contra ius cõmune speciale introducitur cum certa forma. cessante igitur huiusmodi forma ipsum ius cessat: quia cessante causa cessare debet & effectus. modò c. statuimus. alleg. inducit ius speciale & sub certa forma: videlicet si infra tempora certa expeditiones certæ fiant. quod notat verbum infrà ibi positum. Quarta ratio est. quia post peremptorium quis absque restitutione non admittitur. de restit. in integr. c. coram. de except. c. pastoralis. Sed ista tempora vim habent peremptorium terminorum. igitur &c. Quinta ratio † quia edicto citationis circunducto nõ proceditur nisi parte de nouo citata. ff. de iudi. l. & post edictum. §. j. sed actore non comparente in termino iuris circũducitur: vt d. l. & post. §. j. not. de offic. deleg. cap. consuluit. Sexta ratio. quia † bene arguitur in iure ab euitatione absurdi. l. si quis. ff. de seruo cor. l. j. §. j. & de nego. gest. l. Pomponius. & sol. mat. l. diuortij. ff. de excus. tut. l. scire. §. illud. & de reg. iur. l. aliud. §. absurdum. C. de testam. l. consulta. de præben. lib. vj. c. dudum. sed absurdum foret si appellans dormiret, quòd appellatus eius dispẽdio vagare deberet perpetuò in vento & in incerto expectãdo: quia malitijs hominũ debet obuiari: vt in l. in fundo. ff. de rei ven. de rescrip. capit. sedes. Septimò hoc probatur per Innoc. qui in dicto c. statuimus. notat expresse, quòd si pars iter non arripuit infra mensem, vel non expectauerit per xx. dies, non habet locum processus istius constitutionis. Octauò quia qui committit in legem condemnando eius obseruantiam, nẽa debet gaudere beneficio huius legis: vt ff. de minor. l. auxilium. de vsur. quia fruſtra. cum simi. Pro quo sciendum est, quòd † duo tẽpora per c. statuimus. ponderantur. Primum tempus est itineris arreptio pro quo datur mensis, qui currit à die appellationis interpositæ & intimatę: vt not. de intimatione per Archid. & alios in dicto capit. statuimus. alle. Secundum, expectatio. xx. dierum, & incipit currere ab aduentu alterius partis decurso. de primo tẽpore est text. in dict. c. statuimus. in fin. j. respõ. ibi cùm dicit, à die obiectionis iter arripuit infra mensem. de secundo est text. in eo. c. j. respon. ibi cùm dicit, sed si pars aliqua non venerit &c. Aliqui verò addunt tertium tempus intermedium: videlicet inter duo tempora supradicta, quod arbitrium vocant. per §. quod si per xx. in c. cupientes. de de electio. libr. vj. Sed certè gloss. Ioan. Andr. sentit contrarium in dicto cap. statuimus. in princip. secundo respon. in gloss. quæ incipit, æquior computatio. & idem not. in dict. §. qui incipit rationabile &c. Quid dicẽdum? breuiter puto contra glo. vt deduxi suprà. Alia ratio est, quòd verba legis debent interpretari taliter vt nullam iniquitatem includant. iij. distin. erit autem lex. & probant iura suprà pro absurditate tollenda modo quando quis astringitur à tempore itineris arrepti. de loco vbi degit romanam curiam accedere ante tẽpus quo iuxta iudicium sui seu boni viri arbitrio considerato ire solet, vel commodè potest diplomate nõ vtendo: vt ff. de ver. obligat. l. continuus. §. j. & ff. si quis cau. l. j. argu. eod. tit. l. ij. §. quod autem diximus. & ff. de pigno. actio. l. si seruus. & de ædilit. edict. l. si quid venditur. ideo si adeo citius quàm more solito ire solet seu põt, iuerit vna pars, quòd etiam computato tempore xx. dierum suæ expectationis vna cum tempore suæ itinerationis, totum simul nõ constituat huiusmodi arbitrarium tẽpus: vt puta, si solet ire in vj. mẽsibus. l. fi. ff. de dilat. quadruplicato vsu mutando equos & itinerãdo in curribus & dormiẽdo in itineratione sicut faciunt cursores portantes prospera noua iuerit in vj. septimanis, & expectauerit postea xx. diebus pro alijs tribus mensibus & xxv. diebus, procedi poterit contra non contumacem, quod esset iniquum. non enim licet sic præcurrere suum aduersarium supplantãdo. de app. c. sæpe. in fin. & c. oblatæ. circa medium cum simi. arg. xxvj. q. iij. placuit. ff. de adem. leg. l. ij. §. sin autem. Intelligatur autem aduentus huiusmodi secundum communem aduẽtum itinerandi vsufactum vel saltem de tali aduentu cuius tempus coniunctũ cum xx. diebus non faciunt minus quàm sit arbitrarium tẽpus. & in hoc sit differentia inter cõputationem. §. quod si per xx. & c. statuimus. & in hoc saluentur dictæ duæ gloss. & tollatur dicta iniquitas. & hoc verius puto, quod licet hoc nouum suum motiuũ prima facie videbatur: tamen est menti tenendum. Super præmissis pono tres conclusiones. Prima pro eo solo non impeditur pars ad curiam veniens in alterius partis non venientis contumaciam, dummodo aliàs sit res integra ad appellationis ipsum prosequendum, quòd infra mensem iter nõ arripuit veniendi, sed potius post mensem lapsum. & ista conclusio concernit primum tempus. Et istam conclusionem videntur expresse tenere Host. Innocen. Ardi. & Io. And. in d. c. statuimus. super verbo, infra mensem. etiã alia citatione vel intimatione irrequisita. quia dicti doc. aliam citationem seu intimationem nõ requirunt. & pro hoc in ratione alleg. ff. si quis cau. l. si post tres dies. ff. de opt. lega. l. mancipiorum. extra de præbend. c. si tibi absenti. lib. vj. Facit not. suprà in conclusione. j. de dolo & cõtu. & hoc in ratione deducta. quia si contrarium diceretur: aut hoc diceretur, quia per hoc induceretur desertio appellationis: aut quia per hoc impediretur & circundaceretur citationis effectus. quia recte percutiẽdo ad medullam aliud non apparet: sed nullum potest dici. igitur &c. Primò, primum dici non potest quia hoc esset contra communem opinionem doct. omnium. Secũdo, quia dictus mensis non adijcitur coniunctim ad prosequendum appellationem: sed coniunctim ad prosequẽdum appellationem & negotiũ principale, vt ibi patet. & not. per Innoc. cuius ratio est ista. ergo vtrunque vniformiter debet respicere. argu. ff. de vulg. & pupil. substi. l. hoc iure. & C. de pupil. & vul. substi. l. quamuis. & tamen nullus diceret de mente papæ fuisse priuare partem non

tem non arripientem iter infra mensem, ob hoc solùm à prosecutione iuris sui. contrarium tenet glo. Io. An. in dicto c. statuimus. & per §. quod si per xx. alle. in gl duabus similibus supra alle. igitur &c. Nec potest dici quod quod per hoc impediatur citatio iuris seu eius effectus.
7 Ratio est. † quia quot sunt personæ citatæ tot sunt citationes diuersæ, & ab inuicem separatæ. ff. de verb. obli. l. scire debemus. nec appellatiõis intimatio cõcernit mandatum factum appellato, nec econtra, nec ab eo per consequens liberatur. ar. C. de do. inter vi. & vxo. l. maritus. & ff. de calumnia. l. si. quia aliâs sequeretur, quòd seruãs ipsa tempora nõ potest procedere contra nõ seruantem: quod est contra mentem decre. & nota. ergo per hoc q̃ ego appello, non seruo primũ tempus, hoc est, nõ iter arripio infra mensem: non minus arctãtur alij ex hominis citatione ad seruandum si nolunt euitare contumaciæ pœnam. Præterea quia citatio ad causam non concernit nisi comparitionem & tempus comparitionis in causa, licet deliquerit pars in arripiendo iter dummodo non delinquat in comparendo, effectu ipsius comparationis puniri non debet. sed hîc solum effectum termini dati ad iter arripiẽdum, quia illum perdit, nec sibi alius datur. Probatur consequentia: quia quis non debet puniri in alio quàm deliquerit, nec in plus. ff. de pœnis l. sancimus. de consti. c. ij. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. quæsiuit. & si aliud diceretur, sequeretur quod non seruans primum tempus, non esset expectandus in secundo. ergo &c. Præterea nullum ius reperitur talem pœnam imponens. igitur pœna imposita contentemur. ar. l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma. Item non potest dici circunductus citationis effectus, cùm actor tempore citationis non compareat in causa: vt l. & post edictum §. j. alleg. sed hîc secus: quia si appellatus comparet in termino, est actor. quia in beneficialibus quilibet potest esse actor & reus, licut in casibus not. in c. ex literis. de proba. & facit clemen. vni. de cau. possess. & propriet. Secunda ratio. quia ratio c. statuimus. seu eius arctatio non fuit fauor singularis partium, sed magis naturæ causæ, quæ requirit acceleration em secundùm omnes scribentes, præsertim Archi. & facit de elec. c. cùm inter vniuersas. & c. ne pro defectu. & c. vt circa. lib. vj. & de appel. c. oblatæ. modo si peteretur vel circunduceretur hæc citatio iuris: causa remaneret nihilominus apud sedem apostolicam terminanda. per clem. causam. quæ deuolutionem & obseruationem temporum huiusmodi requirit: aliâs requireretur noua citatio, & per hoc celeritas impediretur, & prorogatio induceretur contra mentem & rationem doct. ita quod daretur occasio per remediũ docto. impediendi finẽ ad quẽ principaliter intẽdit, cõtra l. si miles. ff. de testa. mili. Præterea quid interest appellãtis autipsius causæ vel beneficij appellatũ iter arripuisse vel nõ arripuisse infra mensem: dũmodo debito tẽpore in curia se repręsentet? certe nihil: imò magis causæ & beneficio obesset. ergo licet in aliqua culpa fuerit, quam non reputo multum puniendam: quia in re propria absque cuiuscunque præiudicio, vt præfertur, arg. ff. so. ma. l. si constante. §. si marito. non propter hoc debet omitti quin puniatur culpa appellantis, quæ per culpam prædictæ appellationis non purgatur, maximè cùm sit multum maior. Facit, quia causa principalis eam puniendi * reddat. de do. & contu. c. causam. & c. actor. li. vj. Item fauor causæ & beneficij, vt prędixi, faciunt. insti. de nup. §. affinitatis. ff. de condit. & demonst. l. cum tali. §. legatum. cum ibi nota. Tertia ratio, quando lex specialis prohibet illud quod in re communi prohibitum non erat, sed permissam, & pœnam adijcit contrafacienti: actus contra prohibitionem factus pœna præstita validus est ipso iure: vt l. si. in prin. ff. de diuor. not. Cyn. C. de legi. l. non dubium. in vltima quæstione. de cuius materia vide per eum C. de sepul. vio. l. qui sepulchrum. & per Bar. in l. scire. ff. de pœnis, licet ergo illud speciale c. statuimus. mandet iter arripi infra mensem, & per consequens secundum te, licet non fatear, tacitè inhibere videatur ne aliter fiat: tamen quia certam pœnã adijcit, valet igitur de pœna processus in contumaciam factus. ergo dicere non deberemus processum huiusmodi non valere. quia non est verisimile quod eadem constitutio addat pœnam pœnæ, si non dicat: vt dict. l. scire. cũ intellectu suo quem ibi dant. Dy. Bar. & Pe. & Cy. post eum in l. non dubium. alle. in fin.

Puniendi. aliàs Punibile.

Prima clausio huius decisionis.

Secunda conclusio est, Quod si pars comparens post omnia tẽpora tria supradicta ex toto lapsa, videlicet post mensem tempus arbitrarium & xx. dies, venit ad curiã: & statim post eius aduentum inceperit procedere per audientiam, valet processus: nec ideo vitiatur quòd comparens non expectauit per xx. dies à die dicti aduentus sui computandos alteram partem. Pro huiusmodi conclusione & clariori deductione suppono duo ad euidentiam. Primum, quòd verbum, venit. positum in versicu. sed si pars. non concernit omne tempus, sed refertur solùm ad tempus in quo pars quælibet quæ in fine mensis dati ad arripiendum iter, iter arripuisset, venire commodè potuisset: quia illud tempus incertum est ex natura rei: vt l. interdum. ff. de verbo. obliga. & l. continuus. §. j. eod. ti. alleg. aliâs enim intelligeretur contra literæ mentem: quia sic, si veniret post inchoatũ processum, rueret contra mentem, vel nullum esset, etiam contra mentem ar. ff. de legat. iij. l. vxor. j. responso. Secundò supponendum est, quod versicu. sed si pars. supponit vnam partem tantùm venisse: tunc idem est cùm dicit, alteram non venisse. ita quòd loquitur in casu in quo de tempore de quo loquitur prima suppositio proximè præcedens, venit vna pars & altera non venit. quia hoc sonat verbum, aliqua. quod est participium: maximè quia de vno dicit & de alio negat, & econtra. l. si præter. & l. maritus. C. de præsumpt. & eod. titu. l. nonne. Secundò, quia sequitur ibi in versi. post aduentum quod videtur referri ad tempus vnde venerit, vel illud præcedens. ex quo sequitur quòd si neutra pars tunc venerit: sed post iam lapsum xx. vel xxx. dierum post illud tempus venisset vna pars alia minimè veniente, iste casus ex verb. literę dict. c. statuimus. versi. sed si pars. non decideretur. sed quia non est verisimile quin voluit text. ex mente decidere illum casum: ex mente igitur illũ casum decidi oportet: necnon mens ex natura: maximè colligi debet ex ratione istius cap. & iur. communis. Sed si à fine temporis arbitrarij nõ computaremus hunc casum ex mente huiusmodi xx. dierum esset dare infinitos casus in quibus loco xx. dierum darentur xl. & l. si altera pars tardè veniret, per quod prorogaretur lis contra naturam materiæ & rationem decre. & iuris communis. Præterea quòd ambæ duæ conclusiones sint veræ, & illud quod sequitur ex eis sumptis, quod pars comparens & iudex solùm deberent inspicere si dicta tria tempora lapsa fuerunt: probatur clarè hoc modo. Pono me existente in curia appellet procurator meus in partibus vel contra me appellatur: & casu ad me venit instrumentum appellationis, quid dices hoc casu. Certe fateri oportet quòd ex mente sufficit lapsum dictorum trium temporum expectare. Vel pone quòd appellatur Romę curia existente in Auinione: & quod statim curia de Auinione ad Romam transferatur: quid dices? tunc credo lapsum dictorum trium temporum prædictorum expectandum. Tertia conclusio, Quod si pars comparens omittit comparere post dicta tria tẽpora ex toto lapsa etiam per vnum integrum annum & vltra: potest nihilominus post annum & lapsum dictorũ trium temporũ comparere & procedere in causa appellationis per audientiam cõtradictarum, vt principalis conclusio sonat. Hanc conclusionẽ deduco valdè clarè sic. quia quandocunq; aliqua causa beneficialis vel prophana vel ciuilis vel criminalis per citationem hominis quò ad totam causam de speciali mãdato papę in partibus legitimè executa est, ad eandem curiam legitimè deuoluta habet locũ hæc conclusio, vt etiã practica docet. igitur idem de citatione iuris, de qua in ca. statuimus. præalle. quia
8 † nõ videtur q̃ minus debeat operari citatio iuris quàm hominis in deuolutione causæ fiendę. & citationes sunt fiendę in curia per audientiã ad singulos actus. Operatur enim principalis citatio in partibus facta primò ad totam causam, q̃ pars tenetur subire iudicium in tota causa in curia, & per citationẽ dictæ audientię ad singulos actus respondere, vt practica & communis experientia docent ita q̃ omnes citationes in v-

Tertia conclusio.

na deuolutione in vna citatione hominis vel iuris ab initio factæ includunt sententiam, & per singulas citationes in curia ad singulos actus distinctos: vt probatur in dicto c.statuimus.cum ibi nota. & dixi plenè & totaliter per citationem iuris vel hominis ad curiam deoluta.quam etiam per appellationē & eius intimationem secundum formam cle.causam.bene fit deuolutio causę quò ad hoc, quòd in curia & non alibi causa tractanda sit amodò:sed non est plena hæc adhuc deuolutio quousque per citationem iuris quæ requirit dictorum temporum lapsum,pars arctatur in certo tempore in causa huiusmodi apud sedem apostolicam litigare. Modo retardatio processus etiam annalis non est modus tollendi dictam plenam deuolutionem vel eius plenitudinem diminuendi.ergo &c.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.l.patre furioso.cum similibus.Præterea quia de hoc non potest quis conqueri:quia quanto fuit plus & amplius expectata,tanta sibi maior gratia fuit arguendo per regulam philosophi. Simpliciter ad simpliciter, & maius ad maius,& maximè ad maximè.nec causa patitur in hoc damnum,imò accelerationem: quia ex citatione causa prorogaretur,vt de se patet. quia fateor quòd ex retardatione causa haberet damnum, propter quod superior posit,si velit,super hoc contra partem vtranque ex officio procedere:sed non deberet ob hoc ad vnius partis in
9 stantiam alteri pœnam imponere:quia † ambarum cõtumaciæ compensantur:vt l.si ambo.ff.de compensa. & ff.solut.matri.l.vnica,facit de except.c. cum occasione. de censi.ca.olim.xxv.distin.c.fi.de vsur. quia frustra. de regu.iur.c.cùm partium.& not.Specu.de appel.§. nunc videtur.iuncto versi.est autem & alius. in fi. & per hoc approbantur fortiter supradicta:& maximè quia tardè comparentis minor est contumacia quàm nullo modo comparentis. Nunc * restat respondere ad rationes in
* Nunc. Hic respondet ad argumenta cõtraria.
10 contrarium factas. Ad primã dico,ꝙ † obseruatio temporum consistit in duobus. Primò in cõparendo in curia infra tẽpora vel statim post lapsum eorum, & hoc sub pœna processus: casu tamen quo pars ista compareret & procedere vellet. Secundò,in hoc consistit obseruatio prædicta,ꝙ pars diligens & comparens expectet eorundem temporũ lapsum,nec ante præcurrat:quia si hoc faceret,processus videretur contra non contumacẽ factus & nõ teneret:vt probatur vtrunq; in d.decre.statuimus. & concernit vtranque partem,vt de se patet. Et hoc est quod voluerunt dicere dicti doctores. & si das eis alium intellectum malè intelligas. & hoc modo intelligendo nihil ad propositũ facit, quia satis dedi bonum intellectum. Ad secundam dico,ꝙ ista faciunt contra,vt patet in prima ratione cõclusionis supra per me posita, & in alijs locis huius conclusionis principalis dixi de hoc. Ad tertiam rationẽ,ꝙ hîc pro pro forma studiosè nõ additur,ꝙ arreptio itineris fiat infra mensem,sed pro forma studiosè addicitur istorũ trium temporum lapsus: vt patet ex dictis ar. Pro hoc no. Inn.in c.dilecta.in gl non ordinem. & ꝙ studiosè non adijceretur, ꝙ quælibet pars iter arripiat,patet:quia vna nõ arripiente,alia procedit: ita ꝙ nõ sonant ista verba nisi in monitione aut termini assignatione:imò ipsa appellatio. & nedũ appellatio, imò citatio iuris.& nedum ista citatio,imò ius naturale quod dat vnicuiq; facultatem faciendi, quod sibi libet: nisi vi,vel iure prohibeatur:vt instit.de iure na.§.j.ergo facultatem & admonitionem & non in factum seu formam sonant.ar.de offi.ordi.c.licet. & c. cum aliquibus. de rescript.lib.vj.licet fateor quòd ipsa itineris arreptio & comparitio infra terminum iuris faciẽda imponitur sub necessitate causatiua: quia aliàs incurreret pœnam processus. Ad quartam dico,ꝙ terminus iuris, qui cõstat ex tribus partibus,vt prædixi, & non alius hîc obtinet vim peremptorij.dico quò ad pœnã processus incurrendam,non aũt quò ad hoc, quin postea procedi possit vt dixi. Ad quintam dico,ꝙ hæc citatio iuris de qua loquitur c.statuimus.terminum habet in hoc certum,quẽ prę nenire non potest:quia tunc procedi potest & non antè. Tamen terminus huiusmodi non habet in hoc certitudinem ꝙ de necessitate pars præsens habeat tunc causam inchoare:imò vtra,si vult,potest partẽ illam expectare vt dixi. Ad sextam dico, quòd tollitur absurditas: quia vtraque pars potest agere quãdo vult. Item si appellatus non vult agere, potest appellãtem indirectè compellere ad agendum.per l.diffamari.C. qui ad lib.procla.non li. Ad septimam dico,quòd hoc dictum Innocen.intelligitur re non integra:secus verò re integra:prout ipse Inn. exponit in illa glo. Ad octauam dico,quòd ex eo in quo quis committit in legem, non iuuat se de lege:sed bene in alio.& ita not.gloss.Ioan.And. de reg.iur.c.ex eo.li. vj.per cap Raynuntius.& cap.Raynaldus.de testa.licet ergo quò ad iter arripiendũ non detur sibi aliud tẽpus: quia quò ad hoc legem non videtur obseruasse scilicet, pro se vtendo diplomate vel aliàs ex negligẽtia alterius partis non venientis satis cito veniret alius ex ipsa lege quò ad alia capitula:videlicet quò ad processum se iuuabit.& hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

Sententia lata post inhibitionem reuocatã & post appellationem ab interlocutoria vel grauamine ante diffinitiuam illato non reuocatur per modum attentati, nisi prius cognito de appellatione & eius vera causa reperta. Et circa hoc vide casum singularem in capi.ex parte de.testib.

Decisio 65. aliàs 461.

SI * appelletur à grauamine ante diffinitiuam & nõ deferatur appellationi & cõmittatur causa appellationis alteri auditori, qui seruatis seruandis inhibet primo auditori,vt est moris,& demum pronuntiat male appellatum & bene processum per primum auditorẽ & remittit sibi causam à qua si iterum appelletur,& nõ deferatur appellationi & alteri auditori istius secundæ appellationis causa cõmittatur:sed antequam per istum secundum auditorem super hac secũda appellatione inhibeatur primo auditori: præfatus auditor prius procedendo vlterius in causa principali cõcludit,& sententiam diffinitiuam fert cõtra dictum appellantẽ,cuius processus & sententia tanquam appellatione pẽdente supradicta per modum attentati peruntur per istum secundum auditorem reuocari. Et videbatur quòd hæc attẽtata essent reuocanda:maximè propter pendẽtiam appellationis.de iureiuran.c.veniẽtes. Item propter inhibitionem primi auditoris factã: quia eius iurisdictio per huius inhibitionem videtur esse sublata.quod vtique esset verum si ab ipsius auditoris remissione non fuisset appellatum. Sed,vt ponitur in facto, ab eius pronũtiatione & remissione appellatũ fuit,quæ appellatio totã causam reponit in pristinum statum,& pronuntiatum suspẽdit. * dicto c.venientes. sicq; stat prima inhibitio post quam quicquid factum fuit venit per modum attẽtati reuocandi pro hoc c.non solũ.& glos.Io.And.in c. cupientes.§. denique.super verbo,recedendum.& Io.mo.ibidẽ super verbo,à gratia. Istis non obstantibus fuit cõtrarium decisum per omnes, dicẽtes pendere totum ex futuro euẽtu & pronuntiatione secundi auditoris. Nã si pronuntiabit bene appellatum,& malè processum:totũ reuocabitur quicquid post huiusmodi appellationẽ factũ fuerit vt in c.dilecto.& c ex parte.Si verò pronũtiet malè appellatum: stat processus primi iudicis qui nõ impeditur per malam appellationẽ: nec appellatio ante diffinitiuã habet impedire vel suspẽdere iurisdictionem iudicis. secus est in appellatione à diffinitiua. Nec obstat inhibitio primi auditoris quæ fuit sublata per eius remissionem. Nec obstat quòd fuit appellatum à remissione: quia nõdum liquet,nec est pronuntiatum an sit bene appellatũ, ante cuius inhibitionẽ & pronuntiationẽ scilicet secũdi auditoris valet semper processus primi ex remissione sibi facta per si quem fuit sublata inhibitio.bene facit ff. de no.ope.nũti.vnde in nulla culpa est primus iudex qui ignorat an ab huiusmodi remissione fuisset appellatũ. Item si sciret appellatum, non tenetur supersedere, nec inducit hunc effectũ nisi inhibeatur sibi à secundo auditore.sic totũ pẽdet ex futuro euẽtu & pronuntiatiõe secundi auditoris,qualiter ꝓcessus primi auditoris valuit.

SVMMARIVM.

Præparans ad se prosecutionem alicuius rei, videtur ipsam prosecutionem inchoare.

Decisio

Decisio 66. aliàs 488.

SI papa cum cancellaria existente in Anania,& audi tores palatij in Roma:& auditor in Roma ferat sen tentiam, & parti condemnatę viua voce ilico ab ea dem sententia appellanti datis apostolis reuerentialibus præfigat terminum x.dierum ad prosequendum appellationē:& infra x.dies appellans arripuit iter per se vel alium ad huiusmodi Ananiam pro impetrāda commissione super dicta appellatione talis itineris arreptio & prosecutio sufficiens est & desertionem excusat:licet ali qui domini contra. Dominorum tamen ratio fuit ista: quia illud tempus non ad prosecutionem appellationis complendam,sed ad eius inchoationem statuitur: modò inchoat prosequi,qui facit pręparatoria absq; quibus ipsa prosecutio fieri non potest.quia idem iudicium est de termino & de via,sine quibus ad terminum peruenire non potest:vt l.oratio.ff.de sponsa.& no.Spe.de appel.§. nunc breuiter.ver.item si pars.qui alleg.ad hoc ca. cùm causam.de re iudi.& de electio.statuimus.li.vj.

De Confirmatione vtili vel inutili.

SVMMARIVM.

Clausula dummodo ex ordine, in confirmatione poni consueta non intelligitur de ordine dato,sed de acceptatione.

Decisio 1. aliàs 52.

SI clausula solita poni in confirmationibus dummodo ex ordine beneficium debeatur:non intelligitur tantùm de ordine datæ,sed etiam acceptationis:quia tunc primo beneficium est debitum:vt in cap.j.& fin.de concess.præben.libr.vj.

SVMMARIVM.

Papa confirmando dimembrationem ex certa scientia:quòd solemnitates non substantiales suppleuisse videatur.

EPITOME.

1 *Confirmatio papæ ex certa scientia quos defectus suppleat.*

Decisio 2. aliàs 230.

1 PApa † confirmando ex certa scientia prædictam dimembrationem ecclesiæ factam per legatum inserendo totum tenorem huiusmodi dimembrationis supplendo omnem defectum si quis interuenisset, videtur suppleuisse omnem defectum solemnitati,videlicet partis vocationem & alia solennia: sed non substantialia,videlicet potestatem legati dimembrantis & veritatem causarum expressarum.argument. eorum quæ leg. & no.per Inn.in cap.j.& ij.& penulti.& de confir. vtili, vel inutili, & per eundē in c.j.de transac.vbi videtur innuere, quòd confirmatio papal. facta ex certa scientia firmet infirmum & inualidum nedum quò ad solemnitatem,sed quò ad substantiam etiam. sed intellige dictū suum sanè,videlicet quando facta extitit cum causę cognitione & parte vocata:tunc sanat totum.& hoc videtur Innocen.innuere in eod.capitu.super verbo, authoritate.& in dictis cap.j.& ij.de confirma. vtili vel inuti. Conclusionem verò prædictam videtur tenere & approbare expresè Specula.tit.de lega.§.nunc ostendendum. versicu.xviij.& vj.per Ioan. Andr. Pau. & Guil.in clemen.pastoralis.de re iudica. & bene per argument. lvj. dict.Cenomanensem.

ADDITIO.

Item dicta confirmatio papæ,ex certa scientia facta, facit transactionem personalem realem,quod est notandum de quo in cap.veniens.de transact.& ca. nisi essent. de præben.& de transact.cap.j.per Innocen.& Hostien. in cap.cùm accessissent.de confirma.vti.ca. venerabilis. de fide instrumen.cap.inter dilectos.de concess.præben. cap.quia diuersitatem.de reli.do.constitutus. & plenius per Hostien. in summa.de confirma.vtili.§.quis lit effectus. in quibus iuribus plenè habetur de efficacia dictæ confirmationis.

De Clericis coniugatis.

SVMMARIVM.

Ex contractu matrimonij per verba de præsenti con tracti etiam carnali copula nō secuta inducitur vacatio beneficij tale matrimonium contrahentis.

EPITOME.

1 *Beneficium per sponsalia non vacat.*

Decisio 1. aliàs 26.

SI impetretur beneficium vacās per contractum matrimonij.Fuit dubitatum vtrum sufficiat impetranti probare tractatum de contrahendo, vel quòd sponsalia fuerunt & erant contracta.Et breuiter sine argumē tis fuit concluſum,quòd non: sed oportebit ipsum probare matrimonium per verba de prę senti legitimè contractū,licet non fuerit cōsummatum.

1 Ratio,quia † beneficium per sponsalia non vacat: prout leg.& notat.per glo.& Ioan.And.in nouel.in c.j.de cle. coniuga.facit c.beneficium.de re.iur.lib. vj. imò adhuc est dubium,an per matrimonium legitimè per verba de præsenti contractum vacet beneficium:per lecta & notata eod.titu.ca.diuersis fallacijs.& melius in cap.Ioannes.& per Inno.pulchrè in cap.tuæ.de aposta. ibi vide. tum quia si sic vacaret:puta per sponsalia,non deberetur impetranti propter falsum modum vacandi expressum. & verum modum vacandi non concessum. per c. susceptum.de rescrip.lib.vj.

De Præbendis.

SVMMARIVM.

Clausula generalis in literis gratiosis inserta,licet firmet gratiam & vitium surreptionis tollat:impedimentum tamen seu inhabilitatem personæ nō remouet,nec dispensationem inducit.

EPITOME.

1 *Statuta ecclesiarum dicuntur per clausulas derogatorias in literis specialibus insertas sublata, vel saltem dilata. & numero sequenti.*

2 *Clausula derogatoria in statutis vel consuetudinibus ecclesiarum apposita quid operetur.*

3 *Aetatis defectum patiens, an possit acceptare beneficium ecclesiasticum vel præbendam sacerdotalem.*

Decisio 1. aliàs 3.

1 SI statutum † est in aliqua ecclesia de certa præbenda non conferenda nisi actualiter in sacerdotio constituto. Fuit dubitatum vtrum impetrans apostolicus,qui non fuit in tali ordine posset huiusmodi præbendam acceptare sibiq; facere prouideri de eadem,prædicto statuto non obstante. Et videbatur quòd non.per c.j.de consti.lib.vj.& in hanc conclusionem videbatur declinare Archid.in cap. cum aliquibus.de rescript.libr. vj. Fuit decisum & determinatum per omnes contra.cum hac limitatione:videlicet, dummodo prædictus acceptans tēpore acceptationis & prouisionis huiusmodi fuerit in tali ætate quòd infrà annū possit promoueri in sacerdotem.per capi.ei cui.cum ibi nota.per Ioan.And.de præb.libr.vj.hanc conclusionem videtur ponere Ioan.mo.in c.si pro pauperibus. de præben.eo.li.motus † ex clausulis derogatorijs hodie in gratijs communibus & specialibus poni consuetis,per quas sublata vel saltem dilata omnia statuta quæ in contrarium essent,censentur: prout innuunt hæ clausulæ non obstantiarum,si bene inspiciantur.& per has clausulas satisfit d.c.j.de consti.li.vj.pro contrario inducto, & respondetur motiuis Archi per motiua fortiora Io. An. & Io.mo.in locis prælegatis.Dominusverò Robertus allegat vnum dictū domini Guil.de mōte laud. positum extrauag.sedes apostolica.Io.xxij.cōtra prędictā conclusionē,q licet per nō obstātias hodie in gratijs poni cōsue

tas derogetur ſtatutis generalibus omnia beneficia eccle ſiaſtica reſpiciens: tamen non derogatur per eas ſtatuto alicui ſingulari ſuper certo beneficio edito, niſi de illo certa expreſſaq; mentio fiat. per c.j. de conſti. ſuprà alle. in contrari. & ſic dixit dominus Gallardus ſe poſt publi cas relatiões in quadam cauſa de Arragonia obtinuiſſe, & ſententiaſſe, quod alij domini recordantes adhuc de illa dixerũt verum eſſe in ſtatuto appoſito in prima fun datione certi beneficij per fundatorem ſiue laicum ſiue clericum vel in teſtamentis eorum, quibus papa non in tendit præiudicare nec derogare per huiuſmodi clauſu las generales, ne retrahantur à fundatione & ordinatio ne beneficiorum argu. ca. cùm dilectus. de iure patro. & eorum quæ legun. & notan. in cap. licet. de præben. libr. vj. Quam concluſionem crederem indubitanter veram in ſtatutis ſeu ordinationibus laici: ſecus verò ſi clerici quibus papa vult & poteſt leuius præiudicare. argu. cap. cùm dilectus. antedicti, & xvj. q. j. decernimus. Secus verò domini dicebant de ſtatuto facto de certo beneficio per ordinarios collatores prælatos quibus papa vult & po teſt præiudicare ex ſua generali & ordinaria poteſtate, & dare ius ad vacatura beneficia ad collationem eorum ſpectantia. de conceſſ. præbend. cap. propoſuit. ipſe enim in conferendo omnes ordinarios poteſt præuenire. de præben. dudum. & ca. quamuis. ij. libr. vj. & claudere eis manus per ſuum decretum. de conceſſ. præben. ca. j. & c. ſi capitulo. & ca. ſi ſoli. libr. vj. & cap. cùm ei quem. eod. titu. in clemen. & fuit obtentum & ſententiatum in qua dam cauſa Tornacen. pro quodam apoſtolico acceptan te præbendam actu ſacerdotium requirentem ex ſtatu tis epiſcopi & capituli illius eccleſiæ non habentis ordi nem presbiteratus exiſtentis tamen in legitima ætate: ſcilicet quòd talis infra annum poterat promoueri, & promotus fuit etiam ante litem motam, licet ad hoc nõ tenebatur forte ante adeptam poſſeſſionem pacificam. de electio. cap. licet canon. & ca. commiſſa. eod. titu. libr. vj. quæ omnia intelligas quando in gratia ſunt ſublata ſtatuta & conſuetudines per nõ obſtan. hodie in gratijs ſpecialibus poni conſuetas. Contrarium crederem in forma pauperum, in qua non tolluntur ſtatuta & con ſuetudines. prout expreſsè not. Ioan. mona. & Archid. in dict. ca. ſi pro clericis pauperibus. Quod intellige de be neficijs requirentibus ſacerdotium vel alium ſacrum or dinem aptitudine ſed non actu. Si verò actualiter: quia tunc non ſunt ſublata ſtatuta, non poteſt prouideri impe tranti de beneficio actu ſacerdotium requirente ex ſta tuto, niſi ſit in tali ordine conſtitutus: vt ibi not. Ex hoc
3 inſurrexit † aliud dubium. Pone quòd prædictus expe ctans apoſtolicus tempore acceptationis non eſſet legiti mæ ætatis: vtrum valuiſſet acceptatio? videtur velle Io. Andr. in ca. ei cui. ſuprà alleg. in j. glo. quod ſic. Sed contrarium fuit obtentum: quia per non obſtan. prædictas non perimitur ſtatutũ, licet oppoſita ſit clauſula firmans gratiam, vt non obſit ei: & idcirco non perimitur quali tas præben. per ſtatutum inducta modo qualitate duran te. & ſi non obſtet ſtatutum gratię, obſtat tamen diſpoſi tio iuris communis, quæ nõ vult ſacerdotale beneficium conferri patienti defectum ætatis. vt in dictis iur. ei cui. & ca. licet canon. quod ius commune papa in dubio per tales clauſulas non intendit diſpenſare: vt not. per Ioan. mo. in c cum aliquibus. de reſcript. libr. vj. & ca. j. deſil. presbyte. eod. libr. & not. Ioan. Andr. in ca. ſi motu pro prio. de præben. facit. cap. non poteſt. eod. titu. libr. vj. & per hoc tollitur vna ſubtilitas quam ponit Ioan. Andr. ad ſaluandam dictam glo. ſuam in dict. c. ei cui. in nouel. ad materiam ſupradictam vide Archid. in roſario. xxv. quæſt. ij. in ſum. in fin. & per eundem Ioan. Andr. de re ſcript. ſi propter. libr. vj.

ADDITIO.

Deciſio & concluſio dominorum de rota qui ſequun tur opi. Io. mo. & Io. And. contra Archi. & quæ iſtarum opi. ſit verior vide in repetitione. c. ei cui. de præben. lib. ſexto. & in conſilio domini Lauren. de Rid lſis. poſito in libro reportationum domini Anton. de Bu. ſuper. iiij. libro decreta. & vtrobique declaratur intellectus huius deciſionis.

ALIA ADDITIO.

Hoc puto verum ſi apparet de intẽtione mandantis, ſi tali patienti defectum in ætate noluerit præbendam ſacerdotalẽ conferri: de qua intentione videtur apparere, cùm in literis papalibus apponitur clauſula, non obſtan tibus aliquibus per quæ effectus noſtrę gratiæ impediri valeat vel differri. Nam tunc ſatis apparet de intẽtione ſcribentis, quòd ipſe voluit dari ſibi ſacerdotalem præ bendam, ordinem autem recipiet cùm erit ætatis legiti mæ: vbi verò in dictis literis nõ eſſet adiecta dicta clau ſula, ſed ſimpliciter mandatum prouideri de præbenda: tunc de ſacerdotali nõ poterit prouideri tali impetranti in ætate defectum patienti.

ALIA ADDITIO.

Clauſula generalis, non obſtantiarum. quamuis tollat impedimentum gratiæ: defectum perſonæ tamen non tollit, niſi de eo ſpecialis mentio habeatur: quia non eſt veriſimile quod per talem generalem clauſulã papa vo luerit fraudare eccleſiam ſeruitio vnius ſacerdotis. & de effectu huius clauſulæ vide plenè per Ioã. Andr. in c. j. de exceſ. prælato. lib. vj. per Lapum abbatem in cap. ei cui. de præben. eo. li. pleniſsimè per Barto. in extrauagan. ad reprimendam. ſuper verbo, non obſtantibus.

SVMMARIVM.

Impetrans beneficium ſolitum regi per ſæculares ſe cundùm formam c. cùm de beneficio. de præben. lib. vj. ſufficit quòd probet illud rectum per x. annos, vt tale, ſicuti impetrauit, niſi ex aduerſo probaretur, quòd per xl. annos, vt regulare, fuerit gubernatum.

EPITOME.

1 *Alteratio ſtatus beneficij probatur xl. annorum ſpatio.*
1 *Clericus ſæcularis impetrans beneficium tanquam ſæcuları, probare debet vltimum ſtatum fuiſſe ſæculare: & ſufficit.*
3 *Præſcriptio xl. annorum prima tollitur per ſecundam xl. contrariam.*

Deciſio 2. aliâs 32.

FVit dubitatum † quid impetrans ſecundũ formam c. cùm de beneficio. * de præbend. libr. vj. teneatur probare, videlicet vel ſimpliciter vltimũ ſtatum illius beneficij, videlicet illud rectum per clericum ſæcu larem vltimo, & quod per xl. annos fuerit ſic rectũ: vel an ſufficiant decem, anni in quo domini erant varij. Nã ſecundùm aliquos requiritur continuatio & pacifica gubernatio tanti temporis, quòd legitima præſcriptio ſit completa, quæ eſt quadragenaria. de cau. poſſeſ. & pro prieta. cùm eccleſia Sutrina. de præſcrip. de quarta. & c. ad aures. cum ſimilibus. Etiam hoc videtur expreſsè in nuere tex. d. c. cum de beneficio. ſuperius alleg. quem ſic intelligunt quaſi omnes ſcribentes propter verbum, legi tima. quæ regulariter eſt quadragenaria: ſecus verò ſi illud verbum non eſſet poſitum in tex. ſecundùm Io. An. quia tunc procederet dictum eius poſitum in cap. fin. de conſue. in nouel. eod. lib. ſuper glo. conſuetudo. vbi vide tur innuere quòd ſufficiat decenalis præſcriptio in con ſuetudine ſecundùm ius commune introducta. Et quia conſuetudo de qua loquitur dictum c. cũ de beneficio. eſt talis, cum omnia beneficia eccleſiaſtica ſunt ſæcularia de iure communi: idcirco maior pars dominorũ declinauit in hanc vltimam opinionem: videlicet ſufficere in hoc caſu decennalem præſcriptionẽ, per dictum domini. Io. And. ſuperius alleg. & poſitum in d. c. fina. de conſue. & hoc verum ſecũdùm prædictos dominos, niſi ex aduerſo probaretur illud beneficium per regulares antea fuiſſe gubernatum per xl. annos, vel gubernando per eoſdẽ ſic in ſua inſtitutione fuiſſe inſtitutum: tunc enim propter mutationem ſtatus ipſius beneficij benè aſtringitur im petrans ad probandum quadragenariam præſcriptio nem tum quia ſecundùm primã cauſam illa prima præ ſcriptio regularium xl. non tollitur niſi per contrariam præſcriptionem quadragenariam: vt not. de exceſ. prælator. accedentibus: tum quia ſecundum caſum ius com mune obſtat clerico ſæculari, & ſic requiritur quadra genaria præſcriptio, per iura & dicta doctores ad hoc ſuperius inducta facit capitulo, cumana. de electionibus. de reſtitutione ſpoliatorum. ad decimas. libro ſexto, clementina, quia regulares à contrario ſenſu de ſup

2 ple.negl.præla.Dominus verò Aegid. † fuit singularis opinionis in hac materia,dicebat enim sic circa primum dictum, quòd si clericus sęcularis impetret beneficium aliquod tanquam sęcolare, vel clericis sæcularibus assignari consuetum:sufficit quòd vltimus status fuerit sęcularis,licet non probetur quòd ille status fuerit per x. annos obseruatus:dummodo non probetur contrarium: videlicet alium statum legitimè præscriptũ præcessisse, pro quo alleg.not.per glo.in c.possessiones.de re. eccle. non alie.rationem enim assignauit:quia ibi non agitur de mutatione status ipsius rei: sed solùm de vsu & statu ipsius vsus:solùm debet attẽdi statusvel possessio qui pro tunc est.de sen.ex.si iudex.cũ ibi no.li.vj.de elec.querelam.de iure pa.consultationibus.de offi.prœto. l. Barbarius.ita ꝙ verbum,consuetũ.referatur ad solum vsum: vt C.de epis.au.l.iij.cũ multis ſi.licetvbi ageretur de status mutatione in prejudiciũ alterius religionis, ordinis vel ecclesiæ verbum,consuetum.reciperetur pro cõsuetudine legitimè per xl.annos obseruata, propter naturã materiæ & prejudiciũ ecclesię:vt in c. cũ ecclesia.Sutr. de cau.pos.& propr.de elec.cumana. & in c. cũ ecclesia Vulterana.de of.ord.cũ satis de iurepa.cura. de consue. cùm dilectus.& de ver.sig.c.abbate.de priuile.c.si de terra.cũ multis ſi.facit secundùm ea: quia de iure cõmuni omnia beneficia sunt sęcularia,ex eo quod primęuus status beneficiorum est sęcularis,cùm de beneficio sęculari fiat regulare,& nõ econuerso facit de dona.c. ad apostolicę.vt prędixi.& sic dixit intelligẽdum dictũ c.cùm de beneficio.& placuit dominis hæc opinio quã ego crederem etiã veram vbi nullus alius status precedens nec sub sequẽs allegaretur,nec probaretur propter assistentiam iuris cõmunis.sed in casu in quo contra impetrantẽ iusta formã prędictę decre.daretur de statu regularių precedenti vel subsequenti statũ sęcularem allegatũ per impetrantem etiam si status ille regularis nõ fuerit per xl. annos obseruatus crederẽ impetrantem astringi ad probandum statũ medium.ſ.sęcularitatis fuisse seruatũ per xl.annos,& hoc meo iudicio innuũt multa verba illius tex.ibi videlicet,etiã.quę est dictio ampliatiua, si ante vel post.ſ.statũ regularitatis allegant per impetrantẽ religiosi quãdoq; & sic nõ semper nec per xl.annos ministrauerũt.in eodẽ,licet aqui velint supplere ad dictũ verbum quãdoq;,&c.ita ꝙ prescriptio sit legitimè cõpleta per religiosos ante vel post per xl.annos in eodẽ beneficio ministrãtes, qui est absonus intellectus meo iudicio. Nam si primò fuisset beneficiũ regulare per quadraginta annos &postea sęculare per alios quadraginta annos, & vlterius iterũ per xl.crederem vltimũ statum attendendum & per illum sublatũ medium statũ.Nam vt supradictum est,prescriptio † quadragenaria prima tollitur per secundam contrar.quadragenariã.iuxta no.in c. accidentibus.de excess.prela.At vbi primus status beneficij fuisset sęcularis,nili pervnũ annum ex sua primęua institutione seu fundatiõe mutatus in regularẽ & obseruatus per x.vel xx.annos ita ꝙ nõ erat adimpleta legitima prescriptio,& subsequenter iterũ iste secũdus status mutaretur & reduceretur ad statũ pristinum sęcularitatis:tunc crederẽ sufficere prescriptionẽ decẽnalem: tum propter assistentiã iuris cõmunis:tum quia res de facili redit ad naturam suam xxxv.di.ab exordio.ff.de pac.si vnus.ad materiã vide Ber.in d.c.possessiones.& per eundem de reli.do.inter quatuor.& per ipsum & Io.An.de vi.& ho.cle.quoniã.& xvj.q.iij.peruenit per Arch.

*Condi. nisi. fuit opinio.

SVMMARIVM.

Impetranti beneficium vacaturum per assecutionem &c.sufficit probare assecutionem de facto.

EPITOME.

1 *Beneficium incompatibile vacat per assecutionem alterius de facto factam.*

2 *Possessio vitiosa quòd priora beneficia vacare faciat.*

3 *Beneficium quando quis pacifice assecutus dicatur.*

Decisio 3. aliàs 61.

Adde infrà in an.de.366. in die proba.

1 SVfficit † impetranti beneficium vacaturũ per assecutionem pacificã alterius beneficij probare,ꝙ ille per cuius assecutionẽ impetrauit possessionẽ alterius be-

2 neficij sit assecutus,licet de facto & violenter:quia † vitiosa possessio facit vacare priora beneficia.de preb.eum qui.li.vj.no.Inn.in c.cõstitutus.de ap.nec debet esse inua sor melioris conditionis &c.vt in d.c.eum qui.

ADDITIO.

3 Sed quæro † quando quis dicatur beneficium pacifice assecutus?dic ꝙ quãdo habet liberũ curæ exercitium, licet maioris partis bonorũ possessionem non habeat,secundùm Ste.& zen.in cle.gratiæ.de rescrip.per gl.in c. commissa.de elec.li.vj.hoc videtur cõtra text.& gl. magnam in c.si tibi cõcesso.de preb.li.vj.sed dic,ꝙ licet haberem exercitiũ curæ,sufficiat quòd ad finẽ vt currat tẽpus,de quo in c.licet canon.de elect.li.vj.non tamen quòd ad finẽ vt vacent priora beneficia:nã tunc requiritur qđ administrationẽ bonorum ecclesiasticorũ vel maioris partis habeat,vt dicatur pacificè possidere vt in d.c.si tibi cõcesso.& oportet quod quis possederit pacificè secundum beneficiũ per duos menses,vt inducatur vacatio primi,aliàs nõ diceretur pacifica possessio secũdùm Lap.in d.c.cõmissa.super gl.quę incipit,aliquãdiu,cuius opi.bis vidi seruari in rota.Pau.de Lea.in cle.gratię.dicit ꝙ pacificè * dicitur possidere qui possidet sine controuersia iuris vel facti iudiciali vel extraiudiciali & not.hęc pro causã parœcialis ecclesię sancti Io.euãgelistę Patauiensi. dicœce.Vna tamẽ decisio in antiquis dicit, ꝙ vbi aliquis est in possessione beneficij, licet sibi moueatur lis super beneficio:tamẽ videtur pacificã possessionẽ habere:quia ad hoc ꝙ quis videatur pacificã possessionem habere,sufficit ꝙ de facto possideat,licet super iure sibi cũtrouersia moueatur:vt no.Inn.in d.c.cõstituitur.in gl.ij.& Archid.in d.c.licet.super verbo pacifica.de præb.lib. vj. ad quod facit l.vim facere.ff.de vi.& vi ar.licet cõtra facere videatur l.Lucius.§.tres.ff.ad Trebel.facit quod not. in c.cõmissa.super verbo pacifica.de elec.li.vj. ita determinat decisio Lu.in antiquis quę incipit.Item no.ꝙ vbi aliquis.& illa est plenior ista, cui adde qđ not.d.Ant. in suis recollectis in d.cle.gratię.& in cle.si plures.de preb.

*Pacificè. Ad de instit an. de cau.pos.& prop.dec.3.

SVMMARIVM.

Potestas conferendi beneficia reseruata nõ se extendit ad beneficia apud sedem apostolicam vacantia.

EPITOME.

1 *Habens potestatem conferendi beneficia reseruata,an beneficia per sedem apostolicam vacantia conferre possit.*

Decisio 4. aliàs 97.

1 HAbens † potestatem cõferendi * authoritate apostolica beneficia sedi apostolicę reseruata potest nedum specialiter sed generaliter reseruata vacantibus in curia per obitũ duntaxat exceptis:quia illa nõ veniunt sub generali concessione.de concess.preb.c.ij.li.vj. Ratio,quia priuilegiũ principis latè est interpretandũ. de verb.sig.olim.de dona.c.cum dilectus.& vbi non distinguit papa nec nos distinguere debemus.ij.q.v consuluisti.de trãsla.c.inter corporalia.de ma.& obe.c.solitę. de coniug.lepro.ca.quoniã.Dñs Aegi.& Pe.gasconis cũtra per c.ij.de præb.li.vj. propter inhibitionẽ & decretum ibidem positũ,quod refertur ad oĩa beneficia qualitercunq; posita apud sed.ap.vacãtia.Concedaf hoc,aliud * enim est dicere beneficiũ vacans apud sed.ap. cõferre: & aliud reseruata sedi apostolicę cõferre:vt infrà in cõclusione notatur.

*Conferendi Add.supra tit.deleg. deci. ij. quod legatus & in an. dec.9.de cõcess. præb. habere potestas.

*Aliud enim. Add.quod su prafacit de of. leg.dec.3.

SVMMARIVM.

De duobus expectantibus in data paribus prefertur primò presentans executori.

EPITOME.

1 *Executor datus ad prouidendum quòd collator sit.*

Decisio 5. aliàs 100.

SI vnus de duobus habẽtibus gratias æquales & eiusdem datę primò presentat literas suas executori suo quã alter,& faciat fieri processus:prefertur alteri in præbẽda vel beneficio postea vacãte propter huiusmodi

1 diligentiã:quia † omnis executor datus ad prouidendũ est collator.iuxta ea quæ le.& not.de preb.c.pro illorũ. & de rescrip.c.tibi qui.& de preb.c.si cui per ar.li.vj.ita ꝙ locũ habet ij.resp.c.si duobus.de rescrip.co.li.sed non tertium.

ADDITIO.

Caue quia capitu.duobus.versicu.si verò.suprà alleg. videtur intelligẽdum de presentatione facta eis ad quos spectat canonicorum receptio & collatio prebendarum

vt dicitur in prin. non de presentatione facta executori: ideo hæc decisio est contra dispositionem d.c.duobus. & ita cõsuluerunt d.Petrus de Anch.& Fran.de zabarellis.

SVMMARIVM.

Motus proprius licet tollat qualitates extrinsecas: nõ tamen intrinsecas: puta curam seu principalitatem beneficij: nec lędit ius tertij: nec gratiam ampliat: nec dispensationẽ irregularitatis vel alterius inhabilitatis inducit.

EPITOME.

1 *Certa scientia principis motu proprio in literis non expresso, an vitium surreptionis excludat.*

2 *Qualitates beneficiorum obtentorum exprimere neminem tenere iuris communis esse: sed obtinendorum sic.*

Decisio 6. aliàs 111.

LIcet motus proprius papæ excludat & tollat qualitates extrinsecas, intrinsecas tamen non: puta curam vel principalitatẽ beneficij de quo prouidetur vel mandatur prouideri, de quibus si non fiat mentio in gratia etiam proprio motu facta, ipso iure est nulla: vt not.Io.An.in ca.si motu proprio.de præb.li.vj.in nouel.

ADDITIO.

1 An † certa scientia principis proprio motu in literis non expresso vitium surreptionis excludat.doct. dicunt quod nõ.in c.si motu.de preb.li.vj.alibi lex videtur velle quòd idem operatur certa sciẽtia principis rescribentis, quod operatur clausula, nõ obstãte. l.idẽ scribit.§.fi.ff. de excu.tu.& l.quidã consulebant.ff.de re iudic.& vide per Bal.in vlibus feudorum in prin..in fin.tertiæ chartę.

Decisio 7. aliàs 112.

* Dicebant. Hæc decisum mata est cum præcedenti.

DIcebant * domini quòd motus proprius non tollit ius tertij: puta si beneficium spectabat ad iuspatronatus alicuius laici, de quo papa si sciuisset, nullatenus prouidisset. iuxta not.in ca.ij.de præben.libr.vj. per omnes & pro hoc facit vnum dictum c.nobis.de iurepa.& in clem.per literas.eod.tit.de præben.per.Ioan. Andr. & Pau. vbi etiam dicunt super verbo, directas. q licet proprius motus vitium surreptionis tollat: tamen gratiam non ampliat, nec dispẽsationen irregularitatis uel alterius defectus, aut retentionis plurium beneficiorum incompatibilium inducit: vt not.prædicti docto.in clem.si romanus pontifex. de præben. Contra primam conclusionem allegatur vna not.Ioan.And.in clemen.si dignitatem.de præben.super verbo, mandamus. quam tamen aliqui domini intellexerunt de qualitatibus beneficiorum obtentorum: secus de his de quibus papa prouidet vel prouideri mandat. & credo hoc vltimum fuisse

2 de mente glossatoris: quia † de iure communi non tenetur quis exprimere qualitates beneficiorum obtẽtorum sed bene obtinendorum: vt in dicta cle.si dignitatem. & in c.cùm in illis.de præben. quemadmodum enim proprius motus tollit surreptionem in obtentis: vt in cle. si romanus.eod.tit.ita in obtinendis. Pro hoc & etiam contra secundam solutionem videlicet q gratiam ampliat, & ius tertij tollit, inducebam c.si pluribus.de præb.libr. vj. maior pars dominorum remanserunt & tenuerunt prædictas duas conclusiones.

ADDITIO.

Sit tamec cautus aduocatus in modo opponendi, nam licet motus proprius tollat vnum defectum irritationis literarum, vt est defectus taciturnitatis, alios tamen defectus non tollit: vt puta defectum natalium, ætatis, vitium corporis, bigamiæ & similes: quanquam dicti defectus per viam surreptionis nõ possint opponi propter expressionem motus proprij: tamen opponi possunt per viam iuris communis: cùm motus proprius talium dispensationem non inducat: vt in cap.eam te.de ætate & quali.& per Ioan.And.in d.c.si motu.& ideo sublato defectu taciturnitatis per motum proprium, alij remanẽt, & ad nullitatem dispositionis sufficit vnum ex pluribus defectibus remanere: vt l.si non lex.ff.de hæredi. instit. & l.si domus.ff.de serui.vr.prædi.

SVMMARIVM.

Quotidianæ distributiones in impetratione beneficij certi valoris non computantur.

EPITOME.

1 *Fructus beneficij impetrati quotidianas distributiones non amplexatur.*

2 *Distributiones quotidianæ in beneficij valore non cõputantur.*

Decisio 8. aliàs 134.

QVando † impetratur certũ beneficium certi valoris fructuũ: secundum cõmunem æstimationẽ distributiones quotidianæ in huiusmodi valore fructuum nõ sunt cõputandæ. Ratio, quia illæ dãtur ratione certi ministerij personalis: puta interessentibus diuinis, & nõ sunt de corpore beneficij: & ideo non comprehenduntur sub illis: prout leg.& not.in capi.licet.de præben.& de cle non resi.c.vno.lib.vj.& ibi per Io.An. in nouel per eundem in addi.Specu.tit. de concess.præb. pro hoc optimè facit c.fin.de concess.præbend.§. in illis verò. libr.vj. vbi distributiones quotidianæ sunt aliud quàm illud quod datur ratione præbendæ.

Vide

ADDITIO.

2 Nota † q distributiones quotidianę non computantur in valore beneficij. Ita etiã determinat Oldr.consil. cxviij. Et Ioan.And.in addi.Specu. de concess.præbend. quorum rationes vidi in repetitione cle. primæ de concess.præb.per d.Pet.de Ancha. vbi idem dicitur de mortuarijs & anniuersarijs.

SVMMARIVM.

Dignitas in ecclesia dicitur illa quę habet administrationem admixtam cũ iurisdictione: personatus verò vel officiũ, quãdo habet administrationẽ sine iurisdictione.

EPITOME.

1 *Thesauraria, Decanatus & Præpositura an sint dignitates.*

Decisio 9. aliàs 173.

1 DE † thesauraria an sit dignitas vel simplex officiũ de iure cõmuni domini erant varij, aliqui dicebãt quòd sonat in nomẽ dignitatis, & in multis ecclesijs pro principaliori dignitate reputatur, alij & maior pars, de quorũ numero ego fui, dicebant q Thesauraria sęcluſa consuetudine & reputatione ecclesiæ de iure cõmuni nõ sonat in nomẽ dignitatis, nisi Archiaconat': & Archipresbiteratus, pter iurisdictionẽ & prœeminẽtiã, quas habẽt super alios, & præsertim subditos & psonas ecclesiasticas: prout patet expresse in toto tit. de of. Arc. & Archipresby. Imò scdm Inn.in c.de multa.de prębẽ. etiã si Archidiaconus nullã haberet iurisdictionẽ in mũdo ratione consuetudinis: tñ ratione nominis sonaret in dignitatẽ: secus de prępositura decanatu & alijs, vt patet exemplũ de prępositis in ecclesia Carnotẽ. & Turonen. do. Nic. nõ reputauit aliquẽ de iure cõmuni post epm in ecclesia cathedrali in dignitate constitutũ, nisi vnũ qui immediatè est post eũ, qui in aliq. ecclesijs vocatur. Prę positus, in aliqbus Thesaurarius, &c. tñ de cõmuni iure immediatus prælatus post epm in ecclesia cathedrali est Archidiaconus, q est oculus epi, & gerit in multis vices ipsius: vt in c.ad hęc. & c.mãdamus. de of. Archi. In alijs ecclesijs collegiatis est ille, qui est caput & prælatus ecclesiæ vel collegij electus ab ipso collegio, & per epm cõfirmatus: & talis habet prœeminentiã & iurisdictionẽ super eligẽtes eũ, & sibi obedire tanquã prælato eorum tenẽtur: prout le. & no. de of. ord. c. cùm ab ecclesiarum. per Inn. & Host. tñ quicquid sit, consuetudo & cõmunis reputatio multũ operatur in illis: put le. & no. p Inn. & Ho. in d.c. de multa. & Arc. in c.j. de cõsue. li.vj. & Paul. in cle. vt hj qui. de ęta. & quali. qui videtur cõcludere ad propositum, quòd habentes administrationem rerũ sine prærogatiua non videntur in dignitate, sed officio constituti: vt sunt sindici, procuratores, castellani & sacrista. j.q.iij. saluator. sed si habent administrationẽ & iurisdictionem, vt camerarius papæ: tunc est dignitas secũdum eum, & remittit ad notata per eum de deci.c.j. in cle.

ADDITIO.

Dignitas ecclesiastica ex tribus cognoscitur. Primò quando habet administrationẽ rerum ecclesię cũ iurisdictione: vt lxxxix.dist. Volumus. & centesima distinc. Diaconi. Secundò quãdo habet nomẽ dignitatis & prælationem siue prærogatiuã in ecclesia tã in choro quàm in capitulo: licet non habeat administrationẽ rerum vel iurisdictionem. de consuetudine. cùm olim. & de instit. cùm venissent. Tertiò, quando in ecclesia est cõsuetudo quòd illius officium habeatur pro dignitate.

SVMMA

SVMMARIVM.

Collectorum & subcollectorum beneficia tempore officiorum collectoriæ & subcollectoriæ possessa vel acquisita sunt perpetuò reseruata, donec huiusmodi reseruatio per collationem papæ sit semel extincta: & talis reseruatio specialis est & non generalis.

EPITOME.

1 *Beneficia collectorum & subcollectorum semel reseruata semper remanent reseruata, quamuis desierint esse tales.*

Decisio 10. aliàs 181.

* *Collectorũ Add. infrà eo. ti. dec. 12. & in an. dec. 14. & 31. eo. ti.*

BEneficia † collectorum * vel subcollectorũ semel reseruata, licet desinant esse collectores & cesset officium eorum, semper remanent reseruata, nec aliquis potest disponere de eis præter papam: quia per decretum papæ semel fuerunt affecta, quæ affectio nunquam tollitur nisi per collationem papæ postea subsecutam. & quia semel erat ablata potestas ordinario conferendi per huiusmodi reseruationem nisi restituatur sibi huiusmodi potestas, & tollatur impedimentũ nunquam poterit se intromittere de huiusmodi beneficio. pro hoc allega. iura communia de ap. c. vt nostrum. de off. ord. c. pastoralis. & de præben. c. statutum. lib. vj. & de elect. si eo tempore. eo. li. quam conclusionem intelligo veram de beneficijs tempore collectoriæ vel antea obtentis: secus de post obtentis vel obtinendis, quæ post finitum officium non sunt reseruata. pro hoc etiam faciunt declara 1 tiones dominorum Vrbani papæ. v. & Gregorij. xj. quę habent, quãdo papa mandat prouideri de aliquo beneficio certo modo vacãte vel vacaturo, si aliqua causa huiusmodi prouisio non poterit sortiri effectum: nihilominus tamen huiusmodi beneficium manet reseruatum. Sed vidi dubitari vtrum huiusmodi reseruatio deberet censeri generalis vel specialis. & fuit determinatũ in rota & etiã per dominum vicecãcellarium quòd specialis.

ADDITIO.

Adde decisionem quæ est in antiquis. ccvj. quæ incipit. Item nota quòd vbi papa reseruat, &c.

ALIA ADDITIO.

Pone quòd ordinarius infra mẽsem datum expectanti, ante tamen acceptationem ipsius de facto cõtulit cuidam beneficium vacans quod cadebat in gratia dicti expectantis ad supplicationem eius, cui ordinarius cõtulit. deinde papa mandauit certis iudicibus ꝙ illam collationem ordinarij auctoritate apostolica confirmarent, si à die datę præsentium nõ esset alteri ius quæsitum. Quęritur an confirmatio teneat, & etiam prouisio facta expectandi. Et videtur ꝙ non, postquam papa manum apposuit mandando confirmari collationem ordinariam: quia per talem manus appositionem videtur ad se totum negotium aduocasse, & sic executoris & cuiuscunq; alterius inferioris manus ligatæ fuerunt. ar. c. vt nostrum. de appel. & de offi. dele. c. pastoralis pro hoc faciunt nota. per Inn. Host. & Io. An. in c. cùm dilectus. de iure pa. vbi dicunt, quòd si papa deputat certum prouisorem & beneficium reseruet pro aliquo in certa ecclesia, & talis prouisor antequam prouiderit moriatur, ꝙ conferendi potestas illud beneficium remanet penes papam, nõ autem reuertitur ad ordinarium collatorem. hoc idem tenet Compost. in c. capitulum versi. quod si executor. de rescrip. vbi dicit, ꝙ si prouisor datus per papam prodidit: prouisio tamen est nulla: quia tale beneficium intelligitur affectum, adeo ꝙ in illa vacatione per alium inferiorem à papa de eo disponi non potest. ad idem facit quod not. Inno. & Io. And. in c. inter dilectos. de excess. pręla. In oppositũ videtur: quia per solum mandatum de conferendo, sicut nec per mandatum de prouidendo nõ ligantur manus cuiuscunq; potestatem conferendi habentis, quominus prouisio facta per eũ valeat: vt in c. quia cunctis: §. ex parte. ver. non sic autem. de concess. præben. lib. vj. nisi papa expressè beneficium reseruasset suæ dispositioni, vel decretum apposuisset in tali mandato, vel suã voluntatem expressè declarasset seu insinuasset dictis iudicibus, vel interdixisset, vt ibidem no. super verbo, exprimatur. & super verbo, insinuet. & per hoc respõdetur ad vnam rationẽ factam suprà in contrarium. quia papa non videtur ad se negotium aduocare, nec manus apponere, nisi exprimat, ꝙ nullus alius possit disponere: puta reseruando, disponendo seu decernendo per præmissa: vnde credo primam partem esse veram, ꝙ simpliciter mandando prouideri de beneficio vacante, videtur manum apponere etiam si aliàs non reseruat. Aliqui tamen respondent ad iura allegata: quia illa omnia loquuntur vbi papa mãdat prouideri de beneficio vacaturo, quo casu non est verisimile, ꝙ per tale mandatum velit manus ordinarij ligare vel beneficium afficere, etiam si de certo beneficio vacaturo mandet prouideri: puta tali, illud expressè nominando. Sed non video rationem diuersitatis inter beneficium vacãs & beneficium vacaturum cùm casus vacationis euenerit, & eadem est ratio vtrobiq;: vnde crederem secũdam partem veriorem de iure, & sic prouisio expectantis sit potior, & cõfirmatio per consequens inualida censeatur, per regulam allegatam. & ita tenet cancellaria: videlicet ꝙ per solam manus appositionem papæ siue prouideat de vacante, siue de vacaturo, aut mandet prouideri seu aliàs disponi etiam de incerto, ꝙ tunc beneficium sit affectum, & clausæ sint manus cuiuscunq; inferioris collatoris.

SVMMARIVM.

Habens gratiam in certa ecclesia potest acceptare etiam nullius collatione expressa.

EPITOME.

1 *Papa potest gratijs & priuilegijs suis adijcere formã quam vult.*

2 *Gratijs si nullius vacandi modus insertus sit, quod omnis vacandi modus veniat.*

3 *Potestas executoris dati ad prouidendum de beneficio vacante vel vacaturo an extendatur ad beneficium quod de iure vacat & non de facto.*

Decisio 11. aliàs 196.

HAbens gratiã de beneficio, si quod vacat, vel cùm vacauerit in certa ecclesia quod duxerit acceptandum: potest acceptare beneficium ad cuiuscunque collationem, præsentationem, institutionem vel electionem, prout spectat in ipsa ecclesia non obstante quod nõ habet ad collationem episcopi decani, &c. quia † potest papa adijcere formam gratijs & priuilegijs suis quam vult. & quando non exprimitur aliquis modus, venit omnis modus, prout leg. & not. de præb. c. cum in illis. li. vj. & clement. j. eod. titu. & in glo. quæ incipit, quamuis istud verbum.

ADDITIO.

2 Not. quòd † quando in gratia nullus modus vacationis exprimitur: venit omnis modus vacandi. & pro hoc vide text. in c. ij. ibi, per mortem alicuius vel aliàs, &c. de renunc. & in c. j. de re. permu. lib. vj. & vide decis. xxiij. inf. isto tit. Vidi dubitari vtrum † potestas executoris dati ad prouidendum de beneficio vacante vel vacaturo extendatur ad beneficium quod de iure vacat & non de facto. Et videtur quod non, per c. cùm nostris. de concess. præben. Dicunt quidam quod illud c. loquitur cùm literæ sunt impetratæ super tali beneficio tanquam vacante: quod quidem cùm non vacet de facto, videtur rescriptum obreptitium, & imputet sibi impetrans qui in literis expresit vacare beneficium, quod de facto non vacabat: secus cùm literæ generaliter conceduntur super vacante vel vacaturo. Ratio bona diuersitatis inter istum casum præcedentem assignari non potest. Io. And. videtur quòd in beneficio vacante ratio sit: scilicet odium rescriptorum. Sed certè magis odiosa est censenda impetratio generalis & vaga super vacantibus & vacaturis quàm super beneficio in quo non valet impetratio. si de facto non vacet: vt dixi. quod enim vitiat specialem impetrationem, scilicet coloratam facti possessionem: debet etiam vitiare generalem. quia idem operatur genus quòd ad omnia, quod species quòd ad quædam quæ sub generalitate videntur enumerata specialiter: vt l. si chorus. de legat. iij. & l. si duobus. ff. de admi. tu. Item sciens beneficium vacare de iure non de facto, de facili posset de fraudare mentem dicti capitu. cum nostris, impetrando generaliter & sub nube beneficium vacans vel vacaturum, & subijciendo vacationem facti illius beneficij sibi notam talibus autem fraudibus occurrendum est: vt in

c.quanto.de diuor.ita no.do.Pe.de Anch.in c.si propter de rescrip.lib.vj.

SVMMARIVM.

Beneficia subcollectorū etiam antequā officium subcollectorię acceptauerint,sunt sedi apostolicę reseruata.

EPITOME.

1 *Collectoriæ & subcollectoriæ officiū an in inuitū cōferri possit.*

Decisio 12. *aliàs* 207.

* *Supra eo.q. ix.infra in an nua.xiij. & Bin.20.eo.ti.*

LIcet iuxta ordinationē * domini nostri Gregorij papæ xj. vnicus subcollector, in qualibet diœcesi sit deputandus,cuius beneficia sint reseruata: tamē si ille vnicus remoueatur, & alter loco eius surrogetur, sicq; succesiuè plures subcollectores in vna diœcesi deputentur:beneficia omnium sic successiuè deputatorum sunt reseruata,prout superius in conclusione est dictum & conclusum:videlicet,q licet cesset officium:tamen nō cessat reseruatio,& est verū dicere,q quilibet pro tempore suo erat solus & vnicus subcollector:& sic ipsorum beneficia cadunt sub reseruatione,& fuerunt affecta semel quæ reseruatio nunquam extinguitur,nisi per prouisionem papalem.saluo casu decre.statutum . de præb. lib.vj.quæ decre.est reuocata per extrauagan.Bonifacij quæ incipit,piæ solicitudinis. Ex quo dubio oriebatur aliud dubium videlicet,vtrum ante acceptationē & exercitium huiusmodi officij beneficia cēseantur reseruata? quod non fuit pro tunc,sed bene aliàs ruminatum,& de
1 cisum q sic.quia † tale officium in inuitum confertur, & potest compelli ad recipiendum, vt quilibet delegatus.de offi.dele.c.pastoralis.& c.sanè. & quia est officiū honorabile & vtile rei publicæ sortitur statim suum effectum, etiam antequàm potestatem suam videat vel recipiat.argu. eorum quæ dicuntur de capellanis papæ & exemptis per papam qui gaudent priuilegio honoris & alijs antequam perueniat ad eos intantùm quòd non possunt excommunicari vel suspendi per ordinarium hoc ignorantes:prout le.& no.de concess.præb.c.j.lib.vj.Sed quia hi collectores sunt nuntij sedis apostolicæ & gaudent certis priuilegijs & honoribus,sicut capellani papę. ergo,&c.Quæ conclusio posset procedere secundum dominum Robertum in deputato per papam:de alijs verò deputatis per alios collectores vel etiam dominum camerarium papæ dubitauit,& ego:quia vt mihi videtur, officium huiusmodi est plus oneris quàm honoris:& talia onera non tenetur quis subire inuitus.ar.eorum quæ nota.de procuratore siue ad iudicia siue ad negotia, qui non datur inuitus,licet absens dari possit.ff.de procur. l. j.& l.inuitus.C.eo.& debet.expresse consentire aliàs inuitus dicitur secūdum leges.ff.de procura. l. filiusfamiliàs.§.inuitus.secundum canones verò sufficit tacitus cōsensus:vt in cle.j.de procur.Duo verò iura multum mouent me in contrarium:videlicet c.pastoralis.de rescrip. in fi.& c.super eo.in fi.de ap.vbi iudex delegatus habet iurisdictionem super personas etiam non expressas ante ipsorum expressionem,& etiam ante literarum presentationem & receptionem, licet non habeat exercitium iurisdictionis:nisi per expressionem personarum & literarum presentationem.sic videtur in subcollectore,q etiam ante receptionem literarum vel exercitium officij censetur esse collector:& per consequens sint affecta sua beneficia.nescio soluere nisi quia vnum officium videlicet iudicandi est honoris & publicæ vtilitatis: vt in c.vt debitus.de ap.ergo redditur in inuitū . sed officium subcollectoris est onerosum & vile: quia tendit ad talliandum & exactionandum ergo.&c.

SVMMARIVM.

Si mandetur prouideri alicui de aliquo beneficio in certa ecclesia de vnico ibi existenti,non prouidebitur.

EPITOME.

1 *Mandatum de prouidendo alicui de aliquo beneficio in certa ecclesia non extenditur ad vnicum beneficium habentem.*

2 *Gratiæ sæpissimè propter fatuam interpretationem vel negligentiam effectu frustrantur.*

Decisio 13. *aliàs* 216.

* *Infrà eo.ti.* 1 *xvj.*

VOluerunt &ordinauerunt † * domini dictū Ioan. mo. in regula,in generali.in ver.sic est inutilis. & Archi.in c.si pro clericis. de præben. lib.vj. & Io. And.in cle.j.eo.tit.in gl.in certa.videlicet quòd cū scribitur de aliquo beneficio in aliqua ecclesia alicui prouideri,si non sit ibi nisi vnicum, de illo sibi prouideri non poterit:cùm istud verbum, aliquo.sit ibi relatiuum supponens diuersitatē.illud etiam locum habet quando scribitur seu mandatur prouideri alicui de beneficio spectāte ad collationem,prouisionē, præsentationē seu quāuis aliam dispositionem episcopi decani & capituli singulorumq; canonicorum & personarum certæ ecclesiæ si quod vacat vel cùm vacauerit communiter vel diuisim: scilicet quòd impetrāti non pōt prouideri vigore gratiæ de huiusmodi beneficio vnico * spectante ad collationē alicuius prædictorum, propter identitatē rationum per dictos docto.alleg. in loco præal.præsertim cùm in hoc casu gratia impetrantis totaliter non pereat, sed in alijs poterit conseruari.de rescri.c.si eo tēpore.li.vj. Et dato, quod tamen non est veresimile, quòd omnes prædicti singulariter singuli non haberent nisi vnum beneficium conferre. , & sic ex toto gratia impetrantis frustraretur & periret,adhuc procederet dicta conclusio.Nam impetret sibi impetrans,quòd talem collationem elegit, & sic
2 fatuè impetrauit.Sæpe enim gratiæ † per fatuam impetrationem siue negligentiam frustrantur effectu. de cōcess.præben.c.cum nostris.& c.j.de rescri.c.tibi qui.& c. si eo tempore.& c.duobus.lib.vj.& in d.c.si pro clericis. & c.si pluribus.de præben.lib.vj.cum multis simil.Nec obstat quòd in hac vltima forma nō ponitur relatiuum de aliquo:quia ponitur simile siue æquipollēs id importans: videlicet de beneficio in singulari numero , & ita ibi,& si quod.id est,si aliquod vacat,&c. nō enim refert de æquipollentibus quid fiat.de testi.c.licet ex quadam. & l.nominatim.ff de condi.& demon.& in l.si certum. ff.si certum petatur. & sic dicebāt aliqui domini seniores sæpissime determinatum & seruatum fore,& Oldr. sic tenuisse in quæstionibus suis.

* *Vide de* [illegible] *xxiij. vide to* [illegible] *fia vi* [illegible] *de rescr* [illegible] *quod* [illegible] *40.*

ADDITIO.

Allegat etiam ibi Archid.de illo qui vnicam omnem habebat,vt dicitur.ij.R.e.xij.& iij.q.vij.§.fin. contrarij huius videtur sentire Io.de Lig.in c.fi.in fi.de præbend. quia si per tale mandatum de prouidēdo videtur voluisse mandans etiam dictam vnam collationem grauare: & vide hîc omninò quod not.Ioā.de Lig.in c.postulasti. in fin.de concess.præbend.

SVMMARIVM.

Si mandetur prouideri alicui de maiori prębenda valet gratia,licet ibi sint mediæ & minores.& poterit impetrans maiorē acceptare,& de illa sibi facere prouideri.

EPITOME.

1 *Gratiā habens ad maiores & minores prębendas potest etiam medias acceptare.*

2 *Consuetudo contraria mandato in ipso mandato non expressa an ipsum vitiet?*

Decisio 14. *aliàs* 217.

1 SI mandetur alicui prouideri † de maiori prębenda vacante vel vacatura alicuius ecclesię, in qua dicuntur per impetrantē esse maiores & minores prębēdæ,licet inibi etiam sint mediæ:nihilominus valet & tenet impetratio & prouisio & acceptatio de maiori, de qua postea agitur quam papa sibi specialiter impetranti reseruauit conferendam : nec de alia scilicet minori vel media posset sibi prouideri.per c.cui de non.de præb.li. vj.Nec obstat quod de medijs non est facta mētio: quia aut illæ mediæ sunt de maioribus, aut de minoribus:vel
2 est neutra illarū,sed distincta per se. In primis † duobus casibus satis est expressum in gratia: sed ppter vltimum procedit dubium,præsertim propter consuetudinem locorum & ecclesiarū quibus cauetur, quòd nullus possit obtinere maiorē , nisi per minores ad maiores fiat ascēsus,modo si,vt dictum est , fiat mentio in gratia & quò ad hoc tollantur statuta : tamen illa stant adhuc quo ad medias per quas oportebit ascendere ad maiores , ergo sublato vno impedimento aliud manet : nec sublatū dicitur, nisi de hoc expresè mentio fiat.argum.c.licet.de constit.li.vj.& c.non potest.de præbend. & c.j.eod.ti.in cle.Sed respōdeo dupliciter, q in casu prædicto prædictæ consuetudines & statuta per clausulas derogatorias

& per non

& per non obstan. generales quæ sunt multum prægnantes, sunt ablatæ, licet non peremptæ. prout leg. & not. in c. cum aliquibus. & in c. si propter tua debita. de rescrip. lib. vj. & pro hoc facit tertia conclusio superius determinata in casu mag. dubio & forti. Secundò dico & credo quòd per expressum prędicta statuta sunt sublata in gratia. Nam ex quo mandatur prouideri impetranti de maiori præbenda quam duxerit acceptandam non obstantibus statutis & consuetudinibus illius ecclesiæ, quibus cauetur vt suprà. & omnes præbendæ inferioris gradus possint dici minores respectu maiorum, quòd satis constat de mente papæ illa statuta & quæcunq; alia impedimenta velle remouere. pro quo faciunt etiã not. per Io. an. post Arch. in nouel. in c. si postquã. de pręb. li. vj. licet Archid. videatur innuere contrarium in ros. xxv. q. ij. in summa in fi.

ADDITIO.

Hoc vult dicere quòd dicta clausula, non obstan. non tollit consuetudines & statuta, nisi ad vnum finem tantum: videlicet, vt gratia non pereat: & sic firmat gratiã contra nullitatẽ: sed dilationes non tollit. & ita dicit Io. mona. se pronuntiasse de mandato papę in dict. cap. cum aliquibus.

SVMMARIVM.

Petenti beneficium vacans per assecutionem: sufficit producere gratiam suam ad effectum impediendi suspẽsionem petitorij factam per partem aduersam: nec arctatur ad probandum vacationem beneficij, & assecutionem ipsius.

Decisio 15. *alias* 235.

HAbenti gratiam de certo beneficio vacante per assecutionem pacificam alterius beneficij authoritate apostolica collati agenti petitorio & possessorio adipiscendæ, ad effectum impediendi suspẽsionem petitorij sui factam per partem sibi aduersam, sufficit producere solam factam gratiam illi de alio beneficio, per cuius assecutionem papa voluit & decreuit beneficium, de quo agitur, vacare: licet non probet plenè huiusmodi vacationem, nec assecutionem. Ratio, quia satis constat per dictam gratiam de reseruatione & manus papæ appositione, quę suspẽsionem petitorij habent impedire: vt suprà in conclusione. j. de re iud. & per not. Innoc. de fil. presb. constitutus. & de restit. spol. c. in literis. in fi. & de diuol. c. significasti.

SVMMARIVM.

Petenti beneficiũ per assecutionem quò ad effectum adiudicationis sibi faciendæ, non sufficit probare prædictas assecutionem & vacationem per publicam vocem & famam.

Decisio 16. *alias* 236.

Sufficit tamẽ probare assecutionem de facto cod. tit. dec. 3.

AD effectum adiudicationis fiendæ prædicto agenti non sufficit probare huiusmodi vacationem & assecutionem pacificam per testes deponentes de fama publica & voce duntaxat: quia actor clarè debet probare intentionem suam, aliàs reus absolueretur: quia actore non probante, & c. ij. q. vlti. actor. vt eccles. bene. c. vt nostrum. de proba. c. in præsentia. de iureiuran. c. si præterea fama non facit plenam probationem, nec semiplenam sine alijs adminiculis. prout leg. & not. de appel. c. j. de testi. c. j. veniens. ele. ij. & c. præterea.

SVMMARIVM.

Impetrans beneficium vacans dummodo non sit alteri ius quæsitum, de acceptante, quodcunq; beneficium acceptauit, non tenetur facere mentionem.

Decisio 17. *alias* 244.

Go. in regul. de non tollen. iur. q. 4. q. iume. 23.

LIcet de more & stilo curiæ sit receptum, quòd impetrans certum beneficium vacans per obitum extra romanam curiam cum clausula, dũmodo non sit alteri in eo specialiter ius quæsitum. non teneatur facere mentionem de expectantibus authoritate apostolica ibidem, & illud idem beneficium acceptantibus, propter no. Io. and. positam in nouel. ca. si postquã. de præb. li. vj. quæ tamẽ loquitur in duobus expectãtibus siue impetrantibus expectationes à papa: videlicet, quòd secundus nõ teneatur facere mentionẽ de gratia primi, & hoc propter clausulas derogatorias. Tamen omnes domini, me solo excepto, dixerunt hoc non procedere in canonicè electis vel præsentatis ad dictũ beneficium ante impetrationem antedictã, licet non sit subsecuta confirmatio vel collatio. Nam papa per suam collationẽ noluit preiu dicare ritè & canonicè electis vel præsentatis, nec tollere ius ad rem eis quęsitũ. de offi. dele. super e. & c. ex parte. de rescri. quãuis. li. vj. pro hac cõclusione videtur optimè facere quæstio dominicalis posita per Inn. in c. innotuit. de ele. super ver. ordinat ergo. Ego aũt dicebam me non videre differentiã siue rationẽ diuersitatis inter primum casum seu stilum & secundũ. Nam verum est dicere, q̃ in vtroq; casu neutri eorũ est ius quæsitũ in beneficio siue in re, licet bene ad rem, quod facilius perditur & tollitur. de concess. præb. c. fi. li. vj. de rescri. gratiæ. in cle. Præterea papa potest præuenire quẽlibet collatorẽ etiã ordinariũ in conferẽdo vel delegatũ. de præb. dudum. & c. quãuis. ij. li. vj. Item video q̃ licet capitulũ elegerit aliquem in episcopũ: & antequã confirmetur, papa manum apponit inhibendo, reseruando vel prouidẽdo: confirmatio postea facta siue collatio non tenet. de ele. si eo tẽpore. li. vj. Item video de receptis in canonicos authoritate ordinaria, quibus licet ius acquiratur iuxta receptionis suæ ordinẽ ad prębendã proximã vacantem sine vacatura. de præb. relatum. & c. dilectus. tamen apostolici expectantes etiam de huiusmodi receptione nullam mentionem facientes illis præferuntur postea in prębenda vacante. de præb. hi qui. & c. si post quam. li. vj. Verũ est q̃ postea in aliis consilijs audiui vnam rationem diuersitatis inter primũ & secundum casum, quę placuit mihi. Nam in primo casu licet præiudicetur impetranti quò ad istud beneficium per ipsum nunc acceptatum: tamen ex toto gratia sua non perimitur, sed remanet sibi saltuum ius aliud beneficium acceptandi: non sic in casu secundo: quia electus vel præsentatus ex toto & perpetuò esset excluſus quasi prædictus stilus in illis seruaretur, q̃ esset absurdum: nec præsumendum q̃ papa tantum præiudicium voluerit facere canonicè electis vel præsentatis, nisi de hoc faceret mentionem. ar. dictorũ iurium. su per eo. ex parte & c. quãuis. Facit etiã ratio in c. deliberatione. de off. dele. li. vj. pro qua ratione diuersitatis põt induci stilus similis de impetrante ad collationẽ decani & capituli cõmuniter vel diuisim, si acceptat beneficium vnicum * spectans ad collationẽ decani diuisim, vtrum valeat acceptatio. Nam aut potuit conseruari gratia in alijs beneficijs spectãtibus ad collationẽ capituli, aut nõ. In primo casu non valet acceptatio. In secundo sic, licet doc. velint tenere quod in neutro casuum prædictorũ valeat: vt not. Io. an. in cle. q. de præb. super verbo. in certa.

Aegi. 167.

** Vnicum. ad de supra c. ti. xij. dec.*

ADDITIO.

Quale autẽ ius acquiratur electo per electionẽ vide per glo. in c. quanto. lxiij. di. & ibi Dominicus de sãn. gemi. videtur tenere cõtra. in illis in quibus papa cõfert canonicatũ, licet expectent præbendam: quia præferuntur his qui habuerunt ex post collationẽ à papa. vide ibi.

ALIA ADDITIO.

Nec habenti mandatũ de prouidendo cuius ius etiam non tollitur per clausulas generales, aliàs periret mandatum suum, quo mandabatur sibi decreto corpore beneficij prouideri.

SVMMARIVM.

In surrogatione seu reformatione gratiæ non oportet exprimere ea quæ in prima gratia sunt expressa.

Decisio 18. *alias* 274.

LIcet in surrogatione litis & iuris alicuius defuncti impetrata à papa debeat fieri * mentio de beneficijs obtentis, quia vim collationis habet: vt lite penden. c. j. & ij. libr. vj. tamen si quis primò impetrauit aliquod beneficiũ litigiosum à papa tanquã vacans per obitum nulla facta mentione de litis pendentia: facit tamen mentionẽ de omnibus beneficijs suis per eum obtẽtis: & si postea cum narratione primæ gratiæ obtineat se surrogari in litem & in ius dicti defuncti nulla facta mentione in surrogatione de beneficijs obtentis & alia gratia expressatis: Dixerunt oẽs dũi gratiam secundã propter hoc non vitiari, nec fore surreptitiã. Tum quia censetur quædã reformatio gratię primæ in qua non est necesse

** Fieri mẽtio. Qualiter & de quibus debeat fieri mentio in rescriptis apostolicis nullus doctorũ melius scripsit seu ac cumulauit quàm do. Fel. in c. si nostra.*

extrà de rescr. vlo ponit quadraginta correlaria valdè notãda: quãobrem vide ipsum Felyn. super hac materia semper ad nomina.

exprimere beneficia antea expressata secũdùm ordinationem nouam domini Gregorij papæ xj. Tum quia in secunda fit plena narratio de prima: imò recurrendum est ad ipsam. Tum quia nunc impetratur idem corpus, quod tunc,& per eãdem personam, & idem modus vacandi exprimitur, & defectus in prima litis pendentia videlicet,tollitur.& per hoc soluitur obiectus: videlicet quòd non vigore primæ quæ fuit nulla, sed secũdæ gratiæ ius impetrantis cõsequitur.expresse de hac dec.vide glo.penulti.in c.si apostolicæ.de præben.lib.vj.

SVMMARIVM.

Si episcopus habens facultatem à papa cõferendi certos canonicatus & prębendas,confert canonicatum vni, & reseruat pro eo præbendam: ante cuius vacationem moritur episcopus: poterit nihilominus ille cui episcopus contulit,postea acceptare præbendam.

EPITOME.

1 *Literæ facultatis per mortem illius cui concesse sunt, non expirant.*

Decisio 19. *aliàs* 285.

1 SIt episcopus habens potestatem à papa prouidendi tribus personis de canonicatibus & prębẽdis suæ ecclesię,si collato per eum canonicatu vni & reseruata prębẽda sibi & nulli alteri de iure debita cum vacauerit conferenda: & ante huiusmodi vacationem præbendæ & collationis moriatur episcopus: nihilominus iste cui canonicatus est collatus,præbendam postea vacantẽ poterit acceptare.Ratio,quia gratia iã erat facta quæ non expirat per obitum concedentis.de offi.deleg.c. si super. libr.vj. Tum etiam quia ratione canonicatus debebatur sibi præbenda.de præbend.c.relatum.facit c. si is cui.& c.quodam.de præbend.lib.vj.

Supra de off. deleg.12.

SVMMARIVM.

Non solum valor certi beneficij impetrãdi, sed etiam obtentorum debet per impetrantem exprimi secũdum communem æstimationem,cùm sit pars gratiæ suæ secundum regulam domini Grego.xj.sed circũscripta regula valorem obtentorum in sua impetratione exprimere non tenetur nec probare, nisi aliquod illorum obtentorum se dimissurum obtulerit.

Decisio 20. *aliàs* 292.

LIcet impetrans certum corpus beneficij valorem eiusdem beneficij per eum in gratia sua expressam probare teneatur,etiã si nõ negetur, quia pars gratiæ suæ est: tamẽ secundùm omnes hoc non procedit in valore probando beneficij obtẽti in gratia expresso,præsertim si illud se obtulerit dimissurũ, quia tunc est indubitatum:sed si vult illud retinere cũ illo de nouo sibi collato,tunc secundũ aliquos videretur distinguẽdum. Aut est simplex beneficiũ,pura cappellania vel simile,& expressit bonum & magnũ valorẽ,propter quẽ citius papa gratiam non fecisset quã fecit:tunc nõ arctatur ad probandum.Aut est dignitas vel beneficium curatũ, & exprimitur valor modicus:quia tunc præsumitur ꝙ papam volebat decipere: & quia ista beneficia consueuerunt & debent esse magis pinguia quàm alia, de vita & honest. cleric.c.vt quisquis.tunc tenetur valorẽ probare. Tutius est tamen secũdum dominos ꝙ aliqualiter probet, licet non ita exactè sicut in primo casu: & hoc verum si non negetur valor:secus verò si negaretur:tũc plenè probare teneretur.Ego vero dicebã me non legisse ꝙ impetrans teneretur de valore vel quacunque alia qualitate beneficij obtenti facere mentionẽ.pro quo induxi ea quæ le. & not.in cle.j.de præb.per Io.Andr.& Pau.verũtamen ex quo expresit ad inducẽdum papã facilius pro gratia sibi facienda,id fecisse videtur: & sic per consequens ad probandum se astrinxisse.de rest.sp.c.j.de proba.c.licet. quod crederem verũ,si negaretur valor:si verò nõ negaretur valor, probationẽ nullam requirerẽ,nec crederem processum ex hoc fore nullũ siue iniustum dũmodo de aliis substantialibus plenè cõstaret.Dominus tamẽ Vrb. papa vj.in primordio creationis suæ voluit & ordinauit quòd nedum impetrantes cuiuscumque beneficium vacãs vel certo modo vacaturum de valore illius teneretur facere mentionem:sed etiam de valore omnium beneficiorum quæ obtinerent tempore impetrationis,& hoc secũdum communem æstimationem & non secundum taxationem decimę,quod est graue:aliàs voluit & decreuit huiusmodi gratias fore nullas, & nullius roboris vel momenti.hoc verum,nisi proprio motu essent factæ.Idem etiam voluit & ordinauit in cõfirmationibus obseruari.

SVMMARIVM.

Promotus ad aliquam dignitatem potest impetrare quòd primam dignitatem retineat cum secunda, cũ decreto quòd prima non vacauerit per assecutionem possessionis secundæ dignitatis,vel per munus consecrationis:& talis impetratio valet.

EPITOME.

1 *Papa potest dispensare cum promoto ad episcopatum: quòd retineat beneficium ad laici præsentationem spectans.*
2 *Impedimentis duobus concurrentibus non potest vnum sine altero auferri.*
3 *Argumentum ab identitate rationis validum est.*
Beneficia ad laicorum præsentationem spectantia non sunt ei spretis conferenda.
4 *Spes firma ex causa præcedenti de certo effectu cõsequentiam necessariam habente proximè producendo habetur idem effectus ac si tempore causæ fuisset productus.*
5 *Princeps non præsumitur in suis rescriptis velle præiudicare iuri tertij.*
6 *Iudex an possit aduersario nõ consentiẽte terminũ prorogare.*
7 *Tacita nõ reddit gratiã surreptitiã: sed solùm in iure expressa.*
8 *Res prorogata non censetur innouata: sed semper eadem reputatur.*

Decisio 21. *aliàs* 331.

1 SVppositò facto ꝙ papa † quendã A. priorẽ cuiusdã prioratus quę dignitas curata & principaliter in ecclesia collegiata existebat,spectans ad presentationẽ patroni laici,promouit ad aliquã ecclesiam cathedralẽ. & cũ eo tẽpore huiusmodi promotionis vel citò post & ante vacationẽ dicti prioratus motu suo proprio dispẽsauit quòd promotione non obstãte eundẽ prioratũ vna cum dicta cathedrali ecclesia retinere posset vsq; ad beneplacitũ sedis apostolicę,decernendo ipsum prioratum per munus cõsecrationis vel per assecutionẽ possessionis minimè vacare nulla facta de iure presentandi prædicti laici mentione.Dubitabatur vtrũ huiusmodi gratia siue dispẽsatiò fuerit nulla & surreptitia.In quo domini erãt varij:maior tamẽ pars dicebat eã esse surreptitiã, & secundùm illa consilia fuerũt latæ duę sententiæ,& nunc pendet in tertia instan.in qua est cõclusum & nõ restat nisi prædictas sententias confirmare vel infirmare.Motiua maioris partis secundum quę fuerunt prędictę duę sententiæ promulgatæ fuerunt ista. Primum videlicet, quòd nedum affertur alicui gratiæ præiudiciũ,cùm tollitur sibi ius quod habet in præsenti, imò cũ tollitur sibi spes firma & propinqua habendi aliud ius.pro quo inducebatur casus l.inde Neratius.ff. ad leg.Aquil. & Statius florus.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fisci.per eandem viam fa.C.cõia de le.l.j.ea enim quę incõtinenti fiũt vel fieri debent inesse videtur.de testi. c.preterea.de restit.sp. c.literas. per quæ iura videtur ꝙ adueniente tẽpore vel casu quo patronus presentare deberet,si ista gratia facta non fuisset hmõi,tunc deberet carere effectu, & ius patrono aperiri. ergo &c. Secũdum motiuũ † q; ibi sunt
2 duo impedimenta vno sublato aliud nõ videtur esse sublatum.ff.de serui.vr.prędi.l. si domus.de fil.presb.c.ij.li. vj.de aut.& vsu pal.c.ex tuarũ.de priui.pastoralis. Modo hìc videtur duo impedimẽta vnum de elect. cũ in cũctis.de cõst.cũ M.circa prin.aliud de iure patroni.igitur primo sublato secundũ nõ videtur esse sublatũ: maximè quia videtur vtrũq; esse supra ius,& nõ posset fieri nisi ex plenitudine potestatis. Modò licet papa vtatur sua plenitudine potestatis in vno articulo,nõ sequitur ꝙ velit vti in alio:quia talia tanquã odiosa sunt restringẽda: vt regula,quæ à iure.de re.iur.li.vj.non autẽ trahẽda de casu ad casum.ff.de lib.& posth.l.cũ quidã de priui.c.sane.de rescrip.c.susceptũ.lib.vj.maximè in excogitatis:vt in c. j.de cõsti.li.vj. Tertiũ, quia in expediendo actũ permutationis episcopus vtitur bũficio aliàs à iure specialiter sibi concesso:vt c. quęsitum.de re.permu.& cõtra cõcilium Turoñ.de quo in c.maioribus.de præb.& tãc quia

pro interesse

pro intereſſe patroni ipſum vocare tenetur: vt not. In.de renun.quod in dubijs.& Ioa.an.de rer.permu.c. vnic.li. vj.& in cle.vnic.e.ti.per Pau. Modò in propoſito potuit intereſſe patroni vt haberet priorem relidẽtem, & eum in propria perſona honorantem:quia melius ſeruitur ec cleſiæ per propriũ prælatum quàm per vicarium: ideo iura à prælato requirunt reſidentiã perſonalem.de cle. non reſi.quia nonnulli.& c.ij. & fi.xxj.q.j.c.j.de ele.licet canon.lib.vj.amodũ enim propter maiorem dignitatem epiſcopalem in prioratu non tenebitur perſonaliter reſidere: & ſic apparet de notabili intereſſe patroni.ergo &c. Quartum propter identitatem rationis ex qua licitum eſt arguere.de tranſla.inter corporalia.modo ratio quare introductum eſt quòd beneficia laicorum ad eorum præſentationẽ pertinentia eis ſpretis non conferantur eſt,ne turbati ex hoc ab eccleſiarum fundatione retrahantur:prout leg.& not.per omnes ſcribentes in c. cùm dilectus.de iure patro.& in c.ij. de præben.libr.vj. ſed * eadem videtur turbatio cùm certum habeant tempus talia vacatura:nec de modica temporis dilatione curare habeant. vt l.ſi debitori.ff. de iudic. & l.quod dicimus.ff.de ſolu.ergo.cui enim præiudicatur in tempore ſæpe præiudicatur in iure.de elec.cùm in vteri.de appel. cùm ſit & ca.præterea.& c.j.li.vj.de re iudi.quod ad cõſultationem.cum ſimi. Quintum motiuum:† quia quando ex aliqua cauſa præcedente oritur ſpes firma de certo effectu trahente conſequentiam neceſſariam ad cauſam ipſam de proximè producẽdo habetur perinde effectu ſecuto,ac ſi tempore cauſæ fuiſſet iam productus:vt ff.ad leg.Aquil.l.huic ſcripturæ.§.j. & l.ita vulneratus. in princi.clarus tex.in l.damnis.§.Sabini.ff.de dam. infect.perinde enim eſt vel iam de preſenti eſſe,vel de propinquo futurum fore:vt probatur per ea quæ leg.& no. ff.de mino.l.iij.§.j.Modo ſi iam vacaret beneficium, appareret de graui præiudicio ipſius patroni & non valeret gratia ſine diſpenſatione ſecundùm omnes. igitur etiam ſic ratione cauſæ præcedentis beneficium iam patrono cenſetur affectum:ſicut ſolet dici de beneficio pro certa perſona in euentum certæ vacationis per papam vel eius executorẽ ſpecialiter reſeruato.de reſc.tibi qui. de præbend.eum cui.& capitu. ſi poſt quam. de conceſ. præben.cap.ſi capitulo.& cap.ſi ſoli.& cap.executor.li. vj.Sextum,† quia iſta eſt regula,quòd non eſt veriſimile quòd princeps velit præiudicare iuri tertij præſenti vel futuro per priuilegij conceſsionem quam facit: quia non eſt veriſimile quod hoc facere velit per iniuriam tertij:vt.C.de ſtatu.& ima.l.ſi.ff.ne quis in loc.pub.l.ij. §.meritò.&.§.ſi quis à principe.de priuil.dudum.de conſuetu.cùm dilectus.de deci. ſuggeſtum.'& eod.titu.c.ij. lib.vj.etiam per modum diſpenſationis ſiue reſt.vt.ff.de dona.l.j.& penul.& l.ſi.& l.cùm adoptio. ff.de adopt.de reſcrip.quamuis.libr.ſexto.de offic.deleg.ſuper eo.imò nec forte hoc poteſt ſine cauſa.per nota.Inno. in cap.ſæpe.de appella.& in cap.quæ in eccleſiarum.de conſti.& per Cyn. C.ſi contra ius vel vti. pu.l. præſcriptione.& fuit allega.vnum dictum Cardi. Parilien. quòd ipſe dixerat & poſuerat in dicto capitu. quamuis. de reſcript. alleg.videlicet reſtitutionem à principe conceſſam per modum gratiæ ad beneficium patroni præuẽti vel non præuenti antevacationem vel poſt,non valere non facta mentione de patrono laico.Ad idem inducebatur clem. j.quæ bene facit de præbend.poſt princi.Nam quemadmodum in diſpenſatione ſuper pluralitate dignitatum incompatibilium eſt exprimenda qualitas curę vel principaliter earundem: ita & in hac diſpenſatione retenta dignitate cum alia incompatibili facienda erat mentio de hac qualitate: videlicet quòd ſpectabat ad præſentationem laici,preſertim cùm ſumus in materia odioſa & reſtringibili.de conſanguinit.& affinita.quod dilectio. de fil.presb.cap.ſecundo.libr.ſexto. Pro parte contraria de qua ego fui cum aliquibus alijs dominis & quã etiam tenuit dominus Martinus Pamphilonẽ.epiſcopus allegabantur etiam bene octo vel decem motiua.Quorum primum fuit hoc. Quia in gratia principis eſt ponderandum ſpei futuri iuris præiudicium, cùm ſpes illa eſt radicata in aliquo iure de præſenti competenti & aliter non.Modo talis non eſt ſpes iuris præſentandi ante vacationẽ patrono competens. igitur. maior eſt clara per iura allega.de conceſſi.præbend.capitu.primo.& ſecundo.minor probatur per gloſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſthu.& ibi per Barto.& per Ioann. and.in mercu:in regula,ſine culpa.de regu.iur.libr.ſexto.facit etiam.l. etiam.§.primo.ff. de bon.quæ liber.& ff.de iniuſto rup.& irri. teſta.l.ſi quis filio exhæredato. §.irritum.quia ſi militi qui propter delictum & per ſententiã ius teſtandi amiſit,cõceditur ex priuilegio ius teſtandi,intelligitur eſſe conceſſum iuri militari etiam in iniuriam filiorum.& de ipſis mentione non facta.& ibi per Bartol.& per hoc tollitur prima & quinta ratio tenentium contrarium. Secundum principaliter deducitur hoc.quia ſi hîc notari deberet præiudicium patroni aut notaretur quò ad proprietatẽ iuriſpatrona. aut quò ad poſſeſsionem. Nam nõ poteſt dici primum. quia eam non perdit,nec ſibi negatur. Nec ſecundum: quia poſſeſſio hoc caſu non interpellatur,cùm eius vſus non poteſt haberi,niſi in actu vacat.ergo argum.ff.de iniuſto rupt. & irri.teſtamen.l.nam nam & ſi.§.poſt defectum. Confirmatur,quia omnia iura quæ dicunt,priuilegium principis cum alterius præiudicio tacito non valere: loquuntur de præiudicio quod imminet de præſenti: cùm aliàs damnum vel præiudicium non dicatur propriè niſi præſens:& ideo lex ſiue priuilegium debet intelligi de præſenti.argum.ff.de hęre.inſtitu.l.ex facto.Tertium.quia ceſſante cauſa ceſſat & effectus.de appella.cum ceſſante. de iureiurand.& ſi Chriſtus.ff.de iure patron.l.adigere. §.quamuis.Modo vacatio eſt cauſa faciendæ præſentationis per patronum: quia alio tempore locum habere non poteſt.de conceſsione præbend.capitu primo & ſecundo.de iurepatro.cùm propter.& cap.quoniam. cum ſimilibus.ergo &c. Quartum quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter.ff.mand,l.mandatum.de do.per tuas. & qui ſuo iure vtitur,nemini facit iniuriam.de electio. cùm eccleſia. Vrens igitur in re ſua iure ſuo non animo nocendi alteri licet nihilominus ex conſequentia alteri noceatur:non poteſt improbari quod facit.ff.de damno infect. l.fluminum.§. final.cum l. ſequen. &.ff.de aqua pluui.arcend.l.j.§.denique.de electio.conſtitutionem.in clemen. Modo papa hîc ſuper beneficio iure ſuo vſus eſt diſpenſando & vacationis impedimentum tollendo:non autem diſpoſuit ſuper iure præſentandi patrono, quia nondum erat eius locus nec id agebatur animo illi iuri nocendi.igitur valuit,ꝙ fecit per iura antedicta. Quintum,quia patronus in iſtum ſemel conſenſit,& eius perſonam approbauit: ideo amplius reſilire non poteſt. de fil.presbyte.veniens.de regu.iur. quod ſemel libr.vj.ergo ex conſequenti diſpenſatione eius conſenſus minimè eſſet requirendus,ſicut nec in diſpenſatione non idoneorum non requiritur conſenſus electorum,qui elegerunt non idoneum:vt not.Inno.in c.innotuit.in prin.de elec. & in c.niſi cùm pridem.in fi.de renun.ex eo quod ſemel conſenſerunt in eum. Tamen vt ponebatur in facto ipſe patronus nihilominus conſenſit ex poſt facto,vel ſaltem tacuit,& ipſum ſic ſtare in primæuo iure permiſit & tolerauit.quod ſufficit.ar.eorum quæ leg.& not.per Hoſti.de his quæ fi.à ma.par.cap.ex oꝛe. & per Pau.in cle. vnic.de rer.permu.facit de his quæ fi. à præl.c.ij.& iij. imò litera regis Portugalliæ ſuper huiuſmodi conſenſu in iudicio producta fuit, ſed fidẽ non fecit: quia lit.penden.procurata & data fuit.Sextum hoc probat. Pone,rector parœcialis eccleſiæ eſt adeo in fine anni,quòd promoueri non poteſt,non dicitur propterea eccleſia vacare.de elect.commiſſa.lib.vj.licet ſit indubitanter vacatura,poterit ne epiſcopus per ſuam diſpenſationẽ nõ vocato patrono impedire vacationem huiuſmodi ratione ſtudij,& ſic prejudicare patrono,ſi prejudicium dici debet.certe ſic.vt de elect.cùm ex eo.c.lib.Vel pone,Iudex prefixit terminum peremptorium ad agendum vel proponendum,aut probandum.vt in l.ſi ea.C.qui accu.non poſ.& ca.paſtoralis.de excep. eſt ita pꝛope fi.termini,ꝙ non poteſt perficere infra terminum: nunquid poteſt iudex † ſibi terminum prorogare etiam aduerſario non conſentiente:itaquòd pœnam non incurrat?certe ſic.de

* *Sed eadem videtur turbatio,cùm certum habeant tempus talia vacatura:nec de modica temporis dilatione curare habeant. Hæc verba ſuppoſita ſunt & prater antequam lectura in quorum locum hæc reponenda cenſui. Sunt igitur vocandi in talia vocatura cõferenda.*

offi.deleg.consuluit.de app.præterea.cũ ibi no.de dol.& contu.prout.& c.cùm dilecti. & idẽ est in pœna cõuentionali:vt not.Bart.in l.cũ ita stipulatus.ff.de ver.oblig. & probatur eod.tit.l.qui Romæ.§.Calimacus.in fin.Septimum erat & inducebatur pro hac parte gl.à Io.And. posita in c.quãuis.de rescri.li.vj.quę habet qp depositum à beneficio per sententiam à qua extitit appellatum,appellatione pendẽte potest episcopus ad huiusmodi beneficium restituere inuito patrono. ergo fortius põt papa de quo quęritur,vt videtur allegat quòd id est ponderãdum,quòd facto principis cõtingit per l. inde Neratius. §.idem Iulianus.ff.ad leg.Aquiliã. Octauum probatur. Quia papa posset tollere constitutionem suam positiuã, per quã inducitur hæc vacatio: nec oporteret tũc vocari patronum aut eius consensum haberi seu de eo fieri mẽtionem.Igitur & per modum dispẽsationis in parte.patet consequẽtia per l.quę de tota.ff.de rei vẽdi.qui enim potest plus,potest & minus.de deci.ex parte. antecedens probari videtur. quia libera potestas videtur quò ad hoc in principe residere:vt C.de legi.l.fina.ff.de consti.prin. l.j.§.j.de sentẽ.excõ.inter alia.de re.iur.oĩs res. Nonum probatur.quia si diceretur dicta gratia nõ valere:aut hoc esset ex defectu potestatis:aut propter fraudẽ vel culpam impetrantis:aut propter contrariam dispositionem alicuius iuris positiui super hoc contrarium statuentis: aut propter surreptionẽ re ipsa insurgẽs. ex verisimilitudine mentis ipsius concedentis. Primum dici non põt,per ea quæ dicta sunt in ratione proxi.præcedentis. Secundum non. quia in gratia facta motu proprio hoc nõ cadit:vt no.Nouellator in c.si motu proprio.de prẽb.li.vj. Nec tertium dici potest. quia istud nõ reperitur specialiter iure cautum.Nec obst.c.cùm dilectus.de iure patr. & c.cùm dilectus.de offic.dele.quia loquuntur in beneficio laici patronatus iam vacante.In quo casu est longa differentia ad istũ casum:quia ibi iam ius quęsitum est, quod sine causa auferre non debet: vt in c.quãuis.de rescrip.& c.ab eo.de elect.li.vj.hîc verò secus.facit pro his alleg.suprà in ratione prima huius partis.Nec quartum
7 dici potest:quia † non omnia tacita reddunt gratiã surreptitiam:sed illa solùm quę vel sunt expressa in iure:vt c.si motu proprio.& c.cùm in illis.& c.j.de prẽb.lib.vj. in clemen.j.eod.titu.vel in nõ expressis loquendo illa de quibus est verisimile de iure & in iure, quòd si papa illa sciuisset,nunquã illam gratiam concessisset: vt de elect. dudum.ad fin.& de præben.dudum.§.nos igitur.libr.vj. & nota.Inno.de concess.præb.cum nostris. Modò nõ est de iure cautũ, nec omninò verisimile, quòd si papa hoc sciuisset:propter hoc omninò gratiã denegasset: imò magis totum contrarium est verum & certum.quia de iure præsentandi laici tẽpore concessionis gratiæ huiusmodi papæ fuit dictum vt ponitur in facto, & etiam idem si non esset dictum.Ratio est. Nã quod dicunt doct.in c.ij. de præb.libr.vj.& c.cùm dilectus.alleg. gratiam de tali beneficio laici patronatus de huiusmodi iure mentione non facta fore inualidã, non est scriptum in iure: sed illud sumpserunt ex ratione c.cùm dilectus.superius alle. & ex canone,decernimus.xvj.q.vlti. in quibus habetur quòd legatus & ordinarius non possunt impedire patronum in præsentando: & per consequens non est verisimile quòd hoc velit papa, nisi sciat & exprimat.Sed illa iura loquuntur & etiam dicti doct.in beneficio iam vacanti,& in casu in quo patrono iam est ius quęsitũ:inter quem casum & casum in quo sumus est magna differẽtia,vt suprà deductum est.ergo.& facit c.fi. de concess. præben.lib.vj.& de prẽbẽ.si is cui.& c. quodam.eod.li. & faciunt pro hoc nota.per Archidia. & Ioan.Andr. in nouel.de electioni.cùm ex eo.eo.lib.& loquuntur in inferioribus prælatis qui non habẽt tantam plenitudinem potestatis sicut papa.ix.q.iij.cuncta. & capitu.per principalem de concessio.præbend.c.proposuit. qui filij sint legit.c.per venerabilem.& propterea potest papa derogare iuri pa.laicorum, quod habent ex mera gratia sua: vt legit.& not.per Archi.xiij.§.iij.capi.ij.& per Innoc. super rubric.titul.de iure patro. licet alij ordinarij propter prohibitionem papæ id non possint, per iura superius alleg. Vide capitul. cùm dilectus. & c.decernimus. faciunt pro hoc nota.per Archi. & Ioan.And. in nouel. de elect.cùm ex eo.eod.lib.& loquuntur in inferioribus prælatis qui non habent tantam nec plenitudinem potestatis sicut papa ix.q.iij.cũcta per mundũ. Decimum
8 † & vlti.idem probatur: quia res prorogata non censetur innouata per prorogationem: sed potius eadem reputatur sicut antẽ:vt in l.ij.§.sed si manẽte.ff.de precar. & ff.de iudic.l.ij.§.sed & iudex.ff.de arbi.l.Labeo.§.pe. & l.si cum dies. faciunt not.per Ioan.mon.de rescrip.c. si gratiosæ.lib.vj.& de præbend.si tibi concesso.eod.lib. Modo hîc papa fecit quandam tituli prorogationẽ:nam ante finem temporis vltra tempus titulum extẽdit, non autem in tempus nouum titulum dedit:vt ff. de suspect. tu.l.iij.§.quęri.& per hoc tollitur illud quod no.per do. Barto.ff.de dam.infe.l.iiij.circa prin. Nec mirum:quia multa possunt fieri per prorogationem, quæ nõ possunt fieri per innouationem,vt patet de iurisdictione delegata ad tempus,quę ante finem temporis de consensu partium prorogatur:vt in dicto §.sed & iudex. de offic.delega.de caulis.& post tempus non innouatur:vt l.priuatorum.C.de iurisdi.omnium iudic. de offic.delega.p.& g.& pro hoc optimè facit l.peculium.§. si creditor.ff.de pecu.& quod not.j.quæstio.j. ordinationes. in fin. & de renuntiatio.post translationem.super versicul.nequeat. de appellation.præterea per Innocen. Et hæ decem rationes pro hac parte inductæ meo iudicio videntur magis prægnantes & concludentes quàm aliæ in contrarium allegatæ.

SVMMARIVM.

Non valet gratia de beneficio vacaturo per contractum matrimonij non expresso alio modo, si illud ante impetrationem in manibus vicecancellarij vel alterius potestatem habentis fuerit resignatum.

Decisio 22. *aliàs* 338.

SI mandetur mihi prouideri per papam de certo beneficio,cùm illud vacare contigerit per contractum matrimonij modo alio non expresso: & tenens illud postea in curia in manibus papæ vel sui referendarij super hoc habentis potestatem resignauerit, & alteri per papam collatum fuerit illi:non mihi huiusmodi beneficium debetur.per cap.susceptum.de rescrip.lib.vj. Non obst.regula cancellariæ quæ habet,quòd si papam contigerit reseruare beneficium alicuius personę conferendæ alteri cùm vacabit per cõtractum matrimonij, personæ obtinẽtis huiusmodi beneficium ipse dominus noster papa intendit beneficium illud à die reseruationis huiusmodi fore affectum & collatione sũæ reseruare,ac reseruat de qua reseruatione prædictus impetrans per resignationem nullam fecit mẽtionem specialem. ergo videtur gratia sua surreptitia:quia secundũ aliam ordinationem domini Gregorij papæ xj. de qualibet generali reseruatione in impetratione est facienda mentio, aliàs gratia nullius est roboris vel momenti. ergo,&c. Ad quod respondebatur quòd prædicta reseruatio & omnes aliæ similes inductæ per dictas regulas & ordinationes in cancellaria præterquam contentæ & expresię in extrauaganti Boni. quæ incipit. Ad regimen. sunt speciales & non generales: prout in simili casu fuit responsum per domi. vicecancel. vni de dominis qui propter huiusmodi dubium causam posuit in relationibus publicis: & sic fuit per omnes dominos postea determinatum,& sæpius secundum hoc pronuntiatum: de qua quidem speciali reseruatione nulla est facienda mentio specialis.ergo stat vera conclusio non obstante prædicta ordinatione de speciali reseruatione: quia secundùm aliam regulam siue ordinationem in cancellaria,quando papa prouidet vel prouideri mandat de certo beneficie,intentio sua est prouidere quocũque modo ad ipsum pertineat,nisi esset generaliter reseruatum,quod non est in casu nostro ergo &c.

SVMMARIVM.

Valet acceptatio beneficij licet nullus modus vacationis in gratia exprimatur.

EPITOME.

1 *Beneficij acceptatio nullo vacationis modo in gratia expresso, an sit valida.*

Appellatio

2 *Appellatio generalis à futuro grauamine quo casu sit valida.*
3 *Dispositio c. susceptum. de rescriptis non procedit in expectatiuis sed in prouisis.*

Decisio 23. aliàs 407.

* Expectans: Adde infrà in no. de concess. præben. dec. 7. & in anti. e. tit. dec. 36.

SI expectans * authoritate † apostolica acceptet aliquam parœcialem ecclesiam vacantem sibi & nulli alteri de iure debitam nullum modum vacationis ex primendo: Fuit dubitatum vtrum valeret, huiusmodi acceptatio. Et videbatur quòd non. quia plures sunt modi vacandi,& vno expresso alius non venit.de rescrip.cap. susceptum.libr.vj.præterea prędicta acceptatio videtur esse nimis generalis,vaga. & incerta,cum in ea non exprimatur nec modus vacandi nec persona quę eam vltimò tenuit:quæ generalitas parit obscuritatem, & obscurè dans vel probans succumbit:vt in cap.in præsentia.de proba. non enim licitum est vagari cum discrimine alterius.de libel.ob.c.j.& ij.his non obstãtibus fuit decisum & conclusum per omnes dominos contrarium:videlicet huiusmodi acceptationem valere:maximè cùm acceptauerit certum corpus beneficij:& postea in processu causæ declarauit modum vacandi, & per cuius personam prout in facto ponebatur:& licet hoc non declarasset,nihilominus acceptatio valuisset.per not.per Io.mo.in c.si tibi absenti.de præb.li.vj.pro hoc potest induci in simili vnus textus notabilis de appell.ca.bonæ. Nam licet non
2 † valeat generalis appellatio à futuro grauamine: vt de appel.c.ij.& c.cùm cessante.& c.cõsuluit.tamen ibidem valuit & per papam recepta extitit. Ratio fuit secundũ Inno.quia licet fuerit ista appellatio generalis & incerta,quia cõtra incertam personã: tamen sufficiebat quòd fuit certa quò ad causam & factum : & ideo fuerunt attentata post ipsam reuocata.Sic in proposito, licet enim prædicta acceptatio fuerit incerta quò ad personam & modum vacandi:tamen fuit certa satis quò ad ipsam ecclesiam & etiam factum,quia tanquam vacantem acceptauit.illud enim dicitur vacans,quod vacare reperitur. prout pulchrerimè deducit Ioan.mo. vbi suprà.per hoc enim tollitur ratio in contrarium de incertitudine &
3 obscuritate alleg.Nec ob. † etiam cap.susceptum.de rescrip.pro contrario alleg.quia non loquitur in expectatiuis,sed in prouisione & quãdo de certo corpore & certo modo vacaturo mãdaretur prouideri: tunc enim non potest impetranti prouideri si alio modo vacet, propter formam mandati & intentionẽ scribentis, quæ exacta diligentia est obseruanda.de reseri.c.cum dilecta.de prębend.c.cui de non.lib.vj.cum simili.

SVMMARIVM.

Si episcopus ad monachorum præsentationem habet instituere rectorem in ecclesia monasterio vnita per ipsum episcopum de sui capituli consensu: talis institutus perpetuus & non temporalis vicarius esse censetur, & propterea debetur impetranti, licet sub nomine ecclesiæ fuerit impetrata.

EPITOME.

1 *Vicarius datus ecclesiæ pleno iure ad monasterium aliquod spectante censetur perpetuus.*
2 *Verba quæ ad proprium sensum trahi non possunt, referenda sunt ad proprium.*

Decisio 24. aliàs 470.

SVpposito quòd episcopus de consensu sui capituli & patroni ecclesiam parœcialem quò ad omnia tam spiritualia quàm tęporalia dederit monasterio cum potestate prædicandi,confessiones audiendi,& ecclesiastica sacramenta ministrandi,& curam animarum exercendi,& fructus percipiendi:sic tamen quòd ibi sit vnus presbyter sæcularis,qui per monachos episcopo præsentetur,& ab eo instituatur,& recipiat curam,& eam exerceat pro seipso omnia sacramenta ministrando,& qui eidem episcopo & archidiacono teneatur de eorum multis * respondere: & quòd in personis duorum vicariorum qui publicè à populo rectores nominabantur, dictę ecclesiæ seruirent. Deinde quidam à papa dictam ecclesiam tanquam vacantem & deuolutam impetrauit:an valeat huiusmodi impetratio,& censeatur ex verbis dictis colligi dictam vicariam esse perpetuam & non temporalem:& per consequens in ea cadere ius deuolutionis

* Multis. exẽplaria antiqua habent Mulctis.

1 vicariæ? Respõdeo primò,quia † etiam in ecclesijs spectantibus ad mensam monasterij pleno iure & quo ad omnia supradicta dictus vicarius dicitur perpetuus qui recipit curam quò ad regimen populi ab episcopo.nota. glos.de excess.prælato. capitu. frequens. in elementi. in fin. & est casus de capel. monacho. capitu. primo.libro sexto.Nec obstat hoc quod datum est monasterio huius modi exercitium regiminis:quia dico quòd verum est: tamen non datũ fuit vt per se,sed pervicarium suum exerceat: sed quia non per eos,sed per episcopum instituitur,ipsi illum non possunt amouere: ideo censetur pertinere sibi non monasterio vicariatus dispositio. de offic. Archidiaco.capitu.primo.Nec obstat quod præsentant: quia etiam si prouiderent & manualiter reuocarent,nihilominus beneficium esset perpetuum in regularibus: vt clementi.j.de excess. prælato. licet secus crederem in sæcularibus.argumen.ff. de adopti.l. quæsitum.lxx.distincti.capitul.secundo.nec patronus aut collator priuat quem præsentauit vel cui contulit sine causa. quinquagesima distinctio. satis peruersum. de offici. ordina. capitu. conquerente. Secunda ratio est : quia finis est inspiciendus.ff.de condi.ob causam.l.penult.ff. de condtion. & demonstrationib. tale.§.legato. Sed causa fuit vt iste responderet episcopo & archidiacono de iuribus suis,quod tamen non posset vicarius temporalis. Præterea tertia ratio est:quia cõsuetudo est mos loquendi interpretem nobis ex verbis mentis.de consuetudini. capitu.cùm dilectus.ff.de legibus.si de interpretatione. Modo iste appellatur vulgariter rector.ergo &c. Præterea etiam additur ad rationem primam,quòd si monachi habent etiam facultatem spiritualia exercendi, hoc posset pluribus in solidum in eadem plebe competere,vt rectori episcopo & legato papæ & etiam videntur monachi per spiritualia huiusmodi exercere. Item vicarius non dicitur ad aliud, puta ad rectorem. & idem est de eo, & si sciat ergo rectoriam vnitam,& sciat eam regi per vicarium perpetuum:vt de præbend. capitu. extirpandæ. §.qui verò.& clementi.j.de offici. vicar. Quarta ratio: quia fienda est in dubio interpretatio quæ magis ecclesiæ prosit,& quæ magis pia sit.simile.ff. solu.matrimo. l.prima.Modo ecclesiæ expedit habere talem vicarium perpetuum : quia pastor talis est & melius de omnibus intuetur.Per hoc est responsum ad id quod aliqui dixerunt,quòd dictaverba possunt interpretari vt cura daretur per episcopum vicario temporali.per not. Innocen. de offic.archidiaco.capitu. cùm satis. Nec obstat quod dictum est ecclesiam vacare,cùm tamen vnita vel incorporata non vacet, quod intelligendum est & exponendum de vicaria: quia cùm † ad proprium sensum verba
2 non possunt trahi,ad improprium referuntur.ff.de offi. consul.l.secunda.de rescript.capitu.cum aliquibus.libro sexto.saltem vt res valeat.capitu.abbate.de verb.signifi. propter quod præmisso modo licet proprie non vacet: videlicet quòd principali prelato careat:vacat tamen in eo quod secundario prælato viduata est.ergo &c.

SVMMARIVM.

Si quis in impetratione nouæ prouisionis expresit possessionem pacificè assecutum, probando se possidere per apprehentionem cordarum: non sufficit ad excusandum dictã nouam prouisionẽ à surreptione.h.d. Vel sic. Noua prouisio ex falsa narratione redditur surreptitia.

Decisio 25. aliàs 472.

IN casu conclusionis supradictæ, si reus confirmatus prędictus in dicta confirmatione expresit quod fuit possessionem pacificè assecutus:secundo quod fructus percipiebat.si primum probat hoc modo : quia per cordas & vestimenta &c.intra ecclesiã fuit in possessionem inductus:secundum non probat: nihilominus sua confirmatio non est surreptitia:quia si habuit possessionem:ergo liberam facultatem fructus percipiendi, nisi aliud appareat:vt l.bonæ fidei.ff.de acqui.re.do.quod si esset,debet de hoc per partem excipi:sed præsumitur quòd perceperit:vt l.cùm defunct. C.arbi.tut.& l. cùm de indebito.ff.de proba. quid enim ad rumbum cum percipere liberè possit,& cum perceptio obstante reseruatione sit in facto,quanquã in apprehensione fuit ignota, non vi-

deo. Tamen dominus Corsien. fuit in contraria opinio. quia secundùm eum dictæ cõsequentiæ non sunt necessariæ. Replicani tamen ista nõ fore plenè probanda. per not. in c. exceptiones. & in regula, infamibus. libr. vj. tamen hoc non est sine dubio.

SVMMARIVM.

Canonicatus collatus per papam in gratia expectatiua in ecclesia vbi est certus numerus extinguitur siue redit ad papam, si ille habens gratiam assequitur illum infra numerum vacantem.

EPITOME.

1 *Canonicus sub expectatione præbendæ vacaturæ receptus vbi est certus numerus præbendarum non dicitur beneficiatus. & numero 4.*
Beneficij collatio sub forma expectatiua an sit valida.
2 *Separatorum separata est ratio.*
3 *Potestatem habens conferendi beneficium personæ idoneæ, an possit conferre expectanti.*
5 *Canonia dicitur beneficium nomine, titulo, prærogatiua, & reali commodo.*
6 *Canonicatus ecclesiæ cathedralis honor est, & dignitas.*

Decisio 26. aliàs 445.

SI legatus apostolicus habet authoritatem conferendi beneficia vacantia infra suam prouinciã authoritate apostolica personis idoneis, etiam vnicũ beneficium obtinentibus, conferat certum beneficium vacans alicui obtinenti vnicum beneficium & actu habẽti canonicatum à papa sub expectatione præbẽdæ in certa ecclesia. Fuit dubitatum & in relationibus publicis positũ & super hoc solenniter alleg. an valuerit huiusmodi collatio.

1 Ratio dubitãdi fuit: † vtrũ canonicus sub expectatione præbendæ autoritate apostolica censeatur beneficiatus. Si sic: tunc clarè constat collationem legati prædicti nõ valuisse: si verò non: tunc valet & tenet. per cap. is cui. de præben. ij. respon. lib. vj. Quod prædictus expectãs non censeatur beneficiatus, & per cõsequens collatio sibi facta per legatum tenuerit, fuit alleg. primò si beneficium vacat, ad illud plures non possunt eligi: vt infrà c. maioribus. de præben. ergo &c. sed ad canonicatum vacantẽ plures eligi possunt. de præben. c. dilecto. & de consti. c. cùm m. & not. Inn. in d. c. maioribus. ergo &c. Præterea præbenda sumpto largo vocabulo est, quia aliquid præbet, quia dicitur à præbeo: vt no. per summist. & præsertim per Hosti. in tit. de præben. in prin. & in d. iurib. sed canonicatus de se nihil præbet. ergo &c. Et si dicatur imò ratione canonicatus debentur distributiones quotidianæ: vt in c. relatum. & in c. dilectus. de præbẽ. Ergo aliquid præbet. Respondetur quòd hoc non sit principaliter propter canonicatum: sed ratione interessentiæ diuinorum: vt in c. licet. de præb. & in c. vnic. de cleri. non resi. li. vj. & sic ratione certi ministerij personalis, & propter operas impensas potius debẽtur quàm ratione præbendæ: vt not. in eisdem iur. & facit l. j. in ij. respon. ff. si men. fal. mo. dixe. licet enim ratione expectans possit consequi beneficium: non tamen dici debet beneficiatus. Ratio. non enim aliquid debet dici tale ex eo quod põt contingere tale: sed solummodò quod est. probat text. in l. j. ff. de in lit. iuran. ff. de fideicõ. liber. l. iiij. §. j. Hoc etiã probatur: quia de beneficio actu loquitur tex. bullæ concessæ legato. facit l. qui seruus. ff. de condi. ob causam. Itẽ intelligitur de beneficio inseparabili ab illo, qui debet impetrare contra voluntatem impetrantis. probant l. ij. & iij. cum ibi not. ff. sol. matr. acquisitis non augetur factum rei. & hoc est quod dicitur de seruo alicuius hæredis instituto: nó propterea dicitur dominus locupletior, nec seruus maioris æstimatiõis quàm prius. vt in. l. præt. ad leg. Falc. & redditur ratio in text. quia multis de causis accidere potest ne seruus hæreditatem adeat. ac si tex. apertè diceret, quòd illud quod potest acquiri & nõ acquiri ante realem & actualem acquisitionem, quemquam nõ reddit locupletiorẽ: quia multa accidere possunt vt illud non acquirat. l. naturalẽ. §. j. & ij. rescripto. ff. de acquirẽ. rer. do. Tale ergo est beneficium quod ex euentu dependet: hoc est canonicatus sub expectatione præbendæ. Itẽ si expectans cẽseretur beneficiatus, posset permutare. sed doct. tenẽt in c. j. de re. permu. li. vj. quòd non potest. ergo. pro primo est text. in c. quæsitũ. de rerũ permut. secundo est Host. in sum. in tit. de præben. §. cui sit conferenda. ver. beneficiorum. & eod. tit. §. j. versi. canonia. per eundẽ vbi dicit, quòd nec fructus recipit, nec est beneficiatus. Præterea ius ad rem permutare non põt: vt not. Fe. de Senis in tractatu suo de rer. permu. sed canonicus sub expectatione præbẽdæ non habet ius in re, sed ad rem: vt in c. quodam. de præb. li. vj. c. fin. de cõcess. præben. eo. li. ergo &c. Item canonicus sub expectatione præbendæ nullum ius habet nisi sub conditione casuali hoc est, si vacet &c. sed sicut ille cui debetur aliquid sub conditione casuali nullum ius habet nisi conditione adueniente: vt l. multum interest. ff. de condi. & demonstr. in princ. facit l. cùm ad tempus. ff. si cer. pet. Item beneficiatus † & expectans beneficium sunt diuersa: vt in regula, beneficium. de reg. iur. libr. vj. & in d. c. quodã. & c. fina. ergo non sunt idem. quia separatorum separata est ratio. l. iij. C. de codicil. de dec. c. ad audiẽtiam. & c. cùm in tua. de præb. c. cùm in illis. li. vj. cum si. Item licet duo beneficia curata sint incõpatibilia. de electi. c. dudum. de præben. c. de multa. de reseri. c. gratia. li. vj. tamen habẽs huiusmodi curatum beneficium vnicum, põt impetrare expectatiuam ad aliud simile: nec vacabit primũ, donec fuerit possessionem secundi vigore expectatiue pacificè assecutus: vt in c. non potest. de præbend. lib. vj. & not. in elemen. si plures. eod. tit. in glos. idem videtur & in constitutione execrabilis Io. xxij. Sic ergo videtur dicẽdum in proposito nostro, quòd licet habeat vnum beneficium & sit expectans ad aliud: quod propter hoc non dicitur habere duo beneficia. Itẽ si aliquis habet conferendi potestatem authoritate apostolica beneficium idoneæ personæ: poterìtne conferre personæ habenti beneficium? dicit text. quòd non: dummodò illud beneficium sit sufficiens, aliàs si haberet tria vel quatuor insufficiẽtia, tali posset iuxta prędictam formam prouideri. prout leg. & no. in d. c. is cui. de præb. li. vj. At in casu nostro cõstat q̃ expectans non est beneficiatus sufficienter: quia nõdum percipit fructus: vt in d. c. relatum. & c. dilectus. nec habet ius in re, sed ad rem: vt in iuribus superius alleg. nec fuit probatum quòd beneficiũ aliud, quod hic prouisus obtinuit, erat sufficiens: quod requiritur. ergo &c. Quę-

3 runt etiam doctores: vtrum † habens potestatem conferendi beneficium idoneæ personę possit conferre expectanti iuxta formam d. cap. is cui. dicunt quòd sic. prout not. Ioan. Andr. in nouel. in c. fi. de præben. in antiquis. Ratio. quia non censẽtur beneficiatus. & suppositò sine præiudicio quòd sit beneficiatus, saltem non est sufficienter beneficiatus, vt superius deductum est. ergo non obst. sibi prædictæ decisio. Et quale beneficium dicatur sufficiens & quale non, & quid consideretur in hac sufficientia, satis plenè habetur. & nota. in c. cùm adeo. de rescript. iuncta glos. final. ibidem. & in cap. de multa. de præbend. Præterea pro decisione istius quæstio. videtur esse casus in capit. in nostra. de rescript. iuncta glos. fin.

4 ibidem. Nam ibidem dicitur, quòd † licet habens vnam expectatiuam & impetrans aliam teneatur facere mẽ. onem de prima, alioquin secunda gratia est surreptitia: tamen reuera propter hoc non censẽtur beneficiatus, nec beneficium assecutus. Pro quo etiam faciunt not. in capitul. si motu proprio. in fin. de præbend. libro sexto, & not. in cap. si postquam. per Archidia. eodem titul. &

5 li. In oppositum fuit alleg. quòd canonia † dicitur beneficium ad effectum de quo quæritur quatuor modis videlicet nomine, titulo, prærogatiua, & reali commodo. Nomine dicitur beneficium: quia est ius quoddam spirituale, quod ex electione seu institutione alicuius recepti in canonicum & in fratrẽ oritur vel creatur, & vocatur hoc spirituale beneficium siue ministerium ecclesiasticum, ex quo cõpetit stallum in choro, locũ & vocẽ in capitulo: vt in c. dilectus. & in c. relatum. & not. per Archi. in c. hi qui. de preb. li. vj. melius. per Guil. de mõte lau. in cle. si iuxta. eo. tit. Nomine enim bñficij intelligitur canonia: * vt expressè not. Arc. in c. præsenti. de pb. in j. gl. li. vj. remittẽs ad not. sua in c. si motu proprio. eo. ti. in glo. nomine. vbi ipse hoc expressè tenet & viceuersa sub nomine * canoniæ cõtinetur omne beneficiũ ecclesiasticum,

* Canonicum 6 cathedralis ecclesiæ est magnus est honor.

* Canonia vel canonicatus est beneficium.

* Nomine canoniæ continetur omne beneficium ecclesiasticum.

cleſiaſticum, quod canonicè obtinetur: vt in cap. ſtatuimus. ver. canonijs. de elect. per Io. mo. & Archi. li. vj. ita quòd ratione nominis beneficium eccleſiaſticum cenſetur. & multũ eſt nomen habere: vt l. à nullo iudice. C. de fer. & l. fi. ad fi. de teſ. & à ſignificatiõe nominis arguitur. de preben. c. cum ſecundùm apoſtolum. nomen enim ali quando ſine effectu aut ſubſtantia ſuſtinet vicem ſignificati. c. ſtatutum. de reſcript. §. j. iuncta gloſ. Io. mo. ſuper ver. canonicis. verſi. ſed pone, eccleſia cathedralis. ff. arb. fur. cæ. l. vite. n. ante fi. cùm ergo canonia ſit beneficium eccleſiaſticum nomine, poſito quod non afferat reale cõmodum ſufficit. arg. præmiſſorum, & ar. l. competit. §. j. ff. quod vi. aut clam. Secundò, quòd canonia eſt beneficium eccleſiaſticum titulo, probatur ex præcedẽti. nam quia eſt beneficium ſiue miniſteriũ eccleſiaſticum, quod ſine canonica inſtitutione ſiue receptione haberi nõ poteſt: vt in regula, beneficium. de re. iur. li. vj. & ideo ad electionem ſiue receptionem canonicorum abſentes ſunt vocandi: alioquin eis inſtantibus nihil valebit receptio: vt in c. cum in eccleſijs. de præb. li. vj. qui quidem titulus videlicet canoniæ in laicum non cadit, nec per ipſum poteſt obineri quouis modo: prout leg. & no. in c. cùm M. conſt. verſ. receperunt. & ver. in canonicos. per Inn. & de inſti. c. in eccleſia. & not. per Io. mo. & Arch. & Guil. in locis prælle. ergo ratione tituli poteſt canonia dici beneficium eccleſiaſticum. Tertiò quòd canonia ſit beneficium eccleſiaſticum prærogatiua, poterit declarari ſic, quia canonia & dignitas æquiparantur: vt de reſcript. c. ſtatutum. §. j. li. vj. Nam cauſæ illis ſic obtinetibus dignitates à ſede apoſtolica committuntur, vt ibi. ſed quid ſi ſit canonicus * ſub expectatione præbendæ alicuius eccleſiæ cathedralis: poteſtné eſſe delegatus à ſede apoſtolica? Dicunt doctores ibidem quod ſic. quia in huiuſmodi delegatione plus conſideratur dignitas ſiue honor canoniæ, quæ plus habet ſpiritualitatis quàm præben. quæ plus habet temporalitatis: prout not. Guil. in extrauag. ſedes apoſtolica. ver. conſeruator. propter quam prærogatiuam canonia dicitur mater, & præben. filia: quia ex canonia procedit, & pro ea inſtituta eſt. prout idem Guil. not. expreſsè in dicta cle. ſi iuxta. & Arch. & Io. an. in c. ſi clericus. ſuper ver. recipere. de præbend. li. vj. Item habens canoniam ſine præbenda poteſt & debet intereſſe electionibus tractatibus conſilijs & alienationibus: vt in d. iur. & doct. in membro primo ſuperius alleg. & not. per Inno. in d. c. cùm M. ſuper ver. canonicos. ad fi. Maguus * † eſt enim honor quem eſſe canonicum eccleſiæ cathedralis, qui in forma cõmuni non cadit: vt in c. quãuis. de præbend. li. vj. facit. c. extirpandæ. de præben. §. ſi qui verò. talis enim canonicus ad eccleſiam ruralem propter honorem cathedræ inſcribi non debet. arg. C. ſi curiales relicta ciuitate, & c. l. vnic. li. x. no. Arc. in c. j. de cõſuetu. in glo. fi. in fi. lib. vj. Quartò, quòd canonia ſit beneficium eccleſiaſticum reali commodo, probatur per præmiſſa: quia ratione ſolius canonicatus percipit diſtributiones quotidianas: vt in c. dilectus. & c. relatum. ſuperius allega. participabit etiam de communibus redditibus & ſuper excreſcẽtibus fructibus: vt in capit. cùm omnes. & c. cùm M. de conſt. & ibi not. habet etiam menſam groſſam: imò omnes fructus, vbi non eſt diſtinctio præbendarum: vt in c. dilecto. de præben. & de conceſſi. præb. c. ex parte. & c. fi. lib. vj. Præterea habens gratiam in communi forma pauperum, ſi poſtea impetrat gratiam ſpecialem de canonicatu ſub expectatione præbendæ, ſtatim expirat prima, & caſſatur in ſecundis literis. Ratio quia iam cenſetur beneficiatus, & ſic non pauper vt in c. ſi pauper. de præben. lib. vj. Ex quibus concluditur quòd canonia ratione nominis, tituli, prærogatiuæ, & realis commodi, dicitur beneficium eccleſiaſticum, & ſi ſic, non valuit * ergo prouiſio facta per legatum vigore conceſſionis ſibi factæ obtinenti huiuſmodi beneficium & canonicatum ſub expectatione præbẽdæ, quod quidem dubium non fuit pro tunc determinatum in rota. ſed pro determinatione poſſet dici, quòd receptus in canonicum vltra numerum vt omnes apoſtolici expectantes, non poteſt dici beneficiatus: quia tales hodie de conſuetudine & obſeruantia vniuerſalis eccleſiæ: nec habent vocem in capitulo, nec participãt de quotidianis diſtributionibus, nec de fructibus ſuper excreſcentibus, & vocantur canonici in herbis: nec perpetuò retinent illũ canonicatum per papam collatum: ſed vacante præbenda diſtincta canonicali infra numerum & collata impetranti. ſtatim prouiſus cõſequitur nouum canonicatum infra numerum, & primus eſſe deſijt, & redit ad papam prout not. Io. de Lig. in c. dilectus. de præben. & Compo. in c. cùm M. & c. capitulum. de reſcript. faciunt pro hoc not. Io. and. & Archidi. in d. c. ſic clericus. ſuper verſ. recipi. lib. vj. At vbi non eſſet certus numerus canonicorum nec præbendarum, ibi receptus in canonicum poteſt dici beneficiatus: quia ſtatim conſequitur præbendã, & vocantur hæ præbendæ conſecutiuæ: vt in cap. fi. de conceſ. præben. lib. vj. idem poſſet dici vbi eſſet certus numerus canonicorum, ſed non præbendarum. per ea quæ leg. & not. per Inno. in c. dilectus. & c. dilecto. de præbẽ. & de conceſ. præben. c. ex parte. & c. fi. li. vj. pro hac parte faciunt not. per Io. an. in nouel. in d. c. noſtra. in q. quæ incipit, nunc quæritur. & per eum in dicto cap. ſi motu proprio. in nouel.

* *Canonicus ſub expectatione præbendæ authoritate apoſtolica an poſſit eſſe delegatus papæ.*

* *Canonicum cathedralis eccleſiæ eſſe magnus eſt honos.*

* *aliàs valebit.*

Canonici in herbis qui dicantur.

SVMMARIVM.

Verba gratiarum extenduntur & obliquantur iuxta formã iuris communis, vt ipſę gratię, ampliorem quàm poſsint effectum conſequantur.

EPITOME.

1 *Præſcitare verb. quòd aliquando pro conferre ponatur: ſicut verb. eligere. pro præſentare.*

2 *Verba propter iuris conſonantiã quandoq; in iure obliquãtur.*

Deciſio 27. aliàs 448.

FVit dubitatum vtrum habens gratiam à papa de beneficio ſpectante ad collationem & prouiſionem alicuius epiſcopi, poſsit acceptare canonicatum & præbendam alicuius eccleſię collegiatę ſuæ dioeceſis ad ipſius præſentationem & capituli remiſsionem ſpectantem, de quo domini bene dubitabant. nam licet inter prouiſionem & præſentationem & electionem ſit magna differentia: ita q̃ vno iſtorum modorũ expreſſo non venit alius: vt in c. cùm in illis. de præben. lib. vj. iuncta cle. j. c. ri. cum ibi not. & de iure patr. c. fi. tamen ſecundùm aliquos attento quod regulariter diſpoſitio omnium beneficiorũ exiſtientium in dioece. ſpectat ad epiſcopum x. q. j. regenda. & c. de perſona xvj. q. j. c. omnes baſilicæ. de hære cùm ex in iuncto. verbum † præſentare. poſſet in caſu noſtro intelligi pro cõferre, & haberet vim collationis: ſicut verbum, eligere. ſæpe ponitur pro præſentare: vt in c. querelã. de elect. iæpiſsimè † enim verba obliquantur in iure propter conſonantiam iuris cõmunis: & ideo licet laici patroni vtantur verbis collationis: tamen ſumitur pro præſentare: vt ſic conſonet iuri communi. prout le. & no. in c. fi. de iure pat. & videtur tex. in c. dilectus. de præbend. ibi ponitur collatio, pro præſentatione. Præterea præſentatio debet fieri per inferiorẽ ſuperiori: vt xvj. q. vij. decernimus. & de iure pat. c. paſtoralis. & c. præterea. cum multis ibidem capi. Si igitur præſentatio in caſu noſtro ſumeretur proprie & admiſsio capituli pro inſtitutiõe, eſſet ordo prępoſterus & diſſonus à iure communi: videlicet, quòd ſuperior haberet præſentationem & inferior inſtitutionem: cõtrarium tamen inferior debet habere præſentationem & ſuperior inſtitutionem. & ſic de iure cõmuni fieri debet: vt in iure ſuperius alle. Niſi velimus dicere q̃ capitulũ in hoc caſu ſit maius epiſcopo, cui fortè hoc poſsit cõpetere ex fundatione, priuilegio vel cõſuetudine. de initi. c. cũ veniſſent. de conceſ. præb. c. poſt electionẽ. de off. or. c. irrefragabili. §. exceſſus. cum li. ſi verò admiſsio capituli non ſit iuris, ſed facti: quia non habet vim inſtitutionis, ſed dunta xat præſentatũ per epiſcopum habet de fato admittere & recipere ad mandatum ipſius: vt in c. eam te. cum ibi not. per Inno. de reſcrip. & de præb. c. pro illorum. in fi. prout domini imaginabantur conſulendo domino auditori qui habuit cauſam & factum propoſuit, vt de hoc ſe informaret: tunc iudubitanter prædicta præſentatio nedum haberet vim collationis, ſed etiam inſtitutionis, & ſic caderet dicta præbenda in gratia apoſtolici impetrãtis, & ſic pro tunc nil fuit concluſum nec deciſum.

ADDITIO.

De quo per Bald. in l. si tibi. ff. si cer. peta. & in l. sed si possessor. §. sed si rerum. ff. de iureiur. in recollectis quod not. pro saluandis testibus, ne incidant in periurium. & in l. Suncimus. C. de sacrosan. eccl. vbi omninò videas.

SVMMARIVM.

Collatio vel mandatū de prouidēdo facta vel factum monacho de ecclesia parœciali vel alio beneficio consueto clericis sæcularibus assignari, etiam de licētia abbatis sine dispensatione canonica est nulla ipso iure.

EPITOME.

1 *Collatio facta monacho de beneficio cōsueto clericis sæcularibus assignari: est ipso iure nulla, nisi habeat dispensationem.*

Decisio 28. aliàs 483.

1 COllatio † facta de parœciali ecclesia consueta clericis sæcularibus assignari monacho etiā de licentia abbatis absq; dispensatione ipso iure non valet. Ista conclusio fuit aliàs obtenta: sed ex causa pono eam hīc. De materia eius habes gl. xxij. q. j. in summa. xxiiij. dist. c. ij. & c. cùm pro vtilitate. & c. de cætero. xvj. q. j. & Iv. dist. priscis. & c. ij. de stat. monac. vbi dicitur not. contrarium in iij. glo. Ber. & in ij. gl. Inn. & ibi per Host. & Io. And. alleg. d. iura. vide etiā no. in c. quod Dei timorē. eo. rit. & ibi plenè per Io. And. & videtur secūdùm Ho. qui hoc ibi recitat plenè. Et Pau. Cald. tenet contra conclusionem: & præsertim ibi videtur, quæ not. vna glo. & ea quæ per Pau. Cal. no. in distinctione quā per modum additionis ibi ponit. vbi ipse contrariū cōclusionis tenet. & ipse Host. ibidē terminat, prout not. Host. ibidem, & Ioā. And. in eo. c. quod Dei timorē propter officiū prædicandi. & idē tenuerunt Hug. & Ber. prouincialis. Pro conclusione nostra quidā dicens, & probat, q̄ monachus est mundo mortuus, licet Deo viuat. xvj. q. j. monachus. & c. placuit. & c. grave. Sed per assumptionem ad parœcialem ecclesiam resuscitatur. Ista resuscitatio est miraculosa. ergo vt resurgat, & actus ciuiles exerceat, opus est dispensatione superioris. Dicit etiā quòd ista dispēsatio non debet fieri sine causa vtilitatis vel necessitatis. Opponit Hosti. quòd de iure cōmuni assumitur in episcopū. & mortuus tunc resurgit. Respondit. Iste habetur mortuus quò ad actus regulares. & nō obstat quod dicitur, quòd lex communis habilitat & resuscitat. Præterea quòd episcopus dispensat potestate sibi tradita, & si ad ecclesiam collegiatā velit præfici: vt no. gl. cle. j. de elect. secundùm illam non resurgat. Tamen dici potest secundum Hosti. quòd conclusio habet locum, & quòd dispēsatio fienda est. Si de hoc cognitionem plenā habere vis iunge quæ habes de capel. mona. c. fin. cum ibi not.

SVMMARIVM.

Nuntius apostolicus cui est concessa facultas recipiēdi resignation. ab obtinen. beneficia minus iustè, & ad eadem beneficia illos habilitandi, & de perceptis fructibus pro camera apostolica concordandi non potest conferre beneficia sēdi apostolicæ generaliter reseruata sine speciali mandato.

EPITOME.

1 *Gratia de prouidendo aliquibus de beneficio, non extenditur ad beneficia generaliter reseruata.*

2 *Potestas legata a latere generaliter data super beneficia, non includit beneficia specialiter papæ reseruata.*

3 *Clausula, motu proprio in literis beneficialibus inserta non est ampliativa, sed fortificativa. nec includit verisimilia.*

Decisio 29. aliàs 489.

NVntius apostolicus cui ad personam ipsius & eius officium honorandum, & ad prouidendum animarum saluti cōceditur, quòd ab obtinentibus beneficia minus iustè in prouincia ad quā iste nuntius destinatur, possit resignationes recipere & obtinere ad eadem beneficia seu quæuis alia habilitare, ac cum eis pro camera apostolica de perceptis fructibus concordare, & de huiusmodi beneficijs personis ipsis prouidere, si sint
1 aliqua † talia beneficia generaliter reseruata: vt puta per constitutionē execrabilis. Ita conferre non poterit, licet aliqui cōtra. Probatur primò: quia hæc potestas data isti nuntio quæ reuera recipit magnam restrictionē, vt d. præbend. c. is cui. lib. vj. quia non est motu proprio
2 facta, cùm non dicitur hoc in literis: vt cap. si motu proprio. de præbend. lib. vj. non est magis fauorabilis quàm potestas à iure data ordinarijs: vt v. q. j. peruenit. cū sim. quæ non recipit restrictionem: vt in clemē. & si ab apostolicæ. in fin. de offic. or. tamen & illa non includit beneficia reseruata secundum omnes. ergo &c. Item potestas † data legato de latere generaliter quæ non est minus fauorabilis, non includit beneficia specialiter papæ reseruata. de offic. leg. capitul. quod translationem. cum ibi no. ergo nec specialiter data: vt in capitul. dudum. de præbend. libr. vj. Item nec potestas data executori, licet comprehendat deuoluta: vt in clementi. de beneficio. de prebend. non tamen includit specialiter aut generaliter reseruata secundum omnes. Item videtur casus in c. ij. de præbend. lib. vj. licet loquatur in vno genere reseruationis generalis. quia idem est iuris hodie in alijs, cùm eadem est ratio in omnibus &c. Ratio. quia in generali cō cessione non veniunt ea quę sunt concedenti specialiter reseruata. ff. de offic. eius cui man. est iur. l. j. primo respon. ff. de minorib. l. illud. ff. de pign. l. generali. & d. c. quod translationem. cum ibi not. & quod not. ij. q. viij. de causa. & quæ not Ioan. Andr. in d. cap. ij. de prebend. libr. vj. in nouel. & pro hoc dicit Fre. in tractatu suo de rerum permuta. quæstio. ij. & alleg. in capi. vnico de rerum permu. lib. vj. quòd si detur potestas specialis legato recipiendi renūtiationes ex causa permutationis: vt beneficia reseruata ex huiusmodi causa conferre non poterit beneficia reseruata: & sic reseruationem non includit. Et sub gratia facta motu proprio non veniunt bene-
3 ficia reseruata. quod videtur fortius: quia † motus proprius non amplificat gratiam, sed fortificat: nec includit non verisimilia. supra conclu. 6 & 7. eodem titu. vbi plena materia motus proprij. Sed si opponitur de fauore qui debetur saluti animę reuersæ. Respon. quòd ibi concernit renuntiationem quam puto valere absque collatione. per ea quæ not. de offi. leg. c. deliberatione. §. prohibemus. & in. d. c. dudum. Nec obst. si dicas nō esse alias constitutiones inhabilitantes quàm quæ ex materia cōstitutionis capit. execrabilis. quia hoc est falsum. quia c. licet canon. minorem inhabilitat. & capitul. commissa. inhabilitat tenentes vltra annum non promotos. & tit. de fil. presby. & de cor. vi. & capit. quicunque. de hæreti. & cle. si quis. de pœn. & sententia hominis inhabilitat: vt de se patet. quinimò nec valet ratio. per not. pulchrè Alexand. vbi suprà.

De Concessione prębendę.

SVMMARIVM.

Impetrans in forma pauperum qui infra mensem super purificanda gratia diligentiā suam fecit, potest post mensem vacans beneficium acceptare. hoc dicit. Vel sic. Acceptare potest beneficium habens gratiam in forma pauperum illa non purificata: si per eum non stetit quōminus purificatio facta foret.

Decisio 1. aliàs 17.

VIT dubitatum vtrū valeret acceptatio * facta infra mensem per impetrantem apostolicū in forma communi pauperum ante purificationem gratiæ suæ, quam licet ipse per executorē suum ante acceptationē petierit purificari: tamen idē executor purificare recusauit. Videbatur quod non. per clementi. cùm ei quem. de concessio. præbend. & de rescript. si pro te. libro sexto. In hanc partem multi domini auditores tempore domini Innocentij declinauerunt dicentes, non competere remediū impetranti, nisi contra executorem. per capitul. pastoralis. de iure patronatus. de filijs presbyte. capitul. veniens. Pro hac parte etiam secundum dominum Aegid. optimè faciunt C. de cōdit. inserti. l. j. & l. legatum. ff. de conditio. & demonstratio. l. in testamento. quæ volunt, quòd defectus etiam conditionis mistæ sine culpa &c. Impediat legatum siue actum implendum. Tamen his non obstantibus dominus Inno-

* Acceptatio. Adde infra in antiq. de. j. eod. tit.

nus Inno. à dominis auditoribus tunc consultus declarauit prædictam acceptationem valuisse & valere, & collationem factam per ordinarium infra mensem post dictam acceptationem & ante purificationem huiusmodi gratiæ nil valuisse: dummodò constaret impetrãtem fecisse diligentiam quam potuit, vt gratia sua purificaretur, & non stetisset per eum quò minus purificata fuisset per executorem. per regulam, quod per me nõ stat, &c. facit de consti. c. ij. de re. iuris, sine culpa. li. vj. facit etiam c. commissa. de elect. eod lib. Pro hac parte etiam allegabatur tunc l. iuris ciuilis. ff. de condit. & demonstrat. & not. per Pau. & Genze. in prædicta clem. cùm ei quem. quæ non obstat conclusioni huic: quia loquitur quando stat per impetrantem & non per executorem quo minus gratia purificetur. At in casu nostro stetit per executorem, & non per impetrantem. ergo, &c. Et sic ab illo tempore citrà semper fuit sic obseruatũ in palatio dummodò ex post etiam post mensem constaret vel constare posset de habilitate & bona conuersatione impetrantis tempore impetrationis & acceptationis prædictæ. Sed propter l. in contrarium alle. de mista conditione, quæ ex meo & ad mei fauorem, & ex alterius facto dependet. dominus Aegid. distinguebat sic multum pulchrè. Quia aut deficit ex casu contingenti in personam illius in cuius personã debet impleri: aut ex conditione alterius recusantis consentire conditionis implemento. Primo casu habetur cõditio pro deserta: vt l. j. & l. legatum. C. de condi. inser. Secundo casu habetur pro impleta. C. de insti. & substi. sub condi. fac. l. j. Si verò impeditur per illum qui implere debet, sibi imputet: si per tertium, distinguitur, an sit soluendo vel non. prout ista notãtur per glo. & per Cy. in d. l. j. C. de insti. & substi. sub conditione fact. & in d. l. legatũ. per eundem. Modo hîc non deficit conditio per casum contingentem in personam impetrãtis, sed per conditionẽ executoris. ergo & c. qui e. etiam soluendo non est: cùm ista spiritualia non capiant interesse, nec æstimationem. j. q. ij. quam pio. de simo. querelam. & ibi not. ergo ad id agi non potest per impetrantem contra executorem. & sic non procedit ratio c. in contrarium alle. videlicet c. pastoralis. de iure pat. & cap. ventens. de fil. presby.

ADDITIO.

Vide infra eo. x. in ordine. Habens gratiam. Per impetrantem in forma dignũ arbitramur infra mensem acceptatio facta videlicet, etiam si executor nõ recusauerit purificare: dum tamen post mensem sequatur purificatio: sed collatio ante purificationẽ non valet.

SVMMARIVM.

Durante mense ad acceptandum manus inferiorum sunt ligatę & dispositio. §. secus. procedit etiã in gratia in forma pauperum, vt adiectio mẽsis aliquid operetur.

EPITOME.

1 *Gratia in forma laudabili ligat manus ordinarij intra mensem propter decretum: sed decretum adiectum in gratia in forma pauperum ante purificationem non ligat. §. secus. in cle. cùm ei quem. de conces. præben. procedit etiam in gratia in forma pauperum.*

3 *Decretum adiectum in gratia conditionali, non afficit ante conditionis existentiam.*

Decisio 2. *alias* 95.

*Secus. Addes. infra eo. in anti. 38. 48.

PAragraphus, secus. * in cle. cùm ei quem de conces. præben. habet locum † nedum in forma gratiæ, sed etiam pauperum post purificationem: ita ꝙ ante ipsam ligatæ non sunt manus ordinarij. & hoc tenuerunt omnes domini in rota, me & domino Ruberto duntaxat exceptis. qui alle. xij. solemnes doct. scribentes & tenentes contrarium. prędicti verò alij domini alle. pro se Oldra. in q. suis & Io. Andr. in addi. Spe. titu. de concess. præb. & multos alios antiq. doct. qui tulerunt sententias cõtra pauperes apostolicos, & pro ordinarijs. prout etiã recitat Collect. in c. proposuit. de concess. præb. Et finaliter declinauerunt in opi. domini Ro. & meam, quam etiam tenuit dominus & pater meus subtilissimus Io. de Lig dicens opinionem contrariam tantum distare à vero intellectu illius tex. cùm ei quem. quantum cœlum à terra. idem tenet Io. Cal. in d. cle. deducens, ꝙ aliàs nihil operaretur appositio mensis. quę tamen vt ibi dicit tex. debet aliquam vtilitatẽ afferre impetranti hanc opi. tenuerunt antiqui, & tenent videlicet Pau. Genze. Stephaqui etiã fuit auditor sacri palatij. Guil. de móte Lau. qui posuit expresè formã & stilum scribendi tempore Clev. ante ęditionẽ constitutionis illius in qua dicebatur sic post illa verba, ꝙ duxerit infra mensem acceptãdum: ita ꝙ interim manus ordinarij & cuiuslibet alterius sunt ligatæ. ꝙ hodie dicit ipse nõ oportet, propter. §. secus. Idẽ tenet Math. Aug. Ber. mey. Iacob. ymberti. Lapus Fre. de Senis. in hanc opi. declinat etiã do. Car. Viuarien. non modicę authoritatis vir. in cuius pectore oĩa iura sunt recondita. Secundum hanc opi. fuit lata vna sentẽtia in palatio per dominũ Io. de Vayorolis pro paupere apostoli co & reuocata per dominũ Aegi. Bella. & qui multũ copiosè & prolixè scripsit in d. §. secus. & ego taliter qualiter licet minus sufficiẽter contrariũ scripsi, & vt potui, non satisfaciendo sed euadendo respondi rationibus per eum tactis.

ADDITIO.

2 Pro ista † parte facit: quia decretũ adiectum in gratia cõditionali non prius afficit quàm conditio existat: sub qua gratia facta fuit. nã conditio quæ suspendit effectum gratiæ suspendit etiã effectum decreti tanquã accessorij ad dictã gratiã, cuius naturã sequitur. ar. c. si super gratia. de of. dele. li. vj. & si dicatur dictio, ex nũc. posita in d. §. secus. innuit cõtrariũ. qui videtur velle, ꝙ à tẽpore datę incipiat afficere secũdum intentionẽ concedẽtis, quæ primũ locum obtinet in dispositionibus sub conditionibus cõceptis: vt l. in conditionibus. primũ locum. ff. de condi. & demon. sed expone exnunc prout extunc. quasi velit dicere, ꝙ existente cõditione afficiat, & non prius: vt no. Inn. Io. An. in c. prętera. de ap. super verbo nõ satisfeceris. & pro hoc etiã facit c. quia cũctis. de con. præb. li. vj. vbi decretum super incerto positum, non operatur effectum.

ALIA ADDITIO.

Consilio lxvij. sed iste tenet primam opi. contra pauperem: vnde malè alle. pro opi. tua. & domini Ro.

ALIA ADDITIO.

Istam opi. firmat expresè Lapus in prał. §. secus. vbi dicit, ꝙ siue gratia sit pura siue cõditionalis quando mẽsis apponitur, decretũ infra mẽsem afficit etiã ante gratię purificationẽ: sicut afficit ante acceptationẽ, quando purè pro aliquo est scriptũ de beneficio quod infra mensem duxerit acceptandũ. idem sequitur ibi Pau. qui refert quosdam dictũ §. intelligere etiã in gratia in forma pauperũ obtenta. Vnde ipse dicit ꝙ nõ refert siue primę literę sint in forma pauperũ conditionaliter cõceptę, & secũdę literę sint gratiosę, vel primę & sint eiusdẽ formę: cũ tex. d. §. secus. generaliter loquatur. Solũ ergo attendendũ est an decreto sit tẽpus adiectum vel nõ, vt primo casu liget, vt adiectio tẽporis aliquid operetur: secundo verò casu nõ liget secundum eũ. ergo pro nunc nõ video rationẽ quare tẽpus certum iuxta gratiã conditionalem positũ habeat producere illũ eundem effectũ quem producit gratia pura facta: & ideo ab hac decisione non puto tutũ recedere, & ita fuit sententiatũ in causa Olmi censi per maiorẽ partem dominorũ: secus dicerẽ in gratia facta in forma dignũ. vbi est clausula retrotractiua ad tẽpus datę gratię, quę annullat quicquid cõtra decretum extitit attentatũ: vt determinat decl. xij. infra e. tit. quę incipit. Item si papa facit gratiã. & ita vidi pluries obseruari in rota. & intelligas purificatione secuta, aliàs de decreta clausula nõ produceret retrotractionis effectum. Cogitabis tamen, quia dubiũ est disputabile valdè.

SVMMARIVM.

Acceptanti beneficium sufficit probare beneficium ante acceptationem vacasse, licet testes verum tẽpus vacationis non dicant.

EPITOME.

1 *Acceptatio facta infra debitum tempus præsumitur, licet de mortis tempore nihil dicat.*

Decisio 3. *alias* 125.

*Acceptanti. Add. Dominũ Aegi. 273. & infra eo. in antiq. dec. 13.

SVfficit † acceptanti * beneficiũ probare illud vacasse ante suam acceptationẽ, licet testes nõ pronuntiãt verum tempus vacationis siue mortis. nã si probatur vacationem præcessisse acceptationẽ, præsumitur infra

tempus debitum diligens fuisse & acceptasse. quilibet enim præsumitur diligens, nisi probetur negligens: maxime in dubio quando tractatur de commodo vel lucro captando. ar. l. si defunctus. C. arbi. tu. iuncta l. cùm de in debito. ff. de proba. & de præsump. c. quia non est verisimile. ex quo enim facta est, præsumitur q̃ in tempus legitimum sit facta. sic dicitur in simili, q̃ probata confirmatione electoris, præsumitur electionem fuisse legitimam etiam si de legitimitate nihil cõstaret. no. hoc per Inn. in c. quia in cunctis. de concess. prœben. lib. vj. & per Pau. in clemen. cùm ei quem. eod titu. licet multum videatur obstare d. Compost. in c. cùm dilecti. de elect. vbi dicit, q̃ nedum sufficit appellanti probare se appellasse: sed quod infra tempus legitimum: videlicet x. dierum appellauerit. ergo videtur sic in proposito.

SVMMARIVM.

Collatio præbendarum in collegiatis ecclesijs spectat de iure communi ad dictarum ecclesiarum collegia. In cathedralibus verò spectat ad episcopum & capitulum, nisi consuetudo aliter disponat.

EPITOME.

1 *Collatio præbendarum ecclesiarum cathedralium & collegiatarum cuius sit.*

Decisio 4. *alias* 167.

1 DE collatione † præbendarum in collegiata ecclesia an pertineat ad episcopum duntaxat vel ad capitulum illius ecclesiæ de iure cummuni, domini erant varij & diuisi quasi per medium. Aliqui dixerunt q̃ ad episcopum qui est præordinator in cunctis. xxv. di. perlectis. & habet dispositionem cunctorũ beneficiorum suæ diœce. x. q. j. regenda. & xvj. q. j. omnes basilicę de of. ord. c. conquerente. de præb. c. illorum. de concess. præb. c. quia diuersitatẽ. de excess. præla. ca. ad aures. ista faciunt pro contraria parte. Præterea licet ad episcopũ & capitulum simul pertineat collatio præbendarum in cathedrali ecclesia: vt in c. cũ ecclesia vulterana. de iure cõmuni. secundũ aliquos, scilꝫ alios ad episcopũ tãtùm: vt not. Host. & Compost. ibi, & etiam in c. licet. de sup. ne. præla. & in c. dilecto. eod. tit. per Ber. & in c. requisisti. de testa. & plenius de hoc per Archi. in c. à collatione. de ap. in prima gl. li. vj. tamen nõ est tanta cõmunio inter alias ecclesias dio. sicut inter ipsum & suã. de test. c. requisisti. ibi enim ipse est per modũ capitis, & alij vt mẽbra: & ideo nimirum si vnus nil poterit sine alio. de his quæ fi. à præl. c. nouit. & c. quãto. aliæ verò ecclesiæ collegiatę habent suos speciales rectores & prelatos: vt in c. cùm non ignores. de preb. de iure pa. capi. nobis. de of. ord. c. cùm ab ecclesiarũ. de elec. c. statutum. li. vj. pro hoc alle. no. per Io. An. in c. quanquã. de elec. li. vj. quę habuit locũ in primitiua ecclesia sed hodie nõ. Alij verò quibus ego assensi, tenuerunt cõtrarium: videlicet q̃ ad capitulum spectat canonicorũ receptio & collatio prębendarum de iure communi in inferioribus ecclesijs suis. pro hoc all. duos tex. videlicet c. ex insinuatione. de symo. & c. cũ ecclesia. de preb. li. vj. & c. ex transmissa. in fi. de renunc. facit etiam. c. ex parte. de concess. preb. cũ ibi not. per Inn. & not. in c. sciant cuncti. de elec. li. vi. per Io. An. & Io. mo. quę tamen gl. procedunt in electiõe prelatorum collegiatarum ecclesiarũ. de collatione verò inferiorum beneficiorum in illis ecclesijs ad quẽ spectant remittũe ad not. an c. cũ ecclesia vulterana. ibi vt puto est cõclusio, q̃ ad ipsum collegiũ. & vide no. in ca. ea noscitur. de his quę fi. à prela. per Ber. & Host. & Io. An. in c. si pro te. de rescrip. li. vj. super versic. episcopi & capituli. Dñs Io. de Lig. ibidem recitans dictũ Fre. de Senis. in disputationibus suis dicit, q̃ ad collegiũ spectat præsentatio, & ad episcopum institutio. Probat. Nã sicut patrono debetur præsentatio ratione dotis: vt in c. nobis. superius alle. sic ad collegiũ, si de bonis suis erigat capellam seu prębẽdam, quod semper præsumitur. per no. in c. relatũ. de testamẽ. de priui. c. cùm & plantare. xvj. q. ij. c. ij. de iure pa. ca. ex literis. de of. vica. c. ad hęc. alle. etiã c. vacante. de preb. & c. ad audientiã. de eccle. edi. alle. pro hoc no. per Archi. x. q. j. regenda. & no. in c. cùm venerabilis. de religios. domib. & no. per Io. An. in c. j. de cappel. mo. lib. vj. In quibus locis no. q̃ si in parœcia alicuius fundetur capella, rector præsentabit, & episcopus instituet. cuius dictum recitat Archi. xvj. q. vij. nullus omninò. vbi de hac materia. & melius per Archi. in d. c. à collatione. circa fi. primæ gl. vbi cõcludit sic. Nam licet aliquando capitulum sine episcopo eligat: tamen authoritas instituendi semper remanet penes episcopum. Et sic notauerũt antiqui doctores. Vincen. Lau. Ber. & Gof. in c. ex frequentibus. de insti. & Hosti. in sum. titu. de electi. §. quis possit eligere. ver. quid de electo per capitulum. Ego allegaui no. Inno. & Hosti. in c. cùm accessissent. & c. cùm ex parte. per Compost. de consti. videlicet, quòd licet capitulũ cathedralis ecclesiæ non possit facere statuta sine cõsensu episcopi: tamen capitula aliarum ecclesiarũ de consensu suorum prælatorum possunt hoc irrequisito episcopo, licet Inn. dicat contrariũ in d. c. cum accessissent. In materia tamen statutorum hodie seruantur not. per Ioan. And. & Archi. de verb. sign. c. ij. lib. vj. faciunt text. quatuor pro & contra. de rescript. c. cum aliquibus. de consue. c. cùm in tua. ne sede vacan. c. vno. de reg. c. fi. libr. vj.

SVMMARIVM.

Acceptatio & optio facta per excommunicatum valent, cum sint facti: sed collatio & prouisio ei facta nõ: quia sunt iuris.

EPITOME.

1 *Acceptatio per excommunicatum tenet, prouisio autem non.*
2 *Excommunicatus potest beneficium optare & acceptare.*
3 *Procurator excommunicatus quare non admittatur.*

Decisio 5. *alias* 195.

1 ACceptatio † facta per excommunicatum valet & tenet: sed prouisio non. Pro primo allegabatur no. in c. veritatis. de dolo & contu. per Inn. & in c. decernimus. de sent. ex. lib. vj. Nam acceptatio non est nisi quædam declaratio voluntatis, quam excommunicatus retinet: & ideo matrimoniũ contrahere potest: de eo qui dux. in mat. c. significasti. testamentum condere: contrahere &c. vt not. in d. iuribus, & in cap. cum voluntate. de senten. ex. Præterea declaratio huiusmodi voluntatis est facti, & non iuris: quia per eam nõ acquiritur ius in re, sicut per prouisionem. licet ad rem: vt c. fin. de concess. præben. libr. vj. sed ea quæ sunt facti possunt exerceri & fieri per excõmunicatum. ergo & c. vt in c. pro illorum. de præben. in fin. de senten. ex. c. si verè. Item excõmunicatus deportato æquiparatur: vt nota. ff. de test. l. eius qui. instit. de capi. di. §. minor. & not. Inno. in c. qualiter & quando. ij. de accusatio. sed deportatus retinet ea quæ sunt iuris naturalis gentium: vt l. quidã. ff. de pœn. & voluntas est de iure naturali. ergo. In contrarium videtur facere l. oratio. ff. de spon. Nam aliquo prohibito omne videtur prohibitum per quod deuenitur ad illud. j. q. iij. quam pio. nec debet concedi vna via per quod prohibetur alia. de proc. c. tuæ. de cle. coniug. c. vn. li. vj. Sed prohibitus est excommunicatus eligere, & eligi: vt de cleri. ex. mi. c. postulasti. & c. fi. de æta. & quali. c. cùm bonæ. de consue. c. cùm dilectus. & c. cum inter. de electi. illa à contrario. ergo. Itẽ videtur tex. expressus in contrarium de præb. c. referente. vbi excõmunicatus non põt optare beneficium nisi absoluatur. Sed põt responderi ad illud c. quòd per illam optionem acquiritur ius in re, & censetur collatio siue nouus titulus. Crederem excõmunicatum posse optare sicut acceptare. & per hoc posset dici valere optionem factam per excõmunicatum, in ista formam c. fin. de consue. libr. vj. quia talis optio non videtur noua collatio: vt ibi not. per Archi.

ADDITIO.

2 Et adde hîc aliam decisionem † quæ est in antiquis. de senten. excommuni. decis. viij. quæ incipit, Not. quod excommunicatus potest beneficium acceptare, &c. & aliam quę incipit, Sciendũ est quòd aliqui dicunt, quod excõmunicatus põt acceptare, &c. quæ est. ccccxxix. Et adde decisionem in nouis quæ est infrà eod. titul. x. quæ incipit, Item not. quòd habẽs gratiam in forma dignum &c. Et quòd prouisio facta excommunicato non valet, vt infrà in fin. dicitur. Sed an executor excõmunicatus possit de beneficio prouidere, vide in antiquis dec. ix. de sentẽ. ex. quæ incipit. Item not. quòd executor excõmunicatus, in qua dicitur, q̃ executor excõmunicatus repellitur.

tus repellitur:quia constabat ipsum excommunicatum: secus si ignoretur:vt in fine illius decisionis. Et est ratio
3 quare † excõmunicatus executor non admittitur.ſ. propter periculum communionis:vt in c.ſi celebrat.de cle.ex.mi.& illa quæ facit excommunicatus in iud icio valent,donec opponatur exceptio:vt no.in c.pia.de excep. lib.vj.& de hoc vide omnino consilium d.Bartho.de Podio positum in li.vbi est repetitio ca.commissa.de elect. lib.vj.per Bal.in consi.ccxlviij.

ALIA ADDITIO.

Contrarium videtur tenere Pe.de Perusio in c. referente.de præ.vbi dicit,ꝙ sicut excommunicatus non potest impetrare beneficium:de cle.ex.mi.c.postula.ita nõ habet potestatem eligendi alterum ex beneficijs per se prius obtentis,eo casu quo de iure cõmuni datur optio: & ideo absolutio ab excommunicatione precedit hanc electionẽ.& sic ius optandi non cadit in excommunicatum.ergo sibi denegabitur optio.de qua in capit.fina.de consuetu.libr.vj.

SVMMARIVM.

Habens gratiam in certa ecclesia de beneficio inibi vacaturo,potest acceptare beneficium vacans in cœmiterio vel ambitu vel capellis ipsi ecclesiæ cõtiguis situatũ.

Decisio 6. aliàs 19.

HAbens gratiã in certa ecclesia potest acceptare beneficium vacãs,& situatum in cœmiterio, ambitu vel capellis contiguis illius ecclesię:quia pars illius ecclesiæ sunt:& ideo polluta ecclesia,etiam capella prędicta polluta censetur.de consecrat.eccles.vel altar. cap. vno.lib.vj.facit c.ſi ciuitas.de sent.excom.eod.lib.Nam si suburbia sunt de continentibus ædificijs:multò fortius ambitus capellæ & cœmiterium ipsi ecclesię cõtiguum: vt in præal.iuri.secus verò si capella seu beneficium sit extra septa monasterij siue ecclesiæ situatum,licet capellanus siue rector illius capellę habeat aliquod certũ ministerium facere in ecclesia maiori:puta interesse diuinis,vel in festiuitatibus celebrare,vel similia.Consideratur enim potius corpus beneficij,& locus vbi est situatũ, quàm seruitium siue ministerium quod alibi facere tenetur.ar.ff.de fundo instruc.l.cùm quidam.

SVMMARIVM.

Si constet de corpore beneficij,licet erretur in acceptatione,valet acceptatio,quæ est mentis seu voluntatis declaratio,& tendit ad executionem gratiæ: sed non valet prouisio carens certo prouisionis modo.

EPITOME.

1 *Acceptatio certi beneficij,licet in nomine illius per quem vacet, erretur,an valeat prouisio:item carens certo prouisionis modo an valeat.*

Decisio 7. aliàs 219.

* *Gratiam.* 1 *Add.supra de præb.de. xxij infra 14. eod. titu.*

LIcet † impetrans gratiam * expectatiuam acceptet.beneficium vacans per obitum A. quod tamen vacauit per obitum B.nihilominusvalet acceptatio,licet non valeret prouisio secundum aliquos.Ratio.quia potius debemus hîc considerare vacationem, quàm vacationis modum:præsertim si acceptauit beneficium in certo loco constitutum:puta ecclesiam parœcialem talis villæ,vel præbendam talem,vel sic nomina tam:tunc enim per has qualitates & circonstantias constat de corpore beneficij acceptati, licet sit erratũ in persona.Constat etiam ꝙ beneficium tunc vacans in tali loco siue ecclesia voluit acceptare.& ibi pro tunc nullum aliud vacauit ar.l.certum.ff.ſi cer.pe.de testi.ca. licet exquadam.faciunt nota.per Io.mo.in ca. ſi tibi absenti.de præb.lib.vj.pro quo etiam facit c.tua. de sponsa. & not. per Inno.in c.significante.de rescript. Nec obst.c. susceptum.de rescriptis.lib.vj.quod non habet locum in acceptatione,quæ est quædam declaratio voluntatis:& tendit ad executionem gratiæ.& ideo non mirum si erretur in modo vacationis,quòd non impediatur acceptatio:dummodò sequatur postea vera & effectualis prouisio,quæ dat ius in re.de concess.præb.c.ſi.lib.vj.

SVMMARIVM.

Impetrans gratiam ad beneficium cum cura vel sine cura ad collationem decani, &c. potest acceptare prębendam collegiatæ ecclesiæ,sed non cathedralis.

Decisio 8. aliàs 247.

HAbens gratiam in forma speciali ad collationem decani & capituli alicuius ecclesię collegiatę de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura potest acceptare prębendam postea vacantem in ipsa ecclesia ad collationem dictorum spectantem. Nam nomine beneficij prębenda continetur.de verbo.signifi.c.tua. & c. olim.de præben.& c.pro illorum.& e.ſi.hoc verum largo sumptovocabulo:sed strictè sumendo non.secundùm Archidia.quem recitat Ioan.Andr.in nouella.in c. gratia.de rescriptis.in prin.lib.vj.Non obst.not. Archid. in ca.cui de non.de præben.lib.vj.& xvj.q.ij. alienationes. vbi videtur velle, ꝙ ſi in ecclesia sint minora beneficia quàm sint præbendæ,ꝙ præbendam impetrans non possit acceptare:quia restringendæ sunt huiusmodi gratiæ potius quàm laxandæ,propter vitiũ ambitionis. de præben.c.quamuis.lib.vj.quod quidem dictum Archid. vide plenius per Io.And.in nouel.de præb.c.fin.super verbo,non extendatur.lib.vj.Cuius opinio posset intelligi, quando essent maiores & minores præbendæ:& esset cõsuetudo optionis vel statutum ecclesiæ ꝙ nullus valeat adipisci maiorem,nisi prius habeat minorem, & per eã ascendat ad maiorem:quæ tamen consuetudo & statuta hodie frequentius tolluntur per formam literarum apostolicarũ. Præterea in literis pauperum duntaxat excipiũtur beneficia ecclesiarum cathedralium. ergo omnia alia veniunt:imò in illis dicitur ꝙ ſi pauper impetrans acceptat prębendam alicuius collegiatæ ecclesiæ,ꝙ assignetur sibi stallum in choro & locum in capitulo, & ꝙ iuret statuta.per quæ expręsè apparet,ꝙ etiam habens gratiam in forma pauperum posset acceptare præbendam in collegiata ecclesia.& dicit Io.And.in c.quamuis. superius alle.in nouella,ꝙ impetrãs ad collationem episcopi in forma speciali,potest acceptare prębendam in ecclesia cathedrali spectantem ad collationem episcopi. & hoc tenet rota.quia c.quamuis.est tenendum in termini suis:scilicet quando illa verba posita in ca.quamuis. inseruntur in gratia impetrantis,& aliàs non.

SVMMARIVM.

Purificatio gratiæ facta per executorẽ in forma pauperum ad instantiam consanguinei impetrantis non habentis mandatum valet.

EPITOME.

1 *Gratia in forma pauperum purificari potest per executorẽ ex officio etiam in absentia impetrantis ad coniunctæ personæ instantiam.*

Decisio 9. aliàs 297.

PVrificatio gratiæ † in forma pauperũ facta per executorem ad instantiam consanguinei impetrantis, nullum mandatum super hoc habentis, valet & tenet.Ratio.quia in huiusmodi purificatione non requiritur causę cognitio,nec partis vocatio.prout legit.& nota.per Innocen.& Hostien.de presumpt.cap.dudum. & & de transla.cap.licet.in fin.per Inno.& in clemen. iudices.de offi.delega.per Ioan.And.& alios & plenè per Pau.in clemen.cùm ei quem.de concessio.pręben.Et potest fieri etiam ex officio & in absentia impetrãtis:quia cùm aliàs fuit examinatus,& in sciętia repertus idoneus & propterea non sit necessaria eius presentia,de sua conuersatione & vita debet fieri inquisitio in loco in quo & vbi conuersatus est.de elect.i.c.postquam.de presump. c. quosdam.secundùm Paulum qui hoc not.in dicta clem. super versi.per inquisitionem.vbi etiam dicit super verbo,prędictarum.quòd non sit necesse,licet sit tutum, super hoc pronuntiare:sed sufficit quòd executori constet per informationem receptam de laudabili vita & conuersatione:& sic sine declaratione posset prouidere vsus tamen & stylus habet quòd super hoc pronuntietur: & & hoc tutius est:quia aliàs difficulter posset probari huiusmodi purificatio. An verò coniuncta persona possit sine mandato acceptare beneficium vide per Innocen. & Hostien.de præbend.accedens.& Archidia. de præb. ſi tibi absenti.super verbo, ollationem.libr.vj.& ibi per Ioan.Andr.in nouella.super glo.

SVMMARIVM.

Habens gratiam in forma dignum arbitramur,põt in

fra mensem ante purificationem gratiæ beneficium cadens in sua gratia acceptare: sed non facere sibi prouideri. h.d. Vel sic. Ante purificationē gratiæ acceptatio beneficij cadentis in gratia facta infra mensem valet, dummodò fiat postea purificatio quandocunque: sed prouisio facta per executorē ante gratię purificationē non valet.

EPITOME.

1 *Beneficij acceptatio cadentis in gratia facta intra mensem valet, etiam ante gratiæ purificationem.*

2 *Acceptatio debet esse pura non conditionalis.*

Decisio 10. *aliàs* 317.

* *Gratiam.* I *Add. supra. e. titu. in fi. l. a. j. & infra eod. xij.*

HAbens † gratiam * in forma dignum arbitramur si acceptet beneficium aliàs cadens in sua gratia infra mensem, ante purificationem gratiæ suæ valet & tenet acceptatio: dummodò postea gratia sua purificetur, etiam post mensem quandocunque: licet prouisio facta per executorem non valeret ante purificatam gratiam. Ratio primi dicti est, propter clausulā retrotracti tiuam in fine huius gratiæ positam, per quam retrotrahitur ad tempus acceptationis huiusmodi declaratio qualitatis siue purificatæ conditionis quæ inerat tempore etiam datæ gratiæ: puta ꝙ erat laudabilis vitę, &c. Tum etiam quia huiusmodi * acceptatio non est nisi quędam declaratio voluntatis ipsius impetrantis: videlicet, ꝙ ipse præbendam hanc vult habere & non aliam: quę quidem declaratio voluntatis etiam potest fieri per inhabilem & excommunicatum. quia in facto consistit. * At hîc in casu nostro apparet per subsequentem declarationem executoris ipsum tunc habilem fuisse. ergo. &c. Ratio secundæ conclusionis est. quia executor non habet potestatem prouidendi nisi in euentum conditionis purificatæ, quæ debet prędcedere ipsam: vt in clem. cùm ei quem. de conces. præbend. facit c. si pro te. de rescriptis. libr. vj. Si igitur ante extantem conditionem prouideret, formam mandati non seruaret. ergo nil ageret. per iura vulgaria. c. cùm dilecti. de rescriptis. ff. manda. l. diligenter. de resti. spolia. c. Pisanis. de præben. c. cui de non. li. vj. Inn. in c. dudum. de prę sump. vbi dicit contrarium.

* *Quia acceptatio. Et adde quòd acceptatio beneficij cum clausula accepto beneficium si tali placeat, puta Titio. talis acceptatio nō valet: quia debet esse pura. Do. de san. Ge. in c. ij. in iij. col. de elec. vide per Fely. in c. cùm cōtingat. de off. dele. co. iij. vers. iuxta prædicta, &c.*

* *vt supra eo. tit. de. 5.*

SVMMARIVM.

Expectans post mensem præbendā acceptare non potest nisi fuerit iam canonicus, ratione cuius canonicatus debet sibi prębenda conferri: dummodò non fuerit alteri debita.

EPITOME.

1 *Canonicatum habens sub expectatione præbendæ potest præbendam vacantem re integra post mensem acceptare.*

2 *Receptus in canonicum authoritate apostolica cæteris qualiter cunq; venientibus præfertur in petitione præbendæ vacātis.*

3 *Temporis adiectio in materia acceptationis præben. videtur potestatem acceptandi restringere.*

Decisio 11. *aliàs* 328.

1 HAbens † authoritate apostolica canonicatum sub expectatione præbendæ post mensem, potest præbendam vacantem re integra acceptare: puta quia non fuit alteri collata, nec per aliquem impetrantem etiam posteriorem in data acceptata. pro qua conclusione facit glo. Ioan. Andr. & Archid. in cap. si clericus. de præbend. libr. vj. & not. in cap. dudum. eod. titu. & lib. vj.

2 & probatur ratione. quia recepti † in canonicos authoritate apostolica iure suæ receptionis & ratione canonicatus in prębenda vacante omnibus alijs quacunque authoritate venientibus præferuntur: easq; vt sibi debitas petere possunt: & si petant, collatio postea alijs facta nulla est ipso iure: vt in c. ei cui. & c. ij qui. & c. si postquam. de præben. lib. vj. & de rescriptis. tibi qui. & ca. duobus. eod. libr. Præterea si ad aliquem actum scilicet extraiudicialem explendum: puta ad eligendum, optandum vel acceptandum certus terminus alicui præfigatur, & in illo termino actus nō expleatur, nec fiat: post terminum illum potest re integra hoc facere & explere: vt l. mancipium. ff. de opti. legat. & c. si tibi absenti. de præb. lib. vj. & quod not. in nouella per Ioan. Andr. in casu quasi ratione simili, de elect. cùm in sanctis. in glo. trium mensium. in fin. In hac opinione est. Pau. in clement. cùm ei quem. de conces. præben. Sed Io. And. & Genze. contra super ver. infra mensem. qui multum bene respondet ad l. mancipiorum. & cap. si tibi absenti. quorum opiniones possunt saluari habito respectu ad vires gratiæ: ita quòd executor nō poterit prouidere obstante forma mādati. vt in c. cui de non. de præbē. Recurrat igitur huiusmodi acceptans ad ordinarium vel ad papā pro collatione sibi faciēda. Nec obst. c. si clericus. de præben. lib. vj. vbi dicitur, quòd si impetrans negligat primam præbendam vacantem sibi debitam acceptare, quòd gratia sua totaliter extincta est: quia potest intelligi per subauditum, videlicet si iam alteri collata erat. At hîc nulli collata est, nec gratia peremptа, nisi quò ad potestatē executoris prouidendi de ista: cuius tamen potestas adhuc durat quò ad alia. ergo &c. Paulus verò in dicta clemen. super versi. impetranti. dicit formam rescripti attendēdam: & si ex ea terminum statutum esse acceptationi inuenerit: tunc secundùm eum vera est opinio Archi. si collationi tamen non. & credit hoc casu non posse per impetrantē terminum prorogari, ne finiatur. per c. de causis. de offi. deleg. At in forma moderna terminus, videlicet mēsis, statuitur siue adijcitur acceptationi & in fauorē impetrātis: vt in cle. antedicta, & nullū tempus reperitur prę fixum executori ad conferendum. prout le. & no. in cle. si de beneficio. de præben. super versic. episcopi. licet limitetur eorum potestas in conferendo beneficium infra certum tempus acceptatum, & non aliàs: vt in cle. iam dicta. Reuera semper dubitaui & adhuc dubito de prædicta cōclusione. tum propter varietatem opinionū doctorum propter vnam rationem Genzelini dicentis, ꝙ

3 † adiectio temporis facta ad acceptandum restringere videtur potestatē acceptandi: vt vltra vnū mensem non possit acceptare, qui infra illū negligens reperitur, quasi lapsus tēporis negligentis ab acceptatione repellat. alle. l. Thais ancilla. ff. de fideicō. lib. facit c. tibi qui. in fin. de rescrip. & prædictum c. si clericus. de præb. li. vj. faciunt me etiam dubitare c. ij. de conces. præbend. & c. licet. de suppl. negli. prælat. & c. ne pro defectu. & c. quam sit. de elect. li. vj. Stephanus etiā stat in opinione Archid. in eo quòd ipsum allegat, non improbando eā. Guil. de monte lau. non tangit prædictam conclusionem quā sub dubio credo verisimam in habente canonicatum: secus verò in habēte gratiam ad collationem per quā non tantùm est beneficium affectum, sicut quando canonicatus est collatus. per iura superius alleg. ei cui. & c. si postquam.

SVMMARIVM.

Habens gratiam in forma, dignum arbitramur. cum clausula retrotractiua. Si talis cōcurrit in data cum ipso habente gratiam puram: puta in forma laudabili, secuta purificatione suæ gratię conditionalis ante vacationem beneficij: debet prędferri in assecutione eiusdem beneficij alteri habenti prædictam gratiam puram quacunque sua diligentia non obstante.

EPITOME.

1 *Clausula retrotractiua in literis gratiosis apposita quid operetur, & ad quod tempus referatur.*

2 *Canonicatus collationis effectus est afficere præbendam.*

3 *Decretum conditionale non ligat ante conditionis euentum.*

4 *Conditio, si idonei fuerint in gratijs beneficialibus apposita quid importet.*

Decisio 12. *aliàs* 383.

1 SI papa facit gratiam † puram A. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura spectan. ad collationem decani & capituli alicuius ecclesiæ collegiatæ communiter vel diuisim: & B. cōditionalem in forma, dignum arbitramur. sub eadem data, mādando sibi prouideri per suum executorem de canonicatu sub expectatione præbendæ prædictæ collegiatæ ecclesiæ. si per inquisitionem solertem &c. voluit tamē Papa & decreuit postquam idem B. esset repertus idoneus irritum & inane à data prędsentiū quicquid super hoc contigerit attentari à quoquam, perinde ac si canonicatum eidem B. contulisset: & præbendā ei conferēdam cum interpositione decreti reseruasset. qua gratia ante vacationē præbendæ purificata, & prębēda in dicta ecclesia postea vacante, & ad collationē dictorum decani & capituli cōmuniter spectan. quilibet eorū scilicet A. & B. infra tēpus debitum acceptauit, & de eadē fecit sibi prouideri.

A. tamen

A. tamen ante purificationem dictæ gratiæ literas suas capitulo præsentauit. Fuit dubitatum & in relationibus publicis super hoc allegatum, quis eorum esset potior in præbenda antedicta. Et primò fuit allegatum multum subtiliter pro potioritate gratiæ ipsius. A. tum quia pura cum decreto irritante & litigante statim. de rescript. c. tibi qui. de preben. c. dudum. de concess. preben. ca. j. & c. si solt. & c. si capitulo. lib. vj. & alia conditionalis, cuius decretum non ligat infra tempus purificatę conditionis de rescrip. si pro te. lib. vj. de concess. præbend. ca. cùm ei quem. in cle. Tum quia verior: quia habuit cum cura: vel sine cura: alter verò duntaxat sine cura. ergo &c. ar. c. cui de non. de præben. & not. per Io. An. in nouella. in c. duobus. de rescrip. lib. vj. per quod quidem c. 5. ij. videtur etiam quòd si prædictæ gratiæ essent pariles, quòd. A. esset potior in præbenda: quia alium videlicet. B. preuenerat in presentatione suarum literarum facta capitulo. Nec ob. vt videtur dicta clausula retrotractiua siue dictio, perinde, &c. posita in gratia ipsius B. per quam videtur trahi ad tempus datæ gratię: quia hoc est verum quò ad ligamen decreti: sed nō videtur quòd per illa ver
3 ba papa conferat canonicatum, neque vult quòd habeatur pro canonico ex nunc, videlicet à rempore gratię datæ. Posita igitur verba ad vnum effectum non debent alium operari: maximè in rescriptis quæ sunt stricti iuris: & ideo non extendenda: vt in l. non aliter. ff. de lega. iij. de rescriptis. c. causam quæ. & c. super. presertim in beneficialibus, quę potius sunt restringenda quàm laxanda, propter ambitionem & odiositatem materię. de præbend. c. quamuis. & c. cui de non. & c. si motu proprio. in fin. lib. vj. Sed verba illa, perinde. secundùm eorum proprium significatum disponunt super certo & determinato: videlicet super affectione præbendæ, & ligatura potestatis cuiuscunque collatoris: & hanc affectionem & ligaturam vult papa retrotrahi ad tempus datæ, perinde ac si canonicatum contulisset, & sic papa expresè di
2 sposuit super effectu, sed nō super causa. Nam † effectus collationis canonicatus est afficere præbendam: vt in c. eum cui. & c. si postquam. & c. dudum. de pręb. lib. vj. vn de ipse canonicatus est causa effectus, & non affectio. vn de trahendo effectum causæ ad vnum dispositum, non videtur propterea trahere ipsam causam, & disponere super causa. Ecce simile in l. Barbarius. ff. de offic. præto. qui erat seruus, & gesit se prętorem diu. postea apparet quòd est seruus: ita quòd prætor esse non potuit. Imperator decreuit gesta per eum valere, ac si fuisset prætor verus. nunquid per hoc fecit eum prætorem? certè non: sed duntaxat validauit gesta sua propter communem ignorantiā populi. de qua in c. nihil est. de elect. per Inn. pro hac parte melius facit lex cum sua gl. in l. sacrilegij pœnam. ff. ad leg. Iul. pecu. 5. si quis. ex metallis haberi perinde ac si pro furto manifesto fuisset damnatus. nunquid erit propterea fur manifestus, vt teneatur alijs conditionibus, quibus fures tenentur? certè non: quia de hoc non fuit expressatum. Nam solùm in dispositò expresè hæc conditio perinde operatur, ita hîc. nec potest dici hoc fuisse de mente papæ & etiam quia mens siue coniectura mentis in rescriptis nō est sumēda: cùm verba de se clara sunt: vt l. ille aut ille. 5. cū verbis. ff. de legat. iij. Nec ob. si dicatur, ista verba nihil aliud operabūtur, &c. quia illud operabūtur ad quod sunt opposita. nā aliàs ex tali gratia non afficeretur præbenda nisi à tempore purificatæ conditionis: vt in clemen. j. de concess. præbend. Modò trahitur retro, per hæc verba. Præmissis allegationibus non obstantibus fuit decisum & determinatum per omnes dominos meos contrarium: & reuocatę per
3 me, qui habui causam in tertia instantia, duæ sententiæ latæ pro A. ex nouis tamen coram me productis, & hoc propter dictam clausulam retrotractiuam in gratia ipsius. B. positam, quæ sonat sic de verbo ad verbum. & insuper si dictus. B. ad hoc repertus fuerit idoneus, vt presertur, ex nunc perinde irritum decernimus & inane: si secus super his à quoqua quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: ac si nos à die datę presentium eidem. B. contulissemus canonicatum antedictę ecclesiæ. ac præbendam, si qua tunc vacabat, vel cùm vacauerit in ecclesia prælibata quam idem. B. vt premittitur duceret acceptādam, conferendum eidem. B. donationi apostolicæ cum interpositione decreti duximus specialiter reseruandum. data, &c. Sed si canonicatum in principio dicto B. contulisset vberiorem gratiā quàm A. habuisset. ergo & c. argumen. dictorum iurium, eum cui. si postquam. & c. dudum. de præben. lib. vj & sit potior in præbenda. arg. ca. duobus. de rescript. in princ. Purificata igitur conditione perinde est ac si tempore datæ canonicatum eidem. B. contulisset. ergo & c. præsertim vt ponebatur in facto: quia statim purificatione facta dicto. B. de canonicatu prouisum extitit per suum executorem. ergo meritò postea præferendus in præbenda postea vacante. per iura proximè superius allegata. Preterea secundùm aduocatum pro ista parte allegantem. gratia B. non videbatur conditionalis: quia erat quędam conditio subintellecta: videlicet, si est idoneus, quæ 'potius sonat in monitionem quàm in conditionem. iuxta not. per Innoc. in e. dudum. de præsumpt. & in clemen. vnic. de offi. delega. Quicquid tamen prædicti doctores
3 dicunt, decretum † papę non ligat ante purificationem conditionis etiam subintellectę. prout le. & nota. in clemen. vnic. de concess. præben. Purificata igitur ipsa conditione trahitur ad tempus datæ, ergo & c. Non obst. c. si pro te. de rescript. quod loquitur in potestatiua conditione & non casuali. prout le. & no. in dicta cle. vnic. de concess. præb. ergo. & c. Nec ob. quod A. habuit gratiā cum cura vel sine cura, & ꝙ hæc censeri deberet vberior quę vbertas non consideratur, nisi circa beneficium cadens in huiusmodi gratiam quò ad prælationem. arg. c. quia sæpe. de præb. lib. vj. Nec ob. l. & glo. superius allegatæ in contrarium de dictione, perinde. quia attentis verbis clausulæ superius in gratia B. positis satis constat ꝙ purificata conditione voluit ipsum habere pro canonico à tempore datæ gratiæ ad illum effectum quòd omnia essent ab illo tempore nulla in præiudicium suum attentata. Ex quo clarè infertur ꝙ præsentatio literarum & earum publicatio facta per A. & quicquid inde secutū est in præiudicium illius B. totum fuit irritum & nullum. Præterea vnus de dominis dixit vnam rationem imaginariam in materia, quæ multùm placuit dominis meis alijs. imaginādo enim rationem quare papa prædictam clausulam apposuit & apponi mandat. & dixit sic. Nam in gratijs specialibus statim confertur canonicatus sub expectatione præbendæ, & dantur literę purè in forma laudabili, si sint præsentes in curia, & reperti fuerint
4 † idonei in literatura: sed si fuerint absentes, mandatur inquiri de huiusmodi idoneitate in forma, dignum arbitramur. quæ cùm reperta fuerint vera, voluit papa ipsum haberi pro præsente & in curia examinato. & sic perinde esse ac si canonicatum contulisset sibi tempore datæ gratiæ, quæ si præsenti & in curia existenti contulisset vberiorem gratiam habuisset: & sic potior in prębenda posteà vacante. ar. no. in d. c. duobus.

SVMMARIVM.

Mandati fines procurator excedens nō prędiudicat domino, nisi dominus factum procuratoris in fauorem sui infra tempus, infra quod ipse potuisset impediuisse, id in præiudicium suum tacitè vel expresè ratum habuerit.

EPITOME.

1 *Procurator habens mandatum speciale beneficium certi valoris acceptandi, si acceptet minoris valoris an præiudicet domino.*

2 *An talis gratia per huiusmodi acceptationem sit extincta, vt alium acceptare non valeat.*

3 *Dominus sciens procuratorem fines mandati excedere, si non contradicat, an censeatur factum approbare.*

Decisio 13. aliàs 428.

1 SI habens † gratiam in forma speciali constituat procuratorem ad acceptandum beneficium certi valoris puta. xl. marcharum sterlingorū: & idem procurator acceptat beneficiū minoris valoris, & recipiat possessionem eiusdem, & mittat pecuniam per ipsum leuatam de fructibus dicti beneficij dño suo absenti & recipięti, ac scienti beneficiū nomine suo acceptatū fuisse, & esse minoris valoris quàm dederit procuratori suo in mā-

2 datis. Dubitabatur vtrum per hoc fuisset gratia † sua extincta: ita quòd nó poterat aliud beneficium acceptare. Et videbatur aliquibus dominis q̃ non, quia prædictus procurator excessit fines mandati, & sic nihil egit: nec domino suo præiudicare potuit. de offi. dele. c. cùm olim. C. de procura. l. si procurator. ff. mand. l. diligenter. cum multis similibus. Præterea nulliter acceptans potest variare, illudq; beneficium sibi non debitum dimittere, & aliud sibi debitum acceptare: vt leg. & not. per doct. in c. gratia. & c. cùm in multis. de rescript. libr. vj. & c. ne captandæ. de concess. præben. eod. lib. quod dixerunt alij domini verum, nisi dominus sciens factum procuratoris ratificasset: tunc factum procuratoris formam mandati excedentis bene præiudicasset. prout legi. & nota. in d. c. cùm olim. per Ber. & Inno. & melius per Ber. in ca. pertuas. de arbi. licet Hostien. & Ioan. Andr. ibidem tenuerint contrarium. cõcorda eos per nota. in c. j. vt lite non contest. At in casu nostro, prout ponebatur in facto, prę dictos constituens sciuit ipsum procuratorem suum beneficium minoris valoris acceptasse, & sic fines mandati sui excessisse: cuius factum procuratoris postea probauit & ratificauit, saltem tacitè recipiendo pecuniam de fructibus beneficij percepti: quæ tacita ratihabitio sufficit etiam in excedente mandatum: vt not. in dict. l. diligenter. & l. si renumerandi. eodem titul. & ff. rem rat. hab. l. iij. §. falsus. & leg. & nota. de rescriptis in c. ex parte decani. per Innocen. ergo ratum etiam posset habere nomine meo gestum tacitè vel expressè: vt in regula, ratũ. lib. vj. & ibi not. quod primi domini dixerunt verum, si ratihabitio fieret infra tempus infra quod actus esset gerendus per dominum: vt l. penulti. rem rat. ha. ff. & ij. q. vj. non solent. & no. in dicta regula, ratum. & per Ioan. mona. & per Ioan. Andr. in cap. quàm sit. de elect. lib. vj. melius in cap. vt circa. super ver. adhærentes. per Archi. qui recitat notata per eum in capitu. statuimus. in glo. is qui. eod. titul. & libr. At in casu nostro prædictus impetrans habens mensem ad acceptandum, non ratificauit actum sui procuratoris prædictum infra mensem: sed post diu recipiendo pecuniam antedictam, prout etiam ponebatur in facto. ergo sibi præiudicare nó debuit. Ad quod respondebatur per alios dominos hoc vltimum dictum posse procedere quando ageretur de sui vtilitate: secus de sui præiudicio: quia tunc dixerunt domini valere ratihabitionem etiam post tempus quandocunque in sui præiudicium. vt not. argumen. in dict. capitu. vt circa. melius in l. Pomponius. ff. de nego. gestis. per Bartho. & ibi pro intellectu l. bonorum. ff. rem ra. ha. Imputetur
3 sibi quòd quàm cito sciuit † procuratorem suum deliquisse & non contradixit: & sic ipse statim factum sui procuratoris approbauit, quod potuit etiam tacitè. cùm regulariter factum procuratoris præiudicet domino, nisi sciens statim contradicat: vt l. si procurator. C. de procuratori. & not. in iur. & doct. superius alleg. Præterea plus est consentire facto quàm verbo: vt in dicto. §. fallus. & de appella. cap. dilecti. vbi multæ concor. Cùm igitur iste recipiendo pecuniam facto consenserit acceptationi factæ per suum procuratorem. ergo postea contrauenire non potuit. de elect. c. nosti. de cler. coniu. c. diuersis fallacijs. aliqui volebant distinguere inter procuratorem dolosum & negligentem. de quo in dict. c. j. vt lite non contest. Finaliter tamen fuit obtentũ, quòd extincta fuit gratia prædicti impetrantis propter sequentes eum in data, quibus faceret magnum præiudicium: si totiens primus in data posset variare: quæ variatio & illusio maximè in clericis reprobetur: vt in clemen. cùm illusio. de renun. præsertim quia secundùm taxã in gratia sua expressam prædictum beneficium erat sibi debitum. & sic variare non potuit in aliorum præiudicium. vt leg. & not. in c. gratia. de rescrip. & in c. ne captandę. de concess. præben. lib. vj. per Archid. Ego verò dicebam q̃ si prædictus apostolicus non recepisset pecuniam sibi per suum procuratorem missam, licet sciuisset eundem procuratorem malè & nolle̊r acceptasse, factũ procuratoris sibi non præiudicasset quò minus potuisset aliud beneficiũ debitè acceptasse. per no. Io. An. in nouel. eo. ti.
1 c. cùm in multis. de rescrip. sed ex quo recepit pecuniam de fructibus beneficij, licet nulliter acceptati, ipse nedũ consensit acceptationi: sed collationi & possessioni receptæ per suum procuratorẽ: quę licet sit & fuerit vitiosa, operatur extinctionem gratiæ suæ: vt no. per Inno. in c. constitutus. de appella. de præben. c. eum qui. lib. vj. & in clemen. gratiæ. de rescript.

SVMMARIVM.

Valet acceptatio de primo vel secundo beneficio vacaturo iuxta formam c. ne captandæ. de concess. præben. lib. vj. quæ tamen non valet iuxta formam clemen. cùm ea quem eod. tit. nisi fiat de certa præbenda vacante.

EPITOME.

1 *Beneficium non acceptat ante vacationem.*
2 *Beneficium non debetur impetranti, nisi sub conditione acceptationis.*
3 *Actus non operatur nisi vltra intentionem agentis.*

Decisio 14. aliàs 431.

SI impetrans apostolicus acceptet † beneficiũ cadens
1 in gratia sua per vnũ diem ante vacationẽ eiusdem faciendo sibi prouideri de eodẽ: & post vacationem beneficij & infra mẽsem ad sedẽ apostolicã appellet ab intrusione & impedimentis cuiusdã aduersarij sui occupantis illud beneficiũ: narrando in eadẽ appellatione acceptationem, prouisionẽ, intrusionem, molestationẽ & impedimenta prædicta, per quæ dicit se impediri in assecutione possessionis dicti beneficij. Fuit dubitatum de duobus. Primò an valuisset prædicta acceptatio facta ante vacationẽ. Et fuit breuiter cõclusum q̃ nõ. propter formam gratiarũ modernã in qua apponitur mensis cũ decreto ad acceptandũ, qui incipit currere à tẽpore notitię vacationis in ecclesia: ante tamẽ vacationẽ nõ valet acceptatio nec prouisio: vt in cle. cũ ei quẽ. de cõce. preb. Licet vbi non esset mẽsis appositio, valeret generalis acceptatio de prima vel secũda vel tertia præbenda proximè vacatura nulli alteri iure debita: vt in c. ne captãdæ. de concess. preb. li. vj secundũ quam formã etiam nõ valeret acceptatio de certa prebẽda in specie ante vacationem eiusdẽ propter captationẽ mortis alienæ: vt ibi expresse statuitur. At in casu nostro certã præbendã certo modo vacantẽ, quę revera adhuc nõ vacauit, acceptauit. ergo acceptatio nulla. Secũdum autem dubiũ est magis forte & magis dubitabile: videlicet vtrũ prędicta appellatio interposita infra mẽsem à tẽpore vacationis beneficij sub forma prænarrata habuerit vim acceptationis. Et fuit super hoc dubio soleniter allegatũ in publicis relationibus per aduocatos vtriusque partis. Et primò pro
2 parte negatiua sic. Certum † est beneficiũ etiam vacans non deberi impetrãti, nisi sub cõditione si acceptaret: vt in d. cle. cùm ei quẽ. §. secus. cũ ibi notatis. Sed licet alicui res debetur sub conditione, fortè si Titius capitolio ascenderet, & Capitolio ascendat alia de cã quàm causa cõditionis implendæ: nil videtur agere, nec ex hoc conditionẽ implere. ergo in casu nostro posito q̃ in illa appellatione sunt verba sonãtia voluntatẽ volẽtis acceptare: ex quo tamen nõ fecit aĩo acceptandi: sed animo negotium ad curiã deuoluẽdi, quod apparet ex tenore appellationis, nõ videtur acceptare. ar. l. conditionum. ff. de condi. & dem. actus † enim nõ operantur vltra intẽtionem
3 agentis. de priuil. c. quia intẽtionis. Cùm igitur iste habuit voluntatẽ deuoluendi causam acceptationis iam factę & non faciendæ ad curiã. ergo vltra voluntatẽ suã non põt huiusmodi appellatio aliquid operari. Præterea licet quis sola voluntate adeat hęreditatẽ sibi delatã, immiscendo se rei hęreditariæ: vt in l. gerit. ff. de acq. hæreditã licet se immiscẽat rei hæreditariæ, nisi habeat adeũdi animum, nõ videtur adire: vt ff. de reli. & sum. fu. l. sumptus. in prin. ergo nec appellãdo videtur q̃s acceptare: cũ ob aliã causam & ad aliũ finẽ fiat appellatio quàm acceptatio, nisi cõstet aliter de aĩo, quę tamen l. gerit. fuit inducta pro pte affirmatiua cõtraria, put inferius tangã.

SVMMARIVM.

Iste §. quem aliqui habent pro decisione, summatus est cum præcedenti decisione.

EPITOME.

1 *Interpretatio aliter in dispositionibus odiosis, aliter in fauorabilibus consideratur.*

Facta ad

2 *Facta ad conseruationem non inducunt noui iuris acquisitionem, sed dispositionem.*

3 *Hæres constitutus faciens actum qui non potest fieri citra ius & nomen hæredis, censetur illam hæreditatem adire.*

4 *Acceptatio beneficij vel alicuius possessionis tacita esse potest: est enim quædam mentis & voluntatis declaratio.*

Decisio 15. aliàs 432.

* Fiat interpretatio. *Interpretatio quotuplex sit, ponit Bart. in l. ab executore. in ij. col. vers. quæro. ff. de appell. Bal. in Lect. C. de sen. ex pericu. recit. vbi dicit, quòd interpretans nõ debet aliquid addere vel detrahere. Adde Felin. latissimè in c. super quæstionum. de offic. deleg. in j. & tertia.*

1 LIcet in dubijs † larga fiat interpretatio, * vt res de qua agitur potius valeat quàm pereat: vt ff. de re. do. l. quotiens. de verbo. signifi. ca. abbate. Si tamen res possit operari suum effectum vnum: tunc stricta fiat interpretatio, etiam in fauorabilibus: puta in vltimis voluntatibus. ergo à multo fortiori in casu odioso & restringibili, vt in casu nostro. per ea. quamuis. de præb. lib. vj. facit ff. de le. j. l. caput Iulij. §. scio. cum simil. Cùm igitur hæc appellatio possit operari vnum effectum, scilicet deuolutionem ad curiam: tunc stricta fiat interpretatio contra ipsum interponentem, qui ita faciliter potuisset de nouo acceptasse, sicut appellasse. ergo hunc effectum inducere non potuit. quia hoc non intendebat, nec animum nec voluntatem acceptãdi de nouo habuit in appellatione sua: sed semper retulit se ad primã suam acceptationem inualidam, quam etiã postea in iudicio
2 est prosecutus. ergo &c. Præterea † ea quæ fiunt ad confirmationem, non inducunt noui iuris acquisitionẽ siue dispositionem: vt not glo. in l. possideri. ff. de acquiren. hæred. Ratio. quia inter animum nouum acquirendi. & animum iam acquisitum conseruandi. est magna differentia: vt probatur in l. qui autẽ. in prin. ff. quæ in fraudem. pro glo. fuit allegata & inducta l. si cum te. ff. de pac. cum glo. ibi posita facit c. consuluit. de iudi. quam gl. ibi reprobat Ber. sed Dy. & Ray. approbant eam. posset procedere dictum gl. in actibus ad quorum esse requiritur solemnitas formata siue certa forma: sed in actibus ad quorum essentiam solus consensus animi requiritur: ibi actus quilibet declarans consensum siue voluntatem sufficit. & sic loquitur Ber. At in casu nostro nulla est certa statuta forma in iure acceptandi. ergo sufficit qualiscunque actus siue tacitus consensus siue expressus, per quem possit constare de animo & voluntate agentis. quod probatur in dict. §. secus. in cle. cùm ei quem. vbi impetrans petendo sibi prouideri vel recipiẽdo sibi beneficium collatum videtur acceptare. Cùm igitur iste appellauerit propter habendum beneficiũ, dixit maior pars dominorum hoc sufficere pro quo induxerũt l. gerit. quam etiã allegat Io. An. in d. §. secus. Nam quandocunque aliquis
3 † hæres constitutus facit aliquem actum, qui actus fieri non potest citra ius & nomen hæredis, videtur tacitè illam hæreditatem adire: vt l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hęre. & doctores iuris ciuilis dicunt, q̃ si fiat per hunc hæredem vnus actus, qui sit indifferens, q̃ debet tunc inspici quo animo iste actus fiat. & probat text. in l. pro hærede. §. j. ff. de acqui. hære. Sed vbi dubitabatur dicunt standum iuramento. hæc dicunt in d. l. gerit. quæ est clauis in hac materia. Sic ergo videtur dicẽdum in proposito. Ista appellatio non poterat fieri nisi acceptasset. & dato quod foret actus indifferens, apparet q̃ animo acceptandi: quia intimauit appellationem parti. & dato quod non appareret, standum esset iuramento suo in dubio. nam cùm aliquis appellat, quia rector talis ecclesiæ etiam per modum causæ inducitur acceptatio. probatur in l. emptor. in fi. ff. de rei vendi. & l. pen. ff. de col. bo. pro hac parte facit tex. l. per hoc enim cum te appellasse dicas, ostendis causam ad te pertinere. C. de fil. fa. li. x. Ergo sic dicẽdum videtur in proposito. quam legem intellexerunt primi allegantes pro contraria parte veram. quò ad id de quo principaliter agitur in appellando: non quò ad alia. sed ad istam appellationem agitur quò ad deuolutionẽ causæ, quam iste appellans prætendit se habere virtute primæ acceptationis. ergo &c. argument. eorum quæ legun. & notan. ff. de acquirend. possessio. l. si quis vi. §. differentia. ibi, sed oppono si constitutio, & c. & in hanc partem vltimam videlicet hanc appellationem habuisse & habere vim acceptationis, declinat maior pars dominorũ auditorum, & duo domini Cardinales extra rotam, quos cõsului: videlicet Corsien. & Ratinen. Motiua eorum vltra prædicta fuerunt hæc.

4 Attento quod † acceptatio * non est nisi quædam mentis & voluntatis declaratio, quæ nedum potest declarari manifestè expressè, sed etiam tacitè: vt in dict. clement. cùm ei quem. imò per nutum vel signum: vt in c. cùm apud. de spon. puto immiscendo se beneficio vel possessioni eiusdem: vt in dict. l. gerit. Tum etiam quia nulla formalitas in ipsa requiritur: & ideo sola voluntas declarata per aliquem actum extrinsecum de habendo beneficium sufficit. pro quo allegabam prædictam notam. In nocen. in c. ex parte. de concessio. præben. & ca. licet. de elec. At in casu nostro appellauit vt haberet beneficium. ergo &c. quorũ dictum crederem verissimũ, si huiusmodi appellatio nõ esset fundata super aliqua alia acceptatiõe præcedenti. Sed in casu nostro tota appellatio fundabatur super quadam inualida acceptatione, vt dicitur in themate, & appellatũ fuit ab intrusione partis aduersæ, & ab impedimẽtis per eum præstitis in assecutione possessionis vigore prædictæ acceptatiõis & prouisionis inualidę. per quę apparet expressimè eũ non habuisse nec habere animum siue voluntatẽ de nouo acceptandi: sed acceptationẽ inualidam conseruandi & prosequendi. & in hanc opinionẽ meam à qua non poteram per consiliũ dominorũ meorũ moueri declinauerunt alij sex solemnes doctores decret. legũ, & vtriusq;. Quorũ aliqui mouebantur. quia ex quo prædictus appellans poterat eligere viã competentẽ, videlicet acceptasse, sicut appellasse, imputet sibi quod elegit viam incõpetentẽ, scilicet appellationis, per quã releuãtur oppressi, & remouẽtur grauamina ij. q. vj. ad Romanam. & c. omnis oppressus. de app. c. vt debitus. c. de priore. c. cum speciali. cum si. ex causa ad romanam curiam deuoluitur. de elect. statuimus. lib. vj. iuncta clemen. causam electionis. cod. tit. ergo alium effectum operari non debuit: maximè vltra intẽtionem agentis maximè quia si hoc intendisset, dixisset. de decis. ad audientiam. quamdiu enim supereſt ordinarium remedium non est recurrẽdum ad extraordinarium. ff. de minor. l. in causæ. de transla. c. fi. imò dixerunt aliqui de prædictis doctoribus certas formas in iure expressas acceptandi vnam de certo beneficio vacaturo, de qua in c. ne captandæ. de concess. præbend. aliàs in clementi. cùm ei quem. §. secus. sæpius allegata de certo beneficio vacante: vnam videlicet expressam & duas tacitas, inter quas non est appellatio. ergo &c. Ad quod respondebant primi domini, quòd illi duo modi taciti ponuntur causa exempli ergo non inducunt formam præcisam: sed extenduntur ad casus similes, de quibus idem iudicium est habẽdum. de transla. inter corporalia. de rescrip. ea. inter cæteras. cum simil. & in hoc crederem eos bene dicere: videlicet quòd posset sub tali forma appellari infra mẽsem, q̃ huiusmodi appellatio habet vim tacitæ acceptationis, pari ratione. sed nullo modo potui credere attenta prędicta forma appellandi ipsum voluisse acceptasse. verum quia prædictus appellans probauit coram me in tertia instantia se post vacationem beneficij ante appellationem prędictam legitimè & pluries acceptasse: idcirco confirmaui primas duas sentẽtias ex nouiter probatis coram me, quas aliàs nunquam confirmassem. sed causam ad cancellariam remisissem quia contra consilium maioris partis dominorum non potuissem infirmasse, nec contra conscientiam confirmasse.

* *Acceptatio. Add. supra e. ti. dec. 7.*

SVMMARIVM.

Inductio in possessionem beneficij facta ab eo qui habuit potestatem conferendi, habet vim collationis: quam etiam demonstrat omnis verbalis vel realis actus, per quem possit constare de mente conferẽtis, ex quo in collatione non ex igitur certa verborum forma.

EPITOME.

1 *Collatio & in possessionem inductio an sit diuersa.*

2 *Inuestitura beneficialis multiplicitèr consideratur.*

3 *Canonicus an solo consensu canonicorum efficiatur, nulla præstatione vel alia electione interueniente.*

Decisio 16. aliàs 441.

FVit dubitatum vtrum inductio in possessionem alicuius præbendæ acceptatę per impetrantem infra tempus debitũ, sed nondũ sibi collatæ, haberet vim

1 prouisionis siue collationis. † Et videbatur aliquibus dominis quod non.quia hęc sunt diuersa,& ad diuersa spectare videntur.de offi.arch.c.ad hęc.& c.vt nostrum.& de præben.cùm in illis.lib.vj.& legi.& not.in decre.authoritate de instit.& plenius per Dy.in c.j.de reg.iuris. lib.vj.Præterea hæc inductio videtur nisi quædã collatiõis siue cõfirmatiõis executio:& potius facti est quàm iuris:sicut dicimus de recipiendo aliquem prouisum in canonicum authoritate papæ:vt in c.eam te.de rescript. & in c.pro illorum.in fin.de præben.quæ inductio cùm sit facti & præcedentis iuris executio:per executionem vel aliquam appellationem impediri non potest,nisi opponatur crimen cum infamia.de excep.cùm ecclesiastice.de appel.constitutus.de accu.super his. & c.accedens. Ergo videtur prędicta inductio nullo modo habere vim collationis.pro hac parte facit c.ecclesia.& decre. ab eo. de appel.lib.vj.quia non sufficit appellanti mittere nuntium infra triginta dies statutos à iure, ad petendum & dandum apostolos, nisi infra illos petat cum debita instantia:quia petere & recipere, dare & mittere sunt diuersa. His non obstantibus fuit decisum & determinatum contrarium per maiorem partem dominorum, & fuit alleg.pro hac parte distinctio Compost.& Io.And. post eum in c.transmissa.de elect.vbi distinguit sic. Aliquando † fit inuestitura post collationem siue confirma
2 tionem.tunc est facti nullum ius tribuens, sed primum ius exequens.& sic loquuntur iura de receptiõe siue exe cutione facti pro contraria parte inducta. Aliquando fit inuestitura nulla electione,confirmationevel collatione præcedente:tunc enim illa habet vim collationis: dummodò inuestiens habeat vtranque potestatem,scilicet eligendi,confirmandi vel conferendi,secũdum Compost. vt suprà.qui nil ad hoc allegat. At in proposito executor nedum habuit potestatem inducẽdi in possessionem, sed etiam prouidendi. inducendo ergo videtur prouidisse. quia in his ponderanda est voluntas dantis & recipientis.de verbo.signi.in his. versicu. considerantis. ad quod facit bene clemen.cùm ei quem.de concess.præben.ver. quem & iam.pro quo etiam faciunt ea quæ leg. & not. in dict.c.olim.& c.cùm inter.de elect. de hoc de electio. vt circa.in glo.ij.lib.vj.videlicet,quòd episcopus eligendo vel conferendo confirmat:quando scilicet ambę potestates in eo concurrunt.quod crederem verum quando iure proprio:secus si alieno:puta deuoluto. At in casu nostro executor non sua sed papæ authoritate prouidet. ergo.Præterea vbi duo mandantur diuisim, non sufficit alterum adimplere:vt in c.cùm dilecti. de dolo & contu. & c.pisanis.de resti.spolia. At in casu nostro duo mandantur executori:videlicet prouisio & inductio. ergo dictum etiam Compost.secundum Io.And.in addi. Spec. super rubrica de instit.vbi hanc quęstionem pertractat potest iuuari per hoc:quia ista sunt eiusdem generis, & sic facile fictionem accipiunt,& facilè fingitur vnũ pro alio.ff.si cer.pet.l.ij.in princi.bene facit c.j.de off.legat. lib.vj.remittit pro materia ad nota. in dicta decret.cùm nobis olim.in glo.penul.& quod ipse notauit & dixit in ea. Mihi tamen videbatur aliter distinguendum. Nam aliquando executores inuestiunt verbaliter: aliquando realiter.In primo casu crederem huiusmodi inuestituram habere vim & potestatem collationis: propter voluntatem petentis,facientis & recipientis:per iura superius ad hoc inducta.In secundo casu non:quia hoc nõ videtur inuestiens voluisse:sed duntaxat corporalem possessionem tradere,quæ est merè facti,& primi iuris executoris.de consue.c.ex literis.& in dicta decre.pro illorum.in fine. Veruntamen contra hoc vltimum dictum meũ fuerunt allegata duo iura noua:videlicet,ca.cũ aliquibus.de rescrip.li.vj.& de prę.cùm in ecclesijs.e.li.vbi receptus in canonicũ etiam actualiter habet vim collationis.Fuit etiam contra me allegatũ,qp no.Inn. in c.ex
3 parte.de concess. præb.vbi dicit In.qp ex solo † consensu canonicorum etiã non collegialiter præstito sine alia electione seu collatione efficiatur quis verus canonicus. quæ reuera oĩa possunt induci pro opiniõe mea.Nam loquitur in receptione siue nominatione aut cõsensu simpliciter vel verbaliter factã,& quę sunt iuris. & non loquitur in actualibus quæ sunt facti. plus sapiendo executionem quàm collationem. secundùm tamẽ primam opinionem fuit diffinitum & sententiatum.

SVMMARIVM.

Decanatus ecclesiæ collegiatæ est dignitas: cùm sit caput collegij,& in nomen dignitatis sonet.

EPITOME.

1 *Decanatus an sit dignitas & in nomen dignitatis sonet.*

Decisio 17. aliàs 442.

FVit dubitatum vtrum,si habens gratiam de beneficio cum cura vel sine cura spectante ad collationẽ episcopi,acceptet decanatum alicuius ecclesiæ collegiatæ:& de illo faciat prouideri sibi per suum executorem valeat huiusmodi acceptatio & puisio. Dubium facit † an decanatus sit dignitas vel sonet in nomen dignitatis.quia tunc non caderet in gratia supradicta. per c.fin.de præben.& eod.titu.cum in illis li.vj.Et videtur primò quod non sonet in nomen dignitatis de iure:quia tunc sequeretur quòd decani rurales essent in dignitate constituti,quod est falsum.de censi. cùm secũdùm apostolũ.& facit l.de.lxx.decanis.C. de dec.l.vnica.lib.xij. Præterea si præpositura quę videtur maior quam decanatus,quia alijs præponitur.de verb.signifi.quamuis nõ sit dignitas de iure:prout not. & deducit Innocẽ.in c.de multa.de pręben.& Archi.post eum de consue.c.j.li.vj. multò minus decanatus,qui etiam inter officia ecclesiastica non nominatur: vt patet in singulis titulis.de offic. archi.archipresby.custodis.&c. Sed caue si rectè inspiciatur,tunc singula officia siue ministeria exercẽda per archipresbyterum,exercentur per decanum, prout experientia docet. ergo meritò sub illo officio cõprehenditur. Nam ille qui in locũ alterius succedit, eo iure vti potest & debet.de constit.c.translato. de regu.iur.is qui in ius.lib.vj. Sed decanus succedit hodie in locum archipresbyteri.ergo est maior saltem ratione ordinis. Idem de Archidiacono in cuius locũ vt frequentius succedunt præpositi.ergo. Et in hanc partem omnes domini declinauerunt,quòd in casu proposito sonaret in nomẽ dignitatis. Tum quia decanatus ecclesiæ & non in ecclesia:& sic est ibi per modum capitis. tum quia vt ponebatur in facto,prædictus apostolicus fuit inductus in possessionẽ primi stalli in choro decano debiti, qui dignitatem siue prærogatiuam distinguit. pro quo fuerunt inducta prędicta no.per Archi. & per eundem in c.ne captandæ.de concess.præben.& no.in cle.j.per Ioan. Andr. de præbẽ. & per Io.mo.in regula,in generali.libr.vj. Ego verò allegabam pro hoc quod sonaret in nomen dignitatis, & esset dignitas iuris c.post electionem.de concess.præben. c.cùm inter vniuersas.de electio.vbi leg.& not.quod est caput capituli.ergo. Pro hac opinione fuit alleg.l.C.de sacrosanct.eccle.l.non plures.cum ibi not.& C.de decanis.l.vni.Et historia de Moyse qui ad consiliũ Iethro soceri sui certos constituit decanos & centuriones,qui iudicarent populum Israëliticum. sed honor siue dignitas est in iudicando.de appella.vt debitus.C.quando prouo. non est ne.l.omnem honorẽ. Iudices enim debent in dignitate esse constituti:vt in c.statutum.de rescrip.lib.vj. iuncta cle.& si principalis.eod.titul.ergo.Post hoc verò fuerunt mutata consilia: quia per confessionẽ vtriusque costabat prædictũ decanatum fore simplex beneficium sine cura in dicta ecclesia collegiata. & sic fuit sententiatum pro apostolico impetrante.

SVMMARIVM.

Forma gratiæ est attendenda:ideo in forma, dignũ arbitramur.prius examinatio personæ facienda est,à qua examinatione nõ est appellandum:cùm executoris conscientia sit onerata,& postea fiat subdelegatio.

EPITOME.

1 *Executor beneficialis cum gratia sub forma, dignum arbitramur, &c. super quo conscientiam oneramus, &c. an possit alteri talem executionem subdelegare.*

2 *Clausula generalis in fine rescripti posita potest ad omnia præcedentia referri.*

3 *Conscientia quid sit, & qualiter diffiniatur.*

4 *Examinatores promouendorum ad ecclesiastica beneficia, cuius esse debeant conditionis & literaturæ, & conuersationis.*

Executor

5 *Executori cui cõmissa est certæ personæ prouisio, videtur etiam concessa præambula, per quæ peruenitur ad illam.*

Decisio 18. *aliàs* 443.

1 FVit dubitatum vtrum † executor datus in forma, dignum arbitramur &c. ad examinandum in literatura certam personam in litera nominatam: & si per huiusmodi examinationem ipsum inueniet bene legentẽ, construentẽ & cantantẽ, super quo ipsius conscien tiam onerauit, quòd sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura spectante ad collationem decani & ca pituli certæ ecclesiæ vacante vel vacaturo, ꝙ infra men sem à tempore notæ vacationis duceret acceptandum, prouideret: ipsumq; per se vel alium seu alios in possessionem induceret corporalem, posset prædictam exami nationem alteri subdelegare. Dubium faciunt istaverba super quo tuam conscientiã oneramus, quæ non ponuntur in forma pauperũ, qui in curia super præmissis examinantur, & inquisitio morum & conuersatio vitæ par tibus certis executoribus vel examinatoribus committi tur, qui huiusmodi inquisitionẽ possunt subdelegare, & alteri vices suas committere: vt in cle. iudices. de offi. deleg. quam quidem inquisitionem etiam in absentia impetrãtis possunt facere. & testes super hoc recipere: prout ibi not. secus verò in forma, dignũ arbitramur. in qua papa habens impetrantem de vita & moribus commendatum, cõmittit examinationem scientiæ & idoneitatis ipsius in partibus, qui requirit examinandi præsentiam: prout le. & no. in c. li forte. de elect. li. vj. Ergo videbatur multis dominis in rota & extra, ꝙ non posset huiusmodi examinationem cõmittere alteri, quasi sua & non alte ius industria super hoc esset electa: sicut si sibi cõmittere tur absolutio certæ personæ, & pœnitentię iniunctio: vt in c. fi. de offi. dele. Vbi hoc videtur innuere Innoc. cuius opinionem dixerunt alij domini tenentes cõtrarium reprobatam per dictam clem. quę facit pro & contra meo iudicio. Confirmatur etiã prædicta prima dominorum opinio, per formam antedictæ gratiæ: vbi papa in fine mandat fieri inductionem in corporalem possessionem per se vel alium seu alios, quam non posuit in principio: vbi mandatur fieri examinatio: quod si voluisset, id expressisset & cõmisisset. de dec. ad audientiam. Ad quod responderunt domini tenentes contrarium, sub dubio forte, † quòd dicta * clausula generalis in fine posita, posset referri ad omnia supradicta. per c. secundo requiris. de appella. & de procur. qui ad agendum. lib. vj. cùm omnis executor sit iudex: vt in dicta clemen. & de offic. dele. c. cùm plures. & c. si super. de offi. dele. li. vj. qui à lege habet potestatẽ subdelegandi. per c. quamuis. & c. pastoralis. de offi. deleg. Ad quod primi domini responderunt delegatum papæ non posse subdelegare. per c. sciscitatus. de rescript. & dictum ca. pastoralis. ibi dummodo maliciosè non quærat se exonerare. Cùm igitur in casu nostro sit eius cõscientia onerata: sivelit subdelegare maliciosè, se quærit exonerare: quia per apertiouem vnius libri, vel per vnam interrogationem potest se expedire: secus si necesse haberet se informare per testes: sicut in clemen. iudices: aliàs necesse haberet vocare partem, vel assumere partes iudicis: vbi multa concurrunt in quibus non potest esse præsens, nec per se expedire: & ideo datur sibi potestas hoc expediendi per alium à lege. hinc est, quòd licet receptio testium in qua multa cõcurrunt, & habet fieri cum causæ cognitione, posset subdelegari tamen examinatio testium non quare? quia hoc est facti & quoddam nudum ministerium, & per consequens indelegabile: vt in dicto c. fi. de offi. deleg. sæpius allegato. & legitur & notatur in cap. cùm Bertol. de re iudi. & in cap. cùm causam. lo. ij. Melius & clarius per Pau. in dict. clem. iudices. Cùm ergo prędicta examinatio sit iudicis factum nullam requirẽs causæ cognitionem, in quo sua conscientia oneratur ad expellendum certum ministerium. ergo probatur hoc etiam per diffinitionem conscientiæ positam per Archid. in cap. statutum. de hæreti. in fi. lib. vj. diffinientis eam sic. quod conscientia † est cognitio cuiuslibet cordis suijpsius, quam nemo scit nisi solus Deus. Ergo sæpe relinquitur quis suæ propriæ conscientiæ, vt Deum timeat, præ oculis habeat rectè procedendo & diffiniendo: vt in infinitis iuribus allegatur in glos. capitu. fi. de vot. per Ioan. and. in clemen. j. de iure patro. vbi videas multas concordantias, quas alij domini tenentes contrarium allegant pro se dicentes, omnia iura de commissione cõscientiæ loquentia potius sonãt in monitionem quàm in conditionem: & non sunt nisi excitatiua officij: vt in capitu. licet. de offic. ordina. Nam siue sit ordinarius delegatus, subdelegatus, executor, vel quilibet christianus nunquam debet contra sed secundum rectam & veram conscientiã procedere, facere & loqui, aliàs ædificat gehennam: de restitu. spoliato. capitu. literas. & incurrit pœnam sæpe à iure inflictam: vt in c. cùm æterni. de re iudi. libr. vj. licet ab his quæ suę conscientię relinquuntur, si contrarium faciant, non possit appellari: prout legitur & notatur per Ioan. andr. & Paulum in dicta clementi. j. de iure patro. & remittens ad notata per eum in capitu. statutum. §. assessorem. de rescriptis libr. vj. ad quod primi responderunt aliud esse in commissione iuris, aliud in commissione hominis, in quo non est licitum transgredi formam. de rescrip. cum 4 dilecta. de pręben. cui de non. li. vj. Cùm igiur † ex forma prędictæ commissionis factę homini per hominem appareat, quòd huiusmodi certæ personæ ad quam aliàs non pertinet huiusmodi examinatio, voluerit onerare conscientiã: ita quòd non alterius. ergo non videtur excitatio * officij: sed potius electio suæ iuduſtriæ, quam nemo potest committere alteri. pro quo fuerunt allegatæ duæ leges bene facientes. C. de episcop. & cleri. l. nulli. & C. de eadu. tol. l. vnic. §. ne autem. Præterea si dictus examinator posset committere vicecs suas alteri, fortè cõmitteret vni asino & illiterato, qui nihil sciret, quod foret absurdum: & ideo fit antequam prædicta commissio recipiatur in cancellariam per testes informatio de sufficientia commissarij, & quod sit iure peritus, nisi fuerit episcopus * vel suus officialis qui reputantur iure periti, licet sæpissimè reperiatur contrarium. & hoc est etiam argumentum quòd prædicti commissarij eligitur industria, & non alterius: quod reuera denotant præ dicta verba in litera posita quæ intellexerunt alij domini tenentes contrarium ad duos effectus. Primus quòd à facto huiusmodi commissarij si male facit, non potest appellari. Secundus quòd oneratur sua conscientia: ita in subdelegando peritæ personæ sicut in examinando. & per hoc responderunt ad absurditatem, dicentes etiam huiusmodi examinationem posse fieri in absentia examinandi, & informationem super sufficientia ipsius fieri, & recipi testes: prout frequenter fit in cancellarijs. allegatur pro hoc clement. Romani. de iureiuran. quæ reuera nihil facit: quia ibi facta fuit examinatio impetratoris absentis, de vita, moribus, fide & legalitate: sed non de scientia nec literatura, quæ exigit præsentiam hominis: nec aliàs posset exaudiri, nec sciri vtrum esset aliqua lis scientiæ. arg. not. in dicto c. si forte. Præterea prędicti domini declinantes in opinionem contrariã. reputabant text. pro eorum opinione in cap. is cui. j. respons. de offi. delega. libr. vj. cum ibi not. per Ioan. mo. Cuius dictum, intelligo in forma pauperum, hodie approbatur per dictam clementinam, iudices. prout etiam ibi notatur per Ioan. an. in qua forma non committitur examem scientiæ, sed morum: nec oneratur super hoc inquisitoris conscientia: sicut in casu nostro. ergo dictum Ioan. mo. non obsta. nec etiam textus dicti cap. is cui. in principi. Sed intelligatur de prouisione facienda certæ personæ expressè iam examinatæ, & de cuius idoneitate constabat. qui intellectus posset sustineri & probari per secundum responsum eiusdẽ capituli. Casus verò noster est de persona examinanda in scientia. ergo. Si verò intelligatur prædictum cap. is cui. de examinatione & prouisione facienda de certa persona: tunc ibi videtur casus pro opinione dictorum dominorum, licet adhuc posset sustineri contrarium propter onerationem conscientię expressam in forma, per quæ videtur eius electa industria: vt superius est deductum. ad hunc intellectũ videtur etiam approbare Paul. & Genze. in dicta clementi. iudices. cuius dictum Paul. in fine magnæ glos. videtur multum facere in contrarium. Vbi dicit, quòd † executori cui com 5

o

* *Clausula. Nota quòd clausula generalis in fine posita potest ad omnia præcedentia referri. de qua vide per Bal. in l. pactum. in xv. q. C. de collati.*

* *Aliàs excitatis.*

* *Episcopus & suus officialis reputãtur iurisperi. an hæc præsumptio hodie fallat, tu ipse videris.*

mittitur certæ personæ prouisio, videntur omnia præambula esse commissa, per quæ peruenitur ad illa, per l. oratio. ff. de sponsa. & sine quibus illa expediri non possunt, per iura vulgaria: vt in c. præterea. & c. ex literis. de offi. delega. Tum etiam, quia accessorium debet sequi naturam sui principalis: vt in regula iuris, accessorium. de reg. iur. libr. vj. Sed prouisio censetur principale delegabile: quia debet fieri cum causæ cognitione, vt ibi deducit & allegat Paulus. ergo. Et examinatio personæ quę videtur accessoria ad dictam prouisionẽ, & sine qua dicta prouisio expediri non põt. ergo quæ minor posset declarari: cùm prædictæ personæ examinatio nõ sit accessoria, sed principalis in casu nostro: sine qua executor non posset procedere ad aliquam prouisionem faciendã, quòd si faceret: non valeret, propter transgressionem mandati, quod exacta diligentia est obseruandum: vt in iuribus vulgaribus. Præterea vbi principale & accessorium non sunt eiusdem, sed diuersæ naturæ siue formę: non procedit regula. At sic est in proposito. ergo. Maior tamen pars dominorum de Rota cõcluserunt posse fieri subdelegationem in casu prædicto: sicut in casu prędictę clementi. propter paritatem rationis, & per dictum c. is cui. primo responso. lib. vj. Tum etiam, quia propter generalem & communem consuetudinem ac obseruantiã omnium executorum in prædicta forma datorum, quæ pro lege seruanda est, de consuetud. cùm consuetudinis. de ætate & qualitat. c. generalem. in clem. Mihi tamen & tribus alijs auditoribus ac omnibus abbreuiatoribus de cancellaria, nec non multis doctoribus extra Rotã, quos super hoc prædicto dubio consului, dixerunt de rigore iuris contrarium, & credo quòd bene.

SVMMARIVM.

Si episcopus in gratijs in forma pauperum tantùm, vt moris est, executor deputatus suo officiali committat potestatem purificandi omnes gratias, in quibus est vel erit datus executor, virtute talis commissionis poterit dictus officialis purificare solùm gratias tempore commissionis factas, & non postea faciendas.

EPITOME.

1 *Episcopus executor non committit suo officiali purificationem gratiarum commissionis suæ tempore non factarum.*

Decisio 19. aliàs 457.

FActum circa quod multæ difficultates palatij versantur, esse possunt in tribus dubijs. Primum est. Si 1 † episcopus qui cõmuniter deputatur in forma pauperum executor, cõmittat in genere officiali suo potestatem purificandi omnes gratias, in quibus est vel erit executor deputatus: Vtrum virtute istius commissionis sibi factæ per episcopum officialis possit purificare gratias nondum factas tempore cõmissionis sibi factæ per ipsum episcopum, licet postea fiant, episcopus deputetur executor in eis? Et istud dubiũ solùm procedit in gratijs in forma pauperum factis. Secundũ dubium est. Si non potest purificare iste officialis gratias nondũ factas tempore cõmissionis suæ, vel aliàs processus necessarios pro ipsarum gratiarum executione facere: Vtrum saltẽ purificare possit gratias prius factas super quibus nondũ erãt literæ confectæ, nec executores super eis in cancellaria nominati per ipsum vicecãcellarium deputati? Et istud dubium procedit tam in principali executore quàm in eius cõmissario generali quò ad omnes gratias: & specialiter quò ad certas, & tã in executore gratię specialis quàm in forma pauperum. Tertium dubiũ. Si non põt executor vel eius cõmissarius facere processus super gratijs etiam iam factis super quibus nondũ confectæ sunt literæ, nec executores per dominum vicecancellarium deputati: Vtrum saltem possit super eis in quibus iã literę confectæ sunt, sed non sunt per ipsum executorem receptæ? Circa primũ dubium, licet aliqui hactenus voluerunt sustinere, ꝙ officialis episcopi commissarius per ipsum generaliter deputatus ad purificãdũ gratias pauperum: potest tamẽ vigore huius cõmissionis purificare gratias postea etiam factas: ex ꝙ quia cùm ipsi episcopi soli de consuetudine Romanę Curię deputentur in talibus gratijs executores: hęc potestas verò cùm sit virtute consuetudinis iuncta ordinarię potestati, videtur sapere 2 doct. dicẽtium, quòd pars † gratiæ est executorum datio. de offi. naturam eius cui iungitur. Pro hac parte optimè faciũt not. per Ioan. mo. in c. si confirmationẽ. de elect. libr. vj. Io. And. ibi in nouel. videtur innuere contrariũ, qui meo iudicio loquitur in ordinario, qui potest cõmittere aliqua negotia futura expediẽda iure proprio: secus si alieno: vt in casu nostro. De plano cõtrarium est tenendum. Nam tales * executores, vt executores delegati sunt, & delegata iurisdictione in faciendis processibus vtuntur non ordinaria. de offi. deleg. cùm plures. & c. si super. & c. is cui. li. vj. & c. iudices. in cl. Ergo antequàm sint dati, nullam habent penitùs potestatẽ: & per consequens non potest alteri cõmittere. j. q. vij. Dyabertũ. & de iure par. quòd autem. & ita tenet expresse Io. monac. de offi. ord. Romana. libr. vj. Et idẽ similiter in quocunque delegato generaliter loquens in Spec. tit. de legat. §. excipi potest. versi. quid si cõmittens. Et idem Pau. de hæret. c. fi. in gl. inquisitoribus. in cle. Pro hac parte faciunt optimè notata per do. Io. monach. in c. si confirmationẽ. de elect. io. li. vj. licet Io. And. in nouel. velit innuere contrariũ, qui iudicio meo loquitur in ordinario committente aliqua negotia futura expedienda in re propria: secus si in aliena: vt in casu nostro. ergo &c. Ratio in cõtrarium allegata nullo modo est vera: nec semper episcopi dantur executores in forma pauperũ: & si nõ darentur, non reciperent potestatẽ suã ab illa consuetudine, cùm sit vsus nullum ius nullãq; potestatẽ penitùs tribuens: sed ex sola voluntate superioris dependẽs, cuius intentionis est formam seruare, & eã in nullo excedere potest. de præben. c. fi. & c. cui non. eod. tit. lib. vj. de rescrip. c. cũ dilecta. & de restit. spo. pisanis. & hoc apparet ex forma literarum apostolicarũ, in quibus dicitur, Tibi per apostolica scripta mãdamus &c. Antequàm igitur mandatũ scribatur, nullam habet iurisdictionẽ. facit l. j. C. de mand. princi. sed eã recipit ex principis cõmissione prędentata iudici.

* Nam tales. Nota quę executores gratiarũ apostolicarũ sunt delegati & nõ ordinarij. potest tam executor apostolicus gare ministeriarij & rioris habilis in dict. tit. incip. In forma sapiẽs. de rescript.

SVMMARIVM.

Impetrans non potest vti gratia, nisi postquàm literæ fuerint confectæ. h. d versi. iste. Vel sic. Literæ sunt loco tituli, qui perficiunt & informant gratiam per clausulas necessarias.

EPITOME.

1 *Executor dicitur ex concessione papæ vel vicecancellarij iurisdictionẽ & eius exercitium nancisci nõ partim nominatione.*
2 *Executoris datio dicitur pars gratiæ.*
3 *Partes an in datione executorum aliquid operentur.*
4 *Inferior non potest ligare superiorem.*
5 *Gratia ante confectionem literarum est quædam res informis & imperfecta: perficitur autem literarum confectione debito modo ordinata.*

Decisio 20. aliàs 458.

CIrca * secundũ dubium multę sunt opiniones † ꝙ postquã per papam supplicatio est signata, statim potest sibi executorẽ eligere. & eo ipso executor sic electus etiã literis nõdum confectis imò in Cancellaria nõdum nominatus vel datus põt liberè procedere ad gratię executionẽ. Et isti se fundant in hoc. Dicũt enim ꝙ papa signãdo supplicationẽ partis, simul facit gratiã, & super ea dat parti executores: licet non nominatos & certos. Io. And. in gl. sua ordinaria hanc partẽ in d. c. tibi qui. super verbo, certo. facit de priuilegijs, tibi. §. & quid ipsum. li. vj. & quod ibi not. glo. Cũ ergo executor ex signatura principis firmetur: ideo fundamentaliter potestatem suã habet, cũ eius exercitio à tẽpore datę signatæ supplicationis. de rescrip. eã te. & c. si eo tẽpore. eo. tit. li. vj. cũ multis sim. Et hoc vt videtur istis incõuincibiliter probãt literę, quæ postea super gratijs cõficiuntur, & in eis disposita & contenta: sicut est datio executorũ. Et vt videtur eis, sic probãt efficaciter, ꝙ ista probatio per aliquam probationẽ contrariã perimi non põt. de prob. literis. in cle. cũ ibi not. in gl. v. per Pau. Et isti pro se allegant textum pro determinatione. de rescript. pastoralis. §. fina. æquiparantes dationem executorum incertorum commissioni super rebus incertis, & cõtra incertas personas: & declinationem seu specificationẽ rerum & personarum incertarum declarationi seu specificationi incertorum executorum. Isti etiam pro se allegant gloss. doct. dicẽtium, quòd pars † gratiæ est executorum datio. de offi.

* Omissa sola ista multi rationes tertium & ultimum secundum huius predicta decisionis mouẽt.

rio.de offic.delega.si super gratia.lib.vj. quæ potest fieri sine literis,& semper literas prœuenit. videtur tex.de sepul.dubium.in fi.in clem.& not.per Inno. de rescri.constitutus.& per Archi.in proœmio vj.libri.Sed contraria opinio videtur esse clara de mente iurium. & pro ea declaranda est sciendum, quòd partes in datione † executorum nihil operantur. Nam papa ad cuius vel sui cancellarij officium pertinet dare executores certos & nominatos dat:& nullo modo dant partes, sed ille à cuius potestate ipsorum executorum potestas & officium dependet.& ex hoc sequitur, ꝙ partes in nominatione vel electione nil omninò operantur quò ad dandũ executoribus potestatẽ vel vsum,seu exercitiũ potestatis.hoc satis clarè probat text.de rescri.tibi qui.li.vj.per quam decre.Io.an.in sua glo.ord.ibi superverb.certo.tenet istam partem.facit de priuil.c.j.§.& in id ipsum.li.vj.& quod ibi not.Non ergo certus & nominatus executor recipit potestatẽ vel vsum vel exercitiũ potestatis à nominatione vel electione partis:sed ex cõcessione principis,quam facit per se vel suum ministrũ ad hoc officium deputatũ de cri.fal.quã grauissimili modo facit de conce.præb.c.j.§.ex parte.ver.qui tamẽ illi.li.vj.& de præb.c.j.in cle. ibi quamquã.pro qua parte etiam facit. quia iudex delegatus huiusmodi est executor. de offi.deleg. c.iudices.in cle. Si incertus sit datus, non habebat potestatẽ etiam si ex electione partis reducatur ad certitudinẽ, nisi primo ad speciẽ sit descensum ex principis specificatione.videtur casus secundũ verum intellectũ decre. de rescrip.ad hæc sumus.per quã solùm si non essent aliæ, hæc pars tenenda est:aliâs sequeretur ꝙ executorẽ electum per partem dominus vicecancellarius inuitus dare teneretur.

quod est absurdũ.Cùm inferior † non possit legem imponere suo superiori.xxj.di.inferior.de maior.& obed. cùm inferior.& de elect.ne romani.in cle.& si respician tur textus titulorũ de rescrip.de præb.& de cõcess.præb. & alijs de processibus,& alijs gestis executorũ loquentes dare innouunt literas potestatis eorũ per prius esse factas vt apparere possit cuilibet intuenti,& magis declarabitur in sequenti dubio,facit etiã pro hac parte.c.cum aliquibus.de rescri.li.vj.vbi ex earum scilicet literarũ viribus potestatẽ recipiunt, allegationibus in oppositũ non obstan.Non obst.quod primò alleg.scilicet,ꝙ executores qui cum gratia simul dantur, recipiunt potestatem suã fundamentaliter ex signatura supplicationis. fateor.

Sed quia† gratia facta per principẽ ante confectas literas est quędam res informis siue imperfecta, quę postea in confectione literarũ formaliter ponitur, & ad suum esse perfectũ per adiectionẽ clausularum necessariarum & dationẽ certorum executorũ reducitur:& ideo executores in ea deputati ante non videtur posse exequi,quàm ipsa sit ad suũ esse perfectũ reducta, & in forma debita redacta.& primi executores per illũ qui potuit, sunt specificati & nominati.Inde dicũt doct.ꝙ in beneficialibus literæ habentur loco tituli:vt no.Cõpost.de rescri.c.constitutus.ad fi.& Io.an.de hoc no.de litis conte.c.vnic.lib. vj.Igitur antequã sunt confectæ literæ,non videtur pars habere titulũ causatũ in suo esse perfecto, per illud quod præmisi,& per cõsequens.nec executor vsum suæ potestatis,cùm accessoriũ non præcedat suum principale:sed ipsum sequatur.de reg.iur.accessoriũ.li.vj.ad c.literis.de proba.in cle.respõdetur ꝙ istę probationes executorum qui processus fecerunt solùm & duntaxat nominati & in specie in cancellaria dati & concessi fuerunt post factos processus est probatio partẽ releuans & in nullo perimens dispositionẽ probatã per literas, ista sunt compatibilia. Isti iudices fuerunt à tempore datæ literarũ concessi:quia sub generalitate supplicationis cõprehensi,sicut probãt literę,vna cum ipsa supplicatione ex qua extrahuntur,& de longo tempore post fuerũt nominati & specificati in confectione ipsarũ literarũ sicut habet partis probatio,quæ per cõsequens infert,quòd eo tempore quod fluxit medium inter datam supplicationis in qua non specificabantur,& specificationẽ seu concessionẽ & denominationem in cancellaria factam:nihil facere penitus potuerunt.per superius allegata.ca.pastoralis.§.fi. non obst.quia specificatio iudicum non pertinet ad partem, sed bene pertinet ad partem specificare res super quibus ei personas contra quas agere vult. Nec alia allegata obstant:quia licet datio executorum in genere præcedat literas descensus:tamen de genere ad speciẽ & nominatio iudicũ quæ debet præcedere quemcunq; actum per ipsum generandũ, cùm actus sint indiuiduorum & non generũ. sic in cõfectione literarum quarum formã habet sequi necessario. Antequã ergo illa.s. forma daretur & imprimatur & per ipsum videatur.quomodo illã exequi & seruare poterit:imò erraret,qui hoc diceret.

SVMMARIVM.

Quo ad translationem iurisdictionis in iudicem non requiritur præsentatio literarum seu scientia iudicis vel executoris:quia ex sola principis voluntate in ipsum iurisdictio transfunditur etiam inuitum & ignorantem: quò ad iurisdictionis verò exercitium acquirendum,necessaria est præsentatio literarum. h.d.iste ver.

EPITOME.

1 *Executor ignorans & inuitus à principe dari potest: & à dationis iurisdictio in eum transfunditur quo ad habitum.*
2 *Exercitium dicatur inhærere potestati, & cum ipsa cõcurrere.*
3 *Iurisdictio executionis ante literarum præsentationem vel acceptationem an transeat in deputatum?*
4 *Iurisdictio delegata non acquiritur ignoranti vel contradicenti: sed scienti & consentienti.*
5 *Executor an possit exequi mandatum literis mandati non habitis nec receptis.*
6 *Impetrans primum rescriptum nondum præsentatum: non potest de ipso excipere contra secundum præsentatum.*
7 *Executor constitutus non potest procedere sine literis suæ deputationis.*
8 *Tempora in rescriptis diuersimodè sunt consideranda.*

Decisio 21. aliàs 459.

CIrca tertium * dubium vbi iacet lepus, magis instandum est.In quo multi tenent in dubio, ꝙ executor quicunq; ante receptionem literarum habet potestatem plenariã exequendi,ac ipsius potestatis exercitium. Et mouẽtur ex hoc:quia †princeps cùm dat executorem certũ nominatũ statim transfert in eum iurisdictionẽ & potestatẽ exequendi,ac ipsius iurisdictionis & potestatis exercitiũ: cùm in istis tempus datæ sit cõsiderandũ vt in iurib.suprà in alijs dubijs allegatis.Et maximè procedit hoc in executore principis, qui ipsos inuitos & ignorantes dare potest:vt ix.q.iij.per principalem & ibi no.maximè in gl.fi.Sicut potest ab inuito & ignorante iurisdictionem reuocare.ff.de iudi.l.iudiciũ.& de cõcess.præb.quia cũctis.§ ex parte.li.vj.Et si dicatur per aliquos,ꝙ huiusmodi potestatis nõ habet exercitiũ: non videtur istud valere:quia cùm constet,ꝙ habet potestatẽ reipsa,& non constet aliquo iure determinatum,dicendum † est ipsum exercitiũ inhærere potestati,& concurrere cum ipsa:vt satis clarè probant alle.decre.quia cunctis.& e.ti.& li.c.si soli.& c.cũ ei quẽ.e.ti. in cle. Alij& maior pars tenent oppositũ dicẽtes,quod† nullus executor habet potestatẽ quoquomodo procedendi ad executionẽ gratiæ, in qua deputatus est executor antequàm receperit literas suæ potestatis: saltem quò ad deducendum eorũ potestatem ad actũ per suas literas certam formam continentes,ad cuius formæ obseruantiã ipse executor adstringitur mero iure.de rescrip. cum dilecta.de resti.spo.pisanis.& de prẽb.cui de non.li.vj.Ergo simul cum literis per quas mandatur seu datur potestas,ipsam potestatem & eius exercitium recipiũt ipsi executores. per l.qui absenti.ff.de acqui.posse.facit ad hoc quod no. iiij.q.v.quisquis.ibi:Postquã ipsum literas recepisse constiterit.sic in fi.glo.de cler.excõ.mini.cap.apostolicæ in glo. magn.& ij.q.v.c.v.& maximè postquam princeps arctat executorem ad formæ obseruantiam in literis ipsius contẽtæ:de qua executor non potest habere plenam notitiam aliâs quàm per ipsarum literarum inspectionem:vt probatur de rescrip.si quando.& c.cùm adeo.de fid.instrumen. contingit.& clarius de priuileg.porrò de mente ipsius cõsecuturi videtur,quòd ea potestate tunc demum vtatur,cùm recipit literas,per quas de intentione ipsius valet plenius informari: cùm verbis standum sit,etiam si verba hoc non haberent.de rescript. causam

* *Circa tertium. Aduerte hic. §. sine vers. esse decis. xix. suprà e. isto tit. etsi titulus aliter habeat.*

quæ.de verb.signi.intelligentia.j.q.j. Marcion.xxiij.dic.relatum.& in cle.Romani.de iureiurā. in cle. Pro hac parte facit.Nā † quicquid * sit de iure ciuili, canonistæ vt plurimum tenent, quòd iurisdictio seu potestas delegata non acquiritur nisi scienti,& cōsentiēti: vt videtur tex.xxiij.q.vj.sæpe.& ibi notat Archid. de offic.deleg. iudex.li.vj.Et facit ad hoc.Quia sub clausula impotētię includitur voluntas: vt est expressum.de offi.deleg.prudentiam.§.adijcimus. & si non vult, transfertur in eum iurisdictio:& per consequens non posit,cùm iudex non sit.de rescrip.sciscitatus. Nec secundùm istā opinionem obstat quod opponitur huic rationi,videlicet quòd officium iudicandi est munus necessitatis.ff. de muner. & hon.l.munerum.§.nā.Hoc fateor non quidem in necessitate quòd mero iure inuito vel ignoranti quęratur:sed quia ad hoc munus subeundum quis cōpelli inuitus pōt. de offic.delega.pastoralis.j.responso. & istius opinionis videtur esse clarè Inn.de concess.præben. quia cunctis.§. ex parte.li.vj.& Ioan.And.& alij moderni post ipsum, sicut de beneficio est expressum de præbē.si tibi absenti. lib.vj.& facit eod.lib.de rescript.Consentire autem non potest,vt potestatē executoris acquirat : & eius exercitium,qui ipsam potestatē ignorat & eius formā.de prębend.c.si de beneficio. quæ decretalis cū ibi notatis bene facit ad hanc partē. & videtur expressum in l. si per errorem.ff.de iurisdict.om.iudi.& in his quæ no.de offi. deleg.P.& G. quod dicēdum maiori parti cōsilij visum fuit,quòd † executor quicunq; non potest exequi illud quod sibi ad exequēdum mādatur, nisi primò receperit literas suæ potestatis,per vltimò allegata. Et licet aliqui magistri voluerunt facere distinctionem inter executorem qui sine aliqua cognitione potest procedere ad exe cutiones eorum quę sibi iniunguntur,& illum qui habet pręmittere causæ cognitionē per vocationem partis vel ex officio:satis videtur de mente iurium & doctorū authenticorum iuris canonici & ciuilis:quia sic tenet Gulielmus de Cuneo in l.obseruare. de offi.procō.videlicet quòd nullus executor possit procedere ad executionem non receptis prius literis suæ potestatis.Et quicquid hactenus obseruatum fuerit,ita mihi videtur declarari debere : & ita declarauerunt domini de mandato domini Gregorij papæ xj. Et procedendo per modū rationum siue inductionum causa breuitatis: tamen videtur, quòd hanc partē satis clarè probent iura infrà scripta. & primo probat hæc decr.mandatū.de rescri. & decr.sequēs, & decret.per literas.de prębē.in cle. quæ eodē modo faciunt.Nam ille cuius supponit pro termino inquantum sit de præterito,denotat actum perfectum:hoc est,quòd accepisset rescriptum is ad quē dirigebatur, scilicet hæc executio:aliās nō esset directum:sed si esset in dirigēdo, & vtatur istis verbis siue terminis.Ioan.mon.in cle.statutum.de rescr.super verb.canonistis.in quæst.Itē quęro.& versi.& notandum. ibi enim ponit intellectum.c. super eo.de appellationi.quę decre.est clauis in hac materia.& c.quoniam abbas.& c. si tibi absenti.lib.vj.vide etiam pro materia super rub.de rescrip.ibi. Et dic præsentationem cum effectu & c.& ibi:si vtrumq; & c.efficacius facit c.abbatem.eod.titu.ibi:qui mandatum apostolicum iam suscepit, quasi extunc possit procedere ad prouisionem non antè. Ad idem efficaciter facit de app. super eo.vbi tenentes hanc partē reputant textum.Nec procedit solutio opinantium aliter & dicentium, quòd illa decret.probet bene,quòd vbi præfigitur tēpus iudici infra quod causam debeat finire:tempus incipit currere à receptione literarum, quod ante non sit negligens, si non procedit. Sed non probat, quòd si ante velit procedere,non possit.Posset dici quòd hæc solutio non procedit:ideo quia posito quòd iudex delegatus datus cū certi temporis adiectione ante receptionem literarum processit multum in causa,an valeat processus:aut si nō valet,habeo propositum.Si valet:ergo in potestate iudicis. taliter dati erit principis intentionem frustrare procedendo multum in causa,tanquam literas recipiat:vt scilicet illud tempus præcedens receptionem habebat de lucro,quod non est dicendum. Sic ergo vis illius literæ, quòd tempus incipit currere à receptione literarum, quòd ante iudex datus non potest procedere.per capitu. diuersitatem.de concessio.prębend.cum suis similibus. Item si alia opinio esset vera : ego non video quorsum iste textus nō determinasset tempus debere currere illo casu postquam iudex incepisset procedere, si hoc posset, ante receptionem literarum. Similiter facit capit.vt debitus.cū suo vero intellectu:ibi enim patet, quòd † impetrans primum rescriptum quod nondum est præsentatum,non potest excipere de ipso contra secundū quod est præsentatum, donec ipsum primum præsentet, quia virtute primi iudex per ipsum datus procedere non potest: nec pars contra quam est impetratum manet impedita : semper enim habeat iudicem coram quo possit suam prosequi iustitiā:ideo ante receptionem primi de ipso ac eius prioritate excipi nō potest contra secundū, vt non videatur iudex per ipsum datus effectualiter iudex,vt per ipsum possit procedere.de pœni.distinct.ij.c. habuerunt verba.& de cleri. non residen.capi.relatum, cum similib.ad idem facit de præbend. cùm teneamur, in princip.ibi. Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis.de rescrip. suscepturn.in prin.& eo.ti. & lib.c.si pro te.& efficacius facit eod.titu.c.duobus.§.si verò.vbi patet,quòd quando duo quorum gratiæ eodem tempore per omnia sunt pares seu æquales concurrunt in data : ille præfertur qui primò præsentat suas literas executori habenti potestatem prouidendi:& ita fuit determinatum me præsente in rota.Indubitatū est autem quòd † executor nondū præsentatis sibi literis non posset facere processus.per ea quæ ibi not.per Ioan. And.in nouel.in glo.mag.versi.hoc adde. Ad idē eo.lib.de pręb. c.ij.ij.resp.& c.si pro clericis.in prin.& c.si clericus.ibi: eodem modo.de offic.deleg. quoniam abbas.de restitut. spoliato.audita.Præterea satis efficaciter facit,qui bene literæ ordinem respicit.eod.libr. de concessio.prębend. quia cunctis.vbi alleg.text. quòd ad hoc vt per potestatem datam executori de prouidēdo auferatur ordinario prouidendi potestas, est præmittēda literarum receptio & executoris voluntas,& notificatio earum facta capitulo.& infertur,quòd ad hoc est necesse, quòd executor notificet &c.quod sit in processibus qui fiunt per executores,& quemlibet doceat de practica. Et si contrarium diceretur, omni die executores mentirentur in processibus in quibus semper ponitur clausula : Noueritis nos literas apostolicas cum ea qua decuit reuerentia, recepisse.Et breuiter quantum mihi apparet omnes text.de hac materia loquentes hanc partem fortificant, & nullum tex.reperi qui efficaciter oppositum innueret. Hoc etiam tenent omnes no.canonistæ. Patet hoc etiam esse de mente Ioan. xcvij. distinctione nobilissima . & facit quod ipse idem notat.iiij.quæstio.vltim.capit.quisquis. xxiij.quæst.vlti.capit.sæpe.in gloss.ergo. Idem videtur esse clarè de mente Innocen.Nam licet in capi. ex conquestione. de restitutio.spoliator. opiniones recitat non eligendo.tamen in capitul. cùm olim.de priuilegijs. ad finem.clarè innuit istam partem Ioan.quærens:Vtrum delegatio possit probari per testes vel aliās quàm per literas , seu rescriptum possit delegatus probare suę delegationis potestatem?Et dic quòd non. & hoc antequàm fuerit prębsentatum rescriptum & per ipsum receptum. per capitul. sancimus.xxv. quæstion.ij. sed si post receptionem perdatur : potest probari per testes.alleg.communia iura.Quare hoc esset , nisi quòd iudex delegatus ante receptionem literarum suæ potestatis , non potest vti iurisdictione sibi demandata:& per consequens non potest recipere probationem , quòd iudex est, quia iam exercet iurisdictionem : quod est impossibile. Ad idem bene facit quod idem ipse notat de concessio. prębend. quia cunctis. §. ex parte . vbi tenet, quòd consensus principis committentis & executoris dati debent concurrere antequàm quæratur potestas: quod non videtur esse posse antequàm literas recipiat suæ potestatis: eum ante consensum debeat esse certus de sua potestate,quod non est antequàm recipiat literas suæ potestatis. per præal.capitul.si de beneficio.cum ibi not.per Archidia. de præbend.lib.vj. Item eandem opinionem clarè tenet Host. Sed contrarium videtur innuere Inno.& contrarium tenet

* *Nam quicquid. Nota quòd iurisdictio delegata non quæritur nisi scienti & consentienti. adde Petr. de Suza.& docto. in l.furiosus.ff.de iud. vbi etiam per Angel.*

rium tenet ibi Ioã.de Lig.dominus meus tunc,vt credo cardinalis bellifortis.Postea papa Greg.xj.dicens, præsertim in gratiolis, omnes tenere hanc partem contrariam,quam credo veriorem.& ibi vide quæ scripsi post eum pro solutione ad c.super eo.& ad c.vt debitus.de appel.in præal.c.ex conquestione.& Io.an. ipsum excitat non reprobando eundem tenet clarè Guliel. in Spec.de comper.iudic.adit.§.pe.ante fi.quem Io.an. nedum non reprobat:imò allegat concord. eiusdem opinionis. Pro eo etiam benefacit quod ipse Io.not.de præb.si cui.in ij. resp.in nouel.li.vj. vbi innuit, ꝙ nedum ante præsentationem literarũ:imò post & antequàm sit processum ad aliquid ex actibus requisitis ad perpetuandã iurisdictionem.Res in literis in forma pauperum censetur integra vt expiret per obitum concedentis:quod non posset esse, si ante præsentationem literarum executor posset processum facere,cùm hoc ad perpetuationẽ sufficeret. Sed clarissimè tenet hanc opinionem ipse Io.an.de offi.deleg.quoniam abbas.super j.glo.eandem opi.tenet Arch. de procur.is qui.li.vj.& in cap.si pro pluribus.super.ver. nõ erit.de præb.li.vj. Pro hac opinione facit optimè rex. cũ sua glo.in cle.j.de procur.super.ver. receptis.vbi glo. remittit ad not.de cleri.excom.mini.c. pe.cum sua glo. Concordant Paul.& Guliel.quẽ.s.Gulie.de monte Laudide in cle.constitutionẽ.de elect.& Collect.etiam clarè loquens in executore gratiarũ.qui fuit omnium vltimus & practicus curiæ romanæ dicit,quòd de rigore iuris hæc opinio est tenenda.alleg.ex conquestione.de resti.spoli.& licet non habeam dicta sua.Item Fred.de Senis in executore disputauit istam quæstionẽ,& determinauit pro ista parte.non reperi hanc disputationem: sed in cõsilijs suis consi.xxv.ipsam tenet,& Io.de Lig.idem in reportatis suis de off.deleg.quoniã. & plenius in præalleg decre.ex conquestione. de resti.spo. Vnde non videtur iudicio meo à tam authenticorum virorum opinione,quam nullus glossatorũ reprobauit,recedendum, maximè quia ratione & iurium mente fulcitur.Nec obst. quod allegatur in oppositum: videlicet quòd in istis rescriptis etiam beneficialibus consideretur tempus datæ: 1
& ex ipsius tẽpore habet executor suam potestatẽ:cuius 2
exercitium,cùm non reperiatur iure ligatũ,videtur debere cõcurrere cum eadem.Respõdeo & dico, ꝙ † in rescrip.diuersa tẽpora considerãda sunt. Si enim quęratur de ipsorum rescriptorũ efficacia, quò ad hoc vt possint vel non possint impugnari propter aliquod tacitum vel expressum,fateor ꝙ attenditur tempus datæ:vt pro hac parte allegatũ est. Sed si quæratur de ducendo potestatẽ datã per literam in exercitũ: vt de ipsius potestatis perpetuatione quò ad ipsius iudicis personã attenditur tempus recitationis literarũ.per iura alleg.pro hac parte & bene intellecta per Ioan.mo.suprà in locis per me allegatis:videlicet super rub.c.statutum.de rescript. & ideo præmissa sic concordo,& miror ꝙ scribens non allegauit ad materiã not.in c.eam te.de rescr.& in c.dilectus. 2
de præb.le.ij.per Bar.Hosti.& Pet.de sancto Gemi. & not.per Inno.in c.cùm in iure.de offi.dele. quæ allegantur etiã per Archi.in d.c.fi.de concess.præb. super verb. factam.lib.vj.& per eundẽ pro contraria: sed potius facit pro.de præb.in c.licet.super verb.apud.e.lib.Et optimè per Io.an.in reg.iur.eum qui certus est. imò ibi dicit expresse absurdum esse tenere contrarium:videlicet, valere processum iudicis vel executoris sine literis. Ex quibus nedum recipit exercitiũ iurisdictionis:sed etiam omnimodam suam potestatẽ: vt in ij.q. est deductũ. Ita de plano notat Guliel.de monte. Laud. de rescript. literas.in clementi.

De His quæ fiunt à prælato sine consensu capituli.

SVMMARIVM.

In communi etiam capitulo regularium non potest 1
Abbas maior minuere de iure vnius ecclesiæ sibi subiectæ,nisi ex iusta causa & possessore vacato.

Decisio 1. aliàs 347.

SI Abbas maior etiam in consilio aliàs capitulo generali erigat seu ordinet vnam sacristiam seu custodiã: in aliquo prioratu perpetuo & conuẽtuali à suo monasterio dependente priore non vocato,& statuat huic custodi seu sacristæ de bonis & redditibus dicti prioratus fore prouidendũ ex causa etiam iustissima: huiusmodi erectio siue ordinatio non valet mero iure. Ratio, quia huiusmodi erectio siue ordinatio quantumcunq; iustissima causa subsit,debebat fieri sine præiudicio prioratus. de constitut. capitu.cùm accessisset.& capi.cùm omnes. de consuetu. cap.cùm olim.de eccles.ædifican.capi. ad audientiam. Non enim est decooperiendum vnum altare & cooperiendum aliud.de præbend.cap.cùm causam.tum etiam quia huiusmodi ordinatio est quædam dunẽbratio prioratus:& ideo necessaria fuit prioris vocatio:quæ licet, si fuisset prioratus vnitus alteri dignitati,non fuisset necessaria:tamen si disinembraretur, & pars alteri dignitati applicetur,rector siue defensor ad hoc est vocandus, & & aliæ solennitates iuris sunt seruandæ: aliàs non valet. de rebus eccles.non alienand. capitu. primo. libro sexto.& clementi.vnic.eodem titu.& ibi per Ioan.and. & Paul.

De Rebus ecclesiæ non alienandis.

SVMMARIVM.

In dimembratione aut alienatione rei ecclesiasticæ requiritur rectoris vocatio,causæ & contractus expressio,& aliæ solennitates de quibus in cap.dudum.de reb. eccles.non alie.lib.vj.

EPITOME.

1 *Dimembratio quid sit & quæ requirantur ad hoc vt valeat.*
2 *Vnus quòd rectore non vocato fieri possit.*

Decisio 1. aliàs 229.

QVOD in † dimembratione alicuius ecclesiæ seu bonorũ eiusdem facta per aliquem legatum de latere requiritur rectoris vocatio,causę expressio, causæ veritas, tractatus & alię solennitates iuris.de quibus in capit.xij.q.ij.sine exceptione.& & capi.dudum.de reb.eccles.non alie. li.vj. quia huiusmodi dimembratio est quædam alienatio perpetua rei ecclesiæ in qua requiruntur omnia supradicta. vt iuribus superius allega. Et licet † vnus vnius ecclesiæ possit fieri rectore non vocato:tamen dimembratio siue alienatio partis ipsius ipso vocato fieri non poterit. prout legitur & notatur per Ioann. andr. in clementi.si vna. de reb. eccles.non alienand.super verb.defensor.& ibi ponit rationem diuersitatis. 1 2

De Locato & conducto.

SVMMARIVM.

Locatio facta per prælatum cum consensu sui capituli: aut per inferiorem cum authoritate superioris ex causa legitima & in vtilitatem ecclesiæ transit ad successorem aliàs non, quamuis dicatur per se & successores suos: quinimò & tunc morte locantis extinguitur: nec postea validatur, licet successor statutam receperit pensionem.

EPITOME.

1 *Prælatus quando stare contractui per præcessorem facto.*
2 *Locatio facta per prælatum nomine suo & non ecclesiæ, quòd ipsius morte ipso iure extinguatur.*

Decisio 1. aliàs 232.

SI prælatus locat ad certũ & modicum tẽpus, quod relinquitur arbitrio iudicantis: vt le. & no. in clem. monasteriorũ de re. eccle. non alie. in gl. fi. bona siue fructus prelaturę suæ. valet & tenet huiusmodi locatio etiã sine authoritate superioris & sine consensu capituli sui, ad vitam suam. per c. fin. ne præla. vi. su. & etiam per nota in c. possessionis. xvj. q. j. per Ioan. Et si prælatus fecit eam nomine suo nõ intendens ecclesiam obligare, successor eius non tenetur stare
1 contractui, nec huiusmodi locationẽ obseruare. Si † verò ecclesiæ nomine & vtiliter cõtraxisset seruata debita solẽnitate iuris: tunc successor tenetur stare contractui, & huiusmodi locationẽ obseruare. de solut. c. j. & ibi per Io. Andr. in nouel. xij. q. ij. hoc huius placiti. & c. præcedenti c. Alienationes. vbi de hoc per Io. & Archi. qui dicunt, quòd prælatus vniuersalis successor est: secus verò in singulari: vt per Ber. Inno. & Hostien. in c. fi. superius alle. Et potest esse diuersitatis ratio. quia in primo casu censetur personalis obligatio, quę finitur morte. de preca. c. ij. de dona. inter vi. & vxo. nuper. ff. de vsufruct. l. si vnum Host. in summa tituli, ne prælati vices suas, ponit aliam rationem: quia cùm beneficia sint personalia, cõtractus circa illa habiti personas cõcedentium non excedunt. de præb. nisi. de autho. & vsu pal. ad hoc. In secũdo casu censetur realis, quæ semper durat. de instit. cùm venissent. de transact. veniens. & cap. de cętero. In dubio tamen potius præsumitur personalis quàm realis. prout legitur & notatur in dicto capit. cùm venissent. Et præmissa procedunt in prælato habente administrationem locante bona prælaturæ suæ ob vtilitatem ecclesiæ siue prælaturæ suæ & debita solemnitate seruata: secus verò in præbendario siue simplici beneficiato, qui nunquàm vltra tempus vitæ suæ locare potest præbendam suã, licet super illa agat & defendat. de præben. ca. ij. de pecu. cleri. c. fina. de probat. ex literis. & ibi per Innocen. quia ipse non habet tam liberam administrationẽ præbendę suæ sicut prælatus. de testamen. relatum. & c. requisisti. secundùm Imo. qui hoc not. in d. cap. fi. ne prælat. vices suas. & arg. in c. hoc huius placiti. xij. q. ij. in fine. Sed iuxta præmissam conclusionem fuit dubitatũ de duobus:
2 vtrum locatio † facta per prælatum nomine suo & non nomine ecclesię ipso iure esset extincta per obitũ ipsius. Aliqui domini tenebant q̃ nõ: quia successor, licet non teneretur stare contractui, tamẽ posset, si vellet, imò honestum & decens esset, si tẽpus locationis nondum esset finitũ, & esset facta locatio pro se & successoribus suis, prout ponebatur in facto, quòd locationẽ factam obseruaret, & expectaret finem termini. quia Canon dicit, q̃ successor debet fauorabiliter prosequi, quos nouit suo præcessori fideliter paruisse: vt xij. q. ij. hoc huius placiti. de rescrip. literis. de pact. c. fin. lib. vj. Ecclesia enim in contractibus suis nullam debet fraudẽ adhibere. de donatio. per tuas. nec precarium finitur obitu concedentis: nec ante tempus constitutum, & si sit factum de possessionibus & rebus ecclesiarum reuocatur. de precar. capi. fin. Maior tamen pars tenuit cõtrarium: videlicet quòd contractus locationis extinctus sit ipso iure morte locãtis: quia vltra vitam suam non potuit suum successorem obligare. per iura superius in alia conclusione alle. facit etiam c. fina. de rescrip. lib. vj & c. significauit. de censib. Præterea licet in beneficialibus sit successio: tamen non hæreditaria: quia non succedit in locũ siue titulum primi defuncti: sed ex nouo titulo siue iure. de concessio. præben. c. ij. de institut. c. ad decorem. de iure patro. consuluit. de fil. presby. ad extirpandas. & ideo prælatus nõ succedit vt hæres: nec tenetur seruare omnes contractus initos: maximè inuriliter per præcessorem suum: vt in d. capi. ij. de preca. & in c. significauit. de censib. de pign. c. ij. Præterea licet vsufructuarius sit prelatus in vita: tamen est vsuarius in morte. per. legit. & not. in c. præsenti. de off. ordi. lib. vj. & per Ioan. monach. de reb. eccl. non alienan. hoc consultissimo. eodem libr. sed vsufructus finitur morte. ergo & c. vt in cl. si vna. superius alle. in alia conclusione: vt legit. & nota. in c. cùm constet. de pignor. Item finitur donatio feudi in dote ipso iure per obitum concedentis: vt in c. nuper. de donatio. inter vir. & vxo. par etiam in parem, &c. de electioni. innotuit. & in hanc vltimam conclusionem declinauit reuerendus in Christo pater & dominus: dominus Cardi. Viuarien. quem super hoc consului.

SVMMARIVM.

Pœna legis conductores. C. locati. habet locum in successore locantis, sicut in ipso locante: & successor locatoris recipiendo pensionem rei locatæ, contractum locationis ratificare: videtur. h. d. § iste.

Decisio 2. aliàs 233.

EX præmissis duabus cõclusionibus insurrexit aliud dubium: videlicet vtrum pœna l. conductoris. C. de locat. & conduct. locum habeat in successore locãtis, sicut in ipso locãte: puta successor in casu quo potuit, repetijt rem locatam, & conductor cõtradixit, imò litem susceperit: vtrum habeat locum æstimatio bonorum? Respondebatur per omnes quòd non: maximè si tẽpus locationis nondum fuit finitum, & sit facta locatio pro se & successoribus suis. Et sic fortè poterat habere iustam contradictionis causam, propter quã excusatur à pœna. de loca. c. potuit. Et procedit hæc conclusio, maximè secundùm opinionem dicẽtium, locationem extinctã per obitum ipso iure: nisi successor velit eam ratificare. Sed pone, prælatus locauit certa bona prælaturæ suę ad decẽ annos pro certa annua pensione quam ipse recepit per duos annos in vita sua. Posteà eo mortuo successor suus recepit eam iterum per duos annos. subsequẽter repetit, à conductore prædicta bona. quæritur nunquid potest. Aliqui dixerunt quòd non, quia recipiendo pensionẽ tacitè videtur contractum factum per præcessorem suum ratificare. ar. no. in c. ij. & iij. de his quę fiunt à prela. Nã vt ibi apparet, contractus præsertim temporales & non perpetui tacitè possunt ratificari, & ibi de hoc. & quia decens & honestum est, q̃ successor ratificet & fauorabiliter prosequatur facta sui præcessoris: vt in c. hoc huius placiti. xij. q. ij. & de solu. ca. ij. & ibi per Ioã. And. in nouel. faciunt optimè not. per Spec. titul. de loca. §. nunc aliqua. versi. xxiij. cum quatuor sequentibus. Maior pars tenuit contrarium: quia licet receperit pẽsionem certis temporibus, & pro illo tempore censeatur contractũ ratificasse tacitè pro tempore quo recepit pensionẽ: tamen per hoc nulla censetur pro futuro tẽpore obligatio noua introducta ad hoc alleg. l. emptorem. & l. itè quæritur. §. qui impleto. C. de locat. & conduct. Tum etiam quia contractus semel extinctus, amodo non reuiuiscit de renuntia. cap. ex transmissa. de rescrip. c. quamuis. lib. vj. & clemen. gratiæ. eod. titu. Sed locatio antedicta est extincta per obitum ipsius locantis, vt suprà deductum est in alia conclusione. ergo. Quando autem successor teneatur ratificare gesta per suum prædecessorem, vide Dynum & dominum Ioan. And. post post eum in nouella in regula, ratihabitio. de regul. iur. libr. vj.

SVMMARIVM.

L. quicunque. C. de apochis publicis li. x. locum habet non solùm in censu tributario: sed etiam in emphitheoticario.

Decisio 3. aliàs 304.

LEx quicunque. C. de apochis publicis. li. x. nedũ habet locum in censu tributario: sed in quocũque alio etiam emphitheoticario. prout not. Specul. titul. de loca. §. nunc aliqua. versi. xxvij. & ij. sequent. Hostien. in summa eod. titu. §. hoc quoque notandum.

De Rerum permutatione.

SVMMARIVM.

Beneficia reseruata & ex causa permutatiõis resignata in manibus ordinarij verè vacant: sed per ipsum ordinarium conferri non possunt. Ratio, quia per talem reseruationem papa ad se ordinationem dictorum beneficiorum aduocauit, ergo eorum dispositio est quibuscunque alijs inferioribus interdicta.

EPITO

EPITOME.

1 *Reſernata beneficia etiam ex cauſa permutationis per ordinarium conferri minimè poſſunt.*

2 *Permutantes ſua beneficia an poſſint ad illa propria authoritate redire.*

3 *Collatio non eſt in beneficiorum eccleſiaſticorum permutatione neceſſaria.*

4 *Reſignatio beneficij reſeruati etiam ex cauſa permutationis facta, veram vacationem inducit.*

5 *Beneficia generaliter reſeruata, non poſſunt niſi per papam conferri.*

6 *Beneficia per papam reſeruata an poſſint permutari.*

7 *Optio non habet locum in beneficijs reſeruatis.*

8 *Optio an locum habeat in beneficijs deuolutis ad papam per negligentiam inferiorum.*

9 *Beneficium putatiuũ an per mortem occupãtis vacare dicatur.*

Deciſio 1. *alias* 23.

1 *Beneficia. vi x de inſra in an. de renunc. circa me. deci. 14.*

REVIT dubitatum vtrum † beneficia * reſeruata per papam reſignata in manibus epiſcopi vacent, & per ipſum conferri poſſint. & ſi nõ, vtrũ permutãtes poſſint adſua beneficia † propria authoritate redire. & ſic ſunt tria dubia. In primo caſu videbatur aliquibus quòd non. per nota. per Ioan. mona. in c. vnico de rerum permut. lib. vj. ſuper verb. fraude. in q. ſed quæro. vbi videtur dicere, quòd in permutationibus non eſt vera vacatio fictione iuris. ſed eſt quædam continuatio iuris præcedentis miniſterio præſidentis. alleg. tres leges & vnam decre. & fi. decre. licet. eod. tit. lib. vj. quæ decre. magis facit contra eum quàm pro eo, dum dicit ibi, reſignent. per quam reſignationem beneficia verè vacant: ſaltem quò ad ipſos reſignãtes. quia per eam amittunt tam proprietatem quàm poſſeſſionem. prout leg. & not. in c. admonet. c. quod in dubijs. & c. ſuper hoc. de renunt. facit c. quia periculoſum. vij. quæſtio. j. ad quod Ioan. mona. nitebatur reſpondere dicens, prædictum verbum, reſignent. poſitum in dict. deciſio. licet. quia non eſt propriè reſignatio: ſed totum poteſtati ſuperioris reſeruatur, qui transfert perſonas de loco ad locum: vt in c. quæſitum. de rerum permu. volens innuere,

3 quòd † in permutationibus non ſit neceſſaria collatio: ſed eſt eſt quædam perſonarũ tranſlatio. Præterea vno prohibito omne cenſetur prohibitum per quod deuenitur ad illud. per l. oratio. ff. de ſpon. ſed propter reſeruationem inhibetur & irritatur collatio: vt in c. ſi eo tempore. de elect. lib. vj. ergo & reſignatio. Ad quod vltimũ reſpondebatur, quòd licet reſeruatio beneficij impediat collationem ipſius: vt in capitu. ſi eo tempore. & in capi. vt noſtrum. de appellatio. tamen nõ impedit reſignationem. Ratio. quia nõ arctat nec impedit reſignationem: ſed conferentem, prout apparet per verba reſeruationis: & ideo in hoc primo dubio fuit concluſum per omnes

4 dominos concorditer, quòd † reſignatio beneficij reſeruati etiam ex cauſa permutationis facta veram vacationem inducit. Ratio: quia ipſam debet ſequi vera collatio & inſtitutio: vt in capitu. vn. de rerum permuta. lib. vj. & melius in clementi. vnic. eodem titu. in fin. quæ fieri non poſſet de beneficio non vacan. de conceſſio. præbend. nulla. & capitu. j. ergo vera vacatio. quod etiam notat glo. in capitu. ſi propter tua debita. ſuper verbo, vacabunt. de reſcript. libr. vj. In ſecundo dubio videlicet vtrũ epiſcopi admittendo renuntiationes huiuſmodi reſeruatorum beneficiorum reſignatorum valeant ea permutantibus conferre. & videtur quòd ſic. per dicta iura: videlicet capitu. quæſitum. & capitu. licet. & clemen. vnic. de rerum permutatio. per quæ iura arctatur epiſcopus ad conferendum duntaxat permutantibus, & non alijs. ergo, & c. quod eſt verum in non reſeruatis: ſecus verò in reſeruatis per papam. quæ etiam non poſſunt optari vigore conſuetudinis: de qua in capitu. final. de conſuetu. libr. vj. nec per executorẽ ſiue legatum conferri. de præbend. capitu. dudum. eodem libr. Ratio. quia reſeruatio papæ afficit beneficium ſuper & de quo ſit. & inficit totum quicquid diſponitur in contrarium. ergo aufert poteſtatem conferendi & omnem modum diſponendi circa id de quo agitur: vt in capitu. fina. & capitu. ſi eo tempore de electio. lib. vj. & de præbend. capitu. ij. & capitu. dudum. eod. libr. breuiter pro dicta concluſione eſt hodie extrauagans Benedicti. xij. quæ incipit, dudum. vbi

5 expreſsè diſponitur, quòd beneficia † generaliter reſeruata: puta per aſſecutionem vel munus conſecrationis impendendum, & c. non poſſunt impetrari nec per aliquem conferri niſi per papam. Recurrant ergo iſti reſignantes ad papam pro permutatione perficienda & collatione eis facienda: prout conſulit & concludit Fre. de Senis in tractatu ſuo de rerum permutat. quæſtio. xxx. in quo quidem tractatu etiam tenet expreſsè, quòd beneficia reſignantium etiam ex cauſa permutationis in curia: in manibus epiſcopi ibidem degentis antea etiam non reſeruata ſolus papa conferet, & non epiſcopus. Ratio. quia huiuſmodi beneficia vacant per reſignationem factam in curia. de quibus beneficijs papa ſibi reſeruauit diſpoſitionem: vt in c. ij. de præb. lib. vj.

SVMMARIVM.

Ad beneficia reſignata permutationis cauſa reſignantes propria authoritate redire non poſſunt. h. d. iſte verſiculus.

In tertio dubio: videlicet vbi dicti reſignantes nollent ire ad papam pro permutatione fienda: ſed vnuſquiſque vellet habere recurſum ad ſuum beneficium. Quæritur vtrum poterunt. Dominus Fred. de Senis in tractatu ſuo de rerum permut. quæſtio. viij. & Ioan. Andr. in capitu. licet. de re permuta. lib. vj. in nouella. Et dominus Alexander de Nargentillo ibidem in reperitione ſua. tenent quòd ſic de æquitate, per rationem. capitu. ſi beneficia. de præbend. lib. vj. & per nota. ibidem per Archidiaconum ſuper verbo, libere. iuncto eo quod notat. per Ioan. And. eod. tit. licet ij. ſuper verbo, eodem. vbi dicunt ꝙ etiam propria auctoritate redire poterunt: quia ſine culpa fuerunt, ex quo reſeruationem ignorabant. ergo puniri non debẽt. de conſti. c. ij. cũ ſi. facit æquitas per quã vitatur circuitus incõmoditatis ac beneficiorũ inculcatio. ar. cle. auditor. de reſcrip. tollitur occaſio expenſarũ, & laborũ quibus ſemper de iure eſt parcendũ. de do. & contu. c. finẽ. de of. ord. c. vt litigãtes. li. vj. Et quia ob vtilitatem eccleſiarũ non perſonarũ iuriſq; beneficio id fecit ideoq; laqueus ſibi inijciendus nõ videtur. xxviij. q. j. de viduis. iuriſq; occaſio ad diſpendiũ trahi nõ debet. ff. de vſuca. pro emp. l. eũ qui. de priuile. c. ꝙ nonnulli. Quibus nõ obſtat determinatũ contrarium, de qua etiã infra in concluſione. lx. Et eſt ratio. quia cùm beneficiũ verè vacauerit per reſignationẽ, vt probatum eſt ſuprà in primo caſu, ſine dubio recuperari ſiue rehaberi nõ poterit ſine noua collatione. Nã beneficium vacans eccleſiaſticũ ſine canonica inſtitutione per eũ qui in eo ius nõ habet, vel ſi ius habuit, illudq; per priuationẽ ſiue liberam reſignationẽ perdidit, recuperari non põt: vt in c. ex frequẽtibus. de inſti. & de reg. iur. c. j. li. vj. Probatur hoc etiã in cle. vnic. in fi. qui quidem rigor iuris cõmunis ſcriptus æquitati prędictę allegatę per dictos do. meritò eſt prę ferendus: vt not. Cyn. in l. placuit. C. de iud. per Guliel. de mõte lau. in cle. quamuis. de appel. & plenius per dominum & patrem meum & dominum Ioann de Ligna. in c. quæſitum. de re. permu. in quæſtione materiæ noſtrę:

6 videlicet vtrũ beneficia † reſeruata generaliter vel ſpecialiter per papam valeant permutari. In qua quęſtione reſpondendo cuidam obiectioni quæ fit de æquitate c. licet. de re. permu. li. vj. tractat pulchrè quando æquitas præferetur rigori, & econtra. Item cùm per liberã reſignationẽ permutans in eo beneficio ius verè perdidit: vt in c. quàm periculoſum. vij. q. j. & nota. in c. admonet. & c. ꝙ in dubijs. de renun. Aut ius aliquod poſitiuum ſibi illud ius reſtituit, & hoc non reperitur in toto corpore iuris: quia ſi illud reperiretur nõ eſſet quęſtio: aut collatio ſuperioris, & ſic habemus propoſitũ. & ꝙ collatio ſuperioris ſit neceſſaria, vt probatũ eſt ſuprà clarè in ſecũdo dubio. ergo. Et per hoc poſſet reſpõderi ad c. ſi beneficia. quia ibi æquitas eſt ſcripta quę prefertur etiã rigori iuris ſcripto. prout no. doct. vbi ſuprà. Sed in caſu noſtro nõ reperitur hęc æquitas ſcripta. ergo ſtandũ erit iuris rigori ſcripto. Poſſet etiam alio modo reſponderi ad c. ſi

beneficia,quod idem esset dicendum in casu illo,sicut in casu nostro non obstãte opinione Arch. Nam tutius est secundùm Io.An.ibidem ℘ in casu illius decre. quis authoritate superioris ad beneficia sua dimissa reuertatur: quàm propria,propter pœnam c.eum qui.de præben.li.vj.Cuius consilium est iuridicum & optimum, illudq; seruat palatium in beneficijs occupatis:secus verò de vacantibus de iure & de facto: quia tunc procedit opinio Arch.& sic ad concordiam prædicti doctores reducuntur,quod expedit.de elect.c.cùm expediat.lib.vj.

ADDITIO.

Scilicet ff.de consti.pecu.l.& licet.ff.de diuor.l.diuortium:& de iure do.l.quod dicitur.§.miles.ad finem.

ALIA ADDITIO.

Scilicet,capitu.quæsitum.de rerum permuta.

ALIA ADDITIO.

7 In beneficijs † reseruatis nõ habet locum optio secũdùm consuetudinem. An autem habeat locum in beneficijs vacantibus ex causa permutationis,vide plenè per d. Pe.in c.quæsitum.de rerum permu.in vlti.quæstio. sui tractatus,vbi concludit,℘ non possint optari. Et an talis consuetudo præiudicet impetrantibus apostolicis vide decisionem.ij.de consue.in antiquis,vbi dicitur quòd non.& ista fuit communis opinio Rotæ.

ALIA ADDITIO.

8 Verum in beneficijs † deuolutis ad papam per negligentiam inferiorum habeat locum optio.Io.An.in c.fi. de consue.super verbo,vacantibus.lib.vj. tenet quod sic. quòd mihi videtur mirabile:cùm talis deuolutio fieri nõ possit nisi per anni spatium:vt in c.licet.de sup.neg.prela.c.ij.de concess.præben.& optio fieri debeat infra. xx. dies:vt in dict.cap.fina.sed ista se non compatiuntur,maximè quia tempus optionis currit à tempore scientiæ: vt not.glo.antepenul.in clemen.j.de concess. præb. nec iuuat si dicatur,℘ toto anno optans potuit ignorare, & tamen deuolutio facta erat:quia tempus currit à tempore vacationis notæ in ecclesia:vt in dict.glo.antepenult. quo casu posita ignorantia apud ecclesiam deuolutioni locus non esset.cogitabis.

ALIA ADDITIO.

Subaudi & puram & liberam:vt not.Fred.in suo tractatu in v.quæst.& idem do.Pet.de Perusio in c. quæsitum.de rerum permutatio.

ALIA ADDITIO.

Dicit abbas in c.inter cætera.de præb.℘ non dicitur vacare beneficium simpliciter propter renuntiationem factam animo permutandi,quod est notabile, si est verũ cogita.Sed contrarium videtur tenere vna decisio in antiquis quæ incipit.Item oriebatur aliud dubium.

ALIA ADDITIO.

De hoc vide latius per d.Pet.de Perus.in suo tractatu permutationum quem composuit in c.quæsitum.de re. permu.in secundo principali quæsito.q.j.ij.& iij.

ALIA ADDITIO.

9 Sed hîc restat dubium, † si permutantes credentes permutationem tenere quæ fuit nulla, administrent in beneficijs permutatis,& postea moriuntur,post quorum mortẽ apparet ℘ collatio facta ex causa permutationis nõ valuit an dicta beneficia censeãtur vacare per mortẽ an per renuntiationem? Et hoc est etiam vtile scire propter e.susceptum.de rescript.libr.vj.& videtur quod vacent per renuntiationem:quia tenuit renuntiatio.collatio verò sequens,quia fuit nulla, non fecit illos permutantes rectores ecclesiarum:& sic remãserunt beneficia in eo statu in quo erant post renuntiationẽ.non ergo.potest dici ℘ vacent per mortem eorum, ex quo titulum non habebant in beneficijs:sed videtur ℘ vacẽt per mortem,quia illa renuntiatio facta fuit sub conditione tacita vel expressa,saltem ob causam quæ nõ fuit secuta vel impleta.& sic cùm permutatio non fuerit perfecta ante mortem,perinde est ac si nihil factum fuerit.& hęc opinio placet Io.An.in d.c.unic.de re.permuta.lib.vj.Quidam dicunt ℘ aut permutãtibus nulla potuit culpa asscribi:& tunc talia beneficia morte dicuntur vacare. si autem eis potest asscribi culpa,quia sciebãt causam permutationis prohibitæ * tunc nec morte nec renuntiatione vacant:sed iuris dispositione per iuris priuationẽ,scilicet à iure inductam.per c.eum qui.de præben.lib.vj. Dicat secundùm d.Petr. de Perusio quòd vbi permutantes ad eorum beneficia authoritate propria redierunt, eo casu quo poterat tunc,quia non titulus redit ad titulũ, ex dispositione iuris dicant beneficia per mortem vacare:sed vbi permutantes ad eorum beneficia non potuerunt redire,quia eis potuisset culpa ascribi in permutatione facta:tunc talia beneficia vacent per renuntiationem,quia legitima præcesit renuntiatio:non autẽ vacent morte, quia non habent titulum in eis. Et adde hîc quod not. Io.de Lig.in c.quæsitum.de rerum permu.ver.sed qualiter dicuntur.& per Frede.in suo tractatu quęstione vj.

* Aliàs prohibitam.

SVMMARIVM.

Resignanti beneficium ex causa permutationis non competit interdictum vnde vi, nec conditio canonis reintegranda.

Decisio 2. aliàs 62.

PErmutanti * nõ competit interdictum vnde vi, nec conditio ex canone, reintegranda. obstante sibi renuntiatione voluntaria per quam amisit possessionem.iuxta not.per Inno.in c. super hoc.de renuntiatio. facit c.excepta.de restit.spoliat.

* Permutanti. Addit. anon. de

SVMMARIVM.

Permutanti beneficium datur regressus ad suum beneficium, quod cum duobus permutauit vno tantum illorum euicto.

Decisio 3. aliàs 63.

SI quis permutauerit vnum beneficium pro duobus, quod potest.iuxta not.in c.cùm venerabilis.de exce. & de rerum permu.c.vn.li.vj. si vnũ euincatur tanquam reseruatum,& aliud dimittit vel dimittere velit: potest petere vel habere regressum ad suũ primum beneficium:authoritate tamen superioris,& est opus noua collatione.argu.in ratione c.si beneficia. de præb.lib.vj. & c.inter cæteras.eod.titu. & c.vniuersorum. de rerum permu.vide melius suprà in conclusione.j.in eod.tit.

SVMMARIVM.

Petenti beneficium ex causa permutationis sufficit probare compermutantẽ pro tali habitum: cuius titulus si impugnetur,onus probandi incumbit impugnanti.

Decisio 4. aliàs 109.

AGenti & petẽti beneficium ex causa permutationis sufficit probare compermutantẽ habitum & reputatum pro tali, &c. & in pacifica possessione illius beneficij permutati fuisse,etiam si titulus illius cõpermutantis impugnetur, cui impugnanti incũbit probatio, non obstante clausula in literis permutantium in fine posita:quia de iure communi cẽsetur subintellecta: vt le.& not.de excep.cap.cùm venerabilis. & de rerum permu.capitu.licet.lib.vj.Ex superabundanti & ad maiorem expressionem ponitur: & ideo sicut impetrãs beneficium vacans per obitum nõ tenetur plenè docere de titulo sui prædecessoris decedentis: ita nec impetrans per resignationem.argu.not.per Innoc.& Host.de præsump.c.illud.& de eo qui fur.or.re.c.innotuit.

SVMMARIVM.

Permutatio facta per ordinariũ de beneficio patroni laici eo contẽpto non est nulla ipso iure,sed annullanda.

Decisio 5. aliàs 307.

PErmutatio * facta per ordinarium de beneficio spectante ad præsentationem laici ipso contempto & non vocato nõ est nulla ipso iure,sed annullanda per sententiam:si ipse cõtemptum suum infra tempus quod præsentare debuit & potuit prosequatur,secundùm dominum Fed.de Sen.in tractatu suo.de rerum permu.q. xxx.& Alex.de Lancilla.in repeti.sine commento c.licet.de rerum permuta.libr.vj. in quarta parte q.xvj.alleg.c.quod sicut.de elect.c.ea noscitur. de his quæ fiũt à præla.in quibus contemptus capituli non reddit actum nullum,sed annullandum,secundùm expositionem Hostien.& Ioan.Andr.super ver.conuenit.alleg.etiam cap. cùm in ecclesijs.de præbend.libr.vj. Pro ratione allegat dominus Frede.dictum Pauli in cle.vnic.de rerum permuta.dicentis,quòd consensus istorum vocãdorum quorum interest,potest interuenire antè & post.& dicit sic,

* Permutatio. Addit. sua.

dans per

dans per hoc intelligere, quòd non sit nulla sed annullanda. Nam si esset nulla: ratificari non posset. per cap. audi tis. de electio. cum similibus. Dominus Alexãder alleg. aliam rationem: quia iste actus authorizandi permutationem principaliter dependet ab episcopo: vt in c. quęsitum. de rerum permuta. & nota in clemen. vnica eod. titu. & licet debeant hunc actum facere de consensu capituli vel patroni: nõ tamen illa est nulla eo ipso etiam si ad ipsum non spectat collatio, cùm non sit omninò de fectus ex parte facientis, licet malè faciat conueniendo illos quorum interest: vt in dict. c. quod sicut. & in c. cùm in ecclesijs. Quod autem sufficiat consensus illorum cõ-
2 remptorum ex post facto, inducit ipse illud quod superius in eadem repetitione dixit in parte prima. vij. q. sci licet, quòd possum habere duo beneficia de iure: & tamẽ episcopus potest me altero priuare, nisi mecum fuerit dispensatũ. quæ si ex post facto interueniat: sufficit, vt ibi declarat inducit pro hoc not. per Ioann. Andr. in capitu. licet canon. de electio. libr. vj. super glo. penulti. & nota per eundem. de institu. cap. ij. libr. vj. Melius faciunt not. Innocen. & Ioann. monach. & Ioan. Andr. in cap. j. de rebus ecclesia non alienan. eod. libr. Facit ratio secundùm eum. quia licet iste consensus non interueniat in limitibus permutationis: non tamen cauetur iure quòd nõ possit postea interuenire: imò cauetur expresse cõtrarium, videlicet sufficere superuenientem consensum: vt in d. c. quòd sicut. & in c ij. de his quæ fi. à præla. & ca. ex ore. Vnde licet illud quod ab initio non valet non firmetur ex tractu temporis: tamen ex nouo interueniente consensu bene firmatur: vt no. in dicta regula, non firmatur de regu. iur. libr. vj. Respondet ad omnia contraria tam canonum quàm docto. & præsertim ad ca. decernimus. xv. q. vij. quod est clauis in hac materia. videlicet irrita est episcoporum collatio facta de beneficio spectante ad præsentationem * laici ipso contempto & irrequisito. dicens illud c. loqui in eo casu quo patronus debet requiri, & in quo episcopus non habet collationem: sed in permutatione secus, licet cum alio. Vel potest aliter respon deri: videlicet q̃ c. decernimus. loquitur in collatiõe voluntaria: casus autem noster in necessaria. per clementi. vnicam de re. permut. Dicit etiam dominus Alexander vbi suprà dominum Lapum qui fecit plures additiones ad dicta domini Frede. in dictam partem declinasse, & 3
induxisse quòd sit annullanda. per capitu. per vestras. de iure patro. & de elect. c. nemo. & quod ibi nota. lib. vj. Si verò secũdùm Lapum illi quorum interest permutationi contradicunt, vel non consentiunt: tunc secundùm eũ est nulla. allega. clemen. ne in agro. §. ad hoc. de sta. monach. quod dictum intelligo, si ex aliqua causa rationabili contradicunt, & infra tempus à iure statutum: aliàs non obstante eorum contradictione permutatio potest & debet expediri, cùm eorum nõ interest impedire eam sine causa: quia præsentare non possunt. per clemẽ. vnic. supradictam. de consensu tene dictum Pauli: videlicet q̃ sufficit eorum consensus ante vel post: tacitus vel expressus. per rationes antedictas.

Præsentationem. Do. Felyfecit elegantẽ tractatũ, quã do litera apostolica nocebit iuri patroni laici, qui tractatus est in 3. vol. suorũ commentariorum quem diligenter percurre. quia optimus est, & habebis plenã notitiam iuris patronatus.

SVMMARIVM.

Renuntiationum receptio est iurisdictionis: ideo faciendа est in manibus illius, qui potest inuitum deponere, & tunc perdit titulum & possessionem: valet tamen facta in manibus capituli sede vacante. h. d. Vel sic. Capitulum sede vacante simpliciter beneficij ad episcopum pertinentis recipere potest.

EPITOME.

1 *Resignatio beneficij qualiter & in cuius manibus sit faciẽda.*
2 *Visitator datus ab alio quam à Romano pontifice ecclesiæ vacanti an possit dare licentiam transeundi ad aliã ecclesiam.*
3 *Capitulum an sede vacante possit dare licentiam transeundi de vna ecclesia ad aliam.*

Decisio 6. aliàs 311.

1 FVit dubitatum vtrum † capitulum sede vacãte posset recipere resignationem * simpliciter in manibus eorum factam alicuius beneficij spectant. ad institutionẽ episcopi defuncti. In quo dubio domini erant varij & diuersi. Aliqui domini declinauerunt in partem negatiuam. mouebãtur: quia licet capitulum sede vacante posit confirmare electos: vt in c. cùm olim. de maio. & obedien. & instituere præsentatos, de insti. c. j. libr. vj. & alia facere sede vacante quæ sunt necessariæ iurisdictionis, quæ recitantur per Ioan. An. in nouel. de maio. & obe. c. vnic. li. vj. tamen ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non cadunt in capitulum sede vacãte. prout deducit Io. mo. in c. fi. de supp. neg. præla. li. vj. & ar. eo. ẽi. si episcopus. & Io. An. in cle. j. de hæreti. super verb. capituli. At recipere resignationem est iurisdictionis voluntarię: quia capitulum potest eam admittere vel non admittere ex causa. prout le. & no. in c. admonet. de renunt. ergo &c. Præterea visitator † datus ab alio quã à Romano pontifice ecclesia vacante non potest dare licentiam transeundi alicui ad aliam ecclesiam: vt notant antiqui doctor. Io. & Laurẽ. lxxj. di. fraternitatem. ergo nec capitulum vacante ecclesia poterit hoc, cùm ibi sit quædam alienatio personæ, quæ maior est quam rei. xj. q. j. præcipimus. & prohibita etiam legitimo administratore per papam deputato. de elect. is cui. libr. vj. not. hoc etiam idem Io. An. in ca. fi. superius alle. de sup. neg. prę. in nouella super. ver. legitimã. & Io. mo. in ca. vn. de ma. & obe. Maior pars dominorum declinauit in partem cõtrariam: scilicet affirmatiuam, quòd possit capitulum sẽ de vacante resignationem huiusmodi admittere: quia hoc est iurisdictionis, cùm in manibus illius sit resignatio faciẽda ad quem pertinet institutio & destitutio, & non in manibus collatoris: prout leg. & not. in d. c. admonet. & c. quod in dubijs. eod. tit. vbi dicit Inno. resignationem faciendam in manibus illius, qui possit inuitum destituere. Cùm igitur capitulum sede vacante possit priuare quem beneficio suo propter crimen vel aliam causam iustam. ergo & resignationẽ ipsius recipere potest præsertim ex causa legitima factam. de quo in c. nisi cùm pridẽ. de renun. quemadmodum resignationẽ ex causa permutationis factã in manibus eorum sede vacãte de beneficio ad tertium, & nõ ad episcopum spectante admittere potest: & huiusmodi permutationem authorizare. quod procedit in beneficijs quorũ collatio ad episcopum & capitulum simul pertinet. prout legi. & not. per Io. An. in cle. vnic. de re. permuta. & per Pau. de hæreti. in cle. j. & per hoc cessat & nõ videtur vera illorũ antiquorũ docto. opinio superius recitata, q̃ capitulum
3 † sede vacante nõ posset dare licentiã transeundi de vna ecclesia ad aliam. præterea cùm ad instituentẽ & non cõferentem beneficiũ pertineat huiusmodi resignationis admissio, vt suprà deductũ est. At in casu nostro non ad collationem sed ad institutionẽ pertinebat episcopi defuncti beneficiũ, de cuius resignatione tractamus, quã in stitutionem põt facere capitulum se. va. vt in c. j. de institu. li. vj. ergo & accessoriũ eius, quod ad institutionẽ spectat, etiã facere põt: cui enim permittitur principale: & accessorium. de regu. iur. accessorium. & c. cui maius. li. vj. & videtur mihi optimè facere prædictum ca. j. de institu. libr. vj. pro hac opinione: quia ibi nedum permittitur præsentatorum institutio sede vacante capitulo: sed ipsorum admissio, quæ est ipsius institutionis præambulum. Siue igitur dicamus prædictam resignationem præambulam siue accessoriam ad ipsam institutionem faciendam: crederem q̃ ex quo conceditur eis institutio ergo & resignationis admissio, per quam deuenitur ad illam. ff. de spon. l. oratio. de except. cap. cum inter. cum similibus. Ponamus igitur quòd fieret huiusmodi resignatio sede vacante coram capitulo, & capitulum taceret eam: sed patronus illius beneficij resignati alium præsentaret capitulo, illumq̃; capitulum admitteret & institueret: nunquid valeret huiusmodi institutio? Crederem quòd sic. quia instituẽdo videtur tacitè renuntiationẽ admisisse. ar. eorũ quę le. & no. in c. ex ore. de his quę fiũt à ma. par. ca. Tum etiã quia ille ex quo renũtiauit beneficium suũ in manib. illius qui potuit ipsum inuitũ destituere, per illam nedum perdidit possessionẽ sed etiã titulum & proprietatẽ: prout le. & no. per Inn. in d. c. admonet. & c. q̃ in dubijs. & c. per hoc. de renun. Tum etiã quia faciẽdo & permittendo aliũ instituere: videtur suã renuntiationẽ & factũ capituli approbare & ratificare. no. in d. c. ex ore. per Host. & Arch. in cañ. si q. s. liiij. dist.

Resignationẽ recipi. Adde declarationẽ huius decisionis an. s. ca pitulum sede vacante possit recipere resignationẽ beneficiorum adde Fel. in d. ca. cũ olim. de maio. & obe. in iiij. col. ver. ad vj. nu. vij.

SVMMARIVM.

Capitulum non potest præscribere sede vacante resignationem beneficiorum ad episcopum spectãtium. Et procedit hoc summarium secundum opi.illorum qui tenent, ꝙ capitulum sede vacante renuntiationem beneficiorum pertinentium ad episcopum recipere nõ possit. Sed secundùm veram opinionem, ꝙ recipere possit summarium istud & dubium hîc formatum non procedit.

Decisio 7. aliâs 312.

EX hoc insurrexit aliud dubium suppositа prima opinione pro vera: videlicet, quòd capitulum se. vacante iure cõmuni non posset huiusmodi resignationẽ recipere: vtrum capitulum posset hoc præscribere? In hoc etiam domini erant varij. Aliqui dicebant quod sic: cùm illud sit iurisdictionis, & omnia iurisdictionalia sunt præscriptibilia. vt de præscriptio. capitu. auditis. & capitu. cùm olim. Præterea ex consuetudine vel priuilegio aliquibus principibus sede vacan. competit iurisdictio siue administratio temporalium vt in multis ecclesijs Gallicanis: prout recitant Ioann. monach. & Ioann. Andr. in nouella & Innocent. post eum de maiorita. & obedien. capitu. vn. libro sexto, & facit pro hoc. capitu. generali. de electio. eodem libr. certis etiam dignitatibus cõpetit ex speciali iure administratio spiritualium, vt dicit ibidem Ioannes Andr. in nouella remittens ad nota. de offiç. delegat. per eum. in capitu. penultim. super glo. aduertere. libro sexto. Multò fortius potest hoc cõpetere capitulo ex legitima præscriptione: cùm ipsi sint pars corporis & episcopi membra. de his quę fiunt à prę lat. capitu. nouit. & capitu. quanto. Pro hac parte facit glo. in capitu. sicut nobis. de symo. super verb. ad collationem. in fine. Maior pars tenuit & dicebat cõtrarium quia vacante ecclesia non currit præscriptio * nec potest incipere tunc ergo nec mediare nec finire: quia caret legitimo defensore. argument. eorum quæ leguntur. & notan. in capitu. j. & capitu. de quarta. de præscript. Ad illud quod allegatur pro contrario de inferiore, siue alijs prælatis præscribentibus administrationem spiritualem sede vacante, posset responderi, quòd illi præscribũt huiusmodi administratione contra capitulum, ad quod de iure communi spectat in temporalibus & spiritualibus legitima administratio sede vacante verèvel fictè: vt in capitu. si episcopus. de sup. negl. prælator. vel contra metropolitan. prout nota. Ioan. And. in dicto capitu. j. de præscript. super vltima glos. in nouella. Simili modo respondetur ad glo. Bern. superius allega. in c. sicut.

* *Non currit præscrip. Idem tenet do. abb. Sicul. in ca. ex transmissa. de præscrip. in ij. col. in ver. tertius casus. & Fely. ibi trãsit cũ do. abba. in ver. in quantũ vero. ponit ab hîc col. 3. nu. 13. fo. 41.*

SVMMARIVM.

Qui papæ obtulit se dimissurum beneficium post alterius assecutionem: si papa reseruauit sibi beneficia vacãtia per assecutionem, an possit beneficiũ sic oblatum tacito de oblatione permutare?

Decisio 8. aliâs 454.

PApa reseruauit beneficia vacantia per assecutionem alterius beneficij authoritate apostolica obtinendi. Hoc suppositо quidam impetrauit gratiam ad collationem talis episcopi, &c. Et obtulit se dimissurum vnum quod tempore impetrationis obtinebat, cùm virtute dictæ gratiæ foret aliquod beneficium pacificè assecutus. Modo vult permutare illud beneficium, quod obtinet, & quod obtulit se dimissurum. quæritur an possit illud permutare vel coram ordinario vel coram papa tacito de præmissa oblatione dimissionis faciendæ per assecutionem: Quod potest permutare etiam de hoc nõ facta mentione facit: quia habet ius in beneficio. igitur per renuntiationem factam ex causa permutationis vacabit, & poterit alteri conferri. sed eo permutato virtute gratiæ suę non poterit assequi beneficium aliud, cùm non possit implere quod obtulit papę dimissurum, quod tunc tenebat: quia ex quo illud permutauerit, non poterit illud vlterius dimittere, vt papa illud conferret: quasi inter eum & papam fuerit quædam conuentio inita, do tibi seu facio tibi istam gratiam, vt beneficium dimittas quod habes. & ideo cùm ille impetrans non possit conuentionem ex parte sua adimplere, non poterit gaudere gratia papæ: præsertim ex quo per eum stat quo minus possit implere: maximè etiã si ipse possit illudere papę, qui voluit de illo quod obtulerat se dimissurũ liberè disponere. Item posset esse pluralis in beneficijs contra intentionem papæ, qui noluit esse eum pluralẽ: & ideo voluit quàm primo obtentum dimittere teneretur, quod post permutationẽ de illo beneficio factã amodo facere non potest, & aliud obtentum ex causa permutationis: quia papa non affecit, nec suæ dispositioni reseruauit. si retinere posset cũ obtinendo virtute suæ gratiæ, si aliâs esset compatibile cum eodẽ, & sic illusus obtineret plura beneficia contra eius mentẽ & voluntatẽ. Alij dicunt quòd valet permutatio: sed obtẽtum ex causa permutationis, quod est loco alterius surrogatum, dimittere tenebitur: sicut tenebatur dimittere oblatum. & de isto surrogato tanquã de reseruato papa disponere poterit: sicut de illo quod obtulit. quia quod surrogatur loco alterius, vicè illius fungitur. l. si donatę. ff. de dona. int. vi. & vxo. & arg. l. eum qui. §. iniuriarũ. ff. si quis cau. Alij dicunt ꝙ nõ valet permutatio in effectu. quia licet teneat de præsenti: resolueretur tamen in euentũ quod virtute gratiæ prædictæ impetrans illud beneficium assequeretur: quia tunc purificabitur conditio dictę obligationis de dimittendo, & causa reseruationis papæ de eodẽ beneficio dimittendo in euẽtum, & sic retrotractione facta apparebit retro illud beneficium fore reseruatũ, & subiacuisse reseruationi: igitur consequenter ipsum potuisse hoc tacito papæ liberè permutasse. ar. authen. ref. C. cõmu. de leg. & l. potior. qui sub conditione. ff. qui pot. in pignor. maximè attenta clausula volumus. circa quã papa communiter apponit in litera permutationis, per quã appareat quòd non vult maius vel aliud ius quæri ei cum quo fit permutatio, quàm cõpeteret permutanti. Nec obst. si dicas talem retrotractionem non posse fieri, postquã in permutatione fuerit alteri ius interim quæsitum. ar. de rescrip. c. quãuis. & c. si pro te. de rescrip. libr. vj. quia ibi scilicet in c. quãuis. non est aliqua ratio faciendа retrotractionis in præiudicium, cui interim fuit ius quæsitũ: quia ille illud obtinuit authoritate eius sub cuius iurisdictione erat ius distribuere: vt in d. c. si pro te. & fuit ius quæsitum alteri pẽden. cõditione vel euentu eius authoritate qui poterat primã commissionẽ conditionalẽ reuocare: vt not. in d. c. super ver. si ad id. hîc secus: quia iste permutans non poterat reuocare oblationem quã de dimittendo fecerat papæ, nec papa expediendo permutationem de hoc fuit certificatus, & sic expeditio permutationis fuerat surreptitia suo nũc retro, apparet fuisse. vide hîc aliã decisionẽ suprà quæ incipit. Item si mãdetur. & aliam quę incipit. Itẽ tu obtines præbendam, &c.

SVMMARIVM.

Habens gratiam à papa prædecessore, qui acceptauit beneficium, præfertur habenti gratiam à successore, qui etiam illud acceptauit.

Decisio 9. aliâs 455.

INnocentius qui obtinuit gratiã ab Innocentio de canonicatu sub expectatione præbẽdę viuente vel mortuo Innocentio non curo. Vacan. quadam præbenda infra tempus debitum illam acceptauit, sed sibi nõ fecit prouideri, tandem vnus qui impetrauit post obitum Innocen. ab Vrbano suo successore in simili forma habens in gratia clausulam, anteferri. eãdem præbendam infrà mensem à data gratiæ suæ acceptauit. Quæritur quis eorum sit potior. Maior pars tenuit quòd illa Vrbanica quæ clausulam habuit, anteferri. non obstante acceptatione primi facta ante gratiam secundi, ex quo nõ fuerat sibi prouisum. Et repetebant text. in cap. quodam. de præbend. lib. vj. vbi propter istam clausulam, anteferri. positam in literis secundi fuit impeditus primus, quòd prouisio sibi facta non valuit ob decretum literarum secundi: & tamen primus habebat ius ad præbendam antequàm secundus haberet gratiam: quia sibi debebatur præbenda primò vacatura. Nam primus nec secundus habebat ibi beneficium acceptandi. quod apparet: quia sic afficiebatur præbenda acceptura. iuxta decre. si post. in fine de præben. libr. vj. quam quidem præbendam affectione non obstante secundi gratia propter clausulam, anteferri. impediuit ibi primum. Item etiam hoc dicebant propter clausulam, anteferri. appositam in

literis

literis secundi non obst. si aliqui apostolica vel alia quauis authoritate in eadem ecclesia sint recepti, &c. seu si super prouisionibus sibi faciendis de canonicatu & prębenda in dicta ecclesia speciales dictæ sedis vel legatorũ eios literas impetrauerint etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem & decretum vel aliâs quomodolibet sit processum, &c. quia illa verba, quomodolibet, &c. inducũt etiam si sit processum ad acceptationem. & per illam clausulam papa videtur anteferre secũdum, etiam si primus acceptasset. Et pro opinione prædicta est expresè Ioan. Andr. in nouella de rescript. causam. super glo. Io. in fin. tamen ego & duo alij sustinebamus quòd primus esset fortior, exquo acceptauerit antequam secundo fieret gratia cum clausula, anteferri. & quòd illa clausula non est extendenda contra primos, qui attentas sent ante gratiam secundi, quod non est verisimile papã ius eorũ ad rem ita appropriare, sicut appropriatur per acceptationem voluisse tollere, nisi expresè de hoc fecerit mentionem. & pro hoc facit cap. final. de concess. prębend. libr. vj. vbi per reuocationem non tollitur ius ad rem: quia de hoc ibi fiebat mentio, aliâs non tolleretur. pro hoc capitu. ex parte. de offic. delega. Nec obstat. capitu. quodam. quia ibi tempore gratiæ secundi prębenda nondum vacauit certa & determinata; & ideo erat affecta pro primo: nec ad eum ius ad rem acquisitum hîc in casu nostro ante gratiam Vrbani factam secũdo cum 1
clausula, anteferri. iam vacabat prębenda & per primũ acceptata: & ideo specialiter & determinatè affecta, & ad eam primo fuerat ius quæsitum. Non obstan. prædicta clausula, vel aliâs quomodolibet sit processum. quia intelligitur per executorem non per partem seu impetrantem certam prębendam vacantem acceptantem. Et ideo illa clausula debet sortiri vires suas in beneficijs tunc vacaturis, vel si tunc vacabant nondum tamen fuerat acceptata, nec per acceptationem quodammodo appropriata.

De Feudis.

SVMMARIVM.

Pater dare potest filiæ feudum in dotem, ꝙ vitam ipsius filiæ inuestitæ non transcendat etiam sine consensu domini feudi: perpetuam autem concessionem facere non potest, nisi domini consensus accesserit.

Decisio 1. *aliâs* 199.

PATER potest dare feudum in dotem filiæ suæ sine assensu domini, quæ donatio durabit tantùm ad vitam feudatarij: in perpetuũ enim irrequisito domino etiã in dotem donare non potest: quia hoc esset quædam alienatio quæ prohibita est per l. imperialem. §. j. de prohi. feu. ali. & sic debet intelligi l. donare. qualiter feu. ali. pro conclusione est tex. rotundus de dona. inter vir. & vxor. ca. nuper. & ibi per Inno. & etiam per Ber. Hostien. & Ioan. And. in c. ij. de feud. in j. glo. & in Specu. titu. de feu. §. j. versicu. xix. in fin. qui remittit ad not. per eum titu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. cix. & ibi tractat, vtrum res emphiteotica possit dari in dotem. de quo scilicet vltimo per Io. And. in nouel. in c. potuit. de loca. qui remittit ad sum. Host.

SVMMARIVM.

In feudis acquiritur actio absenti de æquitate canonica: vt si patri & filijs seu iam datum fuerit. nam per talem dationem filijs absentibus actio est quæsita.

Decisio 2. *aliâs* 249.

SI per habentem potestatem cõcedendi in debita forma & ex causa legitima aliquam possessionem ecclesiasticam in feudum perpetuum Titio & liberis suis vtriusque sexus etiam naturalibus & præsertim Seio filio naturali dicti Titij absenti: si Seius postea huic donationi siue concessioni consentiat, de æquitate canonica actio acquiritur dicto Seio filio naturali absenti etiam per epistolam non sibi, sed patri suo directam: propter identitatem rationis & æquitatem: vt l. quotiens. ff. de donatio. per not. per Ioan. j. quæstio. vij. quocirca. facit etiam not. in cap. accedens. de concess. prębend. facit cap. si tibi absenti. de prębend. lib. vj. licet de hoc aliqui domini multum dubitarent.

De Donationibus.

SVMMARIVM.

Donatio non præsumitur ficta & simulata ex eo solo ꝙ donatarius passus est donatorem possidere res donatas per eum vsque ad mortem. Et quæ sit differentia inter fictum & fraudulentum hîc dicitur.

EPITOME.

1 *Donatio omnium bonorũ etiam cum pacto quòd donator possidebit vsque ad mortem, an præsumatur ficta.*
2 *Dolum allegans illum probare tenetur.*
3 *Contractus ficlitius differt à dolo & qualiter.*
4 *Contractus tribus modis considerare potest. s. ficlitiè imaginariè & simulatè.*
5 *Simulationis causæ sunt tres.*
6 *Contractum fictitium esse, allegãti fictionis speciem exprimere, nisi causa ex qua elici possit, declaretur, non sufficit.*

Decisio 1. *aliâs* 483.

EXTRA rotam quòd per hoc, quòd donatarius † possessionum post donationem de eis sibi factam permittit stare in possessione continuè donatorem vsque ad mortem, non per hoc potest dici donatio facta in fraudem, vel contractus ipsius donationis esse fraudulentus, vel fictitius. Nam non præsumitur nisi appareant aliqua indicia vrgentia fraudis: vt l. dolum. ff. de dolo. Nam quidolum † allegat dolum probare tenetur. 2
ff. de probatio. l. quotiens. §. qui dolo. Possibile enim est quod qui donauit sine fraude & voluntate donatarij in possessione remansit, vel forte mutata voluntate: & ideo actio destituta est. institu. de donatio. §. perficiuntur. & l. si quis argentum. C. de donatio. Item quia fictiones & simulationes non præsumuntur, nisi appareat causæ cognitio, propter quam factæ sunt, & per quam præsumi debeant: vt ff. rerum amo. l. si mulier. in principio. & ff. qui & à quibus. l. sed si maritus. §. final. vbi hoc est expressum. & extra de renuntiatio. capitu. ij. libro sexto, ideo & lex dicit alienationem non posse dici in fraudem creditorum factam, qui non sunt. ff. de iur. fisci. l. ij. sic nõ potest dici donatio causã mortis, nisi vbi est periculum mortis: vt ff. de donationibus causa mortis. l. j. cum l. sequenti. Sed qualiter soluetur contrarium ad l. sicut. §. superuacuum. quibus modis hypotheca vel pignus soluitur. certè Bartol. de saxoferrato in quodam consilio sic soluit. Dicens, quod vltra huiusmodi possessionem sũberat ibi causã, videlicet ad excludendum creditorem, quam creditor allegabat: propter quam ibi venditio præsumitur simulata. vide ad hoc ea quæ scripsit idem Bartol. ff. de donationibus. l. post contractum. vbi not. quòd ad prę sumendum donationem factam in fraudem oportet, ꝙ aliquid semper interueniat, quod det causam huic præsumptioni. Aduerte quòd inter contractum * fraudulentum † & contractum fictitium est differentia. 3
Nam dicitur contractus factus in fraudem, qui verè eo animo agitur, & verè valeat & permaneat prout agitur: vt alius per eum seu eius occasione decipiatur. not. ff. de his quæ in fraudem creditor. per totum. Hoc autem allegare non possunt, qui taliter contraxerunt, seu qui participes fraudis huiusmodi fuerunt. ff. de nouatio. l. cùm confiteatur. & ff. de seruo dato pignor. maior. l. si creditoribus. nec ipsius nec istius voluntas habent, cui ipse non habeat necesse relinquere: vt not. ff. de his quæ fiunt in fraudem pigno. l. ij. sed certè illi in quorum fraudem contractus fuit initus, debent probare ea quæ ad fraudem præsumptionis pro[illegible]ari habeant. & ibi habes necesse contrahentes, id est, cui contrahens necesse habebat relinquere, si in eius fraudem foit contractus factus & poterat dicere contractum fraudulentum: vt in dicta l. ij. ff. de his quæ in fraudem pignor. & ibi not. ff. quæ in

* *Inter cõtractum fraudulentũ. Contractus quotuplex sit. vide per Bar. in l. ij. in prin. ff. si cert. pet.*

frau.cre.per totum.& ita loquitur d.l. ſicut.§. ſuperuacuum.Sed ſimulatus contractus dicitur quando ſimulatur certus contractus fieri,& non fit ita ſicut ſimulatur: vt ff.plus valere quod agitur,per totum ff.de contrahen. emptio.l.nuda.de regu.iur.l.imaginaria.ff. de diſtract. pigno.l.& qui ſub imagine.de aqua pluuia.arcen.l. emptor.C.ſi quis alteri vel ſibi.l.quamuis.& l.cùm proponas.& hoc caſu: tam ipſe ſic contrahens quàm eius hæres etiam voluntarius poteſt dicere talem contractum fictitium per dicta iura:dummodò fraudem ſuam non allegauerit,ex qua ſe iuuent:quia tunc non obſtarent iura prædicta:vt l.poſt mortem.ff.de adoption. Et circa hoc
4 ſciendum quòd tribus † modis poteſt dici contractus: videlicet fictitius,imaginarius & ſimulatus. Vno modo cùm vnus contractus celebrari ſimulatur, & tamen in 3 veritate agatur quòd alius celebretur. ſic loquitur totus titulus plus valere quod agitur.& C.de contrahend.emptio.l.empti fides.& huiuſmodi naturæ eſt, vt non impediatur acquiſitio ei cui acquiritur dempta fraude, ſi ex cauſa quæ verè agebatur,poterat acquiri : vt l.empti fides.C.ſi certum peta.l.ſi emptio.& not.in l.nuda. alle. & l. magis ille. Secundo modo contractus ſimulatus: quia licet verè agatur quòd ſic fiat : tamen agitur quod cito diſſolutio contractus fiat.alleg.l.iiij.§. ſi ab ignoto. ff.de manumiſſ.teſtament. & natura illius ſimulationis eſt,vt debeat hoc expreſsè per pactum agi: vt dicto.§. ſi ab ignoto.Tertio modo dicitur contractus fictitius ſeu ſimulatus,quando ex mente non procedit,id eſt,quando agitur inter partes quòd contractus nullus ſit. & de hoc loquitur l.nuda.& l.imaginaria.alleg.& ff. de ritu nup. l.ſimulatio.&de aqua pluuia.arcen.l.emptor.& faciunt quidam quandoque propter effugienda onera vel debita
5 fiſcalia.Ex præmiſsis tria concluduntur. Primum † eſt quòd ſimulationis cauſæ ſunt tres ſpecies allegando,agẽdo,vel excipiendo contractum vel inſtrumentum eſſe fictitium:& non deſignans ſpeciem fictionis non eſt audiendus:quia aduerſarius ſic redderetur dubius: vt ff. de æden.l.j.§.j.& de rei vendicat.l. Pomponius ſcribit.§.ſi frumentum.in fin.quæ loquuntur in agente.idem in excipiente.ff.de flumini.l.j.§.Labeo.de legat.j.l.Titius teſtator.in princip.Item in probante qui non debet obſcurè probare.ff.de negot.geſtor.l.eum actum.in fin. & ibi not.ff.de petitio.hæredi.& l.ſi mortem.& ibi not.in gl. ſuper verbo,probatur.extra de probatio.capitu. in præſentia.facit opin. quod not.Ioan.Andr.in gloſ.de excep. capitu.pia.libro ſexto,ſuper verſicu. ſpeciem. Secundò
6 concluditur ex præmiſsis,quòd † tali dicẽti inſtrumentum vel contractum eſſe fictitium non ſufficit exprimere ſpeciem fictionis, niſi declarata cauſa ex qua colligi valeat ipſa fictio,per prædicta, ſeu indicium huiuſmodi fictionis.Ratio.quia cùm ex ipſo actu de per ſe non ipſo facto,vt concludit,de iure intentionem addere poteſt id ex quo inſurgit iudicium ſimulationis, ex quo concludi valeat ipſa fictio per prædicta facit,quia intentio debet de neceſsitate vigere:vt l. ad probationem. C. de proba.nec dicatur non probare hoc eſſe quod ob hoc contingit abeſſe.Dicunt quidam in caſu noſtræ quæſtionis tolli dubium fictionis:ſi donans nomine donatarij ſe conſtituiſſet poſsidere.per l.quiſque.C.de donatio. & l. quædam.ff.de rei vendi.& l.quod meo.& l. qui pignoris.§.j.& l.ſequenti.ff de acquirenda poſſeſsio.in quibus id videtur expreſsum quod procedat,ſi nulla cauſa præſumendæ fictionis aliàs appareret:quia ſi ſubeſſet cauſa huiuſmodi bene præſumeretur illa cauſa:vt quia dixit donans ſe conſtituere nomine donatarij poſsidere, in fraudem & fictitiè ſicut de contractu ipſo,niſi ſequeretur traditio corporalis:vt probatur hoc C.de ſuffragi. l. j. & eodem modo dicerem de clauſula renuntiationis doli & fictionis.ar.ff.de donatio.l.doli.§.diuerſum. Tertio concluditur ex præmiſsis,quòd non ideo dicitur donatio fictitia vel in fraudem quia de omnibus bonis vel maiori parte eſt facta,niſi ſublit aliqua cauſa fraudis præſumendę,& per hoc non obſtat l.omnis.§.qui Lucius.ff. de his quæ in frau.cre. Vide Bartolum in conſilio prædicto quod incipit Petrus Nicole donauit, ſi illud conſilium habes,ibi reperies magnam partem de præmiſsis.

De Teſtamentis.

SVMMARIVM.

Pater filios plures habens in poteſtate ſingulos in certis rebus & bonis inſtituens, & eos iuſsit eſſe contentos, multaq; poſtea legata relinquens, intelligitur decedere teſtatus.

EPITOME.

1 *Teſtatus quando quis decedere dicatur.*

2 *Ius accreſcendi non poteſt ex vniuerſali hærede per teſtatoris diſpoſitionem auferri.*

Teſtator non poteſt facere quin leges habeant locum in ſuo teſtamento.

3 *Filiusfamiliàs in patria poteſtate conſtitutus in re certa inſtitutus,pro vniuerſali hærede habetur.*

Deciſio 1. aliàs 333.

1 SI pater plures † filios in ſua poteſtate habẽs ſingulos inſtituat in certis rebus & bonis: & eos illis ſingulariter iuſsit eſſe contentos multa poſtea legata relinquens, cenſetur deceſsiſſe teſtatus. Probo: quia vbi conſtat teſtatorẽ voluiſſe relinquere vniuerſalem hæredem: & ita per conſequẽs decedere teſtatum.quecunque adiectio per eum facta huiuſmodi vniuerſitati & teſtamẽtariæ diſpoſitioni repugnans vitiatur & non vitiat, & trahit ad ſe teſtamentaria cauſa cauſam inteſtati,& ſic eſt in ꝓpoſito,igitur.&c. Maior probatur.quia ſi teſtator Titium vniuerſalẽ hæredẽ inſtituit,& adijciat inſtitutioni conditionẽ impoſsibilem vel exceptionem rei hæreditarię,habetur pro non adiecta.ff.de condi.inſtitu.l.j.& ff.de hære.inſti.l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo.facit c.ſi. de cõdi. appoſi.& de pact.c.fin.hinc eſt quod no.glo.ff.de acqui. hæredita.l.ſi ſeruus communis,ab extraneo.in fin. quod
2 ius † accreſcendi * hæredi vniuerſali per teſtatoris diſpoſitionem auferri non poteſt.Ratio.quia teſtator non poteſt facere quin leges locum habeant in ſuo teſtamẽto.ff.de leg.j.l.nemo.de teſtamen.c.requiſiſti.modo lex vult hanc accreſcentiam:quia non patitur quòd quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus:vt in regula,ius noſtrum.ſimile nõ patitur.quia nec lex hoc patitur in hærede vel legatario:vt ff.de acqui.hæred.l.j.& ij.cum ſua gl. igitur nec mirum ſi trahit cauſa teſtamẽti ad ſe cauſam inteſtati : quia fauorabilior eſt : & ideo debet prævalere:vt l.antiqua.C.commu.de leg.l.quamdiu.ff.de acquiren.hære.facit, quia omnia conantur ſuſtinere teſta.ff.de hære.inſti.l.ex facto.§.j. & l.alterius. cum ſimilib.facit c.cum tibi.de teſta.hanc partẽ dicunt quidam Dyn.& Cyn.firmaſſe in additionibus.ſuper l.ſi ita quis.ff.de hæredib.inſti.dicentes, quod ſi teſtator inſtituit quem ex dimidia: & quod venientes ab inteſtato habeant alias partes: quod nihilominus habebit totũ inſtitutus. Minor argumenti probatur ſic.quia ſpeciale
3 † eſt in filiofamilias in patris poteſtate conſtituto inſtituto in certa re, quòd pro hærede vniuerſali habeatur. C.de hære.inſti.l.quoties.not. Cyn.& probatur in autẽ. vt cùm de app.cog.§.cæterũ.col.viij.quia ibi dicit,quòd debet ſibi relinqui iure inſtitutionis,& quid ſi minus legitima relinquit pater iubens illum eſſe contentum: nihilominus lex ſupplet vſque ad legitimam,& etiam ſine onere:vt l.omninõ.& l.quoniã in prioribus.C. de inoff. teſtam.& eſt caſus de hoc in §.cæterum.alleg.nam legis diſpoſitio non debet carere effectu, nec verbis imponi. C.commu.de leg.l.ij.in fin.de elect.c.commiſſã.libr.vj. Ergo ius & beneficium vniuerſalitatis habebit,quòd ius in iure accreſcẽdi conſiſtit. ergo &c. Præterea huiuſmodi adiectio,de non plus petẽdo vel capiendo, adiecta videtur fauore legatariorũ: vt videlicet liberi occaſione Falcidiæ vel aliàs iure detrahãt de legatis:quia cum non appareat:alia cauſa,& iſta eſt probabilis, recipienda eſt: & tamen tunc teſtamenti vigor ſtat. ergo &c. Pro contrario allega.§.ſi duo.in l.quotiens.de hære.inſti.quia licet pluribus in certis rebus inſtitutis, cẽſeantur ipſi vniuerſaliter inſtituti:hoc verum, ſi teſtator hoc expreſsè non prohi

Aegid.750.

* *Ius accreſcendi. An ius accreſcẽdi poſsit prohiberi per teſtatorẽ tacitè vel expreſsè vide Bar. & Ang. in l. ſi ego.ff. de iniuſt.teſt. doct. & Flo. in l.dominus. §.ſi. de vſufr. & Bart.in l. quoties. §. ſi duo. & ibi Bal.ff.de hære.inſti. Adde Bal.in l.j. in ix.q.C. quãdo non pet. par. vide Do. in l. nemo poteſt.ff. de leg. j. quã etiam allega.auctor huius deciſionis.*

non prohibuisset: vt l.j.§.si ex fundo.ff.de hære.insti. secus enim si expresè hoc prohibuisset: vt in dicta.l.quoties. §. si duo. At in casu nostro illud testator expresè prohibuit.ergo. Ad quod respondebatur, quòd ibi loquitur in hærede vniuersaliter, sed particulariter instituto. allegatur etiam pro contrario l.penul. ff. de iniusto rup. & irri.testa.vbi dicitur, quòd testator potest prohibere inter hæredes ius accrescendi, ergo. & prohibere hæredem institutũ in certa re, ne vltra illam capiat. Ad quod respondebatur, quòd non est ibi ratio: quia videtur testator tollere ius accrescẽdi dando substitutum: quia si substitutus moreretur, & cohæres renuntiaret, alteri accresceret. not. Bar. in l. coniunctim. ff. de leg. iij. Vel aliter, quòd in dict. l. penul. cessante substituto, ꝙ non habet locum ius accrescendi, facit fauor posthumi, qui rumpit testamentum solùm in sui fauorem, nõ autem in fauorem hæredis: vt l. nam & si. §. rũpendo. ff. de iniusto testamen. & ita est ibi casus specialis in quo causa intestati trahit ad se causam testati, siue testamẽti fauore posthumi. Nõ obstat l. si Titius. ff. de condi. insti. quia ibi sunt duæ institutiones conditionales repugnantes æquè potentes, quæ in concursu se impediunt. Hîc verò causa testati est potentior. ad l. quoties. C. de hæred. institu. supra responsum est. Nec obst. quòd voluntas testatoris seruanda est. quod verũ est, si talis est quę nõ sit irrationabilis, nec sibi ipsi repugnans, & infecta à iure: vt in proposito, &c.

De Iure patronatus.

SVMMARIVM.

Is qui possidet castrum vel villam ratione cuius oritur ius patronatus, præsentare potest ad ecclesiam vacantem nisi iam super illo iure lis foret contestata.

Decisio 1. *aliàs* 140.

POSSESSOR bonæ fidei alicuius castri siue villæ siue comitatus ratione cuius competit ius præsentandi ad ecclesiam inibi vel alibi situatã, licet nunquam antea præsentauerit, potest ad ipsam ecclesiam præsentare: quia dignitas siue castrum videtur hoc ius præsentandi semper tenuisse & possedisse iuxta notata per Innoc. in capi. cùm super. de causa possess. & de resti. spolia. cap. in literis. non obstan. guerra dicto possessori super comitatu seu castro mota, quæ non impedit eum in præsentando, sicut nec motio litis iudicialis: *vt lit. pend. ca.j. & ij. nisi lis super ipso iure seu possessione præsentãdi sibi moueretur, & lis contestata esset: quæ post huiusmodi contestationem malam fidem induceret, & sic præsentare non posset. arg. not. per Inno. de resti. in integ. c. ij. de iure pat. c. consultationibus. & de resti. spol. c. in literis.

*Iudicialis. Adde Abb. in c. ex literis. de de iure patro.

SVMMARIVM.

Patronus mortuo præsentato actore potest prosequi causam pro suo interesse, & petere declarari ius præsentandi ad eum pertinere, ac præsentatum remoueri debere.

Decisio 2. *aliàs* 174.

SI A. præsentatus per B. ad aliquam ecclesiam agat contra C. reum & possessorem præsentatum per D. mortuo A. actore B. præsentator pro suo interesse potest venire ad causam, & petere declarari ius præsentãdi ad eum pertinere, & præsentatum per D. amouendum fore & amoueri: prout legitur & notatur in capitu. si hi contra quos. in fine. vt lite pendente. libro sexto. Electores enim & præsentatores possunt vnà cum electis & præsentatis, & etiam sine eis esse in iudicio pro eorũ interesse, & petere eorum electiones & præsentationes per eos factas canonizari seu canonicas pronũtiari, prout legitur & notatur in capitu. statuimus. & capi. cupientes. & cap. quàm sit. de elect. libr. vj. de accus. cap. super his. per Innocen.

SVMMARIVM.

Non sufficit patronis eligere vel nominare seu literas de præsentando mittere, nisi præsentent electum superiori, ad quem spectat institutio realiter infra tempus, & cætera.

Decisio 3. *aliàs* 211.

NOn sufficit patronis quòd eligant vel nominent præsentandum ad aliquod beneficium spectans ad ius patronatus eorum, vel literas præsentationis dent seu tradant etiam præsentato. nisi infra tempus præsentent personam per eos electam, seu literæ præsentationis præsentẽtur superiori ad quem spectet collatio siue institutio realiter & cũ effectu infra tẽpus à iure statutũ. prout le. & no. ꝙ Io. an. in c. fi. de iu. pa. & in c. vnic. e. ti. li. vj. & per Arch. in c. j. de præb. super verb. præsentatio. eod. lib. Facit pro hoc not. per Ioan. and. & Pau. in cle. dudum. super verb. præsentauerint. de sepul. quãuis domini Corsi. & Benedictus remanserint dubij dicentes quòd ex quo patronus tradidit literas infra tempus debitum industrioso & diligenti, præsertim præsentato siue electo per eum de cuius diligentia meritò debebat præsumere: non deberet reputari negligens, nec aliquid sibi imputari. arg. eorum quæ leg. & not. de pig. c. significante. & per regulam, ꝙ per me non stat, &c. de eo qui mittit. in pos. cap. j. de reg. iur. quòd per me lib. vj. Respondebatur ad vltimũ quòd non fecit prout debuit: quia licet sufficeret electionem siue præsentationem factam per patronum esse præsentatã electo siue præsentato infra tempus quò ad hoc vt consentiat electioni siue præsentationi de se factæ: tamen quò ad superiorem, qui habet electum confirmare vel præsentatum instituere, id non sufficit. arg. eorum quæ leg & not. in c. quã sit. de elect. lib. vj. Nec obst. d. c. significante. quia licet debitor excusetur ibi à periurio, propter missionẽ nuntii: tamen nihilominus remanet obligatus, & nihil deperibat creditori. At hîc in quæstiõe nostra statim lapso tẽpore quadrimestri fuit ius præsentãdi siue eligẽdi deuolutũ ad superiorẽ: nec postea potuit præsentare. de iu. pa. ꝙautẽ. & c. cũ autẽ de supplen. negli. præla. c. sicut. de offi. ord. cùm vos. Ratio enim quare debet fieri effectualis & personalis præsentatio infra tempus iuris est, vt superior qui habet præsentatum instituere, possit videre & examinare personam an sit idonea ad regimen illius beneficij. de elect. c. cùm nobis. c. olim. & cap. fi. libr. vj. Præterea hoc sonat verbum, præsentare. nam dicitur præsens qui præbetur sensibus corporis. facit. ff. de verb. obli. l. j. in prin. secundùm Ioan. an. & Paul. in loco præalleg.

ADDITIO.

Nota quòd non sufficit patrono præsentare seu eligere præsentandum, nisi infra tempus iuris præsentet personam idoneam. Et adde quod not. Io. an. in Compo. in c. capitulum. de rescrip. post glo. in verb. quærit post semestre. & sic not. quod patronus per actũ solius præsentationis non satisfacit iuri & constitu. nisi superiori fuerit dicta præsentatio præsentata.

SVMMARIVM.

Sufficit patrono præsentare idoneum realiter infra tempus, licet eum superior non admittat: quia tẽpus præfixum est à iure præsentationi, sed non confirmationi.

Decisio 4. *aliàs* 212.

SEcundùm omnes dominos Corsien. excepto, qui remansit dubius, si patronus præsentat personam habilem infra tempus debitum superiori, licet ipse recusset præsentatum admittere & instituere, id non debet patrono imputari: quia fecit quod debuit, nec in aliqua culpa siue negligentia fuit. de consti. c. ij. Culpa enim superioris sibi nocere non debet. de elec. c. si electis. & de reg. iur. non debet aliquis. lib. vj. Agat igitur præsentatus cõtra superiorem qui eum iniustè admittere denegauit. de iure pat. c. nullus. & c. pastoralis. Dominus verò Corsi. volebat dicere, ꝙ patronus deberet & teneretur iteratò interpellare superiorẽ illius, qui recusauit suum præsentatum admittere iniustè, & instare apud eum pro admissione siue institutione per eum faciẽda, ꝙ si non faceret esset in mora. Pro qua allẽg. multas leges. Ad quod respõdebatur, quòd nullũ ius astringeret ad hoc patronũ. sed si vellet posset. de elect. c. cùm inter canonicos. Præterea aut est totum tempus sibi à iure datũ ad præsentandum elapsum: aut non. si non, licet posset variare seu verius ac

cumulare: tamen de necessitate iuris ad id non tenetur. prout legit.& no.de iure pa.c.quòd autẽ.& c.cùm propter.& c.cum autẽ.& c.nobis.Si verò totum tempus est effluxum,præclusa est sibi via accumulãdi: vt in iuribus superius alleg.& nil restat nisi examinare personã præsentatam per superiorem, vtrum sit idonea vel ne.& si inueniat illam idoneã, tenetur admittere & instituere: vt in c.quod autem.quod si facere recusauerit,agatur de hoc coram superiore. Si non sit idonea, perdit ius præsentandi quod deuoluitur ad superiorẽ: vt in c.cùm vos. de offic.ordi.cum ibi not.licet.ibi Inno.dicat id nõ procedere in laico præsentante indignũ.Sed Host.ibi cõtra.& alleg.casum expressum in autẽ.de sanc.episcopis.§.si quis oratorij domum.col.ix.Et idem videtur not.Inno. tenere in c.proposuit.de fil.presbyt.& Archi.concordat cum Host.in c.j.de præb.super verbo,præsentatio.li.vj. Præterea nullum tempus ad instituendum reperitur in iure expressum:sed bene ad prẽsentandum:vt in iure superius alleg. infra quod tempus si fiat præsentatio effectualiter,satisfactum est iuri quo ad præsentãtem,præfigatur igitur tempus certum noléti instituere per superiorem infra quod si non instituat: superior id faciat: vt in d.c.nullus.facit c.ad reprimendũ.de offi.ord.de preb. cap.graue.datur simile de acceptante infra mensem sibi prẽfixum:cui licet non prouideatur per executorẽ infra multa tẽpora, post ea non propterea euanescit acceptatio:quia ad prouidendum nullum tempus est executori præfixum:prout leg.& no.in cle.cum ei quam.de cõcess. præben.& melius in cle.si de beneficio.de præb.Recurrat ergo acceptans ad papã per prouisionem sibi faciendam,vel obtineat causam committi in palatio, & auditor datus pronuntiato sibi beneficio debito prouidebit ei secundùm formã cle.auditor. de rescript. & idem fieret de prẽsentato infra tempus quem ordinarius recusauit instituere, si causam in palatio obtineret committi: quia cle.prędicta nedum habet locum in prouisione,sed etiam in institutione & confirmatione.prout ibi nota.

SVMMARIVM.

Non valet præsentatio laici de religioso professo ad ecclesiam parœcialem.

EPITOME.

1 *Laicus non potest præsentare religiosum professum ad ecclesiam parœcialem.*

2 *Monachus potest hodie præfici ecclesiæ parœciali sæculari.*

3 *Patronus an possit præsentare regularem ad beneficium sæculare, & semper consuetum regi per sæcularem.*

Decisio 5. aliàs 262.

1 IN religioso † professo an valuerit præsentatio facta per laicum de ipso ad ecclesiam parœcialẽ curatam. Domini erant varij. Tamẽ maior pars dicebat ipsam præsentationem non valere,propter abdicationem proprietatis & propriæ voluntatis. & quia debent stare solitarij,nec populo nec curæ præfici.Præsertim quia hoc videtur prohibere expresè concilium Lateranẽ. de sta. mo.c.ij. imò antiqua iura administrationes ecclesiasticas monachis generaliter prohibebant.xvj.q. j. si cupis. & c.iuxta.& c.adijcimus.& duobus seq.& episcopi cum consensu abbatis dispensatiuè de parœcialibus ecclesijs idẽ permittebant:vt c.causa & quæst.cùm pro vtilitate. & lv.distin. prisc.ergo apparet quòd generalis prohibitio propter dictam repugnãtiam procedebat. Alij vo-
2 lebant † dicere cõtrarium,propter c. quòd Dei timorẽ. eod.ti.quod tamen loquitur in regulari canonico ad parœcialem ecclesiam electo:quia dum inseruit regulę laxiori, non cõprehenditur sub prohibitione dicti concilij Lateranen.vt ibi dicit tex.qui loquitur in monacho,qui licet olim per antiquos canones possent etiam ad parœcialium ecclesiarum regimẽ dispensatiuè assumi: vt xv. q.j.dictos.& in c.in parœcia.& lv.di.prisc.vbi de hoc. Tamen hodie propter officiũ prædicationis quod multipliciter priuilegiatum est sine dispẽsatione de cõsensu abbatis monachus põt præfici per episcopũ ecclesiæ parœciali etiam sæculari,secundùm Hostiẽ.ibidem. & in summa eod.titul.§.verum populum.qui allegat ad hoc. lviij.distin.c.j.& ij.& lxxiij.distin.quorũdam. & idem dicit in canonico regulari,vt ibi. & in c.per tuas. de vo. cum qua opinione concor.d.Frede.de Senis in suis quęstionibus,& Io.Andr.& Pau.in clemen.j.de electi.super ver.sæculare.quorum dictum fuit allegatum per vnum de dominis, quod ego credẽ verissimum in canonico regulari.Tum quia inseruit regulæ laxiori,licet Ber.in d.c.quòd Dei timorem.& Ioan.de Ligna. dicat fore tutius quòd secum per episcopum dispensetur. Sed in monacho assumẽdo ad curam animarum,credo hodie sicut olim necessariam dispensationem: & sic potest intelligi opinio Bern. & sequacium in d.c. quòd Dei timorem. & fortè papalem,& quia sub eodẽ fortè episcopus cõtra celebre concilium Lateran. dispensare non potest.xxv. q.ij.institutionis.sicut nec contra clemen.j.de electio.& hoc tenet expresè argumen.prout legitur & no.in c.licet canon.de elect.lib.vj. quod intelligerem sine magna causa necessitatis & vtilitatis:propter quas episcopus dispensat cõtra concilia generalia.q.j.vij.tali.& c.exigũr. de præb.proposuisti.& hoc seruatur secundùm Ioan. de Lig.in c.at si clerici.de iudi.& vide de hoc in c.dilectus. de temp.ordi.vbi recitat omnes casus permissos & prohibitos episcopis, quò ad dispensationem . Vnus tamen de dominis in casu quæstionis proposite dicebat prẽsentationem prædictam valere ad hoc vt non posset * patronus laicus redargui de negligentia, nec fortè etiã de culpa propter diuersas opiniones doctorũ positas in dictis iur. sed religiosum præsentatum episcopo non admittendum ad curã sine præuia causę cognitione summaria & dispensatione expresè secuta:cuius dictũ placuit Aeg.pro quo allegat dictum Innoc.quod bene facit in c.cum nostris.de concess.præben.post prin.de homicida illegittimo vel irregulari electo ad aliquam dignitatem:quæ electio licet non excusat eligentes à culpa,excusat tamen eos à negligentia : ita quod propter negligentiam non deuoluatur potestas eligendi ad superiorẽ, sed bene propter culpam.de electi.cùm in cunctis.§.fin. Cùm igitur laicus ita exactè & exquisitè non teneretur scire iura positiua sicut clericus:vt no.Inn.in c.firmiter. de sum.tri.& fide catho.& in c.cùm in cunctis.superius alleg.& vbi sunt doct.varij licitum sit eligere dicebat & bene meo iudicio prędictum patronum laicum excusabilem tam à culpa quam à negligentia, & sic præsentationem non esse nullã,& ex illo capite, quia religiosum præsentauit:sed ex alio capite, quia non præsentauit eũ episcopo effectualiter infra tẽpus à iure statutum. Ego dicebam † ipsam inualidam sub dubio fortè ex alio capite exquo fuit beneficiũ sæculare & semper cõsuetum regi & gubernari per clericum sæcularem : quia dictus patronus non potuit regularem ad illud præsentare. allegabam ad hoc cle.quia regulares.de supp.neg.prælat. & c.sicut.eod.ti. per Io.And.in nouel.& c.possessiones. per Abb.de reb.ecc.non alie.& in c.cùm de beneficio.de præben.li.vj.Postea in alijs consilijs dominus Aegidius dixit dominum Cardi. sancti Eustachij, tenuisse primã partem : videlicet præsentationem huiusmodi ipso iure nullam. Nam licet episcopus dispensare possit ex causa cum religioso præsentato: tamen non tenetur nisi velit. & sic simpliciter præsentando religiosum, nõ idoneum præsentauit.alle.prædictum c.cùm de beneficio.& ideo videtur iuri satisfactum.de offi.ordin.cùm vos. cum ibi not.Ad glo.Inno.in c.cum nostris.de concess.præben.respondebat, quòd loquitur de eo in quo nõ cadit ius prẽlaturæ ipso iure sine dispensatione, vt est homicida,excommunicatus vel irregularis.alle.c.postulasti. de cleri. excõ.mi.de æta.& quali.cùm bonæ.de excess.prælato. inter dilectos.de accusatio.c.accedens. Salua reuerentia tanti patris hæc iura potius innuunt contrariũ:videlicet quòd collatio facta huiusmodi sit nulla ipso iure:& licet sit nulla, & sit potestas conferendi deuoluta ad superiorem:hoc euenit propter culpam conferentis vel prẽsentantis indignum.sed non sequitur,præsentauit indignũ: ergo fuit negligens.ergo non propter negligentiam,sed propter culpam priuatus fuit iure cõferendi ea vice. per iura superius allega.videlicet,cùm in cunctis.& capitu. quanquam.lib.vj.stat ergo dictum Innocen.

* *Possit patronus. Adde Aeg.dec.751.*

SVMMARIVM.

Patrono laico nõ præsentante infra tempus semestre episcopo

episcopo statim incipit tempus currere, si beneficium vacet de iure & de facto.

EPITOME.

1 *Semestre ad conferendum beneficium per negligentiam patroni laici ad episcopū deuolutū incipit currere vltima die quadrimestris laico ad præsentandum dati: si beneficium tempore deuolutionis de iure & de facto vacauerit, & episcopus in diœcesi sua fuerit.*

2 *Episcopus tenetur quolibet anno semel per se vel alium suam diœcesim visitare.*

3 *Episcopus allegans ignorantiam vacationis beneficij in sua diœcesi vacantis, non auditur.*

Decisio 6. aliàs 263.

1 SI propter † negligentiam patroni laici deuoluatur collatio alicuius beneficij ad episcopum: statim currit sibi tempus semestre ad conferendum non à tempore notitiæ, sed ab vltima die temporis quadrimestris dati laico ad præsentandum computandum. hoc verum si prædictum beneficiū vacauit, & vacet tempore deuolutionis de iure & de facto, & episcopus fuerit in sua diœcesi, vel adeo propè quòd verisimiliter potuit huiusmodi vacationem & negligētiam scire, aliàs non curreret sibi dictum tempus semestre, nisi à tempore notitiæ, secundùm iura vulgaria de concess. præben. c. ij. & cap. quia diuersitatem. & c. ex parte. de sup. negli. præla. licet. vbi dicit Inno. vnum notabile dictum, quòd cōtra videtur fortissimè obstare prædictæ conclusioni, quòd ei ad quem primo, & ei ad quē secūdo, pertinet collatio beneficij, currit tempus duntaxat à notitia vera: & qui eam allegat ipsam probet: quia præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. de reg. iur. c. præsumitur. li. vj. quæ etiam videntur obstare prædictæ collationi in casu quo negaretur episcopi notitia, vel allegaretur ipsius ignorantia. sed his non obstantibus stat cōclusio vera. Regula, præsumitur. non obstat. quia loquitur in his quæ quis scire vel indagare non tenetur per se vel alios: vt ibi not. sed cùm quilibet

2 episcopus † semel in anno teneatur ad minus per se vel alium suā diœcesim visitare & videre ac indagare quo modo beneficia regantur: & an sint plena, & canonicè teneantur: vt x. q. j. regenda. c. decernimus episcopum. & quasi per totum de censibus cùm venerabilis. & c. cùm secundum. de prescrip. c. cùm ex officij. de offi. ord. si episcopus. li. vj. non est verisimile ip sam vacationem beneficij ignorare, quòd per quatuor mēses vacauit de iure & de facto, & nullus presentationem recepit, nec de illo disposuit, ipso in sua diœc. existente. pro quo optimè facit meo iudicio. c. cùm in tua. qui ma. accu. pos. ibi. cùm dicit text. alioquin cùm rationabiliter præsumatur, quod denuntiationem bonorum publicè factam idem accusator volens nūc accusare matrimoniū in ipsa diœcesi existens minimè ignorauit. & ideo papa mandat illū accusatorem etiam ignorantiam allegantem * tanquam suspectum repelli. Sic in proposito dicerē episcopum † allegantem ignorantiam vacationis tam notę non audiēdum: vel saltem propter vehementem præsumptionem 1 *Præsentatus in manibus patroni potest ante institutionem superioris renuntiare.*

2 *Iuri in re an possit renuntiari.*

3 *Electus potest ante confirmationem renuntiare iuri suo sibi & electioni quæsito in manibus eligētium, etiam si electioni de se factæ consenserit.*

Decisio 8. aliàs 269.

1 SI aliquis præsentatus † per verum patronum infra tempus debitū superiori non admittitur: nec ille præsentationem suam vlterius prosequatur: imò post annum renuntiat iuri sibi quæsito per huiusmodi, præsentationem in manibus patroni: & patronus alium præsentet. Dicebāt omnes domini, quòd valet tam renuntiatio quàm præsentatio. Ad primū allegabatur dictum Inno. & Hostien. in c. quod in dubijs. & c. admonet. de rerun. Nam licet † iuri in re non possim renuntiare, nisi in manibus eius qui me posset inuitum destituere: vt not. per Pau. in cle. vnic. de renun. tamē ius ad rem possum dimittere. & illi renuntiare in manibus cuiuscunq; etiam simplicis notarij: multò fortius in manibus patroni: leuius enim perditur ius ad rem quàm in re, de concess. præb. c. fi. de præb. si is cui. & c. quodam. li. vj. & in cle. gratię. de

cit eum non audiendum: quia videtur affectata ignorantia, quam æquiparamus scientiæ. de consti. c. vt animarum. lib. vj. de tempo. ord. c. eos qui. li. vj. propter rationē superius alleg. Soluendo tamen concludit quòd bonus iudex hoc terminabit considerata beneficij qualitate, modo vacationis & locorum distantia & remotione & fama. ff. de usū. l. mora. de qua materia vide etiam Archi. in c. propter ecclesiasticas. xviij. di. & per Gulie. de monte laud. in clemen. quia regulares. de supplen. negli. præla. Vide ad materiam not. per doct. videlicet Io. mo. Io. and. & Archi. in c. statutū. de præben. lib. vj. & per Cy. & Dy. ff. de tribu. l. j.

SVMMARIVM.

Collatio seu præsentatio facta per possessorem etiam violentum de cuius violentia clarè non constat, valet & tenet.

EPITOME.

1 *Præsentatio possessionis fructus est.*

Decisio 7. aliàs 268.

Infrà in ant. c. ti. dec. 14.

COllatio siue presentatio facta per possessorem etiā violentum, de cuius violentia siue mala fide non constat, valet & * tenet: quia prædo etiam tuendus est in possessione. de restitu. spo. cum literis. sed si constaret de huiusmodi violentia & mala fide cassaretur collatio & præsentatio per eum facta: quia † præsentatio est fructus possessionis. vt in c. consultationibus. de iure pat. Sed malæ fidei possessor: non facit fructus suos: imò tenetur de extantibus rei vendicatione, & de consumptis cōdictione sine causa. C. de rei ven. l. mala. ff. de rei ven. l. si nauis. aliàs si quis. §. fi. instituta. de offi. iudi. §. sed si in rem. & §. illorum. ergo. quas duas conclusiones ponit Inno. expresè in d. c. in literis. in princ. & infrà vers. Item not. quod si quis est. & facit etiam no. per eundem Inno. in d. c. consultationibus. & ibi de malæ & bonę fidei possessore, an valeant electiones, collationes & præsentationes per eos factæ quod intellige de bonæ fidei possessoribus, quibus ius commune assistit. Si verò ius commune eis resistit: recurre ad not. aureā. Inno. in ca. cùm venisset. de restitu. in inte. in glo. per monachos. in fi. Archid. no. in c. cum qui. de præb. super vers. inuasor. li. vj. quærit de inuasore pacificè possidente, vtrum possit præsentare & post multa, pro & contra dicit quosdam tenere, quòd si talis tolleratur potest: aliàs non. remittit ad certa loca xxiiij. q. j. in sum. & de elect. c. nihil est. in glo. vltim. per Inno. & per eundē. de sen. excō. c. si verò. in glo. hinc colligitur iuxta finē quas glo. intellige de intrusis non per violentiam, sed de possessore violēto. recurre & vide no. per Inno. in c. in literis. supurius alleg.

SVMMARIVM.

Si præsentatus per verum patronū infra tempus debitum, & per ordinarium non admissus in manibus patroni etiam post sex mēses renuntiet: patronus iterum post semestre poterit præsentare.

EPITOME.

**Ignorantiā allegantem.* 3 *Ignorātia autem an possit probari per iuramentū maximè quando præsumptio est in contrarium: vt puta, quia secundum est notorium in loco vide per d. albe. in c. quosdam. de consum. in vers. glo. j. & ibidem per Feli. in ver. in glo. j. in fi.*

* Et tenet. Adde quid autem si patrono qui præsentauit clericum, si opponatur ei quòd non in tempore, & ipse patronus negat quis probabit vide Fel. in c. tertio loco. de proba. in ver. ex. glo.

reſcript. Cùm igitur præſentatus non habeat ius in re: quia non eſt inſtitutus, ſed ad rem: vt in c. dilectus. de of. le. ergo illi potuit renũtiare in manibus ſui patroni. Cõfirmatur hoc dictum per vnum dictum Inn. notabile in c. cum veniſſent. de reſt. in inte. ſuper verbo renuntiauit.
3 vbi dicit, † quòd electus ante confirmationẽ poteſt renuntiare iuri ſuo ſibi ex electione quæſito in manibus eligentium, etiam ſi electioni de ſe factæ eõſenſit. quod indubitanter procedit in electis ad inferiores dignitates de electis ad epiſcopalem dignitatem: licet olim fuerint opiniones. in c. inter corporalia. de transla. tamen hodie idem tenẽt omnes moderni in c. ſi electio. de electi. li. vj. quæ quidem decre. facit pro ſecundo dicto concluſionis: videlicet quòd patronus poſt dictam renuntiationem in manibus ſuis factã, poteſt iteratò præſentare: & habebit integrum tẽpus quod primò habebat ad prẽſentandum: quia quod per ipſum non ſtat, nõ eſt ſibi imputandum. de re iudi. c. quod per me. li. vj. & hoc tenet Ioã. Andr. in nouel. in d. c. li electio. in j. & ſuper antepenul. glo.

SVMMARIVM.

Patronus poteſt loco religioſo ius patronatus dare abſq; alia vniuerſitate: de licẽtia tamen epiſcopi, quamuis aliter abſque vniuerſitate vendi non poſsit.

Deciſio 9. *aliàs* 404.

FVit dubitatum vtrum ius patronatus per laicũ poſſit dari religioſis ſine gleba vel aliqua alia vniuerſali re: puta caſtro, villa vel fundo. Dubium fecit c. ex literis. de iure pa. vbi videtur quòd per ſe donari non poſsit, cùm ſit ius ſpirituale, quod ſine aliqua tẽporalitate ſtare non poteſt, ſicut dicimus de præbẽda. Breuiter fuit determinatum & concluſum contrariũ per omnes. Nam licet ius patronatus non poſsit vendi per ſe, niſi cũ vniuerſitate: vt in d. c. ex literis. & c. de iure. eod. titu. tamen donari poteſt à laico clerico ſine quacunq; vniuerſitate vel gleba: vt in c. ex inſinuatione. eo. tit. & loco religioſo etiam ſine conſenſu epiſcopi: vt in decret. vnica. eo. tit. li. vj. vbi videtur tex. pro hac determinatione. Idẽ videtur tenere & dicere Inno. in c. cùm ſecundum. eo. ti. in fin. maximè cũ laici hoc ius habeant ex ſingulari gratia & fauore eccleſiæ: vt not. Inno. ſuper rubrica de iure patr. & ideo citiùs & leuiùs quomodocũq; ad eccleſiam reuertitur: quemadmodum dicimus in decimis ab olim in feudum laicis conceſsis. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. capit. c. cũ apoſtolica. res enim de facili redit ad naturam ſuam. xxxv. diſt. ab exordio. ff. de pact. ſi vnus.

SVMMARIVM.

Maritus ratione dotis in qua comprehenditur ius patronatus, poteſt præſentare, cùm cenſeatur rerum dotalium dominus: ſi tamen maritus & vxor in prẽſentando diuerſos concurrant, præſentatus ab vxore præfertur.

Deciſio 10. *aliàs* 422.

* Cõſuetudo. *Adde vide Felyn. in c. cùm Bertoldus. de re. iu. col. xij. numero 44.*

FVit dubitatũ vtrum valeret conſuetudo * tanti tẽporis cuius contrarium &c. quod maritus ratione villæ ſibi datæ in dotem in qua cõſiſtit eccleſia parœcialis, cuius ius patronatus ſpectat ad vxorem, poſſet ad eccleſiam ipſam vacantem perſonam idoneã prẽſentare. Et fuit concluſum & determinatũ per omnes dominos quòd ſic. imò ſecundùm aliquos circũſcripta qua cunque conſuetudine de iure communi hoc poſſet: cùm ipſe maritus ſit dominus rerũ dotalium viuente vxore: vt l. doce ancillam. C. de rei ven. vel ad minus habet vſufructum in bonis dotalibus, ex quibus tenetur onera matrimonij ſupportare. de do. inter vi. & vx. c. per veſtras. de vſur. c. ſalubre. & ff. de iure do. l. ſi is qui. Prẽterea eligere & præſentare eſt fructus poſſeſsiõis. ergo cùm ipſe ſit in poſſeſsione villę, ratione cuius cõpetit hoc ius, meritò eo vti poteſt. de iure pat. c. conſultationibus. faciunt not. per Inn. de reſt. ſp. c. in literis. poſt prin. Prẽterea cũ ius patrona. tranſeat cũ vniuerſitate: vt in c. ex literis. de iure pa. meritò maritus habens hanc villã ex donatione vxoris in dotẽ de iure poteſt præſentare: maximè ſi hoc habeat conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. de conſue. c. cùm conſuetudinis. & quæ videtur eſſe rationabilis valdè in hoc caſu: quia cõſona iuri communi. ar. c. ſi. de do. inter vi. & vxo. Si verò ambo maritus & vxor concurrerent in præſentando duos epiſcopo: crederem præferendum præſentatum ab vxore. prout not. per Io. Andr. in nouel. in ſimili quæſtione de tutore & pupillo præſentantibus in c. ex eo quod. de electio. lib. vj.

SVMMARIVM.

Literis epiſcopi in quibus narrat ſe ad alterius prẽſentationem Titium inſtituiſſe, creditur etiam quò ad prẽſentationem.

EPITOME.

1 *Verbis ſiue literis prælatorum, maximè de facto alieno non creditur.*

2 *Prælatus plus iuris habet in inſtituendo quàm patronus in præſentando.*

Deciſio 11. *aliàs* 423.

SEd retento eodẽ themate epiſcopus narrat in litera inſtitutionis factæ per eum Titiũ ſibi præſentatum per Seyum maritum. B. & ad ipſius præſentationẽ eundem Titiũ inſtituiſſe. Dubitabã ego qui habui cauſam. ex quo non producebatur litera præſentationis: ſed duntaxat inſtitutionis: vtrum hoc ſufficeret. Mea dubitandi cauſa fuit hæc. quia † non creditur verbis ſiue literis narratiuis prælatorũ: maximè de facto alieno: imò ſecundùm aliquos non creditur literis eorũ aſſertiuis. de quo in decret. poſt ceſsionẽ. de proba. per Ber. & Io. An. in nouel. ar. à cõtrario ſenſu. de literis. de prob. Prẽterea ſuppoſito q̃p crederetur literis tali illius epiſcopi inſtituẽtis ſuper inſtitutione & admiſsione per ipſum factis: tamen non eſſet ſtandũ tali literæ ſuper prẽſentatione patroni, & q̃p infra tempus præſentauerit, quæ cõiunctim requiruntur ad præſentationẽ validam. prout ſcripſi ſuprà dec. 4. eod. ti. quæ incipit, Secundũ omnes. fuit mihi reſponſum & cõcluſum per omnes contrariũ. Ratio, nã ex quo conſtabat de vacatione. & de tẽpore vacationis beneficij, de quo agebatur, & q̃p præſentans erat verus patronus, & q̃p inſtitutio erat facta infra tẽpus, & de idoneitate perſonæ prẽſentatæ: prẽſumi debet prẽſentationem ad præſentantẽ & inſtitutionẽ ad inſtituentẽ pertinuiſſe. qui reddunt ſe prout plurimũ difficiles valdè in admittendo & inſtituẽdo prẽſentatum. de iure pat. c. nobis. & c. paſtoralis. Cùm igitur prẽlatus † plus iuris habeat in inſtituendo quã patronus in prẽſentãdo: de offic. ord. c. dilectus. & factũ prẽſumitur ſolẽniter actum niſi probetur contrarium. de prẽſump. c. in prẽſentia. quãdocunq; etiã conſtat de duobus extremis bonis præſumere etiã debemus de medio bono. arg. de dona. c. cũ dilectus. de app. c. inquiſitioni. & c. ij. requirſ. Tum etiã quia literis epiſcoporũ creditur in his quæ ſpectant ad eorum officium. prout legit. & not. per Inn. in c. ij. de fide inſtr. prope finẽ, & eſt tex. in d. c. poſt ceſsionẽ. & ij. q. j. legũ. & xj. q. iij. curæ. quibus rationibus attentis dicebant oẽs domini prẽſentationem & inſtitutionẽ ſufficiẽter fuiſſe probatam. quæ mihi ex alio capite videbatur nulla, per cañ. decernimus. xvj. q. j. vbi recitantur inſtitutiones epiſcoporum factæ ſine conſenſu patronorũ. At in caſu noſtro non conſtitit de cõſenſu patroni, niſi per narrationẽ epiſcopi fortè falſam. ergo &c. Ad quod reſpõdebatur, quòd ex quo patronus ſe non oppoſuit nec contradixit, cõſenſiſſe videtur. nam qui tacet, & c. de re. iu. qui tacet. li. vj. Prẽterea literę prẽſentationis prout plurimũ, remanent penes epiſcopos, & bene cuſtodiũtur in archiuis eorum propter dictum c. decernimus. vt ſi patroni vellẽt malignari & variare, non poſſent. Idcirco propter difficultatẽ probationis dicebã prædicta ſufficere, & ſic ſententiaui pro actore de cõſilio omniũ dominorũ meorũ.

SVMMARIVM.

Si monaſteriũ ad quod parœcialis eccleſia pertinet in ſpiritualibus & tẽporalibus: & etiã monachi curam aĩarum habentes prẽſentant epiſcopo clericũ ſæcularẽ, per ipſius mortẽ, põt dicta eccleſia tãquã vacans impetrari.

EPITOME.

1 *Eccleſia vnita monaſterio cui per clericum ſæcularem deſeruitur, an dicatur vacare.*

2 *Patronus donãs eccleſiã, oẽ ius qđ in ea habet, donare cenſetur.*

3 *Iudex non debet condemnare de his quæ in petitione actoris non continentur.*

4 *Libellus debet eſſe clarus, aliàs ſi obſcurus vel dubius exiſtat, imputatur actori.*

Deciſio

Decisio 12. aliàs 474.

1 SVpposito † quòd parochialis ecclesia spectat ex canonico titulo plenissimè ad monasteriū: videlicet quò ad spiritualia omnia & temporalia,ac ipsorū animū plenū & liberum exercitium & fructuū omnium perceptio,saluo ꝙ debent habere secū vnum capellanū sæcularē,qui per eos episcopo præsentetur, & ab eo recipiat curam,& in decēti habitu sacramentū Eucharistiæ portet infirmis:ac etiam vbi monachi vsi fuerūt per seipsos exercitio curæ,& infirmis sacramenta ministrando. Si moritur capellanus & impetratur ecclesia tanquā vacās per mortē illius,tenet impetratio.vt suprà in conclusione.xxiiij.de prēb.& per ea quę ibi dixi in fi.& vt gratia papæ valeat & in aliquo sortiatur effectū, cùm papa sine dubio fuerit intentionis aliquid conferendi.ar.de priuile.c.si papa.de verb.sign.abbatē. de leg.j.si quando. Fa-
2 cit ꝙ si patronus † donet ecclesiam censetur donare ius quod in eo habet:vt de dona.c.pastoralis.de iure pa.c.cura.Item quidā domini plures numero dixerūt,ꝙ si in libello talis impetrans cōtra monasteriū principaliter petierit dictā prouisionē suam pronuntiari canonicā & declarari dictā ecclesiam ad eum pertinere, sibiq; adiudicandā fore,ac d. monasterio nullū ius cōpetere super dicta ecclesia.iudex facta fide de premissis debet declarare libellū,& super iure dicti capellani ferre sententiā,& super alijs impetranti silentiū imponendo,& hinc inde expensas cōpensando.Pro primo allegabatur.ff. de lega.ij. l.qui solidū.in prin.ff.fami.ercis.l.in hoc iudicio.& no. Cy.ff.si aduer.rem iudi.l.j.Pro secundo de expeñ. alleg. no.Inn.de do.c.fi.in glo.magna.vers.Item no.ꝙ si sentē tia,licet modus.Facit contra no.Inn.de plus peti.c.vnic. in fi.in glo.Sed in prin.dicti domini subtilius illud dictū impugnauerunt:prima facie videbatur enim certū de iu-
3 re,ꝙ iudex,† qui cōdemnat in eo quod non continetur in petitione actorū malè & fatuè agit:vt.ff.de contrahē. emptio.l.vt fundus.C.de fideicō.l.j.in fin.modò constat, ꝙ ius quod primus capellanus habuit sub generali petitione non cōprehenditur.igitur in illo iuris condemnatio fieri nō potest.quod non cōprehendatur probo. quia aut cōprænditur tanquā pars rei petitæ: vt in l.qui solidū.in prin.alle.& hoc not.quia ecclesia est indiuisibilis & partē non habet,nec ipsa nec ius corporale,quod in ea habetur,habet partē: vt in c.dilecto. de præb.de cōsti.c. cùm M.cum fi.an cōprehenderetur per inductionē proprietatis verborū ad improprietatē:vt proximè dixi etiā & hoc non potest:quia si sit ius monasterij.non excluderetur si mentem talē libellās haberet:quod tamē per expressum excludit.Postquā enim nullū ius prætēdit in ecclesia,ius infert monasterio. & ergo ipse impetrans eo ipso ꝙ expresse ius monasterio in libello nō excludit ex toto censetur libellū velle intelligere de directo principali inter actorē & rectorē.ar.ff.si ager vect.l.ij.facit,quia
4 libellus † debet esse clarus de natura sua. ff.de rei vend. l.si ideo. Et licet admittatur declaratio aliās imputetur actori.ff.de iudi.si quis intentione ambigua.& l.in stipulatu.ff.de verb.obli.propter quod dicti domini consulebant,ꝙ diceretur actori per auditorē, ꝙ dictū libellum declararet.Tamen in casu quo non declararet,fiat interpretatio cōtra eum:vt in regula cōtra eum.li.vj. quia sāltem debent in dubio accipi verba in propria sentētia:vt ff.deleg.iij.l.non aliter.maximè in odium declarare nolentis.ar.ff.de interrog.ac.l.de ætate.§.qui tacuit. Coniunge cum isto quod si libellus debet esse clarus, adhuc sententia debet esse clarior,vt institu.de actio.§. curare. quia non videtur quòd ius illius capellani consisteret in ipso corpore in ecclesia constituto ad releuamē actoris in aliquo ordinato:sicut videmus in multis ecclesijs huiusmodi capellanos vicarias & præbendas habentibus etiam cum animarum cura seu potestate audiendi confessionem,quibus tamen non videtur prouideri aliquo modo de ecclesia,sed in ecclesia vide hanc differentiam no.in glo.cle.j.de præb.& digni.licet secus putarem vbi monachi carerent exercitio curæ,per ea quæ dixi suprà in di ct. * xxiiij.decis.Hoc suppositō dicebant dicti domini quòd si recusāt ille declarare absoluatur monasterium ab impetitione,& actor condemnetur in expensis,quod tardè fiendum foret & si fieret,bonum esset taliter sententiā declarare, quòd appareret modus & causa pronuntiationis eiusdem,si declararēt,quòd pronuntiaret secundum quod aliqui domini supra dixerunt,&c.

In d.xxiiij deci. Exemplaria anti-

qua sic habēt cōclusione iij. præcedenti.

De Sponsalibus.

SVMMARIVM.

Cohabitatio superueniens post infantiam & pubertatem ratificat matrimonium per infantes cōtractum.

Decisio 1. aliàs 462.

DVBITATVR si duo infantes cō traxerunt matrimonium, & post infantiam & pubertatem simul cohabitauerunt, non tamen se cognouerunt carnaliter:an ratificetur matrimoniū per huiusmodi cohabitationem,vt trā seat in præsens. Io.an.in c.vnic.de desponsi.impu.li.vj.tenet quòd non.cum quo tenet author harum decisionum Archi.ibi contra in c.non est consensus. xxx.q.ij. cuius opi.tunc omnes audtores sunt secuti: licet argumēta fortia & veriora sint pro opiniōe Io.an.maximè quia istud matrimonium est iuris ficti.In matrimonio modo fictio *non habet locū,nisi in casibus à iure expressis de spon. c.is qui.& clem.quod circa.de elect. qui ergo dicit hunc casum expressum,declaret.

**Fictio.fictionis materiam vide per Bar. in repe.l. si is qui. pro emptore. ff. de vsuc. & in l. nec vtilem. ff. ex quibus ca. ma. & Bald. in l. sine possidetis.C. de probatio.*

De Desponsatione impuber.

SVMMARIVM.

Pubes contrahens cum impubere etiam per verba de præsenti,ante tempora pubertatis,potest cum alio pubere matrimoniū legitimum cōtrahere,non obstante promissione iuramento firmata,& superioris prohibitione.

Decisio 1. aliàs 450.

SI pubes contrahit matrimonium in faciem ecclesiæ cum muliere impubere per verba de præsenti,& antea quàm mulier perueniat ad pubertatē siue legitimam ætatē dictus pubes etiā contra inhibitionem sibi factam per episcopum cum alia muliere pubere contrahat carnali copula subsecuta. Fuit dubitatū vtrum teneret secūdum matrimonium.& videbatur aliquibus quod non,per cap.de illis.ele.j.ver.mulier.de despon.impub. qui quidem ver. allega.pro casu.Nam prędictus pubes ex quo semel consensit in eam non poterit postea dissentire, nisi illa post pubertatem dissenserit:vt ibi.& rationem ponit glo.per regulas communes.Quod semel placuit&c.quod semel approbo,&c.& ibi vide iura. Fuit determinatū contrarium per omnes,per glo.ibidem fi.in fi.quę dicit expressè,quòd licet prædictus pubes teneatur expectare mulierem impuberem donec perueniat ad ętatem legitimam hoc non est ratione matrimonij, quod nullum fuit propter defectum ætatis mulieris impuberis: vt in capitu.literas. & capitu.accessit. eod. titu. sed ratione promissionis suæ,contra quam veniendo si contrahat cum alia matrimonium tenet, etiam si iuramentum interuenisset.alleg.capitu.si inter.de sponsi. hoc idem tenet ibidem Innocen.& Hostien.* Et potest esse ratio.quia fortius vinculū superueniens rumpit debilius:vt in dicto capitu. si inter. At in casu proposito, quòd licet interdictum puberem & impuberem fuerit matrimonium cōtractum per verba de præsenti:tamen iurisdictione fuerunt reuera sponsalia de futuro:vt in capitu.vnic.de desponsa.impuber.libro sexto.quæ rumpuntur per sponsalia de præsenti postea legitimè inter puberes contracta: vt in dicto capitu.si inter.multa enim fieri prohibentur quæ si facta forent,tenent.vt in * capitu. ad apostolicā. de regu.iuris.quæ regula infallibiliter tenet in actibus irretractabilibus siue irreiterabilibus: vt in sacramentis, & non in non habentibus causam perpetuam prohibitionis:vt in casu nostro.de quo in capitu. tua. de sponsa.du-

** Et Hostiē. Hoc idem etiā tenet ibi do. Abb.in vlti. not.in quantum dicit,nota quòd sponsalia de futuro etiam iurata non impediunt matrimonium cum alia contractum.*

** Vt in c. ad*

apostolicam. Adde l.j. ff. de excu.tuto. in gloss.super ver.dabitur. vt concordet psalterium cum cythara.

& per hoc etiam respondetur ad prohibitionem siue interdictum episcopi, quod non dissoluit matrimonium postea contractum: nam fortius est matrimoniũ quam interdictum etiam papæ.prout leg.& not.in d.c.ad dissoluendum.de despon.impu.in gl.fi. de matri. contract. contra interdict.eccl.cap.ex literis.& c.de muliere.

De Conditionibus appositis.

SVMMARIVM.

Licet modus adiectus in dimembratione seu ordinatione facta per legatum sub modo non seruetur:ordinatio nihilominus valet,nec resoluitur ipso iure.

Decisio 1. *aliàs* 131.

ORDINATIO siue dimẽbratio facta sub modo resolubili per aliquẽ legatum,licet modus nõ seruetur: ordinatio nihilominus stat in suo robore:nec resoluitur ipso iure,licet possit agi ad resolutionem ipsius, & retroductionẽ seu retractationem rei datæ conditione * ob causam. prout leg. & not.per Ber.Inn.Host.in c.verũ.de condit.appo.facit c.significatum.de præb. puta legatus ordinat ꝙ certum monasteriũ habeat certos redditus alicuius parœcialis ecclesię,dũmodo ibi teneat sex monachos ad deseruiendum in diuinis, & orandum etiã pro anima fundatoris, si hîc modus non seruetur: nihilominus stat ordinatio. per iura superius allegata. Pro qua conclusione facit gl. ordi.Ioan.Andr.in c.non potest. de præben.eod.li.super ver.retinere.vbi dicit, quòd hoc verbum, dũmodo. non sonat in conditionẽ,sed potius in admonitionem vel cõminationem:vt ff.de tutel.l.mortuo.remittit ad not.per eum in regula iuris,actus legitimi.de reg.iur.eod.lib.

* Cõditione. *aliàs Conditione.*

Qui filij sint legitimi.

SVMMARIVM.

Inferiores à principe legitimandi potestatẽ non habent: quod nec papa habet nisi in terris sibi ipsi temporali iurisdictione subiectis. 3

Decisio 1. *aliàs* 200.

INFERIOR à principe non põt illegitimum legitimare quò ad successionẽ hæreditariã:quod nec papa posset,nisi in terris temporali iurisdictione sibi subiectis. prout legi.& no.in c.per venerabilem. qui fil.sint leg.licet Hosti.teneat ibi cõtrarium de papa, qui tenet hodie monarchiam mundi, & habet vtrumque gladium.de quo in c.causam quæ.eod.titu.& in c.nouit.de iudic.& ibi vide pulchras rationes naturales domini Ioan.de Ligna.

De Accusationibus.

SVMMARIVM.

In causa iniuriarum etiam ciuiliter intentata requiritur specificatio: non tamen tanta quanta in obiectibus, qui sunt magis odiosi.

EPITOME.

1 *Libellus in actione ciuiliter intentata debet esse specificus.*
2 *Actio iniuriarum dicitur infamatoria.*
3 *Articuli qualiter sunt in actione iniuriarum ciuiliter intentata proponendi.*
4 *Famam suam negligens crudelis dicitur.*

Decisio 1. *aliàs* 36.

In libello. Vide supra de libel.obl. dec.j. & de seque. pos. & fruct. decisio.j.

1 VIT dubitatum vtrũ † in actione iniuriarum ciuiliter intẽtata locũ habeat l.libellorum.ff.de accu. & in scriptis canonizata.ij.q.viij. videlicet, quòd in libello & in articulis requiratur tãta specificatio ac si criminaliter ageretur. Et 2 videbatur prima facie quod sic.quia actio † iniuriarum infamat.de re.iud.c.cum.t.a.b.cum ibi no.& sic odiosa. sed propter odiositatem materiæ puta obiectum in personam vel formã in causis beneficialibus,requiritur maxima specificatio:vt in c.vt circa.de electio.lib.vj. & in cle.constitutionem.eo.tit.ergo multò fortius in actione iniuriarum,quę videtur magis odiosa.Præterea si in exceptionibus infra terminũ datis contra testes requiritur talis & tanta specificatio,vt prefertur. prout le.& no.in c.ex parte.de testi.& eo.tit.c.præsentiũ.li.vj.quę etiam licet probentur & propterea testes repellantur: tamen propterea pœna ordinaria non puniuntur, nec infames reputantur:vt in c.cùm dilectos.de ordine cognition.in fine.multò fortius videretur id locum habere in actione iniuriarum quæ infamat,vt præfertur.His non obstan. fuit determinatum per omnes cõtrarium, & dictum ac cõclusum in actione iniuriarum ciuiliter intentata,talẽ & tantam specificationem in libello & articulis nõ esse necessariam:sed sufficere, quòd pars aduersa posit certificari,& testes deponere.pro quo allegabatur tex.in c. tuæ.de procura.& not.Innocen. in capitul.accedens. de pur.ca.Idem putauit dominus Aegi.etiam de omni alia actione etiam ciuiliter intentata,quæ infamat ex identitate rationis:vt ff.de dolo l.exigit. & ff.de iniur. prætor edixit.in principio &ibi per Bartholũ.Ratio enim, in his omnibus est vniformis: videlicet ne admittatur quis ad vagandum in discrimine famæ alterius,quę habentur in duabus legib.prox.Sed talis & tanta specificatio nõ requiritur in prædicta actione, qualis requiritur in actione directè criminaliter intentata,& in obiectionibus contra personas electas vel eligentiũ vel testium, qui quidem obiectus cùm non descendunt ex iure proprio dantis,sed tendunt propriè ad repulsam aduersarij vel testium, sunt magis odiosi: quia vult alijs nocere, & sibi non prodesse.Tum etiam quia vt plurimum confinguntur:& ideo propter præsumptionẽ calumniæ statutum est tam exactam specificationem fieri in illis: vt expressè apparet in iure superius allegat. Secus verò si obiectus essent de iure dantis: tunc enim talis exacta specificatio non requiritur: vt in clemen.constitutionẽ. At in casu nostro: puta in actione iniuriarum ciuiliter intentata,articuli † de tali materia dati sunt de iure dãtis: dummodo de propria iniuria agat. ergo &c. quia vt dicatur articulus de iure partis, non consideratur solùm an in personam vel formã alterius aliquid impugnando incitat: sed consideratur soldm an causa vnde competit ius agendi vel excipiendi directè descendat à iure dantis:vt probat,expressè clementi.constitutionem.in prin. superius allega. Præterea rogo dic mihi quid magis directè potest ius meum respicere quàm quòd mea fama & opinio bona seruetur illæsa?Ad quod tendit actio iniuriarum:cùm † canõ reputet illum crudelem famam 4 suam negligentem:vt xij.quæstio.ij.nolo.de accusation. capitu.final. & potius debemus delectari in odore bonæ famæ quàm malæ opinionis:vt in decret. licet in beato Petro.de accusationi. Ergo concludendo dicamus sufficere specificationem in actione iniuriarum superius annotatam.& sic fuit semper obseruatum.

ADDITIO.

Vbi Pau.dicit in §.ceterum.super verbo,circumstantiarum. quòd licet ille cui datus est terminus ad proponendum crimina & defectus satisfaciat termino indeterminatè: illa propositio si peteretur declarari, deberet & posset declarari post terminum: quia qui declarat non addit.ff. de testament. lege hæredes palam.§. quòd verò quis.

De Excessibus prę-latorum.

SVMMARIVM.

Vnio beneficiorum ex falsa causa facta seruata iuris forma valet,licet veniat reuocanda.

Deisio

Decisio 1. aliâs 59.

* Vnio. vide Oldra. consi. 261. de reb. eccle. nõ alie.

NIO * ex falsa causâ facta seruata forma iuris valet & tenet, argu. no. per Ioan. xij. in sum. & c. sine exceptione. & in ca. dudum. de rebus eccles. non alienand. non enim videtur hæc vnio quæ est cõtractus stricti iuris: vt in l. cùm quis. ff. de donat. ob hoc. nõ valere: quoniam dolus dans causam contractui in contractibus stricti iuris non reddit contractum ipso iure nullum: vt l. si quis. cum alijs. ff. de verbo. oblig. ergo, & c. secus verò vbi nulla causa subsit. & si sine aliqua causâ facta fuerit: tamen nihil valeret quod actum est: vt in clem. monasteriorum. de rebus eccles. non alienandis, & sic potest intelligi opinio Ber. & Hostien. qui tenent contrarium. Io. & etiam Archid. in c. j. de restitu. in integrum. Dominus verò Io. de Lignano in c. si quis presbyterorum. distinguit, an sit peccatum in causa ex qua vel circa quã. credo tamẽ ꝙ posit prędicta vnio annullari probata falsa causa: vt in l. si prętor. ff. de iudi.

SVMMARIVM.

Vicaria perpetua potest vniri mensæ episcopi. vel abbatis, & tunc trãsit in temporalem: quoniam ad nutum posidentis episcopatum vel monasterium instituitur rector, & beneficium mensale censetur.

EPITOME.

1 *Vicaria perpetua beneficium ecclesiasticum esse censetur.*
2 *Ecclesia vnita censetur pleno iure spectare ad episcopum vel abbatem, cuius mensæ est vnita.*
3 *Dispositio cle. j. de supplen. negli. prę. non habet locum in beneficijs mensalibus.*

Decisio 2. aliâs. 273.

FVit dubitatum & in consilijs positum per dominũ Robertum: vtrum perpetua vicaria alicuius parœcialis ecclesiæ posit vniri alicui monasterio seu mensæ abbatiali. Fuit concluſum & responsum per maiorem partẽ ꝙ sic. quia sicut rectoria parœcialis potest
1 vniri, ita & vicaria perpetua: quia † beneficium ecclesiasticum est, & ad omnia tenetur vicarius ad quæ rector: vt in cle. vni. de off. vica. Et sicut episcopus non dispensat cum rectore super ætate ita nec cum perpetuo vicario: vt ibi not. per Ioan. And. & Pau. super verbo, ætate. Ergo sicut episcopus potest vnire rectoriam: ita & multò fortius vicariam. quia minus ius & minorem vtilitatem habet vicarius in ecclesia quàm rector: vt in c. extirpandæ. de præben. & in alijs iuribus superius allegatis. Aliqui vacillando volentes tenere contrarium, dicebant ꝙ non vniendo sed supprimendo dictã vicariam posset hoc fieri per episcopum cum consensu sui capituli. iuxta
1 ea quæ legun. & notan. per Innocen. & Hostien. in capi. cùm accessissent. de constitu. Prętera absonum videtur quòd parœcialis ecclesia careat pastore, quæ aut debet regi per pastorem seu rectorem, aut per vicarium perpetuum quantumcunque fuerit alteri dignitati vnita: vt in capitu. extirpandæ. ꝯ. qui verò. de prębend. & de priuile. c. cùm & plantare. ꝯ. in ecclesijs. & videtur tex. in capit. vnic. de capella. mo. libro vj. allegant etiam nota. in c. de monachis. de præben. & in capitu. j. eod. titu. libr. vj. & c. j. de iure patronat. in clemen. quæ omnia iura & no. procedunt in beneficio pleno iure in temporalibus ad aliquos religiosos spectante: ad illud enim tenent perpetuũ vicarium episcopo pręsentare instituendum ad regimẽ & curam animarum: vt in capi. vnic. de cappella. monas. superius alleg. & tunc habet locum prouiso dictorum iurium de monachis. & capitu. j. de præbend. libr. vj. &
2 clementi. j. de iure patronat. At vbi ecclesia † est vnita mensæ episcopali & abbatiali, & spectat ad illum pleno iure tam spirituali quam temporali: tunc potest ibi poni vicarius temporalis ad nutum remouibile ad exercitium curæ, quæ principaliter residet in episcopo vel abbate, cuius mensæ est vnita ecclesia siue perpetua vicaria: ita quod per hanc vnionem perpetuitas trãsit in temporalitatem, & totum residet in episcopo vel abbate, cuius mensæ est vnita, pro hoc etiam alleg. ea quæ legit. & nota. per Ioan. Andr. & Pau. in clement. frequens. de ex cess. prælat. super versic. ad mensam. & in clemen. j. de
3 rescript. per Guliel. & Pau. & in † clemen. prima, de supp. neg. præ. quæ nõ vendicat sibi locum in beneficijs mensalibus quia illa non dicuntur vacare: vt in capit. frequens. super versic. quidam etiam. & in clemen. ne in agro. de sta. monac. ꝯ. ad hæc. & qualem potestatẽ habent prælati in his bonis mensalibus vide Innoc. & Hostien. de priuile. cap. pastoralis. de sta. mona. cap. ij. super vers. prioratus. per Innocen. tamen dominus Robertus dixit Collectarium in capitu. sicut vnire. de excess. prælat. tenuisse & tenere in contrarium: videlicet quòd perpetua vicaria vniri non potest.

De Iniurijs & damno dato.

SVMMARIVM.

Iuxta qualitates & circunstantias quę augent vel minuunt iniurias. iudex taxet eas in certam quãtitatem. in qua vel infra quam læsus iurat & subsequenter in quantitate iurata condemnet.

Decisio 1. aliâs 152.

AD æstimationem iniuriæ * quæ per probationes legitimas haberi non potest: Iudex primò considera tis omnibus qualitatibus & circunstantijs quæ possunt augere vel minuere huiusmodi æstimationẽ suo iudiciali arbitrio taxabit certam æstimationem huiusmodi iniuriæ seu certam quantitatem non vt in illa condemnet. sed vt infra illam seu in illa & non vltra pars per suum iuramentum huiusmodi æstimationem declaret, & ita intelligitur quod habetur ff. de iniur. l. si vnus. ꝯ. seruus meus. & post huiusmodi taxationem pars in ipsa quantitate seu summa taxata condemnabitur seu infra eam, & ita intelligitur l. iniuriarũ æstimationem. de iniur. & de iniur. c. olim. & de of. ord. c. si canonici. li. vj. cũ ibi no. in gl. super ver. damnis. li. vj.

* Iniuria. Ad de infra eo. ti. dec. 4.

SVMMARIVM.

Actio iniuriarum etiam ciuilis tollitur annali præscriptione.

EPITOME.

1 *Lite non contestata. super actione iniuriæ verbalis infra annum agens vlterius non admittitur.*
2 *Tempus quando pro actione iniuriarum currere incipiat.*
3 *Stante statuto quod post annum non cognoscatur de maleficio, an pro delicto occulto currat tempus.*
4 *Ciuilis & naturalis obligatio an præscriptione tollatur.*

Decisio 2. aliâs 240.

PRo iniurijs verbalibus † non admittitur agens siue actionem intentans post annum, nisi infra annum à tempore irrogatæ iniuriæ computandum fuerit lis cõtestata. Ratio, quia per lapsum anni tollitur hęc actio C. de iniur. si non conuitij. tollitur etiam leuius, scilicet dissimulatione: vt instit. de iniur. ꝯ. fi. & ibi not. sed dissimulare præsumitur, ex quo tanto tempore tacuit. arg. eorum quæ legun. & notan. per Ioan. Andr. & Hostien. in cap. cum T. de re iudic.

ADDITIO.

Scilicet continui: vt ff. de his qui. not. infa. l. genero. ꝯ. j. quia odiosa est: vt l. Arrianus. ff. de act. & ob. & l. interpretatione. ff. de pœn. & intelligas de actione iniuriarũ prætoria: ciuilis autem quę descendit quando crimen punitur per legem Corneliam quod est in tribus casibus: vt l. lex Cornelia. ff. de iniur. tunc est perpetua, sicut alię actiones ciuiles. l. ij. C. de constitu. pe. & ita tenet Cyn. in dict. l. si non conuitij. in iij. quęst. Cõtrarium tenet Ioan. Andr. in additione Specu. in titu. de iniurijs. vbi dicit, ꝙ tam ciuilis quàm prætoria tollatur anno propter odiositatẽ ipsius. & pro hoc vide glo. ordi. instit. de iniur. in. ꝯ. sed lex Cornelia. super verb. introduxit. quæ videtur cõcludere, ꝙ etiam in his tribus casibus, scilicet cùm quis sit vapulatus, aut percussus, aut domus sua introita, ꝙ ano continuo actio prędicta tollatur. Non obstat motiuũ Odo. & Ia. de ra. qui vt refert Cy. ibi tenent eam perpetuã quando ex lege Cornelia descẽdit: ꝙa speciale est hoc casu, ꝙ actio iniuriarũ sit ciuilis & irregularis propter

odiositatem sui:quia per eam quis infamatur:vt in l.atletas.§.fi.ff.de his qui not.infa. & in c.cum te.hîc alleg. Item ratio eorũ est generalis, cui derogatur per specialẽ d.l.si nõ conuitij.& ibi per doc.& in regu.gener.de reg.
2 iur.lib.vj.Sed † hîc posset dubitari quando incipiat curre iste annus,an à die iniuriæ irrogatæ,an à die scientiæ. Et videtur quòd à die scientiæ : quia ignoranti non currit tempus anni.l.annus.ff.de calum. & per Bart. in l.genero.ff.de his qui not.infa.& in capitu.quia diuersitatem.de concess.præb.Item quia ignorantia præsumitur & non scientia.l.verius.ff.de proba . In contrarium videtur : quia in his quæ sunt publicè nota , presumitur scientia:vt no.glo.in l.si tutor.C.de suspec.tut.nota in c. j.de post.præ.& in c.eos.de tempo.ordi.libr.vj. Et quod in hac actione currit annus ignoranti tenet singulariter Guliel.de Cu.in l.exceptiones.§.satis clemẽter.ff. quod met.cau.alle.l.omnes.C.de prescrip.xxx.an.quæ loquitur in prescrip.longissimi temporis.allegat etiam l.fi.ff. si quis testa.lib.& Bar.in d.l.fi.format quæstionem satis
3 ad propositum. Si statuto † cauetur ℘ post annum non possit cognosci de malefacio , an si delictum fuit occultum currat annus,& eam insolutam relinquit,dicens se dubitare.Sed mihi videtur ℘ pro opinione Guliel. sit ea sûs in l.item apud Labeonem.§. conuitium.ff.de iniurijs vbi dicitur,℘ absenti & ignoranti fit iniuria,& quod an no tollitur dicta actio quod intelligitur de actione competenti,tam pro iniuria facta presenti quàm ignoranti. pro hoc etiam facit l.auxilium.in princ.ff.de mino.tenementi perpetuò prælegatum dictum Guliel.& cogita si de iure procedit necne. Vlterius prosequendo istũ principalem articulum qui tangitur in hac decisione, quæro
4 † an sicut per lapsum anni tollitur actio iniuriarum: ita etiam tollatur omnis obligatio naturalis scilicet & ciuilis,adeo quod iniuriatus tacendo per annũ videatur contumeliam remisisse.Breuiter licet sint glossę iuris ciuilis contrariæ,an per præscriptionem tollatur naturalis & ciuilis obligatio.de qua quæstione satis habetur in l. cùm quis.C.de iuri.& fac.igno.C.rem ra.habe.l.fi.& in l.obligationum fere.§.placet.C.de acti.& obliga. cum simi. Tamen veritas est,℘ sicut actiones descendentes. ex delictis quæ dantur ad vindictam, per prescriptionẽ tolluntur ipso iure,tolluntur etiam obligationes naturales & ciuiles.& ita clarè determinat Bal.in d.l.cùm quis sic & per pactũ nudum tollitur ipso iure actio & omnis obligatio iniuriarum:vt l.si tibi decem millia.§.quædã. ff.de pact.& eodem titu.l.si vnus.§.pactus.nam qui habet actionem iniuriarum tacendo , & non agendo per annum:videtur tacitè remittere omnem actionem & contumeliã:& ideo qui non petit infra tẽpus,tacitè videtur ius suum remittere:vt not.gl.in l.si ego.circa finem. ff.de negotijs gestis.& sufficit quęcunq; remissio:nec requiritur partis præsentia ad tollendum actionem iniuriarum,propter sui debilitatem & odiositatem : vt dicit §.quædam.& not.glo.institu.de iniurijs in fin . & quòd quis non petẽdo infra tempus videatur pactum fecisse, not.Dyn.in l.vbicunque.ff.de fideiussor . & per hoc dicit text.in dict.§.pactus.quòd si factum est pactum de non petendo super iniurijs,per quod omnis actio & obligatio est sublata,vt est textus cum gl.in dict.§.quędam. quòd licet postea fiat pactum de petendo , per illud non renascitur actio iniuriarum.Et est ratio vt dicit ibi tex. quia actio iniuriarum non nascitur ex pacto, sed ex con 1
tumelia.qui tex.est valdè nota.ad propositum. Nam ex quo actio & omnis obligatio fuit extincta per lapsum anni,& ex tacita remissione.& tacito pacto ptis,vt suprà dixi,non potuit postea per rescriptũ principis reuiuisce re:cum actio iniuriarum non ex rescripto sed ex cõtumelia nascatur,quæ cõtumelia iam per lapsum anni est sublata:non enim princeps ea quæ sunt iuris naturalis immutare potest.l.quotiens.C.de preci.imper.offt. Item nec posset pars pœnitere,ex quo per lapsum anni iniuriam remisisse videtur.l.non solum.§.j. ff. de iniur . pro hoc etiam vide in repeti.dom. Benedicti de Plumbino in dict.l.cùm quis.superius allega.qui tenet ibi contrarium dicens,℘ licet iniuria tempore aboleatur quò ad actionem & obligationem ciuilem.sed si vnus.§. si ante iudicem.ff. de iniur. tamen quò ad obligationem naturalem non.alleg.§. placet. superius alleg.& l.si nõ conuitij.C.de iniur.sed secundùm opinionẽ Io. And.fuit iudicatum in causa d.Io. Saldeman. de consilio pluriũ aduocatorum in Roma, & ita fuit in rota tẽpore meo sem per obseruatum.super quo dubio vide in libro allegationum signato & in folio cccl xxxiij.& adde hîc duo consilia domini Raphaëlis & domini Petr.de Anchara.posita in reportationibus domini Ant.de Butr.circa fin.

SVMMARIVM.

Damna in articul.specificata dolo vel violentia prouenientia probantur per iuramentum, aliâs probari debent per testes. Interesse verò per subtilitatem iudicis exquiritur.

EPITOME.

1 *Damna in articulis specificata dolo vel violentia prouenientia an probari debeant per testes,an sufficiat iuramentum.*

2 *Interesse qualiter probetur.*

Decisio 3. aliàs 359.

1 DVbitabatur vtrum dãna † petita & specificata in libello & articulis possent probari per iuramentum. Ad hoc fuit responsum & sic determinatum distinguendo. Aut principaliter agitur super dãnis ante litem contesta.illatis: aut non:sed incidenter & accessoriè petuntur. In primo casu subdistinguitur. Aut prædicta damna sunt illata per dolum & per violentiã: & tũc probato dolo vel violentia per testes,sufficit probare dãna & res ablatas violenter vel dolosè per iuramentum, taxatione iudicis præmissa : vt in cano.in primis.ij.q. j. quod met.causa,capi.super eo.C.vnde vi.l. si quando.de iniur.& dam.da.capitu.olim.& per Ber.ibidem. Si autẽ nullus dolus vel violentia in damno dato prętẽditur:sed peruenit ex aliquo casu accidentaliter , & ex interesse aliundè proueniente : tunc illud est probandũ per testes: vt no.glo.ord.satis notabilis in c.dilecti. de foro compe. & est vlti.glo.quæ allegat institu.de ver.ob.§.nõ solùm. & facit bene c.cùm olim.de off.dele.scilicet ad primum principale dictum : videlicet quando dãna principaliter petuntur,quod tunc sint probanda per testes.de quo etiã aliqualiter per Innocen.de ordi.cognit.c. cùm dilectus. super versicul.alijs.& iij.q.iij.c.fin.per Ioan. & Archid. subdit glo.vbi suprà vtile fore certam summã adijcere:
2 quia † difficile est probare interesse : vt ff. de præ.sti.l. vlti.& ideo dat gl.consilium,quòd iudex,cuius est cũcta rimari,debet per suam subtilitatem interesse exquirere siue requirere.C.de sent.quæ pro eo quod interest.l.vn. de fide instrumen.e.cùm Ioan. si verò post litem contestata sint siue damna illata , & incidenter siue etiam accessoriè ad principalem causam petãtur ex officio iudicis : tunc sufficit probare illa per iuramentum probato facto sine causa ex qua damnum insurgit,sicut dicimus & distinguimus de expensis litis ante litis contesta. vel post factis.de dolo & contu.finem.de restitu.spolia.cap. grauis.de appellatio.capi.sæpè.per Innocen.de interesse verò probando vide eum plenissimè in capitul.sacro. de senten.excommunica.

SVMMARIVM.

Ad æstimationem iniuriæ quæ per legitimas probationes haberi non potest,Iudex cõsideratis qualitatibus &c.augere vel minuere taxam potest.

EPITOME.

1 *Iniuriarum æstimatio quæ per legitimas probationes haberi non potest,qualiter haberi dicatur.*

2 *Agens ad æstimationem iniuriarum probare habet qualitates ex quibus æstimatio suum recipit incrementum.*

Decisio 4. aliàs 483.

1 AD æstimationem † iniuriarũ quæ per legitimas probationes haberi non potest , debet deueniri isto modo: quia iudex debet primò considerare omnes qualitates & circumstãtias quæ possunt augere vel minuere huiusmodi æstimationẽ suo iudiciali arbitrio , & taxare certam æstimationẽ huiusmodi iniuriarum seu certam quantitatem,non vt in illa cõdemnet: sed vt infra illã,& in illa & nõ vltra pars per suum iuramentum huiusmodi æstimationẽ declararet. & ita intellige ff.de iniur.l.si vnus.§.seruus meus.& l.constitutionẽ quę.co.

ti.& post

vit.& post huiusmodi taxationem pars in ipsa quantitate taxata seu infra eam declarabit per suum iuramẽtum huiusmodi taxationem seu æstimationẽ: & tunc potest fieri per iudicem condemnatio:vt in c.si canonici.de of. ord.lib.vj.& ita intellige l.iniuriarum æstimatio. ff. de iniu.& ita intelligitur c.olim.de iniur.nec facio quò ad hoc differentiam,an agatur ex l. Cornelia, an verò ex actione prætoria:licet glo.eam faciat in dicta l.iniuriarum. sed sequor in hoc Barto.qui in dict.l. iniuriarum. dictam glos. quò ad hoc reprehendit: licet non ita de-
2 claret.Fateor † tamen quòd si pars agens vult æstimationem: probare debet qualitates ex quibus æstimatio suum potest recipere incrementum. & ita intelligo .§. pœna.insti.de iniuri.cum ibi not.exemplum bonum huius primæ taxationis & sequentis iuramenti declaratio nis habes.C. vnde vi.l.si quãdo.& extra quod metus causa.super eo.§.secus.tamen hoc non est necessarium ibi si cut hîc:vt patet ff.de in litem iuran.l.videamus. Contrarium patet in l.in actionem.§.j.eodem titu. Tu verò in hoc casu rationem diuersitatis cogitabis. Primum verò in expensarum taxatione,habes enim de iure communi quòd non præcedit taxatio de necessitate,sed sequi potest ff.de iudic.l.sancimus.tamẽ de iure actio sequi non potest.in authenti. de iudic.§.oportet.quæ situatur de iudic.super dict.l.sancimus.& sic incipit.sed hodie aliâs incipit,post iusiurandum.Sed quæris ergo qualiter procedit practica hodierna:quia post iuramentum taxatus. modò dico ꝙ duplex est taxatio:vna est quæ non habet vim pronuntiationis,nec etiam re vera declarationis ipsius condemnationis fiendæ:sed habet vim limitationis iuramenti ipsius per partem præstandi.& ista debet præcedere iuramentum.quia vltra istam iurare non licet.& ita loquitur authen.post iusiurandum. Alia est quæ habet vim condemnationis:& ista est quam facimus post iuramentum,& de illa nõ negatur quin fieri potest post dictum iuramentum.sed bene dicit,si hoc est infra taxationem iuramentum est: in minori condemnatio fieri non potest.ita intelligit capitu.super eo.allegat. nisi taxatio prima per iudicem remoueretur. quia tũc posset. quod intelligo cùm ex causa in minus condemnatio fieri haberet.per l.videamus.circa fi.iuncta l. quod iussit. ff.de re iudi.sed dic mihi qualiter sustinetur factum nostrum: quia ista prima taxatione non vtimur, vt vides. Respondeo ꝙ imò vtimur isto modo:quia infra certam summam deferimus iuramentum, ꝙ sic faciendo duos actus simul facere videmus:scilicet summã vltra quam iuratam non posit taxari,& iuramentum deferre.ff.de acqui.hæred.l.illud.cum simil.

De Sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

Sufficit opponere exceptionem in genere manifestę offensæ contra petentem se absolui ad cautelam.

Decisio 1. *aliâs* 51.

SVFFICIT opponere exceptionem manifestæ iniuriæ siue offensæ in genere contra absolutionem petentem,simpliciter vel ad cautelam:maximè si excipiens referat se ad acta. Tempore vero probationis prædictam manifestam iniuriam specificare oportebit.iuxta nota.in capitu.solet.de senten.excommunica.lib.vj.

SVMMARIVM.

Si petatur absolutio simpliciter ab excommunicatio nis sententia,quæ dicitur iniusta:absoluitur cum cautione iuratoria:nisi de manifesta offensa opponatur.

Decisio 2. *aliâs* 72.

SI petatur absolutio simpliciter vel ad cautelam ab excommunicatione quæ dicitur iniustè lata:si non opponatur & probetur manifesta offensa, absoluetur cum iuratoria cautione de parendo iuri,& de satisfaciendo de expensis in casu & euentu quo apparuerit iustè excommunicatus.de offi.deleg.capi. cùm contingat. de appella.capitu.qua fronte.secus verò si fuerit excommunicatus pro contumacia:puta,quia non respondit libello,&c.Si postea veniat purgaturus suam contumaciam,& petat se absolui.& pars aduersa petat quòd ante omnia satisfaciat de expensis factis occasione huiusmodi contumaciæ:non est absoluendus,nisi satisfecerit, vel de satisfaciendo sufficientem cautionem fideiussoriam vel pignoratitiam dederit.de iudic. capitu.j. de sentent. excommunica. venerabilibus.libr. vj. & ibi materia de vtroque dicto.

ADDITIO.

Dubitari potest quo iure petatur absolutio ab iniusta excommunicationis sententia. Dic quod agitur conditione capitu.cùm contingat.de of.delega.vel conditione ex decre.sacro.de sen.excommu.vel agitur officio iudicis.dicit Hostien.in d.c.cùm contingat.ꝙ non est curandum de iure canonico quo iure agatur siue petatur absolutio:cùm actio nó sit de iure canonico exprimẽda in libello.de iudic.capitu.dilecti.

ALIA ADDITIO.

An cautio sit præstanda,& quæ per petentem absolutionem ad cautelam,vide suprà de excepț.deci. quę incipit.Si in termino.

SVMMARIVM.

Iudex laicus cognoscit si clericus coniugatus per ipsum detentus contraxerit cum vnica & virgine,& habitum detulerit clericalem,priusquam remittatur.

Decisio 3. *aliâs* 202.

SI clericus coniugatus à iudice sęculari propter aliquod crimen captus &detentus allegat se clericum, & doceat de clericatu per literas ordinatoris, & proterea petit se remitti ad forum ecclesiasticum: non est statim remittẽdus,nisi doceat se contraxisse cũ vnica & virgine,& portasse habitũ & tonsuram clericales: quia aliâs non gaudet priuilegio fori ecclesiastici:vt legi. & not.in capitu.vnic.de cleri.coniuga.libr.vj.& de his cognoscit iudex ecclesiasticus & non sęcularis.argum. eorum quæ habentur & notantur in capi.si iudex.de sent. excommunica.libr.vj.

SVMMARIVM.

Terminus octo dierum prefixus ad probandam manifestam offensam incipit currere ipso iure à die exceptionis admissæ.

Decisio 4. *aliâs* 208.

TErminus octo dierũ statutus ad manifestam probandam offensam propositam ad impediendum beneficium absolutionis ad cautelam,iuxta formã capitu.solet.de senten.excommu.libr.vj.incipit currere ipso iure sine assignatione iudicis à die exceptionis huiusmodi per iudicem admissæ,& non à die allegationis siue propositionis ipsius.prout not.in Specu.expresiè ti. de dila.§.j.Sed nunquid currunt.& dic quòd currunt.de momento ad momentum:licet Hostien.in cap. solet dicat, ꝙ dies in qua proponitur huiusmodi exceptio, non debet computari.quod non est verum secundùm Io.An. in c.frequens.de resti.spo.quia quando papa hoc vult, id exprimit:vt in c.pia.de excep.& ibi de hoc.per Archid. & Io.An.in nouel.super ver.octo diebus.

ADDITIO.

Octo dies qui dantur ad probandum manifestam offensam incipiũt currere post exceptionẽ admissam ipso iure.Et an dictus terminus octo dierũ possit per iudicẽ prorogari.gl.in d.c.solet.tenet quòd sic.Frãc.Vercel.ibi quẽ sequitur Io.An.ibidem super verbo audiendũ.tenet cõtrariũ:cùm nil pereat aduersario,cui prouidetur per idoneã cautionẽ:vt ibi &de verb.sig.c.ex parte. & propter periculũ morę quo versat in differẽdo absolutionẽ.

SVMMARIVM.

Adhęsio appellationi debet fieri infra tempus infra quod potuit appellari.& huiusmodi appellatio ab excõmunicatione protegit adhęrentes eidem.

Decisio 5. *aliâs* 225.

ADhærentes prout prętenditur,appellationi interpositę per aliquem pro se vel sibi adhęrẽtibus antę sententiam excõmunicationis per ordinarium

prolatam petentes se absolui ad cautelam non sint aliquatenus absoluendi: nisi constet eos infra tempus debitum adhęsisse appellationi: puta x. dierum infra quod potuissent & debuissent appellasse & adhæsisse appellationi prædictæ, ipsamq; adhæsionem debito tempore ordinario intimasse. Nam non aliàs huiusmodi adhæsio sicut nec appellatio eos defendit: nec effectum excommunicationis sententiæ impedit seu suspendit. arg. not. in c. statuimus. & c. cupientes. & c. vt circa. de elect. lib. vj. per doct. & præsertim per Archid.

SVMMARIVM.

Petens se absolui ad cautelam à sententia excommunicationis lata contra eum post appellationem per ordinarium à quo dicit se exemptum, non auditur, nisi primò probet aliqualiter de exemptione, licet non plenè.

Decisio 6. aliàs 308.

SI quis petit se absolui ad cautelam à sententia excommunicationis per episcopum suum lata contra eum post appellationem ab episcopo interpositam à cuius iurisdictione dicit se exemptum, & sic sententiam nullam, non est ei impendenda absolutio, nisi primò aliqualiter licet non plenè doceat de exemptione, ne illudatur ordinariæ potestati, pro qua facit ius commune & resistit agenti. de restitu. spolia. ca. ad decimas. libr. vj. & not. in capitu. solet. de sentent. excom. libr. vj. per Innocen. licet ibi Hostien. & Ioan. Andr. videantur declinare in partem oppositam: tamen omnes domini declinauerunt potius in opinio. Innocen. ne detur occasio figmentis & fraudibus. de rescript. capitu. sedes. cum similib. pro dicta conclusione vide nota. per Innocen. in capitu. venerabilis. de censi.

SVMMARIVM.

Malè absolutus non reintruditur in eandem excommunicationis sententiam latam per hominem: nisi de nouo citetur, & contumax existat. Secus in sententia lata à canone in quam reducitur ipso iure.

EPITOME.

1 *Sententia excommunicationis lata ex falsa causa etiam iuris ordine non seruato, sicut valet: ita & absolutio.*

Decisio 7. aliàs 399.

SI pronuntietur quis male absolutus * à sententia excommunicationis lata per hominem: & petatur reintrudi in eandem sententiam excommunicationis, vigore tamen specialis commissionis: dubitabatur de modo reintrudendi, videlicet vtrum deberet fieri cum causæ cognitione parte vocata & canonica monitione præmissa. Et videbatur aliquibus quòd si ex falsa causa fuit absolutus, q̃ non teneret absolutio: & sic remansit excommunicatus: & cessaret reintrusio. pro quo allegata fuit gl. Ber. in c. ex parte. de off. ord. quã glo. dixerunt
1 domini non seruari quia † sicut sententia excommunicationis lata ex falsa causa & sine ordine iuris tenet & valet: vt in c. sacro. de sen. excom. & c. j. e. ti. li. vj. cum ibi no. ita & absolutio qui pari passu ambulãt. de pœ. di. j. verbum. not. pulchrè per Inno. in c. ab excommunicato. de rescript. super verbo contentis. Et ideo quia tenet absolutio non, est iteratò excommunicandus, sine in eandem sententiam excommunicationis reinducẽdus, nisi canonica monitione præmissa, & ex noua causa iusta & approbata: puta noua contumacia, secundùm Inno. ibidem in fin. eiusdem glo. quia alleg. pro primo dict. c. sacro. superius allegatum, pro secundo can. nemo. ij. q. j. Pro tertio can. certum. xj. q. iij. cum quo concor. Io. mona. in ca. eos. de senten. excommunica. super ver. in eandem. post prin. vbi dicit expresè q̃ huiusmodi reductio, de qua loquuntur decre. videlicet c. significauit. & c. ad reprimendum. de offi. ordi. de appellat. capit. quoniam. de sentent. excommu. cap. sacro. debet fieri cum causæ cognitione. quæ iura loquũtur in sententia hominis: secus verò in sententia canonis, in qua reincidit ipso iure non parẽs mandato superioris. & sic loquitur c. eos. superius allegatum. & sic fuit conclusum per omnes dominos. Fuit tamen per aliquos dubitatum, vtrum in hac reintrusione requireretur personalis monitio, vel sufficeret citatio per audientiam. Aliqui dicebant q̃ personaliter deberet moneri vt pareret, vel id faceret pro quo aliàs fuit excommunicatus per not. per Innocẽ. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in possessio. Maior pars, & quasi omnes tenuerunt contrarium: præsertim si aliàs in causa fuit apprehensus citatus ex iusta causa excommunicatus, & malè absolutus. Et hoc etiam vult Innocen. in d. c. si aduersarius. vbi excipit bene tres casus à dicto suo. Citatio enim sæpe habet vim monitionis: vt legitur & not. in c. ex parte. de verbo. signific. per Bern. & facit vna nota Ioan. Andr. in cle. præsenti. super ver. constiterit. de censi. & de pœn. c. j. super verbo, cõmode. per eundem, & super ver. constiterit. per Paul. pro quo etiã facit stylus curiæ, qui habet, quòd semel citata parte legitimè ad causam, procedi tur in eius contumaciam per audientiam etiam ad excõmunicationem: puta quia non respondeat libello lite non contestata, tribus tamen citationibus præmissis. At in casu posito pars quæ petebatur reintrudi fuit citata & personaliter apprehensa in curia ad dicẽdum contra cõmissioues super intrusione obtenta: & nihil dixit cõtra eam, sed recessit, vt ponebatur in facto. ergo potuit licitè procedi contra ipsum per audientiam, etiam ad excõmunicationem. argum. c. j. de iudi. & c. prout. de dolo & contu. & c. quoniam. vt lite non contest.

SVMMARIVM.

Impeditur beneficium absolutionis ad cautelam producenti instrumentum appellationis & denuntiationis: esto quòd aliter de excommunicatione non constet.

EPITOME.

1 *Excommunicatio in vim peremptoriæ appositа non probatur sufficienter per denuntiationem: secus si in vim dilatoriæ apponatur.*

2 *Absolutio ab excommunicato an integram excommunicationis probationem requirat, an sola denuntiationis ostensione impetretur.*

Decisio 8. aliàs 400.

SI quis petat se absolui † ad cautelã à sententia excõmunicationis lata in eum post appellationem legitimam: & producat suam appellationem, & instrumentum denuntiationis factæ post huiusmodi appellationem. Fuit dubitatũ vtrum per huiusmodi instrumẽtum denuntiationis sufficienter * constaret de excommunicatione ad effectũ absolutionis obtinendæ ad cautelam. Et videbatur aliquibus dominis quod nõ. per not. in c. pia. de excep. lib. vj. per Io. Andr. vbi expresè tenet, quòd per denuntiationẽ * non probatur sufficienter excommunicatio, quod fateor de plano in casu ipso, quãdo excommunicatio opponitur per partem aduersario in vim peremptoriæ, vel dilatoriæ ad repellendum eum. cum ibi text. dicat apertissimis documentis. & eius opinio seruatur in curia, vbi rarissimè exceptio excõmunicationis admittitur. quia nunquàm debitè proponitur & specificatur. Hosti. tamen in c. prudẽtiam. §. vj. tenuit contrarium. cum quo concordat Arch. in c. pia. superius alle. pro quorum opinione facit c. cùm desideres. de sen. excõ. In casu tamen nostro proposito maior pars tenuit
2 † contrarium. Videlicet sufficere denuntiationẽ ad effectum absolutionis obtinendæ, per quam nemini præiudicatur, nec pars posset contradicere aut appellare de appella. c. qua fronte. de offic. dele. c. cùm contingat, nisi exciperet de manifesta offensa. de senten. excom. c. venerabilibus. & c. solet. libr. vj. imò secundùm aliquos videtur solùm sufficere petenti absolutionem sua propria confessio. de electio. c. venerabili. de cleri. excommuni. ministran. c. proposuit. pro qua conclusione fuit allegata not. Io. And. in c. licet. de sentent. excom. vbi videtur tenere contra dictam suam glo. positam in capitu. pia. Sed dat duas solutiones, quas vide. Ego verò dicebã quòd ad effectum absolutionis obtinendæ ad cautelã, iuxta formam c. solet. oportet petentem absolutionem probare duo: scilicet se ex causa legitima appellasse, & post appellationem huiusmodi in eum sententiam excommunicationis esse prolatam. & licet in casu proposito constaret de appellatione legitima & excõmunicatione per suam confessionẽ, & instrumẽto denuntiationis: tamen per hoc non constaret ipsam excõmunicationis sententiam post huiusmodi appellationem promulgatã. Nam potuit esse quòd fuit ante appellationem excõmunicatus, & post

* *Absolutus. Add. infra. eo. tit. dec. xj. & Fely. in ca. ad nostrã. de iureiu. col. j. ver. in tex. ibi, reducatis.*

* *Sufficiẽter. Facit infra. e. tit. in antiq. dec. xj.*

* *Quod per denuntiationem. An per denuntiationem publicè factã probetur excõmunicatio: vide per do. Abb. in c. prudentiam. in fex. de off. dele. in ver. extra gl. quæro. & ibi per do. Fel. in d. §. vj. in ver. vtrũ probata denuntiatio.*

tus,& post appellationem denuntiatus: & sic nō probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.de offic.deleg. ca. cùm contingat.de proba.c.in præsentia.& propterea in dictam absolutionem non consensi:licet impensa fuerit de consilio maioris partis dominorum.

SVMMARIVM.

Interdictum singulare in aliqua ecclesia apppositum potest ad cautelam relaxari.

EPITOME.

1 *Relaxatio ad cautelam in interdicto generali an fieri possit.*
2 *Absolutio vel relaxatio ad cautelam quare fiat.*

Decisio 9. aliàs 436.

Infra in ant. eo.ti.dec. 18.

** Posset relaxari. An inter dictū particularis ecclesia possit relaxari ad cautelam,domi. de san.gem.in c. præsenti. de sent. excō. in vj. vbi tenet quòd sic. Ade Fel. in ca. apostolicæ. de except.in iij. co.vers. dum abb.nu.iij.*

FVit dubitatum,vtrum interdictum positum in certam ecclesiam possit relaxari * ad cautelam, si dicatur nullum.In quo dubio aliqui tenuerūt opinionem Archid.in c.præsenti.de senten.excom.lib.vj.quòd non.quia vbi est eadem ratio, idem debet esse ius:vt in c. ij.de transla.episcopiff.ad leg.Aquil.l.illud. Sed si bene attendatur ratio & intentio illius decreta.præsenti. quę declarat,quòd relaxatio † ad cautelam nō habet locum in interdicto generali ciuitatis,castri,loci vel terræ : eadem ratio est interdicto speciali alicuius ecclesię, quod in vtroque casu ponitur propter delictum domini,prælati,capituli vel canonicorum:vt in c.non est.de sponsa. de offi.ord.si canonici.li.vj.ergo.Sed Io.mo.in d. decre. præsenti.tenet contrarium.dicens,ꝙ si prælati & canonici ecclesiæ specialiter interdictæ petant, scilicet relaxationem ad cautelam,illa fieri poterit:quia propter eorum culpam tale interdictum proferri debuit.non sic in interdicto generali,in quo puniuntur,qui nō delinquūt de offi.deleg.c.sanè.ij.& in dicta decre.nō est. Præterea relaxatio † siue absolutio ad cautelam fit in dubio, propter periculum communionis vel lęsionis iustitiæ: vt in decreta.solet.& in c.venerabilibus.de sent.excom.li. vj. de testi.c.veniens.de cleri.excom.mini.c.ad apostolicę. de appel.c.ad audientiam.sed in generali interdicto in quo potest celebrari ianuis clausis &c.iuxta formam. c. alma mater.baptismus & pœnitentia conferri: vt in dicta decre.non est.de pœ.& re.quod in te.prædicari verbum Dei.de sent.excom.responso.non est tantum periculum si seruetur & non relaxetur , donec veritas eruatur,vtrum iustè vel iniustè sit positum:& tunc in totum relaxetur,sicut in speciali interdicto, in quo prædicta minimè fieri poterunt:imò si fiant locus prophanatur, & facientes irregularitatem incurrunt:vt in c.ás qui. de sent.excom.lib.vj.de excess.præla.c.tanta.Ergo videtur esse modò modica differentia inter interdictum generale & speciale,quamuis dominus Io.Cald.in tractatu suo de censura ecclesi.in q.sed quęro an speciale interdictū. dicat,sub dubio fortè,ꝙ præmissæ rationes & aliæ quas in primo casu ponunt ibi doctores non inferant diuersitatem.In secundo tamen ipse & dominus Io.An.in nouella.in d.c.præsenti.declinant & tenent opinionem Io. mo.propter regulam quæ habet,ꝙ censura ecclesiastica quæ est nulla,potest tolli ad cautelam,quę seruanda est, nisi in casu in quo reperiatur vitiata.de spon.ca.cùm apud.de transla.c.ij.& ff.de re.iu.l.j.& sic fuit obtentum & semper in palatio apostolico obseruatum.

SVMMARIVM.

Metus excommunicationis excusat respondentem libello,& litis contestationem impedit:maximè , si de dicto metu expresè fuerit protestatus.

EPITOME.

1 *Metus excommunicationis an sit iustus metus.*
2 *Excōmunicatio iustè prolata dicitur medicinalis : & debet eā excōmunicatus cū omni humilitate & obedientia sustinere.*
3 *Libello inepto euidenti ineptitudine non est respōdendum, nec est super eo lis contestanda.*
4 *Ineptitudo libelli dupliciter consideratur.*

Decisio 10. aliàs 35.

**Metu. Add. infra in anti. eo. tit. dec. 33.*

SI quis in causa prophana respondeat libello, & lite contest.super eo:cui obstan.exceptionibus datis per respondentem,vel aliàs propter eius ineptitudinem non esset respondendum metu * excōmunicationis sibi illatæ vel comminatæ,& de hoc protestetur expresè:vi delicet ꝙ metu excommunicationis respondet, & non aliàs.Fuit dubitatum vtrum † ipsum respondentem talis metus excommunicationis excuset intantùm ꝙ litis contestatio in modo præmisso facta habeatur pro non facta,vel saltem sit annullanda,& exceptionibus obstantibus supradictis. Ad quod dubium fuit responsum distinguendo.Aut prædictus respōdens ab huiusmodi gra uaminibus appellauit:aut non . Si non appellauerat infra debitum tempus,licet iudex eum in præmissis grauauerit,sic procedendo,tenebit & valebit eius processus: cùm non contra ius constitutionis,sed contra ius litigatoris aliquid fecerit,& sic processit.de re iudi.c.cùm inter.& c.quod ad consulationem.cum simili.Per suam etiam responsionem quæ est facto suo contraria, videtur à sua prædicta protestatione recessisse.de constit.c.cum m.de elect.c.cumana.cum ibi no. Respōsio enim libelli inepti,valet & tenet:sicut dicimus de responsione ad interrogationem partis,prout le.& not.in c.cùm causam. de iu.calum.licet non possit sequi condemnatio propter ineptitudinem ipsius,si esset patens:secus si esset latens: vt in c.examinata.de iudi.quod crederem verum si liberé & sine coactione ac metu excōmunicationis respondisset.Sed quia hic propter iustum metum,prout statim dicetur,respondit:meritò deberet excusari . & quia responsio sibi nec parti suæ in nullo debet præiudicare.ea enim quæ per metum fiunt rata non habentur . quod metus causa c.j.& c.abbas.& c.ad aures.ff.eo.l.metum. §.ait prætor.Sed ex quo non appellauit,videtur interlocutorię iudicis acquieuisse:maximè in causa:vlterius procedendo voluntariè,per iura superius ad hoc allegat . & sic metus siue coactio per voluntarium processum purgabatur,& transiuit in consensum.de spon.c.ad id quod. cum si.Si verò prædictus respondens ante vel post suam responsionem appellasset:indubitanter iudex grauasset, ipsumq; prædictus metus excusasset. & pronuntiabitur per iudicem appellationis malè fuisse processum , & bene appellatum.prædictus respondens ad probandū suas exceptiones rationabiles aliàs contra libellum datas admissus fuisset.arg.eorum quæ legun.& not.in c.vt debitus.de appella.Ratio.quia licet metus iustæ excommunicationis non excusęt:vt no.per Ber.in c.cùm dilectus. quod me.causa . tamen iniusta excommunicatio est iustus metus,& excusat quemcunq;:vt ibidem dicit Host. & Io.An.Et sic loquitur glo.contraria Ber . posita in c. olim.in materia de restitu.spol.maxima enim pœna est inter homines non conuersari,& hominum carere suffragio.C. de apostа.l. qui sanctam . maximè sine culpa: ideo censetur iustus metus , quia quis pro nulla re debet velle subijci tali & tātę pœnę:quia nō est maior in ecclesia Dei.vt in can.corripiantur.xxiij.q.iiij . Sed quando excommunicatio † iustè proferretur,cùm illa sit medicinalis,debet eam excommunicatus cùm omni humilitate & obedientia sustinere & non contemnere:& ideo ipsam timere non oportebit:potiſsimè si culpa sua incidit in hanc pœnā.ff.quod metus causa.l.si mulier. xxij. q.iiij.inter cætera.secundùm dominum Aegid. Fa. verò contra vtranque rationem allegaui can.sententia pastoris.& c.nemo contemnat.xj.q.iij.nam vt ibidem apparet,& etiam in c.sacro.de sent. excom . siue excōmunicatio sit iusta siue iniusta semper timenda est.ergo vtraque inducit iustum timorem , quę videtur excusari in vtroq; casu.ergo non videtur procedere distinctio supradicta . Ad quod posset responderi . quòd licet quis iustam siue iniustam excommunicationem à suo pastore prolatam debeat timere,& etiam non cōtemnere:quia non est homo qui ligat,sed Deus: vt in cano.nemo superius allega.& ne illa medicina conuertatur sibi in venenum,& hat mortalis:vt in c.cùm medicinalis. tamen per hoc non aufertur excommunicato remedium appellandi,ad hoc vt cognoscatur de iustitia vel iniustitia sententię excommunicationis per superiorem:vt sic sine difficultate absoluat,si est iniusta , & proferens puniatur.si est iusta ad suum excommunicatorem remitta tur:vel satisfactione pręmissa absoluatur: vt in c. sacro. & c.solet.& c. Venerabilibus.Et etiam capitulo Romana.co.ti.li.vj.de rescript.ab excōmunicato. de of.deleg. c.cùm contingat.de appel.c.qua fronte. cum sim.vel se-

cundùm aliquos dicti canones nõ procedunt in iudicem delegatum,cùm sententia si sit iniusta,non ligat, nec est timenda:imò est nulla secundùm Inno.in d.c.cùm contingat.in fi.quem recitat Archi.in apparatu in c.j.de of. deleg.li.vj.quorum opinio.quò ad nullitatem non credo veram: sed quò ad iniustitiã bene. & sic credo ab ea appellandum,ad hoc vt tollatur:vt in c.sacro.solet.c. venerabilibus.& alijs iuribus supradictis.

ADDITIO.

3 Non † intelligas quando est ineptus euidenti ineptitudine:quia tunc non est respondendum,nec est lis contestanda super eo,quia tunc nulla esset: & ideo dicimus quòd semper potest talis libellus emendari: quia semper sumus in principio, nisi sit præscriptum l. accusaturus. ff.de adul.& ideo sportulæ prius solutæ super inepto libello nõ prosunt apto.quia aptus est alius libellus ab ineptо:vnde omnia de nouo fieri oportet argum.l. ius ciuile.& quod ibi notatur.ff.de iusti.& iure,secundùm Bal. in l.ædita.C.de ædendo.

ALIA ADDITIO.

4 Duplex † est enim ineptitudo libelli.Vna visibilis:vt cùm dico,peto talem rem sacram,vel dico ago ex. nudo pacto. Alia est ineptitudo inuisibilis: vt si peto rem vt meam,non faciendo mentionẽ sacri,quæ res postea apparet sacra:vel ago ex promissione quæ postea apparet fuisse nud.Et cognoscitur ineptitudo libelli ex duobus: scilicet ex materia & forma.Materia libelli constat ex ex causa & re.causa facti & iuris: puta cõtractu & obligatione,vel causa scilicet iuris tantùm puta dominio. Si ergo ista habẽt in se consonantiã,libellus est aptus:si verò habent in se dissonantiam, ineptus est: vt not.in l.ij.§ circa.ff.de doli exceptione.cuius ineptitudinis exceptio potest opponi quandocunque etiam post sentẽtiam. textus est singularis qui non est alibi secundùm Bald. in ca. cùm dilecti.de emptio.& vend.Forma autem libelli est sicut syllogismus,cuius formę maxima pars cõclusio:vt not.Inno.in c.super literis.de rescript. & potest dici q̃ conclusio ritè applicata rei & causæ sit forma libelli cõuentionalis in ciuili.in criminali verò,etiam in cohærentijs,loci & temporis stat forma:cùm libellus accusatorius sit ipso iure nullus,si non continet locum & tempus,licet reus nihil opponat:nec potest iustificari, quod nullum est,secundùm Bar.in l.ædita.C.de æden.Sed Innocen.& Ioan.And.dicunt in c.fi.de pur.ca. quod tales circunstantiæ sunt specificandæ,si reus illas petit specificari:secus si procedi patiatur. quorũ opinio procedit de æquitate canonica:sed de iure ciuili est vera opinio Bartol.& nota.quod in dubio libellus præsumitur aptus,non ineptus:vt not.doct.in d.c.examinata.

SVMMARIVM.

Excommunicatus absolutus cum promissioue de stando iuri, si non adimpleat, ipso iure reincidit in excommunicationem.

Decisio II. *aliàs* 490.

SI excommunicatus * coram iudice vt absolueretur promisit stare iuri & mandato ecclesię,si non adimpleat quod promisit, ipso iure reincidit in excõmunicationem, si fuerat excommunicatus à canone vel à iure.de senten.excommu.c.eos.li.vj. vbi autem fuit excommunicatus ab homine, & est absolutus cum cautione vt suprà,si non fecerit quod promisit, nõ est ipso iure excommunicatus: sed per eundem iudicem in eandem sententiam reintrudendus est,in qua erat ligatus, donec fecerit quod promisit:vt in c.constitutionem. de appell. & quod not.Ioan.mo.in prælleg.c.eos.Nec est mirum, quòd per eundem iudicem qui absoluit possit reinduci in primam sententiam, quia sub conditione videtur absolutus:quæ conditio si deficit,non videtur absolutus.ar. in l.licet.in fin.de iure do.& l.si quis acceperat.de cõdi. ob turpem causam, cum ibi not. & maximè si infra annum à tẽpore absolutionis primus index velit eum reinducere: quia per tantum tempus videtur durare eius iurisdictio:vt in capitul.quærenti.de offic.delega.vel dic quòd etiam in illo casu post annum:quia sub conditione videtur eum absoluisse,& sic nõ videtur functus officio, nisi cesset cõditio per iura superius all.& huiusmodi reinductio siue intrusio debet fieri citatà parte:quę citatio sufficit pro canonica monitione.cõc. suprà eo.tit.dec.7.

* *Excommunicatus. Adde dec.23.in fi. eod.tit.Fel.in c. ad nõstra. de iureiuran.*

De Verborum significatione.

SVMMARIVM.

Auditor virtute commissionis sibi factæ, quòd sola facti veritate inspecta procedat, poterit terminos palatij abbreuiare.

Decisio I. *aliàs* 96.

OMNES domini concorditer ordinauerunt, quòd quando cõmittitur auditori, quòd sola facti veritate inspecta procedatur, quòd vigore istorum verborum possunt abbreuiari termini de stilo palatij introducti. Nã si non obstaret stilus, hoc posset fieri in causa beneficiali & matrimoniali, etiam iuxta formam cle.sæpe.de ver.sig. igitur vt dicta verba aliquid operentur,de priuil.c.in his.& c.si papa.li.vj.& citò facti veritas eruatur,voluerũt vt termini abbreuiarentur,vt antea poterãt:quia res de facili, &c.xxxv.di. ab exordio.& ff.de pact.si vnus. Et qualiter debet procedi,& quales termini seruari,vide suprà dec.2.de resc.

Nouæ decisiones Rotæ finiunt fœliciter.

FINIS.

ANTIQVÆ CONCLV-SIONES ALIAS DECISIONES DOMINORVM DE ROTA FOELI-CITER INCIPIVNT.

De Constitutionibus.

SVMMARIVM.

Commissio super eadem causa, si pluribus auditoribus signata fuerit: ille solus audiet, cui primò præsentata fuerit.

Decisio 1. *aliàs* 803.

Infrà de resc. nume. 6. Bella. deci. 594. cum sequen.

MEMORIALE sit quòd dominus vicecācellarius in domo sua die sequenti natiuitatis domini, scilicet die S. Stephani post prādium anno domini M. ccc. lxxv. mandauit expresse dictis auditoribus, quòd seruarent in suis causis tria sequentia. Primò quòd si aliqua cōmissio alicuius causæ esset commissa duobus auditoribus, quòd ille cognosceret de causa, cui dicta commissio primò esset præsentata, & alter nullo modo cognosceret.

SVMMARIVM.

Notarij sacri palatij quando pauperibus gratis scripturas facere debeant.

Decisio 2. *aliàs* 804.

SEcundò mandauit, quòd notarij causarum prædictorum dominorum auditorum facerent scripturas gratis pauperibus litigantibus, & hoc si sit certum quòd sint pauperes veraciter, aliàs si possint soluere de præsenti vel in futurū cum obligatione, quòd dicti notarij tunc habeant ab eis quod fuerit iustum & rationabile, prout seruatur in sacro palatio circa hoc.

SVMMARIVM.

Auditores volentes habere consilia in causis coram eis verten. debent bene videre processum & clarè elicere dubia vera, vt sui coauditores vera consilia dare possint.

Decisio 3. *aliàs* 805.

TErtiò mandauit, quòd auditores qui volunt habere consilia bene circa causas eis commissas pro iustitia ministrāda benè & perfectè & non perfunctoriè videant processus causarum eorum, ex quibus eliciāt dubia, in quibus volunt habere consilia: vt super certis dubijs & veris domini auditores possint dare securè sua vera consilia: vt posteà in secunda instantia & in tertia, sententia quam tulerit prædictus auditor, aliquo modo non possit de retractari nisi ex causa rationabili, iusta vel nouiter producta.

SVMMARIVM.

Gratia ad collationem decani & capituli comprehendit beneficium cuius collatio ex fundatione spectat ad hebdomadarios pro tempore.

Decisio 4. *aliàs* 836.

NOta in ecclesia Metensi est consuetudo quòd qualibet septimana tres canonici nominati seu electi per decanū & capitulū sunt hebdomadarij: vn⁹ pro presbytero. s. pro dicēda missa: alius pro diacono, pro dicendo euangelio: alius pro subdiacono & dicēda epistola & mutātur qualibet septimana. Accidit q̄ quidā in quadam capella sancti Pauli super clausuris ecclesiæ prædictæ quæ est subiecta decano & capitulo eiusdē ecclesiæ, fundauit quinq; capellanias: quæ ex ipsius fundatoris statuto deberēt ptinere ad collationē hebdomadariorū qui existunt pro tpe in ecclesia ipsa Metensi quæritur nunquid veniat sua gratia impetrantiū ad collationē decani & capituli ecclesiæ Metēsis, quasi fundator dictarum capellaniarū statuēdo q̄ earum collatio pertineret ad hebdomadarios prædictos videatur voluisse, q̄ conferant vice & nomine decani & capituli: & q̄ ad eosdem decanū & capitulum à quibus dicti hebdomadarij qualibet septimana eliguntur principaliter ius pertineret conferendi & ad illos hebdomadarios qui essent pro tēpore, vice & nomine ipsorum: dixi vt no. infrà in simi. imò ferè quæstione quæ incipit, in ecclesia Metensi.

SVMMARIVM.

Religiosus statim quo cōsensit prouisioni de se factæ eximitur à iurisdictione sui generalis, & est extra regulas, & constitutiones ordinis.

EPITOME.

1 *Religiosus consentiens prouisioni de se factæ nulla restitutione eorum quæ habebat ordini facta, an virtute statuti, quòd nullus frater &c. excommunicatus sit.*

Decisio 5. *aliàs* 837.

1 GEneralis † augustinorū fecit statutum, q̄ nullus frater de religione audeat eorum consentire electioni de se factæ vel prouisioni: nisi prius facta restitutione ordini omniū quæ habebat: & si nō præmissa restitutione consenserit, q̄ ipso facto sit excōicatus. Hoc supposito, papa pronuntiauit quendā fratrē in episcopum in cōsistorio, qui cùm nuntiata fuerit sibi noua non præmissa restitutione prouisioni de se factæ cōsensit. quæritur nūquid sit excōicatus? & videtur q̄ nō. quia incontinenti cùm cōsensit est exēptus à iurisdictione generalis sui & extra regulas & cōstitutiones ordinis, qui incipit esse alterius & maioris status, & matrimoniū cōtrahit spirituale cum ecclesia cui prefectus est episcopus ergo nō videtur ligari præmissa constitutione: quia aute non erat ligādus quā consensisset, & incontinēti cùm cōsensit, est exēptus ab illa. ergo per ea nō videbitur ligabilis. In contrarium videtur per ea quæ not. Inno. extra de appe. c. præterea. in ver. & dico excōico te si eligeris. per quæ potest ista quæstio terminari. & per not. in re. iu. cùm sint iura obscura. in quæst. ibi mota per Ioan. and. in nouel.

SVMMARIVM.

Statutum, priuilegium, cōsuetudo non tolluntur per non obstantias generales literarum apostolicarum.

EPITOME.

1 *Clausula non obstantiarum generaliū in literis apostolicis non tollit statutum, priuilegium vel consuetudinem ecclesiæ, nisi de ipsis expressa sit facta mentio in clausulis derogatorijs.*

Decisio 6. *aliàs* 632.

1 STatutum, † priuilegium vel consuetudo eccles. non tolluntur per non obstantias generales literarum apostolicarum, nisi expressa mentio fiat in literis de prædictis, etiam * de iura. quando est iur. vallatum. rot. infrà de rescript. 18.

* *Etiam de iuramē. &c. Hoc non habet lectio antiqua.*

De Rescriptis.

SVMMARIVM.

Signatura commissionis de summariè procedendo: si dicat, audiat summariè & c. & nil sit deletum: omnia peti ta in ea videntur concessa.

Decisio 1. *aliàs* 378.

Sup. c. in not. decis. 9. infrà eod. x.

NOTA quòd si petatur causa cōmitti cum potestate procedēdi summariè, simpliciter & de plano, sola facti veritate inspecta terminis non seruatis & abbreuiatis, si signetur, audiat summariè & c. & nihil sit in commissione cācellatum: omnia petita censentur esse commissa. de rescript. olim. vide deci. infrà eod. titu. 25.

SVMMARIVM.

Comissio causæ facta ad instantiam A. contra B. & C. si A. succumbat, remanet extincta: nec eius vigore auditor poterit procedere contra B. & C.

Decisio 2. aliàs 512.

Supra in no. 12. eod. titu.

NOta quòd cùm quis impetrat cõmissionem cõtra A. & B. & succũbit: auditor inter A. & B. vigore huiusmodi cõmissionis nõ potest procedere: quia nullus istorum obtinuit hanc contra alium, & quia innouare primò videtur qui primus * reus est, etiam nunc est actor: voluerunt domini opus esse noua commissione. cùm res inter alios acta &c. de iudi. quia v.

* Alàs primò.

SVMMARIVM.

Commissio continẽs plura capitula narrata, quorum aliqua sunt falsa, & aliqua vera: si ex veris potest sequi conclusio, valet.

Decisio 3. aliàs 515.

Supra eod. ti. in no. 7.

NOta quòd licet plura capitula in commistione obtenta narrentur, quorum aliqua sunt falsa aliqua vera: si ex veris potest sequi conclusio, valet commissio. iuxta notata. in c. ex parte. & c. inter cæteros. & c. olim. de rescript. facit c. licet. de probatio.

SVMMARIVM.

Impetratio facta de beneficio tanquã curato & dignitatem habente valet etiã si reperiatur quòd nõ sit dignitas vel curatum sed simplex officium vel beneficium.

EPITOME.

1 *Expressio falsitatis etiam si non esset talis quæ mouisset principem ad concedendum, vitiat literas gratiosas.*
2 *Decretalis, super literis de rescript. quæ loquitur in literis ad lites habet locum in beneficialibus.*
3 *Expressione qualitatis maioris in gratia non venit minor qualitas.*
4 *Dolus in dubio non præsumitur.*
5 *Expressio vel omissio tacendæ vel exprimendæ qualitatis vel circunstantiæ in impetrationibus præsumitur in dubio fieri dolosè.*
6 *Demonstratio falsa an gratias debeat vitiare?*
7 *Capit. super literis de rescript. intellectus.*

Decisio 4. aliàs 582.

Infra eod. 73.

QVidam obtinuit gratiam * de quadã sacristia in quadam ecclesia quam ipse asseruit esse dignitatem: & postea apparet q̃ re vera sacristia in ecclesia illa nõ est dignitas sed simplex officium. quæritur an eius gratia sit surreptitia? Et videtur q̃ sic: quia suggessit falsum. ergo &c. arg. c. susceptum. de rescrip. li. vj.

* Gemi. cõsil. 111. dominus noster.

Do. Augustinus berous in signis præceptor meus in d. c. super literis.

Nam † expressio falsitatis etiam si non esset talis quæ mouisset ad concedendũ vitiat literas gratiosas: vt in d. c. susceptum. Nec † in literis beneficialibus locũ habet decretalis, super literis. de rescrip. quæ loquitur in literis ad lites, nõ in gratiosis ad beneficia: vt notat gl. de præb. c. si motu. li. vj. super verbo, taceant. in fi. præsertim quia & si distinctio illius decre. super literis. haberet locũ in literis gratiosis ad beneficia, etiam potest dici quòd hîc est expressa falsitas & omissa veritas, quę mouere potuit principem ad concedẽdum, & si veritas fuisset expressa, etiã forsan fuisset motus ad non concedẽdum, quia aliquibus personis prouidendũ est de dignitate, quibus non esset prouidẽdum de simplici officio aut administratione. arg. decre. de multa. de præbendi. Licet enim qui dignus est maioribus sit dignus minoribus, scilicet cùm maiora illa & minora sunt eiusdẽ qualitatis: non tamen vbi sunt diuersarum qualitatũ: vt dignitas & officium.

1 2

* Nã aliqui valentes &c. Aliàs secundum antiquã lectionem & melius. Nam aliqui solẽnes viri & eminẽtis scientiæ vel magnæ nobilitatis & generositatis sunt boni pro vna dignitate, quæ &c.

Nam * aliqui valẽtes viri & eminentis vel magnæ nobilitatis & generositatis sunt boni p̃ vna dignitate, quæ forsan habet magnas prærogatiuas, vel forsan iurisdictionem qui non essent boni pro vno officio vel administratione vbi opus est etiã bono administratore vel negotiatore sacrista & tẽporali. & sic de singulis. Pro hoc etiam quòd gratia sit surreptitia facit. quia licet † expressit qualitatem maiorẽ: non tamẽ sub eius gratia venire debet qualitas minoris. arg. c. cum illis. & c. cui de non sacerdotali. §. j. & §. fi. de præb. lib. vj. Pro hoc etiam. quia † præsumitur dolosè expressisse falsum in dubio: licet enim in dubio quis non præsumatur dolosus, nec dolus nisi probetur: vt l. quotiens. §. qui dolo. de probati. Tamen in istis impetrationibus expressio † vel omissio tacendæ vel exprimendæ qualitatis vel circunstantiæ præsumitur in dubio fieri dolosè. argu. notatorum. per Innocen. in c. dilectus. de rescr. super verbo, iuribus. circa principium. ibi cũ dicitur. præsumitur enim dolosè &c. Ergo non valent. arg. c. super literis. supradicti. Et præmissas rationes quidam tenuerũt. Alij tamen, cum quibus ego eram, tenebant contrariũ: ex quo impetrabatur certum corpus beneficij vacantis, & cõstabat de corpore beneficij impetrati: & persona impetrans supponebatur idonea ad vtrunq; & ad officium & ad dignitatẽ. & ideo

3 4 5

6 † falsa demonstratio non debet vitiare gratiã. * Hæc enim qualitas dignitatis videtur esse adiecta gratia demonstrationis. ergo eius falsitas gratiã non vitiat. arg. l. falsa. c. de condi. & demonst. pro hoc etiam: quia ex quo ponitur impetrans idoneus ad vtrumq;, licet etiã princeps concessisset officium quod est minus, cui concessit dignitatẽ, quod est plus seu cõcedere debuisset: quia quẽ reputauit dignũ maiori, reputasset vtiq; minori. & ideo ex quo gratia demonstrationis expressisset qualitatem maiorem, quę potius retrahere poterat p̃pam à concedendo, non nocebit sibi: ex quo cõstat de corpore beneficij, licet sit minor qualitas qua expressa princeps etiã sibi concessisset. argu. d. c. super literis. nec videtur fecisse dolosè in dubio ex quo expresit qualitatẽ potius principem retrahentem. Et per ista satis patet solutio ad cõ-

* Gratiam. Adde Felyn. in d. c. super literis in vj. col. & infra eod. titu. deci. 70. Cassa. dec. xj. pag. 2. de præbend.

7 traria. Nam † non obstat c. susceptum. nec quod dicitur in d. c. super literis. non habere locum in beneficialibus literis gratiosis vbi expressio falsitatis etiam quæ principem nõ mouit vitiat rescriptum: vt d. c. susceptũ. quia dico illud verũ vbi exprimitur falsitas gratia taxationis vel limitationis gratiæ rei vel modi ipsius: quia tunc nõ veniet alia res vel alius modus nõ expressus, etiã si princeps illam rem vel super alio modo seu secũdum gratiã concessisset, & sic loquitur dictum c. susceptum. & c. cui de nõ sacerdotali. Et ita etiam credẽdum de literis iustitiæ vbi adijceretur falsitas gratia taxationis vel limitationis: quia etiam tunc non continebitur aliud, licet illud si fuisset expressum, etiam fuisset concessum. argumento notatorum per Inno. in d. c. super. in glo. super verbo, in communi forma. vltra medium ibi. Et nota quòd generaliter. Secus autẽ vbi exprimitur falsitas gratia demõstrationis: quia tunc credo quòd distinctio illius c. super literis. locum habet etiã in literis gratiosis & beneficialibus. Et distinguatur an expressio * falsitatis illius mouere potuerit seu debuerit principẽ vel nõ: & vtrum, per simplicem ignorantiam sit facta expressio an dolose: vt si non fuerit motus princeps seu moueri nõ debuisset ad non concedẽdum propter expressionẽ falsitatis factam potius per simplicitatem vel per ignorantiam, sicut hîc in terminis nostræ quæstionis: nihilominus valeat gratia: nec falsa demonstratio eam vitiet aliàs verò sic: facit in argumentum pro præmissa distinctione an causa taxationis vel demonstrationis concordia iuriũ. ff. de vino tritico & oleo lega. l. cùm certus. & l. ex eo. & de leg. j. l. quidã in testamento. & l. si seruus. §. qui verò. Nec obst. quòd præsumitur expressio falsitatis facta dolosè. argu. notatorum in d. c. dilectus. de rescri. per Inn. quia nõ est verum, quòd expresit hîc qualitatem potius principem retrahentem: ibi verò exprimit qualitatem potius inducentem, & omittebat seu tacebat potius retrahentem. & ita non obst. in dubio enim dolus non præsumitur. vt d. l. quotiens. §. qui dolo. vide dec. infrà eod. tit. 37. & 41.

* Expressio. Adde Aegid. Bella. dec. 1. 4.

SVMMARIVM.

Impetrãs bñficium ex causa pmutationis exprimere debet bñficium aliud qđ habet, aliàs nulla est pmutatio.

Decisio 5. aliàs 593.

DIc quod si aliquis impetrat à sede apostolica fieri permutationẽ de aliquo beneficio fortè reseruato, quòd gratia nõ valet, si taceat aliquod beneficium quòd habebat. & ita obseruat sacrum palatium.

SVMMARIVM.

Causa si committatur duobus auditoribus, ille cognoscet, cui primò est præsentata commissio.

Decisio 6. aliàs 654.

NOta quòd quando causa committitur duobus dominis auditoribus, q̃ ille cui primò est præsentata cõmissio cognoscit de causa. pro hoc facit qđ notatur in c. proposuisti. de foro cõp. & c. duobus. §. si verò. de reseri. li. vj. & ita seruat Rota. supra dec. 1. de constit.

SVMMA

SVMMARIVM.

Causa censetur auocata si petatur, quòd cõmissa vni: alteri cõmittatur, etiam si non sit dictum, & cum oportuna auocatione.h.d. Vel sic. Si causa commissa vni auditori alteri committi petatur & signetur: à primo audi tore auocata censetur.

Decisio 7. alias 513.

Sup. in not. eod. ti. 6. alias 67. infrà eod. 80. alias 514. Staph. car. 17 in libello suo de literis gratia & iustitia

NOta si petatur quòd causa appellationis cõmissa vni auditori cõmittatur alteri, & signetur: audiat talis auocata censetur causa appellationis etiam sine expressa auocatione. quia satis constat de mente committentis alteri quòd voluerit causam appellationis auocare.

SVMMARIVM.

Commissio facta monacho habẽti administrationem vel officium in ecclesia cathedrali non facta mentione de monachatu, valet maximè in literis gratiæ.

Decisio 7. alias 209.

* Adde quod facit deci. 56. infrà de cõces. præben.

NOta quòd vbi causa committitur monacho habenti administrationem vel officium in ecclesia cathedrali secundum quod est officium sacristæ, valet commissio maximè in literis gratiæ posito quòd de monachatu non fiat mentio. quia ex quo literæ transeũt per cancellariam, videtur ex hoc approbari commissio vt sic intelligantur not. in c. statutum. * super verbo, canonicus. de rescript. li. vj. iuncta l. quidam consulebant. de re iudica. & l. idem Vlpianus. de excusa. tuto. & istud communiter tenet rota.

SVMMARIVM.

Auditor secundus censetur surrogatus quò ad omnia in locum primi.

Decisio 9. alias 297.

NOta quòd vbi cõmittitur auditori, quòd etiam de speciali gratia prouideat de beneficio: licet auditor cui est facta commissio, moriatur vel aliàs desinat esse iudex, secũdus auditor qui succedit, potest sine speciali commissione de beneficio prouidere, sicut primus faciebat. ar. l. si iudex. ff. de iudi. & quia vt auditori fuit primò causa commissa non vt priuatę personæ.

SVMMARIVM.

Signatura quæ habet, audiat, &c. & procedat summariè, &c. censetur cõcessus processus summarius præpetitus: secus si habeat tantùm, audiat Talis, & iustitiã faciat.

EPITOME.

1 *Commissio per quam petitur quod in causa procedatur summariè: si signetur sic, audiat A. & iustitiam faciat, non censetur commissus processus summarius præpetitus: licet in corpore supplicationis nihil fuerit deletum.*

2 *Signatura si habeat, audiat, A. & summariè procedat A. auditor poterit procedere summariè in causa, vt petitum est extensione illius &c.*

Decisio 10. alias 379.

1 * Simpliciter. adde. infrà de cis. 15. 25. 82, 23. et Aegi. de. 394. & 276. Staph. in tra. de lite. gra. & in fo. 140 ver. sed prius.

NOta quòd † si in commissione impetrata petitur quòd procedatur in causa simpliciter * & de plano sola facti veritate inspecta, &c. licet prædicta verba non fuerint cancellata, nec aliquid eorum: si signatura tantùm habeat, audiat talis & iustitiam faciat. Auditor huius commissionis vigore non potest procedere summariè, &c. prout petebatur. & quia hoc non videtur commissum: imò neglectum: quia si papa voluisset, hoc expressisset. c. ad audientiam. de decis. præterea ad summarium processum per quem tolluntur aliqua acta substantialia iudici oportet quòd illud expressè commitatur casibus duntaxat in iure exceptis, in quibus ius dat potestatem & ordinem sic procedendi: vt in c. dispendio sam. de iudi. in cle. quia enim requiritur expressa & specialis commissio & mandatũ papæ, & sic summariè, &c. procedendum: vt est tex. in cle. sæpe. de verb. signi. ergo

2 &c. verũtamen si † signatura habeat, audiat talis & summariè procedat &c. bene auditor illius commissionis vigore procedere posset secundum tenorem cle. sæpe. quia tunc sub illo verbo &c. bene veniunt omnia alia in commissione non cancellata, videlicet de plano, sine strepitu & figura iudicij: quæ tamen sunt diuersa & vnum sine alio sæpe ponitur & committitur: prout not. Io. and. in dicta cle. sæpe.

SVMMARIVM.

Commissio causæ facta secundo iudici in eodem statu in quo reperiebatur, videlicet primo: licet non specificetur aliter status ipse, valet.

Decisio 11. alias 383.

* Statu. Adde supra in no. c. ti. dec. 20

NOta quòd licet causa cõmittatur in eodem * statu in quo erat coram primo auditore, quòd valet cõmissio: licet status simpliciter non exprimatur. Et est ratio. quia per acta primi iudicis poterit apparere in quo statu cõmissa est: & ideo perinde est ac si status causæ esset expressus: vt l. nominatim. de condi. & demon. Sic non obstat c. inter monasterium. extra de re iudi. Et de ista materia qualiter valeant literæ pet surreptionem impetratæ dic vt not. per Io. mo. in c. fi. de fil. presby.

SVMMARIVM.

Capitulũ oblatæ. de app. nõ seruatur in romana curia.

EPITOME.

1 *Appellatus in curia potest præuenire appellantem in impetratione rescripti.*

2 *Iudex in curia datur ex officio: secus extra curiam, quia nisi contradicatur in audientia, habebit quẽ voluerit impetrãs.*

Decisio 12. alias 444.

* cap. oblatæ. Adde supra de appe. in nouis dec. xvj.

NOta quòd * c. oblatæ. de appel. de non præuenien
do partem appellantem in impetratione rescripti apostolici per partem appellatam non habet locũ
1 in curia, vbi † statim datis apostolis pars appellata petit commissionem super appellatione, vigore cuius appellationis tenetur procedere, nisi ipse præueniat appellatum in faciendo committi causam appellationis: & hoc siue terminus fuerit præfixus per auditorem siue non. & rationem huius cõclusionis ponit Io. mo. super rubrica de
2 rescrip. ibi quid est ergo &c. quæ est ista ꝙ † in curia iudex datur ex officio: sed quando cõmittitur extra curiã, impetrans habet quem vult, nisi cõtradicatur in audientia. Alia ratio potest assignari vt citius finis litibus imponatur, & circuitus euitetur: vt in c. fi. de dolo & cõtu. & in cle. auditor. de rescript. vide deci. 47. infrà de appe. sufficit ad effectũ, vt cũ tali procuratore procedi posset.

SVMMARIVM.

Procuratorium factum ad causas deuolutas duntaxat post causam tamen commissam in curia de speciali mandato papæ, valet.

Decisio 13. alias 477.

* Mandato. Adde supra in nouis. de procu. dec. j.

NOta si post cõmissionem factã de speciali * mandato papæ pars contra quam commissio fuit obtenta, constituat procuratorem ad causas duntaxat deuolutas sufficit, ita quòd cum illo procuratore posset procedi in causa: quia papa committendo de speciali mandato causam in curia sua voluit agitari. arg. eorum quæ leguntur & not. in c. cupientes. de elect. li. vj. secus autem si constituerent procuratores ante commissionem cùm prędicta limitatione, nisi adderetur ad causas etiã deuoluendas: quia si tunc post huiusmodi constitutionẽ committatur causa de speciali mãdato nulliter cum tali procuratore procederetur in causa.

SVMMARIVM.

Clausula, quouis alio modo, respicit omnem modum vacandi per eandem personam.

Decisio 14 alias 483.

* Clausula Adde supr. c. ti. dec. j. in no.

NOta quòd * clausula alio quouis modo, respicit omnem modum vacandi per eandem personam: secus si per diuersas: vt not. Lapus in c. susceptum. de rescript. lib. vj.

SVMMARIVM.

Causa si committitur ꝙ nullis terminis seruatis procedatur per auditorem: termini abbreuiari sed non totaliter omitti possunt.

EPITOME.

1 *Termini substantiales in totum omitti non possunt: licet bene abbreuiari possint: quamuis committatur quòd nullis terminis seruatis in curia procedatur.*

Decisio 15. alias 488.

* Terminis. Adde supr. x. & infrà. 25. deci. eod. tit.

NOta quòd quando causa committitur, quòd nullis terminis * seruatis sed sola facti veritate inspecta procedatur: possunt termini ad arbitrium audito-
1 ris abbreuiari: sed nõ totaliter omitti, † itaq; nullo termi

no ad libellandum assignato potest terminus octo vel x. dierum ad dandū articulos & concludendum assignari, vt dicta verba aliquid operentur. xix. di. in memoriā. de priuil. in his. & c. si papa. li. vj. vide dec. 40. de appella.

EPITOME.

1 *Causam an inferior à principe de partium consensu cum potestate summariè procedendi &c. committere possit?*

Decisio 16. aliàs 543.

1 VTrum † valeat minor seu inferior à papa cōmittere causam de consensu partium cū potestate procedendi summariè & de plano & sine strepitu & figura iudicij. dic vt scripsi iuxta no. per Ioan. And. in c. sed. de hære. libr. vj.

SVMMARIVM.

Papa si committit in Rota causam inter laicos: illi non habent ius reuocandi domum.

Decisio 17. aliàs 596.

DOminus Vrbanus quintus consueuit quotidiè causas laicorum actorum siue reorum præsentium in curia ro. dominis auditoribus sacri palatij cōmittere: vt not. per Hostien. in c. fin. extra de foro competē. nec habent communiter ius reuocandi domum.

SVMMARIVM.

Clausula derogatoria ad statutum, non includit statutum iuratum.

EPITOME.

1 *Statutum iuratum non tollitur per clau. derogatoriam ad statutum simpliciter positam. quia requirit quòd dicatur non obstante statuto iurato &c.*

2 *Clau. non obstantiarum quando necessariò veniunt in literis apostolicis ponendæ.*

Decisio 18. aliàs 633.

* Statutum. Adde supra, de cōstitutio. dec. 6.

* Nō valent tales literæ. Adde notata in c. cū non de ceat. super verbo, effectus. de elec. li. vj. vbi dicitur. quod per clausu. nō obstātibus priuilegijs vel cōstitutionibus. nō tollitur cōstitutio iurata. Et secundùm Lapum in suis singu. super verbo, clausula generalis. Itē non tollit priuilegia inserta in corpore iuris. Fel. in c. nonnulli. de rescr. in 4. col. vers. xij. conclusio. nume. xxvj. Bar. in extra nagāti ad reprimendum. super vers. nō obstantibus. * In glo. fin. Vbi dicitur, quòd non omnia verba sunt pro iniuria habenda: nec lubricum

1 NOta si † aliquod * statutū est in aliqua ecclesia iuramento vallatū, ꝙ licet dicatur in litera papali gratiæ alicuius, quòd non obstante tali statuto non faciēdo mentionem de iuramento, quòd non valent tales literæ.

2 * Dictæ † verò non obstantiæ ponuntur ideo in literis apostolicis, quia si non essent positæ gratia non valeret: secus autem si papa prouidet de beneficio vacante apud sedem apostolicā vel de reseruatis: quia tunc non est necessarium quòd fiat mentio de prædictis in literis apostolicis: quia prædicta non habet locum in beneficijs vacantibus apud sedē apostolicam, nec in reseruatione. & ita etiam tenet Rota dominorū auditorum sacri palatij. Circa verò prædicta vide iura posita in c. aliquibus. de rescript. lib. vj. Quid autem circa gratias apostolicas ad recipiendum fructus beneficiorū in absentia familiaris domini nostri papæ vel cardinaliū vel aliorum qui habent gratias super hoc. & circa hoc debent videri verba dictarum gratiarū seu priuilegiorum dominorum cardinalium de fructibus percipiendis: per suos familiares in absentia, an remoueāt prædicta statuta vel priuilegia vel consuetudines ecclesiarum iurata vel nō iurata. Domini auditores de Rota sacri palatij cōmuniter nolunt aliud dicere vel consulere super hoc & ex causa: vt infrà de concess. præbend. dec. 41.

SVMMARIVM.

Iniuriarum verbalium causæ non committuntur per vicecancellarium auditori sacri palatij: secus pro iniurijs realibus.

Decisio 19. aliàs 655.

NOta quòd vicecancellarius domini nostri papę non facit commissionem alicui auditori sacri palatij de iniuria verbali facta alicui. pro hoc quod not. in capitul. 2 cùm te. in gloss. fin. * de re iudica. capitul. dudum. super verbo, calore. de conuer. coniugato. secus autem esset de iniuria reali.

SVMMARIVM.

Commissio causę pendentis extra curiam romanam facta in curia tacita litis pendentia non valet.

Decisio 20. aliàs 673.

DIc quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana pendet lis extra curiam romanam, & committatur de speciali mandato tractari in curia, & nō fiat mentio de litis pendentia: quòd talis commissio nō valet: vt c. fin. & cap. ecclesia. ij. vt lite penden. & cap. inter monasterium. de statu mona.

SVMMARIVM.

Commissio habens clausulam, cōstito de assertis, antequàm cognoscatur, pars est vocanda.

EPITOME.

1 *Verbum, si tibi constiterit, in commissione papali positum requirit vocationem partis ante processum inchoandum super infirmatione commissorum.*

Decisio 21. aliàs 684.

1 DIc quòd si in † aliqua commissione papali cōmittatur sub verbo, si constiterit de hoc contra talem faciat hoc contra eum, prout continetur in commissione. tunc citanda est pars vel procurator eius antequam auditor faciat informationem de contentis in cōmissione: vt notatur per Io. And. in c. præsenti. sub verbo, constiterit. de censib. in clemen.

SVMMARIVM.

Quando cōceditur aliquos citari per edictum: sufficit quòd tunc testes dicant, quòd credant non esse tutum illos citare.

EPITOME.

1 *Infamia legitimè per testes legitimos probari debebit, quando committitur ad instantiam iniuriati: quod si inuenit diffamatos, citet eos.*

2 *Citatio per edictum ob non tutum accessum relaxatur, si testes dixerint se credere impossibile vel non tutum citationes exequi posse personaliter vel ad domum citandi.*

Decisio 22. aliàs 693.

1 NOta † quòd aliquoties papa in commissione de speciali mandato ad instantiā alicuius, qui dicit se iniuriatum per aliquos, ponit in commissione si inueneris eos diffamatos, cites eos, iuxta c. qualiter & quando. de accus. & Innocen. in c. cùm oporteat. eod. titu. & in cap. cùm inter dilectos. de excess. præla. & Hostien. in capi. Veniens. de accu. & in c. infames. vj. q. j. & in regula infamibus. de reg. iu. lib. vj. cum similibus. & tunc ad probandum talē infamiā oportet quod testes legitimi hoc 2 probent legitimè. Si autē petatur ꝙ † aliquis seu aliqui citentur per edictum, iuxta c. dudum. de iudic. in clemē. sufficit quod tunc testes dicant quòd credunt quòd impossibile vel non sit tutum citare eos in domo: prout iacet in clemen. dudum. & ita seruat etiam Rota.

SVMMARIVM.

Si in signatura cōmissionis dicatur, Audiat summa. &c. Sub illo. &c. Alia videntur concessa quæ petuntur ad summarium processum.

EPITOME.

1 *Signatura commissionis si habet, audiat summariè &c. Sub illo &c. Alia videntur concessa quæ petuntur quo ad summarium processum.*

2 *Signatura habens quod absque obseruatione terminorum sacri palatij procedatur, non operatur vt auditor aliquid quo ad probationem partium tangere possit: licet in totum non teneatur seruare requisita ad ordinem iuris.*

Decisio 23. aliàs 733.

1 SI aliqua † commissio papalis impetratur ad instantiam alicuius in aliqua causa spirituali vel prophana: si ponantur in fine supplicationis per dominum vicecancellarium verba sequentia. De mandato domini nostri papæ audiat talis auditor summariè &c. Sub illo verbo intelliguntur posita in commissione, quòd simpliciter procedendo summariè, simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicij, & ponitur aliquoties in supplicatione & † absque obseruatione terminorum stili sacri palatij: licet in prædicta signatione per vicecancellarium ponantur prædicta verba, nihilominus prædictus auditor debet seruare in aliquibus aliqua de ordine iuris. quātum autem ad probationem partium nihil debet tangere prędictus auditor: vt not. Ioan. And. in capitul. sæpe. de verborum significatione. in clement. de dicta etiam clausula not. Innocen. in capitul. olim. de accusatio. circa prędicta etiam vide posita infrà. & vide deci. 40. infrà, de appellatio.

SVMMARIVM.

Surrogatus in iure defuncti, si non surrogatur etiam in lite, non admittetur ad iudicium.

Decisio

linguæ facile est ad iniuriā trahendū. nec pro modico datur actio iniuriarum.

Supra eodem dec. x.

Decisio 24. alias 816.

SCiendum est quòd si aliqua causa beneficialis est cõmissa alicui domino auditori sacri palatij ad instantiam actoris vel rei,& moriatur aliquis de prædictis litigantibus,& surrogetur per papam vnus altero mortuo:tunc dictus auditor non potest procedere virtute dictæ primæ commissionis.ita tenet rota.

SVMMARIVM.

Commissio signata vt sola facti veritate inspecta procedat,facit vt possit iudex abbreuiare terminos de stilo seruari consuetos.

Decisio 25. alias 451.

NOta, domini ordinauerunt quòd quando committitur auditoribus ℣ sola facti veritate inspecta procedant,quòd vigore istorum verborum possunt abbreuiare terminos de stilo palatij introductos. nam si non obstan.stilo hoc possunt in causa beneficiali,matrimoniali &c.iuxta formam cle.sæpe.de verb.signi. vt dicta verba aliquid operentur,& citò veritas facti habeatur: quare deuoluitur vt termini abbreuiarentur, vt antea poterant. quia res de facili,&c. xxxv.distinct.ab exordio.ff. de pact.si vnus.

Suprà eodem dec.x.

SVMMARIVM.

Causa appellationis à iudice vel à parte approbata deuoluitur ad curiam romanam.

Decisio 26. alias 635.

DIc quòd si facta fuerit appellatio in aliqua causa ad sedem apostolicam,& fuerit approbata à iudice vel à parte.tũc talis appellatio deuoluit causam ad sedem apostolicam:vt ca. sæpe.de appella.& c.cordi. eod.tit.lib.vj.

EPITOME.

1 *Auditor in qualibet parte litis pronuntiare potest causam esse deuolutam.*
2 *Causa deuoluta ad sedem apostolicam quando dicatur.*

Decisio 27. alias 715.

1 NOta quòd † auditor sacri palatij potest pronuntiare in quacunq; parte litis aliquam causam esse deuolutam ad sedem apostolicam ratione appellationis: & ita
2 tenet rota dominorum auditorum. Quando † autẽ dicatur causa deuoluta ad sedem apostolicam,vide super hoc c.statuimus.de elect.lib.vj.& cle.causam.de elect.

EPITOME.

1 *Executor qui vt canonicus datus fuit:licet desinat esse canonicus ante executionem,remanet tamen executor.*
2 *Data tempus in beneficialibus rescriptis est considerandum.*

Decisio 27. alias 122.

1 NOta ℣ † vbi aliquis canonicus est datus executor, si ante executionem desinat esse canonicus non pro
2 pter hoc impeditur quin remaneat executor:quia † tempus datæ inspicitur:vt l.si ita.de auro & argen.leg.& de hoc dic vt not.per Archi.in c.statutum. super verbo cõmunicatur.de rescrip.lib.vj.pro hoc facit l.facto.§.si verò.de vulga.substit.

Decisio sequens seipsam summat.

EPITOME.

1 *Collatio præfertur reseruationi in concursu.*
2 *Actus simpliciter explicatus valet in his ad quæ authoritate vna bene,alia autem malè duci possumus.*
3 *c.susceptum.de rescrip.in vj.non habet locum in acceptationibus & prouisionibus executorum.*
4 *Iudex ex officio ex causis animum suum mouentibus potest citare reum personaliter ad respondẽdum interrogationibus à se factis:nec propter hoc diceretur grauatus reus.*
5 *Executor licet mandauerit subexecutori quod conferat impetranti primum beneficium quod duxerit acceptandum potuerit nihilominus ante acceptationem gratiæ conferre.*

Decisio 29. alias 356.

1 NOta quòd cùm † reseruatio & collatio executoris apostolici simul cõcurrunt,præfertur collatio
2 reseruationi.per not.in clementi. literas.de rescriptis.Item cùm quis † procedit simpliciter ad id in quo potest duci authoritate vna benè,alia malè: sufficit quocunque modo.per not.Innocen. in capit. cùm ex officij.
3 de rescrip.Item quòd † in acceptationibus & prouisionibus executorum locum non habet capitu. susceptum.de
4 rescript. libr. vj. Item quòd † iudex ex causis animum suum mouentibus vt dicit mandans ex officio citari personaliter reum per procuratorem respondentem interrogationibus à iudice factis non grauat per hoc. Item
5 quòd † licet executor mandet subexecutori quòd conferat impetranti primum beneficium quod duxerit acceptandum,poterit conferre ante acceptationem.

** Add. Aene. de Falc.in tractatu reseruat. in 4. q.princ. pals. in xxxvij.effectu.*

Sequentis decisionis breuitas summario non indiget.

EPITOME.

1 *Electus confirmatus exequitur mandatum directum episcopo.*
2 *Restituitur quis contra sententiam:licet in commissione pro se impetrata plura narrata sint falsa:quia sufficit vnum ex ipsis esse verum.*
3 *Procurator ad agendum & defendendum qui per se obtinuit sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam,cogitur defendere in causa restitutionis obtentæ contra sententiam principalem suum.*
4 *c.suscitata.de restitu.in integ. non habet locum in sententia arbitri.*
5 *Restitutio ad appellandum datur ex modica præsumptione.*

Decisio 30. alias 360.

1 NOta quòd * † mandatum directum episcopo exequitur electus confirmatus,per c.eam te.de rescri,
2 cum ibi no.Item † quòd licet plura narrentur in commissione ad restitutionem contra sententiam obtinendam:si vnum verum sit sufficit,licet alia falsa. sic de rescrip.ex parte.& c.cùm olim,& c.inter cæteras.Item
3 quòd † procurator ad agendũ & defendendum qui pro se obtinuit sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam cogitur ad defendendum qui pro se obtinuit sententiam in causa restitutionis obtentę à principe pro minore con
4 tra sententiam.Item quòd † c.suscitata.de in integr. restitu.non habet locum in sententia arbitri:quia ista non habet executorem.per not.Inno.de iureiur.c.quintauallis.Item † quòd modica præsumptio sufficit pro restituendo ad appellationem:vt cùm sentẽtia lata super desertione transiuit in rem iudicatam.

** Mandatum Add suprà isto tit.dec.7.*

SVMMARIVM.

Capitulum statutum.de rescript.lib.vj. non habet locum in meris executoribus gratiarum.

EPITOME.

1 *Executores gratiarum vel sententiæ, licet de stilo non dentur nisi sint constituti in dignitate:attamen talis stilus non obseruatur in subdelegatis ab eis.*
2 *Subdelegatus à pluribus delegatis vice omnium fungitur.*

Decisio 31. alias 392.

NOta * quòd si in forma communi pauperum dentur tres executores cum clausula, quòd si non omnes &c.iuxta formam decret.prudentiam.de offici.deleg. si duo ex eis tertio se excusante legitimè gratiam huius purificauerunt,& alia exequenda & facienda commiserint,vt est moris abbatibus præpositis archidiaconis clericis & notarijs publicis & cuilibet ipsorum si vnus simplex clericus ex prædictis subdelegatis procedẽdo ad vlteriora prouideat impetranti de beneficio per eum debitè acceptato,ac instituat & in corporalem possessionem inducat:dubitatur an valuerit huius prouisio institutio & inductio?Causa dubitandi fuit duplex,quia videtur quòd huius subdelegatio non valeret: quia simplici clerico non in dignitate constituto facta fuerat. contra capitu. statutum.de rescript.libr.vj.secundò quia facta est prouisio per vnicum & non per duos:& sic contra formam mandati, quæ diligenter est obseruanda: aliàs non valet quod agitur.de rescripi.capitu.cùm dilectus.ff.manda.l.diligenter.de præbend.cui. libr.vj. His non obstantib. fuit concluſum & determinatum contra per omnes dominos, & responſum ad capitu. statutum. illud non habere locum in executoribus meris gratiarũ & sententiarum.prout ibi not.per Io.mo.& Archidiac.

** Suprà eod. tit.in no.29.*

1 Et licet de stilo † curię sit quod non dentur executores gratijs vel sententijs nisi sint in dignitate cõstituti: tamẽ ille stilus non est obseruandus,nec receptus in subdelegatis quibus committitur tum nudum ministerium:puta prouiso, in corporalem possessionem inductio quæ sipe quacunque causę cognitione fieri possunt:& ideo simpli cibus clericis committitur quemadmodum de examina

tione teſtium dicitur in c.cùm Bertoldus.de re iudic.& per Pau.in cle.iudices.de offi.deleg. hanc concluſionem tenere videtur Guil.de mõte Lau.& Gen.in extrauagãti ſedes apoſtolica. Ioan.xxij.faciunt not.per Ioã. Andr. in c.ſuper quæſtionum.in prin.ſuper glo.ſi ergo.de offi. delega.in nouella.per Spec.eo.tit.§.ſed nunquid.Secũda ratio etiam in contrarium non obſtat, quia hæc forma mandati, licet habeat quòd vnus ſine altero procedere non poſſit:vt in c.prudentiam.& in cap.cauſam quæ.de offic.deleg.tamen quia datur eis poteſtas ſubdelegandi à lege:vt c.paſtoralis.& c.ſanc.eo.ti.etiam quando ſcribitur in forma pauperũ: vt in d.cle.iudices. ſi duo † vel
2 tres cõmittant vices ſuas vni: ille fungitur vice duorum ſiue omnium.de quo ſunt textus clari in c.quãuis. de of. delega.& c.pe.de elect.lib.vj. & ideo quicquid ille vnus facit.omnes facere cenſentur. vide deciſionẽ ſequẽtem.

SVMMARIVM.

Executores dati cum clauſula. Vocatis vocandis &c. Debent ſeruare c.ſtatutum.de reſcrip.in lib.vj.in his de quibus hîc.

EPITOME.

1 *Cap.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.an in executoribus gratiarum datis cum clauſu. Vocatis vocandis &c.locum habeat.*

2 *Executores dati cum clauſ. Vocatis vocandis &c.quòd veri iudices ſint & procedere teneantur cum cauſæ cognitione.*

Deciſio 32. *aliàs* 303.

NOta ex hoc & propter primum dictũ inſurrexit
1 aliud dubium. Vtrum † prædicta conſtitutio c. ſtatutum. * de reſcrip.li.vj.locum habeat in executoribus gratiarum datis cũ clauſula vocatis vocandis &c.Et finaliter fuit dictũ quòd ſic, quo ad perſonas, loca,dietas,ciuitates & dioeceſes:intantũ quod ſi prædicti executores procedant extra locum deputatum vel partes trahãt vltra vnam dietã,nihil valet quod agitur, niſi de expreſſo conſenſu partium hæc faciant:vt ibi in §.in nullo quoque.& hoc propter decretum ibidẽ in fine appoſitum.Et eſt ratio,quia † prędicti executores nõ ſunt
2 meri ſed ſunt iudices veri: & cum cauſæ cognitione ac partibus vocatis & ordine iudicario ſeruato debẽt procedere:vt in c.exhibita.de iudic. *.& * debẽt extrahere & citare: illud non poſſunt extra locum eis deputatum facere,niſi ſecundùm formam dicti.§.in nullo.& hoc tenet expreſsè Guil.de monte Lau.in cle.j.de reſcri.ſuper verbo,auctoritate literarum.vide dec.præcedentem.

* *Cap.ſtatutum. Adde ſupra in no.eo. tit. in dec.29. & infr.de offdelegat.dec.1. & de conceſs. præb.deci.56.*

* *De iudic. Adde ibi per Fely.*

* *Et ideo debẽt. Lege. Et ideo quia debent.*

SVMMARIVM.

Citatio cõmiſſa per edictum exequenda in locis vicinis:ſi in vno loco tantùm fuerit executa non valet.

Deciſio 33. *aliàs* 523.

NOta quòd ſi cõmittatur cauſa cum poteſtate citandi per edictum locis vicinis in portis affigendum: non ſufficit quòd fiat executio in vno loco vicino quãtumcũq; publico: ſed requiritur quòd in pluribus locis exequatur,ad minus duobus:quia pluralis locutio & c.de regu.iur.c.pluralis.lib.vj.facit glo.Io.And. in c.cauſam.ſuper verbo,loco.de electio. Et quia forma mandati hoc habet,quæ eſt diligẽter obſeruanda. de reſcript.capit.cum dilecta.

Suprà eo.tit. in no.dec.5.

SVMMARIVM.

Dieta computatur à fine dioeceſis domicilij.

Deciſio 34. *aliàs* 634.

COmmuniter tenet Rota dominorum auditorum ſacri palatij quòd dieta computatur à fine dioeceſis domicilij,ſecundùm quod dicit Ioan.And.in c. ſtatutum.ſuper verbo,vnam dietam.de reſcr.lib.vj.licet ſuper hoc fuerunt diuerſæ opinion.docto.

SVMMARIVM.

Non imputatur impetranti quando per ſolum executorem ſtetit quominus gratia eius fuerit purificata.

EPITOME.

1 *Impetranti an nocebit executoris gratia.*

2 *Æſtimatio non cadit in beneficialibus.*

Deciſio 35. *aliàs* 164.

NOta quòd vbi † non ſtetit * per impetrantẽ quominus gratia ſua purificetur:ſed ſtetit per executorem vel epiſcopum, non imputatur impetrãti: vt l.iure ciuili.de conditio.& demonſtra.iunct.l.fina.ff.

* *Stetit adde 1 deci.7. & 8. infra de conceſs.præbend.*

ſi quis cautio. quòd ſi impetrans fuerit impeditus, quòd infra menſem non poſsit acceptare, nec gratiam purificare:ſibi non imputetur. Nec obſt.ſi dicatur ſemper habet recurſum cõtra impeditores:vt c.paſtoralis. de iure-
2 patro. quia † hîc non poteſt cadere in beneficialibus æſtimatio:vt c.querelam.de elect.per Innoc. Nec obſt.c. paſtoralis. quia ibi erat in poteſtate collatoris recipere præſentatũ magis quàm ſit in iſto caſu in poteſtate executoris. & iſtud tenet Rota: licet cancellaria videatur notare contrarium.vide deciſio.19.infrà de iudi. & 8.de dolo & contumacia.

æneas de falc. in tractatu re ſer.in quinta q.j. in 14.q.

SVMMARIVM.

Si vni ex impetrantibus in forma cõmuni in data paribus prouiſum ſit: poterit etiã alteri prouideri propter non obſtañ.h.d.Vel ſic. Impetrantium in forma cõmuni ſub eadẽ data,licet vni fuerit prouiſum: nihilominus poterit alteri prouideri.

Deciſio 36. *aliàs* 194.

NOta quòd vbi ſunt duo impetrãtes ſub forma cõmuni ſub eadẽ data:ſi vni eſt prouiſum, alteri poteſt prouideri propter clauſulas quæ ponuntur in bullis,ſcilicet non obſtañ.quod pro alijs reſcripſerimus. & ſic obſtat c.ſi duobus.de reſcri.libr.vj.

SVMMARIVM.

Impetrans de beneficij qualitate an & quando mentionem facere teneatur.

EPITOME.

1 *Impetrans an teneatur facere mentionem de qualitate beneficij vacantis.*

2 *Motus proprius operatur vt non teneatur impetrans mentionem facere de aliqua qualitate intrinſeca beneficij.*

Deciſio 37. *aliàs* 202.

NOta quòd † quis non tenetur facere * mẽtionem
1 de qualitate beneficij vacantis.verbi gratia.vbi alicui impetrat decanatũ vel archidiaconatum vel archipresbyteratum vacantẽ non eſt neceſſe quòd faciat mentionẽ an ſit cum cura vel ſine cura: maximè quando eſt tale beneficium quod de ſe habet curam: licet videatur contra in c.cùm in illis.de præbend.li.vj.Sed dic quòd ibi loquitur cùm papa mandat prouideri: in quo caſu non facit tantam gratiam ſecundum quod eſt,quãdo facit ſeu prouidet de vacanti beneficio, quod habet
2 locum cum † gratia eſt facta motu proximo principis. Nã tunc de qualitate intrinſeca aliqua beneficij nullam mentionem facere debent: ſecus autem ſi gratia non ſit facta motu proprio:vt not.Ioan.Andr. in capi.ei cui.de præben.lib.vj.& clarius in clem.ſi dignitatem.de præb. & habet locum ſiue impetret vacans ſiue reſeruatũ ſiue non reſeruatum. Et ratio eſt, quia ex quo princeps non præſumitur ſcire qualitatem quæ extat in facto:præſumitur quòd ſi fuiſſet expreſſa qualitas, ſcilicet & erat curatum vel electio * vel dignitas & maior poſt pontificalem,quòd papa impetranti de tali beneficio minimè prouidiſſet.Sed dic quod ibi loquitur cùm papa mandat prouideri: in quo caſu non facit tantam gratiam ſecundum quòd facit,cùm prouidet de vacanti beneficio. vide infrà eod.titul.deci.41.& de conceſsio.præbend.& vide Guil.de monte Laud.in capitu.final.de offic.ordi.ſuper verbo,ſpecialis.in clemen.

* *Mentionẽ. Adde ſupr.in no.eod.ti.dec. 24. & vide per Aegi.dec. 9.in fi. Stap. in tracta. lit. gratia. & in fol.26.*

* *Electio. alias electionum.*

SVMMARIVM.

Clauſula,amoto &c. tollit ſurreptionem taciturnitatis detentionis beneficij alterius.

Deciſio 38. *aliàs* 206.

NOta ſecundùm aliquos quòd illud quod not.in c. cum noſtris.de conceſsio.præbend.non habet locum hodie ſcilicet, quòd quis teneatur facere mẽtionem de detentione beneficij propter clauſulas quæ hodie ponuntur in bullis, amoto exinde quolibet detentore.Et ita videtur not. Ioan. Andr. in allegat. capitul. cùm noſtris.Et vide infrà eodem titul.deciſi.69. & vide regulam cancellariæ volentem, quòd ſi per duos menſes fuerit detentum, quòd de detentione teneatur facere mentionem.

SVMMARIVM.

Penſionis taciturnitas non reddit gratiam pauperis ſurreptitiam.

Deciſio

Decisio 39. aliàs 210.

NOta quòd pauper clericus impetrans in forma communi habens pensionem à laico posito quòd pensio sit sibi assignata vt titulus beneficij, de tali pensione non tenetur facere mentionem: posito quòd authoritate episcopi sit instituta. quia ex quo non est beneficium: sed est talis pensio ℘ * moritur cum persona: de tali pensione pauper clericus in communi forma non tenetur facere mentionem: aliàs si esset perpetua pensio constituta iure beneficij quæ transfertur de persona in personam: tunc impediret & annullaret gratiam pauperis, posito quòd non esset beneficium, & posito quod non constitueretur ab ecclesia. sic not. in c. si pauper. de præben. lib. vj. c. postulasti. de rescript. per Inno. & Hosti.

* Quòd aliàs quæ & melius.

SVMMARIVM.

Beneficium non dicitur monaculare, si collator habet beneficia cum alijs conferre communiter.

Decisio 40. aliàs 241.

NOta quòd vbi aliquis est impetrans * ad collationem præpositi & capituli cõmuniter vel diuisim: si præpositus habet vnicum beneficium conferre per se, sed cum capitulo habet plura conferre: impetrans potest acceptare illud vnicum beneficiũ, quod est ad collationem prępositi, vbi autem solus per se præpositus haberet vnicum beneficium, & nihil haberet cum capitulo: tunc non veniret vnicum beneficium. Sic not. in c. cùm ei quem. de concess. pręben. per Io. and. Item ex hoc induceretur affectus circà mortem proximi, ex quo vnicum & certum beneficium veniret sub gratia. contra c. nulla. de concess. præben. Mediolan. in c. j. de præb. in cle. & vide Collect. in c. ecclesia. de sortileg. Et est ratio inter ista quia in primo casu non est præsumptio quòd impetrans insidiaretur vitæ tenentis vnicum beneficium pertinens insolidum ad collationem præpositi cùm sint alia beneficia ad collationem præpositi cum capitulo pertinentia quæ ratio non habet locum in secũdo casu: propter quã rationẽ fuerunt moti doctores ℘ impetrans non posit acceptare beneficiũ vnicũ pertinẽs ad collationẽ alicuius

* Impetrans. vide supràin no. decis. 13. de præben. voluerunt.

SVMMARIVM.

Impetrans prębendam tenetur facere mentionem de qualitatibus eius scilicet, si est sacerdotalis vel electiua.

EPITOME.

1 *Impetrans debet exprimere qualitates quæ insunt beneficio & cum ipso nascuntur.*

Decisio 41. aliàs 257.

NOta quòd vbi papa confert alicui prębendam sacerdotalem vel electiuã, impetrans talem prębendam tenetur mentionem facere * de qualitate prębendæ illius, aliàs gratia videtur surreptitia: vt not. Io. an. in nouel. in c. ei cui. de præb. lib. vj. & glo. in c. cùm in illis. de præben. lib. vj. ad quod not. per eundem in c. per literas. super ver. prouideri. de præben. in clemen. licet communiter contra teneatur, maximè si talia exprimantur per quæ papa possit scire qualitatẽ beneficij. Qualitas † autem quæ est in beneficio & nascitur cũ beneficio: vt quia est beneficium electiuum vel conuentuale: tales qualitates debent exprimi: vt c. cùm in illis. de præben. libr. vj. & c. cùm olim. de re iudi. pro quo facit tex. l. in venditionibus. §. item quæritur. ff. de contrahen. empt. vbi error qualitatis nocet simpliciter quando qualitas ab initio inest rei. Et quòd sit necesse facere mentionem videntur doctores no. in cle. si dignitatem. de præbẽ. & de hoc no. Io. mo. in allega. c. si cui. de præben. lib. vj. circa princ. super verb. mandatũ. vbi tenet quòd etiam cum papa prouidet est opus facere mentionem de talibus qualitatibus & vide infrà deci. 50. de concess. præben. Et vide infrà literam b. super verb. beneficium. q. lxxxviij.

* Mentionem Add. dec. j. de præben. in no.

1

† Electiua aliàs electiuum.

SVMMARIVM.

Valoris communis mentio vbi fit: inspicitur taxa decimæ: vbi autem secundum taxam decimæ valor exprimitur: inspicitur taxa beneficij.

Decisio 42. aliàs 277.

NOta quòd vbi papa confert beneficium, cuius fructus & prouentus. cc. florenorum secundũ communem extimationẽ valorem annuum non excedunt: si beneficium valeret vltra. c. flore. secundum taxam decimę gratia est surreptitia. quia in isto casu non inspicitur taxa decimæ beneficij, sed valor communis. Vbi autem papa confert beneficiũ cuius fructus &c. secundum taxationẽ decimæ: tunc inspiceretur taxa beneficij, & illa veniret in gratia, posito ℘ beneficiũ plus valeret secundũ valorem communẽ. circa quod vide ca. si beneficium. de dec. in cle. vide infrà e. ti. 64. & de concess. præb. 45.

Staphi. in tract. de lit. gratiæ. & iustic. ar. 14. & 39

SVMMARIVM.

Clausula quouis modo vacet, non includit modum vacandi ex alterius persona quàm expressi.

Decisio 43. aliàs 820.

NOta quòd vbi papa confert beneficium Titij vt reseruatũ, vel aliàs quouis modo vacet: intelligitur qualitercunq; vacet in persona Titij: quia omnis modus vacãdi venit concernens personã Titij: si tamen aliàs vacaret beneficium, non in persona Titij sed in personã alterius, non veniret modus vacationis: quia de alia persona non videtur intellexisse papa ar. c. romana. §. in aliũ. de ap. li. vj. & c. susceptũ. de rescri. e. li. cõtra videtur l. cùm in corpus. de acqui. rerũ domi. & l. falsa demõstratio. de condi. & demon. vide infrà dec. 19. de conce. præb.

SVMMARIVM.

Excommunicatus ignorans se excommunicatum potest impetrare beneficia & literas apostolicas.

Decisio 44. aliàs 381.

NOta glosã quòd ignorans se esse excommunicatum potest impetrare beneficium seu literas apostolicas vt not. in c. apostolicæ. de cle. exc. mini. & ibi not. glo. de his quæ facit ignorans se excommunicatum.

SVMMARIVM.

Acceptatio beneficij facta per habẽtem minus decretum infra mensem quem habens maius decretum poterat acceptare est nulla.

EPITOME.

1 *Prouisio non valet vbi non valet acceptatio.*

Decisio 45. aliàs 296.

NOta ℘ vbi secundus impetrans in data infra mensem fecit sibi prouideri de beneficio, quod primus acceptauerat, non valet acceptatio secundi propter decretum appositum in gratia prima impetrantis, quod afficit gratiam secundi, quamdiu primus prędit: intantum quòd si secundus habeat confirmationem siue prouisionẽ à papa dicẽs, quòd cùm canonicè fuerit prouisum de beneficio, supplicat quòd nõ obstan. reseruatione sua prouisio confirmetur, gratia censetur surreptia: quia non est canonicè prouisum quamdiu primus præcedit, vt est dictũ. quia † prouisio non valet nisi valeat acceptatio. Et est ratio: quia in acceptatione certum tempus statuitur impetrantibus, quod non est in prouisione: & tunc posset esse damnum magnũ si secundus in data non posset acceptare infra tempus primo in datã debitum. Item videtur prouisio facta secundo surreptitia: quia si dixisset quòd alius expectans maior eo acceptauerat: & sic gratia sua fuerat sortita effectum. fortè papa non condescendisset ad concedendum sibi gratiam.

1

SVMMARIVM.

Impetrans non tenetur facere mentionem de beneficio annexo impetrato: quia sufficit mentionem facere de principali.

Decisio 46. aliàs 319.

NOta quòd vbi * beneficium petitur tanquam principale: & illud beneficium habeat aliud beneficium annexum & accessoriũ: de beneficio annexo in supplicatione non est facienda mentio: sed sufficit quòd de principali beneficio fiat mentio: vt not. Io. and. in c. super eo. de præben. lib. vj. in nouel. & ex quo principale nominatur, accessorium videtur nominari. argu. l. si vt certo. §. vsque adeo. ff. commo. l. sed ad hæredes. §. si quis mulierem. ff. loca. cũ si. licet faciat cõtra l. fi. ff. de fun. instruct.

* Beneficium. Adde Fel. in c. in nostra. 33 corre. nu. 30. ver. addit ur per rot. infrà de reb. non alien. eccle.

SVMMARIVM.

Expressio non veri valoris beneficij obtenti nocet acceptanti.

EPITOME.

1 *Impetrans non tenetur mentionem facere de valore beneficij obtenti: si tamen expresserit & falsum dixerit, gratia censetur surrepticia.*

Decisio 47. aliàs 36.

NOta secundùm opinio.aliquorũ † quòd licet quis quando impetrat beneficium non teneatur facere mentionem de valore beneficij quod tenet:vt not. Innocen.in c.dudum.ij.de elect.melius in c.j. de præbẽ. ergo si intelligas quia habita. &c. vbi videtur notare quòd requiratur:tamen si exprimat falsùm,gratia censetur surreptitia. quia expressa nocent in tali casu. vide contra eod.titu.deci.37.

SVMMARIVM.

Processus formatus in vim rescripti impetrati ab appellato, in quo non fuit facta mẽtio de delatione appellationis, & termini præfixione & sic de causæ deuolutione ad curiam, an teneat parte nõ opponente?h.d. Vel sic. Valet processus factus in vim rescripti:licet in eo nõ fuerit expressa delatio appellationis facta per iudicem à quo,nec termini si non fuerit oppositа subreptio.

EPITOME.

1 *Rescriptum surreptitium parte non opponente non vitiat processum.*

Decisio 48. aliàs 387.

NOta vtrum si fuerit delatum appellationi in partibus,& terminus præfixus ad prosequendũ & forsan appellatio approbatur à parte appellata, & sic causa debeat tractari in curia iuxta c.abbate.& c.cordi. de appellati. pars tamen appellans vel alia tacito de delatione & termini prefixione impetret iudicem ad partes,an valet impetratio ipso iure, vt sic processus per tales iudices habitus super appellatione valeat, si non excipiatur quòd literæ sunt surreptitiæ:& si excipiatur de surreptione carere debeant viribus iuxta cap.oblatæ.& præsertim si præuentus fuerit terminus in impetrando iuxta c.sæpe.in fin. tamen ex quo pars aduersa non excipit,processus valere debet.arg.notatorum.de rescript. c.ad audientiam.& Innocen.co.tit.c.dilectus.vbi determinat quòd † processus habitus per literas surreptitias: si tamen nõ excipiatur de surreptione,tenet. Et hic quidam intelligunt illa iura c.abbate. c.sæpe. in fin. tamen contra fuit decisum.quia ex quo causa est aliàs ad curiã deuoluta, vt sit ibi tractanda non potest extrahi nisi de certa scientia papæ.facit decre.prouidè. de electio.vide infrà de appellationi.decisio.j.

SVMMARIVM.

Impetrans ad collationem episcopi obtinebit contra impetrantem ad collationem prioris: si episcopus est in quasi possessione cõferendi beneficiũ impetratum, licet offerat se probaturum proprietatẽ collationis pertinere ad priorẽ.h.d. Vel sic. Sufficit impetrãti ad collationem episcopi, quòd episcopus sit in quasi possessione conferendi beneficium impetratum: licet aduersarius se offerat probaturum quòd ad alium pertineat collatio.

EPITOME.

1 *Proprietas potior est possessione.*
2 *Opinio veritate probata debet cedere veritati.*
3 *Verbum,pertinere.concernit proprietatem: quamuis latissimè sumptum possessionem comprehendat.*

Decisio 49. aliàs 557.

QVidam impetrauit ad collationẽ episcopi: alter ad collationẽ cuiusdam prioris. quadam ecclesia vacant,cuius collationis possessionẽ habet episcopus,& in possessione conferendi eam:nã eam contulit ei per cuius obitum vacauit, & tanquã ad ipsius collationẽ spectãtem per impetrantem ad collationẽ episcopi fuit acceptata,& de ea sibi prouisum:alter verò vult probare quod imò proprietas collationis illius reuera pertinet ad collationẽ prioris: quæritur nunquid sit admittẽdus? Et videtur quòd non. quia probatum eũ non releuaret, vt videtur:quia in talibus plus attenditur possessio.Nã si ille qui est in possessione cõferendi vel præsentãdi cõferat vel presentet,valet eius collatio vel presentatio.arg. c.consultationibus.de iure patr.& de elect.c.querelã.de cau.poss.cùm olim.& præfertur ei cui ille ad quẽ de iure pertinet:non tñ est in possessione, si cõtulisset vel quẽ presentasset.Ergo etiã impetrãs ad eius collationẽ etiã sit præferendus impetrãti ad collationem alterius. quia eius executor tenet vicem illius collatoris:& est perinde ac si ab eo fuisset facta collatio.Item quia vltimus status est attendendus.arg.l.cùm pater.C. ne de statu defunct. Item cũ in ista materia sufficiat sola opinio seu possessio primò inspiciatur opinio quàm veritas. Item imputetur priori: quoiam nõ prosequitur ius suum quousque eo prosequente ad quem principaliter pertinere constiterit.de contrario seruandus erat iste status & presumẽdum pro iure episcopi possidentis & impetrãtis ad eius collationẽ obtinere debebũt quãdiu ipse erit in possessione conferẽdi,& pro ista parte fuit maior pars.Sed oppositum videtur: quia papa in scribendo sic de beneficio pertinente ad collationem episcopi potius videtur intelligere & cõcernere veritatem iuris & proprietatẽ quàm
1 possessionẽ.quia † proprietas potior est possessione.ergo expectans qui impetrauit ad collationem eius cuius est proprietas collationis, erit potior eo qui ad collationem eius qui solùm possidet impetrauit.argu. de causa poss.
2 & proprie.c.cùm dilectus.Item quia † veritate probata debet cedere opinio veritati: vt c.cùm Bertoldus. de re
3 iudi.Ita quia verbum, † pertinere. est analogũ ad proprietatem & possessionem. Itẽ pro ista opinione posset induci lex quæ bene facit.ff. de relig.l.ij.§.j. Item non videtur posse negare quin verbum, pertinere. ad collationem prioris concernat proprietatem: licet latissimè sumptum dicatur de possessione:vt l.verbum pertinere. ff.de verbo.signifi.ergo similiter sumptum sumitur pro primario vel proprio significatu. ad hãc q. allegari possent iura alleg.per Ioan.And.in nouel. de reg.iur.mora. lib.vj.in j.q.& decisio illius q. facit pro prima parte. & pro prima parte obtinuit & fuit lata sententia: & pro hoc, quia aliud est quod dicitur seu cùm dicitur collatio pertinet ad episcopum:a liud cum dicitur ius & proprietas collationis: vt probant prædicta iura &c.

SVMMARIVM.

Cancellatura alicuius clausulæ in supplicatione contentæ operatur concessionem aliorum quæ de stilo cancellariæ non censentur concessa.

EPITOME.

1 *Papa nuda voluntate recedere potest à stilo.*

Decisio 50. aliàs 561.

CAncellaria non consueuit ponere in literis de dignitate petita vnà cum canonicatu & præbenda in supplicatione signata per papã per simplex fiat: nisi papa expresse signauerit de dignitate. Hoc supposito præsupponatur quòd in supplicatione positũ erat ad canonicatum & præbendam ac dignitatem etiã electiuam & papa cancellauit illa verba, etiam electiuam:& postea simpliciter signauit, non tamen posuit etiã ad dignitatẽ &c.quæritur nunquid suppositо stilo cãcellarię prædicto debet poni in literis de dignitate? Et videtur q̃ non, ex quo papa signauit expresse de dignitate. In oppositum allegabatur.quia cancellando illa verba,de electiua.videtur cętera omnia concessisse. argumento quia quod de vno negatur &c. pro hoc allegatur textus in l. tribunus.ff.de militar.testa.ibi,cùm dicit,amplius. Et si aliquid interuenerit.instit.de testa.milita.§. licet si quis ante militiam.ff.de don.inter virũ & vxo. cùm hîc status.§.his quoq;.Tamẽ respondebatur quòd ibi nuda voluntate miles poterat perficere primum testamentũ: vt l.in fraudem.§.testium.hîc verò cãcellaria, vt supponitur,non recipit nudam voluntatẽ papæ,sed solùm signatam expresse.Nec obstat ratio prędicta,quòd de vno negatur &c.non est verum simpliciter: imò dimissum in dubio est relinquẽdum dispositioni iuris communis vel stili communis.arg.l.fin. & l.cùm dotem.in prin.ff.sol. matri.& de libe.& postu.l.cõmodissimè.De quo dixi. ff.de pact.dot.l.inter socios.§.cùm inter. Nam prædicta cancellatura quæ facta est ad gratiæ diminutionẽ non videtur operari augmentum seu nouam gratiam de omisso super quo aliàs concesio expressa seu significatio papæ requirebatur secundùm stilum.argu.l.cum tali.§. fina.ff.de conditio.& demonstrat.Et ad hoc allegatur.l. lega.inutiliter.& de verbo.signifi.c.fin. Sed omnes maiores de curia romana & de Rota tenuerunt quòd veniat dignitas: quia stilus cãcellariæ loquitur simpliciter cùm papa non signat nec cancellat. ergo aliud cum sit

contra ius

contra ius in suo casu illa clausula debet poni in fine ad signum quòd simpliciter intelligatur & non cùm papa aliquid cancellauit quasi per cancellaturam declarauit
1 se † velle recedere à stilo à quo nuda voluntate recedere potuit. & sic signatio simpliciter remanebit in viribus iuris communis: vt correspondeat omnibus petitis in supplicatione. argum. §. præterea. insti. de inuti. stipu. & de fid. instru. §. inter cætera.

SVMMARIVM.

Literæ super beneficio exepeditæ ante causæ commissionem an possint arrestari, & quid de literis ad lites.

Decisio 51. aliàs 572.

PRimo & secundo in data impetrantibus ad eandem collationē eiusdem beneficij cadentis sub gratia acceptan. secundus in data primò in possessione fuit inductus: & postea cum quodam alio beneficium illud per mutauit in curia romana: confectisq; literis super permutationibus primus in data fecit committi causam in curia quam super ecclesia seu beneficio per eum accepta to moturus erat cōtra eos: & fecit arrestari literas illius cum quo secundus in data permutauit beneficium: ille ta
1 men petebat illas relaxari: quæritur an essent relaxandę? Quidam dicebant quòd non. quia ex quo erant confectæ & expeditæ ante causam commissam per auditorem non poterant retineri: & dicebant quod palatium. semper seruabat istam practicam in literis retinendis quod vbi literę super beneficio, de quo litigabatur, erant confectæ & expeditæ ante causam cōmissam: tunc non poterant per auditorem causæ retineri. quia causæ com missio non tollebat potestatem executoris. secus si postquam causa fuit commissa impetrareturvel ageretur an deberent expediri. quia licet pro expediendo in cancellaria deberent relaxari: tamen eis expeditis debebāt qui dem auditori reportari & per eum poterant restitui. Et ita dicebat dominus Simon in literis quæ impetrarentur ad iudicia: vt de causis in partibus cognosceret. benè dicebant quòd semper poterant retineri. quia ex quo pa pa causam retinuit in curia eam committendo: & illa commissio iam erat auditori commissa & præsentata iam aduocabat iurisdictionem à cæteris vbi scienter vel vbi etiam de hoc in commissione facta auditori non fieret mentio, etiam illa cōmissio debebat potior reputari ex quo erat præsentata. arg. c. vt debitus. de appel. & pręsertim in hoc proposito quidam dicebant literas non fo re restituendas. quia iniquum esset quòd ille cum quo secundus in data permutauit, non assequeretur possessionem illius beneficij ex quo suum dimisit, quod secundus poterat pacificè consequi: & sic cogeretur esse quamdiu lis penderet sine beneficio seu eius possessione. Alij tamen & maior pars tenuerunt, ꝙ hoc casu literę erant retinendæ, vel si relaxarentur, erat inhibendum sub pœna ne earum virtute aliquid circa assecutionem possessionis innouaretur: nec aliqui fierēt processus & super hoc esset per illum cuius erant literæ, cautio præstanda. Et
1 est ratio. quia ex quo primus in data non reperiebat possessionem vacuā: periculum inerat ne per illum qui pręsertim prætendebatur potior alio aliquid innouaretur. Nam forsan si ille semel assecutus esset possessionē nunquam vel cum magna difficultate posset eam habere: & ideo erat super hoc sibi prouidendum. arg. no. per Inno. de testi. c. veniens. secundo. Nam & si vt fatebantur primi talis possessionis adeptio si esset facta, veniret reuocanda tanquam attentata lite pendente. ergo multò fortius ne fieret, erat impediēda. quia multa impediunt contrahēda. Nec ob. si dicatur ꝙ causa nondum erat in statu inhibendi: cùm nondum esset iuratum & deliberatum super libello. quia & si stilus curiæ haberet ꝙ antè non consueuit fieri inhibitio: tamen vbi emergere potest tale periculū, bene posset antè inhiberi: præsertim cùm ius inhibeat post primam cautionem: vt in cle. fi. vt lite pen. ad hoc etiam faciunt not. per Inno. de app. c. significante. vide dec. 16. infrà de testib.

SVMMARIVM.

Commissio impetrata pendente termino ad dandam apostolos valet: licet virtute eiusdem non possit procedi nisi lapso dicto termino.

Decisio 52. aliàs 698.

DIc ꝙ si appellatum est in aliqua causa: & terminus est assignatus ad dandum apostolos: & pendente termino impetratur commissio, ꝙ talis impetrat^io valet: sed virtute eiusdem auditor nō debet procedere, donec lapsus fuerit dictus terminus, aliàs non valeret quod faceret virtute dictæ commissionis.

SVMMARIVM.

Gratia de beneficio vacanti per promotionē alicuius non extenditur ad vacans per mortem eiusdem.

Decisio 53. alias 743.

NOra quòd si facta est alicui gratia per papam de beneficio quod vacare debet per promotionem alicuius quòd tunc non venit illud beneficium, si vacet per mortem: nisi ponatur in gratia, vel aliàs quouis modo. quia tunc venit omnis via vacationis concernētis ipsum tenentem & nō alias personas: vt not. in cap. susceptum de rescript. libr. vj. & hoc etiam tenet rota. & est casus in cap. ex parte. de offi. delega.

EPITOME.

1 *Demonstratio falsa vel error qualitatis expressæ non vitiat literas cùm de corpore constet.*

2 *Relatiuum aliud vel alia. licet referunt diuersum in supposito: referunt tamen idem vel consimile in substantia vel qualitate.*

Decisio 54. alias 839.

PApa concessit Cluniacen. priori ꝙ nullum in monasterio suo seu in aliqua alia ecclesiarum sui ordinis teneatur recipere authoritate literarum apostolicarum nisi de eorum ordine fecerit mentionem. Hoc supposito. Quidam impetrauit ad collationem vel presentationem talis prioris scilicet ordinis sancti Benedicti talis diœcesis: & ille prior seu prioratus eius erat ordinis Cluniacen. de ordine: & Cluniacen. nulla in literis mentio habebatur: tandem vacante quadam ecclesia ad collationē vel presentationē illius prioris pertinente, impetrans eā acceptauit & fecit sibi prouideri: prior autem ille vni alteri illam ecclesiā contulit, seu ad eā presentauit qui dicit apostolicū impetrantem nō debere dictam ecclesiā obtinere: quia ille prior est ordinis Cluniacen. & de ordine Cluniacen. in literis nulla mentio erat facta. & ꝙ ordo sancti Benedicti est alius ordo & distinctus ab ordine Cluniacen. & ideo per literas illas apostolicas nō potest dici ꝙ ille prior qui nō est ordinis sancti Benedicti, sed Cluniacen. sit grauatus. argu. ad premissa pro prima ratione de rescrip. c. cùm ordinē. pro secūda in eo. ti. c. significāte. & c. Rodulphus. Apostolicus aūt dicit quod imò debet obtinere dicto priuilegio seu ꝙ de Cluniacen. ordine in suis literis nulla fiat mētio. non obstat. quia constat de certo nomine prioris seu prioratus grauati per illa quę sunt in literis: cùm in tota illa diœcesi in qua impetrauit & de qua fit mētio in suis literis nullus sit alius prioratus vel prior eiusdē nominis: imò nec eiusdē ordinis sancti Benedicti nec Cluniacen. nisi ille. & † cùm de corpore cōstat falsa demōstratio vel error qualitatis expresiē nō vitiat. ar. no. per Inn. in d. c. significante. & insti. de lega. §. si quis in nomine. ff. de condi. & demō. in l. falsa. Nec ob. c. cùm ordinē. quia loquitur de Cistercien. nō Cluniacen. vel satis est facta mētio ex quo fit mētio sancti Benedicti in & sub cuius honore patronatu & regula & c. ordo Cluniacen. est fundatus. & dato ꝙ fortè colores habitū diuersificant: tamen est essentialiter eadem regula. & talis ordo licet forsan in aliquibus accidentalibus cōstitutionibus diuersificētur, facit quod no. de elec. c. in. super verbo, vel habitus. in cl. Non ob. dictum priuilegiū concessum Cluniacen. quia loquitur & intelligi debet de ecclesijs sui ordinis regularibus. qđ patet per verbū, recipere. ibi positū. quia proprię suis ecclesijs regularibus puta prioratibus vel alijs beneficijs cōsuetis illis de eorū religione assignari dicūtur aliquē vel aliquos recipere. hîc aūt non est ecclesia de qua agitur regularium: nec de eorū religione consueta alicui eorū assignari: imò est etiā secularis consueta secularibus assignari clericis ad collationē tamen vel presentationē eorum seu dicti prioratus ordinis Cluniac. pertinēs, in qua nō dicuntur aliquē recipere sed eā alteri cōferre, vel ad

eam alterū prẽsentaret:nec etiã in literis apostolicis mã datur ꝙ apostolicũ impetrantẽ recipiãt:sed scribitur cer tis executoribus ꝙ sibi prouideãt: ideo dictũ priuilegiũ casum istum non attingit. Nec ob.quod no.per Inno. de præb.c.pro illorum.in prima glos.vbi videtur notare ꝙ nomine ecclesiarum suarum venirent illa in quibus habet aliquod.& sumitur appellatio illa,suarum,valde largè:quia ibi erat alia forma quàm in priuilegio prædicto,& ad alium effectum scribat.nam ibi scribebatur vt archiepiscopus Burdegalen.in aliqua ecclesiarũ vbi expedire cognosceret competens beneficium illi clerico faceret assignari:& ideo largè extenditur verbũ, suarum. quia qualecunq; ius ad eum pertineret ibi potest clerico beneficium assignare propriè:hîc verò cõcedebatur Cluniacen.ne in suo monasterio vel aliqua ecclesiarũ suarum aliquem recipere teneantur nisi &c. & ideo solùm intelligitur de illis in quibus propriè dicuntur aliquem vel aliquos recipere, ꝙ est solùm in suis regularibus & consuetis suis religiosis assignari.& de & pro quibus eũ eis scribitur & mandatur ꝙ recipiant vel alteri vt ab eo aliquem recipi faciant,& in eis non autem est ita de ecclesijs alijs sęcularibus,licet ad eorum collationem præsentationem vel aliam dispositionem pertineant in quibus propriè non recipiunt,sed alijs conferunt, vel ad eas præsentant. Item etiam hoc patet.quia dicitur in priuilegio ne in monasterio nec in alia ecclesiarum sui ordinis
2 & sic cum dictio alia † & copulatio aliarũ ecclesiarum cum monasterio implicet similitudinem qualitatis intelligendum est de alijs eccle.regularibus sui ordinis vt in hac qualitate cum monasterio conueniat. nam relatioũ diuersitatis,aliud vel alia.licet referat diuersum in supposito:refert tamen idem vel consimile in substantia vel qualitate:vt no.Io.An.in nouel.post Io. mo. de præben. cùm in illis.circa fi.super gl.electio.in fi.& etiã copulatio diuersorum copulatorũ habet etiam coniungere vel copulare sub simili qualitate.ff.de fund.instru.l. Seię.§. Caio.de penu.lega.l.nam quod liquidè.§.fin. Nec obst. c.significãte.nec c.Rodulphus.quia vt prędixi, hîc aliâs cõstabat de certo corpore prioratus vel prioris grauati: ideo error qualitatis non debet vitiare.argument. ad ibi per Innocen.& pro hac parte obtinuit etiam de consilio omnium nemine discrepante.

SVMMARIVM.

Iudex potest sæpius deliberare & ex varijs opin.alteram præeligere.

Decisio 55. *aliâs* 774.

DIc ꝙ aliquoties aliqui iudices in aliquibus causis etiam liquidis,licet etiam habuerint consilia aliqua vice seu vicibus:nihilominus redeunt iterum ad consilia:& hoc fit aliquoties vt prędictę causę magis reddantur dubię,& ob fauorẽ aliquorum. Contrarium tamen videtur esse dicendum. Nam deliberatio sępe trahit hominẽ & facit eum videre bonũ,quod antè malum apparebat.secũdum gl.in l.canonizata anteriorũ. super verbo,deliberare.ij.q.vj. Dic ꝙ quãdo est diuersitas opinionum in aliquo facto iudex potest eligere vnam,& secundùm illam iudicare secundùm Guliel.Teren.in cap. graue est.xj.quæst.iij.

SVMMARIVM.

Iudex firmiter animum ad iustitiam faciendam habere debet non obstan.magnatum precibus.

Decisio 56. *aliâs* 820.

NOta ꝙ quilibet iudex debet habere firmiter animũ ad iustitiam faciendam: nec preces magnatum debent mutare animum suum. Nam si contrarium faciat non obst antibus eorum precibus illi ei magis famam dabunt,& hoc communiter seruabunt in mundo.

SVMMARIVM.

Executoria trium sententiarum probat sententias in ipsa insertas.

Decisio 57. *aliâs* 732.

NOta ꝙ executoria trium sententiarum pro aliqua causa,licet sentẽtia in earum forma non ostendatur fortè deperdita ex aliquo casu fortuito:creditur prædictæ executoriæ.cùm in dicta executoria sint inserræ dictæ sententiæ,vel earum partes in effectu:pro hoc facit quod not.in c.cùm iure.de confir.vti.vel inutil.

EPITOME.

1 *Diligentia in processu vbi est paritas in data gratiæ præualet.*
2 *Executor omnis datus ad prouidendum est collator.*

Decisio 58. *aliâs* 411.

NOta si vnus † ex duobus habentibus gratias ęquales & eiusdem datæ prius prẽsentat literas executori quàm alter & facit fieri processus: præfertur alteri in præbenda vel beneficio postea vacante propter huiusmodi diligẽtiam. quia † omnis executor datus ad prouidendum est collator. iuxta ea quæ not.in c.pro illorum.de præben. & de rescrip.c.tibi qui.de præbend.c. si cui.libr.vj.per Archid. ita quòd locum habet in illis.c. duobus.de rescri.lib.vj.

SVMMARIVM.

Gratias plures habẽs an vna cõsumpta possit vti alia?

Decisio 59. *aliâs* 49.

NOta ꝙ vbi quis pro bñficio habendo obtinet duas gratias à papa:& vsus est secunda, & nõ prima,si succumbat in secũda gratia potest vti prima: quia istæ gratiæ non sunt contrariæ licet sint diuersæ & tendentes ad eundem effectum: ideo vna acceptata nõ excluditur ab alia.ff.de libe.leg.l. Aurelius.§.fi. de instit.l. habebat.& C.de inoffic.testa.l.eum qui.ff. de noxa.l.in delitijs.§.sed si detracta. licet res ex multis causis potest deberi : tamen acquisitio dominij non recipit multiplicationem titulorum.l.ij.& c.inter dilectos.de fide instr. iunct.l.nemo pluribus.ff.de reg.iur.facit quod not.c.iij. in gloss.mag.ante fin.de re iudic.libr.vj.& c. si à iudice. gloss.magna.de appel.eod.lib.Ioan.Andr. intelligit hoc verum.in c.in nostra.in princ. si eodem contextu & sub eadem data sint impetratæ : secus si sub diuersis datis & temporibus.& vide in dec.63.eod.lib.

EPITOME.

1 *Verbum,vt asseritur. tanquàm generale & impersonale non censetur prolatum per impetrantem.*
2 *Impetrãs vltra summam expressam in gratia acceptare non potest.*
3 *Verbum,vt asseritur.& verbum,vt asseris.differunt.*
4 *Verba papæ prolata super facto papæ habẽt vim dispositionis.*
5 *Impetrans habens gratiam vsque ad certam summam si contingat beneficium non taxatum magni valoris vacare, ex quo taxatum non est,an possit illud acceptare.*
6 *Taxatio ponitur causa diminutionis non augmenti.*
7 *Literæ ad beneficia tanquam ambitiosæ sunt restringibiles.*

Decisio 60. *aliâs* 74.

NOta quòd vbi alicui fit gratia * quod possit accẽptare beneficium cuius fructus taxationem.xx. lib.vt asseritur,non excedunt: quòd si beneficium vacat maioris valoris seu summę,poterit acceptari.quia
1 ista † verba, vt asseritur. nõ imponunt taxationem nec videntur prolata per impetrantem,& sunt generalia & impersonalia:ideo nõ astringunt partem quin vltra talẽ valorem &c.arg.authen.si quando.C. de consti.pecu.& ideo cancellaria consuevit scribere, cuius fructus taxa-
2 tionem &c.vt asseris. & sic † impetrans vltra summam non posset acceptare: secus si diceretur,vt asseritur.vt dic-
3 tum est. & ideo fit differẽtia † an in bullis ponatur, vt asseris.vt sic referatur parti.an ponatur, vt asseritur. li-
4 cet aliqui dicant cõtra.quia † verba papę maximè quãdo proferuntur super facto papæ, habẽt vim dispositionis:vt c.j.de probatio.in clemen. & ex hoc multi tenent
5 quòd si fit alicui † gratia vsq; ad certam summam,si cõtingat beneficium non taxatũ esse magni valoris & vacare quòd ex quo taxatum non est,impetrans tale beneficium poterit acceptare,cùm taxatum non sit:& in dubio fit benignior interpretatio.& pro hoc l.à filio.§.fin. de ali.leg.ij.l.si cui seruo.de tri.& vi.& oleo lega.l fi.in princip.sed contra videtur.quia ex quo taxata est gratia nõ venit nisi species taxata.ff.de leg.j.l.& si certos. ma-
6 xime quia † taxatio ponitur causa diminutionis & non augmenti : & ideo videtur quòd sit tenenda in suis terminis.ad quod facit l.cùm certus.de tri.vi.& oleo legat. eum ibi nota.de leg.j.si seruus.§. quandoque.capi.transmissæ.de verborum significatio.& capi.quamuis.de re-
7 script. quia † tanquam ambitiosæ sunt restringendæ.

* *Gratia adde infra eod. tit.77.*

not.de le.

no.de le.si seruus.§.qui quandoq;.Alij diuidunt fructus beneficij non taxati vt si medietas tantùm ascendat sicut faceret beneficium taxatum, veniat beneficium non taxatum.allega.cap.suscepti regiminis.extra de ho.per Io.And.in Specu.tit.de concess.præb.

EPITOME.

1 *Iuranti se iustitiæ complementum in partibus consequi posse non sperare creditur:nec auditur volens probare contrariũ.*

2 *Exceptio respiciens negotium principale posita,nisi sit rei iudicatæ transactæ seu finitæ nõ admittitur contra cõmissionẽ.*

3 *Conscientiæ alicuius vbi aliquid relinquitur:non admittitur alius contrarium probare volens.*

Decisio 61 *alias* 79.

1 NOta quòd † vbi quis impetrat causam committi in curia asserens quod non sperat * iustitiam in partibus habere,quòd si iurat hoc corã auditore: pars aduersa allegans commissionem surreptitiam non auditur si velit probare contrarium.quia iuramento dicentis per horrescẽtiam seu timorem creditur:vt c.statutum.de rescript.ad quod cap.vt circa.de elect.libr.vj. arg.l.j.circa fin.de asser.tol.iuncta l.cui relictum. C. de iudi.vnde † quando opponitur exceptio contra commissionem,quæ exceptio respicit negotium principale, nisi sit exceptio rei iudicatæ transactæ seu finitæ, non admittitur contra commissionem posito quòd dicatur quòd si fuisset expressum,rescriptum non habuisset:vt c. j.de litis contesta.lib.vj.de quo dic vt ibi per doct. iũctis not.in cap.super literis.super verbo,qualitate.per Inno. de rescript.facit quod not.in c.statutum.§.assessorem.de rescript.libr.vj.in glos.super verbo relinquitur.vbi dicit

3 quod ex quo † alicui aliquid reliquitur suæ conscientię non auditur alius contrarium probare volens.

* *Sperat adde not. in no. eo. dec.3.*

SVMMARIVM.

Mandatum ad beneficium comprehendit præbẽdam etiam electiuam in ecclesia collegiata.

Decisio 62. *alias* 133.

NOta quòd illi cui mandatur prouideri de beneficio poterit prouideri de præbenda in ecclesia collegiata:posito ℣ ad eã quis eligatur:dum tamen illud tale beneficiũ non sit dignitas,personatus vel officiũ.de quo die vt in c.fi.de præb.per Inn.& c.cui de nõ.eod.tit.per Archid.li.vj.& c.dudum.eo.tit.& c.gratia.de rescrip.eo.li. in princ.& c.si eo tẽpore. per Archd.in cle.j. de præb.

SVMMARIVM.

Impetrans qui duas literas habet sub eadem data diuersas gratias continentes: si vna vtatur,non videtur alteri renuntiare.

EPITOME.

1 *Literas plures sub eadem data habens quòd per vsum vnius ceteris non renuntiat.*

Decisio 63. *alias* 180.

1 NOta quòd † vbi aliquis impetrat duas literas sub eadem data diuersas gratias continentes:si vtatur vna gratia non videtur alteri renuntiare.argum.l. Aurelius. §.fin.de libe.leg.licet aliqui voluerunt dicere contra per c.sanè.de offi.deleg.quia ex quo sunt literæ diuersas formas habentes eisdem vti nõ debet, nisi cõsulto papa.sed istud potest habere locum,quòd eodem tempore non debet vti:si tamen non potest vti vna litera,nec ad effectũ deducere quin alia litera posit vti arg.no.in c.in nostra de rescript.& ibi per doct.vide suprà eo.tit.dec.59.

SVMMARIVM.

Valor monetæ intrinsecus inspicitur & non extrinsecus vbi non est cursus monetæ expressæ in gratia.

Decisio 64. *alias* 233.

NOta quòd vbi est facta gratia alicui de beneficio taxato ad certam summam Turonen.paruorum:verum si sit in tali in diœcesi in qua non currant Turronen.nec habeãtur æstimatur beneficium secundum valorem intrinsecum Turo.& secũdum valorem pecuniæ currentis in loco beneficij:quia valor intrinsecus inspicitur & non extrinsecus:vt not.in l.cùm quid.si cert.peta. & circa hoc vide per doct.in clementi. si beneficiorum. de deci.quia regulariter non inspiciturvalor intrinsecus nisi contra culpabilem:vt l.sterilis.§. si per venditorem. de actio.empt.& ideo pro pecunia non datur condictio triticiaria,quæ datur pro rebus quarum æstimatio crescit & decrescit.ff.de condict.tri.l.j.

Et *infr.de cõcess. præb. dec. 45.& de probat. dec.12.*

SVMMARIVM.

Beneficia vacatura per assecutionem incompatibilium sunt reseruata.

Decisio 65. *alias* 250.

NOta quòd vbi papa habenti dignitatem vel aliquod beneficium facit gratiam de beneficio obtinendo in futurum:& in casu in quo obtinebit vult quòd prima beneficia dimittat per assecutionem beneficij: beneficia quæ obtinebat videntur vacare in curia vt seruatur curia.& hoc etiam vult regula cancellariæ:licet not.in ca. commissa.de election.libr.vj. per Archidiaco. videatur contra facere. & dic quòd interim talia beneficia non poterit permutare:vt no.infra dec.13.de rer.permu.

SVMMARIVM.

Gratia ad collationem vnius non extenditur ad collationem communem pluribus.

Decisio 66. *alias* 271.

NOta glo.in cap.mandatum.de præbend.libr. vj. super verbo,deberi.quòd vbi scribitur alicui quòd prouideat de beneficio ad suam collationem pertinente:talis non potest prouidere de beneficio spectante ad suam collationem & alterius.& videtur probare capi.cùm in illis.in fin.de præbend.

SVMMARIVM.

Gratia ad beneficium vel officium nõ extenditur ad beneficium consuetum teneri per laicos.

Decisio 67. *alias* 320.

NOta ℣ vbi est alicui gratia facta quòd possit acceptare beneficium,dignitatem vel officium: vigore talis gratiæ officium quod laicus consueuit tenere, non venit in gratia:quia regulariter de officijs quæ per laicos consueuerunt teneri est facienda expressa mentio ad hoc quòd cadant sub gratia clerico facta.argu.capit.per literas.de præbend. in clemen.hoc not.Ioan.And.in nouel.in cap.quia sæpe.de præbend.libr. vj. nam in dubio præsumitur quòd clerico sit facta gratia ad hoc quòd in beneficio & nomine beneficij conferatur attento statu clericatus.ar.l.sed si quis.§.mancipiorum.ff. de vsufru.

SVMMARIVM.

Primus in data generaliter expectans in ciuitate vel diœcesi præfertur secundo expectanti specialiter in certa ecclesia & omnes habent mensem ad acceptandum.

EPITOME.

1 *Gratias habens generaliter in ciuitate vel diœcesi præfertur habenti gratiam specialem ad certam ecclesiam posteriorem tamen in data.*

2 *Procurator generalis nec coniuncta persona beneficium acceptare non nisi cum mandato expresso possunt.*

3 *Procurator ad acceptandum beneficium poterit acceptare dignitatem.*

4 *Expectantes plures sub eadem data & forma,non habent nisi vnum mensem.& quid si sunt sub diuersis datis.*

Decisio 68. *alias* 323.

NOta Pau.no.in c.vn.de concess.præb.in clem. super verbo,acceptandum.℣ † vbi est facta gratia alicui 1
ad acceptãdum aliãs generaliter,℣ sibi posit prouideri in ciuitate vel diœcesi generaliter: si postea mandetur prouideri secũdo in certa ecclesia præfertur primus impetrans secũdo impetranti, cui mãdabatur prouideri in certa ecclesia.& ibidem not.super verbo, acceptatis. ℣
† procurator generalis, nec coniuncta persona non pos- 2
3 sunt acceptare,nisi super hoc habeant mandatũ sed † habens mandatum ad acceptandum beneficiũ potest dignitatem acceptare:vt ibidem not.in gl.fi.& vbi † sunt duo 4
expectantes vel plures sub eadem data & forma omnes non habent nisi vnum mensem ad acceptandum:secus si essent duo sub diuersis datis:quia quilibet haberet mensem,licet audientia contra teneat: quia omnes non habent nisi vnum mensem.& hoc seruatur in curia.

SVMMARIVM.

Impetrans de gratia ad[illegible]rsarij nullã mentionem facere non tenetur nec de eius possessione per clauſ. Amoto exinde &c.nec de alijs expectantibus propter clausulas in bullis positas.

EPITOME.

Gratia aduersarij si nulla est, non tenetur impetrans de ea facere mentionem in sua.

Decisio 69. aliàs 179.

1 NOta quòd † de gratia aduersarij quæ nulla est, non teneor in gratia mea facere mentionem. * quia nõ præstat impedimentum &c. & not. Ber. in capi. ex teno re. in fin. j. glo. de rescript. & cap. auditus. de elect. & cap. ad dissoluẽdum. de despon. impub. pro hoc dicitur, quòd vbi ponitur in literis amoto exinde quolibet detentore. per illam clausulam non teneor facere mentionem de possessione aduersarij, sic intelliguntur nota. in cap. cum nostris. de concess. præbend. & cap. licet. per Archid. de præbend. libr. vj. Item dicitur quòd per clausulas quæ ponuntur in bullis de gratia facta alijs expectantibus non teneor facere mentionem: vt videtur not. Ioan An. in cap. si postquam. de præbend. libr. vj. licet Archidiac. Videatur ibi contrarium nota. & vide super hoc regulas cancellariæ.

*Facere mentionẽ. De quibus sit faciendа mẽtio in rescriptis papæ nullus scribentiũ melius collegit quàm do Fel. in c. in nostra de rescri. vbi ponit de hac materia 40. correlaria optimè hanc materiam explicantia.

EPITOME.

1 *Falsitas expressa quæ non inducit citius ad concedendum, non vitiat gratiam.*

2 *Literæ impetratæ per surreptionem quando valeant.*

Decisio 70. aliàs 350.

*Falsitas. Add. de. Fel. in c. super literis, eo. tit. in vj. col. & Aegidi. dec. 4.

1 NOta quòd † illa * falsitas expressa quæ non inducit ad citius concedendum, non vitiat gratiam. not. Innocen. in cap. in nostra. in fin. de rescript. & Innocen. in cap. cum nostris. de concess. præbend. in glo. literæ tamen. Et † qualiter literę impetratæ per surreptionem
2 valeant vide Ioan mona. in cap. ij. de filijs presbytero. li. vj. & de 3. eod. titu. deci. 4.

EPITOME.

1 *Motus proprius non tollit ius tertij nec gratiam ampliat.*

2 *Motus proprius vitium surreptionis licet tollat: tamen gratiã non ampliat: nec dispensationem irregularitatis, aut illegitimitatis, aut alterius defectus, aut retentionem plurium beneficiorum incompatibilium inducit.*

Desisio 71. aliàs 445.

*Motus papæ Add. quòd privilegia nõ præsumũtur cõcessa motu proprio. quod tamẽ limita tribus modis vt per domi. Pet. Rau. in suo alphabe. aureo. & add. de motu proprio pulchrè per Abbat. & Fel. in c. ad aures. de rescrip. & Aegi. in 392. dec.

1 NOta licet † proprius * motus papæ excludat & tollat qualitates extrinsecas: puta curam vel principalitatem, de quibus si non fit mentio in gratia etiam motu proprio papæ facta ipso iure nulla est: vt not. Io. An. in cap. si motu proprio. de præben. libr. vj. in nouel. & de hoc etiam est facta constitutio in cancellaria per dominum Grego. xj. Item dicebant domini ꝙ non tollit ius tertij: puta si beneficiũ spectat ad ius patronatus alicuius laici, de quo si papa sciuisset, nullatenus prouidisset. iuxta no. in c. ij. de præb. per omnes & in cle. literas. e. ti. per Io.
2 An. & Pau. vbi etiã dicunt super verbo, directas. ꝙ † licet proprius motus vitiũ surreptionis tollat: tamen gratiam nõ ampliat: nec dispensationẽ irregularitatis, aut illegitimitatis, aut alterius defectus, aut retentionẽ pluriũ beneficiorũ incompatibiliũ inducit: vt no. prædicti doc. in cle. si romanus. de præb. vide infra dec. 6. de proba.

SVMMARIVM.

Impetrans gratiã de alio beneficio sufficit ꝙ expresserit præbendam, licet de canonicatu non dixerit.

Desicio 72. alias 547.

VTrum canonicus præbendatus impetrans gratiam de alio beneficio facta mentione de præbenda quã obtinebat, non tamen facta mentione de canonicatu, censeatur gratia surreptitia: tenuerunt ꝙ non. vide dec. 37. suprà e. tit. & Collec. in c. cum m. de consti.

SVMMARIVM.

Impetrans beneficium tanquam curatum: licet reperiatur, ꝙ illi cura non imminet: non propterea frustrabitur gratia obtenta. h. d. Vel sic. Expressio curæ animarum non nocet impetranti beneficium tanquam curatum: & idem de residentia necessaria.

Desicio 73. alias 562.

*Cura. Add. suprà eo. tit. dec. 4.

PApæ supplicat quidam vt sibi prouideat de certo beneficio vacante in curia, vel aliàs reseruato: & asserit ꝙ * cura ei imminet animarũ. papa de eo sibi mandat prouideri narrando in literis suis secundùm asserta in supplicatione ꝙ illi beneficio imminet cura animarũ postea reperitur ꝙ illi non imminet cura animarũ: licet aliàs requirat residentiã, vel forsan est sine cura, nec requirit residentiam: quæritur nunquid gratia censeri debeat surreptitia ex eo quòd falsa qualitas est expressa? quod videtur, sicut quando exprimitur falsus modus vacandi: vt in c. susceptum. de rescript. præsertim etiã quia præsumptio est ꝙ papa citius motus fuit ad prouidendũ de beneficio curato, vt curæ animarũ citius prouideatur propter periculum animarum. arg. c. vbi maius. de elect. In contrariũ videtur. quia ex quo concessit de qualitate maiori, scilicet curato: multò fortius videtur concessisse de minori: vt in re. iur. cui cõceditur. sed posset solui per c. cui de non sacerdotali. de præb. li. vj. vide dec. eo. ti. 37.

SVMMARIVM.

Impetratio pro alieno in absentia, si surreptitia in alia qua parte reperiatur, non nocebit absenti.

Decisio 74. aliàs 600.

DOminus Vrbanus quintus declarauit suo tempore quòd si aliquis supplicet pro aliquo in eius absentia, quòd aliqua surreptio sibi non imputatur: licet supplicans pro eo tacuerit aliqua beneficia in supplicatione per eum data. pro hoc facit quod dicit Io. mo. in c. gratia, de rescrip.

SVMMARIVM.

Impetrans non tenetur facere mentionẽ in eius gratia de qualitatibus inhærentibus beneficio à iure: secus si inhærent de facto.

Decisio 75. aliàs 610.

DOminus Vrbanus quintus fuit semel interrogatus me præsente per vnum auditorẽ sacri palatij, an gratia sua reputaretur surreptitia, nisi fieret mentio in ea de qualitate. Et respondit tunc ꝙ si qualitates inhærent beneficio à iure vel insunt, non erat necessarium facere mẽtionem de eis: secus si inhærent vel insunt de facto ratione ecclesiarũ consuetudinis vel alio modo secundùm c. licet romanus pontifex. de constitu. lib. vj. pro hoc etiam facit quod le. & no. per doct. in c. si dignitatem, de præb. in cle. vide dec. suprà eod. tit. 37.

SVMMARIVM.

Impetrans licet dixerit se esse clericum diœcesis beneficij cùm sit alterius diœcesis non tamen erit censenda eius gratia surreptitia.

Decisio 76. aliàs 628.

SI aliquis est oriundus de aliqua diœcesi & habet domicilium vel beneficium in alia diœcesi: si impetrat beneficium dicẽdo se clericum diœcesis beneficij & non originis, quòd talis gratia valet nec est surreptitia. pro hoc facit quod not. Archi. in c. dilectus. super verbo, actor & reus. de rescrip. lib. vj. & c. cùm nullus. de temp. ord. & c. oritur. lxxj. di. & ibi etiam Hug. & Guliel. pro hoc etiam c. cùm decorem. de insti. & istam etiam tenet Rota dominorum auditorum sacri palatij.

SVMMARIVM.

Gratia signata per verbum, vt asserit. nisi reperiatur ita esse, erit surreptitia: secus si sit signata per verbum, vt asseritur.

Decisio 77. aliàs 727.

NOta quòd si ponatur in supplicatione alicuius papę supplicando de aliquo beneficio vacanti vel de alia re: & ponatur per papam, vt asserit, tunc talis gratia reputatur surreptitia, nisi ita sit: secus si ponatur in supplicatione, vt asseritur. & ita seruatur.

Suprà eo. tit. dec. 60.

SVMMARIVM.

Impetratio beneficij specialiter reseruati per annũ ab alio possessi tali possessione tacita est surreptitia. Et si dicat per annum & vltra possederit etiã est surreptitia, si per biennium possederit, & non declarauit illud vltra.

Decisio 78. aliàs 783.

DIc quòd ordinatio papalis est scripta in cãcellaria domini papæ quòd si facit gratiam de beneficio specialiter reseruato, & alter detinuerit illud beneficium per annum: quòd si nõ fiat mẽtio de dicta detentione, dicta gratia nõ valet. Item est declaratio super dicta ordinatione in dicta regula dñi papæ Grego. xj. & dicta cancellaria, quòd si fiat alicui gratia per papam de beneficio reseruato specialiter: & dicitur in gratia, quòd talis detinuit dictum benefi ciũ per annũ & vltra: quòd nisi declaretur

nisi declaret ur illud vltra per certum tempus,quòd dicta gratia non valet si detinuit per biennium:sed per tantùm quòd valet gratia. Dic quod dicta ordinatio & etiam declaratio habent locum de beneficio specialiter reseruato per papam.

SVMMARIVM.

Collatio beneficij vbi debet fieri per episcopum cum consilio capituli,excludit expectantem ad beneficium communiter pertinẽs episcopo & capitulo.h.d. Vel sic. Collatio beneficij non dicitur spectare communiter ad episcopum & capitulum quando debet fieri tantùm cũ consilio capituli.

Decisio 79. aliàs 380.

NOta ꝙ vbi collatio habet fieri de consilio capituli per episcopum,ꝙ talis collatio communiter non videtur pertinere ad episcopum & capitulum,intantum ꝙ si aliquis est expectans ad beneficia cõmuniter pertinentia episcopo & capitulo:si beneficiũ sit conferendum de consilio solùm:illud beneficium non venit in gratia.arg.extra ne sede va.c.j.li.vj.iuncta l. quidam & l.Titiam.de admini.tuto.vbi sequi consilium nõ est necessitatis,sed magis voluntatis:qui præparat consiliũ nec videtur facere.& c.ex parte.de constit.sufficit petere consilium & non sequi.de arbi.cum tempore.

SVMMARIVM.

Rescriptum secundum faciens mentionem de primo reuocat illud.

Decisio 80. aliàs 514.

NOta ꝙ si fiat mentio de primo rescripto reuocatur. de rescript.c.cæterum.

SVMMARIVM.

Surrogatus in iure defuncti & lite,censetur etiã surrogatus ad possessionem, si de possessione est facta mentio in aliqua parte literarum.

EPITOME.

1 *Possessio acquisita est quid iuris:licet in acquirendo sit facti.*

Decisio 81. aliàs 385.

NOta quòd surrogatus in lite & iure,quod quomodolibet competebat defuncto: si in aliqua parte gratiæ fit mentio de possessione defuncti, ad possessionem etiam censetur surrogatus, licet expresse illud in gratia non exprimatur. Nam licet possessio.in acquirendo sit facti:ipsa tamen acquisita est expresse iuris:vt leg.& not.in c.cum nostris.de concess.præb. facit in simili quod not.Io.mo.in c.j. de lit.contest.libr.vj. de consuetu.elicita & eliciendo.

SVMMARIVM.

Signatura si habeat cognoscat summariè,&c.Censetur concessus processus summarius simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicij.

Decisio 82. aliàs 788.

Add.supra e. tit.dec.10.

SCiendum est quòd si supplicat aliquis in aliqua causa vicecancellario quòd causam committat alicui sola veritate attenta summariè:& dominus vicecancellarius signet,cognoscat summariè,&c.ꝙ tunc intelligitur esse commissa ꝙ cognoscat simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicij. Et ita declarauit semel vicecancellarius.de natura seu dictiõe,autem. legitur in c.præmissis.ij.q.circa prędicta vide.&c.vt supra.

SVMMARIVM.

Causæ commissæ per commissionem consistorialem sunt magis periculosæ,quàm alię,si in eis ordo iuris debitè non seruetur.

Decisio 83. aliàs 670.

NOta quòd quando aliqua causa spiritualis vel prophana est in curia Romana de speciali mandato cõmissa propter propositionem factam in consistorio coram papa qui tunc mandat vicecancellario quòd committat causam alicui domino cardinali vel auditori sacri palatij secundùm quòd petitur:& aliquoties prædicta causa est in curia per viam appellationis vel aliam iuris viam:quod est magis periculosa, nisi seruetur iuris ordo quàm sit quando est causa de mandato speciali.

SVMMARIVM.

Causæ debent committi auditoribus doctoribus in iure canonico vel ciuili secundùm naturam causarum.

Decisio 84. aliàs 778.

DIc quòd bonum & rationabile est quòd si aliqua causa esset quę deberet determinari secundùm doctrinam iuris canonici,quòd committatur auditori in iure canonico doctori. pro hoc facit cap.j.de consang.& affinita.Si autem esset ciuilis quòd committeretur auditori in iure ciuili doctori. pro hoc facit capitu. Raynuntius.& cap.Raynaldus.de testa.& cap.si pater. eodem titu.libr.vj.

SVMMARIVM.

Impetratio beneficij facta pro absente non vitiatur ex eo quòd in ea non fuerunt expressa beneficia quæ obtinebat.

Decisio 85. aliàs 825.

NOta ꝙ si supplicetur pro absente:& fuerint omissa aliqua beneficia,quæ obtinebat ille pro quo fuit supplicatum,sibi non obstat,nec imputatur talis surreptio. Ita declarauit dominus Vrbanus quintus.pro hoc Ioan. And.c.gratia.de rescript.lib.vj.

EPITOME.

1 *Papa si constituat vicarium in aliquo episcopatu quãdiu sua placuerit voluntati: & ille concesserit alicui licentiam celebrandi in domo,talis licentia non expirat morte papæ.*

2 *Licentia rectori data de non residendo per episcopum non expirat per mortem episcopi.*

Decisio 86. aliàs 88.

1 CAmerarius † papæ vel vicarius ecclesiæ Auinion. constitutus à papa tenens episcopatum ad manum suam quandiu suæ placuerit voluntati concesserit alicui licentiam celebrandi in domo sua:quęritur nunquid talis licẽtia mortuo papa expiret,cùm expirauerit eius vicariatus:vt argumen.cap.si gratiosè.de rescript.lib.vj. Videtur dicẽdum quod non.quia fuit gratia,& sic manet donec reuocetur,durante tamen causa propter quã concedebatur.ergo non debet morte concedentis reuocari arg.c.si super gratia.de offi.dele.Pro hoc etiam bene facit. quia † licentia rectori data per episcopum de 2
non residendo non expirat per mortem episcopi: vt notatur per Archid.de elect.c.licet canon.& ibi per Ioan. Andr.in nouel.super verbo,gratia.& per gl.in c.primo. de elect.in fin.ipsius gl.facit concord.ff.de arbit. l. quid tamen.§.solutioni,quæ ita concor.cũ l.si cùm dies.§.intra.in eodem.titul. posset induci l. quod dicetur.ff.de testament.milita.

SVMMARIVM.

Si post gratiam factam ex certa scientia papa moriatur antequàm scriptura facta sit, gratia propterea non expirat. Et si quis post signatam supplicationem ante literarum expeditionem moriatur, beneficium per eius obitum vacabit.

EPITOME.

1 *Gratia ex certa scientia papæ facta eo mortuo ante scripture confectionem non expirat.*

2 *Collatio sola in spiritualibus transfert ius: secus in contractibus.*

3 *Scriptura non est de substantia gratiæ.*

4 *Beneficium censetur vacare per mortẽ illius qui signata supplicatione ante literarum expeditionem discessit & nõ per obitum prædecessoris sui.*

5 *Beneficium reseruatum si alicui conferatur,qui postea extra curiam per duas dietas mortuus sit:licet literas desuper expeditas non habuerit,non dicetur amplius reseruatum.*

6 *Literæ vel supplicationes per concessum quare non probant.*

Decisio 87. aliàs 882.

1 NOta quòd † vbi gratia est facta ex certa scientia principis: & alicui mandatur de hoc literas fieri: licet talis princeps moriatur, gratia ex eo non expirat, quamuis de hoc scriptura non sit facta: vt notat Archidiacon. in princip.libr. vj. super verbo, per apostolica scripta. Ratio est.quia † in spiritualibus ius transit per solam collationem: vt in capitul. final. de concessione præbend. libro sexto, licet secus sit in contractibus, in quibus quæritur ius, & dominium non transfertur in scripturis nisi fiat traditio: vt l.contractus. de fide instrumen. quæ non obstant vt ibi notatur, cùm de 3
honestate loquatur.quare non mirũ. Et † scriptura hîc

non est * necessaria: cùm non sit de substantia: tamen solum sit vt facilior sit probatio & memoria. ar. ff. de fide instru. l. mirum. Et hoc dicit se Io. An. obtinuisse per casis qui. de prēb. li. vj. in penul. gl. vt no. Inno. in c. exceptionem. de lit. coteſt. in vj. in pen. gl. Nec obstat. l. ij. de sen. & interlocu. om. iud. & reg. in iuris. li. vj. quę hodie non est in vsu. Et loquitur in illis qui habēt bullas aureas. Et per hoc soluuntur duę alię quæstiones. Prima † si quis moritur signata sibi supplicatiõe antequam habeat literas, beneficium illud vacat per mortem illius & nõ prędecessoris sui. de quo dic vt not. Archid. c. si electis. super verbo, ex eo. de electio. li. vj. Et Io. An. in princip. lib. vj. in nouel. Secunda si † collatum est alicui beneficium reseruatum, & moritur extra curiam per duas dietas ante quam habuerit literas, amplius non dicitur reseruatũ: licet Cle. contra prouiderit in quadam constitutiõe cuius constitutio iam expirauit vt dicunt doctor. quare hęc secunda quęstio correlatiua tenet. Sed tamen contra istam opinionem videtur: quia ad probationẽ gratię, oportet ꝙ habeantur transsumpta. si ergo nõ habet literas: transsumptum non habebit: & gratiam probare nõ potest: & per consequens in lite succumbit, & in expensis condemnatur. Dicendum hoc speciale in cathedralibus & collegiatis ecclesijs: non quod ius sibi non sit quæsitũ, sed in quasi possessione: quasi vt sic transsumptum supplicationem nõ probat. sed requiritur quod tunc à principio sit ius suum completum. Et hæc est ratio quare † literę aut supplicationes per concessum non probant. quia restringi mandatur in eis per expeditionẽ: & sic est de supplicatione quę nõ indiget documẽtis, sed solùm literis, quę restringatur. & hoc tenet curia hodie secundùm omnes.

* Non est necessaria. Add. tamen quòd quando scriptura est necessaria seu de substantia actus si est amissa potest actus probari per duos testes si pars probat amissionẽ scripturæ: vt habetur per do. Abb. in c. sicut. de re iud. in j. co. in ver. not. tertiò. & per Bal. in l. j. ff. si cer. peta. in col. pe. ver. si enim. Adde Fely. in d. c. sicut. col. j. ver. vbi scriptura est de substantia.

De consuetudinibus.

EPITOME.

1 *Consuetudo literas formam iuris in alienatione bonorum ecclesiasticorum valet.*
2 *Alienatio rei ecclesiæ an requirat necessariò scripturam.*
3 *Possessio an transferatur ex contractu res ecclesiæ indebitè facto, & ex causa insufficienti.*
4 *Possessio quòd ex contractu inutili transferatur.*

Decisio 1. aliàs 135.

1 NOTA ꝙ vbi † est consuetudo in aliqua prouincia, ꝙ res ecclesiasticę sub certa alia forma quam in iure exprimatur vendantur, valet consuetudo: vt videtur notare Inn. in c. nulli. de reb. eccle. non alie. cũ nota. in l. diuturna. de hęred. instit. ff. quę in frau. credit. in princi. super verbo, antiquitus. quia illa solemnitas de qua cauetur in auten. hoc ius. in alienatione rerum ecclesiasticarum, hodie nõ videtur necessaria: vt not. Iono. in c. dudum. de reb. eccle. non alien. lib. vj. &
2 ibi videtur gl. ꝙ nõ † requiratur scriptura: imò ꝙ cõtractus possit probari per testes. Et ex hoc audiui determinari ꝙ si † contractus rei ecclesiasticæ sit indebitè factus & ex causa insufficienti, ꝙ ex tali contractu transfertur possessio, ad hoc quò ad probandum talem possessionẽ fit remissio ad partes, vt probetur, per testes. quia
4 ex † contractu inutili * transfertur possessio: vt l. ij. §. quia gratia. de vsucap. pro emp. Et posito ꝙ esset vera illa opinio, ꝙ contractus rei ecclesiasticæ deberet probari per scripturam, arg. de eo qui furti. ordi. rece. c. innotuit tamen illud non requiritur in translatione possessionis. arg. l. meminerint. C. vnde vi. licet Arch. in c. hoc ius. super verbo, tribuant. videatur notare ꝙ sicut nõ valet cõtractus, ita non valeat translatio possessionis.

* Inutili. An transferatur ex cõtractu simulato possessio vel dominiũ, vide Bar. & Alex. in l. emptor. ff. de aqua plui. arcend.

SVMMARIVM.

Consuetudo vel statutum de optando non obstat apostolicis impetrantibus.

Decisio 2. aliàs 219.

NOta ꝙ secundùm c. cùm in tua. de consuetu. li. vj. loquitur ꝙ * optio non habet locum in beneficijs reseruatis. eodem modo nõ habet locum optio ad apostolicos impetrantes. quia talis consuetudo optionis non debet præiudicare impetrantibus: sed solùm habet locum non extantibus impetrantibus. Et ista fuit communis opinio Rotę. & credo. quòd hoc est propter clausulas derogatorias positas in literis: vt dicitur infrà de concess. præben. dec. 42.

* Optio Add. supra in not. de. 4. co. tit.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd iudex laicus cognoscat de iure patronatus, non valet.*
2 *Ius patronatus est rei spiritualis annexum.*
3 *Causa iuris patronatus est ecclesiastica: nec statuto aut consuetudine potest induci, vt à laico cognoscatur.*
4 *Consuetudo contra libertatem ecclesiæ non est sequenda, nec tenenda.*

Decisio 3. aliàs 223.

1 NOta quòd † non admittitur consuetudo qua aliquis dicit laicum iure consuetudinis posse cognoscere de iure patronatus: quia † ius patronatus rei
2 spirituali est annexum: vt c. quanto. de iudi. quia † nec cõsuetudine seu statuto induci potest, ꝙ quis super rebus non suæ iurisdictionis possit iudicare: vt c. postulasti. de foro cõpe. & ibi per Inn. Et notatur per eundẽ in c. quęsiuit. de his quæ fiunt à maio. parte cap. Ad quod no. per Archidia. in c. romana. in prin. super verbo, clericorum.
4 de foro cõpe. li. vj. quia † consuetudo esset contra libertatem ecclesiæ: & ideo non sequenda, nec tenenda: vt in autẽ. de sanct. epis. & l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. iuncto c. causam. de præscrip. & l. naufra. de rei vendi.

SVMMARIVM.

Consuetudo quòd debeat renũtiare beneficijs suis antequàm admittatur in canonicum prębendatum, in aliqua ecclesia, non valet.

Decisio 4. aliàs 325.

NOta quòd non valet consuetudo nec admittitur, in qua dicitur quòd antequam aliquis recipiatur in canonicum præbendatũ in aliqua ecclesia cathedrali secundum quod est in ecclesia Herbipolensi, ꝙ talis habeat renuntiare beneficijs seu præbendis quę obtinet in aliqua ecclesiarũ dictę ciuitatis vel diœcesis propter confirmationem officiorũ. Primò quia videtur inhonestum ꝙ antequam aliquis recipiatur ad præbẽdam beneficio quod habet priuaretur: & non est inhonestum ꝙ alius duo beneficia teneat, & in vno residentiam faciat. arg. no. in c. fi. de elect. & c. eum qui. de præb. lib. vj. & quia faciendo residẽtiam in vno de beneficijs, in alijs videtur facere. quia posito ꝙ officiaretur eodẽ tempore & eisdem horis in qualibet ipsarum ecclesiarum: tamen consilium existente in vna, potest in alia præstare. Item residẽdo in ecclesia cathedrali non mirum si in alijs ecclesijs accessorijs & quasi subiectis dictæ ecclesię videatur residentiam facere. ar. c. extirpandæ. de prębend.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd quis posset excommunicari sine scriptis, non valet.*
2 *Procurator an possit facere approbationem appellationis de qua in c. cordi. sine speciali mandato.*

Decisio 5. aliàs 358.

1 NOta quòd † potest cõsuetudo inducere, ꝙ procedatur ad excõmunicationem sine scriptis. allegatur in contrarium, ꝙ ralia quę concedũtur solùm ex priuilegio non inducunt consuetudinem, vt procedatur summariè: vt not. ar. viij. di. cõsuetudo. & de hęre.
2 c. fi. li. vj. Itẽ ꝙ † procurator non potest facere approbationem appellationis de qua in c. cordi. sine speciali mãdato. Alij contra si est procurator ad appellandum. Pro primo facit. quia non prorogat. c. olim. nec facit nisi includatur sub mandato: graue est in curia litigare: ideo requiritur speciale mandatum. de elect. causam.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd in instrumento non ponatur locus nec dies non valet.*
2 *Consuetudo contra substantiam actus non valet.*
3 *Consuetudo contra ius naturale non valet.*

Decisio 6. aliàs 440.

1 NOta vtrũ † valeat cõsuetudo quòd in instrumento nõ ponatur * locus nec dies: quidam quòd sic. quia super hoc valet pactũ vel cõsensus partium. no. ff. de pig.

* Locus. Vide infr. de fide instru. dec. 5.

not.ff.de pignorib.l.cùm tabellion. Alij & maior pars contra. quia posset aperiri via multis malitijs: & quia dies & locus sunt de essentia instrumenti: vt no.in c. abbate sanè.de re.iudi.li.vj.& in autenti.de tabellio.& in
2 auten.vt præpo.no.impera.& † contra substantiã actus non valet cõsuetudo: vt no.Io.An.de consuet.c.ij.li.vj.& quia aufert defensionẽ parti.arg.l.optimã.C.de contrahend.stipu.& ideo valere nó debet.arg.ℊ defensionis fa cultas competit de iure naturali: vt in cle.pastoralis.§.cę
3 terum.de re iudi.& † contra ius naturale nonvalet consuetudo.no.Inno.de consue.super rubrica.

EPITOME.

Consuetudo quòd vxor succedat viro in omnibus bonis mobilibus etiam extantibus filijs &c. valet.

1 *Consuetudo non potest tollere ius naturale in totum: sed bene in parte.*

Decisio 7. aliàs 476.

*Consuetudo
Adde supra e. ti.dec.j.in no.

NOta * † consuetudo valet qua cauetur quòd vxor 1
marito in omnibus mobilibus debitis & creditis etiam liberis existentibus succedat: maximè si
2 si maritus habet bona immobilia. nam † consuetudo licet ius naturale non possit tollere in totum: tamen in parte potest: vt not.Dinus in regula iuris,indultum. lib. vj.pro hoc facit c.Raynutius.de testamen.prout not. ibi Ala.super ver.consuetudine.faciunt etiam no.per Ioan. Andr.post eum in c.à nobis.de deci.& de consuetud. super rubrica.in fine per Inno.

SVMMARIVM.

Episcopus si ex consuetudine debet habere certam mensuram de grano,quod portatur ad vrbem: debebit etiam habere de farina quę portatur solùm in fraudem.

EPITOME.

1 *Farinam rei propriæ in alterius præiudicium sine causa mutare non licere.*

2 *Medio non prohibito ad effectum non permissum quandoque deuenitur.*

Decisio 8. aliàs 835.

EPiscopus habet ius in ciuitate ℊ de qualibet grossa mensura frumenti quæ portatur ad ciuitatem pro vendendo debet habere certam paruam mẽsuram. gentes nolunt portare frumẽtum sed farinam: quęritur an episcopus debeat de farina habere illam mensuram quam esset habiturus de frumento? Et videtur ℊ sic. quia farina & frumentum propriè est * eadem vsio ff.de contrahen.empt.in venditionibus.§.fina.& l.seq. Item non videtur noua species farina: sed quæ prius erat & latitabat detecta ff.de acquir.rerum domi.l.adeo.§.cùm quis. Item licet ius personale & tempore finibile rei mutatio ne perimatur: nõ tamen si ius reale & perpetuum quale habebat episcopus. quia primum respicit rem: secundùm formam.ff.quibus modis vsufru.amit.l.repeti.§.rei mutatione. Secundum verò respicit rem secundùm substantiam: ideo non interimitur permutatione formæ. ff. de seruitu.vrba.prędio.l.seruitutes.§.si sublatum.de pigno. l.Paulus.§.decimis.de leg.j.l.seruũ filij.§.si pocula. Item frumentum cùm sit farina mutatur ad vsum destinatũ. igitur talis mutatio non nocet episcopo.ad hoc facit ff. de vsufru.l.arboribus.§.maius.cum ibi not. Item verba illa de frumento mensurato.potius videtur dicta seu adiecta gratia demonstrationis seu designationis quàm limitationis vel taxationis: & ideo licet talis adiectio mutetur: de frumento facto farina nihilominus remanet di spositio seu ius episcopo constitutũ.arg.cum concor. iurium.ff.de lega.prim.l.quid testamento.in princi.ff.de an.lega.l.legatum.§.vni.iuncta l. eum certus numerus. ff.de triti.vin.& ole.leg.& ff.de lega.iij.Paulo Calimacho.§.fin. Item pro ista parte facit: quia mens videtur eadem in farina.l.verba deficiant.& quia fraus posset committi episcopo. ergo &c.arg.ff.ad mace.l.Iulianus.§.inij.ff.de iurisdic.om.iud.l.si quis id quod.§.quod si dum proponeretur.ff.ad Turpil.l.j.§.incidit.in fin.de donatio.inter virum & vxo.l.cùm hîc status.§.si sponsus. Itẽ pro hoc.quia sępe mercatores & furnarij in talibus solent fraudem committere.& c.arg.l.quemadmodum.in princip.C.de agric.& censi.lib.xj.& in libr.feudo. per quos fiat inuestitura.§.sed & res.versi.nisi.vbi fraus pro batur ex persona vendentis.extra de emption.& vendi. ad nostram.& pro reprehendenda vel presumenda fraude videri possent not.per glo.& doc.ff.de legib.l.contra legem.de elect.auaritiæ.& ibi per Ioan.mo.in ver. fraudibus.& extra de immuni.eccles.clericis.in verbo,periculosum.per Archidiaco.de priui.quanto.& ibi not.per Ber.Pro ista parte etiam bene facit quod not.per Innocen.& Hostien.de decim.ca.commissum.Item cùm frumentum emitur ad portãdum ad ciuitatem, quasi quod dam ius in specie quæritur episcopo. Item licet mutetur in farinam,non sibi tollitur.facit de lit. caus. seruos.
1 vbi † formã rei propriæ in alterius præiudicium alicui non licet sine causa mutare.ff.quibus mo.vsufruc.amit. l.repeti.§.fin. de vsufruct.l.fina.quæ in fraudem credit. l.sed si rem. Item pro hac parte bene potest induci quod not.Hostien.& Ioan.Andr.in nouella,de decim.capitu. commissum.in verbo,ita nunc.& quod vna via prohibetur alia non permittetur.extra ne cleri.coniug.ca.vnic. lib.vj.de reg.iur.c.cùm quid.& qui contra legẽ vel eius mentẽ mercatur malam fidem habere præsumitur. in regu.iur.cap.qui contra iura. Item pro ista parte potest induci.ff.de tritic.vin.& oleo leg.l.j.& l.si quis vinum. §.item acetum.in princip.in versi.ℊ si totum.& versic. item si quis vinum. In contrarium facit.ff.de le.iij.quęsitum.§.illud fortasse. Item quia potest dominus frumẽti inquirendo fraudare debitorem.ff.quæ in frau.credi. l.qui autem. Igitur facere farinam,vt nil dominovel episcopo quęrat. Itẽ licitè potest facere in & de re sua quod vult,etiam si alij præiudicaretur: dum tamen in prouisionem sui faciat,& non ad ęmulationẽ ipsius.ff.de dam no infect.l.Proculus.cum concord.præsertim dum tamen nil immutatur in alienum.ff.si seru.ven.l.sicuti.§. Aristo. ergo licitè posit frumentum mutare in farinã. Item facilius potest impediri ne quis incidat in obligationem,quàm ex quo incidit liberari. quia multa impediunt contrahenda: vt l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.& c. Sic igitur vt non incidat posit face-
2 re de frumento farinam. Item per † medium non prohibitum potest fieri transitus in effectum non permissum. facit ff.de accep.l.per iusiurandum.§. & si fideiussor.ff.quæ res pign.obli.pos.l.Arist.§.j. Igitur per medium farinæ non prohibitum posit quis venire in effectum nil soluendo episcopo,aliàs non permissum. Item non est discedendum à verbis &c. vt l.non aliter ff. de lega.iij.& ff.qui & à quib.l.prospexit.presertim cùm sub vocibus etiam largè sumptis comprehendi casus emergens non potest,vt not.per Innocen.in c.literis.de rescriptis.& per Cyn.C.quæ sit longa consuetu.l.j. Item pro ista parte facit.quia rei mutatione mutatur effectus. ff. de auro & argen.lega.l.Seya.§.fina.& ibi ad hoc in fin. concor. Item episcopo nil debetur,nisi sub conditione,si portetur frumentum. igitur vt sibi aliquid debeatur, sit opus ℊ conditio ita de facto impleatur, quòd portetur frumentum. argum.l.Meuius.ff.de condi.& demõstra. & l.qui hæres.in princip.& in fin. Item mutatio status personæ & ex culpa vel malitia sua proueniens, inducit sibi excusationem ab actu à quo non esset aliàs excusatus: & propter medium talis mutationis non astringitur ad ea ad quæ astringeretur. ff.de excusa.tuto. sed & milites.§.sed ignominia missi.iunct.nota.per Dy.in regula,quòd ob gratiam.circa fi.in versi.ad cõtrarium autem regulam. igitur & hîc mutatio status frumẽti in farinam excusat debitorem ab obligatiõe, etiam si fuerit culpabilis mutatio vel dolosa. facit ad hoc in ratione l. cùm quis.de solutio. Item etiam pro ista parte potest induci.ff.de leg.iij.l.ligni.circa fi.in ver.sed & titiões.& l. librorum.§.ℊ tamẽ cassius. Item pro ista parte facit. ff. de verbo.signi.l.fruge.§.frumentum. Item pro ista parte etiam facit.ff.de acqui.rerũ domi.l.adeo.§.cùm quis in eo.ℊ ibi dicit de vuis & vino.nã idem est de frumento & farina: licet secundùm quosdam non sit de frumento excusso ex spicis. Secundùm alios sit idem. & ille.§. corrigatur per.§.cùm ex ali[illegible]a.instit.de re diui.secundum opin. Azo.vt in qualibet no. Item pro ista parte facit.ff.de tritico vino & oleo lega.l.iij.in princip.& l.si quis vinum.in vinum.in princip.& §.Item acetum.

*Eadem. Ad de Bal.in l.j. in 3.col.C. de fruct. & lit. expen.& eundem in l. non dubiũ.vj. col. C.de leg. & Bar.in l. quæ sitũ.§. illud. ff.de leg.iij.

EPITOME.

1 *Canonicorum ordo quibusdam in ecclesijs triplex est.*

2 *Impetrans apostolicus vel expectatiuus an primò debeat esse in inferiori gradu: & postea secundùm ordinem suum ascendere ad alios gradus suis loco & tempore iuxta statuta & consuetudines ecclesiæ?*

3 *Papa conferendo canonicatum in aliqua ecclesia, in dubio videtur conferre cum iuribus canonicalibus, quæ competunt canonicis illius ecclesiæ, secundū eius statuta ac cōsuetudinem.*

Decisio 9. aliàs 838.

1 NOta ꝙ in † quadam ecclesia ex statuto vel consuetudine est triplex ordo canonicorum, quidam sunt inferiores qui vocantur scholares, qui sunt sub cura, obedientia & regimine scholastici. quidam dicuntur medij, qui vocantur emancipati. quidam maiores qui solùm habent vocem in capitulo, & vocantur capitulares: tamen præbendæ omnium sunt æquales: & non aliter quis potest ascendere ad maiorem gradum: ni si per ordinem primò fuerit in inferiori, & de illo ascendere ad medium: & ille ascensus deberet fieri secundùm ordinem antiquioris receptionis. nam moriente vno canonico medij gradus emancipatorum: vnus de inferiori gradu scholarium in loco illius mortui, & sic etiam decedente aliquo de superiori gradu scilicet capitularium antiquorum, canonicus de medio gradu emancipatorum secundùm ordinem receptionis ascendit ad superiorem gradum in locum mortui: & in locum illius medij ascendit antiquior canonicus inferioris gradus: & in locum eius nouus canonicus surrogatur. Per istum autem ascensum non permutant præbendas, quæ aliàs sunt æquales.

2 Hoc supposito † ponatur sicut fuit de facto quòd vnus ex antiquioribus superioris gradus capitularium mortuus est. quidam apostolicus acceptat canonicatum & præbendam sub sua gratia eadentem: vel papa forsan sibi confert illos forsan reseruatos vel per priuationem: quæritur vtrum iste apostolicus debeat venire ad gradū vel ad locum suum: vel an secundum statutū vel consuetudinem ecclesiæ primò debeat esse in inferiori gradu & postea secundùm ordinē suum ascendere ad alios gradus loco & temporibus oportunis? Quibusdam videtur ꝙ expectans debeat venire ad infimum gradum primò, & postea ascendere ad superiores gradus secundum ordinem suum. argu. cap. cùm in tua. de consuetu. sed si papa conferat canonicatum & præbendam vacantem per mortem superioris gradus canonici. tunc dicunt ꝙ iste cui papa confert debebit venire ad locum & gradum illius canonici superioris cuius canonicatus & præbenda collati sunt, quasi reseruatio & collatio papæ totum afficiat cū suis qualitatibus & maximè si gratia habet clausulam, non obstante cōsuetudine vel statuto ecclesiæ per quæ effectus gratiæ impediri posset quomodolibet vel differri, quia nisi veniret ad locum illum & gradum effectus gratiæ papæ saltem differretur quò ad iura saltem canonicalia, quę sunt in habendo vocem in capitulo iura not. per Inno. cap. cùm M. Ferrarien. de consti. quam vocem ipse non haberet forsan de magno tempore, aut nunquam, si veniret primò ad infimum gradum, & postea ad medium, cùm eam non haberet ad superiorem capitularium: quia vt supponitur ex statuto vel consuetudine soli illi de illo gradu habent vocem in capitulo: & ideo etiam tenent illi in eo expectante cui papa canonicatum contulisset in illa ecclesia sub expectatione prębendę cum illa clausula. non obstant. prædicta eadem ratione. Nam secundùm eos statim habebat vocem in capitulo virtute illius clausulæ, non obstante. ne effectū gratiæ quò ad iura canonicalia impediri, contingat quomodolibet vel differri: secus in alio expectāte cui papa non statim contulisset canonicatum in ecclesia: sed forsan mandasset sibi generaliter prouideri de beneficio vacante vel vacaturo ad certam collationem spectante: & ipse postea vacantibus istis canonicatu & prębenda ad illam collationem spectante eos acceptasset. Nam tunc primò veniret ad infimum gradum, & gradatim postea ascendet ad sequentem: maximè si non sit ibi aliqua clausula. obstante. Sed salua reuerentia sic opinantium mihi videtur semper apostolicus etiam cui papa istos canonicatum & præbendam vacantes in gradu superiori contulit, debet venire ad infimum gradum: & deinde ad secundum secundùm statutum vel cōsuetudinem ecclesiæ gradatim in ordine suo ascendere ad supremos. & ratio mea est ista. Quia papa conferendo sibi canonicatum & præbendam etiam cum plenitudine iuris canonici, videtur in dubio sibi conferre cū illis iuribus & qualitatibus, quæ habet canonicus in illa ecclesia vbi sunt illi canonicatus & præbenda. quia secundùm diuersitatem ecclesię & consuetudines varias: iura canonicalia variantur, quia alia iura & alio tempore habēt canonici in vna ecclesia quæ quandoque non habent in alia ecclesia: & econtra, papa † conferēdo canonicatum in aliqua ecclesia in dubio videtur conferre cum iuribus canonicalibus quę cōpetunt canonicis illius ecclesiæ, secūdùm eius statuta & consuetudines. facit ad hoc arg. de consuetud. cùm olim. cum concor. posset etiam induci in arg. l. ex militari. ff. de testa. milit. & l. li quis exhæredi. §. sed si quis. ver. nisi fortè. ff. de iniust. rup. testa. & de vsu & habita. l. plenum. §. æquitas. & de leg. iij. fideicōmissa. §. si seruorum. Cùm igitur secundùm cōsuetudinē illius ecclesiæ de qua quæritur quæstio, canonicus non habeat ius habendi vocem in capitulo nisi secundùm ordinem receptionis canonicatus ascēdat ad omnes gradus, ad superiores igitur &c. Non obstat quòd papa affecit illum locum canonicalē: quia nō est verum: sed bene affecit illum canonicatum: tunc enim bene fateor quòd per papæ reseruationē vel manus appositionem, afficitur locus canonicalis & gradus, quādo ille locus vel gradus debetur illi canonicatui vel præbendæ. Sed hîc iste locus vel gradus quē habebat iste canonicus mortuus non erat debitus canonicatui vel præbendæ inquātum talis canonicatus vel præbēda est: sed potius ex eo: quia persona quæ illos canonicatum & prębendam obtinebat, erat antiquior canonicus in inferioribus gradibus & gradatim transiuerat de illis gradibus ad supremum. quod patet: quia non erat debitus ille locus illi canonicatui & prębendæ: quiā aliquādo fuerāt illi ijdem canonicatus & præbenda sine loco illo, cùm persona fuerat in minoribus gradibus constituta nō obstante quod effectus gratiæ quò ad iura canonicalia differretur vel impediretur. dico quòd nō, quia iura canonicalia habebit saltem in aptitudine: vel dico quòd iura canonicalia habebūt illa quæ canonicis ecclesiæ possent & debent competere, scilicet quæ variabātur secundùm quòd variabitur gradus: & secūdùm antiquitatem ipsorum, ac secundùm ordinem receptionis persone. Ad ista facit in simili quæstione mota & eius decisio de regulis iuris c. inspicimus. lib. vj. in nouella.

SVMMARIVM.

Consuetudo Anglicana quòd Rex habeat iurisdictionem in clericos solutos in actiōibus ciuilibus & personalibus mere, vel criminalib⁹ vbi agitur ciuiliter, nō valet.

EPITOME.

1 *Consuetudo quòd Laici iurisdictionem habeant in clericos in actionibus ciuilibus & merè personalibus an valeat.*

2 *Præcepto prohibitiuo vel negatiuo renuntiari expressè non potest.*

3 *Præcepta negatiua semper obligāt: secus de affirmatiuis: quia licet obligent semper, non tamen ad semper.*

4 *Clerici per legem diuinam sunt exempti à iurisdictione laici.*

Decisio 10. aliàs 840.

1 VTrum valeat † consuetudo Anglicana quòd Rex possit cognoscere & habere iurisdictionē in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiā personalibus merè, vel criminalibus vbi agitur ciuiliter. Et videtur quod non. per ea quæ notat Inno. de foro competen. c. postulasti. vltra medium. per Archidiaconum in capi. Romana. in secunda glo. eod. titu. lib. vj. præsertim quia est cōtra libertatem ecclesiasticam, & sanctorū patrum instituta. ergo &c. argu. extra de his quæ fiunt à maiore cap. c. primo. iunct. c. ij. extra de foro compet. Item quia

2 † talis consuetudo est contra præceptum prohibitiuum & negatiuum: vt d. c. ij. cui renūtiari expresse non pōt: vt ibi notatur & probatur eod. ti. c. si diligenti. & argumento notatorum. C. ne fideiussores dotium dentur. l. ij.

3 in fi. ergo multò fortius nec tacitè. pręcepta † enim negatiua obli

gatiua obligan. ſemper & ſemper: vt furtum non facies,& ſimilia:licet affirmatiua obligent ſemper, ſed nõ ad ſemper,ſecundùm theologos. Item quia talis conſuetudo eſt contra generale ſtatutũ eccleſiæ, præſertim introductum in honorem totius ordinis clericalis: nedum clerici Anglicani:imò & vniuerſalis. ergo clericus Anglicanus tacitè conſentiendo aut aſſentiendo tali abuſui non poterit prætextu talis conſuetudinis ei derogare. argu. xxv. quæſti. ij. ſunt quidam & argu. not. Innocen. de
4 conſuetu. ſuper rubric. circa medium. Item quia † talis conſuetudo eſt contra legem diuinam per quam exempti ſunt clerici à iuriſdictione principum ſæcularium. iuxta ea quæ not. Innoc. de maio. & obed. c. ſi quis. Item quia eſt contra inſtitutionem eccleſiæ. ergo &c. argum. extra de tempo. ordinand. cap. ij. Item hæc conſuetudo videtur expreſsè reprobata extra de conſuetudi. c. ad noſtram. Item pro hoc bene faciunt not. per Archidi. de cleri. coniuga. capitu. j. libro ſexto. ſuper verbo, condemnari. Et per Hoſtien. & Ioannem andr. in nouella extra de obligat. ad ratiocinia. cap. Item contra præcepta non poteſt induci conſuetudo, præſertim per eum qui non poteſt contrariam legem vel præceptum ſtatuere: vt not. Innocen. de conſuetu. in rubric. circa fin. Nec obſtat ſi dicatur quòd eccleſia Anglicana, nec rex obſeruauerunt illud ſtatutum: & ſic non videtur ligati, nec ex hoc tranſgreſſores illius. argumen. iiij. diſtinct. leges. iuncta nota. de treuga & pace. capitu. j. in fin. in glo. Item quia papa hoc ſciuit & ſemper tolerauit. quia cùm fuerit ius prohibitiuum, & ab exemptione diuina procedens: vt not. Innocen. de maiorit. & obendien. cap. ſi quis. & per conſequens contrarium eſſet peccatũ: non poſſint dici ex hoc eſſe excuſati quantocunque etiam tempore in contrarium ſint abuſi. quia tanto ſunt grauiora peccata &c. vt extra de conſuetudi. capitu. fina. cum concordantijs. Nec hoc caſu videtur ſufficere tolerantia papæ. argumen. de præbend. & nota. per Innocen. in rubrica de conſuetu. & dato quòd propter ſcandalum, quia aliàs prohiberi poterat, tolerauit non propter hoc approbaſſe cenſetur: nec conſuetudinem voluiſſe introduci. argumen. notatorum per Innocen. in rubric. de conſuetud. & de præſcri. c. nihil. Nec obſtat etiam ſi dicatur, quòd papa nõ potuit clerum Anglicanum priuilegiare in præiudicium regis Angliæ, cui omnis antequam Chriſtus veniret iuriſdictio competebat. quia iſtud priuilegium & hæc libertas conceſſa eſt clericis à Chriſto in quem omne imperium fuit tranſmiſſum, & in temporalibus & ſpiritualibus, iuxta notata in cap. nouit. de iudic. & per Innocen. de voto & voti redempti. capi. quòd ſuper his. & de foro competen. capi. licet. & quia clerici ſunt ſpirituales: & in ſpiritualibus papam ſolùm ſeu iudices eccleſiaſticos poſſe intromittere priuilegium generale fuit datum à Deo. iuxta cap. quando. de iudi. & notata per Innocen. de ſenten. excommuni. capitu. nouerint. circa princip. Nec per conſequens obſtat quod dicebatur per allegantem pro parte iſta, quòd papa expreſsè proteſtatur in iure, quòd non vult derogare iuriſdictioni regis Angliæ. extra qui filij ſint legitimi. cap. cauſam. cum ſimilibus. Quia vt in præmiſſis patet in clericos nullam iuriſdictionem habet, nec habere poteſt.

SVMMARIVM.

Conſuetudo quòd epiſcopus in iucundo aduentu ſuo poſsit ponere vnum canonicum, cui ſtatim reſpondeatur ſicut alteri canonico in qualibet eccleſiarũ ſuæ diœceſis & ciuitatis: etiam non obſtan. certo numero canonicorũ, etiam iuramento vel auctoritate apoſtolica confirmato vbi præbendæ non ſunt diſtinctæ, valet.

EPITOME.

1 *Conſuetudo quòd epiſcopus in aduentu ſuo poſsit canonicum in vna quaq; eccleſiarum ſuæ diœceſis ponere an valeat & per totum.*

2 *Conſuetudo attenditur circa electiones & beneficiorum collationes.*

3 *Priuilegium & conſuetudo parificantur.*

Deciſio II. *alias* 841.

1 VTrum valeat † conſuetudo quòd epiſcopus in iucundo aduentu ſuo poſsit ponere vnum canonicum cui ſtatim reſpondeatur ſicut vni alteri canonico in qualibet eccleſiarum ſuæ diœceſis & ciuitatis, etiam non obſtante certo numero canonicorum, etiam iuramento vel auctoritate apoſtolica confirmato, in quibus tamen eccleſijs aliàs præbendarum diſtinctio non habetur? Et vi
2 detur quòd ſic: quia † in electionibus & beneficiorum collationibus conſuetudo ſpectatur: vt not. Inno. de electioni. c. cùm eccleſia Vulterana. in fi. Pro hoc quia etiã de cõſuetudine eccleſiæ ad reges aliquos pertinet etiam ius conferendi præbendas: vt not. Speculator in titul. ne ſede vacante, ad finem. Et facit quod notatur de imperatoribus in tit. de prẽben. §. reſtat. ad finem. Et per Archidiaconum de præben. c. ij. in penul. glo. Nec videtur obſtare numerus: quia per priuilegium. poteſt derogari numero: vt patet quotidiè in gratijs apoſtolicis, vbi ponitur. Non obſtan. de certo canonicorũ numero. Ad quod
3 de reſcrip. c. cõſtitutus. Igitur & per cõſuetudinẽ: † quia videntur parificari. argu. notatorum per gloſ. de elect. c. Cumana. in princi. Et per Innocen. de conſuetu. c. ſuper rubric. ad finem. Et clarius per glo. de iudic. cap. nouit. ſuper verbo, conſuetudini. Sed ad hanc parificationem potes dare inſtantiam. Quia interdum poteſt priuilegiũ quod non poteſt cõſuetudo iuris: vt in clemen. religioſi. in fin. cum ibi not. de priuileg. & ibi ſcripſi aliquos alios caſus. Item nec videtur obſtare cp ſi dicatur, cp per talem conſuetudinem nimium poſſet grauari eccleſia, cùm poſſet propter mortem vel tranſlationem multiplicari noui epiſcopi, quòd ſi eorum quilibet poneret vnum etiam nimium grauaretur eccleſia, nec ſufficerent omnibus facultates. igitur tanquam oneroſa eccleſiæ videtur quòd non valeat: vt extra de conſuetu. capitu. j. lib. ſexto. argu. ad hæc in autenti. vt determinatus ſit numerus clericorum. & in autenti. de menſura ordina. per totum iuncta autenti. C. de epiſcop. & cleric. l. in eccleſijs. & notatur extra de inſtitutioni. cap. authoritate. & notatur C. de ſacroſan. eccleſi. l. non plures. quia poteſt reſponderi quòd ſuſtinenda ſit quouſq; veniat caſus per quem ratione talis multiplicationis grauetur eccleſia. & quòd tunc ad tẽpus talis cõſuetudo reſtringatur. Nec debet inſpici caſus aduerſæ fortunæ, quòd ſi prætextu mortis multiplicentur epiſcopi &c. Et etiam ſicut poterunt mori epiſcopi ſic & canonici, ſic etiam poterit redigi ad ſtatutum numerum canonicorum: Et non eſt bona conſequentia. Cõſuetudo eſt oneroſa, ergo non valet. quia ſecundùm hoc omnis conſuetudo quæ eſſet eccleſiæ alicui oneroſa, non valeret, quod videretur abſurdum, cùm ſit dare nonnullas eccleſiæ conſuetudines oneroſas quæ valeut, vt patet in conſuetudinibus quod vna eccleſia de alia eligere teneatur. Item quòd illi ad quos de iure communi pertinet electio teneantur admittere extraneos ad eligendum. Item quòd ad vnum epiſcopum vel eccleſiam ſpectat iuriſdictio pertinens ad alium epiſcopum vel eccleſiam. Item quod habet viſitationem vel procurationẽ in alia eccleſia. Item quòd vna eccleſia ſit alij penſionaria vel cenſualis. Item quòd vna eccleſia participat decimas infra territoriũ alterius. Item quòd Archidiaconus percipiat palefredum in inſtallatione prælati, & ſic de multis alijs, præſertim ſi loquamur de conſuetudine tanti temporis de quo non exiſtit memoria. argumen. notatorum per Archidiaconum de elect. cap. generali. ſuper verbo, conſuetudine. libr. vj. ibi per Ioannem monach. in ſecundo dicto glo. licet adhuc poſſet euadi, per not. per Ioan. andr. in gloſ. ſuper verbo, antiqua. Nec obſtat ſi dicatur quòd propter illum qui nouiter ponetur ſuper numerum minuentur aliorum portiones: quia illa diminutio modicum cuilibet aſcendit, puta ſi ſint ibi vigintiquatuor canonici cuiuſlibet non diminuitur niſi vigeſimaquarta pars & de tali modico non eſt curandum: & præſertim quia cæteri per iſtum ſupperadditum oneribus per vices ſingulorum ſuſtinendis releuabuntur. quia de facili poteſt redigi ad numerum ſtatutum, aliquo forſan cedente vel decedente. Et quia etiam per iſtum augmentabitur cultus diuinus & gruitium eccleſiæ. Et ideo non mirum ſi prætextu conſuetudinis modicum damnum ſingulorum aliqualiter toleretur, præſertim in honore epiſcopi qui eſt caput diœceſis. Et quia in iucundo ad-

uentu præsidentis cõsuetudines sibi solitæ sunt seruãdę. ff.de offic.proconſ.& legat.l.obſeruare.§.antequã.Hoc enim ex quo fit prætextu conſuetudinis, fiet ſeu cenſebitur fieri authoritate iuris.& ſic non poterit dici iniurioſum,quãuis durum & rigoroſum: cùm ius aliquando permittat quòd aliquis aliquãdo patiatur præiudicium etiam ſine culpa,quamuis nõ ſine cauſa: vt extra vt lite non conteſta.c.quoniã frequenter.§.ſi autem. cũ regula iuris, ſine culpa coniuncto quod dicitur, quòd executio iuris nõ habet iniuriam.ff. de iniur.l.iniuriarum.§.primo & ff.qui & à quibus.l.proſpexit. Pro iſta parte etiã bene facit. quia in prærogatiuis quas mater eccleſia, ſicut eſt eccleſia cathadralis ſeu præſidẽs in eadem, prout eſt epiſcopus ſibi vendicat in ſubditis eccleſijs & ſuis filiabus conſuetudo eſt attendenda.arg.not. per Innocen. de eccle.ædific.c.ad audientiam.in fin.

SVMMARIVM.

Conſuetudo vbi eſt quòd acquiſita per cõiuges æqualiter diuidantur, poteſt alter eorum huic conſuetudini renuntiare.

Deciſio 12. aliàs 842.

COnſuetudo eſt in quodam loco quòd de omnibus quæ acquirunt coniuges ſeu eorum quilibet,debet quilibet habere partem mediam: vt ſi vir etiam ſi acquirat de ſuo aliqua bona mobilia vel immobilia de conſuetudine vxor in illis bonis debet habere dimidiam, & econtra:ſi vxor acquirat aliqua eorũ acquiritur viro media pars. Hoc ſuppoſito vir quidam volens emere de ſua pecunia domum vel caſtrum vel vineam vel aliam rem pepigit ſeu conuenit cũ vxore quòd ipſa nil peteret in illa re per virũ acquirenda virtute illius cõſuetudinis: & vxor ſibi pactum de hoc fecit: & per pactũ renuntiauit omni iuri prætextu dictæ conſuetudinis aut aliàs in dicta re acquirenda per virum cõpetituro, quæritur an valuerit renuntiatio? Et videtur quod nõ,quia facta fuit donationis cauſa.& donatio inter virum & vxorem eſt prohibita.& pro hoc allegatur in ſpeciali l.iij.§.fi.ff. de donatio.inter virum & vxo.& l.ſeq. & pro hoc etiã eo. titu.l.ſi ſpõſus.§.ſi donationis.& §. ſi vxor vel maritus. & maximè ſi valeret renuntiatio talis, poſſent ſe coniuges mutuo amore ſpoliare. & ſic habet locũ ratio legis prohibentis donationes inter coniuges.ff.de donat.inter virum & vxor.l.j.In oppoſitum videtur, quia per talem donationem vxor non efficitur pauperior ſi non acquirat,licet vir locupletior efficiatur. ergo videtur quòd valeat.ar.ff.de donatio.inter virum & vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.& §.ſi quis rogatus.& l. ſed ſi vir lanã.§. quod vir vxori.& §.quod legatarius.quia non amore nec tanquam inter ſe infeſtos reſcindenda eſt prohibitio iuris facta de donatione inter cõiuges:vt l.ſi id quod.§.ſi quas. ff.de donatio.inter virum & vxor. & ad iura contraria patet ſolutio. quia ibi donator efficiebatur pauperior, hîc non. Et hoc latius poterit exordiri per ea quę ſcripſi in margine,iuxta §.ſi maritus.l.ſi ſponſus.ſuprà alleg.

EPITOME.

1 *Metropolitanus an poſsit cognoſcere de cauſis ſubditorum ſuffraganeorum illis inuitis, etiam ſi extaret ſtatutum vel conſtitutio edita in concilio prouinciali.*

2 *Iudex vnius territorij an poſsit concedere alteri territorium ſiue iuriſdictionem contra ſubditos ſuos qui in diœceſi alterius deliquerunt.*

Deciſio 13. aliàs 843.

1 VTrum valeat † ſtatutum vel conſtitutio facta in concilio prouinciali quòd archiepiſcopus metropolitanus poſsit cognoſcere de cauſis ſubditorum ſuffraganeorum etiam eis inuitis in ſua propria ſcilicet, metropolitana diœceſi. videtur quod nõ inuitis ſubditis ſuffraganeorum:vt notat Ioan. Andr.in nouella.de offi. leg.c.nouit.ſuper prima glo.in verbo,epiſcopum. & per nota.per eum extra de foro competen.c. ſignificaſti.ſuper ſecunda gloſſ.in fin.& in facto erat ita: quia in quadam prouincia erant multæ conſtitutiones prouinciales inter cætera cauebatur ibi,quòd archiepiſcopus metropolitanus haberet executionem illarũ conſtitutionum, tam in ſua diœceſi quàm in diœceſi ſuffraganeorum:& tam in ſubditos ſuos ſuæ diœceſis, quàm etiam ſubditos ſuorum ſuffraganeorum etiam pro exceſsibus nõ commiſsis in diœceſi ipſius metropolitani. Quærebatur an virtute harum conſtitutionũ metropolitanus poſsit exercere cenſuras & aſtringere ſubditos ſuffraganeorum, & eos vocare ad ſuam diœceſim & forum ſuum pro exceſsibus vel contractibus extra diœceſim metropolitanam commiſsis vel initis. Et quidam tenebãt quòd non ſine voluntate ipſorum ſubditorũ, pro quibus bene facit gloſſ.prædict. Item etiam illa gloſſ.facit ad vnam aliam
2 quæſtionẽ. Nunquid † archiepiſcopus Tholoſanus poſsit dare archiepiſcopo Auxitaũ. territorium Tholoſanum vt poſsit diſtringere ſubditum ipſius archiepiſcopi Tholoſani. Et erat in facto, quòd cùm quidã officiales regis dediſſent aliqua damna ſeu aliquos exceſſus commiſiſſent Auxitaũ.contra archiepiſcopum Auxitaũ.ſeu eius gentẽ: quia morabantur illi officiales regis Tholoſę,requirebatur archiepiſcopus Tholoſanus ſeu eius officiales quòd procederent per cẽſuras & alia iuris remedia contra eos. Reſpõdebat archiepiſcopus Tholoſanus quòd nõ auderet,propter eorum potentiam:ſed libenter dabo vobis hîc territorium & procedatis prout vobis videtur contra eos. Ipſi officiales contradicebant dicẽtes, quòd eis inuitis territorium in eorum pręiudicium non poterat cõcedere Auxitaneũ.quærebatur an poſſet.licet quidam dicerent quòd non: hoc tamen caſu crederem quòd imò,ex quo ipſemet Tholoſanus in eos cognoſcere,poterat ratione domicilij vel originis,vel etiã ex quo Auxitaneũ.in ſua diœceſi etiam contra eos poterat cognoſcere de exceſsibus per eos cõmiſsis ratione delicti. per notata in eadem gloſſ.Ioan. Andr. in c.nouit. ſuper prima gloſſ.de offic.lega.

SVMMARIVM.

Conſuetudo quòd inferior epiſcopo poſsit inſtituere: vicarium ad tempus in eccleſia curata, non valet: licet ex priuilegio poſſet.

Deciſio 14. aliàs 150.

NOta quòd non admittitur conſuetudo quam allegat inferior epiſcopo, quòd poſsit eccleſiæ curatæ inſtituere vicarium ad tempus:vt c.j. de capel.mona.li.vj. Et dic plenè per Innoc.in c.primo & c. in Lateranenſi. de præbend. Ex priuilegio autem admittetur talis conſuetudo & articulus de tali materia admittitur:vt notat Archidiaco.in c.primo allegato de capel.monac.

SVMMARIVM.

Optio non ex nouo ſed antiquo titulo prouenit.

Deciſio 15. aliàs 666.

NOta quòd optio non venit ex nouo titulo,ſed ex antiquo: vt probatur in capitul.cùm in tua.de conſuetu.libro ſexto.

SVMMARIVM.

Stilus palatij apoſtolici eſt ius licet ex facto oriatur.

Deciſio 16. aliàs 710.

NOta quòd ſtilus ſacri palatij eſt quoddam ius, licet veniat ex facto: vt probatur in capitu.ex literis.extra de conſtitutio.& capitul.venerabilis. de confir.vtili, & xv.diſtinctio.capitul.j.

SVMMARIVM.

Permutantes inſimul expediũt literas ſeu bullas ſuas: nec alter ſine altero poſſet illas expedire, & hoc de ſtilo cancellariæ apoſtolicæ.

Deciſio 17. aliàs 770.

SCiendum quòd de ſtilo cancellariæ eſt quòd ſi aliqui permutant ſua beneficia, vnus ſine alio non poteſt habere literas ſiue bullas, licet alius cum alio habere poſsit.

De Electione.

SVMMARIVM.

Electiuum beneficium dicitur tantùm illud in cuius collatione requiritur confirmatio ſuperioris ſeu ſeruatur forma capitul.quia propter. de electionibus. ſeu per cuius vacationem eccleſia redditur viduata prælato.

EPITOME.

1 *Beneficium electiuum quod dicatur.*

Deciſio

Decisio 1. *aliàs* 124.

1 NOTA † quòd vocetur beneficium electiuum, dic quod vocatur beneficium electiuum illud in quo requiritur confirmatio superioris posito quòd sit de minoribus beneficijs. argumen. nota. per Ioan. and. in cap. j. de præben. in clemen. nam aljàs non videtur beneficium electiuum: imò magis collatiuum: ex quo immediatè post electionem sine confirmatione ius quæritur, quia talis electio habetur pro collatione: ex quo non indiget confirmatione superioris. Audiui tamen quòd Innocenti. papa septimus declarauit semel in camera, quòd volebat id beneficium esse electiuum, & dici electiuum in cuius electione seruabatur forma c. quia propter. de electi. vel per cuius vacationem ecclesia redditur viduata prælato. Illud autem beneficium ad cuius electionem simplicem seu nominationem quis assumitur sine solemnitate seu confirmatione superioris non debet dici propriè beneficium electiuum sed potius collatiuum: cùm in talibus per electionem ius quæratur.

SVMMARIVM.

Canonicus vltra numerum statutum potest de canonicorum consensu eligi, licet non sufficiant facultates ecclesiæ.

Decisio 2. *alias* 251.

NOta glos. B. quòd super numerum statutum posito quod non suppetant facultates, potest quis eligi in canonicum præbendatum de canonicorū ipsorum consensu: vt nota. in c. authoritate. de institu. vide c. dilecto. de præbend. in fi. quod videtur facere contra.

SVMMARIVM.

Electus litigans super electione, si decedat: nihilominus sententia super iure electionis ferenda est.

Decisio 3. *aliàs* 300.

NOta glo. qualiter mortuo electo litigante super electione fertur sententia, etiam post mortem super iure electionis: vt not. Inno. in cap. ex parte. de arbitris.

SVMMARIVM.

C. si hi cõtra quos. & clemen. j. vt lite penden. non habent locum nisi quando litigatur super beneficio & non super pertinentia collationis iure collatoris.

Decisio 4. *aliàs* 308.

NOta secundùm opinionem Io. an. positam in c. dudum. ij. de elect. quòd posito quod decret. si hi contra quos. vt lite penden. libr. vj. & cap. j. eod. tit. in clemen. habeat locum quando super duas electiones vel præsentationes litigatur de beneficio: non tamen habet locum quando litigatur inter eligentes seu presentantes, & possessor moritur lite pendente, secus si petitor. vt notat Ioan. and. in nouella in alleg. c. si hi contra quos. ergo non debet extendi ad alium casum, scilicet quando litigatur inter eligentes seu præsentātes. & quia potest esse præiudicium si præsentans seu eligens non posset præsentato mortuo alium surrogare. argu. c. si electio. de electio. lib. vj. licet aliqui contra: quia videtur remanere eadem ratio. infrà. de resti. spo. deci. 17.

SVMMARIVM.

Sequester durante sequestro potest eligere, & præsentare.

Decisio 5. *alias* 323.

NOta glo. Innoc. & Hostien. quòd ille penes quem fit sequestrum durante sequestro potest eligere & præsentare, sicut ille pro quo est factum sequestrum: vt not. in c. examinata. de iudic. in j. glo. & Paul. in c. vnic. de sequestra. in clemen.

SVMMARIVM.

Electio facta per compromissarios voto electi capitularis nõ scrutato valet: licet dictum fuerit in compromisso, & perscrutatis votis omniũ & singulorũ eligerent

Decisio 6. *aliàs* 844.

CAnonici seu capellani compromiserunt in tres de ipsis, vt scrutatis votis omnium & singulorum de capitulo illum eligerent in episcopum, in quem omnes vel maior pars ipsorum conuenirent. Ipsi scrutatis votis suis primò & demum verò aliorum reperierunt quòd omnes conuenerunt in præpositum illius ecclesię. Ipsi compromissarij illum solemniter elegerunt non scrutato prius voto suo, qui presentata sibi electione consensit electioni. quęritur vtrum teneat electio? Quidam dicebant quòd non: ex quo non fuerunt scrutati vocem illius electi, qui erat præsens & de capitulo, propter formam compromissi quæ habebat, vt scrutatis vocibus omnium & singulorum, &c. Ipsi verò non fuerunt scrutati voces omnium & singulorum, ex quo illum omiserunt: quia mandati forma diligenter est obseruanda: vt de rescrip. c. cum dilecta. ff. mãda. l. diligenter. Et c. cùm expediat. de electi. lib. vj. & eodem titu. c. cùm dilectus. §. j. in antiquis. Non enim completa est conditio sub qua data est, vel fuit compromissarijs eligendi potestas, scilicet si scrutatis vocibus omnium & singulorum & igitur nec potuerunt eligere. Alij dicebant quod electio erat bona. quia satis cõsentiendo electioni declarabat vocem suam ille præpositus. ergo &c. Sed illud non sequitur q̃ fuerint per hoc scrutati vocem ipsius, quòd requirit forma mandati ab homine dati. Et notanter dico ab homine. iuxta not. per Ioa. an. in c. fi. de resti. spol. Inducebant illi etiam quòd frustra eius vox in scrutinio fuisset per compromissarios inquisita, cùm & si fuisset inquisitus non posset nec deberet se nominare: quia sic ambitiosus esset. de instituti. cap. fi. Et si alium nominasset: ille nihil profecisset: cùm necessariò, ex quo omnes alij in ipsum prępositum cõueniebant, ipse eligendus erat. igitur non fuit magnum inconueniens si eius vocē scrutati non fuerint: cùm & illud scrutatum non prodesset: vt argu. l. aliquando. cum concord. ff. ad Velleia.

SVMMARIVM.

Reseruatio beneficij per commẽdam non perpetuam subsecutam non expirat:

Decisio 7. *alias* 244.

NOta quòd vbi beneficium est reseruatum, si tradatur in commẽdam nõ extinguitur * reseruatio nisi esset commenda perpetua. quia tradens beneficium in commendam, videtur beneficium tenere. arg. l. rei depositæ. ff. commodati. Nec esse videtur beneficium penes illum cui est commendatum: cùm habeat ad tempus: vt l. ex facto. de hæred. institu. & c. nemo. de electio. lib. vj. cum ibi not. per doctores Io. an. & Archid. Vbi autem est perpetua commenda, * non videtur vacare beneficium. argu. notatorum in alleg. c. nemo. Et quod notat Archid. in c. si propter. de rescrip. lib. vj.

* *Extinguitur. Add. per Bis. dec. j. de præb.*

* *Commẽda. Adde quòd ille qui habet ius conferendi beneficium in re speciali non potest illud dare in commendam. not. do. de S. Geni. in c. nemo. de elec. libr. vj. in fi. idem tenet Felin. in ca. auditis. de præscri. v. coll. vers. similiter videmus. nu. xij.*

EPITOME.

1 *Papa si reseruat beneficia quæ aliquis obtinet, sortitur effectum reseruatio etiam in beneficio quod ille obtinebat solùm de facto.*

2 *Terram alicuius si mandatur supponi interdicto: illud mandatum extenditur ad terram facto detentam & non iure.*

3 *Reseruatio facta ad instantiam partis tanquam ambitiosa debet restringi: secus si fieret motu proprio.*

Decisio 8. *aliàs* 274.

1 NOta † quòd vbi papa reseruat beneficia quæ obtinet Titius: & Titius de facto obtinet vnum beneficium de quo ipso iure est priuatus, quia incompatibile: reseruatio ad illud beneficium quod obtinet de facto videtur extendi: quia beneficiorum collatio ad papã pertinet: ideo non mirum si per reseruationem tale beneficium ad papam sit deuolutum, cùm ista verba, beneficia quæ obtinet Titius, sint verba generalia: & videtur intelligi siue de iure siue de facto, dum tamen sit in possessione. argumen. l. stipulatio ista. §. si quis fortè. ff. de verbor. obligati. Nec in isto casu est necesse quòd Titius obtineat, dum tamen detentionem seu possessionem habeat seu ei incumbat: vt notatur in simili de senten. excõmunica. capitu. si sententia. lib. vj. per Archidiaco. vbi di

2 citur quòd † quando mandatur terra alicuius domini interdicto supponi extenditur mandatũ ad terram quã tenet dominus de facto, & non de iure. Ad quod facit c. primum de postulati. versi. nec valet. & istud tenet communiter audientia. licet contra videatur cap. si gratiosè.

3 in fi. de rescript. libr. vj. & quia † reseruatio videtur ambitiosa quando est facta ad instantiam partis: secus si motu proprio, secundùm Collecta. & Fredericum de Senis,

vt notatur per Ioan. Andr. in c. præsenti. super verbo, finitur. de officio legati. lib. vj. ad quod l. his in princ. ff. de religio. & sumpt. fune.

SVMMARIVM.

Gratia ad beneficium vacaturum per promotionem alicuius non expirat per mortem papæ, licet successor gratias per prædecessorem ad vacaturas concessas in genere reuocauerit.

Decisio 9. aliàs 745.

NOta quòd si dominus noster papa Vrbanus septimus fecerit gratiam alicui de aliquo beneficio vacaturo per promotionem alicuius ad aliud beneficium certis executoribus super hoc deputatis, quòd mortuo domino Vrbano nihilominus stat, licet venerit reuocatoria domini papæ Gregorij vndecimi: licet tempore domini Vrbani non fuerit prouisum de illo beneficio sic vacaturo, & sic tenet maior pars Rotæ, veritas tamen prædicti dubij melius apparet seu apparebit ex verbis positis in reuocatoria cuiuslibet papæ.

De Translatione episcopi, vel electi.

SVMMARIVM.

Episcopi vel electi fructus extantes tempore trãslationis beneficiorũ priorum debẽtur translato seu assumpto in Episcopum: secus si esset monachus. & quid in mortuo?

Decisio 1. aliàs 137.

NOTA q̃ assumptus in episcopum seu trãslatus fructus sibi debitos ratione beneficiorũ quæ tenebat ante translationẽ potest petere: maximè fructus tempore translationis extantes. de quo dic vt in c. præsenti. de offic. ordina. & per Io. And. in c. ij. de reb. eccl. non alienan. per Io. mon. & c. relatum. de testa. per Innocen. & pro hoc facit l. j. §. fina. ff. de vi & vi ar. secus est in monacho: vt in authenti. de sanctiss. episco. §. si monachus. Idem dixerunt quidam in mortuo: quod dictum est in translato, scilicet quòd heredibus fructus percepti applicantur, & non successori seu ecclesiæ.

De Renuntiatione.

SVMMARIVM.

Vicarius qui potest ex speciali mandato recipere resignationem beneficiorum non potest illa conferre: licet præsentatos per patronum posit instituere sine speciali mandato.

Decisio 1. aliàs 43.

NOTA quòd vicarius Episcopi habens potestatem recipiendi resignationẽ beneficiorũ causa permutationis, resignata non potest cõferre: cùm in collatione beneficiorum requiratur speciale mandatum: vt de offi. vica. c. fi. li. vj. licet videretur contrarium. quia præsentatos per patronos potest instituere sine speciali mãdato: vt ibidem notat Archia. ad quod notat in c. vn. de institit. eod. lib. & cũ beneficia permutata nõ possint conferri alijs nisi permutare volentibus c. vn. de rerũ perm. in cle. videretur idẽ in beneficijs permutatis sicut in præsentatis ad bñficia per patronos, licet prima opinio cõmuniter teneatur in Rota.

EPITOME.

1 *Resignans beneficium etiam ex causa permutationis perdit possessionem beneficij resignati.*
2 *Possessio sub modo facta non nisi modus sequatur, transit.*
3 *Resignans ex causa permutationis si expellatur à possessione nõ habebit interdictũ restitutionis, si permutatio sequatur.*

Decisio 2. aliàs 67.

* *Resignans. 1 Adde supr. de rerũ permut. dec. ij. in no.*

NOota quòd † resignãs beneficiũ causa permutationis videtur perdere omnimodam possessionẽ si post factã resignationẽ permutatio sequitur: quia ex quo per resignationẽ perdidit ius bñficij, multò fortius videtur perdere possessionem: cùm faciliori modo perdatur possessio quàm dominium: vt l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. Et quia permutatione secuta tempore resignationis beneficij videtur totum ius perdidisse: vt dicitur in simili. ff. de ma. vin. l. iij. iunct. l. si cùm optio. de optio. lega. hoc videtur dicere Innocen. in c. inter cætera. de præbend. in principio vbi dicit, quòd
2 † possessio non transit sub modo facta, nisi modus sequatur. ergo si modus sequatur & sequatur permutatio, videtur transmissa à tẽpore resignationis possessio. Item iste resignatus non potest dici post resignationem possidere ciuiliter, cùm non sit dominus beneficij: nec tanquã in suo possidere, quod est ciuiliter possidere: nec potest dici possidere naturaliter: quia nõ tanquam vsufructuarius vel tanquam habẽs ius in re, quod est possidere naturaliter. l. j. §. dicitur. ff. de vi & vi armata. Et quia resignauit iuri suo, videtur naturalẽ perdere possessionem, quæ erat cõiuncta cum ciuili, ex quo ciuilem perdidit: quia in dubio videtur totum ius deduxisse: vt l. an eadẽ.
3 §. j. ff. de exceptio. rei iudic. quare † videtur ex his quòd taliter resignans causa permutationis videtur perdere omnimodam possessionẽ: vt si expellatur non detur sibi interdictũ restitutionis, & hoc si permutatio sequatur. quia si nõ sequeretur permutatio, videretur resolui possessio ipso iure in ipsum resignantem causa permutationis: vt dicitur in simili in l. j. & ij cũ ibi notat. de in diem adiectio. ad quod facit nota per Archid. in c. si beneficia. super verbo, reuertuntur. de præben. lib. vj.

EPITOME.

1 *Renuntiatio petitionis restitutionis facta per iã spoliatũ, valet.*
2 *Spoliatus potest per pactum renuntiare petitioni restitutionis.*

Decisio 3. aliàs 68.

1 NOta † quòd licet post spoliationem non valeat renuntiatio super beneficio: vt in c. sollicitè. de restit.
2 spoliato. bene valet † si renuntietur petitioni restitutionis per pactum: vt notatur in c. super hoc. super verbo, renuntiatum. de renuntia. per Innocen. ad quod facit l. si quis rationes. de libe. lega. iunct. l. si vnus. §. illud. & §. pacta. ff. de pact. vide infrà dec. 6. & xj. eod. titu.

SVMMARIVM.

Renuntiatio cessionis bonorum non tenet, etiam cum iuramento.

Decisio 4. aliàs 177.

NOta quòd secundùm aliquos cessioni bonorum quis potest renuntiare per iuramẽtum: vt c. ex rescripto. de iureiur. quia tacitè propter contumaciã non soluentis in tempore dilationis sibi datur potestas renuntiandi beneficio cessionis: vt l. fi. cum ibi notat. C. qui bo. ce. pos. Et potest consuetudo & pactum valere: vt not. in rubri. de deci. sed consuetudine potest induci quòd liber homo ponatur in custodia: vt l. ij. C. de patri. qui fili. distra. Alij contra, quia tale iuramentum cõtinet inhumanitatem: ideo licet ipso iure teneat: tamen videtur absoluendus, vt non intrudatur in carcerem nec persistat in excommunicatione ligatus: vt c. cùm quidam. de iureiurand. vide infrà, de arbi. deci. ij. circa medium.

SVMMARIVM.

Renuntiatio beneficij non potest admitti per habentem potestatem conferendi tantùm.

Decisio 5. aliàs 218.

NOta quòd cui datur potestas cõferendi beneficia vacantia, eidem non videtur dari potestas quòd possit renuntiationem recipere à volentibus resignare: quia in resignationibus possunt euenire multa in quibus propter factum resignantis posset damnificari ille ad quem pertinet collatio. ad quod facit c. dudum. de præben. lib. vj. vide decis. in no. 13. eod. titul.

SVMMARIVM.

Renuntiatio spontanea beneficij nocet spoliato post renuntiationem. h. d. Vel sic. Spoliato post renuntiationem agenti restitutorio nocet spontanea renuntiatio: secus si ante renuntiationem fuisset spoliatus.

Decisio 6. aliàs 216.

NOta quòd existenti in possessione beneficij renuntianti spontaneè beneficio: si postea dicat se spoliatum, põt obijci spontanea renũtiatio: secus esset si obijceretur spon

retur ſpontanea renuntiatio poſt ſpoliationem facta. ſic notat Innocen. in capitu. cùm ſuper. ij. gloſ. ver. reſpondeo. quia ſi reus. ſic intelligitur c. ſollicitè. & c. accepta. de reſti. ſpolia.

SVMMARIVM.

Renuntiatio ſimoniaca non nocet reſignanti.

Deciſio 7. alias 236.

NOta quòd reſignatio facta ſimoniacè * non tenet etiã in præiudicium reſignantis: vt not. Innocen. in capitu. cùm vniuerſorum. de rerum permuta. Et not. Archidia. in c. dudum. in princ. de præb. lib. vj. Et not. Ber. in c. ſuper hoc. de renuntiatio. ſuper verb. pecuniæ. *

* Simoniacè. Adde ſibi fol. 67. an Gemi. conſ. 125.

* Super verbo pecuniæ. Aduerte ad il lam glo. quia licet illa gloſ. dicat quòd renuntiatio teneat: tamen talis qui recipit pecuniam debet priuari beneficio propter ſimoniã quam commiſit.

SVMMARIVM.

Expectans poteſt renuntiare ius quod habet ad rem in manibus ſolius notarij.

EPITOME.

1 *Reſignatio facta per habentem beneficium in manibus ſolius notarij non tenet.*

2 *Reſignatio vbi non tenet ſi ſuperior intrà ſex menſes non confe rat, vel renuntiantes ad beneficium non compellat redire: poteſtas conferendi deuoluitur ad ſuperiorem.*

Deciſio 8. alias 290.

NOta quòd † licet habens beneficium non poſſit tale beneficium reſignare ſimpliciter, niſi in manibus ſuperioris habentis poteſtatem inſtituendi & deſtituendi: tamen ſecus eſt in imperrante expectationem habens ſolum ius ad rem: quia talis coram notario gratiæ ſuæ poteſt renuntiare: vt notat Innoc. in ea. quòd in dubijs. de renuntia. & Archid. in cap. deliberatione. de offic. lega. lib. vj. in glo. penulti. Et eſt ratio. quia ibi non eſt aliud intereſſe ſuperioris, cùm ius non ſit quæſitum in re ſed ad rem. vbi † autem non tenet reſignatio in beneficio quæſito ſi ſuperior infra ſex menſes non conferat, vel reſignantem ad beneficium venire non compellat: deuoluitur poteſtas conferendi ad ſuperiorem: vt notatur in ca. admonet. per Inno. Et circa renuntiationem iuris ad rem vide infrà deciſ. xij. de ſenten. excommu.

1 2

SVMMARIVM.

Reſignatio beneficij facta ex cauſa permutationis nõ operatur veram vacationem beneficij, ſi permutatio non ſortiatur effectũ.

Deciſio 9. alias 339.

NOta quòd beneficium reſignatum cauſa permutationis non videtur vacare ſecundùm Lateranen. concilium ad hoc quòd beneficiũ poſſit ad ſuperiorem deuolui, ſi permutatio non habuit effectum. vt quia vnus permutantium non habuit ius in beneficio quod permutauit: quia permutatio videtur ſub modo vel conditione: quæ permutatio non valet ſi modus non ſequatur: vt beneficium videatur vacare. argumen. not. per Innocen. in capitu. inter cætera. de præben. vide infrà de rer. permuta. deci. 4. cap. 5.

SVMMARIVM.

Reſignatio beneficij reſeruati etiam cauſa permutationis inducit veram vacationem beneficij: pro collatione ſit recurrendum ad papam.

Deciſio 10. alias 398.

NOta quòd reſignatio beneficij reſeruati etiam ex cauſa permutationis veram vacationem inducit: quia ſeruatio papæ licet collationẽ impediat, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem beneficii: vt in c. vt noſtrum. de appellatio. & c. ſi eo tempore. de electio. lib. vj. tamen non impedit reſignationem quin ualeat, licet clerici reſignantes debeant recurrere ad papam pro permutatione perficienda. Item beneficia ex cauſa permutationis reſignata vacant in veritate, ita quòd poſt vacationẽ huiuſmodi debet ſequi vera collatio & inſtitutio: vt leg. & not. in c. vnic. de rer. permu. libr. vj. licet ibi Ioan. mo. videatur dixiſſe contrariũ, cuius opinio reprobatur. pro quo etiam facit cle. vnic. e. ti. vide infrà dec. xiiij. eod. tit.

SVMMARIVM.

Iuramentum nocet ſpoliato petenti ſe reſtitui.

Deciſio 11. alias 428.

NOta quòd ſi ſpoliatus beneficio ſuo poſt ſpoliationẽ petitioni reſtitutionis cum iuramento renuntiet: dic quod ſibi nocet intantum quòd poſtea petens ſe reſtitui non auditur. argu. notatorum per Inno. in c. ſuper eo. de renunti. Nec obſt. c. ſollicitè. quia ibi ſolùm fuit renũtiatio poſſeſſionis: ſecus hîc, vbi cum iuramento renuntiauit etiã petitioni reſtitutionis. vide ſuprà e. ti. dec. 3. & 6.

SVMMARIVM.

Concluſio in cauſa reuocatur per admiſſionem articulorũ.

Deciſio 12. alias 468.

NOta ſi poſt concluſionem in cauſa beneficiali factã ad inſtantiam actoris admittantur articuli rei tacitè concluſio videtur reuocata. Ex quo ſequitur quòd non eſt neceſſaria in cauſa beneficiali: ſecus in cauſa propria. iuxta ea quę no. in cle. dever. ſig. ſæpe. vide ſuprà dec. no.

EPITOME.

1 *Executores dati ad prouidendum de beneficio vacanti non poſſunt admittere reſignationes.*

2 *Reſignationes admittere non poteſt, qui inuitum deſtituere nõ poteſt. & deci. ſeq. nu. 3.*

Deciſio 13. alias 531.

QVæritur † vtrum executores gratiarum dati ad prouidendum de beneficijs vacantibus poſſint accipere reſignationem alicuius volentis in eorum manibus beneficiũ ſuum reſignare: vt ſic ea recepta prouideant. Et dic quòd non. quia opus eſt quòd expreſsè committatur poteſtas recipiendi reſignationem: vt de præben. dudum. circa princ. lib. vj. Et pro hoc faciunt no. per Archid. de verb. ſignifi. c. ſicut. eod. lib. ſuper verbo, cedendum. Et quia † tales executores talium ſic reſignare volentium non poſſunt inuitum deſtituere: ergo nec eius reſignationem ſuſcipere. probatur conſequentia per ea quæ not. Ioan. an. in clemen. j. de regularib. in glo. ſuper verbo, manibus. & per Inno. de renun. c. quòd in dubijs. in ſi. glo. ſecundæ. Et per Archi. in c. ſi te. de renun. ſuper verb. renuntiet. & per eundem in c. deliberatione prouida. ſuper verb. firmitatis. de offic. deleg. lib. vj. & in dict. c. ſicut. vide deci. v. eod. tit.

1 2

Infrà dec. 14.

EPITOME.

1 *Impetratio beneficij cenſetur ſurreptitia, ſi impetrans tacet ſe habuiſſe beneficium aliud reſeruatum, & illud reſignaſſe in manibus qui non potuit reſignationem admittere. & per totam deciſ.*

2 *Capellani papæ ſunt exẽpti à iuriſdictione cuiuſcũq; ordinarij*

4 *Renuntiatur facultati beneficio quærendo, quam quæſito.*

Deciſio 14. alias 573.

QVidam † cardinalis obtinens * quandam dignitatem in quadam eccleſia ratione cuius ad eius collationem pertinebat vnum beneficium: auctoritate ſua ordinaria illud in curia contulit cuidam capellano papæ præſenti tunc in curia, & collationem huiuſmodi acceptanti, tandem ille capellanus cùm non poſſet faciliter obtinere pacificam poſſeſſionem illius beneficij ipſum poſt aliquod tempus reſignauit ſeu renũtiauit in manibus eiuſdẽ cardinalis, qui auctoritate ſua ordinaria admiſit reſignationẽ, poſteaverò dictus capellanus impetrauit à papa vnum aliud beneficium de illo alio ſic renuntiato ſeu reſignato nullam faciens mentionẽ. quæritur an ualuerit impetratio, vel an iſta vltima gratia per papam ſibi facta ſurreptitia cenſeatur, ex eo quia ta cuit aliud beneficiũ? Et quidã dicebãt eam ſurreptitiam quia renũtiatio quã fecerat in manibus cardinalis nõ valebat, nec admiſsio eiuſdẽ auctoritate ordinaria ſubſecuta * quia beneficia capellanorũ papę reſeruata erãt tunc per papã & cũ dictus capel. iam haberet ius in beneficio per collationẽ ſibi factã, cui aſſenſit, etiã ſi non haberet poſſeſsionẽ: vt in c. ſi tibi abſenti. de præb. li. vj. ideo non potuit reſignari niſi in manibus papę vel eius cõmiſſarij qui ſolus poſſet eũ inuitũ deſtituere, cũ ſit † exẽptus quicunq; capellanus papæ à iuriſdictione cuiuſq; ordinarij, quia † is demũ põt auctoritatẽ præſtare renũtiationi & corã eo põt renũtiatio fieri, qui põt inuitũ deſtituere: iuxta no. per Inn. & doc. de renun. c. ꝙ in dubijs. ergo ſi non valuit reſignatio adhuc habebat ius in beneficio: licet eũ poſſet eo priuari, quia eã fecit in manibus nõ habẽtis poteſtatẽ. & licet etiã in eius præiudiciũ ſuperior habẽs poteſtatẽ. ſ. papa poſſet ratificare & admittere renũtiationẽ nec ipſe poſſet reſilire, nec pœnitere, nec beneficiũ repetere: tũ donec eius ratificatio & admiſsio ſubſequatur interim habet ius in beneficio, & remanet in eo intitulatus iuxta verã opinionẽ Inn. in d. c. ꝙ in dubijs. cũ ergo papa tpe vltimę gratiæ nondũ illã renuntiationẽ ratificet, adhuc habebat ius in d. beneficio nõ obſt. illa renũtiatione facta in manibus cardinalis auctoritate ſua ordinaria &

1

* Obtinens. Add. Fran. de panimis in tract. de offic. & poteſtate c. ſede vac. in 2. par. Inno. in c. quia diuerſitatem de conceſ. præb.

* Subſecuta. Vide. Rot. de rer. permu. j. in nou.

non apostolica eã recipientis. & per cõsequens cũ haberet ius in eodẽ,ipse in impetratione alterius debuit facere mentionẽ.de preb.si motu proprio.li.vj.Secus tamen fuisset si ageretur de beneficio in quo non haberet ius in re sed ad rẽ,de quo esto q̃ quis impetrãs teneatur facere mentionẽ,iuxta no.per Io.And.in nouel.de re.iu. ignorantia. tamen eius renuntiatio facta in manibus notarij vel alterius potestatẽ non habẽtis tenuisset: quia facilius
4 † renuntiatur beneficio quærendo quàm quæsito.iuxta not.per Inno.in d.c.q̃ in dubijs.& per Archi.in d.c.deliberatione prouida.de off.le.in fi.& in ista opi.ego erã. Quidã tamen alij dicebant contra,q̃ vltima gratia non foret surreptitia:quia,secundũ eos,renuntiatio tenuit in eius præiudiciũ.iuxta no.per Ber.in d.c.q̃ in dubijs. sed illa opi.non approbatur.quia imò nõ tenuit, donec eam approbaret ille qui habet potestatẽ : vt suprà dixi,quare hæc ratio nõ procedit,imò,secundũ eos, ordinarius potuit eã admittere non obstante reseruatione beneficiorũ capellanorum,quia licet illa reseruatio afficiat beneficia eorum quò ad potestatẽ conferendi , vt nullus possit ea conferre cũ vacabunt nisi papa: tamen nõ afficit ea quò ad potestatẽ renuntiandi seu renuntiationẽ de eis fiendã admittendi : & ideò secundũ eos ordinarius poterit admittere.Sed ego contra vt dixi suprà , quia potestas admittendi renuntiationem non impeditur propter reseruationem solùm,sed propter exemptionem:quia capellani ab omni iurisdictione ordinaria sunt exẽpti,& ideò quia ordinarius non posset in iudicio eum inuitum destituere, cùm in eum iurisdictionem nõ habeat : ita non poterit eius renuntiationem admittere.quare hæc ratio non obstat.ar.no.per Inno.in d.c.quòd in dubijs.& ideò prima opi.videtur verior.vide dec.7.infrà de rer.perm.

SVMMARIVM.

Auditor Rotæ sine speciali mandato non potest admittere resignationem beneficij,sed litis & causæ sic.

Decisio 15. aliàs 708.

* Auditor. Adde suprà in no. eod. tit. decisio. 3. circa medium.

NOta quòd auditor *sacri palatij nõ potest recipere resignationem alicuius beneficij sine speciali mandato papæ : renuntiationem autem litis & causæ alicuius beneficij potest recipere,& ita seruat Rota.

SVMMARIVM.

Resignatio in manibus patroni facta per præsentarũ valet: & secunda presentatio etiam ante resignationem primi præsentati facta, post resignationem primi valet: & admitti debet si de alias ideo sit facta.

EPITOME.

1 *Præsentatio.2.facta post renun. primi præsentati in manibus patroni subsequẽte etiam renun.in manibus episcopi valet.*
2 *Patrono clerico non permittitur variare.*
3 *Præsentatus an possit in manibus solus patroni cler. renun.*
4 *Patientia operatur consensum in eo qui actum contradicendo impedire potest.* *Decisio 16. aliàs 845.*

1 PAtronus † clericus primò præsentauit episcopo.a. episcopus antequam vellet illum admittere & instituere,premisit edictum: vt si quis vellet sẽ opponere certa die cõpareret, quo termino edicti pendente dictus a.præsentatus in manibus ipsius patroni solius renũtiauit præsentationi suæ,& iuri sibi per eã quæsito.quo facto dictus patronus cuidam canonico cessit seu concessit pro illa vice ius presentãdi,vt suo nomine quẽ vellet presentaret:qui canonicus presentauit eidem episcopo.b.& tandẽ antequã episcopus dictũ.b.secundò presentatũ institueret.a.primus præsentatus in manibus episcopi iterum renuntiauit iuri suo cui primò renũtiauerat in manibus patroni:& tunc episcopus.b. secũdò præsentatum admisit,& instituit,posteà verò episcopus prætendẽs secundam præsentationẽ non tenuisse , & per consequens institutionem subsecutã:ex eo quia patronus antequam primus in manibus episcopi renuntiasset, nõ poterat se-
2 cundum scilicet.b.præsentare, quia † erat patronus clericus,cui non permittitur variare : & per cõsequens nec dictus canonicus , cui potestatẽ præsentandi concesserat eundem.b.potuerat præsentare & sic ex hoc potestatem conferendi ad se pertinere iur[illegible]denoluto:ex eo quia post renuntiationẽ primi.s.a.patronus aut alius eius nomine nullum presentauerat infra tempora debita,beneficium illud contulit auctoritate ordinaria & tanquam iure ad eum per patroni negligẽtiam denoluto cuidã.c. Tãdem autem veniens in notitiã cuiusdã.d. expectãtis authoritate apostolica ad collationẽ dicti episcopi beneficium illud infra tempus debitũ ipse.d. apostolicus impetrans acceptauit,& sibi obtinuit prouideri per executorẽ suũ. per elem.si de beneficio. Quæritur quis dictorum.a.b.c. d.in dicto beneficio sit potior? Et pro euidenti decisionis huius quæstionis expresso themate formantur sequẽtia dubia.Primò † an dictus.a.primò præsentatus potuerit 3 in manibus solius patroni clerici renũtiare,& eius renũtiatio valuerit: præsertim postquã præsentatio iam erat delata & exhibita superiori.episcopo. Et fuerat dictũ quòd sic.per Io.And. in c.si electio.de elect.lib.vj.cũ remissionib.ibi fact.& per Archid.de of.le.c.deliberatione.§.fin.circa finẽ.Secundò,an dictus patronus potuerit cedere vel cõcedere illa vice ius seu potestatẽ presentãdi illi canonico seu alteri. Et fuit dictũ quòd sic,ex quo beneficium vacabat.ar.c.constitutus. de concess.præb.cum ibi no.per Inno.in c.dilecto de elect. Tertiò,an dato q̃ renũtiatio nõ fuisset facta in manibus patroni p ipsum. a.primò præsentatum,vel facta nõ fuisset de iure: si pẽdente prosecutione præsentationis suæ.primus patronus secũdum scilicet.b.præsentauit,seu canonicus prædictus eius nomine.si * primò præsentato posteà iuri suo debitè in manibus episcopi renuntiant talis secunda præsentatio sit admittẽda per episcopũ? & videtur quod nõ, quia facta fuit pendẽte prima præsentatione ipsius.a.& sic nulla fuit ipso iure , quia nõ licuit tali patrono clerico nec alio eius nomine venienti variare, de iure patronatus c.cùm autẽ.& sic licet deueniat ad casum quo fieri poterit,scilicet quia primus præsentatus renũtiauit iuri suo,non propter hoc validatur.arg.reg.iu. non firmatur tractu tẽporis.reg.iu.lib.vj.Credo tamẽ quòd sit admittẽda,si patronus petat eã admitti, vel alius eius nomine, quia petendo eã admitti:satis videtur eã de nouo facere, ex quo suã obtinet voluntatẽ.& ita quasi vt ex nunc, sumat vires, non retro.ar.ff.de offi.procõs. & leg.l.obseruato.§.fi.cum iur.ibi alleg.& c.licet.de proc.li.vj.& idẽ crederem etiã si non petit eã admitti, dũ tamen nõ reuocet aliã faciendo: sed in eadẽ voluntate persistat, & ipsemet præsentatus secundus petit eã admitti,quia satis patronus videtur etiã facere,ex quo in eadẽ voluntate persistit & permittit eã prosequi illã præsentationẽ.ar.d.§. fi.cũ iurib.ibi alle.& ar.de sup.ne.præl.literas.cũ ibi no. & sic multò fortius credo q̃ si postquàm primus renuntiauit,episcopus illũ secundum instituit , & patronus nõ contradixit, q̃ valeat institutio , & idẽ si tunc patronus nesciuit:sed posteà ratũ habuit : quia sufficit ratihabitio patroni.ar.de iure patro.c.cura.& c.suggestũ.& no.expresse per Host.in sum.de iurepatro.§.fin.qui incipit,in quibus deferant.ver.quid si ecclesia vacã.Pro premissis
4 etiam facit , quia † quando patitur quòd põt impedire, consentire videtur:vt l.sæpe.§.cui inter.de re iudi.iuxta no.ff.de pig.l. fideiussor.§.pater.& per Dyn.in regu.iu. qui tacet.& regula,is qui tacet.lib.vj. imo forsan posset dici,q̃ etiam absque nouo cõsensũ patroni ista secunda noua presentatio sumat vires:nec patronus possit cõtrauenire: quia ab initio in sui præiudiciũ tenuerunt.ar.ff. de ser.rust.predi.l.per fundũ.& cõmu.pred.l.ij.& fi.nec permittendum est sibi venire cõtra factum suũ.ar.l.post mortem.ff.de adopt.non enim ab initio simpliciter erat nulla: nisi in fauorẽ primi cui præiudicari per secũdam præsentationem nõ debuit nec potuit, ergo cessante fauore primi:cessabit inualiditas secundæ præsentationis, & sumet res efficaciam.ar.d.l.per fundũ.& l.fi.nõ enim interest alicuius eã non esse nullã,non episcopi:quia licet esset nulla, nõ propter hoc ad eum pertineret dispositio beneficij,vt infrà dicã.nec primi:quia iã renũtiauit , nec patroni:quia hoc nõ posset allegare cùm suã turpitudinẽ allegaret,& veniret contra factum suũ.Et quia vt præmisi,saltẽ in eius preiudiciũ tenuit, igitur ex quo nullus põt prętẽdere interesse huius nullitatis seu inualiditatis, videtur q̃ nullus sit audiendus, volẽs eum impedire quò minus admittatur:quia non solent audiri quorũ non interest.de ele.c.cùm inter R. Quartò,dato q̃ d.patronus clericus pen

* Si primò præsentato &c. Lege sic & melius. Si primo præsentatus postea iuri suo debitè in manibus episcopi renuntiauit talis secunda præsentatio an sit admittenda per episcopum.

clericus pẽdente p̃sentatiõe primi sẽdm p̃sentat. Quæro an propter hoc ad superiorẽ. s. eṗm devoluatur dispositio: vt eṗs primo renũtiante eo ipse possit de beneficio disponere: quasi patron⁹: sicvariãdo reddiderit se indignũ & dico ꝙ nõ. dum tñ non præsentauerit indignũ. ar. no. in simi. ꝙ Inn. de ele. c. cõsideram⁹. in ij. gl. an prin. & sic dico ꝙ nisi in ꝑcedẽti. q. dixi in fi. sẽda præsentatio posset dici resumere vires vel aliãs forsan nõ possit propter impedimentũ in persona eiusdẽ sẽdo præsentati secũda præsentatio sortiri effectũ: ex quo primus renũtiauit, & sẽda præsentatio nulla est, si hoc teneas: vel aliãs nõ põt sortiri effectũ, ius præsentãdi debet redire ad eundẽ patronũ, & nõ devoluitur potestas disponẽdi ad superiorẽ. ar. d. c. si electi. de ele. li. vj. quæ etiã habet locũ in patronis & p̃sentatis: vt ibi no. Io. an. in noue. in fi. & gl. cũ ele ctione. Sic ex præmissis cõcludo responsionẽ propositæ qõnis, quis dictorũ a. b. c. d. sit potior. quia dico ꝙ b sẽdo præsentat⁹ per patronũ: & dictus 2. qui dicto iuri suo bis renũtiauit, nullũ ius habet. c. verò cũ eṗs post admissionẽ & institutionem factã de b. sẽdo ꝓsentato, & infra tps debitũ cõtulit, etiã nullũ ius tenet: cũ præsentatio secũda ipsius b. facta postquã primus renũtianit in manibus patroni fuit bona & canonica & admittẽda, prout etiã fuit per eṗm admissa & bene: tũ etiã quia & si nõ fuisset tunc bona sumplsit vires post renũtiationẽ primi cessante causa impedimẽti ex patrono cõtinuãte volũtatẽ quasi de nouo fuit facta: tum etiã quia episcopus admisit eam: tum etiã quia patronus non põt dici fuisse negligẽs nec ad episcopum per cõsequens etiã iure devoluto pertinuit collatio. propter quod etiã dictus apostolicus nullũ ius habet.

De Supplen. neglig. præla.

SVMMARIVM.

Iurisdictio devoluitur ad superiorẽ per negligẽtiam prælati inferioris eṗo: non aũt ad conuentũ vel capitulũ. 2

Decisio 1. aliàs 278.

NOta ꝙ propter negligẽtiã abbatis vel alterius inferioris prælati ab episcopo non transfertur collatio ad conuentũ vel aliũ 3 inferiorẽ: sed trãsfertur ad episcopũ. nec habet locũ c. nulla. de cõcef. præb. quod loquitur in episcopo negligẽte: licet c. faciat cõtra quod not. Inn. in c. cùm dilectus. in prin. de cõsuetu. vbi no. ꝙ vacãte monasterio abbate agit cõuentus, secus in episcopo secundũ vnã opinionẽ. ergo non debet extendi ad aliũ casum. ar. no. in c. cùm in cunctis. in fi. de elect. per Inno. & pro ista parte videtur tex. in c. quia regulares. de supp. neg. præl. in cle. & ibi no. per doc. Ad superiorẽ autem instituentẽ vel confirmantẽ transiuit: vt no. infr. c. quia regulares. alleg. per Io. super ver. dispositionem. & circa istum modũ devoluẽdi vide c. cũ in cunctis. ꝙ Inn. in fi. de ele. & c. cũ nostris. in prin. de cõc. ꝑbẽ.

De Tempo. ordinand.

SVMMARIVM.

Episcopus infra tẽpus sibi motu proprio se cõsecrari faciendi prorogatum retinet priora beneficia: secus si ad supplicationem ipsius fuisset dictũ tempus prorogatum.

Decisio 1. aliàs 576.

Staphi. in tracta. de li. gra. & insti. fol. 20. ver. sed lapso tempore.

VTrum episcopus cui prorogatum fuit tempus infra quod debebat se facere cõsecrari nihilominus lapso tpe iuris perdat sua beneficia, vel an teneat vsq; ad tps prorogatum. Dic an proprio motu papa sibi prorogет: & tunc retinet, an ad supplicationẽ eius, & tunc non vt not. Io. an. & Inno. in c. cùm in cunctis. de elect.

De Aetate & qualitate.

SVMMARIVM.

Minor xiiij. annis prẽbendã in cathedrali de iure obtinere potest: licet regula cancellariæ aliter disponat.

Decisio 1. alias 204.

NOta ꝙ minor xiiij. annis potest obtinere prẽbendam cathedralem. & istud tenet rota. circa quod vide per doc. in c. ex eo. de elect. li. vj. & Cyn. in l. fi. C. de test. mili. & vide extra de præb. c. inordinata. per doc. vide super regulã cãcellariæ quæ videtur dicere cõtrariũ. SVMMARIVM.

Minor xiiij. potest obtinere officiũ simplex in ecclesia cathedrali. secus si haberet administrationem.

Decisio 2. aliàs 275.

NOta ꝙ vbi est simplex officiũ in ecclesia cathedrali quod nõvocatur dignitas seu personatus, minor. xxv an. maior autẽ xiiij. an tale officiũ potest obtinere: quia cum in talibus ætas nõ sit limitata, non curamus. de ætate. no. Inn. in c. præterea. de æta. & quali. licet secundùm aliquos vbi tale officiũ haberet administrationẽ, minor xx. an. non posset tenere tale officium. per c. j. de æta. & qualita. li. vj. cum ibi not. per Arch. ad quod facit no. Inno. in c. de multa. in fi. de præben.

De Filijs presbyte.

EPITOME.

1 *Dispensatio cum illegitimo facta vt possit tenere beneficia, personatus & dignitates cum cura vel sine cura etiam si ad ea quis per electionẽ assumatur, nõ includit ecclesiã cathedralẽ.*

2 *Dispensatio quo ad maiora extenditur ad minora.*

3 *Episcopus potest dispensare in prebenda cathedrali: licet secus in dignitate. & personatu.*

Decisio 1. aliàs 45.

Staphi. in tracta. de lit. gra. & insti. fo. 61.

NOta ꝙ † secundùm aliquos & maximè secundùm cancellariam, ꝙ vbi est dispensatum cum illegetimo quod possit tenere beneficia, personatus & dignitates cum cura vel sine cura, etiam si ad ea quis per electionem assumatur: si de ecclesia cathedrali non fit mentio in tali dispensatione, non venit ecclesia cathedralis. c. quãuis. j. de præb. li. vj. & c. cui. e. ti. quia talis dispensatio est odiosa: & ideo in terminis suis tenenda. & sic non venit quod est maius. s. ecclesia cathedralis. ar. l. eos. C. de aquæ duc. licet secundũ alios videtur cõtra. quia † talis cum quo est dispensatũ in maioribus: de beneficijs etiam videtur dispensatum in minoribus: vt in cap. cum illis. de præb. li. vj. ad quod facit quod no. Arch. in c. j. de fil. presb. vbi dicit ꝙ † episcopus potest dispẽsare in tali præbenda cathedrali, licet non in dignitate, seu personatu. ad quod no. in c. veniens. circa princ. per Inn. de fil. presb. ex quo dispensatũ est super dignitatibus quæ sunt regulariter in ecclesia cathedrali. ff. de re iud. l. quidã. iũct. l. ad rem. & l. legatũ. quia beneficiũ principis est latissimè interpretandum. vide omninò infrà decis. iiij. de offi. ordi.

SVMMARIVM.

Dispensatio cum genito ex clerico, & soluta, si nõ sit dictũ in dispẽsatiõe qđ soluta erat filia spũalis an valeat?

Decisio 2. aliàs 212.

NOta ꝙ vbi est dispensatũ, cum aliquo se dicente genitum ex clerico & soluta. de rigore iuris si illa soluta est filia spiritualis, quia parœciana presbyteri: & in dispẽsatione non fit mẽtio quod de filia spirituali esset genitus: non valet dispensatio, quia est qualitas quę grauat delictũ: & cõmittens incestum cum filia spirituali, magis peccat quàm in alia: quia deponendus est. ar. l. si quis alumnã. C. de nup. & sunt iura in decre. tamen in isto casu recurrendũ est ad stilũ pœnitẽtiariæ, quia si pœnitẽtiaria cõcedat in eadẽ forma literas quãdo fit mentio de genito ex presbytero & parœciana sua: tunc attenderetur stilus & modus scribẽdi in tantum ꝙ si idem modus esset scribendi, non esset necesse ꝙ fieret mentio de spirituali filia in dispensatione: vt videtur dicere Hosti. in c. fi. de fil. presb. & super hoc interrogaui dominũ Cardi. de Floren. pœnitẽtiariũ maiorẽ, qui etiã erat in ista opinione. quod non esset necesse fienda mentio de tali qualitate: nisi sit qualitas inducens nouum gradũ affinitatis, & inducens filiationem irreuocabilẽ, videlicet, si leuauit de sacro fonte quæ est perpetua & irreuocabilis: non sic in nostro casu. quia rector potest mutari.

SVMMARIVM.

Dispẽsatus potest impetrare beneficia non facta mentione de dispẽsatione: secus si impetrat nouã dispẽsationẽ

Decisio 3. alias 280.

NOta ꝙ vbi est dispensatũ cum illegitimo ꝙ possit tenere duo beneficia. si postea talis legitimatus im-

petret beneficium non faciens mentionem de dispensatione, valet impetratio. quia dispensatio quantum ad tenendum beneficia operatur in hoc in quo est facta, ac si legitimatus fuisset ab initio. ar. l. imperial. §. si multo. C. de nup. vbi autem ille cum quo est dispensatum indigeret alia dispensatione: tunc impetrando secundâ dispensationem oportet mentionem fieri de prima: vt c. ij. de filijs presbyte. lib. vj. & ibi per Ioan. And. in nouel.

SVMMARIVM.

Dispensationem qualitates vitiosæ omissę an vitient, vt ex pòst facto posit quis contra eam obtinere.

EPITOME.

1 *Paræciana est filia spiritualis.*
2 *Dispensatio an vitietur si conditiones in ea appositæ: veraciter non fuerint purificatæ.*
3 *Cognatio spiritualis propter ministrationem sacramentorum non contrahetur propriè, sicut cum illa quam tenuisset in baptismo, vel ei baptismum ministrasset.*
4 *Verba in dispensatione posita, si paternæ incontinentiæ non sit imitator, potius sonant in modum instructiuum commissarij, quàm quod inducant conditionem.*

Decisio 4. aliàs 845.

PApa mãdauit dispensari cum quodam qui erat presbytero genitus, & de soluta: vt posit promoueri ad omnes ordines, & obtinere beneficium cum cura, si esset idoneus, & non esset paternæ incontinentiæ imitator, ille autem cui papa commisit asserens se inquisiuisse dispẽsauit cum eo, postquam ille cũ quo sic dispensatum fuit, impetrauit in forma cõmuni ad collationem &c. Et tandem vacante illo beneficio cadente sub gratia, acceptauit infra tempus debitum, & petit sibi de illo prouideri. sequens verò in data qui idẽ beneficium acceptauit, & fecit sibi prouideri, & in possessionem induci, opponit se & dat obiectum de illegitimitate cõtra primũ, & impugnat premissam dispensationẽ, primò quia eius mater soluta ex qua per presbyterum fuit genitus erat paroeciana illius presbyteri: & cui idẽ presbyter ministrauerat ecclesiastica sacramẽta, præsertim sacramentum pœnitentiæ & eucharistiæ: & de hac qualitate non fiebat mentio in literis, quod videbatur deberi fieri, quia
1 † secundùm hoc erat filia spiritualis, vt videtur. ar. xxx. q. j. omnes. & c. se. Item dicit ꝙ tempore obtentæ dispẽsationis ille erat publicus concubinarius & manifestus: & ꝙ creauerat liberos ex quadã concubina, quã ante dispensationem & tunc & postea tenuerat: & sic † dispẽsationis mandatũ seu conditiones ibi appositæ non fuerunt purificatæ veraciter: quia tunc ille erat paternę incontinentię imitator. Quæritur vtrũ isti articuli si aliàs sint in bona forma sint in bona materia & admittẽdi & probati debent obstare dispẽsationi? Tenuerunt domini ꝙ non. Primũ enim non obstat: quia pœnitentiaria non consueuit illã qualitatẽ eriã si fuisset expressa per illum qui impetrat dispẽsationem, apponere in literis nec exprimere tales extrinsecas qualitates crimen aggrauantes: præsertim nouam speciẽ concubitus parentũ non inducentes. alleg. no. Host. de fil. presby. c. h. circa fin. & de illa qualitate recolit auditor causæ, scilicet dominus Io. bonæ bursæ qui repulsis articulis prouidit & sentẽtiauit pro primo in data cum quo fuerat dispensatum, asserens se super hoc informatũ cum illis de pœnitẽtiaria, & præsertim cum de Floren. Cardin. tunc summo pœnitẽtiario, quòd pœnitentiaria non consueuit exprimere illam
Sup. eo. dec. 2.
3 qualitatẽ. Item † quia propter ministrationẽ dictorum sacramentorum non cõtrahitur propriè cognatio spiritualis talis, sicut cũ illo quã tenuisset in baptismo, vel cui ministrasset sacramentum baptismi: vt in d. c. non facit. no. Host. in sum. de cogna. spirituali. §. & non aliquis. in
4 fi. Secundus obiectus etiam non obstat, quia illa † verba posita in mandato dispensationis, si sit idoneus, & nõ paternæ incontinentiæ imitator, potius sonant in quendã modum instructiuũ cõmissarij qualiter debeat & super quibus inquirere quàm in conditionem, præsertim extrinsecam, quæ reddit mandatum conditionale: sed dat sibi certãm formam quæ sine expressione etiam intelligeretur: vt in c. licet. de fil. presb. ergo & c. facit ff. de tut. l. muta. §. si sub conditione. de leg. j. l. iij. & quod no. Inn. de præsump. c. dudum. in prin. ij. gl. & glo. Io. And. in c. iudices. de offic. dele. in cle. etiam quod not. Innocen. de transla. c. licet. in glos. fina. & cùm appellatum fuisset ab eodem domino Ioh. & causa appellationis mihi cõmissa fuisset: de omnium dominorum cõsilio eius sententiam confirmaui: præsertim, quia illa pars quæ dederat articulos voluntariè coram me concluserat: nec petijt illos articulos admitti, & ideo fui in securo.

De Officio archidiaconi.

SVMMARIVM.

Archidiaconus agit contra subditos sibi causa visitationis sine licentia episcopi: & quid de re diuisa circa capitulum.

Decisio 1. aliàs 285.

NOTA quòd archidiaconus contra capellanos quos dicit suos subditos causa visitationis põt agere irrequisito episcopo, & capitulũ illud idem: quia agit archidiaconus ratione administrationis in re diuisa, & bonis tẽporalibus: & sic non requirit licentiam episcopi: vt cap. cùm olim. de testi. ad quod l. ciuitates. ff. quod cuiusque vniuersi. & c. edoceri. de rescrip. secundùm vnam opinionem. hoc verum cùm agitur de bonis capituli, seu non episcopalibus: & alienatione temporalium: quia illo tunc requireretur licentia superioris: vt c. j. de procura.

De Offic. archipresbyteri.

EPITOME.

1 *Archipresbyteratꝰ nõ cadit in gratia pauperũ, nisi exprimatur*
2 *Archipresbyteratus an sit dignitas.*
3 *Beneficium curatum habet magnam præeminentiam: & ideo de eo oportet quòd expresse fiat mentio, sicut de beneficio cum dignitate.*

Decisio 1. aliàs 100.

1 NOTA quòd † archipresbyteratus nõ venit in gratia pauperum, nisi dicatur etiam si archipresbyteratus existat, quia archipresbyteratus videtur habere præeminẽtiam præ cæteris alijs beneficijs simplicibus, vt sic in gratia non veniat nisi exprimatur: vt dicitur de beneficio cũ dignitate, quòd id non venit propter eius præeminentiam, nisi fieret mentio expressa: vt c. j.
2 de præb. in cle. & ista fuit communis opinio, quòd † archipresbyteratus est dignitas, * quod si nõ esset dignitas veniret in gratia: vt no. Guliel. de mon. Lau. in al. c. j. de præb. licet videatur contra quia in gratia cõmuni realiter solùm excipitur ecclesia cathedralis, de quibusdãm alijs videtur intellectum esse. Item quia ex quo pauper clericus habet beneficium cũ cura, videtur posse habere
3 archipresbyteratum: cùm † beneficium cũ cura habeat magnam præeminentiam: ideo oportet quòd expresse de eo fiat mentio, sicut de beneficio cum dignitate. cap. cùm in illis. de præb. lib. vj & habet stilus cancellariæ ꝙ debet fieri mentio an sit dignitas. vide Guil. in d. c. j. & Collect. in c. de multa. de præben.

* *Est dignitas. An autẽ archipresbyter habeat iurisdictionẽ vide in Specu. de iurisdict. aud. verſ. secũdum ea. & an habeat vocem in c. vide per Fe. in ca. cum M. ferra. de cõsti. in colum. xij. ver. in eadem glos. circa fin.*

De Officio vicarij.

SVMMARIVM.

Vicario seu officiali generali potest cõmitti potestas conferendi beneficia vacatura & recipiendi resignationes: singulari tamen personæ & de singulari beneficio committi non potest.

Decisio 1. aliàs 288.

NOTA ꝙ episcopus põt cõmittere suo officiali seu vicario gñali potestatẽ conferẽdi beneficia vacatura, & recipiẽdi resignationes: vt c. fi. de off. vi. li. vj. non tñ põt cõmittere singulari personę, & de singulari beneficio: vt c. deliberatione. §. prohibemus. de off. lega. & ita ibi not. per Io. And. & ita fuit obtentum. & videtur probare c. constitutus. de conc. preb. vide dec. infrà eo. ti. 4

SVMMARIVM.

Prior prioratus sæcularis in quo est vicarius, videtur habere curam in prioratu, & non ipse vicarius.

Decisio 2. aliàs 228.

NOta ꝙ vbi in prioratu sæculari curato est vicarius perpetuus seu tẽporalis in dicto prioratu obtinens vicariam:

vicariã: prior illius prioratus videtur habere curã illius prioratus & nõ vicarius. & ita audiui & est communis opinio, & videtur textus in c.ne in agro.§.ceterũ. de statu mona. in cle. vide Henri. in c. exposuisti. de præb.

EPITOME.

1 *Monachus simplex potest esse officialis episcopi, & locum tenens officialis, nisi opponatur.*

2 *Episcopus monachum simplicem potest auocare claustro propter negotia maximè abbate sciente.*

3 *Monachus delegatus à papa: nisi papa faceret mentionem de monachatu procedendo an faciat processum nullum?*

Decisio 3. aliàs 284.

1 NOta q̃ † monachus simplex potest esse officialis & locum tenens officialis, cùm tamen detur ab episco
2 po. Et est ratio. quia † episcopus monachum simplicem potest auocare claustro propter negotia, maximè abbate sciente. & sic valeret sententia lata à tali monacho, maximè si ab initio non esset oppositum. ar. no. per Inno. in c. suscitatus. de rescrip. & no. Io. An. in c. fi. de cleri. cõiu.
3 delegatus † autẽ à papa non posset dari nisi papa faceret mentionẽ de monacho. no. in c. statutum. in verbo canonicis. de rescrip. lib. vj. & quod no. in l. Pedius. ff. de arbi. ad quod c. religiosus. de procur. in cle. quia papa faciliori modo potest decipi quam ordinarius. Specula. tamen tenet tit. de offi. lega. §. superest videre. ver. nunquid. quod monacho simplici non potest delegari sine licẽtia papę. de quo dic vt ibi, tamen maior pars determinauit primam partem. quia potest nisi opponatur ab initio. in c. præsentium. xvj. q. j. vide in cle. ij. de rescrip.

SVMMARIVM.

Collatio beneficij vacaturi non potest committi singulari personæ, sed bene generali vicario: secus si beneficium vacasset.

Decisio 4. aliàs 327.

NOta q̃ licet ordinarius vel habens potestatem conferendi beneficia possit committere vicario suo generali, & concedere potestatem cõferendi beneficia. certæ autem personæ non potest de beneficiis vacaturis talem potestatẽ concedere: vt no. in c. deliberatiõe. de offi. lega. per Io. An. in fi. Vbi aũt beneficium esset vacans, habens potestatẽ conferẽdi tale beneficium: in alium talem potestatẽ transferre põt: quia vbi vacat cessat ratio. quare de vacaturo non põt concedere. vide suprà dec. j. eo. ti.

SVMMARIVM.

Vicarius perpetuus petendo decimas & iura parœcialia habet intentionem fundatam de iure communi.

Decisio 5. aliàs 342.

NOta q̃ cùm vicarius perpetuus videatur fundare intentionẽ suam de iure cõmuni petẽdo decimas, quia pecuniæ sunt sibi assignatæ pro sustentatione vitę, videtur fundata intentio vt sit vicarius, & possit decimas & iura parœcialia petere, aliàs nõ. sic intelligitur c. G. perpetuus. de fide instru. cum ibi not. per Ber. & per doct. in c. j. de offic. vica. in clemen.

EPITOME.

1 *Episcopus tenetur ad restitutionem damnorum per officialem suum iniustè datorum.*

2 *Imputandum est ei qui opera malorum hominum vtitur.*

3 *Procuratoris generalis dolus nocet domino.*

Decisio 6. aliàs 432.

Episcopus. Adde decis. in eo. tit. per Bisig. & 6. supra e. ti. j. no.

1 NOta † vtrum * episcopus teneatur ad restitutionem damnorũ datorum iniustè vel iniuriosè per officialem suum vel vicariũ. Et videtur q̃ sic. per ea quę habentur de resti. spol. c. j. ibi recolligitur. per Io.
2 An. in nouel. super verbo, hominibus. & etiã † imputatur ei qui opera malorũ hominum vtitur. ff. de ac. & ob. l. ex maleficio. & instit. de obli. quæ ex quasi male. §. fin. sibi enim debet imputare, qui tales elegit. ff. de minori. l. cũ mandato. pro hoc videtur textus in auten. vt iudi. sine quoquo suffra. §. licet eos. in fi. & vide quod ibi scripsi. Item vide ad hoc quod no. gl. & plenius per Hostien. extra vt lit. nõ contest. c. j. pro hac parte facit ff. de offi. præfec. l. iiij. §. proficisci. in auten. de iudi. §. nullo. cũ. §. fe. & ibi no. C. de custo. l. consentanei. C. q̃ metus cau. l. si per
3 impressionẽ. in fi. pro hoc. dolus † procuratoris generalis nocet domino. ff. de excep. do. l. apud Celsum. §. quæsitum. in fi. ff. ad Trebel. l. procura. in princ. pro hoc facit de ędil. edic. l. j. §. ij. præsertim si potuit eũ prohibere & non prohibuit: quia nõ caret scrupulo societatis occultę qui manifesto facinori nõ desinit obuiare. lxxxiiij. di. error. extra de sent. excõ. c. quàm te. cũ ibi no. vel postquã sciuit nõ correxit. quia tunc videtur consocius tacitè vel expressè. ar. C. de fal. mo. l. j. §. domus. C. de his qui à latro. l. ij. §. idem C. de incest. nup. l. cùm aũt aliàs. §. si verò dominos. pro hoc aũt ff. de his qui deiecer. vel effude. l. si verò. §. positũ. facit quod no. Io. An. in nouel. extra de sen. excõ. eo. §. cũ quis. super ver. ratũ. li. vj. & ibi Io. mo.

SVMMARIVM.

Vicarius habens potestatem conferendi beneficia potest conferre etiam dignitates.

Decisio 7. aliàs 437.

*Episcopus. Add. Fel. in c. causam quæ. de rescrip. nu. 52.

NOta vtrum vicarius cui *episcopus dedit potestatẽ conferẽdi beneficia, possit conferre dignitates dato q̃ de eis nõ sit specialiter data potestas. Fuit dictũ quòd sic. quia hoc casu nomẽ beneficij largè sumi debet, cùm nõ sit materia ambitiosa. ar. de verb. si. c. tua. & de præb. c. dudum. li. vj. cum ibi no. per Io. Andr. circa princi. super ver. beneficia.

Decisio 8. similis est suprà nu. 2. de offic. vica. in No. ideo ad eam recurre.

SVMMARIVM.

Episcopus non potest committere vicario suo ea quæ postmodum sunt ipso episcopo deleganda. & an possit committere alteri dispensationem sibi commissam.

EPITOME.

1 *Committi an possint alteri committenda.*

2 *Iurisdictio nondum competens committi non potest, vt valeat tempore quo competat.*

3 *Mandata sub vniuersitate an veniant futura.*

4 *Fidecõmisso vniuersali nõ veniũt quæ pars capit extrinsecus.*

5 *Episcopus cui commissa est potestas dispensandi an possit eam alteri committere.*

Deci. in c. quoniam abbas. de offi. deleg. Alex. in l. & quia. ff. de iurisdi. omn. iudi. Fel. in c. pastoralis. §. quoniã. col. 9. ver. adde. de rescri. & in ca. cùm te. col. 16. vers. per quæ vltimo eo.

Decisio 9. aliàs 847.

EPiscopus constituit vicariũ suum cui dedit latissimè potestatẽ, & inter cætera capitula dedit sibi potestatẽ dispensandi in omnibus casibus in quibus ipse posset sine auctoritate ordinaria siue delegata etiam apostolica sibi cõmissa vel cõmittenda. Post datã istius vicariatus Papa mãdauit episcopo q̃ dispẽsaret cũ quodam illegitimo q̃ posset ad omnes ordines promoueri & etiã obtinere beneficia curata, si eũ reperiret idoneũ & incõtinentiæ paternæ non imitatorẽ vt in forma cõsuera. Quæritur an vicarius suus prædictus posset cũ eo dispensare? Et hîc sunt duæ quæstiões sub vna. Primo an
1 † episcopus possit cõmittere sibi cõmissa seu cõmittẽda: vt si postea aliqua cõmittantur, eius cõmissio virtute talis cõmissionis per prius factæ possit illa expedire? Et hîc quidam dicebãt q̃ sic. ar. ff. de seruit. vrb. prædio. l. si seruitutis. §. futuro. & quod no. extra de eccl. ædi. c. ad audientiã. præsertim quia episcopus post cõmissionem sibi factã perdurauit in eadẽ voluntate: ergo extunc videatur cõmisisse. ar. ff. de offi. proconsul. obseruare. §. fi. maximè quia multa transeunt cũ vniuersitate, quæ cõmittebãtur. ar. l. in modicũ. de cõtrahen. emp. præsertim q̃ a facta fuit specialis expressio. arg. l. j. §. illud. ff. de hęred. vel ac. ven. nã sub vniuersitate veniũt futura. ar. l. quæsitum. in fi. j. respõ. de pecu. quę ita concor. cũ l. non põt videri. ff. de iudi. & ibi no. pro quo. C. de appel. l. amplioré. §. fi. præsertim, propter identitatẽ iurisdictionis quę est inter potestatẽ seu iurisdictionẽ episcopi & vicarij seu officialis sui: quia eorum idem est consistorium: vt in c. non putamus. de cõsue. quia in habẽtibus simbolum & c. ar. l. in rem. §. item quocũq; de rei ven. C. de adop. l. cùm in adoptiuis. cũ concor. præsertim quia sequi posset magnum periculum si cõtradiceretur. Nã si oporteret episcopũ longa absentia vel infirmitate impediri: nec posset officiali vel vicario suo etiã auctoritate sibi apostolica commissa vel aliàs cõmittenda cõmittere: sequeretur q̃ multa negotia quę romana curia nõ consueuit nisi ordinarijs cõmittere, in expedit remanerẽt, quod inconueniens videtur. pro hoc alle. quod no. Io. An. in nouel. extra de elec. c. si cõfirmationẽ. in illa quę. an metropoli-

tanus posit cõmittere potestatẽ cõfirmãdi electionẽ fien dam. Alij verò dicebãt cõtra. q a quod nõdum est: cõmitti
2 non põt. ar. l. non põt videri. de iudi. & quia † iurisdictio seu potestas nondum cõperens nõdum videtur posse cõmitti etiam vt valeat cõmissio in tempore quo cõperat. ar. c. romana. §. j. de offi. archid. sed Io. An. ibi respondet & in c. si confirmationẽ. ibi oĩno vide. pro quo quia iurisdictio quæ nondum competit, non potest rata haberi: vt l. licet. de iudi. ergo & c. nec ante mandari. quia ista ęquiparantur, postea ratum haberi, vel ante mãdari: cùm ratihabitio retrotrahatur, & mandato anteriori compa
3 retur: vt l. fi. C. ad Macedo. Nec obstat † q sub vniuersitate mandata veniunt futura. quia verum est futura, quę sunt vel erunt de natura illius vniuersitatis: cuiusmodi non sunt specialiter auctoritate apostolica demãdanda, quæ non continentur sub potestate ordinaria episcopi: imò cómittuntur sibi extrinsecus & tanquam vni alteri
4 singulari persona, & ideo nõ veniunt sicut † etiã in fidei commisso vniuersali non veniunt ea quæ pars capit extrinsecus & nõ iure hæreditario: vt ad Trebel. l. in fideicommissaria. §. j. & fi. cũ concor. Nec obstant no. in c. cõfirmationẽ. quia ibi potestas confirmãdi electiones si & cùm fierent ratione suę ordinarię potestatis cõpetebat. ergo non mirũ si tunc poterat cõmittere antequam fuerat electus: cùm tũc haberet potestatẽ inclusam sub vniuersitate iurisdictionis suę ordinarię, licet exercitiũ non dum haberet actu, sed habitu. Sed in casu nostro episcopus prędictus nullam potestatẽ inclusam sub potestate ordinaria habebat in causis cõmittendis sibi auctoritate apostolica: nec exercitiũ actu nec habitu: & ita nõ videtur quod ante potuerit cõmittere. Secunda quęstio quæ
5 est in præmisso dubio est, an episcopus † cui cõmissa est potestas dispensandi per modum pręmissum possit eam alteri cõmittere. Quidam dicebant q nõ, per c. fi. de off. dele. vbi videtur tex. Alij verò dicebãt quod imò, ex quo cũ causę cognitione, scilicet si ille cũ quo esset dispensandum fuerit idoneus, & non fuerit paternæ incõtinentiæ imitator: nã tunc propter causę cognitionẽ annexam cẽsetur nõ nudus minister: nec aliàs constat q personę industria sit electa: & ideo potest cõmittere. quia illud c. fi. debet intelligi quãdo nudum ministeriũ dispensandi est commissum sine quacunq; causę cognitiõe: vt ibi no. per Inno. & Host. circa fi. Alij verò dicebant q licet tunc cõmittitur cũ causę cognitione seu inquisitiõe potestas dispensandi, ea quę sunt causę cognitiõis cõmitti possunt: ea tamen quę concernunt factũ causæ cõmissæ dispensationis non possunt cõmitti. & sic dicebant q Pau. intelligit dictum c. fi. in cle. iudices. de offi. delega.

De Officio delegati.

SVMMARIVM.

Executor apostolicus non potest subdelegare causæ cognitionem, nisi qualificato: iuxta cap. statutum. de rescript. in vj. meram autem executionem sic.

Decisio 1. aliàs 99.

Suprà de rescrip. 32.

NOTA q executor datus in literis gratiæ nõ potest mandare subexecutori nisi sit persona habilis, de quo cauetur in c. statutũ. de rescri. lib. vj. q talis executor habeat potestatem cognoscendi seu assumendi officiũ iudicis: nudum autẽ ministerium simplici presbytero seu curato bene posset de mandare: vt no. Arch. in c. alleg. super verbo, causæ. & ad hoc facit lex q nudũ ministeriũ possit transferri in aliũ licet non iurisdictio, nisi aliàs esset persona habilis ff. de sta. libe. l. statu liberi. §. fi. & vide dec. 31. suprà de rescrip.

SVMMARIVM.

Si episcopus suo officiali cõmittat causas præsentes & futuras: & demùm papa episcopo aliquam causam committat: de illa officialis eius cognoscere non potest.

Alex. in l. & quia. ff. de iurisdi. omni. iudi. Dec. in ca. quoniã abbas de offi. delega.

Decisio 2. aliàs 157.

NOta q vbi episcopus cõmittit officiali causas præsentes & futuras: si episcopo cõmittatur causa per papã: propter hoc officialis de ista causa cognoscere non poterit: cum tẽpore cõmissionis sibi factę episcopus non haberet iurisdictionẽ: & sic non poterit cõmittere officiali. ar. c. j. de offi. vica. lib. vj. licet videretur contra, per nota. & alleg. in c. ad audientiam. de eccle. ædifi. & quod not. Ioan. And. in c. si confirmationem. de electio. lib. vj. licet Ioan. monac. ibi contra.

SVMMARIVM.

Causa diligenter est antequam in relationem ponatur inuestiganda.

Decisio 3. aliàs 761.

SCiẽdum q quicũque auditor alicuius causæ vel alius iudex debet videre diligenter processum causę & elicere bene & prudenter dubia elicienda super quibus debet habere concilia ab alijs dominis auditoribus: & etiam si haberet causam ponere in relationibus collatio nare cum aduocatis partiũ qui debẽt allegare: ne postea possint dicere auditoribus in relationibus vel post relationes quòd alia dubia dimisit, sicut multõties faciunt aliqui aduocati.

SVMMARIVM.

Executores gratiarum apostolicarũ ad executionem eorum quę in cõmissione literarum continentur procedere non possunt, nisi prius literas prædictas receperint.

Decisio 4. aliàs 794.

PRonuntiatio facta fuit per dominum Petrum Flandini Cardi. tit. sancti Eustachij ex commissione sibi facta per papam Gregorium x. Auinionen. die lunę xvj. mensis Ianuarij Anno à natiuitate domini. M. ccc. lxxxiij. pontificatus domini Grego. prædicti anno. iiij. Christi nomine inuocato pro tribunali sedente, & habẽs solum Deum præ oculis habita inter nos & cum multis peritis deliberatione matura de ipsorũ consilio pronuntiamus & decernimus executores quoslibet gratiarum per sedem apostolicam deputatos non posse de iure procedere ad executionem eorum quæ in cõmissione suarum literarum continẽtur, donec suas receperint literas præsentes. pro hoc facit c. cùm in iure. de offic. dele. & c. vt debitus. de appel. & c. ij. eod. titu. vide Collect. in c. ex conquestione. de restit. spolia.

SVMMARIVM.

Cõseruator vbi est datus ad certum tempus: finito tẽpore finitur eius officium etiam quoad negotia cœpta.

Decisio 5. aliàs 318.

NOta quòd vbi conseruator est datus ad certum tempus, finito tempore finitur negotium cõseruatorum etiam in negotijs cœptis: vt not. Io. And. in nouel. in c. fi. de of. dele. li. vj. ad quod facit c. fina. de procu. in clemen.

SVMMARIVM.

Capitulum sede vacant. non succedit in iurisdictione delegata episcopo.

Decisio 6. aliàs 354.

NOta quòd capitulum sede vacãte non succedit in iurisdictione delegata episcopo. * per not. Io. And. in c. ad abolendam. de hære. in vlti. gloss. in nouel. qui hoc tenuit in deleg. à iure, quod fortius est. licet Io. mo. contra in c. vn. de maio. & obe. lib. vj.

** Episcopo. Adde Felŷ in c. eam te. de rescript. in xv. col. versicu. in mandato.*

SVMMARIVM.

Literæ sigillatæ sigillo executoris cũ iuramento partis creditur.

Decisio 7. aliàs 574.

VTrum credatur executori testificanti sub sua litera sigillata sigillo suo illũ super cuius gratia fuit deputatus executor acceptasse? Quidam dicebant quod nõ, quia non testificatur de facto suo sed alieno scilicet impetrantis, tunc enim * creditur literæ & sigillo executoris, cùm testificatur de facto, siue de his quæ sibi fuerunt commissa: vt puta quòd prouidit, vel eum fecit recipi, & eum in possessionẽ induxit. iuxta not. per Cõpos. in c. capitulum sanctæ crucis. de rescript. & facit l. magis puto. §. ne tamen. in glo. super verbo, viatorem. ff. de rebus eorum quæ sub tu. vel cura sunt. Tamen maior pars tenuit quòd sãtis credi debet saltem cum iuramẽto partis, quia satis acceptatio quæ communiter interdum consueuit fieri ante executionem, est de circunstãtijs negotij sibi cõmissi, cùm sit necessaria ad prouisionem faciendam per eum, & satis vicina mandato facit ff. iudi. sol. iam tamen. §. quòd tamẽ. pro hoc, quia creditur literis executoris

Infr. de prec. dec. 15.

** An autẽ literis arbitrorum credatur vide Ab. in c. post cessionẽ. de probat. in xij. col. & ibi Fel. vbi videtur tenere, quòd literis arbitrorum nõ credatur: quia censentur litera priuata.*

ris executoris per modum actoris confectis designatis loco & tempore de & super appellatione per partem interposita, vt per eum causa ad curiam deuoluatur: vt no. Compost. de electio. cap. statuimus. in iij. colum. §. item quæritur. de modo probandi vide dec. 16. infrà de proba.

SVMMARIVM.

Iurisdictio delegati expirat per remissionem causæ ad seniorem.

Decisio 8. aliàs 719.

DIc quòd iurisdictio delegati iudicis vel auditoris expirat multis modis inter quos est vnus quando remittitur causa ad seniorem: vt not. in capitu. ex literis. de officio delega.

De Officio legati.

SVMMARIVM.

Legatus habens potestatem conferendi beneficia certo modo reseruata, non potest aliter reseruata conferre. 1

Decisio 1. aliàs 162.

NOTA quòd vbi est data potestas legato quòd possit conferre beneficia apud se. apostoli. vacantia: non propter hoc conceditur quòd quæcunque beneficia reseruata possit conferre: quia potest esse beneficium reseruatum quod proprie non erit vacans apud sedem apostolicam. argumentum nota. in capitu. cùm in tua. de consuetudini. libr. vj. super versicu. non existat. per Archidiaconum. & in capitul. præsenti. & c. statutum. de præbendis. lib. vj.

SVMMARIVM.

Legatus non tenetur edere suam potestatem.

Decisio 2. aliàs 176.

NOta quòd legatus exigens procurationes non tenetur ostendere originalem potestatem: vt no. Io. An. de off. leg. c. j. & Hostien. in cap. procuratores. de censib. 3

EPITOME.

1 *Legatus de latere potest vnire ecclesiam parœcialem vni dignitati etiam episcopali ex causa rationabili.*

2 *Vnire iurisdictionis est & præscriptibile.*

3 *Legatus habet ordinariam in prouincia sibi decreta, & statuta perpetua facere pōt: & confirmare electos etiã exemptos.*

Decisio 3. aliàs 459.

1 NOta quòd † secundùm maiorem partem dominorum legatus de latere potest vnire parœcialem ecclesiam episcopali vel alij dignitati ex causa rationabili: quia hoc potest episcopus: vt in capit. sicut vnire. de excessio. prælat. & quia ipse maior est ordinario in prouincia sibi decreta. de officio ordina. cap. j. & ij. libr.
2 vj. ergo ipse potest facere hoc. præterea † vnire iurisdictionis est & præscriptibile per inferiorem episcopo: vt notat Ioannes Andr. in clementi. ne in agro. de statu monachor. §. ad hoc. ergo per legatum hoc poterit fieri qui
3 † iurisdictionem ordinariam habet in prouincia sibi decreta, & statuta perpetua facere potest. de officio deleg. capit. nemini. & confirmare electos etiam exemptos. de electio. capitu. si abbatem. libr. vj. nec iste est de casibus reseruatis not. in capitu. quòd translationem. de officio legat. ergo hoc facere potest. ita notat Ioannes Andr. in additio. Specula. titu. de leg. §. nunc ostendendum. licet Specula. in versicu. xj. videtur sentire contrarium hoc etiam videtur & dicitur tenuisse Frederi. de Senis in cõsilijs suis. Non obstat capito. fina. de confirma. vti. vbi videtur Innocen. & Hostien. & Abb. tenere quòd legatus non potest vigore legationis vnam ecclesiam subijcere alteri, vel in perpetuum cõferre alicui monasterio quia loquitur in exemptis, & non de tali donatione per quam præiudicaretur nimium ordinario: & totaliter à sua iurisdictione vel obedientia eximeretur, & subtraheretur. quod non contingit in vnione. licet fortè per eam auferatur collatio: tamen non subiectio, nec obedientia seu correctio quod contingebat in casu c. supradicti.

SVMMARIVM.

Legatus habens potestatē beneficia qualitercunq; vacantia cõferendi nõ potest conferre beneficia vacãtia per cõstitutionẽ execrabilis, vel aliter reseruata generaliter. 1

EPITOME.

1 *Executor licet possit prouidere de beneficio ad papam deuoluto, non tamen de reseruato.*

2 *Legatus habens potestatē resignationē ex causa permutationis recipiēdi & personas trasferēdi nõ poterit tamē se intromittere de beneficijs reseruatis generaliter vel specialiter.*

3 *Beneficiũ principis in sui prãiudiciũ est latissimè interpretandũ.*

Decisio 4. aliàs 460.

NOta. Legatus siue nuntius habens potestatem à papa beneficia qualitercunq; vacantia & indebitè occupata conferendi: non potest beneficia generaliter reseruata per cõstitutionem execrabilis, vel alio modo vacantia conferre. quia in hoc generali mandato nõ veniunt, & c. c. fi. de offi. lega. lib. vj. facit c. quamuis. ij. de prẽben. eod. lib. & c. dudum. eod. tit. quia in illis potestatibus non veniunt generaliter reseruata. pro hoc etiam alle. cle. si de beneficio. de prẽben. cum ibi no. Nam licet † executor impetranti possit prouidere de beneficio ad papam deuoluto: nõ tamen de reseruato. pro quo etiam faciũt no. per Arch. in c. cùm in tua. de cõsue. li. vj. super ver. non excommunicas. pro quo etiam alle. do. Fred. de
2 Senis in tractatu suo * de permuta. ℘ † legatus habens potestatem resignationes ex causa permutationis recipiendi, & personas transferendi: tamen non potest se intromittere de beneficijs reseruatis generaliter vel specialiter: vt in c. dudum. de prẽb. superius alle. dicebãt etiam ℘ decretum & prohibitio c. ij. de præb. lib. vj. locum habet in omnibus reseruationibus generalibus. & quod ibi dicitur de beneficio in curia vacante ponitur gratia exempli & non aliàs. propterea quando papa vult ℘ nuntij vel legati sui possunt etiã de beneficijs reseruatis prouidere, id in concessione solet exprimere. ergo nisi illud exprimat, denegare videtur. de deci. c. ad audiẽtiam. do. Ruber. contra propter ver. generale, qualitercunque. & † quia priuilegium principis in sui præiudicium est latissimè interpretandum: de verb. signi. c. olim. de dona. c. cùm dilectus. de regu. iur. c. decet. cum simil. qui tamen post relationes suas in eadem causa mutauit propositum & in dicta conclusione consistit.

* *Tractatu suo. Quẽ tractatum inuenies in quodã paruo lib. qui continet multos tractatus, videlicet de testibus & de multis alijs.*

De Officio ordinarij.

SVMMARIVM.

Prælatus vel prælatissa pōt creare vicarios tẽporales.

Decisio 1. aliàs 260.

NOTA. glo. est, ℘ vbi plenariè quantum ad spiritualia & temporalia pertinet, iurisdictio ad prælatum vel ad prælatissam ecclesiæ: prælatus potest ibi ponere vicarium temporalem: vt not. Io. An. in c. frequens. de excess. prælat. in clemen.

SVMMARIVM.

Episcopus potest transferre monachum ad beneficiu sęculare: ita ℘ beneficium tale monasterio vniatur & regatur per monachum: licet aliàs expressè non dispensęt super translatione monachorum.

EPITOME.

1 *Superior vbi actum explicat cum causa cognitione: videtur super tali actu dispensare, etiam si expressè non dispensęt.*

Decisio 2. aliàs 20.

NOta ℘ episcopus potest transferre monachum ad beneficiũ sęculare: ita ℘ beneficium tale vniatur monasterio monachorũ, & regatur per monachũ: vt no. Archi. in c. cùm de beneficio. de prẽb. li. vj. Sed nũquid in isto casu si episcopus tale beneficiũ sęculare vnię do monasterio monachorũ statuẽdo quod beneficiũ prędictũ per monachos regatur, aliàs tamen nõ dispensat expressè super translatione monachorũ seruientiũ in dict. beneficio sęculari, an talis vnio valeat cũ de dispensatiõe vnionis nõ fiat mentio? Et videtur quòd valeat, per c. nõ potest. de prẽb. li. vj. in fi. cũ ibi not. per doc. in c. licet. de elec. super verbo, carere. & per Inn. de prẽb. c. literas. In
1 contrariũ videtur. quia † vbi episcopus facit actũ vel superior cũ causę cognitiõe videtur super tali actu dispen-

sare: posito quòd expressè non dispensetur vt videtur not. Inno. in cap. veniens. de filijs presbytero. Nam ex quo episcopus scit personam inhabilem ad actum ad quem admittit, personā videtur ad talem actum habilitare. ar. l. idem Vlpianus. de excusat. tuto. de re iudi. l. quidam cō sulebant. de bono. poss. l. seruus. si messor fal. mod. dix. l. j. §. fina. ad quod not. in c. pastoralis. super verbo ex certa scientia. de officio delegat. & ista fuit communis opi. in rota. Nec obstat c. non potest. quia ibi erat ꝙ fiebat sine causę cognitione. Item posito ꝙ ibi aliud beneficium ex primeretur: non tamen apparet quòd exprimeretur beneficium esse curatum. & ideo ibi clausula non obstante. non potest operari dispensationem.

Decisio 3. aliàs 136.

Eandem inuenies suprà in nouis sub titulo de filijs presbiterorum. titu. secundo.

SVMMARIVM.

Processus formatus in partibus coram Vicario alicuius Episcopi licet per literas patentes non probetur eius potestas, dūmodo à partibus nō negetur, faciet fidē.

EPITOME.

1 *Vicarij potestas vbi a partibus negetur, necessariò venit probanda per habilitantem nominationem & reputationem ad hoc vt acta per eum valeant.*

Decisio 4. alias 499.

Supra in no. de offi. vic. 1.

NOta valent acta actitata in partibus coram officiali alicuius episcopi licet non probetur per literas patentes eius potestas, dummodò à partibus nō negetur: quia ordinarius est de consuetud. c. ij. de appell. cap. romana. libro sexto. si verò ab aliqua partium negetur eius potestas tunc oportet quòd probetur: quia per negationem sit res dubia. l. inter stipulantem. de verbor.
1 obligatio. sed † tunc sufficit probare habilitatem nominationem & reputationem ad hoc quòd acta per eum valeant. per l. Barbarius. ff. de officio præsid. & not. in ca. nihil. de electio.

SVMMARIVM.

Auditor cameræ non habet iurisdictionem nisi inter curiales existentes in curia romana.

Decisio 5. alias 728.

NOta ꝙ auditor cameræ apostolicæ non habet potestatem nisi in cortesanos existentes in curia roma. nisi papa sibi det. & ita seruat Rota.

De Officio iudicis.

EPITOME.

1 *Iudex qui attentata reuocauit incidenter, potest postea condemnare in expensis.*
2 *Attentatorum causa dicitur summaria in quæ ex officio non seruato iuris ordine proceditur.*
3 *Sententia super attentatis dicatur interlocutoria.*

Decisio 1. aliàs 474.

1 NOta, si † attentata lite pendent. petantur reuocari ante omnia incidenter iudex reuocando ea licet non condemnet in expensis, postea poterit condemnare: cùm dicta pronuntiatio siue sententia censeatur inter
2 locutoria non diffinitiua, & sic non fuit functus officio suo. de officio delega. ca. in literis. & † quia super huiusmodi reuocatione attentatorum proceditur ex officio & summariè, non seruato iuris ordine, & ante finē negotij principalis, & ideo † non dicitur diffinitiua sed inter
3 locutoria. argument. not. per Innocen. de rescript. capit. ex parte. de maior. & obedien. capitu. dilecti. de appella. capitu. non solùm. per Ioann. Andr. faciunt not. in clem. vn. de seq. vide infra de re iudi. decis. 25.

De Pactis.

EPITOME.

1 *Pactum vel iuramentum primo expectantis quòd non acceptabit certum beneficium in præiudicium secundi valet.*
2 *Ius futurum per pactum remitti potest.*

Decisio 1. aliàs 123.

1 NOTA quòd † vbi primus impetrās promittit per pactū vel per iuramentum non acceptare beneficiū quod vacabit in præiudicium secundi impetrantis, quòd valet talis conuentio. arg. no. in c. inter. de renū.
2 quia † ius futurū potest remitti maximè per pactum: vt l. j. C. de pact. iunct. l. cùm quoddam. ff. de iure fisc. & not. in c. nulla. de concess. præbend. & in c. ex multiplici. de dec. in gloss. & vide ibi haberi.

EPITOME.

1 *Denarios grauiores à leuioribus eligere: & grauiores in massam conflare leuiores expendendo non licet, etiam si cussor tales denarios mixtim ediderit. & per titu.*
2 *Deceptio quæ non transcendit dimidiam iusti pretij an sit licita. & nume. 4. & 5.*
3 *Moneta tria necessario habere debet.*
4 *Contrahentibus non licet circa quantitatem vel qualitatem ponderis vel mensuræ in mercibus se decipere.*
6 *Aequalitas debet inter contrahentes obseruari.*

Decisio 2. aliàs 848.

1 CAsus talis † est. Dominus ciuitatis tradidit cudentibus pecuniam massam argenti isto pacto, quòd de qualibet libra argenti ad pondus illi redderent centū denarios boni argenti sicut est illa massa: ita quòd centum denarij sint ponderis in puncto vnius libræ ad pondus. sunt autem inter illos denarios aliqui leuiores aliqui grauiores. mercator autem qui de mercibus suis licitò modo habet de prædictā pecuniā, vel campsor qui emit de ea cum florenis suis ponderat singulos denarios grauiores inde eligit & cōflat in massam, & inde lucratur leuiores postea expēdit & emit inde florenos: Quæritur nunquid lucrum istud sit licitum, ita quòd non teneatur illud restituere? Confessori qui habuit istum casum videbatur illud lucrum illicitum: & quòd ille teneretur ad restitutionem. Nam ille primò lucratur cum iactura populi, quia licet quilibet denarius valeat duodecim, & expendatur pro duodecim communiter: tamen habens centum denarios, licet habeat valorem vnius libræ massæ argenti ad pondus si habet eos mixtim communiter graues & leues, si tamen habet cētum leuiores nō habet valorē tantum, & pecunia habet multiplicem vsum. Nam pecunia non solùm expenditur sed etiam thesaurizatur. & si teneat eā aliquis in longum tempus cum pecunia erit interdicta & non habebit cursum, plus damnificatur habens leuiores quàm habens mixtim leuiores & grauiores. idem cōtingit si pecunia interdicatur. idem si transferat eam ad patriam alienam, & dominus faciens talem pecuniam videtur nolle quòd expendatur & cursum habeat, & communiter eā tradat, & licet non interdicat talem conflationem fieri: satis tamen verisimile est quòd nolit eam fieri: & quòd velit reipublicæ fieri illud commodum, quòd pecunia eorum plus valeat. Vnus verò reuerendus dominus hoc dicit, ꝙ tale lucrum est licitum, quia ille conflat rem quæ legitimè sua est: & potest de ea facere quid vult, & licet cētum denarij leuiores minus valeant quàm vna libra ad pondus: tamen hoc non sufficit, nec facit lucrum illicitum, quia † deceptio quæ non transcendit dimidiū iusti 2
pretij est licita: & princeps concedit contrahentibus ꝙ mutuo se decipiant: & quilibet duodenus habeat de cōmuni cursu quòd valeat duodecim denarios & non aliter: allegat * videtur mihi quòd cōfessor bene dicat per rationes suas. Itē quia si talis electio denariorum leuiorum & debiliorum à fortioribus seu grauioribus esset licita & permitteretur sine peccato, sic posset contingere in quolibet mercatore vel alio talem electionem faciente: cùm generaliter tota pecunia principis vel magna pars eius posset legitimo pondere defraudari: & sic eius cursus consequenter diminui in valore, quod esset inconueniens: cùm nō debeat esse in potestate inferioris ordinationes principum irritare vel defraudare. argumentum iurium communium iuncto capitulo, quanto. extra de iureiurando. Vbi videtur textus pro dicto confessore. Si enim princeps peccat pecuniam quam facit legitimo pondere defraudando vt ibi: multò fortius ergo

Videlo. nider in tract. de cō tract. mer. in primo c. col. 5.

* *Allegat. Lege aliàs, vt sensus sit, qui stante dictione illa allegat esse nō potest, & si vetusti codices eam referant.*

tius ergo peccant inferiores. Item pro ista parte videtur textus expressus si non calumnietur. C. de veteris numisma. potestate. l. j. libr. xj. vbi textus iubet denarios principum authoritate formatos ita tradi ac susci pi ab ementibus & distrahentibus, vt nihil omninò refragationis seu refutationis oriatur, nec aliquid fieri quò minus debiti sint ponderis & speciei. In hac etiam ratione facit l. quæcunq; ff. de falsi. vbi prohibetur ne quis posset radendo vel minuendo circa pecuniã immutare: aliâs punitur pœna falsi. Item hoc probatur sic. quia † de iure sunt necessaria tria in qualibet moneta, scilicet quãtum ad intrinsecam substantiam pecuniæ scilicet proba materia: iustum põdus, & imago seu subscriptio principis: quorum altero deficiente non censetur proba moneta: sed reprobatur: vt probatur & notatur per doc. ff. de contrahend. empt. l. j. & in di. l. j. C. de veteris numismatis potestate. iunct. l. Quintus. §. pen. ff. de auro & argen. legat. & notatur per docto. in d. c. quanto. Cùm igitur per talem electionem si foret licita, posset in vno de substantialibus defraudari, scilicet in pondere: ergo non sit licitum. Item princeps tales denarios faciendo quorum nõ solent singuli pergentes eis vtẽtes ponderari, forsan propter eorum multitudinem vel valoris cuiuslibet paruitatis & quorum etiam singulos esset quasi impossibile seu saltem nimium difficile per operarios eorum seu monetarios ponderare, & sub certo pondere fabricare, videtur inuicem vnum cum alio recompensare velle: & sic etiã compensatos expendi: & per consequens cõmittere fortunę quis debiliores vel fortiores habeat, quando pergentes expenduntur: & etiam eorum intrinsecum valorem in pondere consistentem referre velle ad singulos denarios in se seu ad libram seu marcam eorum & per tale pondus libram vel marcam facit eos de monetis suis per suas gentes campsoribus expediri seu tradi. sic ergo non videtur ꝙ priuati possunt inuicem talem electionem denariorum debilium à fortioribus facere. quia sic auferrent illam mutuam compensationem & fortunam, & quòad pondus librę vel marcæ intrinsecam bonitatẽ ad quam princeps se retulit: & sic contra principis intentionem venirent, & eius pecuniam legitimo pondere de fraudarent, quod non videtur concessibile: cùm intentio principis regulet omnia facta sua: & sic non licet eius verba nec eius intentionem fraudare. ff. de legi. l. cõtra legem. cum concor. pro ista parte etiam videtur tex. 4 ff. de argen. & aur. lega. l. j. & ij. Item † non licet contrahentibus circa quantitatem vel qualitatem ponderis vel mensuræ in mercibus se decipere: nec circa pondus vel mensuram mercis aliquid immutare: vt extra de empt. & ven. c. ij. de do. arbitr. §. de eo. ff. de actio. emp. l. si quis à me. cũ concor. sic ergo nec in pondere pecuniæ datæ pro pretio vt ęqualitas seruetur vbiq; . Non obstat quod dicitur per tenentẽ contrariam, ꝙ potest quis facere de suo ꝙ vult. quia illud salua sua gratia non est simpliciter verum, præsertim in monetis vbi tota eius potestas dependet ab ordinatione principis & eius intentione. C. de fal. per totum & iuribus superius allegatis. Item non potest quis in suo nec de suo facere quod vult, per quod immittit indebitè aliquid in alieno: prout facit iste sic eligens pecuniam bonã & debilem alijs tradendo. ergo, &c. ar. ff. si seruit. vendi. l. sicuti. §. Aristo. cũ ibi not. Non 5 obstat etiam quod dicitur, ꝙ † deceptio non transcendens dimidium iusti pretij est licita. quia salua eius gratia illud non est verũ si fiat dolosè, & ex certa eius scientia aliquid machinando contra eũ cum quo contrahit vt expresse no. glo. in l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. locat. & ff. de mino. l. Pomponius. §. j. aliâs est. §. sub l. in causæ. & no. per doc. extra de emp. & ven. c. cùm dilecti. & de testi. c. causam quæ. Constat aũt ꝙ taliter eligens pecuniam ex certa scientia & dolosè talem electionem machinatur per quã aduersarius decipitur. ergo &c. Itè illa regula ꝙ deceptio circa mediam sit licita, non est vera in deceptione proueniẽte occasione vitij vel defectus rei deductę in contractu: vt l. Iulianus. in prin. & per totum. ff. de ac. emp. & de ędil. edic. per totũ. ergo cùm hęc deceptio proueniat ex deceptione vitij pecuniæ: prout esset in casu huiusmodi quæstionis. quia pecunia est res deducta in contractu. & pecunia sic electa secũdùm intentionem ordinationis principis est vitiosa: vt suprà de claraui. Nam † inter cõtrahentes debet paritas & ęqualitas obseruari: nec debet vni circa contractũ licere quod alij licitũ non existit: vt iuribus communibus. Item etiã est magna deceptio & realis & intentional. ex quo iste electo pecuniæ scit pecuniam traditã debilem, & ille ignorat qui recepit, qui forsan si sciret, non reciperet pecuniam nisi esset bona secundùm ꝙ princeps ordinauit recepturus mercem suam bonæ pecuniæ æquivalenti traditurus. ergo non potest negari quin hîc sit dolus, saltem incidens in contractu. quia † dolus est machinatio 7 quædam alterius decipiendi causa, cùm aliud simulatur & aliud agitur: vt l. j. §. dolum. ff. de dolo. qui dolus incidens est purgandus: vel aliâs esset contractus rescindendus si esset bonæ fidei: vel agi posset ad deceptionẽ iuxta notata in l. rem maioris pretij. & in d. c. cùm dilecti. de emp. & ven. hoc mihi videtur saluo consilio meliori.

SVMMARIVM.

Alienatio prohibita non excusat à pœna etiam si fiat causa recuperandæ pacis.

Decisio 3. *alias* 849.

EPiscopus Cantuarien. * fecit pactũ aliâs pacem cũ rege Francię: quia pro certa recõpensatione transtulit in eũ dimidiam partem ciuitatis tunc insolidum ad episcopũ pertinentẽ: hoc acto, si rex partẽ quam in eũ episcopus transferebat poneret extra manus suas, ꝙ ipso iure pars regis rediret ad ipsum episcopũ & dominiũ ecclesię: & etiã data sibi in recõpensatione penes ecclesiã remanerent. Cõtingit ꝙ in tractatu pacis initæ cũ rege Anglię rex Frãcię transtulit terras ducatus Aquitanię in regẽ Anglię inter quas transtulit oĩa quę habebat in comitatu & tota dicœcesi Cantuariẽ. * quęrit nũquid cùm sit dicta ciuitas seu pars quã rex Frãcię per illud passagiũ obtinuit translata in regẽ Anglię sit locus pœnę prędictę, vt debeat redire ad dominiũ ecclesię Caturien * tanquã sit purificata cõditio prędicta? Et videt ꝙ nõ, quasi hoc casu: propter causam necessariã pacis regis sit permissa alienatio, licet aliâs esset sibi alienatio prohibita: & præsertim quia trãsit sub vniuersitate aliarum rerũ seu terrarũ. ar. ff. de fundo dotali l. j. ff. de contrahen. emp. l. in modicũ. extra de iure pa. c. ex literis. cũ no. per Inn. pro hoc. ff. de leg. ij. l. peto. §. prędiũ. Pro ista parte bene facit ff. de publica. l. h. §. si propter necessitatem. & l. Cęsar. pro hoc etiã bene facit ff. locati. l. itẽ quę ritur. §. exercitu. In oppositũ videtur. quia etiã si per modum vniuersitatis trãsferatur & sub vniuersitate nihilominus sit locus conuẽtioni. ar. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obl. de le. ij. d. l. peto. §. fratre. & l. codicil. §. matre. Nõ enim refert quomodo extra manũ suam ponat, dum tamen ponat vt cẽseatur pręmisse cõuentionis conditio extitisse. ar. l. cùm seruus. ff. de verb. obli. quẽadmodum. testa. ape. l. si in duobus. §. j. quẽadmodum. ser. amit. l. qui fundũ. ff. de aqua quoti. & ęstiua. l. ij. §. quęsitũ. C. si măci. ita fuerit alien. vt manu. l. fi. pro ista parte videtur tex. quia ex quo ista necessitas alienãdi extra manũ regis prouenit occasione regis inimicorũ, rex videtur in culpa: igitur ipsi episcopo teneatur. ar. l. si merces. §. culpæ. ff. loca. cũ ibi no. com iuribus allegatis.

*Cantuarien sis. alias Caturensis.

* Cantuariẽ. alias Caturcẽ.

* Alias Caturiensis.

SVMMARIVM.

Filia dotata quæ per pactum iuratum promisit nolle habere regressum ad bona paterna, succedit patri intestato cum alijs filijs, licet aliqui contradicant.

Decisio 4. *aliâs* 850.

VTrum filia dotata quę promisit per pactũ iuratum ꝙ dote contẽta nullum ad bona paterna regressum haberet: intestato patre decedẽte posset illi succedere, præsertim cũ alijs fratribus & sororibus. Genze. vt audiui in c. quãuis pactum. de pac. li. vj. tenet ꝙ sic. quia pater decedẽdo intestatus videtur tacitè hęredibus propinquioribus reliquisse hęreditatẽ suam: vt l. conficiũtur. ff. de iure codicil. Cõstat aũt ꝙ si pater eã instituisset, ꝙ nõ obstante renũtiatione adm. ꝛeda esset ad hęreditatẽ ex nouo iure. argu. extra de renũt. c. j. & de iureiuran. ca. ad nostram. ij. cum ibi notat. facit ff. de exceptio. rei iudic. l. si mater. §. eundem. cum concordan. Igitur & ab inte-

Bal. cõs. 437. quædam puella. col. 2. in ij. q. volu. 1. dec. cõs. 506. in casu proposito.

ſtato, ex quo ſic decedens pater ſibi videtur dediſſe: præſertim quia in dubio videtur fuiſſe intentio renunciantis filiæ & patris dotantis ne haberet recurſum ad eius bona contra eius voluntatem infringendo vel impugnando eius iudiciũ, ſi alijs reliquiſſet. Cum igitur nulli alteri pater reliquerit & ſic inteſtatus decedes ſibi ſicut & cęteris reliquit tacitè vt dictũ eſt: ergo ſibi põt ſuccedere non obſtante renuntiatione. & præſertim vbi nulli alij liberi maximè maſculi exiſtunt: quorum fauore videtur pater in dubio eam voluiſſe renuntiare, ne per medium filię ad alios nomine eius deueniret hæreditas: ſecus autè vbi nulli ſunt liberi maſculi, ſed vel ſolæ aliæ filiæ: vel ſoli cognati præſertim venientes ex fœminea linea attinentis. quia tunc ceſſat ratio & intentio patris eam facientis renuntiare & ipſius filiæ: vt ſic arguitur ex intentione partium ex veriſimilibus arbitrata. argu. iurium communium. Tenent tamẽ quidam contra: propter generalem renuntiationem quæ etiã concernit & concernere poteſt etiam ſucceſsionem ab inteſtato: vt ſit ex quo ſic ſimpliciter & generaliter renuntiauit vtriq; iuri renũtiaſſe videtur. ff. de ſucceſſ. edic. l. fi. §. ſed videndum. cum ibi not. in gl. qui enim effuſo ſermone loquitur in promptu incidit periculum. arg. l. fi. C. de emptio. & venditio. pro hoc poteſt induci quod not. Cy. poſt Petrum de bella pertica: burgund. C. de reſcin. vendi. l. rema. in vj. q. & Io. An. in nouel. de empt. & ven. c, pen. ſuper gl. Et reſpondent ad rationẽ Genzel. quia illa iuris præſumptio quæ præſumit patrem inteſtatum decedentem tacitè propinquioribus reliquiſſe: tũc habet locum cùm pater non fecit aliquẽ renuntiare: quia tunc quò ad illum ex quo cõſtat ꝙ ſemel voluit per renuntiationem filiam excludere: adhuc eiuſdem præſumitur voluntatis niſi conſtet expreſsè quod ſibi dare voluerit: quia incertis non certis, & c. vt l. continuus. §. cùm ita. ff. de ver. obl. Ad aliam rationẽ dicunt ꝙ imò videtur fuiſſe intentionis omni iuri renuntiare, ex quo generaliter & vniuerſaliter renuntiauit. quia qui nullum & omnia dicit nihil excludit. ff. de rebus dubijs l. ſi his qui ducenta. §. vtrum.

De Procuratoribus.

SVMMARIVM.

Ratificari poſſunt geſta per non procuratorem à domino ante ſententiam: ſecus poſt. quia ſolùm in eius prę iudicium id facere poſſet. & quæ ſit cauſa differentiæ.

EPITOME.

1 *Geſta per non procuratorẽ quòd per dominũ ratificari poſſint.*

Deciſio 1. aliàs 13.

NOTA † ꝙ geſta per non procuratorem poſſunt ratificari maximè ſi dominus ſcit nõ procuratorem cauſam ventilare. iuxta no. per Inn. in c. ex parte. de reſcrip. Et iſtud eſt verum ꝙ proceſſus habitus ante ſententiam poteſt ratificari: ſed tamen ſententia lata dominus proceſſum nullum in præiudicium ſui ratificare poteſt: non tamẽ in præiudicium partis. ſic intelligitur l. licet. cum ibi not. ff. de iudic. ad hoc quod not. in l. tutor. C. in quibus. cau. re. in integrum nõ eſt nece. Et eſt ratio quare poſt ſententiam non poteſt, ſed ante ſic poteſt ratificari indiſtinctè. quia ante ſententiam eſt incertum an proceſſus ſit in fauorem ratificantis vel non. & an ratificatio ſit in prędiudicium partis aut non. & ita in dubio ante ſententiã valet ratificatio: poſt autem non in præiudicium partis: vt in iuri. ſuprà alleg. ad quæ facit no. Specula. in tit. de procura. vide in c. audi tis. de procura. cum ibi not. & Ioan. And. de offic. delega. c. prudentiam. glo. ij. & vide infrà deciſio. x. eod. titu. & dec. 2. eod. tit. & dec. 5. de teſtib. infrà.

Fallit etiã vt infr. de. x. e. ti.

Hæc Deciſ. eſt contra cõmu. vt atteſtatur Caſſ. ſuper regul. cancella. Deciſ. 40. in princip. & de empt. & ven. de. vniuer. nec eſt nouum.

EPITOME.

1 *Monachi & alij regulares poſſunt conſtituere procuratorem in cauſis in quibus poſſunt ſuo nomine agere vel conueniri.*

Deciſio 2. aliàs 18.

1 NOta † ꝙ monachus & alij regulares in cauſis in quibus poſſunt agere & conueniri ſuo nomine facere procuratores poſſunt: vt not. Innocen. in ca. cùm l. & A. de re iudi. & ibi not. quòd tales perſonæ quando eſt vtilitas eccleſiæ poſſunt interuenire etiam pro laico: nec auditur pars, ſi allegaret quòd non eſt vtilitas eccleſiæ: quia non intereſt priuati quærere nec ſcire hæreditatem monaſterij: ſed ſolùm intereſt abbatis & conuentus. vide in clemen. * religioſus. de procura.

* *Cle. religioſus. quæ videtur huic deciſioni cõtraria. Vide infr. dec. 18. eod. titu.*

EPITOME.

1 *Procurator datus generaliter poteſt proteſtari quòd non intendit acceptare niſi certas cauſas.*

Deciſio 3. aliàs 32.

1 NOta † ꝙ vbi procurator eſt datus ad cauſas deuolutas in curia, & ſpecialiter ad omnes: põt proteſtari quòd non intẽdit recipere procuratorium niſi ad certas cauſas ſeu articulos poſito quòd vltimo ſit datus: vt not. Ioan. Andr. in c. j. ſuper verbo, proteſtatione. de procur. in cle. licet aliqui auditores velint dicere quòd quando procurator eſt datus vniuerſaliter, non auditur procurator ſi velit ſe reſtringere ad hoc quòd ſit procurator ad impediendum & contradicendum: ad hoc quòd calumnijs procuratorum obuietur: quia in totũ debet accipere vel reprobare. iuxta illa quæ habentur in l. etiam. C. de rep. vt cauſæ citius expediantur. pro hoc facit quod not. Archid. in c. ij. in glo. mag. in fin. de procu. libr. vj.

EPITOME.

1 *Procurator cum poteſtate iurandi de calumnia & ſubſtituendi poteſt tranſigere & componere.*

Deciſio 4. aliàs 62.

1 NOta † quòd vbi procurator habet poteſtatẽ agendi, defendendi, iurandi de calumnia & cum poteſtate ſubſtituendi quòd talis procurator poteſt tranſigere & componere ſecundùm quòd procurator conſtitutus cum libera poteſtate: * vt l. mandato. ff. de proc. cum ibi no. & not. in l. quia. de pact. tex. in capit. qui ad agendum. de procu. lib. vj. in fin. & c. ex multiplici. de decimis.

* *Poteſtate. Aliàs poteſt, & melius.*

EPITOME.

1 *Procurator ad audiendam ſententiam duntaxat non poteſt appellare.*

Deciſio 5. aliàs 63.

1 NOta † quòd vbi procurator eſt datus ad audiendum ſententiam duntaxat: talis procurator non poteſt appellare nec alium actum exercere. arg. not. per Inno. in c. petitio. de procu. & c. olim. de offic. deleg. & per Io. Andr. in c. non iniuſtè. cod. tit. in verſ. potuit is. in nouel.

Vide infr. in antiquis. dec. 2. de procur.

EPITOME.

1 *Procurator ad impetrandum & arreſtari faciendum &c. Non poteſt impedire quò minus cauſa deuoluatur.*

Deciſio 6. aliàs 80.

1 NOta † quòd procurator datus ad impetrandum & contradicendum vel ad impediendum ſi literæ ſuæ arreſtentur per auditorẽ palatij: talis procurator poteſt impedire quòd cauſa non deuoluatur, & poteſt admitti vſque ad deuolutionem cauſæ: quia ſua intereſt vt cauſa nõ deuoluatur: ſed literas poſſet impetrare & ad partes mittere, aliàs non admitteretur: vt not. per Archi. in c. ſtatutum. & de reſcri. li. vj. ſuper verbo, capellanię. in gl.

EPITOME.

1 *Procurator datus ad allegandas cauſas abſentiæ debet ſe offerre illas probaturum coram iudice, & iurare de calumnia.*

2 *Citatus debet in termino cadenti facere id ad quod terminus illum requirit, etiam quod pars aduerſa non compareat.*

Deciſio 7. aliàs 82.

1 NOta † quòd datus eſt aliquis excuſator ad proponendum cauſas abſentiæ: tales excuſationes debet proponere corã iudice & ſe offerre probaturum cauſas propoſitas: vt not. Innocen. in c. querelam ſuper verbo, deſtinauit. de procura. Nec ſufficeret tali excuſatori venire ad diem aſsignatam, niſi cauſas proponeret:
2 quia † poſito quòd pars aduerſa eſſet abſens, vel non faceret quod requirit terminus: pars quæ eſt præſens debet facere quod terminus requirit: vt videtur notare gl. in l. ij. ſuper verbo falſa cauſa. ſi quis in ius voca. non ie. & quod not. per Innocen. in capit. calumniam. de pœn. videtur quòd tales excuſationes debeant verbo exprimi magis quàm in ſcriptis: vt l. excuſatis. de excuſatio. tutorum. Talis autem excuſator debet habere ſpeciale mandatum ad iurandum de calumnia in animam domini ſui,

mini sui, quod dominus iusto impedimento tenetur: vt not. Innocen. in c. quia propter. super verbo, penitus. versic. item dicimus. de elect.

EPITOME.

1 *Iuramentum de non reuocando procuratore constituto ad permutandum & resignandum beneficium causa permutationis obligat necessario.*

2 *Interesse in spiritualibus non cadit: & ideo agi non potest ad æstimationem.*

3 *Contractus nominati re integra pœnitentia dissoluũtur hocq; quando agi possit ad interesse.*

4 *Beneficia libere habens permutari.*

5 *Laicus potest esse procurator ad permutandum & ad resignãdum & acceptandum.*

Decisio 8. *alias* 104.

Felyn. in c. ex parte decani. col. 5. vers. ampliatio quinto. de rescript. Decis. 193. Viso testamẽto in pri. col. & con 475. In causa. col. 3. vers. quod autem.

1 NOta † ꝙ vbi aliquis facit procuratorem ad permutandum & resignãdum beneficium causa permutationis & iurat non reuocare, ratione iuramenti non potest venire contra: ꝙ si reuocaret, non valeret reuocatio: quia † in spiritualibus in quibus non cadit interesse non potest agi ad interesse: quia quicquid fit contra iuramentum præstitum non valet: vt not. Inno. in c. dilecto. de præb. & Archid. in c. penul. de rescrip. libr. vj. & in c. si à sede. de præben. arg. l. si quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. ij. In causis autem prophanis in quibus potest cadere interesse aliud potest venire contra quæcunq; & valet alienatio: vt l. ea quidem. de condi. ob causam. iuncta l. nemo. de pact. secus esset in illis in quibus non potest propriè cadere æstimatio. C. si man. ita alie. fuerit. l. j. Nec obstat c. si inter. de sponsa. quia ibi erat talis actus qui bono modo non erat retractabilis: ideo non obstante iuramẽto tenet actus. Nec obstat quod no. doc. maximè Cy. in l. j C. de sacr. san. ec. & Io. An. in c. quod semel. in nouel. de reg. iur. lib. vj. scilicet ꝙ testamentum iuratum potest reuocari: quia ibi ante mortem testatoris non quæritur ius tertij: quod secus erat in proposito vbi altera parte inuita absque permutatione non potuit resolui. Nec obstat si dicatur, ꝙ † in contractibus innominatis potest quis pœnitere re integra: quia illud habet locum quando potest agi ad interesse & in rebus prophanis: vt l. si pecuniam. de condi. ob caus. In tali causa spirituali non cadit interesse pecuniarium. Hîc igitur ad interesse pecuniarium agi nõ potest: quia pro re spirituali non agitur ad tale interesse. vt no. Inn. in c. querelam. de elect. gl. mag. cùm dicit ius aut. Nec obstat † si beneficia libere debeant permutari: & si interueniat iuramentum videtur nõ libera permutatio sed quasi species symonię: quia istud habet locum quod ab initio permutatio debet esse libera, & cum causa: sed ex post facto, ex quo partes liberè consenserunt permutationi faciendæ, vt fiat permutatio possunt iuramento partes se ligare: vt c. cùm inter. cum ibi not. per Inn. de renuntia. quia non est reprobatũ. & præsumitur ꝙ cùm ab initio ex quo liberè partes consenserunt, ꝙ permutatio sit recta & bona, nec videtur specie symoniæ continere. In ista quæstione multi de rota sunt varij. Et † laicus potest esse procurator ad permutandum & etiam ad resignandum & acceptandum: vt not. Collecta. in c. decernimus. de iudi. quia non videtur prohibitum: vide Paulum in clemen. j. de renuntia. super verbo, procurator.

2 *Interesse in spiritualibus non cadit: & ideo agi non potest ad æstimationem.*

3 *Contractus nominati re integra pœnitentia dissoluũtur hocq; quando agi possit ad interesse.*

4 *Beneficia libere habens permutari.*

Insta de re. per. xj. Fel. in ca. apostolica. de except. nu. 5

5 *Laicus potest esse procurator ad permutandum & ad resignãdum & acceptandum.*

EPITOME.

1 *Procuratorius capituli in quo nõ sunt specificata nomina canonicorum: nisi sigillum capituli sit appositum non valet.*

Decisio 9. *alias* 132.

Insta eod. tit. 29. & 32.

1 NOta † nõ valet procuratoris constitutio à capitulo: nisi personæ de capitulo fuerint nominatæ & specificatæ in procuratorio: vt c. si. de procura. cum ibi nota. per Ber. nisi sigillum capituli esset appositum: quia tunc valet. Et hoc tenet rota.

EPITOME.

1 *Ratificari non possunt gesta per non procuratorem post conclusum in causa nisi in præiudicium ratificantis.*

Decisio 10. *alias* 149.

Vide suprà in pri. co. tit.

1 NOta ꝙ † vbi est conclusum in causa gesta per falsum procuratorem nõ possunt ratificari, nisi in præiudicium ratificantis: vt no. Inn. in c. ex parte. de rescrip. licet glo. videatur notare contrarium. in c. si pater. §. hoc iure. de except. rei iudi. in vlti. glo.

SVMMARIVM.

Procuratores constituti ad acceptandum beneficium censentur reuocati per constitutionem aliorum vltimo loco factam.

EPITOME.

1 *Procuratores nouos ad acceptandum constituens quòd primos reuocare videatur.*

Decisio 11. *aliàs* 171.

Vide dec. 14. infra eo. tit.

2 sicut nec † tutor vel curator cui esset administratio interdicta. argumen. eorum quæ habentur de offic. deleg. capit. venerabili. cum sua materia institu. de suspect. tu. §. si quis autem. Et quia alter nunc possidet, ratione possessionis quam habet authoritate superioris est de omnibus iuribus respondendum secundùm not. per Innocen. de electioni. c. nihil. & per eundem de restitu. spoliato. c. in literis. circa fin. prin. ergo etiam ille debeat conueniri & creditoribus respondere. Tamẽ maior pars dominorum: imò omnes exceptis tribus tenuerunt contrarium, quòd imò ille primus licet non possideat nunc, ex quo adhuc prætendit se verum abbatem, & habere ius in petitorio abbatiæ seu monasterij possit conueniri, & teneatur respondere creditoribus: sic quod sit in electione creditoris quem velit conuenire lite pendẽte super monasterio inter eos: an illum vel possidentem: sicut † duobus contendentibus de hæreditate & lite inter eos pendente super petitione hæreditatis creditores possunt agere cõtra petitorem vel possessorem hæreditatis sicut eis placet: vt l. fina. C. de peti. hæredi. cum ibi not. per gloss. super verbo, cautione. in fin. & ff. si cui plusquam per l. falci. l. hoc autem. §. si duo. cum simil. Nec obstat quòd

2 non habet administrationem, quia hic defendendo causam nihil concernens possessionem monasterij administrat. Nec est verum simpliciter quod sibi sit interdicta administratio, licet sibi sit ablata possessio. Nec est simile de tutore vel curatore vel alio administratore cui est ad ministratio interdicta: quia illi nudi sunt administratores, nec habent ius in re seu administratione, hîc autem abbas iste se prætendẽs habere ius in petitorio habet ius in re & in administratione, pro hoc facit quod not. v. q. iij. quia episcopi. ad fin. i. glo. & ideo ratione illius iuris. potest conueniri: & valebunt creditori acta cum eo, si forsan postea obtineat in petitorio, & si succumbat in petitorio imputet sibi creditor, qui eum elegit. Sed an fiat executio contra possessorem infrà dicam. in iiij. qõ. Nec obstant not. in d. capitul. nihil. & in dict. capitul. in literis. per Innocentium, qui ibi loquitor de debitoribus qui tenentur respondere, & ibi verum est quod possidentes authoritate superioris soluendo sunt liberati, & quod per eum quandiu possident possunt conueniri. In casu autem præmisso, loquuntur de creditoribus, qui possunt cõuenire, & hîc verum est quod possunt eligere vel possessorem vel petitorem, pro quo vide Innocen. in d. c. nihil. Nec obst. gloss. ij. in c. querelam. de electi. quia licet gloss dicat ibi: agi posse contra possessorem ecclesiæ qui etiam petebatur remoueri: non tamen negat quin etiam agi possit contra alium qui se asserat verum prælatum seu rectorem ecclesiæ, licet non possideret.

SVMMARIVM.

Causarum introductio in Romana curia, & eius ordo hîc habetur.

Decisio 22. aliàs 786.

DIc quòd quando aliqua causa debet introduci in consistorio papæ: tunc ille qui vult causam introducere, protestatur coram hostiario papæ, & cum tabellione: si autem causa est in curia per appellationem vel præsentiam partium: tunc introducat eam in cancellaria: si autẽ est prophana tractanda in partibus: tunc introducat eam in audientia contradictarum: & postea dicta audientia facit literas de dicta diligentia exhibita per partem, quæ tunc committetur tractanda in partibus vel in curia. De prædictis modis & vijs circa prædicta vide Archidiaco. in capitul. cupientes. super verbo, proposita. de electio. lib. vj.

EPITOME.

1 *Terminus ad consulendum dominum extra Rotam consueuit dari: secus in Rota.*

Decisio 23. aliàs 754.

1 NOta † quòd si in aliqua causa procedatur corã aliquo iudice extra sacrum palatium: & procurator petat quòd det sibi aliquem terminum ad consulendum dominum: quòd tunc consueuit concedi. Secus autem est si ventiletur coram aliquo domino auditore sacri palatij.

EPITOME.

1 *Nullitas vbi principaliter intentatur, termini sacri palatij sunt seruandi: secus si incidenter intentaretur.*

Decisio 24. aliàs 821.

1 SCiendum est † quòd si in aliqua causa agatur principaliter de nullitate, quòd tunc seruandi sunt termini sacri palatij: secus autem si agatur incidenter de nullitate. pro hoc facit capitulo, cùm ad sedem apostolicam. de restitutione spoliatorum. & ita seruat Rota. *Vide Bella. dec. 319.*

EPITOME.

1 *Terminus ad articulandum non datur insimul vtrique parti in prophanis: secus in beneficialibus, in quibus summariè procedi tur.*

2 *Actor vbi suam probauit intentionem, quòd exceptionem reus probare teneatur.*

Decisio 25. aliàs 509.

1 NOta † quòd * in causa prophana dantur termini actori. Primò terminus ad ponendum & articulandum: nec reus compelletur terminum datum actori recipere: sed potest petere alium terminum ad probandum exceptiones & defensiones suas, & istud probatur:

2 quia † actore probante intentionem suam reo incumbit probatio ad probandum exceptionem suam, ergo ante videtur quod non compellatur reus probare, donec actor probauerit intentionem suam: vt probatur in l. si quidem. C. de exceptionibus. iuncto capitul. de testibus. cum ibi notatis per Ber. de testibus. In causis autem beneficialibus insimul, & idem tempus vtrique parti datur terminus ad ponendum & articulandum: quia in talibus causis beneficialibus proceditur summariè non in prophanis: vt in capitulo. sæpe. de verborum significatione. & clementi. dispendiosam. de iudic. * *Vide dec. j. inf. de dilationibus.*

EPITOME.

1 *Termini malè seruati coram auditore cameræ im prima instantia reassumuntur in secunda instantia coram auditore Rotæ.*

Decisio 26. aliàs 478.

1 NOta anno domini Mccclxxvj. die iij. mensis Aprilis fuit ordinatum concorditer, quòd † si à sententia diffinitiua auditoris cameræ vel alterius

cuiuscunque

cuiuscunque iudicis ordinarij in curia vel extra contigerit appellari:& causam huiusmodi appellationis alicui de auditorbus sacri palatij committi, quòd termini soliti seruare seruarentur:vt in prima instantia solent in palatio seruari. Nam licet reuera sit secunda instantia: tamen quia coram auditore camerę vel ordinario in partibus termini seruari consueti non solent seruari: idcirco domini voluerunt quòd tunc per omnia seruarentur: & hoc verum nisi constaret terminos seruatos fuisse in dicta prima instantia & processu, iuxta morem curiæ. quia tunc in causa appellationis proceditur & seruantur termini in secunda instantia seruari consueti.

SVMMARIVM.

Remissio causæ ad cancellariã præsente notario causæ & vna partium valet.

Decisio 27. *alias* 623.

SI aliquis auditor sacri palatij ex causa rationabili remittere vult causam sibi commissam, sufficit notarius causæ præsentibus partibus vel vna scribere remitto causam: vel si vult remittat notario causam prædictam in cancellaria.ita communiter seruatur in sacro palatio.

EPITOME.

1 *Remissio ad probandum in partibus datur sub bulla:nisi in commissione concedatur, quòd detur sub sigillo auditoris.*

Decisio 28. *alias* 738.

1 NOta † quòd si in aliqua causa remissio petatur ad partes ad probandum aliquid per partem: tunc super hac fit executio papalis. si autem petatur ab auditore suo sigillo sigillari, fieri debet, si sit in commissione concessum. pro hoc facit capitu.de causis. de officio delega.

EPITOME.

1 *Remissio ad partes super eisdem articulis non datur nisi semel.*

Decisio 29. *alias* 830.

1 NOta † quòd remissio ad partes non conceditur nisi semel super eisdem articulis, hoc tenet Io.mona.in capi.cupientes.de elect.lib.vj.

EPITOME.

1 *Processus factus per audientiam contradictarum pendente termino ad veniendum ad curiam roma.est nullus.*

Decisio 30. *alias* 742.

1 NOta † quòd quando pendente termino iuris vel ministri eius ad veniendum ad curiam romanam: non debet procedi contra aliquem per audientiam contradictarum tanquam contra contumacem,quod si fiat, nihil valet.

EPITOME.

1 *Sententia lata non seruato termino ad producendum omnia est nulla.*

Decisio 31. *alias* 806.

1 SCiendum est † quòd si aliquis dominus auditor sacri palatij in aliqua causa spirituali vel prophana fert sententiam non seruato termino ad producendum omnia:tunc sententia est nulla:cùm terminus prædictus sit valde substantialis.& ita tenet Rota.

SVMMARIVM.

Termino assignato ad producendum aliqua iura si illa verbo producantur erit satisfactum.

EPITOME.

1 *Productio iurium facta verbo tantùm in termino partibus dato quòd valeat.*

Decisio 32. *alias* 815.

1 SCiendum † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana in assignato termino ab auditore sacri palatij ad producendũ aliquid actori vel reo: & pars actrix vel rea producat id verbo pendente termino, quòd valet secundum Ioan. andr. Geuze.& Bernad. Ynardi.prout legitur & notatur in capitu. sæpe. de verbor.significati. in clementi. secus autem est si infra terminum assignatum non producit facto neque verbo. quia tunc nihil valeret assignatio dicti termini,& ita tenet dominus Guliermus de Guillermo antiquus auditor sacri palatij tunc episcopus Cartaginensis, nunc etiam tenent aliqui auditores.

De Foro competenti.

EPITOME.

1 *Ius reuocandi domum legato vel aliâs: si propterea non impeditur in sua legatione,non conceditur.*

Decisio 1. *alias* 72.

1 NOTA † quòd vbi aliquis petit ius reuocandi domum quia legatusvel aliâs quòd si non impediatur in legatione propter illud quod ab eo petitur, ꝙ tenetur respõdere:vt si petatur quod respondeatur interrogationibus vel alteri causę de qua potest se faciliter expedire.argum.l.si legatus.ff.ad Trebel.vide in decisio.sequen.

EPITOME.

1 *Ius reuocandi domum non habent venientes ad romanam curiam ex causa voluntaria: secus si ex necessaria, & sit causa quæ de facili expediri non possit.*

Decisio 2. *alias* 186.

1 NOta † quòd illi qui veniunt ad curiam romanam causa necessaria legationis vel peregrinationis, habent ius reuocandi domum: vt ibi nota. per Innocen.in capitu.licet.de foro competen. & Specu. in titu.de reo. vers.item legati.si autem alia causa voluntaria venirent non haberent ius reuocandi domum:vt ibi not. & idem seruat curia vt dicit Specu.si autem de facili posset expediri,legatus non haberet ius reuocandi domum:vt l.si legatus.ff. ad Trebellianum. vide decisionem immediatè præcedentem.

EPITOME.

1 *Princeps vnus an possit socium sibi æqualem in principatu delinquentem punire.*

2 *Par in parem non habet imperium.*

Decisio 3. *alias* 246.

1 NOta † quòd si sunt barones duo habẽtes vnum territorium pro indiuiso,in quo habent merum imperium & mistum,& vnus delinquat,an suus combaro possit ipsum punire:vel quis ipsum puniat? & videtur quòd alius maior ipso ipsum punire debeat. quia par

2 † in parem non habet imperium, sed isti duo sunt pares in iurisdictione:ergo &c.argumen.l.j.ad Trebe.& l.is à quo.§.tempestiuum.& de arb.l.nam magistratus.c.innotuit.de elect.ad hoc de mano.vind.l.j.§.apud. alij dicunt per istum.§. contra. quia ibi secundũ vnum intellectum dicitur,quòd magistratus potest suum socium dare tutorem. Nec obstãt allega. iura. quia ille qui delinquit. per delictum amisit merum imperium: & sic factus est alius priuatus:& sic suus combaro poterit ipsum punire, non vt parem,sed vt priuatum.argumen. C.vbi sena.vel clari.l.licut.quia quilibet potest præsentare.argumen.l. si vt certo.ff.commo.

EPITOME.

1 *Auditor cui est commissum negotium principale,tunc principaliter siue in consequentiam, potest statim inhibere etiam in partibus.*

2 *Auditores sacri palatij omisso articulo grauaminis, à quo in partibus extitit appellatum,procedunt in negotio principali sibi ipsis commisso.*

3 *Auditores licet prohibient bene processum, & malè appelatum nihilominus negotium principale manebit in curia.*

Decisio 4. *alias* 391.

1 NOta † quòd auditor datus in negotio principali in causa appella.interpositæ in partibus, siue ante sententiam siue post fuerit appellatum:potest inhiberi iudici à quo,dummodo sibi constet de appella.& causa per eam sit deuoluta,aliâs si cum articulo appellationis negotium etiam principale sit commissum cum potestate citandi ad partes indifferenter inhibere potest

2 ratio quia ius inhibet.& etiam † auditores sacri palatij omisso articulo grauaminis à quo in partibus extitit appellatum procedunt in negotio principali:dummodo sit id sibijpsis commissum, & ad curiam deuolutum.& † si

3 aliquotiens de ipso grauamine cognoscerẽt:& benè processum & malè appellatum pronuntiarent: nihilominus maneret in curia,nec remitteretur ad partes.& hoc ha-

bet ſtilus, licet de iure eſſet contrariũ faciendũ: vt de app. cap. eccleſia. & c. vt debitus. cum ibi not. Idem ſeruatur in cauſa quæ de ſpeciali mãdato committitur in curia, & decreta eſt citatio licet non executa. Idem ſeruatur in omnibus appellationibus interpoſitis ab auditore cameræ, & alijs iudicibus in curia, citata tamen parte ad dicendum contra commiſsionem.

Vide deciſ. 8. infr. de appel.

SVMMARIVM.

Clericus ſuccedens laico an ſit ſubiectus ſtatutis quibus erat ſubiectus laicus.

EPITOME.

1 *Clericus etiam in reali debet gaudere priuilegio clericali, vt coram iudice eccleſiaſtico conueniatur.*

Deciſio 5. aliàs 552.

OBligatus eſt laicus Auinione in certa quantitate pecuniæ ad curiam ſigilli montis peſulani: quę obligatio habet vim rei iudicatæ: & abſque alia cognitione mandatur executioni: nec admitterentur niſi certę exceptiones ſcilicet, ſolutionis & rei iudicatæ &c. Modò mortuo debitore ſucceſsit ſibi clericus, creditor contra bona & in omnibus dicti debitoris expoſito clamore dicti ſigilli procurat fieri executionem, per illam curiam requirendo officialem à miniſtrando, * in iure ſubſidium, vt faciat bona diſtrahi, opponit ſe dictus clericus ſucceſſor: & vult opponere debitas exceptiones: quare executio non debeat fieri: & coram eo petit ſe admitti ad probandas. officialis remittit eum ad curiam ſigilli, vt ille opponat illas exceptiones: & ob hoc debitor prædictus appellat, quæritur an benè officialis grauauerit? Videtur quod non, quia laicus prædeceſſor huius clerici fuerat præuentus imò & condẽnatus: cùm obligatio habet vim condemnationis, ergo videtur quod idem iudex debuit facere executionem, non obſtante quòd perſonæ conditio ſit mutata: imò & cognoſcere propter priuationem. arg. no. per Hoſti. de obli. ad ratioci. c. j. & c. poſtulaſti. de foro compe. ff. de iudi. l. ſi quis poſteà. Sed poſſet dici quòd illa vera: cùm eadem perſona eſſet præuenta: hîc autẽ ſunt diuerſæ perſonæ debitoris laici videlicet & clerici: quare videtur aliquibus contrà, quòd imò clericus debet audiri ſuper oppoſitione ſua in foro

1 eccleſiaſtico: quia † clericus etiã in reali debet gaudere priuilegio clericali, & cõueniri in foro eccleſiaſtico, iuxta no. in authẽ. vt omnes obedi. iudi. prouin. §. hoc conſiderantis. & per Archi. de cleri. coniu. c. j. libr. vj. & per Ioan. Andr. in nouel. in titul. de duel. & præſertim quia vbi contra hæredem debet fieri executio, oportet præmitti vocationem & aliquam cauſæ cognitionẽ, quam in clericis iudex ſæcularis non poteſt præmittere. argu. ad hoc quod not. per Innocen. de iudic. quia v. in fine.

* A *miniſtrãdo. Aliàs adminiſtrando.*

SVMMARIVM.

Præſentes in curia Romana ſecundùm ſtilum Rotæ ius reuocandi domum non habent.

EPITOME.

1 *Ius reuocandi domum an habeant præſentes in romana curia.*

Deciſio 6. aliàs 829.

1 NOta † quòd illi qui ſunt in curia romana pro republica habent ius reuocandi domum. de foro compe. c. final. de dilationib. c. cauſam. tamen communiter obſeruatur, quòd tales non habent ius reuocandi domum: ideo coguntur ibidem reſpondere ſuis aduerſarijs poſtquam ſunt præſentes in curia. ita obſeruat Rota, vide Compoſt. in c. ſtatutum. de reſcript. lib. vj.

De Libelli oblatione.

EPITOME.

1 *Nullitatem intentans debet in libello cauſam exprimere, in quo poteſt nullitatem & iniquitatem deducere.*

Deciſio 1. aliàs 145.

1 NOTA † quòd intentãs cauſam nullitatis debet cauſam exprimere in libello: vt not. Innoc. in c. cùm Bertoldus. de re iudi. ff. de appell. l. ſi expreſsim. & quòd in eodem libello valeat cauſa nullitatis & iniquitatis intentari. not. in c dilecto. de appella.

De Mutuis petitionibus.

EPITOME.

1 *Reconuentio non habet locum in cauſa appellationis.*

Deciſio 1. aliàs 61.

1 NOTA † quòd in cauſa appell. non habet locum reconuentio: * vt no. Inno. in c. j. de mu. petit. & videtur text. in l. ad cognitionem. ff. ex quib. cau. in poſ. eat.

* *Reconuentio. An antè reconuẽtio poſſit fieri poſt litem conteſtatam, vide do. Abbatem in c. j. de mu. pe. vbi ponit longam diſputationem in materia reconuẽtionis. Adde d. Fely. in d. c. j. col. j. verſic. dum glo. tangit.*

SVMMARIVM.

Reus virtute commiſsionis actoris reconuenire non poteſt: ſed aliam ſpecialem impetrare debet.

EPITOME.

1 *Reconuenire an poſsit reus actorem virtute commiſsionis actoris: an opus ſit ſibi alia commiſsione.*

Deciſio 2. aliàs 598.

1 SI quis † impetrat nouam commiſsionem in aliqua cauſa à papa auditori contra reum: & reus vult eum reconuenire in eadem cauſa vel alia, non poteſt ſine commiſsione ſpeciali quę de facili obtinetur, tamẽ fortè hoc poſſet fieri ex prima commiſsione, ſed melius eſt aliam ſuper reconuentione obtinere, & ita etiam obſeruat Rota dominorum auditorum ſacri palatij.

De Litis conteſtatione.

EPITOME.

1 *Exceptio ſolutionis non impedit litis conteſt.*

2 *Solutio an finiat litem?*

Deciſio 1. aliàs 154.

1 2 NOTA † quòd exceptio ſolutionis non impedit litis conteſta. vt videtur no. per Innocen. in capit. j. de lit. conteſtat. ſuper verbo, contingentis. libr. vj. licet lex videatur dicere, quòd † per ſolutionem lis videtur finita: vt l. cùm quærebatur. verſicul. proinde. ff. iudicatum ſolui.

EPITOME.

1 *Nullitatis exceptio impedit litis conteſtationem.*

Deciſio 2. aliàs 115.

1 NOta † quòd cauſa nullitatis impedit litis conteſta. & ante litem conteſt. opponi poteſt: vt notat Archi. in c. vt circa. in fin. de electioni. libr. vj. & Ioan. monach. vide deci. 8. infrà de reſtitu. ſpoliato.

EPITOME.

1 *Litis conteſtatio non fit in cauſa appellationis parte abſente.*

Deciſio 3. aliàs 144.

1 NOta † quòd abſente parte in cauſa appellationis non fit lit. conteſtatio. de quo dic per Innocen. in c. per tuas. de appellationi.

EPITOME.

1 *Conteſtatio litis non requiritur in poſſeſſorio cauſæ beneficialis.*

Deciſio 4. aliàs 155.

1 NOta † quòd vbi agitur poſſeſſorio iudicio in cauſa beneficiali non requiritur lit. conteſt. de quo dic vt in capit. j. de libelli oblatione. per Innocentium vt nota. certi caſus.

EPITOME.

1 *Lis ſi eſt conteſtata in prima inſtantia, non eſt neceſſe illam conteſt. in cauſa appellationis de ſtilo Rotæ.*

Deciſio 5. aliàs 208.

1 NOta † quòd ſeruat audientia, quòd vbi eſt lis conteſt. in cauſa principali: non eſt neceſſe quòd conteſtetur in cauſa appellationis, aliàs ſic: vt l. final. C. de temporibus appellationum. & capitulo, per tuas. de appellationibus.

EPITOME.

1 *Reſtitutio ad appellandum non requirit litis conteſtationem, nec alium iuris ordinem in præambulis iudiciorum.*

Deciſio 6. aliàs 496.

1 NOta † quòd in reſtitutione cõcedenda ad appellandum non eſt neceſſaria litis cõteſtatio in his & alijs præambulis ſicut probando infamiam cõtra quam concedenda eſt

cedenda est talis citatio personalis.vel faciẽda inquisitio non est seruandus ordo iuris.arg.c. qualiter & quando.& c.cùm oporteat.& c.inquisitionis.de accusa. vide suprà decisionem.de in integr.restitu.dec.3.

EPITOME.

1 *Præceptum de soluendo à quo non fuit appellatum impedit litis contestationem sicut sententia diffinitiua.*

2 *Præceptum de soluendo vim diffinitiuã habet: & actionem parit sicut & sententia.*

Decisio 7. aliàs 541.

1 VTrum † præceptum de soluendo à quo non fuit appellatum infra tempus debitum impediat litis contestationem,sicut sentẽtia diffinitiua quę transit in rem iudicatam?Fuit determinatum quod sic: cùm
2 † habeat vim diffinitiuæ.quod patet: quia ex eo oritur actio sicut ex sententia:vt notat Specu.ti.de sen. excom. §.breuiter.circa finem quæ non oriretur ex interlocutoria:vt not.in cle.fi.de appel.vltra medium.Item quia imponit finem liti sicut sententia:ergo transit in rem iudicatam.ff.de re iudi.l.j.ergo cùm per ipsum dicatur res finita,obstabit & impediet litis contestationem: vt in c. exceptionis.de lit.contest.lib.vj.cùm dicit finita.& l.eleganter.ff.de condi.inde.ad Tertul.l.ij.§.fi. licet quidam nitantur contrarium sustinere:ex eo quia non inuenitur plena causæ cognitio sicut in sententia:sed vel est hoc dictum:quia in confessum nullæ sunt, nec restant partes iudicis in cognoscendo sed in pronuntiando, vel diffinitiuam sententiam proferendo,si post lit.contest.& dato libello fiat confessio.iuxta not.in l.j.C. de litis contesta. & l.perinde.ff.ad leg.Aquil.

EPITOME.

1 *Processus factus lite non contest.in causa prophana est nullus secus in spirituali.*

Decisio 8. aliàs 627.

1 IN † causa prophana lite non contest.processus est nullus:vt in capitu.vn.de litis contesta.secus in causa spirituali.pro hoc.capitu.sæpe.de verbo.significatio.& ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Causa appellationis vbi libello non est responsum & sic lis non contestata,valet.*

Decisio 19. aliàs 669.

QVando † aliqua causa est in secunda instantia & dato libello seu libellis non est responsum, & sic lis non est contest.nunquid valet? * dic quod sic: vt not.in c.per tuas.de appel.

** Dic quod sic. Adde do. Abb.in d.c.p tuas.in ij.col. ver.in fi.glo. Et an lit.contest.sit necessaria in causa nullitatis, vide eundem Abb.in d.c.in ij.col.ver.vlt.extra glo.*

EPITOME.

1 *Processus factus lite non contest.in causa prophana est nullus: secus in spirituali.*

Decisio 10. alias 827.

1 NOta † in causa prophana lite non contestata processus est nullus:vt cap.vn.de litis contestatio. secus in causa spirituali vel priuilegiata vel matrimoniali vel vsurarum.quia in spirituali solùm iuratur de calumnia: vt in clementi.dispendiosam.de iudic.& de verbo. signi. sæpe.in clementi.

EPITOME.

1 *Petenti responderi libello si obijciatur de compromisso, videndum est an sit tale quod impediat litis contesta. quia secus si est simplex.*

Decisio 11. aliàs 706.

1 DIc † quòd si in aliqua causa datus est libellus per aliquam partem quæ petit responderi libello, & alia renuat respondere,dicens quòd de causa erat factum compromissum:an hoc impediat responsionem libelli?Dic circa hoc quòd est videndum,an compromissum sit tale quòd impediat lit.contestatio.secus autem si esset simplex.vide circa hoc de litis contesta.c.j.li.vj.

EPITOME.

1 *Litis contestatio inducitur per negationem contentorum in libello,etiam si non dicatur animo litem contestandi.*

Decisio 12. aliàs 473.

1 NOta † quòd si pars rea respondendo libello actoris neget narrata prout narrantur:& dicat petita fieri non debere,licet non addat nec dicat animo litis contestandæ:nihilominus censetur lis cõtestata.per l.rem non nouam.C.de iudic.& c.vn.de litis contestatio.& capitu. dudum.de electio.Et hanc quæstionem recitat Specula. & eam sic decidit titul. de litis contestatio.§.j. versicu. si proponatur.

De Iuramento calumniæ.

EPITOME.

1 *Procurator in romana curia in animã constituentis & suam tenetur iurare.*

Decisio 1. aliàs 491.

1 NOTA † quòd procurator in romana curia, non solùm in animam domini, sed etiam sui ipsius tenetur præstare iuramentum de calumnia alioquin habebit locum pœna.c.fi.de iuramen. calum.nam licet dominus principalis iuraret:nihilominus iurare tenetur procurator, cùm ipse calumniari possit sicut dominus.prout legitur & notatur in cap.appellationis.super verbo,ab ipsis.de procura. libr.vj.& faciunt in simili no.per doc.in c.præsentium. de testi.eo.lib.& in auten.principales.C.eo.ti.in j.gl. & no.in c.in pertractandis.e.ti.& faciunt no.in c. procurator.de elec.li.vj.& per Host.e.ti.§. ij.circa fi.in summa.

EPITOME.

1 *Iuramentum calumniæ si petitum fuerit, & non præstetur, nullus est processus:secus si non fuerit petitum.*

Decisio 2. aliàs 660.

1 DIc † ꝙ si in aliqua causa queratur ꝙ iuretur de calumnia:potest præstari vsq; ad finem:& si non præstetur,nullus est processus.secus autem si non petatur.& ita seruat sacrum palatium.& hoc est expressum in c. j.de iura.calum.lib.vj.

EPITOME.

1 *Auditor potest compellere partes nescientes quid contineatur sub iuramento calumniæ ad iurandum quinque capitula sub eo contenta: & actor iurare recusans cadit à causa, & reus habetur pro confesso.*

Decisio 3. aliàs 787.

1 SCiendum est † ꝙ est consuetum in sacro palatio ꝙ in causis corã auditore iuratur de calumnia simpliciter:& potest fieri ꝙ iuretur per procuratorem, si sciat ꝙ capitula contineat dictum iuramentum, extra de iura.calum.c.penul.si autem sit pars ignorans,& hoc videtur auditori ꝙ debeat iurare specialiter quinque capitula quod continet dictum iuramentum: tunc dictus auditor potest eum compellere,& sub pœna iuramenti. & si est actor qui non vult præstare dictũ iuramentum cadit ab actione per sententiam,& reus absoluitur. & si verò reus non vult iurare habetur pro confesso & conuicto,secũdum Hostien.in summa ti.de iura.calum, §. quę sit pœna nolentis præstare iuramentum.

EPITOME.

1 *Iuramentum calumniæ omissum,si non fuerit petitum non vitiat sententiam.*

Decisio 4. alias 664.

1 NOta † quòd si in aliqua causa omittatur iuramentum de calumnia,quia non petitur præstari:nihilominus valet sententia lata.

De Dilationibus.

EPITOME.

1 *Terminus datus actori ad articulandum non videtur datus etiam reo in causis prophanis: secus in beneficialibus.*

Decisio 1. alias 170.

1 NOTA † ꝙ *in causa prophana datur terminus actori primò terminus ad ponendum & ad articulandum:nec reus compellitur terminum datũ actori recipere: sed potest petere alium terminum ad probandum exceptiones & defensiones suas.& istud probatur. quia actore probante intentionem suam reo incumbit probatio ad probandum exceptionem suam.ergo ante

** Vide dec.25. suprà de iudi.*

videtur quòd non compellatur ad probandum exceptionem suam donec actor probauerit: vt probatur in l. si quis.C.de exceptioni. iunct.capitu.de testibus. cum ibi nota.per Bartol.de testib. In causis autem beneficialibus insimul in eodem tempore vtrique parti datur terminus ad ponendum & articulandum:quia in talibus causis beneficialibus magis proceditur summariè quàm in prophanis:vt c.dispendiosam.de iudic.in clemen.

EPITOME.

1 *Remediũ l. diffamari. quando intentatur ab eo quem reus asserit esse suum creditorem,quomodo procedatur.*

Decisio 2. aliàs 305.

1 NOta † qualiter dicenti aliquem debitorem statuitur tempus à iudice infra quod probet debitum vel infamiam quàm allegat:vt not.Inno.in c. conquerente. in ij.glo.de offi.ordi.& in c.lator.qui fil.sint leg.iunct.l. diffamari.C.de inge.& ma.in libello autem non posset peti ꝙ in futurum alicui inhibeatur ꝙ non agat vel non petat:quia actio negotiatoria non cõpetit in talibus personalibus actionibus,sed in realibus:vt l.harum.ff. si seruitus vendic.

EPITOME.

1 *Testes iurati infra terminum probatorium poterunt examinari post dictum terminum.*

Decisio 3. alias 345.

1 NOta † ꝙ vbi est datus certus terminus ad probandum:si testes ante terminum sunt iurati,post terminum possunt examinari. Nec obstat c.pia.cum ibi nota. de except.libr.vj.quia ibi est speciale propter odium excommunicationis:ideo infra terminum iuris habet probare:aliàs non admitteretur in illo casu ca.pia. secus est in alijs casibus:quia ex quo testes sunt iurati ante terminum,post terminum non videtur aliquid de nouo fieri: sed quod est inceptum continuari. argumentum l. sed si manente.ff.de preca.

De Ferijs.

EPITOME.

1 *Petitorium tempore feriarum non potest suspendi vt procedatur in possessorio.*

Decisio 1. alias 95.

1 NOTA † quòd tempore feriato si aliquis velit suspendere petitorium prius intentatum cum possessorio,nõ auditur.quia interest partis vt tempore feriarum nõ procedatur, quod fieret si possessorium solum intentaretur.

EPITOME.

1 *Sententia diffinitiua vbi conclusum est in causa potest ferri in vacationibus,non autem interlocutoria.*

Decisio 2. alias 755.

1 SCiendum est † quòd in vacationibus sacri palatij potest ferri diffinitiua sententia in causa in qua est cõclusum:sententia aũt interlocutoria nõ potest ferri.

SVMMARIVM.

Beneficium an dicatur vacare apud sedem : si ille cui de eo tanquam vacãte apud sedem papa prouidit sub cõditione,si idoneus repertus fuerit : extra curiam literis non expeditis mortuus sit?

EPITOME.

1 *Reservatio an expiret per prouisionem factam per papam ei qui extra curiam literis non expeditis moritur.*

Decisio 3. alias 650.

1 SI † papa prouidet alicui de beneficio vacante apud sedem apostolicam,si idoneus repertus fuerit: & ille recedat de curia non examinatus: & etiam sine bullis dictæ gratiæ:& moriatur in suis partibus:an tale beneficium adhuc dicatur vacare apud sedem apostolicã? Dicunt aliqui maiores de rota sacri palatij quòd si ille erat idoneus,& ut talis probatur per testes etiam post mortem eius,quòd tale beneficium vacat extra curiam. Aliqui verò alij dominj de rota tenebant contrarium, quòd adhuc vacet in curia : cùm dicta gratia videretur conditionalis,si idoneus reperiretur : & id non fuit factum morte præuentus.

De Ordine cognitionum.

EPITOME.

1 *Spoliatus est restituendus antequam de nullitate sententiæ cognoscatur.*

2 *Spoliatus vbi notorium est eum non habere ius maximè in beneficialibus,non est restituendus.*

3 *Rei iudicatæ exceptio à qua non fuit appellatum restitutionem impedit.*

Decisio 1. aliàs 46.

1 NOTA † quòd vbi aliquis dicit se spoliatum per partem seu iudicẽ : & opponitur spoliato quòd sententia pro eo lata fuit nulla : videtur quòd primò cognoscatur de restitutionis iudicio quàm de causa nullitatis, ꝙa nulla exceptio videtur obstare beneficio restitutionis,c.fin.de ordi.cogn.c. in literis.de rest. spol. videtur verum maximè si pars fuerit spoliata post appel.quia tunc videtur restituenda: secus si seruato ordine iudiciario:vt c.conquerente.de restit.spolia.ibi no. per Innocẽ.in j.gloss. & iij.q.j in summa.in princip.vbi 2 † autem esset notorium quòd spoliatus non habet ius: tunc non restituitur maximè in causis beneficialibus: vt c.constitutus.per Inno.de filijs presby. & Spec.no.quòd 3 † rei iudicatæ exceptio à qua non fuit appellatum impedit restitutionem.in titul. de pos.& peti.§. quoniam. versi.xxiij.Idem not.iij.q.j.in summa.quia præsumi debet pro sententia à qua non fuit appellatum:vt notat In. in c.quoniam contra falsam. de quo vide not. per Dyn. de reg.iur.qui ad agendum.libr.vj.

Vide dec.assi. 1.98.pulchrã dubium.

De Causa possessionis & proprietatis.

SVMMARIVM.

Possessio beneficij traditione anuli portæ affixi non quæritur,vbi alius contendens se possidere ipsius portæ claues haberet : nisi traditio per pacificum collatorem facta fuerit. Item nõ agitur restitutoris remedio vt humanum corpus in sepulchrum reducatur.

EPITOME.

1 *Possessio beneficij an acquiratur per traditionem anuli.*

2 *Restitutorio an possit agi pro cadauere amoto?*

Decisio 1. aliàs 302.

1 NOTA † quòd per traditionẽ anuli portę beneficij de quo agitur, nõ acquiritur possessio : si alius qui dicebat ad se collationẽ beneficij pertinere, claues portæ beneficij habebat : secus autẽ esset vbi ille qui tradidit possessionẽ anuli omnimodã habebat collationem,& super iure collationũ non turbaretur:quia tunc per anulum & præsentiam collatoris videtur acquisita possessio beneficij:vt c.tibi qui.de rescript.li.vj per doct.sic in l.j. §.si causa cum l.seq.de rest.spo.& vide c.cũ olim.de sen. & re iudi.de hoc in c.transmissam.de elect. per Io.And. 2 & per Dyn.de reg.iur.c.j.Itẽ * no.gl.Inn.ꝙ † si corpus humanum sit remotum de loco sepulturæ ,posito ꝙ pro tali amotione possit agi restitutorio iudicio: non tamen restituitur, donec plenè cõstet corpus fuisse restituendũ, & de iure restitui debere:vt not.Inn.in c. cùm liberũ.de sepultu.licet Hosti.dicat ꝙ de rigore iuris esset restituẽdum:quia ex hoc posset agi possessorio iudicio & debet fieri restitutio,licet equitas sit pro prima opi.vt ipse no. in c.alleg.Istud fuit in Rota determinatũ, licet lex diui. ff.de reli.& sump.fune.cùm iustè videatur facere cõtra, ergo si iniustè sit ablatũ per violentiã, sit restituendum-

Bisig. deci.8. inf.de restit. spoliato.

* *Vide decis. vlt.inf.vt li. penden. nihil innouet.*

SVMMARIVM.

Soluens nomine alieno præsumitur habere mandatum ad soluendum.

EPITOME.

1 *Pensionem soluens nomine alieno censetur ex mandato domini soluisse maximè sciente pensionario.*

Decisio

Decisio 2. aliâs 23.

* Nota quòd vbi dixi. &c. lege sic. Nota quod vbi aliquis dicit se in alicuius pẽsionis possessione esse. Vide Deci. cõs. 136. Incip. In cau. reuerẽdi. volu. j. Gigas in tracta. de pensio. q. 47.

1 NOta † ꝙ vbi dixi, * si aliquis in possessione alicuius pensionis: & probat ꝙ pensio fuit retroactis tẽporibus soluta: sed non apparet de mandato illius qui dicitur pensionem debere: cùm fuerit soluta, præsumitur ꝙ soluens habuit mandatum. quia non est verisimile ꝙ soluens voluerit iactare pecunias suas: vt l. cùm de indebito. ff. de probatio. quia in tali casu præsumitur ꝙ gerens talem actũ, gerat de mandato domini. per Inno. in c. nonnulli. super verbo, mandato. de rescrip. maximè quando sciente illo qui dicebatur debitor soluta est pensio: quia tunc videtur solutionem ratificare & mandatum dare. ar. no. in c. ex parte. de rescrip. per Inno. Et sic sequitur ꝙ petens talem pensionem: si petat restitui, restituitur: quia per talem solutionem præsumitur fuisse in possessione, nisi aliud probetur, licet videatur contra: quia factum tertij non debet nocere alteri. vt dicitur in simili ꝙ factum abbatis non nocet conuentui quantum ad transferendum in alium possessionẽ proprietatis. extra de reli. domi. c. cùm dilectus. cũ ibi no. in gl. per Inno.

EPITOME.

1 *Possessor beneficij dicitur habere possessionẽ pacificam, licet sibi postea moueatur lis super beneficio.*

Decisio 3. alias 36.

Suprà in no. de præb. 3. in add.

1 NOta † ꝙ vbi aliquis est in possessione alicuius beneficij, licet moueatur sibi lis super beneficio: videtur tamẽ possessionem pacificam habere. quia ad hoc ꝙ aliquis videatur pacificam possessionem habere, sufficit ꝙ de facto possideat, licet super iure moueatur sibi controuersia. Et not. Inno. in c. constitutus. de appel. & Archid. infrà eo. licet canon. super verbo, pacifica. lib. vj. ad quod facit l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisda. cog. quia licet videatur contra l. Lucius. §. tres. ad Trebel. sed pro prima parte facit ꝙ interruptio ciuilis non mutat possessionem: vt l. inter. de diuer. temp. præscrip. contra faciunt not. in c. commissa. super verbo pacificam de elect. libr. vj. pro prima parte bene facit quod ibi notatur per ipsum Archid. in glo. per te vel alium.

SVMMARIVM.

Petitorium suspendi potest etiam in secunda instantia, nisi de rei iure constet.

EPITOME.

1 *Petitorium potest suspendi in causa appellationis: secus in causa principali: quia non posset post conclusionem in causa.*

2 *Causa appellationis videtur diuersa à causa principali.*

Decisio 4. alias 69.

Infrà eo. 5.

1 NOta † ꝙ in causa appellationis potest suspendi petitorium, licet in causa principali non possit post cõclusionem: vt in c. j. de causa. poss. & proprie. in cle. quia

2 alia † causa videtur causa app. à principali: vt l. cũ apud. ff. iudi. sol. quod intellige ꝙ in causa principali vsque ad conclusionem potest suspendi petitorium: vt not. in c. pastoralis. super verbo, petente. per Inno. de causa poss. nisi sit probatum per reum ius habere in proprietate: quia tunc si constaret de iure rei nõ potest suspendi per actorem petitorium: vt ibi patet.

SVMMARIVM.

Possessio an dicatur acquiri per solum tactum anuli ecclesiæ clausæ, si fiat in præsentia habentis potestatem conferendi.

EPITOME.

1 *Possessionis traditio ecclesiæ clausæ sit etiam per solum anulum modo fiat per habentem conferendi potestatem.*

Decisio 5. alias 153.

* Solius anuli An aũt possessio possit tradi ad oculũ si est in præsentia vide Ab. in c. cũ aliquibus. de re iudi. &

1 NOta pone † ꝙ aliquis est inductus in possessionem per anulum ecclesiæ clausæ, cuius claues erant penes eum ad quem pertinebat custodia ecclesiæ tunc vacantis: vtrum per hoc possessio ipsius ecclesiæ apprehendatur ita ꝙ per talem apprehensionem * solius anuli requiratur possessio beneficij: vt sic postea non admittatur, vel si alius in possessionem inducatur sit restituẽdus vt spoliatus? & dic quòd sic, si anulus est. sic traditus per illum qui dicebatur habere potestatẽ conferendi: quia anulus est instrumentum ædificij. ar. l. fundi. in princi. de ac. emp. quia qui tangit superficiem. totum tangere videtur: vt l. vulgaris. ff. de fur. iunct. l. ꝙ si. §. materia. de peri. & como. rei ven. de testa. l. ad testamentum. §. fina. Item quia corporaliter res videtur apprehensa, ex quo est in præsentia rei: vt l. nunquam nuda. §. j cum ibi not. de acquiren. rer. do. & circa hoc adde no. per Inno. in ca. in literis. super verbo possessio. de restitu. spoliato. & per Compost. in c. transmissa. de elect. & per Dyn. in regula j. de regu. iu. vide suprà eo. tit. dec. j.

ibidẽ per Fel. col. ij. vers. secũdo. adde & limita istã cõmunẽ opinionem.

SVMMARIVM.

Petitorium licet inter duos collitigãtes fuerit suspensum coram suo iudice: si contingat per tertium coram alio iudice agi super eodem petitorio: poterit suspẽdens tale petitorium venire & agere pro suo interesse super petitorio coram secundo iudice.

EPITOME.

1 *Petitorij suspensione stante inter duos coram vno iudice, quòd illud corã alio iudice & cũ alio collitigãte intentari possit.*

Decisio 6. aliâs 185.

1 NOta † ꝙ vbi quis suspendit petitorium coram vno iudice seu auditore: si agatur per tertium corã alio iudice seu auditore super eodem petitorio, ꝙ suspẽdens tale petitorium coram primo auditore potest venire pro interesse & intentare petitorium coram secundo auditore, qui sunt diuersi iudices, & videntur diuersa iudicia. ar. l. cùm apud. ff. iudi. sol.

EPITOME.

1 *Fructus quæsiti per eum qui obtinuit in possessorio, non restituentur postea obtinenti in petitorio: quando petitorium fuit post restitutionẽ intentatum. Et acceptanti beneficiũ dicenti postea illud non cadere sub gratia sua, non creditur.*

Decisio 7. alias 196.

1 NOta † quòd si primo fuit intentatum petitorium & possessorium: & postea suspensum sit petitorium: & iste spoliatus obtineat & fructus sunt restituti: si postea spoliator obtineat super petitorio fructus restitutos & quos percepit à tempore motæ litis sub petitorio tenetur restituere: vt not. Ber. in c. significauerũt. de testi. si autem petitorium non fuisset prius intentatum, sed intentaretur post restitutionem factam spoliato: tunc spoliatus fructus sibi restitutos antequam intentaretur petitorium non habet restituere. sic notatur in c. cùm super. in secunda glo. de causa poss. & proprie. Glo. Ioan. And. in nouella in c. cùm in multis. in fi. de rescrip. lib. vj. habet ꝙ acceptans beneficium si post acceptationem dicat ꝙ non cadebat in sua gratia, non creditur sibi: quia ex quo acceptauit: præsumitur ꝙ cadat in gratia: ita ꝙ acceptanti incumbit probatio. Et circa istum vide suprà de electio. decisio. vij. ꝙ si spoliatus intentans petitorium & possessorium suspenso petitorio obtineat in possessorio & per consequens fructus sibi restituti: si postea spoliator obtineat in petitorio, an recuperet fructus prædictos? & dic quòd sic. secus si à principio non intentasset nisi possessorium.

SVMMARIVM.

Sufficit fuisse in possessione clericatus per aliqua tẽpora absque alia probatione.

EPITOME.

1 *Clericatus possessio per aliqua tempora absque alia probatione an sufficiat?*

2 *Clericatus possessio, licet inducat præsumptionem sine alia probatione tituli: tamen non erit sufficiens ad adiudicandum beneficium.*

3 *Præsumptio est semper pro possessore.*

Decisio 8. alias 263.

Vide Iason. in l. Barbarius. col. 9. ver si. Tertiò facit & col. 11. ver. quintò. ff. de offi. præto. & quòd ꝓbetur per vnũ testẽ vide Hippoli. de mar. in l. j. §. idẽ Cornelio in fi. col. ff. de quæsti.

1 NOta † quòd talis est opinio rotę, quòd vbi clericus fuit in possessione per aliqua tempora & vixit vt clericus, sufficit probare possessionem clericatus, licet aliâs per literas vel testes non probetur titulus. ita notatur per Innocen. in capitu. super his. circa finem magnæ glos. de accusatio. & capitu. innotuit. de eo qui fur. ordin. recep. & Ioannes monach. in capitu. si iudex. & notatur in cap. licet. de senten. ex commu. libr. vj. licet ibi Io. And. videatur notare contrarium: quæ opinio videtur de rigore iuris verior. quia † licet possessio clericatus sine alia probatione tituli inducat præsumptionẽ: vt no. gl. alleg. ramen in beneficialibus præsumptio non est sufficiens ad adiudicãdum beneficium, nisi verus titulus

probaretur:vt c.j.de re iudi.lib.vj.& hoc not.Inno. in c. illud.de præsumptio.ad quod notatur per Archi.in c.ordinarij.de offi.ordi.licet ista præsumptio sufficeret quã
3 tum ad tuendum eum in possessione:quia † semper est præsumptio pro possessore,nisi contra probetur:vt notatur in c.ex insinuatione.de procu.per Inno.ad quod faciunt notata.per Archi.in c.ij.de concess.præb.li.vj.Prima autẽ opinio secundùm æquitatem semper consueuit seruari:maximè si diu q̃s fuerit in possessiõe clericatus. ar.l.iij.ff.ad Macedo.iunct.l.Barbarius.ff.de of.prẽsi.

EPITOME.

1 *Possessor beneficij etiam non probato titulo beneficij nec pensionis poterit agere nomine sui beneficij.*

Decisio 9. alias 467.

1 NOta † possessor beneficij etiam non plenè probato titulo beneficij nec pensionis potest agere nomine sui beneficij actione ex decre.querelam. de electio. pro pensione iam diu soluta prædecessoribus suis:& postmodùm ei subtracta:licet ipse non fuerit in possessione percipiendi eandem.iuxta notata per Inn.in c.in literis. de resti.spo.& in c.cùm super.de causa pos.& proprieta.

EPITOME.

1 *Reseruatio papæ obstat agenti possessorio:quia afficit titulum & possessionem.*

Decisio 10. alias 475.

Suprà de. 16. in no.de resti. spolia.

1 NOta † si agẽti possessorio obijciatur & producatur papalis reseruatio siue ante siue post suspensionem petitorii,denegatur restitutio : quia decretum papæ nedum afficit titulum sed etiam possessorium.arg. eorum quæ leguntur & notantur de appellat.c.vt nostrum . de electio.c.si eo tempore.lib.vj.facit optimè c.suscitata.de restitu.spolia.& not.in c.constitutus . de filijs presby. & infrà de restitu.spolia.dec.2.

EPITOME.

1 *Reseruatio beneficij obstat agenti possessorio,nisi sit spoliatus lite pendente:quia tunc officio iudicis sibi subueniturs.*

Decisio 11. alias 56.

Vide suprà in no.deci.16. Item si cõtra. de resti.spo.

1 NOta † ℘ vbi aliquis tenet beneficium reseruatum ℘ si talis expellatur de beneficio sibi non datur interdictũ : quia sicut reseruatio afficit beneficium ita possessionem:vt c.vt nostrum.de appel.& ibi Inn . ad quod l.si minor.ff.de seruis exportan.bene tamen datur officium iudicis,si esset expulsus lite pendẽte:in quo quidem officio nõ requiritur possessio:sed sufficit ℘ ius tempore expulsionis detineat:vt not. Inno.in ca.dilecti. de maiori.& obedien. Ad quod facit no.in l.& idem. cũ l.seq.ff.de cond.furti.& l.non tamen.ff.de peti . hæredi. licet videretur secundùm aliquos quòd posito quòd reseruatio afficiat possessionem ciuilem,non tamen naturalem:vt l.j.§.dicitur.de vi & vi arma.vt dicitur in simili quòd ex contractu ex quo non potest transferri dominium, trãsfertur possessio naturalis:vt in donatione inter virum & vxorem.ff. de acquirend. possessio. l.j.§.si vir.ita concordatur cum l.si quis.& l.iij.§.si quis causa. ad quod l.ij.§.à furioso.de vsur.Item posito ℘ reseruatio afficiat possessionem quantum ad papam: nõ tamen quantum ad extraneum litigantem: vt dicitur in simili in l.qui opinionem.ff.de secu.tabul.& vide infrà de prẽbend.decisio.20.& suprà de electio.decisio.4.& infrà de restitu.spoliato.2.

Rot. suprà in no.de.14.fuit dubitatio de resti spolia.

EPITOME.

1 *Petitorij suspensio quò ad vnam partem operatur effectum etiam quo ad aliam etiam non petentem.*

Decisio 12. alias 626.

1 SI † auditor sacri palatij suspendat petitorium ad instantiam vnius partis duntaxat,vt agatur tantùm in possessorio,iuxta clementi.vn.de causa possessio . & proprieta.quòd tunc etiam intelligitur suspensum petitorium quo ad aliam partem sine eius petitione secundum dispositionem iuris communis:vt in allega.capitu. vn.notatur in capitu.ex conquestione.de restitu.spoliat. & hoc verum est in eadem cognitione : secus in diuersis. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Intrusus est tantum qui habet beneficium ab eo qui titulum dare non potest.*

Decisio 13. aliàs 415.

Vide Fely. in c.in nostra.de reseri.nu.27. infr. de præb. deci.183. nota quòd vbi 20. deci.

1 NOta † quòd intrusus est ille qui absq; titulo eius qui dare potest tenet beneficium : & non ille qui ab alio habet titulum,qui dare potest, licet de ipsius prouisi vel tenẽtis tit.validitate disputetur,aliàs dubitetur,hoc vult Inno.in c.nihil est,in magna glo.circa medium. de electio.& ibidem Compost.in glo.pone.& sic intrusio opponitur canonico ingressui.

EPITOME.

1 *Possessorio per tres sententias conformes deciso suspenso prius petitorio non est amplius sententia ducẽda super possessorio.*

Decisio 14. alias 368.

1 NOta † quòd vbi in vero possessorio actũ est : & sunt tres sententiæ latę suspẽso prius petitorio super possessorio seu spoliatione non est amplius sententia ferenda.Et hoc potest esse verum quando ab eodem agebatur petitorio & possessorio restituendæ possessionis : & talis obtinuit, & est restitutus in possessionem : tunc frustra ageretur de possessione:quia non esset nisi fatigare laboribus & expensis.l.j.ff.de inoffi.testa.sic not.Innoc.in c. cùm dilectus.extrà de causa pos.& proprie.secus tamen si aduersarius.de quo dic vt in cap.qui ad agendum. per Dy.de reg.iur.& per Cyn. in l.incerta.C. de interdict. notatur in l.j §.cauendum.de interdict.

EPITOME.

1 *Spoliatus qui obtinuit in possessorio & recuperata possessione ecclesiæ super fructibus & expensis dedit spoliatori dilationem , qui dilatione pendente potest procedere in petitorio, si propterea fuerit facta nouatio.*

Decisio 15. alias 884.

1 SPoliator † cõdemnatus ad restituendã ecclesiã cum fructibus perceptis & expensis: restituta ecclesia cõponit cum spoliato pro fructibus & expẽsis in certa pecuniæ summa & quãtitate:& spoliatus dat sibi certos terminos certorum annorum ad soluendam illã quantitatem pecuniæ:quibus terminis nondum lapsis nec adhuc soluta pecunia spoliatorvult procedere in petitorio: spoliatus dicit,quòd nõ:donec pene, * sit restitutus:quia nõdum habuit restitutionem fructuum & expẽsarum. Alter dicit quòd nõ tenetur soluere propter conuentionem & terminos:& quòd ex hoc videtur renũtiasse spoliatus illi exceptioni,quæritur an bene dicat. sic si fuerit facta nouatio,aliàs non:vt ff.de re iudic.l.iiij.l.si ex conuentione.C.de except.rei iudic.l.ij. ad quod facit arg.l. qui id.ff.de donationi.

* Pene. Alias omnino.

De Restitutione spoliatorũ.

EPITOME.

1 *Monachus spoliatus beneficio ad nutum remouibili non restituitur contra abbatem suũ nisi pendẽte inquisitione quam contra abbatẽ prosequebatur,vel ab extraneo sit spoliatus.*

2 *Precario in dubio transfertur possessio.*

Decisio 1. alias 1.

Supr.eod.tit. in no.deci.vj. Fely. in c. per tuas.de maio. & obed.

PRIMO † quòd monacho habẽti administrationem seu prioratũ ad nutum abbatis amouibilem non cõpetit restitutio,nec aliquid remediũ in causa restitutionis possessionis cõtra suum abbatem,& sic tenet quod not. Innocẽ.in c.olim super verbo, restitutus.in vlti.opi. * de accu.nisi spoliet cũ pendente inquisitione contra ipsum abbatẽ quam ipse monachus prosequebatur. ita not.Innocen.in princip. in vlti.opin. de accusationib. Nec seruamus opinionem eiusdem positam in capit.insinuante.qui cle. vel vo.circa quod vide quod not. Archidia.in capitul.præsenti.de offic. ordina. libro sexto. Et istud ego intelligebam esse verum quando prior vel monachus habens talem administrationem ad nutum remouibilem remouetur ab abbate : secus si spoliaretur ab extraneo : quia tunc competeret sibi restitutio , quia, cum iste videatur precario possidere : in dubio respectu extranei videtur habere pos-
2 sessionem , quia † in precario in dubio transfertur possessio.ff.de

* Vlti. opin. Vbi dicit qd monachi ne petere possunt vt restituantur ad monasteria salua ordinis disciplina:sed quòd restituãtur ad prioratus vel obedientias hoc petere nõ possunt.

sessio.ff.de preca.l. & habet.§.cum qui. & ibi notatur.& istud est ad instar serui cui competit restitutio possessionis.C.si per vim vel alio modo.l.final.qui legi. perso. habent.l.j.cum ibi not.contra tamen abbatem à quo talis monachus causam tantum habet, non habet restitutionem.argu.l.si quis conductionis.C.loca.sed bene contra extraneum:vt l. qui precario .ff.de preca. & religiosi in causis in quibus possunt agere, possunt procuratores constituere.

Suprà deiudi. 15.

SVMMARIVM.

Notorium non ius agenti possessorio & seruatio obstant eidem.

EPITOME.

1 *Spoliato petenti restitutionem obstat exceptio notorij non iuris & seruationis.*

Decisio 2. *alias* 7.

Vide suprà in no.2.ti.de.16. Item si cõtra. Alex.in §.nihil commune. col.6.ver. aut quærimus.

1 NOta † ꝙ vbi agitur possessorio iudicio in causa beneficiali:& apparet de notorio non iure agentis impeditur restitutio de quo c. * ad decimas.de restit.spol. libr.vj.vt not.Inno.in c.constitutus.de fil.presby.& Specula.in tit.de peti.& poss.§.quia suprà dictum est. secus videretur in re prophana.ar.no.in l.fi.ff.de vi.& vi ar.& l.si de vi & possessione.ff.de iudi no.per Dy.in reg. qui ad agendum.de reg.iur.cum si.pro quo c.lator.& c.consanguinei.de re iudi.& quod no.in c.quod sicut.de elec. In beneficio reseruato etiam spoliatus non restituetur: quia reseruatio tollit ne talis possit dici possessionem habere,& ita no.per Inno.in c.vt nostrum.de appel. & ita seruatur.& de elec.si eo tempore.libr.vj.vide infrà deci. supra de causa poss.& propr.dec.xj.& cccl xxj.

1 DIc in c. dudum. de iudi. in clem. quòd † citatio per edictum contra aliquos facienda cõmuniter non habet locum, nisi quando aliquis qui debet citari latitat vel abhorretur potentia eius: vt dicitur in fi. præalleg. c. si autem aliquis supplicat ꝙ fiat dicta citatio contra aliquos iuxta prædictum c. vt in forma: tunc citatio non debet fieri cum iuramento: sed auditor debet facere informationem cum tribus an sit verum quod dicit supplicans. & si inuenitur modo prædicto quòd illi qui dicuntur citandi, sunt tales: decernitur etiã citatio per edictum, & ita seruat rota.

EPITOME.

1 *Citatio vbi petitur in supplicatione per edictũ iuxta c. dudum. de iudi. si signatura habeat, concessum vt petitur, necessario super hoc non est fienda informatio: secus si addatur, concessum vt petitur in forma.*

Decisio 23. alias 782.

1 SI aliquis supplicat papæ ꝙ † aliquis citetur per edictum iuxta c. dudum. de iudi. in cle. & vicecancellarius signat, vt petitur. tunc non est necessarium quòd super hoc fiat aliqua informatio: secus autem si dicatur in signatione supplicationis, fiat vt petitur in forma. tũc est necessarium quòd super hoc fiat informatio circa illa quæ continentur in fi. præalle. c. & ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Inhibitio licet fieri possit parte non vocata in appellatione iudiciali: secus si extraiudicialiter appellatum fuerit.*

Decisio 24. alias 615.

1 NOta † licet inhibitio fieri possit iudici à quo est appellatum per iudicem ad quem parte non vocata: vt legitur & notatur per Ioan. andr. & Archidia. in capitu. romana. de appella. libr. vj. tamen stilo palatij nunquam inhibitio fieri debet, nisi parte vocata. prædicta habent locum quando appellatur in iudicio: si enim extra iudicium appellatur: tunc non propter hoc etiam à principali siue alio modo debet impedire officium vel ius primi vel alterius hominis, quin illud exequatur sententiam primam. & ideo quia lis vel appellatio non debet priuare quemquam sua possessione, quamuis hoc sit in iudicio secundùm Archidia. in prædict. cap. romana. vide deci. vj. infrà de appella.

EPITOME.

1 *Intimatio litispendentiæ non ligat manus alterius iudicis, nisi intimetur per cardinalem.*

2 *Cardinalibus ob reuerentiam non inhibetur.*

Decisio 25. alias 659.

1 ET est sciendum quòd si † alicui domino auditori sacri palatij est causa commissa, quæ erat commissa alteri ante: & intimet eandem commissionem factam, propter hoc non tenetur abstinere procedere in causa: nisi post inhibitionem: secus autem si alsquis dominus cardinalis inhibet alicui domino auditori sacri palatij propter eius reuerentiam, & si aliqua causa est commissa alicui domino auditori quæ prius erat in manu domini cardinalis: quia tunc auditor sacri palatij facit intimationem domino cardinali causæ sibi commissæ, licet de iure deberet facere inhibitionem. secundùm Archidiaconum in capitu. romana. de appellationi. lib. sexto. sed inhibitio † omittitur solùm propter reuerentiam cardinalis. & hoc seruat rota dominorum auditorum sacri palatij.

EPITOME.

1 *Iudex ad quem potest inhibere iudici à quo parte absente non vocata: secus si sit præsens in curia.*

Decisio 26. aliàs 825.

NOta dic† quòd inhibitio potest fieri iudici à quo est appellatum per iudicem ad quem parte nõ vocata: vt not.per Ioan And.& Archid.in c.romana. de appel. libr.vj.tamen de stilo palatij nunquam inhibetur partibus in curia præsentibus à iudicibus nisi parte vocata: secus si sunt absentes.

EPITOME.

1 *Ius reuocandi domum præsentes in curia romana reipublicæ causa non habent.*

Decisio 27. aliàs 618.

1 DIc † quòd illi qui sunt in curia ro.reipu.causa habent ius * reuocandi domum: vt c.fin.extrà de fo. compe.& c.fin.de dila.tamen communiter obseruatur quòd tales non habent ius reuocandi domum: imò coguntur ibi respondere aduersarijs suis postquàm sunt præsentes in curia,& ita etiam obseruat Rota dominorum auditorum sacri palatij.

* *Ius reuocãdi domũ. De hac materia legatorũ quãdo habent ius reuocandi domum habetur in l.ij.§.legati. & §. seqq. ff.de iudi. & ibi per Bart. alosque scribentes.*

SVMMARIVM.

Causa beneficialis deuoluta per appellationem ad curiam quam formam requirit seruandam, etiam respectu procuratorij.

EPITOME.

1 *In causis deuolutis per appellationem forma procuratorij seruatur: secus in causis deuolutis per specialem commissionem.*

Decisio 28. aliàs 680.

1 DIc † quòd si aliqua causa spiritualis sit in romana curia tractãda ratione appellationis: oportet quòd seruetur forma c.j.de elect.li.vj.& c.circa.& capi. causam.eod.titu.in clem.& in tali causa seruetur forma procuratorij data in procuratione: secus autem si causa est in romana curia de mandato domini nostri papæ, quia tunc inhibitio procuratorij facta seu data non valet quoniam dicta causa tractatur in curia romana, non obstante limitatione facta in procuratorio.

EPITOME.

1 *Inhibitio post conclusionem in causa fieri non debet: attamen si facta fuit, sententia per auditorẽ post ipsam lata erit nulla.*

Decisio 29. aliàs 711.

1 DE † stilo autem sacri palatij est,quòd post conclusionem non fit inhibitio per aliquem auditorem alteri: verum si fuerit expresse inhibitum, & audi tor cui facta est inhibitio ferat sententiam: tunc talis sententia est nulla,hoc tenet maior pars auditorum.

EPITOME.

1 *Inhibitio post conclusionem in causa potest fieri iudici in partibus ad instantiam appellantis: secus si causa sit coram alio quo auditore sacri palatij.*

Decisio 30. aliàs 747.

1 NOta † quòd si aliqua est causa coram aliquo iudice extra sacrum palatium: & sit conclusum coram eo, & appellatur ab eo, quòd nihilominus potest fieri inhibitio dicto iudici ad instantiam appellantis: secus autem si coram aliquo auditore sacri palatij: quia post conclusionem inhibitio fieri non potest.vide dec.vj. & de app. 66.eodem titulo.

EPITOME.

1 *Cardinalis non inhibet alteri cardinali.*

Decisio 31. aliàs 712.

1 NOta † quòd quando aliqua causa est commissa alicui domino cardinali: & postea committitur per papam alteri domino cardinali ex causa, quòd cardinalis cui facta est commissio vltimò insinuat domino cardinali, non autem inhibet sibi. & ita seruatur inter dominos cardinales: secus autem seruatur inter dominos auditores sacri palatij: quia vnus inhibet alteri suo loco & tempore.

Vt Lite penden.nihil inno.

EPITOME.

1 *Successor in beneficio consentiendo ad causam, sicut defunctus in eisdem terminis in quibus causa reperiebatur.*

2 *Libellus de nouo non datur vbi lis fuit contestata cum patre, aliàs sic.*

Decisio 1. aliàs 3.

1 NOTA † q̃ successor beneficij ex eisdẽ actis & causa in eodẽ statu manẽte conuenitur sicut principalis. quod dic vt in c.si hi contra quos.vt lite pen.libr.vj.& in c.j.de alie.mutan.iud.causa fact.Nec obst.c.significauit.de rescri.cum ibi no. & c.quia.v.de iudic. in filio qui supersest mortuo patre.

2 Distingue an † lis fuit cõtestata cum patre:& tunc non dabitur nouus libellus,altãs sic.ff.de iudic.l.tam ex contractibus.iunct.l.amplius.ff.rem ratam haber.

EPITOME.

1 *Inhibendum est collitigantibus, non extraneis.*

Decisio 2. aliàs 58.

1 NOta † quòd vbi auditor inhibet in causa: solùm inhibet illis qui veniunt ad causam, seu illis qui liti possunt præiudicare. Et dicitur in simili quòd pendente appel.omnia debent esse in eodem statu.hoc verũ quantum ad litigãtes,non quantum ad extraneos: vt notatur in l.creditor.§.mandatorem.in prin.ff.man. de ap.c.romana.§.in alium.lib.vj. qualiter intelligitur quòd pendente appel. nihil est innouandum.dic per Innocen.in c. dilectis.de exceptio.& in c.dudum.super verbo,dispensatum.versic.nec obst.de electionib.

EPITOME.

1 *Permutatio beneficij litigiosi facta lite pendente reuocatur per viam attentati etiam mortuo permutante, vocato tamen possessore.*

Decisio 3. aliàs 400.

1 NOta † si lite pendẽte in palatio apostolico super beneficio ecclesiastico reus & possessor transferat beneficium in alium permutando vel alio modo, & moriatur: huiusmodi permutatio soluitur per modũ attentati etiam contra illum superstitem eo tamen vocato: vt no.per Inno.de consti.cùm.M. de appel.cùm teneamur. per Hostien.vide infrà de appel.dec.x.

EPITOME.

1 *Citatione decreta licet non executa, si aliquid mouet actor, illud totum via attentatorum reuocabitur.*

2 *Citatio decreta inducit litis pendentiam quò ad actorem impetrantem illam.*

Decisio 4. aliàs 426.

1 NOta † vtrum postquã actor impetrauit rescriptum aut commissionem: & fecit præsentari ei cui causa committitur: & impetrauit citationem decerni contra eum quem vult conuenire, si antequam fecerit exequi citationem seu antequã citatio aliqua perueniat ad notitiam partis contra quam impetrauerat actor innouauerit aliud: puta illum reum citandum contra quẽ impetrauit rescriptum vel citationem spoliauerit: illud innouatum sit reuocandum ante omnia tanquam lite pẽd. innouatum,& videtur quòd non,quia adhuc non censetur lis pẽdere donec citatio peruenerit in notitiam partis: vt in cle.cùm litis vt lit.penden. sed maior pars contra † imò lis censetur pendere in præiudicium actoris impetrantis: secus in præiudicium rei ignorantis. vide suprà de dolo & contu.dec.xj.

2

EPITOME.

1 *Surrogatus per ordinarium in beneficio litigioso in curia non potest dare obiectus de iure tertij. & per totum.*

2 *Debitor verus potest excludere creditorem deducendo alienum debitum, vt excludat ius actoris & absoluetur ab eius petitione.*

3 *Surrogatus lite pendente non habet fundamentum alicuius coloratæ possessionis vel detentationis.*

4 *Surrogatus lite pendente est remouendus à sua detentatione ante omnia, & an possint reuocari talia attentata ex officio nobili parte non vocata. & nume.5.*

Decisio 5. aliàs 433.

1 NOta † nunquid reo & possidente lit.pen.mortuo, si de facto in beneficio in quo lis pendebat surrogetur alius per ordinarium, contra c. si hi contra quos.extrà vt lit.pend.libr.vj.possit iste surrogatus possidens qui nullũ ius habet in dicto beneficio per dictum c.dare obiectus contra actorem qui petebat beneficium. Et videtur quòd sic, quia licet reus ibi nullum ius habeat in

Infrà per Bisig.5.eod. tit. ait. supràde de rest. spolia. 18. & in no. eo.titu.x.

beat in beneficio: & si per confessionem suam vel aliâs constet vincere debet per non ius actoris, saltē vt ab eius impetratione absoluatur: vt not. Compostel. de rescript. capitu. mandatum. pro quo. C. de rei vend. l. fi. de æden. qui accusare. pro hoc etiam bene potest induci. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. l. Paulus. §. fi. ibi, si qualiscunq; possessor. pro hoc etiam facit. quia † verus debitor excludere potest creditorem deducēdo alienum debitum, vt excludat ius actoris: & tamen ipse quantum ad se cum re uera debitor esset, fuisset condemnatus: sed propter non ius actoris vincit, & absoluetur ab eius impetitione si deduco. ff. ad Treb. l. j. §. quanquam. ff. de Carbo. edict. l. iij. §. cùm extaret. de bo. liber. l. quamdiu. C. de donat. l. iiij. & not. per Cyn. C. de ser. fug. l. cùm seruum. in noua. addi. Credo contra in hoc casu. quia si talis reus & possessor nouiter surrogatus lite penden. admitteretur ad causam & ad impugnandū ius actoris: frustra esset facta d. decre. si hi contra quos. nam semper per tales nouos possessores qui malitiosè surrogantur, interdum litigia in ecclesiarum dispendium surrogarentur contra rationem dicti capitu. nec iudex sustinere debet imò ex officio suo talem nouum surrogatum à litigio repellere: ex quo in præiudicium litis pendentiæ fuerat surrogatus, imò & ante omnia, cum ab initio debeat reuocare attentata lite penden. vt per totum titu. vt lite penden. Item quia † talis surrogatus non habet fundamentum alicuius coloratæ possessionis vel detentationis imò eius possessio seu detentio adeo est affecta & adeo nulla: quòd carere debet iuris adminiculis, propter decretum appositum in dicto capitu. si hi contra quos. sicut alibi dicitur. de possessione beneficij reseruati, qui non habet aliquam possessionem vel detentationem nec iuris adminiculum coadiuuabilem: vt not. per Innocen. de appella. capitu. vt nostrum. argumen. de prēben. capitu. inter cętera. cum concord. Nec obstat. opini. Compostę. nec iura suprà allega. quia omnia illa vera sunt in reo qui habuit possessionem seu detentationē antequam lis contra eum vel aliquem alium inchoaretur, & sic cum non haberet eam in prēiudicium litispendentiæ poterat admitti ad litem: & per consequēs ad impugnandum actorem, vt sic per non ius illius absoluatur ab impetitione: & de tali etiam si constaret de non iure suo crederem quòd posset dare obiectus. secus autem in casu nostro, quia † similiter iste surrogatus: lite penden. est repellēdus à lite: imò & remouendus à possessione seu detentatione reuocando omnia per eum lite pen. attentata. & ita fuerūt quasi omnes in opi.

Sed † an talia attentata lite pend. possint reuocari per iudicem ex suo officio nobili etiā parte non petente? videtur ꝙ sic. quia talia attentata nedum concernunt præiudicium vel iniuriam partis: imò & irreuerentiā & iniuriam iudicis. ergo &c. argumen. ff. de postu. l. quos prohibet. ff. de pact. l. iuregentium. §. si paciscar. pro hoc quia talis reuocatio attentatorum hoc casu tangit abbreuiationem litis: & sunt notoria iudici vt iudici attentata, ex quo talis surrogatus attentat possidere, & petit se admitti ad litem. argu. C. de tempo. appell. l. ij. §. fi. ff. de suspec. tuto. l. iij. §. præterea. ff. si certum peta. quidam extimauerunt. Item quia talia attentata tangunt periculū animæ attentātis: vtilitatem q; ecclesiarum, & publicam & ne propter diuturna litigia ecclesiæ diu vacent, cum iudicis illusione. ergo in hoc casu iudex potest supplere de facto. argumen. not. per glo. de elect. c. cupientes. §. cæterum. super verb. contumacia. lib. vj. & per Archi. de excepti. c. pia. in vlti. glo. libr. vj. super hoc nihil fuit determinatum. vide decis. 430. & 308.

EPITOME.

1 *Attētata possunt peti reuocari vsq; ad cōclusionē causæ exclusiuè*

Decisio 6. *aliàs* 518.

1 NOta † quòd attentata lite pendente possunt peti reuocari vsque ad conclusionem in causa * exclusiuè quia in quacunque parte litis ex officio reuocantur ante omnia propter contemptum iudicis & partis. iuxta no. in cap. non solùm. de appel. lib. vj.

EPITOME.

1 *Attentata non reuocantur ad instantiam illius de cuius non iure clarè constat.*

EPITOME.

Decisio 7. *aliàs* 505.

1 NOta † ad instantiam illius de cuius non iurè clare cōstat non veniunt attentata lite pen. reuocanda: sicut dicimus in interdicto vnde vi. iuxta not. per Innoc. in c. cōstitutus. de fil. presb. & c. significasti. de diuor. & quia sua non interest hoc petere. de elect. ea. cum inter canonicos. ij. q. vj. non solent. de test. c. veniens.

EPITOME.

1 *Corpus mortui lite pend. per ecclesiam actricem exhumatum: ab ecclesia rea non venit per viam attentati iterum exhumādum, vt ecclesiæ reæ restituatur.*

Decisio 8. *aliàs* 854.

1 CVm † partes litigarent de funere quodam iam sepulto in vna ecclesia, quòd vendicabatur per vnam aliam ecclesiam: pars ecclesiæ vendicantis lite pen. exhumauit funus de ecclesia cōtra quam agebat, & portauit & sepeliuit in sua. pars rea petit reuocari tanquam attentata, & ante omnia reduci in prima sepultura dictum funus. quæritur an hoc sit faciendum? Fuit dictum quod non. quia funera seu corpora mortuorum non sic sunt tractanda seu transmutanda. per not. per Innocen. de sepult. c. cum liberis. & hoc de æquitate. de rigore iuris forte secus. per not. ibidem. per Hosti. circa princi.

De Sequestr. poss. & fruct.

EPITOME.

1 *Violans sequestrum appositum super beneficio in vi sententiæ nullæ, incidit in pœnas cle. ad compescendas.*

2 *Sententia diffinitiua vel interlocutoria etiam lata ex falsa causa, nisi habeat errorem iuris expressum ipso iure tenet: licet ope exceptionis reuocari possit.*

Decisio 1. *aliàs* 510.

1 QVOTA vtrum † pœna consti. cle. ad compescendas. habeat locum si factum fuit sequestrum virtute sententiæ diffinitiuę latæ in curia ro. quæ est nulla: licet tunc aliqua putaretur, si aliquis violauit illud sequestrū. Et videtur quòd talis non incidat in pœnam, ex quo sententia est nulla: quia tunc sequestrationis decretum videtur fuisse interpositum ex falsa causa. ergo nullus sit effectus. argumen. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. quia constitutio illa est pœnalis. ergo restringenda. Tutius esset tenere contrarium propter rationem illius text. in odium violātis sequestrum antequam fuisset declarata sententiæ nullitas. & quia propria authoritate attentare non debuit quod iuridice & via ordinaria prosequi potuisset: quia in dubio sequestrum & manus appositio papæ seruari debuit propter eius authoritatem: & propter hoc etiam quia non obstan. nullitate sententiæ ex quo autentica credebatur, puniatur & teneatur violator illis pœnis. ff. de fal. si quis legatam. & quia etiam sequestrum non est nullum, licet ex falsa causa latum: cùm † sententia diffinitiua vel interlocutoria etiam lata ex falsa causa nisi habeat errorem iuris expressum ipso iure tenet, licet ope exceptionis reuocari posset. facit quod nota. ff. de acquirend. hæredita. l. Si is ad quem. & not. per Innocen. de renuntiat. io. in præsentia. Nec obstant iura quæ in contrarium possent allegari: vt dicit Bernard. in illa quæstione, an vnio facta ex falsis causis sit nulla ipso iure. & quia sequestrum violans violat possessionem tenendo quod esset penes sequestrum: vel tenendo: quòd adhuc esset penes partem prius possidentem: eo quod per sequestrum sibi conseruetur argumen. nota. C. de prohibi. sequestra. l. prima. per Cyc. cuiusquidem existentiam possessionis cum sit facti decretum iustum vel iniustum vel causæ falsitas non diuersificat: nec eius acquisitionem impedit sic: nec acquisitionem domini: vt l. rem quæ vobis. & l. iiij. §. econtrario. de acquirend. possess. & capitu. cum nostris. de concessi. præbend. & sequestratio etiam facta est. ff. de cura. furi. l. concilio. §. fina. vide infrà decisi. xj. infrà de senten. & re iudicat.

lvij. quod est verum ad instantiam partis: sed ex mero iudicis officio possunt reuocari etiam post conclusionem: vt not. idem Ro. in con-xiij.

Suprà deci. dē caus. poss & propriet. circa medium.

Vide Guerg. Cuchia Lata sententia nulla incidit in pœnā Clem. sed cōpescendas.

* *Exclusiuè. Nam post conclusionem facta in causa reuocari non possunt: vt per* 1 *l. u. Ro. con.*

De Confessis.

EPITOME.

1 *Positionibus vbi semel responsum est, an iteratò responderi cogi possit pars.*

Decisio 1. aliàs 229.

1 NOTA † quòd vbi pars principalis respondit semel in causa iteratò si iudici videatur potest cõpelli quòd respõdeat: quia possibile est ꝙ hodie credit vnum, cras aliud. arg. l. repeti. & l. quę bona. de quæstio. & l. si quis stuprũ. de dã. infect. iunct. l. vbicũque. de inter. act. licet videatur contrarium propter varietatis dubium periurij, quod posset induci per talem multiplicem responsionem. iuxta cap. cùm in positionibus. de iureiuran. libr. vj. not. per Ioan. monach. licet Archidia. contra.

EPITOME.

1 *Confessio procuratoris facta domino sciente præiudicat ipsi domino.*

Decisio 2. aliàs 374.

1 NOta † ꝙ vbi procurator confitetur articulos partis aduersæ domino sciente: talis confessio præiudicat domino, nisi dominus reuocet confessionem & probet procuratorem sic confitendo errasse circa factum: vt l. de ætate. in fin. ff. de inter. act. vel purget contumaciam procuratoris nocet domino: maximè si procurator ad requisitionem iudicis articulos est confessus. ff. de tribu. l. procurator. & quod not. extrà vt lit. non contest. c. j. super verbo, contumaciam. & in c. suborta. de re iudi. aliàs non noceret. ff. de confes. cum simil.

EPITOME.

Forma c. ij. de confes. libr. vj. est præcisè in omnibus seruanda, propter eius rigorem.

Decisio 3. aliàs 682.

DIc quòd † cap. de confes. lib. vj. est valdè rigorosum: quare in suo casu forma eius est omninò seruanda, & per omnia in omnibus. & ita seruat Rota dominorum auditorum.

EPITOME.

*Confessio facta per aliquem tanquam testẽ in vno iudicio non præiudicat * sibi in alio iudicio tanquam parti.*

Confessio facta in vno iudicio nocere debet in alio.

Decisio 4. aliàs 855.

QVidã † agebat contra duos debitores suos cõreos debendi ad certæ pecuniæ quantitatẽ per eos sibi promissam, illi prætendẽtes se soluisse pecuniam debitam cuidã. p. nomine creditoris recipiẽti, cui etiam creditor voluerat per eos ei tradi, & ad hoc probandum produxerunt in testẽ quẽdam executorẽ testamẽti illius p. cui pecuniã tradiderant, quia iã ille mortuus erat, qui quidem executor de hoc deposuit quo modo ille. p. noĩe dicti creditoris actoris ab illis conreis debendi pecuniã habuerat, & eam sibi portare debebat, tunc creditor egit cõtra illum executorẽ illius. p. vt pecuniã illã per illum. p. cuius ipse erat executor receptã eius creditoris nomine vt sibi redderet & portaret ac restitueret sibi, ille oĩa asserta per ipsum actorem negat, actor vero inducit ad probandũ contra eũ quomodo ille. p. receperit depositionem illius executoris quã fecerat, cùm fuit productus in testẽ per debitores contra actorẽ: ille produxit ꝙ virtute illius depositionis non poterat condẽnari: quia nõ fuerat cõfessus illa in isto iudicio sed in alio, sed in illo alio non vt pars sed vt testis. quærebatur qd iuris? Fuit dictũ quasi per omnes ꝙ nõ poterat cõdemnari ex illa confessione facta in depositione: quia tunc deposuerat vt ipse testis, & nõ vt executor, quia testis deponit de sibi notis & suo sensui corporeo, vel sensibus corporeis subiectis: nũc verò conuenitur nomine executorio: & ideo eius depositio sibi nocere nõ debet ex quo alio nomine cõuenitur, quia reuera non sibi noceret: sed potius executori seu hęredibus illius. p. mortui cuius est executor, & res inter alios acta &c. pro hoc etiã facit ff. de postulan. l. si. de auth. tu. l. accipiẽtis. Sed quid si cõueniretur nomine proprio, an tunc sibi depositio noceret, si deponeret tunc in alia causa se pecuniã creditoris nomine recepisse à debitoribus portandam creditori? Videretur quod sic, quia † confessio vel depositio facta in vno iudicio nocere debet in alio. arg. c. per inquisitionem, vbi videtur casus extrà de elect. pro quo faciunt ibi notata per Inno. pro hoc etiam videtur text. ff. de his quibus vt indignis l. post legatum. §. erat. versi. his verò qui. & quod notatur in feu. quæ sit prima causa benefi. amitten. §. sed qui delator. super verbo, perdit. facit etiam ff. de bo. quæ libe. l. qui cũ maior. §. his demum. versi. sed & sine. ff. de inoffi. testa. l. fina. In oppositum tamen videtur quod imò sibi nõ noceat: quia tunc deposuit vt testis: & ideo sibi nunc vt parti nocere non debet. ar. not. per Inn. de fide instru. c. inter dilectos. super verbo, inter alios. pro hoc etiam faciũt not. in d. c. per inquisitionem. de elect. in glo. fi. pro hoc etiam, quia confessio facta in vno iudicio non nocet in alio, præsertim inter alias personas. C. vt lib. causa. l. interrogatum. quæ ita concordat cum l. iubemus. eo. titu. In oppositum facit extrà de transact. c. ex literis. cum not. ibidem.

Dominum n.ª Augu. berum in repeti. c. si clerici. de iudic.

De Probationibus.

EPITOME.

1 *Conclusio in causa excludit etiam probationem per instrumenta, & hoc in prophanis, secus in beneficialibus.*

Decisio 1. aliàs 9.

1 NOTA † quòd postquàm est conclusum in causa nõ recipitur probatio etiã per instrumẽta maximè in causa prophana: vt in c. cũ dilectus. de fide instr. cũ ibi not. per Inn. in c. pastoralis. super verbo, conclusum. de causs. pos. In causa verò beneficiali secundùm aliquos admittetur probatio per instrumẽta: vt videtur dicere Host. in c. ad petitionẽ. de accu. c. lator. & c. consanguinei. de re iudi. & quia renuntiatio non est necessaria: vt in cle. sæpe. & etiam post conclusionem possunt recipi testes in tertio casu.

EPITOME.

1 *Instrumenta possunt produci post terminum ad producendum omnia.*

Decisio 2. aliàs 147.

1 NOta † quòd post terminum peremptorium datum ad producẽdum omnia, possunt produci instrumẽta: vt not. Io. Andr. in c. sæpe. super verbo, non obst. de verb. sign. in cle. quia talia semper valent produci donec pronuntiatum sit in causa: vt c. cùm dilectos. de fide instru. nisi expressè esset dictũ quòd post terminum nec per instrumenta nec aliàs: quia tunc post lapsum terminũ peremptorium esset excluſus: vt c. coram. de in integ. resti.

EPITOME.

1 *Possessio transfert onus probandi negatiuam in aduersarium: licet secus in ordinario.*

Decisio 3. aliàs 40.

1 NOta † vbi reus est in possessione, & dicitur nõ legitimè institutus: ꝙ actori incũbit probatio, ꝙ reus nõ sit legitimè institutus: vt no. In. c. ex insinuatione. de ꝓc. & vide no. in c. vt nostrũ. vt eccle. benefi. vbi aũt ordinarius ageret cõtra possidentẽ forsan esset aliud. de quo dic vt no. Archi. in c. ordinarij. de of. ord. licet contra primũ dictũ faciat quod no. Inn. in c. G. perpetuus. de fide instr. vide Io. And. in c. j. de re. iur. & Arch. de elect. c. dudum.

EPITOME.

1 *Possessio diutina facit quem præsumi promotum: & ideo dicẽti negatiuam incumbit onus probandi.*

Decisio 4. aliàs 84.

1 NOta † ꝙ vbi cõtra aliquẽ excipitur ꝙ non est promotus: si ille cõtra quem excipitur multo tẽpore deseruierit in beneficio tanquã promotus: præsumitur qđ fuit promotus, nisi per excipiẽtem contrariũ probetur: vt no. Inno. in c. super his. in fi. mag. gl. de accu. quia præsumptio aliquando facit pro illo qui dicit se promotum seu ordinatũ. ar. no. in c. tua. de cler. peregri. super verbo, inferioribus. per Inn. alias autem qui dicit se promotum haberet hoc probare, quia est qualitas extrinseca adueniens homini: quę qualitas nõ præsumitur nisi probetur: vt not. Io.

* Non præiudicat. An autem confessio facta in vno iudicio nõ tãquam à testẽ sed tanquam 1 à parte præiudicet in alio iudicio: vide singulariter per do. Petr. Rauẽnat. in suo alphabeto aureo in verbo, 1 cõfessio facta in vno iudi- 2 cio.

Purpu. in l. 1 ij. col. pe. vers. 4. etiã. C. de edend. Hiero. gra. responso. suo. 141. in causa Franciscs in 2. pte.

vt not. Io. mo. in c. si forte. super verbo, scientiæ. de elec. lib. vj. & de hoc dic vt in c. innotuit. per Innocen. extra de eo qui fur. ordi. re. & c. illud. de præsump. ad quod no. per Archid. in c. ordinarij. de offi. ordi. lib. vj.

EPITOME.

1 *Constitutio papæ potest probari per testes qui assistebant illi.*
2 *Cardinalis verbo creditur.*

Decisio 5. aliàs 96.

Ripa. in rubr de consti. col. 27. Staphi. in libr. de literis gra. & iusti. fo. 109. vers. ego tamen.

1 NOta † quòd reseruationum reuocatio seu reseruatio vel alia cõstitutio potest probari per testes qui assistebant papę tempore constitutionis, qui cum sint certi casus qui probantur solùm per scripturam, in alijs casibus permittitur quòd admittatur probatio per testes: maximè si per testes haberi potest veritas: licet videatur contra quia in constitutione possunt esse verba principis immutata, de quibus non est verisimile quòd habeant testes recentem memoriam: nec concordant de verbis sicut probant talia verba per scripturã: & ideo facta seu gesta principis realiter per scripturam probãtur. C. de mand. princ. l. j. de diuer. offi. l. probatorias. cum si. & quia princeps negotijs occupatus: nec potest facta sua sic verbo exprimere sicut per scripturã probantur: quare videtur quod talia per bullam debent probari: pro prima autem parte facit quòd † verbo cardinalis creditur vt c. cùm olim. de priuil. cum ibi not. per Inno. & quod not. per Ioan. an. in procemio. lib. vj. super verbo, bulla. vi de infrà deci. vj. eod. tit.

EPITOME.

1 *Motus proprius non probatur per testes.*
2 *Motus proprius, licet tollat qualitates extrinsecas: tamen non tollit intrinsecas, nec dispensationem inducit.*

Decisio 6. aliàs 131.

* *Motu proprio factam. Adde quòd motus propius firmat gratiã etiam si in ea nulla est facta mentio alterius beneficij tam obtenti quã impetrati: vt habetur per Feli. in c. ad aures. de re scrip. in col. v. vers. vj. conclusio.*

1 NOta † quod in c. si motu proprio. de præben. li. vj. non admittitur probatio per testes, si aliquis velit probare gratiam motu * proprio factam: vt ibi not. in fi. glo. & idem in c. per literas. eod. ti. in cle. & ibi Io. an. & vide suprà isto tit. dec. 5. & † quãdo motus: proprius tollat qualitates extrinsecas, & nõ intrinsecas, nec inducit dispensationem vide suprà de rescrip. deci. 71.

EPITOME.

1 *Attentata non probantur per remissionem ad partes: quia probari debent in curia.*

Decisio 7. aliàs 220.

1 NOta seruat audentia † quòd quando proceditur super attentatis non fit cõmissio. i. remissio ad partes: sed datur ad probandũ in curia. vide infrà de app. dec. 10.

EPITOME.

Declaratio non habet locum in articulis obiectiuis.

Decisio 8. aliàs 263.

1 NOta † quòd in articulis obiectis, nõ habet locum declaratio: vt not. in c. in generali. de reg. iur. lib. vj. per Ioan. mo. §. fi. super materia protestationis vide infrà de except. dec. 3. & de testi. infrà deci. 14.

EPITOME.

1 *Canonicorum certus numerus non probatur ex eo quod ibi longo tempore non fuerunt nisi x. canonici. sed per confirmationem & iuramentum vel consuetudinem probari debet.*

Decisio 9. aliàs 230.

1 NOta opinionem vidi approbari Io. and. & Hosti. in c. ex parte. de concess. prẽben. ꝙ † licet in ecclesia cathedrali vel collegiata fuissent solùm x. canonici per magnum tempus, non propriè probatur certus numerus canonicorum, nisi aliàs probaretur authoritate superioris & firmatus vel iuramento seu consuetudine. & facit c. dilecto. in fi. de præben.

EPITOME.

1 *Episcopi iuramento creditur dicentis se ignorasse tempus vacationis.*

Decisio 10. aliàs 231.

1 NOta Hosti. in c. pastoralis. in fi. de excep. quòd † statur iuramento episcopi dicentis se ignorasse vacationem beneficij quod dicitur deuolutum per negligentiam suam.

EPITOME.

1 *Excommunicatum quem fuisse ante electionem sufficit probare: licet non probetur tempore electionis.*

Decisio 11. aliàs 238.

1 NOta glo. qualiter † sufficit probare quem, fuisse excommunicatum ante electionem posito quòd non probetur tempore electionis excommunicatus: vt nota. Innoc. in cap proposuit. de cleri. excomm. mini. & Cy. in l. siue possidere. C. de prob. vide decisionem cccl xiij.

EPITOME.

1 *Impetrans non tenetur probare beneficium cadere sub gratia sua & taxa in ea apposita.*

Decisio 12. aliàs 298.

1 NOta † quòd vbi impetranti est facta gratia cum certa taxa non incumbit impetranti probare beneficiũ de quo agitur cadere sub gratia & taxa: quia semper præsumitur ita, nisi probetur cõtrariũ. vide dec. 32. de reseri.

EPITOME.

1 *Clericus existens in possessione clericatus non habet probare titulũ clericatus: dum tamen sit possessor beneficij, aliàs secus.*
2 *Beneficium potest conferri non clerico quando in habitu & tonsura incedebat.*
3 *Clericus quis reputatur ex habitu & tonsura.*
4 *Illiterato penitus beneficium curatum conferri non potest.*
5 *Episcopus dispensare non potest cum penitùs illiterato.*

Decisio 13. aliàs 312.

Staph. in tra. de lite gra. & in fo. xxj. vers eadẽ ratione.

1 NOta † quòd clericus existens in possessione clericatus non habet probare titulũ clericatus: dum tamen sit possessor beneficij: secus si nõ esset possessor: vt not. Iomo. & Archid. in cap. si iudex. de senten. excommu. lib.
2 vj. non † clerico tamen si sit in habitu & tonsura potest conferri beneficium: & valet collatio posito quod vt clericus impetret beneficium. quia † habitus & dispositio animi sufficiunt ad hoc vt quis clericus reputetur, vt sic non clerico vt clerico beneficium conferri possit: vt not. Compost. in c. cùm adeo. de rescrip. & Ber. in c. ij. de in-
4 sti. penitùs † autem illiterato non potest beneficium con-
5 ferri, quia † cum tali non potest epispocus dispensare: vt not. Inno. in c. dilectus. de tempo. ordi. & Archi. in c. nullus. eod. ti. & hoc verum in beneficio cum cura, vel in beneficio sine cura, in quo requiritur industria & cõsilium adhibẽdum: vt in canonicatu cathedrali, secus autem potest esse in aliquo simplici beneficio. de quo dic. vt not. per Hostien. in alleg. c. ij. de insti. ad quod not. in c. cùm in cunctis in fi. de elect. per Innocen. vide dec. 8. suprà de caus. possess. & proprieta.

EPITOME.

1 *Impetrans si expresserit se magistrum. sufficit quod per famam habitum seu reputationem d. qualitatem quamuis negatum fuerit probet.*

Decisio 14. aliàs 349.

1 NOta † quòd si impetrans expresiit se magistrum vel presbyterum vel aliam prærogatiuam habere: oportet quòd probet ista si negentur: sed non oportet quòd probet plenè: sed sufficit summariè per famam, habitum seu reputationem. de hoc per Ioan. and. in capitu. ex exceptionis. de lit. conteſt. lib. vj. & regula infamibus. libr. vj. vide decisi. v. & x. suprà de rescript. & quomodo petens beneficium antequam sibi adiudicetur debet se probare legitimum. vide suprà decisi. j. infrà de præsumpt.

EPITOME.

1 *Impetranti beneficium per assecutionẽ alterius an sufficit probare assecutionem factam etiam de facto.*
2 *Possessio violenta facit vacare priora beneficia.*

Decisio 15. aliàs 366.

Suprà in not. in ti. de præb. deci. 61.

1 NOta † quòd sufficit impetranti beneficium vacaturum per assecutionem pacificam alterius probare quòd ille per cuius assecutionem impetrat possessionem alterius beneficij sit assecutus, licet de facto &
2 violenter. quia † violenta possessio facit vacare priora beneficia. de præbend. eum qui. libr. vj. ibi Archidiaco. not. & Innocen. in capitu. constitutus. de appel. super verbo, appellauit. idem tenet Gulie. in capitu. licet. de præbend. libr. vj. sed Rolandus vtriusq; iuris doctor dicit contrarium fuisse determinatum Parisijs per capit. si beneficia. de præbend. lib. vj. de hoc per Gulie. xcij. distin. ca. si qui episcopi. & vide quod not. Paul. de rescript. capitu. gratiæ. & de electioni. in plerisque. in clemen. non debet

enim, esse inuasor melioris conditionis quàm &c. vt in dict.cap.eum qui.

EPITOME.

1 *Literis episcopi cum solo sigillo etiam plura asserentibus quæ fieri potuerãt eodem tempore dũmodo spectent ad suum officium creditur.*

Decisio 16. aliàs 397.

1 NOta † creditur literis episcopi solo sigillo suo sigillatis sine tabellione & testibus super resignatione facta in manibus suis admissa, & collatione per eũ facta: si hæc omnia vno tempore corã eo & per eũ facta existunt: vt not.per Inno.in c.quoniam contra.de proba.& quia ista spectant ad suum officium, in quibus creditur literis suis: vt no.per Inno.in c.ij.de fide instru. & etiam creditur literis executoris: vt suprà de offi.dele.dec.vij.

EPITOME.

1 *Literis episcopi cum solo sigillo in præiudicium expectantium non creditur.*

2 *Literis delegatorum executorum vel subexecutorum sigillatis creditur.*

Decisio 17. aliàs 701.

Vide in not. deci.j.eod.tit.

1 NOta † quòd non creditur literis sigillatis episcopi sine testibus & subscriptione notarij circa prouisiones eorũ factas de eorũ beneficijs: quia possent esse factæ in præiudicium expectantium: secus si circa eorũ officium, probatur in c.post cessionẽ. de probat. secus † autẽ si est de literis sigillatis delegatorum executorũ vel subexecutorum: quia illis bene creditur secũdùm Inn.in c. quoniã.extrà de proba. secundùm Archi.in c. si à subdelegato.in prin.de of.del.li.vj. & esse posset ratio. quia in commissione eis facta non agitur de eorum vtilitate.

2

EPITOME.

1 *Epistolæ transmissæ alicui continentes factum scribentis cum tertio, an stetur contra scribentem?*

2 *Epistola si furto subtrahatur: cui actio quæratur.*

3 *Confessio emissa in absentia partis dum tamen causa, an sit sufficiens ad probandum.*

Decisio 18. aliàs 430.

1 NOta † ego misi aliquas literas amico meo continentes quòd ego debebã tibi cẽtum ex causa mutui vel venditionis vel aliàs: & me excusabam, quia non soluebam tibi: & amicus ille etiam tuus mihi scripserat quòd ego tibi soluerem, tu postea agis contra me ad illa.c.& nõ potes aliàs probare debitum nisi per illas literas, quas miseram amico tuo. quæritur nunquid faciant probationem sufficientem cõtra me? Et quidã dicunt quod sic, quia talibus epistolis statur contra scribẽtem. arg.ff.depos.l.publi.§.fi.de const.pecu.l. Titius. & l.quædam.ff.de administra.tutor.l.Lucius.§.tutor. quia licet dirigantur alteri quàm tibi: tamen tua intererat, ergo perinde quæratur tibi cõmodum talis confessionis ad probationẽ faciendam ac si tibi essent directę, ex quo tua interest. arg.ff.de legat.iij.l. fideicommissis.§.interdum.cum concor.ibi allegat. quia nil videtur referre ad quem verba quis dirigat sed cuius causa.ff. de legat.ij.l. cùm pater.§. donatione. sic etiam in simili nõ inspicitur cui donetur, sed cuius contẽplatione.ff.sol.mat.l. si verò negotium.§.Itẽ quicquid.de vul.& pup.l.sed si puberes. §.ad substitutos.cum concor.ibi alleg. Pro hac parte videtur text. quia † si epistola per aliquem surripiatur: ei demùm quæritur actio furti cuius interest, non ei cui dirigitur, vel portanti: nisi aliàs eius interest ratione custodiæ.ff.de furt.l.eum qui.§.si epistola. Itẽ † talis litera ad minus operatur confessionem extraiudicialẽ factam in absentia partis cui prodesse debet, cõfessio, & est cum causa, ergo sufficienter probat, quia confessio emissa in absentia partis etiam extra iudicium dum tamen cum causa, est * sufficiens ad probandum, secundum opinionem practicæ: vt no.per Cyn.C.de non nume.pec.l.genera.c.versic.quarto quæritur. Item de iure canonico si promitto tibi quòd dabo Titio, teneor: vt not.gl.j.q.vij. c.quotiens. ergo sicut alterius facto alteri quęritur obligatio: sic & hic ex facto amici tui recipientis epistolam tibi quæritur comodum confessionis. Alij verò dicunt contrarium, quia confessio extraiudicialis emissa in absentia partis non sufficienter probat: vt not.ff.de proba. l.cùm de indebito.§.fin. præsertim quia nõ intendebam ad confitendum principaliter, sed ad me excusandum. ad idem extrà de confes.c.fina. Item pro hac parte videtur tex.in l.instrumenta.C.de proba. nec obstat l.Publi. §.fin. Nec l.Titius. nec l.quidam. quia ibi literæ dirigebantur parti cui proderant, & animo obligandi: & ideo licet enuntiatiuè verba proferantur, prosunt sibi: & inducitur obligatio & probatio. Nõ obstat l. Lucius.§.tutor.ff.de admi.tutor. quia ibi de libro rationum qui erat autenticus: puta factus per argentarium. & ibi videtur glo. innuere cum alleg.l.argentarius.& allegata.in titu. de æden.§.interdum.l.fideicommissa. quia ibi in vltima voluntate.& eodem modo respõdetur ad.§. donationis. Nec obstat quod dicitur, ad cuius contemplationem fiat, quia nunquam alteri per alterum quæritur aliquid, nisi sit talis persona subiecta per quam quæri possit: vt seruus vel filius. sic.§. Itẽ quicquid.& §.ad substitutos. Nec obstat l.ei qui.§.si epistolam quia ille non probat quod propter epistolam alteri missam probaretur alicuius intentio contra mittentem: nec quòd propter hoc aliqua obligatio quæreretur sibi, licet aliàs eius possit interesse pro cuius vtilitate mittebatur. Nec propter opinionem practicæ.not.per Cyn.dict.iiij.quæstio.in l.generaliter. quia gloss omnes sunt in contraria opinione, sed tu tene quam volueris.

2 *Fel.in c.2.col. 5.vers.Itẽ probabis. de fide instrumen.*

2 detur text. quia † si epistola per aliquem surripiatur: ei demùm quæritur actio furti cuius interest, non ei cui dirigitur, vel portanti: nisi aliàs eius interest ratione custodiæ.ff.de furt.l.eum qui.§.si epistola. Itẽ † talis litera ad minus operatur confessionem extraiudicialẽ factam in absentia partis cui prodesse debet, cõfessio, & est cum causa, ergo sufficienter probat, quia confessio emissa in absentia partis etiam extra iudicium dum tamen cum causa, est * sufficiens ad probandum, secundum opinionem practicæ: vt no.per Cyn.C.de non nume.pec.l.genera.c.versic.quarto quæritur. Item de iure canonico si promitto tibi quòd dabo Titio, teneor: vt not.gl.j.q.vij. c.quotiens. ergo sicut alterius facto alteri quęritur obligatio: sic & hic ex facto amici tui recipientis epistolam tibi quæritur comodum confessionis. Alij verò dicunt contrarium, quia confessio extraiudicialis emissa in absentia partis non sufficienter probat: vt not.ff.de proba.

3 ** Sufficiens. Adde Fely.in c.olim. de rescrip. versicu. reliqua.*

SVMMARIVM.

Iudex appellationis cui nõ est commissum negotium principale, si pronuntiat bene appellatum: non tamen potest admittere articulos. & si pronũtiat tantùm bene appellatum ab admissione articulorum partis aduersæ: non propterea videtur tacitè confirmare aliam partem sententiæ primi iudicis.

Decisio 19. aliàs 530.

APpellatum extitit ab vno auditore qui admisit articulos partis aduersæ, & quia cum instãtia requisitus noluit admittere articulos appellantis, quos tamen aliàs expresè nõ repulit, & articulus solus appellationis cõmittitur & non negotiũ principale alteri auditori: qui secundus auditor pronuntiauit malè processum & benè appellatũ, & hoc facto incontinẽti admisit articulos appellantis ad probandum in curia & extra: quos primus adhuc noluerat admittere. quæritur nunquid illa admissio sit nulla? Et videtur quod sic, quia secundum stilũ palatij quando alicui cõmittitur articulus grauaminis sine expressa cõmissione non põt procedere in negotio principali etiam si pronuntiauit malè fuisse processum & bene appellatum, tamen in eo quod posteà admisit articulos, processit in negotio principali, quod non potuit. & ita tenebant quidam, & credo quòd bene, supposito stilo palatij, quia fortè in via iuris posset sine noua commissione procedere in negotio principali, ex quo pronuntiauit malè processum & bene appellatum, per ea quæ not.Inno.in c.vt debitus.de appel. secundùm illam op. licet procedat in iudicibus delegatis præsertim impetratis ad partes. Curia tamen non seruat in auditoribus in curia vbi est præsens papa, & põt commissio de facili impetrari super negotio principali. Quidã tamen dicebant aliter, & tenebãt cõtra, quia etiã supposito stilo palatij poterat admittere articulos appellantis: quia illa admissio est directè de articulo appellationis sibi cõmissæ, quia cùm sit appellatũ à grauamine nõ admissionis: & articulus grauaminis cõmittitur sic ꝙ per suam ordinationem debeat reuocare grauamẽ illatum: ad cuius reuocationem debet remediare appellatio & cõmissio super ea facta: non aliter põt dici reuocari grauamẽ nisi articuli admittantur, ex quo iustè à non admissione articulorum fuerat appellatum, & iniustè admissio fuerat retardata. Item mutatis terminis ponamus quòd appellatum sit ab auditore, quia repulit articulos appellantis & admisit articulos partis aduersæ, & auditor cui causa appellationis committitur, pronũtiat solùm in ea parte qua primus admisit articulos partis appellatæ malè processum & bene appellatum: in alia verò parte, qua repulit articulos appellantis nihil pronuntiauit, imò tacuit. quæritur nunquid tacitè in illa parte videatur primi auditoris sententiam confirmasse, ex quo in

alia parte

alia parte eam infirmauit? Quidam volebãt dicere quod sic.quia qui de vno dicit &c.& qui devno negat,&c.credo tamen contra per l.qui tamen.§. qui de pluribus. & per not.per Inno.de re iudi.cùm inter.in fi.& per Cyn. C.si aduer.rem iudi.l.j.in prima & secunda quæstione.

EPITOME.

1 *Literis clausis an credatur sicut patentibus.*

Decisio 20. *aliàs* 431.

1 NOta † non creditur literis clausis sicut patentibus. not.Hostien.de priuil.c.patentibus.

EPITOME.

1 *Impetrans beneficium per contractum matrimonij debet probare contractum per verba de præsenti.*

Decisio 21. *alias* 481.

1 NOta † si impetretur beneficium vacans per contractum matrimonij non sufficit probare tractatum de contrahendo,vel ꝙ contracta sint sponsalia, sed debet probare matrimonium per verba de præsenti contractum,licet non fuerit consummatum.arg.eorum quę not.in c.j.de cleri.coniuga.& ibi Io.An.

SVMMARIVM.

Impetranti ad formam cap.cùm de beneficio de prẽben.lib.vj.sufficit probare beneficium vltimò fuisse rectum per clericos sęculares per x.annos.

EPITOME.

1 *Impetranti beneficium quòd vltimum illius statum decennio probare sufficiat.*

2 *Consuetudo quæ secundum ius commune dicitur de re præscribenda decennio inducitur.*

Decisio 22. *alias* 487.

Suprà in no. in tit.de prob. deci.32. alias nu.2.

1 NOta † ꝙ impetranti secundum formam ca.cùm de beneficio.de præben.libr.vj.sufficit probare beneficium vltimò fuisse rectum per clericos sęculares per x. annos,nisi ex aduerso probetur ipsum per xl. annos per regulares antea fuisse gubernatum: tunc enim propter mutationẽ status beneficij requiritur xl.an. prescriptio: vt no.per Io.An.in c.fi.de consue.lib. vj. propterea prima prescriptio decennalis non tollitur nisi per contrariam prescriptionem.xl.vt no.de excess.prela.c.acceden tibus.Non ob.prima prescriptio per verbum, legitimè

2 positum in tex.quia in † consuetudine quæ secundum ius commune dicitur de re præscribenda vt est ista, sufficiunt.x.anni,& illa censetur legitima præscriptio: vt in d.c.fi.de consue.& ibi no.vide dec.9.suprà de rest.spo.

EPITOME.

1 *Iuramento dicentis se in partibus iustitiæ complementum consequi minimè posse statur.*

Decisio 23. *aliàs* 494.

1 NOta † si impetretur commissio de speciali mandato in qua narrat impetrans se non posse prosequi in partibus iustitiæ complemẽtum:sufficit hoc probare per iuramentum impetrantis.quia ea quæ consistunt in animo vel mente alicuius aliter probari non possunt. de sen.excom.c.si verò.d. rescrip.c.statutum.& ibi per Io. An.super verbo.saltem per proprium iuramentum. lib. vj.facit c.vt circa.eo.tit.lib.vj.& ibi vide.

EPITOME.

1 *Acceptatio præsumitur facta infra mensem:si constet beneficium vacasse ante acceptationem.*

Decisio 24. *alias* 520.

1 NOta † ꝙ sufficit acceptanti probare beneficium illud vacasse ante suam acceptationem licet testes nõ pronuntient illud vacasse infra mensẽ acceptationis. nam si probetur mortis tempus præcessisse tempus acceptationis:præsumitur infra tempus acceptasse.arg. not. per Inno.in c.quia diuersitatem.de concess.præb. & per Paul.in clem.cum ei quem.eo. tit.

EPITOME.

1 *Iudices remissoriæ possunt etiam recipere confessiones partium.*

2 *Instrumentorum appellatione ea omnia veniunt quibus causa instrui possit.*

Decisio 25. *alias* 585.

1 DEcreta † remissione ad partes virtute literæ apostolicæ quæ dirigitur iudicibus per quam papa eis commisit ꝙ super articulis qui eis mittuntur inclusi,recipiantur testes & instrumenta, quæ vtraq; pars duxerit producenda:quæritur nunquid possunt illi iudices recipere confessiones partium: vt sic si vna pars respondeat ibi articulis alterius & confiteatur aliqua teneat talis confessio,& sufficienter probet sicut confessio iudicialis?& nunquid possint præcipere & mandare vt respondeant,ita ꝙ si non respondeant,habeantur pro confessatis?& de hoc minus dubium esset.& maior pars

2 tenuit ꝙ sic.quia nomine † instrumentorum ea omnia accipienda sunt quibus causa * instrui potest ff. de fide instru.l.j.sicut continentur:vt testes.extra de testi.c. peruenit.pro hoc inducebatur in speciali * gl.quę est de integr.restitu.in c.coram. super verbo munimenta. quia illi iudices recipiendo confessiones quasi iuxta mandatum & secundum mandatum faciunt. ergo &c.ar.ff. iudi.sol.l.iam tamen.§.in hac.iunge ista no.cum dec.infrà post istam quæ incipit, Vtrum duo mẽses.quę est eo.tit. infrà dec.586.& dec.seq.& aliam quam habes suprà quę incipit,Itẽ nota ꝙ posito ꝙ testes,& aliã infrà ccccexc.

SVMMARIVM.

Testes iurati infra tempus datum in remissoria possunt post terminum examinari de æquitate.

Decisio 26. *alias* 586.

VTrum duo menses qui prefiguntur iudicibus in remissione infra quos testes probatorios recipiant & examinent præfigantur solùm receptiõi, & sic examinatio possit fieri per duos menses:vel an etiã examinationi,vt sic etiam examinatio postea facta non valeat.formam autem secundum quam fiunt tales remissiones habes extra de probatio.capitu.licet. circa finem primæ columnæ ibi,magistris.M.& P. præcipimus vt testes quos super hac exceptione pars Fauentinorum duxerit producendos infra mensem recipere ac examinare curarent.quidam dicunt quòd præfigitur tale tempus ad receptionem & examinationẽ propter copulam, ac quæ videtur copulare etiam quò ad ipsos, quia copula consimiliter facit ff.de fun. instruc.l.Seio.§.quæro.cum concordan.Cùm ergo receptio esset facienda infra tempus illud.ergo & examinatio.Pro hoc.quia per illa verba,infra duos vel infra mensem. quæ in præcedentibus dicuntur,omnia in sequentibus repetita intelligantur: vt l.Titia.§.idem respondit.ff de verbo.obligationib. ad hoc allegabatur quod not.Archidiac.de except.cap.pia. super verbo,probauerit. vbi not. quòd infra tempus ibi prefixum ad probandum excommunicationem non sufficit testes produxisse,nisi infra etiam tempus deposuerint,quod maior etiam pars tenet. De equitate tamen tenebant quòd si testes fuissent producti & recepti infra tempus prefixum in remissione,dato quòd examinatio fieret postea:ne probationum materia,quæ est fauorabilis,angustaretur.C.de hæreti.l.quoniam,& quia forsan testes producendi sunt de longinquo vel de diuersis locis propter quod sæpe concurrit ꝙ productio & receptio non potest impleri infra illud tempus:& ideo postea fiet examinatio,quæ oportet ꝙ habeat magnum tractum propter scripturam attestationum,& interdum propter multiplicitatem articulorum & interrogationum. vide suprà decisio.præcedentem & sequentem.

SVMMARIVM.

Testium receptio est iurisdictionis. examinatio verò facti,quæ potest committi notario & extraiudiciali ter expediri.

Decisio 27. *alias* 589.

NOta si in remissione quæ fit ad partes pro testibus recipiendis dicatur,ꝙ infra duos menses à receptione præsentium testes recipiantur omnes: sufficit ꝙ fiat aliqualis diligentia infra idem tẽpus de examinãdo eos. nam primũ videlicet receptio,est iurisdictionis:secundũ scilicet examinatio,est facti,quæ potest cõmitti notario & potest fieri extra inductum quandocunq;.not.de re iudi.c.cùm Bertoldus.de iudi.c.ij.in cle.si enim ambo deberent infra prędictũ terminum expediri:sequeretur ꝙ propter multitudinẽ articulorum vel aliàs propter longam distantiã testiũ qui tardè propè finẽ termini essent recepti,non possent omnes examinari.hanc opin. tenet Spec.ti.de testi.§.qualiter.versi.is quoq;.qui remittit ad titu.de dila.§.j.ver.sed quid si infrà.& dicit ꝙ sic seruat

** Instrui põt. An aũt nomine instrumẽtorum veniãt testes: vide do. Abbatẽ in c.peruenit.el. primo,de testib. gẽ. in secundo no.& ibi p Felyan prin. Et an si index dedit terminum parti ad producẽdum instrumẽta, possint produci testes: vide Fel. ibidem. Adde Barto.in l.ad monẽds. in fi. ff. de iureiurand.*

** In speciali. lege & melꝰ, In specie.*

curia Archid. tamen videtur innuere contrarium in c. pia. de except. super verbo, octo dierum. vide suprà decisionem præcedentem.

EPITOME.

1 *Sumptum de registro bullarum fidem facit, de registro supplicationum non.*

2 *Registrum quid dicatur.*

Decisio 28. alias 620.

Aegi. dec. 251. infra 37. Not. quòd iste stilus fuit olim: sed hodie curia observat quòd æquè procedat in sumpto registri supplicationũ sicut registri bullarũ: vt attestatur Bell. tot. and. intracta. de Chari. sub quæst. 113

NOta † sumptum de registro supplicationum signarum domin. papæ in iudicio non facit fidem: secus si de registro literarum apostolicarum bullatarum extrahatur. & ita seruat & tenet curia rom. Registrum verò † dicitur quidam liber de regimine ecclesię ex cuius dictis regitur, secundum Hug. secundum Papiam verò dicitur registrum liber qui rerum gestarum memoriam continet: vnde dicitur quasi rei gestę statutum. secundum quod dicitur in summa catholicon vbi tractatur de ista litera R.

EPITOME.

1 *Articuli concluſorij dicuntur, quia factum concludunt, & per responſionem illis factam lis contestatur.*

Decisio 29. alias 646.

DIc † quòd articuli concluſorij sunt seu dicũtur ideo quia in eis datur factum eorum & concluditur: & per aduersarium respondetur dictis articulis: & per responsionem factam seu secutam dictis articulis fit litis contesta. pro hoc. c. vn. de litis contest. quia dicti articuli sunt loco libelli oblati.

EPITOME.

1 *Testes non debent recipi super eisdem articulis in causa appellationis, etiam si pars iuret se non habuisse copiam, quæ reperitur decreta post publicationem ipsam.*

Decisio 30. alias 671.

NOta † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana super articulis datis per aliquam partem recepti sunt testes: & publicatio facta testium: & etiam decreta copia attestationum partibus: & in prima instantia est lata sententia contra partem dantem articulos à qua appellat: & coram iudice appellationis repetit prædictos articulos in omnibus & per omnia dicens, quòd non habuit copiam attestationum, vt constat in processu, & etiam iurat: iuxta quod quęritur an debeant admitti prędicti articuli? & videtur quòd non. quia attestationibus publicatis iuxta capitu. ex tenore. de testibus. extr. & capitu. testibus. eodem titu. in clemen. & hoc tenet maior pars dominorum auditorum.

EPITOME.

1 *Verbis enunciatiuis bullæ executoriæ non creditur.*

Decisio 31. alias 697.

DIc † quòd si in aliqua executoria fiat mentio de literis papalibus: non tamen datur fides illi narrationi nisi ostendãtur prædictæ literæ, cùm hoc dicatur narratiuè. & hoc etiam tenet Rota.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui debent actualiter in termino assignato produci: nec sufficit illos produxisse animo illos corrigendi.*

Decisio 32. alias 709.

NOta † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana ventiletur coram auditore sacri palatij & terminum assignet partibus seu parti ad dandum articulos: & pars cui assignatus est terminus, veniat in termino: sed dicat auditori quòd corriget eos, & portabit eadem die: tunc auditor debet habere copiam seu videre an sint obiectiui, seu dicere prædictæ parti dantis articulos si articuli quos dat, sint obiectiui, & non admittet, cùm non det in termino, quo elapso articuli obiectiui non sunt admittendi. ita communiter seruat Rota, vel copiam retinet si recedit iam datis articulis.

EPITOME.

1 *Cardinalis assertioni non creditur nisi quò ad iurisdictionem suam.*

Decisio 33. alias 714.

** Non creditur. Ad. Abb. in c. quòd super lis. de fide instru. in ij. col. ver. secunda conclusio. vbi etiam per do. Felyn.*

1 NOta † q̃ non creditur, * assertioni domini cardinalis nisi circa iurisdictionem eius: non autem circa alia. & ita intelligitur cap. nobilissimus. xcvij. distin. ita etiam tenet Rota.

EPITOME.

1 *Auditores dubitantes super admissione articulorum vel articulo appellationis: super illis dominos consulere & pronuntiare debent.*

Decisio 34. alias 723.

DIc † quòd si aliquis auditor sacri palatij dubitat in admissione articulorum datorum per partes: vel si appellatum est ab aliquo auditore ab admissione articulorum, quòd tunc auditor qui dubitat admittere prędictos articulos: vel causa appellationis est commissa sibi, debet pronuntiare in dicto articulo in quo dubitat ratione admissionis vel appellationis sibi commissæ, vt facilius videat an sint admittendi: & etiam super hoc facilius habeat consilia à dominis auditoribus qui volunt ita fieri pro veritate iustitiæ.

EPITOME.

1 *Attentata non probantur per remissoriam ad partes.*

Decisio 35. alias 775.

ITem est sciendum q̃ † si in aliqua causa petatur remissio ad probandũ attentata, quòd stilus est sacri palatij, quòd non conceditur dicta remissio ad partes ad probandum attentata post lit. pend. sed hoc solùm conceditur ad probandum in curia non extra, de attentatis post prædicta. * loquitur c. significante. de appel. & cap. non solum. eod. titu. lib. vj. cum simil.

** Post prædicta. alias, Pro præd.*

EPITOME.

1 *Transsumptum sine compulsoria fidem non facit.*

Decisio 36. alias 689.

DIc † quòd transsumptum siue sumptũ de aliqua scriptura non facit fidem in iudicio, nisi fuerit habitum in vim compulsoriæ. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Compulsoria debet decerni etiam post conclusionem causæ parte tamen vocata.*

Decisio 37. alias 772.

DIc † quòd si in aliqua causa est conclusum: & petatur compulsoria per aliquam partem, quòd non obstante conclusione ex causa potest cõcedi, ad huiusmodi compulsoriam faciendam pars debet citari. & hoc tenet maior pars dominorum de Rota, quia potest prodesse dicta cõpulsoria in iustitia facienda in aliqua instantia.

EPITOME.

1 *Collatio beneficij probari potest per testes & instrumenta.*

Decisio 38. alias 780.

DIc † quòd collatio alicui facta de aliquo beneficio seu titulo beneficij probatur per instrumẽta seu per testes in iudicio, cùm habeant eandem vim: vt capitul. cum Ioan. heremita. de fide instrumento. facit cap. post cessionem. de probationib.

EPITOME.

1 *Instrumentum alicuius capituli: licet minus solenniter sit factum, probat capitulum, & hoc respectu tertij: quia secus esset si capitulum induceret per seipsum.*

Decisio 39. alias 796.

SCiendum est † quòd si stilus audientiæ contradictarum domini papæ est, quòd si aliquis alicuius ecclesiæ ad factum suum aliquos aduocat pro probatione capituli, quòd tunc sufficit inducere instrumentum dicti capituli, licet non sit factum cum solemnitate iuris: secus autem si capitulum inducat per seipsum.

EPITOME.

1 *Sumptum sententiæ diffinitiuæ non probat in causa.*

Decisio 40. alias 797.

SCiendum est † quòd si in aliqua causa producatur in iudicio sumptum alicuius sententiæ diffinitiuæ, quòd non facit fidem.

EPITOME.

1 *Camera apostolica succedens in spolijs defuncti an teneatur soluere creditoribus. Et an creditores teneantur probare creditum conuersum in vtilitatem ecclesiæ, distinguit & remittit vt in ea.*

2 *Clericus in vita fructuario æquiparatur: sed cùm moritur vsuario assimilatur.*

3 *Succedens clerico habenti administrationem tenetur ad debita conuersa in vtilitatem ecclesiæ: ad quæ tenetur ecclesia, quid autem*

quid autem si defunctus non habuisset administrationem?

4 *Clericus non habens administrationem potest de fructibus testari, cui ab intestato ecclesia succedit.*

5 *Creditores an teneantur probare debita conuersa in vtilitatem ecclesiæ?*

Decisio 41. *alias* 856.

1 CVm † camera apostolica recipit spolia seu bona alicuius prælati vel clerici beneficiati: & creditores petūt debita: nunq̄d tenētur probare illa cōuersa in vtilitatē ecclesiæ & an ad alia debita præterquā ad illa quę sunt conuersa in vtilitatē ecclesię camera tenea tur. Quia secundum dubiū debet esse primū. Videtur dicendū ꝙ camera non teneatur nisi ad cōuersa in vtilita tem ecclesię. per cap. j. de solutio. & per cap. præsenti. de officio ordi. libr. vj. in fin. cum ibi nota. super verbo, debi tis. & per cap. grauis. extra de depo. in fin. quia posset dici hoc non esse verum per illa quæ notat Archidiaco. & Ioannes Andr. in nouel. post eum in c. statutum. §. assessorem. vbi patet solutio ad dictum cap. peruenit. vel esto quòd hoc concederetur, posset dici aliud esse prælato vi-

2 uente vel beneficiato: quia † tunc cùm fructuario comparetur fructus & prouentus beneficij facit suos: & ideo cum persona sua sit ad huiusmodi debita obligata, nimirum si etiam de fructibus suorum beneficiorum quos fa cit suos, satisfacere teneatur. sed secus est cùm moritur: quia tunc vsuario comparatur: & post mortem omnia bona sua quæ ab ecclesia acquisiuit tanquam bona eccle siæ remanent ecclesiæ, & reseruantur futuro successori: vt dict. cap. præsenti. in cuius præiudicium bona illa nō potuit obligare. maximè quia non habet causam ab illo nec censetur habere ius. faciunt nota. per Innocen. in c. quia v. de iudi. & ideo nō mirum si successor ad illa tunc non teneatur, ex quo ad illa ecclesia non censetur obligata: vt dict. cap. j. de solutio. in eius successoris locum ca mera apostolica per specialem papæ reseruationem succedit in istis spolijs seu bonis ad ecclesiam pertinentibus & eius occasione per ipsum acquisita: quia in alijs bonis patrimonialibus, vel aliundè acquisitis bene succederet 1 alius hæres suus, qui ad omnia alia eius bona teneretur. C. de episco. & cleri. authen. licentia. Vel posset fieri di-

3 stinctio inter † habentem administrationem: & tunc te neatur successor vel camera etiam de fructibus perceptis in vita prædecessoris, nisi ad debita conuersa in vtilitatē ecclesiæ: & ad quæ solùm tenetur ecclesia: vt in dicto cap. j. de solutio. & non habentis administrationem. & tunc ad omnia teneatur quatenus sufficerent fructus

4 & prouentus quos ante mortem fecerat suos: quia † talis beneficiatus non habens administrationē omnes illos fructus & prouentus perceptos in vita adeo facit suos, quòd potest testari de illis: & nisi testetur de illis ab intestato succedit ecclesia. argumen. not. per glo. in dict. cap. præsenti. de officio ordi. libr. vj. super ver. reseruari. & probatur de testa. cap. relatum. & per Hostien. in capit.

5 si quis sanè. de pecu. cle. De alio dubio † an creditores teneantur probare debita conuersa in vtilitatem ecclesię, dic vt not. per glo. & Archidiaco. x. quæstio. ij. §. hoc ius porrectum. & per Hostien. & doct. extra depositi. capitu. grauis. super verbo, vtilitatem. de fideiusso. pro quibusdam. de testamen. cùm in officijs. per Innoc. & Hostien. in summa de fideiusso. §. & quia. vers. sed contra. & seq.

EPITOME.

1 *Compulsoria conceditur etiam non citata parte.*

Decisio 42. *aliàs* 47.

1 NOta † quòd compulsoria ad producendum instrumenta conceditur per auditorem & potest procedi parte aduersa non citata. quia etiam parte inuita compulsoria concedi potest. ergo non vocata. argumentum l. quæsitum. in fin. ff. de fideiussorib. ideo posito quòd in compulsoria non ponatur parte citata. valet compulsoria: maximè si pars erat præsens in curia quando compulsoria contra eum fuit concessa. materia enim probationis non debet angustari sed ampliari: vt l. quoniam. de hæreti. vide omninò infrà dec. de fid. instru. 4.

EPITOME.

1 *Instrumenta extracta in partibus in vim compulsoriæ decretæ parte citata fidem faciunt in iudicio.*

Decisio 43. *aliàs* 620.

1 SI compulsoria † concedatur in aliqua causa ad partes vocata parte ad recipiendum publicata instrumenta vel scripturas vel alia transumpta. hæ scripturæ * faciunt fidem iudicio. & ita seruat rota dominorum auditorum sacri palatij. tutius est quòd citetur etiam in partibus.

* *Scripturæ. Aliàs, scripta.*

SVMMARIVM.

Testes super declaratiõe attestationũ publicatis attestatiõibus nõ sunt admittẽdi, vbi declaratio nõ releuaret.

Decisio 44. *aliàs* 885.

OBtinens beneficium per contractum matrimonij, egit contra alium qui id obtinuit tanquam vacans per renuntiationem. & volens ostendere quòd prædecessor istius, cui fuit beneficium, prius contraxit matrimonium quàm renuntiauerit, dat articulos de certo mense anni quo contraxit matrimonium præcedenti mense renuntiæ * scilicet de mense Augusti. cum renuntio * sit de mense Septembris. & testes super hoc producti dicunt eum contraxisse tempore quo racemi incipiunt maturare: & nihil deponunt de illo mense Augusti: sed publicatis attestationibus actor vult probare quòd de mense Augusti, de quo in articulis dederat, racemi in partibus illis communiter incipiũt maturari seu variare: quæritur nunquid sit audiendus, vel obstet publicatio? Et videtur quòd obstet publicatio. arno. per Inno. in c. cùm clamor. de testib. & c. fraternitatis. eod. tit. & quia ista declaratio etiam probata non releuaret: cùm sit nimis incertum cùm vuæ in certis territorijs citius incipiunt maturari quàm in alijs.

* *Alias, renũtiationis.*

* *Alias, renũtiatio.*

De Testibus & attestationibus.

EPITOME.

1 *Testes si publicati fuerint & didicitæ depositiones eorum, an iterato produci possint propter sententiæ nullitatem?*

Decisio 1. *aliàs* 42.

1 NOTA † ꝙ vbi testes sunt producti in causa, licet sententia sit nulla: posito ꝙ testes sint publicati, iteratò possunt produci quia quod nullum est, non præstat impedimentum. in regula non præstat. cum si. iura autem quę dicunt ꝙ ex quo pars sciuit testificata iteratò testes producere non potest. habent locum quando debito modo testes producti sunt. hoc no. Io. An. in c. testibus. de testi. in cle. in gl. alias. audiui tamen ꝙ rota contrarium tenuit. Nec obstãt iura suprà alleg. quia ibi non didicit testificata: & quia sufficit qualitercunq; ar. l. si quis in graui. §. impetrat. ad Syl. de fal. l. si quis. & l. j. vbi vide Bal. de tab. exhi. maximè si ad requisitionẽ partis sit facta publicatio. & hoc tenet Gen. ibi. infrà eod. titu. dec. 4. & 5.

Suprà in no. de proba. deci. xj.

EPITOME.

1 *Testes absuturi recipi possunt per iudicem etiam non cognito de grauamine.*

Decisio 2. *alias* 59.

1 NOta † ꝙ vbi est appellatum super grauamine, audi tor ad quem est appellatum, testes absuturos non cognito de grauamine potest recipere propter periculum quod potest esse in absentia testium vt dicitur in simili in l. Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & quia est dubiũ an iurisdictio sit primi iudicis: ideo in dubio recipit testes iudex appellationis. argu. l. ordinatã. ff. de libe. caus. vide infrà deci. sequentem.

EPITOME.

1 *Testes de quorum morte vel impedimento dubitatur possunt examinari ad cautelam per ordinarium iudicem causa pendente in curia.*

Decisio 3. *alias* 110.

1 NOta † ꝙ causa pendente in curia ordinarius iudex testes de quorum morte dubitatur vel alio impedimento, potest ad cautelam recipere propter periculum & necessitatem, quæ necessitas inducit quòd aliquan-

do à iure communi deuietur,& extraordinariè procedatur.ar.l.j.ff.de recipi.appellat.&l.diuus.ff.de tutorib.& cura.da.ab his.ad l.iij.l.Aquil.ff.ad leg.Aquil.& hoc est verum ℣ valet receptio facta per istum modũ,si post receptionem non potest haberi copia testium:& quia sunt mortui vel aliàs impediti.si autem superuinerent : dico ℣ receptio facta ab illo qui non habet potestatem recipiendi,non valet:sed per auditorem datum in curia fiet remissio ad partes.arg.l.fi.C.de testib. & vide suprà decisio.præcedentem.

EPITOME.

1 *Testes per viam restitutionis produci possunt publicatis attestationibus.*

Decisio 4. aliàs 140.

1 NOta † qualiter publicatis attestatiõibus possunt per viam restitutionis produci testes.not.per Inno.in c. auditis.in fi.de in inte.resti.vide suprà dec.1.eod.tit.

EPITOME.

1 *Attestationes quæ non valent,possunt ratificari per partes.*

Decisio 5. alias 148.

Phili. Frã. in c.cùm causam de appel.

1 NOta † ℣ attestationes quæ non valent per consensum partiũ possunt ratificari:vt not.Inno.in c. cùm causam.de testi,& ibi etiam videtur tex.secus in solemnitate seu instantia iudicij.vt ibi no.vide suprà eod.titu. deci.pri.& de procur.deci.1.

EPITOME.

1 *Testium verba dubia interpretantur contra producentem.*

Decisio 6. aliàs 195.

1 NOta † ℣ verbum dubium testis interpretatur contra producentem in dubio:vt not.in c.in præsentia. de proba.& ibi not.Inno.in fi.idem not.Ber.in c.ex literis.& in dict.c.in præsentia.

EPITOME.

1 *Appellans si infra decendium ad appellandum producat testes suos non videtur appellationi suæ renuntiare.*

Decisio 7. alias 304.

1 NOta glo.qualiter † post sentẽtiam si pars per quam est appellatum infra decem dies à tempore sententiæ producat testes,non videtur appellationi renuntiare vt not.Inno.in c.solicitudinem.super verbo,renuntiare. de appel.circa quod vide no.per Io.An.in c. si à iudice. de appel.lib.vj.& quod no.in c.pastoralis.in magna glo. versi.nonne si post.de offic.deleg.

EPITOME.

1 *Testes super habilitatibus impetrantis post conclusionem possunt recipi.*

Decisio 8. alias 469.

Suprà de probat.dec.1.

1 NOta † post cõclusionem in causa possunt recipi testes super habilitatibus impetrantis,præsertim pro informatione iudicis per rationẽ prædictam. quia cùm conclusio non sit necessaria in causa beneficiali, præsertim si semel fuerit facta inquisitio per executorẽ de vita & conuersatione &c.quia quilibet præsumitur idoneus, &c.de præsumpt.c.dudum.& c.illud.

EPITOME.

1 *Testes affuturi si sunt recepti ordine iudiciario & post lit. con testa.potest per eos ferri diffinitiua,aliàs non.*

Decisio 9. alias 333.

1 NOta † quòd vbi testes affuturi sunt recepti parte vocata & iudiciario ordine seruato:per tales testes potest ferri sententia diffinitiua . quia etiam testibus non publicatis potest ferri.vt ca.cùm.l.& A.de re iudi. cùm ibi nota.per Innocen . secus autem si essent recepti lite non contestata & iudiciario ordine non seruato: vt not. Ber.in cap.quoniam frequenter.in princip.super verbo, tamen vt lit.non contesta.

EPITOME.

1 *Testimoniũ de auditu à possessore in possessorio iudicio sufficit.*

Decisio 10. aliàs 458.

Adde Fulgo. consi.184.

1 NOta † quòd in possessione sufficit testimonium de auditu à parte quæ tenet & possidet rem spoliatam de qua agitur.argumen.no. cap.licet.ij. de testi . facit c.cùm sit.de concess præbend.

EPITOME.

1 *Testium receptio sine expressa admissione articulorum valet in beneficialibus & in materia attentatorum.*

Decisio 11. aliàs 516.

1 NOta † valet receptio testiũ etiam non affuturorum super articulis expresse nẽ admissis in materia attentatorum & etiam in quacunq; causa beneficiali:dum tamen sit de iure dantis,& termini consueti seruati. Nã eo ipso quòd testes recipiuntur,articuli admittuntur saltem tacitè,vide infrà de except.dec.14.

EPITOME.

1 *Procurator in prima instantia in secunda si non sit procurator,potest produci in testem per partem aduersam.*

Decisio 12. aliàs 657.

1 DIc † quòd si in aliqua causa aliquis vt procurator fuerit litem contestatus in prima instantia: sed in alia instantia non interuenit , pars contra quam fuerit procurator potest producere in testem si vult. facit in ratione c.dilecto.& c.veniens.de testib.

EPITOME.

1 C.Vt *circa.de electio.lib.vj. non habet locum quando articuli sunt probati, vel habentur pro probatis:nec quando appellatur ad inferiorem.*

2 *Articuli quando petuntur admitti debet protestari pars aduersa saluo iure impertinentium & non admittendorum.*

3 *Capitul.Vt circa.non habet locum nisi quando appellatur ad papam.*

Decisio 13. aliàs 41.

1 NOta † quòd c.vt circa.de election.non habet locum quando obiectus qui ponuntur , sunt probati vel habentur pro probatis:vt c.cõstitutionem.in fi. de elect.in cle. & ideo † quando petuntur admitti articuli pars cõtra quam producuntur , debet protestari saluo iure non admittendorum & non recipiendorum : vt not. in d.c. constitutionem.Ioã.Andr.in fin.Consueuit dici in palatio. Iam sumus in probatis , & constat de non iure aduersarij.& sic intelligitur quod no.Inn.in c.constitutus, de fil.presbyt. & dic quòd dictum c.vt circa.habet † locum quando appellatur ad papam, & nõ quando appellatur ad inferiorem not.Archidia.in co.c.vt circa.super verbo,appellare.& quod not.idem in c.statuimus.eo.tit. lib.vj.& quod not.Ioan.Andr.in c.non potest.de procu. in cle.& vide infrà de appella.dec.5.

EPITOME.

1 *Terminus ad declarandũ articulos obiectiuos non conceditur.*

2 *Articuli in causa appellationis secundùm aliquos non veniunt declarandi.*

3 *Declarans nihil facit noui : sed quod factum est dilucidat.*

4 *Articuli qui non sunt dati in causa principali,possunt dari in causa appellationis.*

5 *Articuli obiectiui qui aliàs essent repellendi,admittũtur quãdo gratia,si neutri.est obtenta.*

Decisio 14. alias 64.

1 NOta † quòd in articulis obiectiuis non datur terminus ad declarandum in c.vt circa.vbi Pau. not. contrarium & male,quia est contra capit.licet.de probationi.quia bis ea dilatio datur.ar.c. cõstitutionem. de elect.in cle.& no.in c.in generali.de reg.iur.per Ioã. mon.& ex hoc volunt dicere aliqui:quòd † in causa appellationis articuli non veniunt declarandi, quia imputetur parti,quę ab initio nõ prouidit:licet videatur contra,quia † ille qui declarat nihil facit noui:sed quod factum est dilucidat: vt l.hæredes palam.de testa.cum ibi notatis.ad quod facit l.quod in diẽ.§.de compensatione. iunct.l.j.§.præterea.de contrahẽ.empt.ff.& per ista volunt dicere aliqui quòd articuli qui non sunt dati in causa principali , in causa appellationis dari possunt . & c. constitutionem.de electio.in clemẽ. habet locum in appellatione malè formata.Et quòd in causa appellationis primò sunt dãdi articuli † obiectiui qui nõ sunt dati in causa principali:facit c.cùm à repulsione. de appellatio. in clementi. cum ibi not. per Ioan.Andr. super verbo, ineptè.vide c.j.de exception.extrà. quia non probatum. Dic quòd † obiectiui articuli qui aliàs essent repellendi, admittuntur quãdo gratia,si neutri. est obtenta:vt infrà de exceptioni.dec.19.& dec.18.eod.titu. de exception.& etiam vide infrà literam.o. super verbo , obiectus . & literam. a. super verbo , appellatio . vbi multa de hac materia reperies in diuersis quæstionibus.& vide omninò infrà

nō infrà deci.sequen.& suprà de probationi.dec.8.& de except.infrà dec.1.& 3.& infrà eod tit.dec.20.27.& 28.& 31.& de excep.dec.8.& 9.& 10.& suprà de testi.decis. 13.& dec.16.eod.tit.& dec.17.& 130.& vide omninò infrà.156.& 333.& vide dec.& 485.& si.

EPITOME.

1 *Obiectus qui ruunt ex mala appellatione in secunda instantia non possunt reformari.*

Decisio 15. *alias* 262.

Supr.de proc. dec.5.& infr. de appel. dec. 24.

1 NOta † ꝙ vbi obiectus in prima instantia sunt malè specificati,& ruunt ex mala appellatione:in secunda instantia nō possunt reformari. secus si non ruant ex mala appellatione: vt not.Compost.in c.ꝙ sicut.de elec. & ita intelligitur c.vt circa.de elect.libr.vj.vide decisio. 64.& infra cclxx.

EPITOME.

1 *Arrestari potest recessurus de curia donec respondeat interrogationibus,similiter & literæ apostolicæ.*

2 *Executor datus in gratia videtur habere iurisdictionem antequam auditor inhibeat.*

3 *Auditor ante litem contestatam non videtur habere iurisdictionem.*

4 *Executor ante inhibitionem habet iurisdictionem in negotijs captis.*

Decisio 16. *alias* 75.

1 NOta † quòd vbi ambæ partes sunt in curia:& vna pars est recessura:potest compelli per aliam partem quæ non est recessura ꝙ respondeat interrogatorijs.& si pars quæ est recessura cōtra aliam quę non vult recedere velit dare interrogatoria:non auditur. ex quo dicit se velle recedere.quia sufficit ꝙ respondeat articulis, dum venerit terminus. nec in hoc debet paritas inter partes obstare. Quia terminus debet solùm esse volentis recedere.& sic non ob.l.in sacris.de prox. sa. scriniorum.li.xij.cum l.pen.C.de sen.& inter.om.iud. & l. petendę.C.de rest.in inte.ideo auditor malè faceret, si partem licentiaret.Et idem est in literis gratiæ. quia ex quo causa est commissa auditori & petuntur literæ arrestationis in curia:quia timet ꝙ aduersarius virtute executoris poneret se in possessionem:tales literæ non sunt relaxandæ.quia melius est ante prouidere quàm post remedium quærere:vt l.fi.C.in quibus cau.in integ. resti. non est necess.& in casu quo relaxarentur tales, deberet inhibere parti sub pœna ꝙ virtute literarum nihil attentetur.licet aliqui voluerint dicere qđ tales literæ sunt
2 relaxandæ:quia † ante litem cōtestatam, seu antequàm auditor inhibeat executor datus in gratia videtur habere iurisdictionem. Item † quia ante litem contestatā auditor non videtur habere iurisdictionem.per c.relatum de offi.deleg.sed hoc nō ob.per c.fi.vt lit.penden. in cle. cum ibi not.per Io.An.Item prędicta possunt esse vera ꝙ in cœptis negotijs executor ante inhibitionem habet iurisdictionem:secus videtur re integra.quia re integra non fit prędiudicium parti,si ante inhibitionem auditor literas retineat:& impediat executorem ꝙ nō procedat ad executionem gratiæ.quia melius est prouidere, vt suprà dictū est.vide suprà de do.& contu.dec.5.& de arresto partis vt respondeat interrogatorijs.vide dec.612.

EPITOME.

1 *Recessurus à curia non tenetur respondere interrogatorijs aduersarij,nisi dentur in modum positionum,si hoc petat.*

Decisio 17. *alias* 486.

1 NOta † ꝙ reus recessurus à curia non tenetur respondere interrogationibus datis per actorem tangendo negotium principale:nec econtra,nisi fuerint dati positini,& per modum positionum & articulorum. hoc verum si reus hoc petat:alioquin si vult sponte respōdere, mos ei gerendus est:& prætiudicat ei sua confessio. pro quo faciunt no.in c.causam.de iura.calum.

EPITOME.

1 *Litis contestatio fit per responsionem factam ad articulos conclusiuos.*

Decisio 18. *alias* 76.

1 NOta † ꝙ articuli conclusiui siue cōcludentes dicuntur ideo quia non datur petitio: sed dans articulos in fin.ipsorum petit responderi articulis, licet lis nō fuerit contestata.& in initio litis super petitione dant tales articulos,cùm per responsionem quæ fit per partem talibus articulis litis contestatio dicitur esse facta. c. vnic. de litis contesta.quia tales articuli sunt loco libelli:vt in c.j.de libel.oblatio.

EPITOME.

1 *Articulus non concludens debet repelli tanquam impertinens.*

Decisio 19. *aliàs* 373.

1 NOta † articulus non concludens tanquam impertinens debet repelli: & apparet de calumnia dantis, nisi daret dispositiuè.ar.c.dudum.de elec.innotuit.& c. per tuas.de cōcess.præb.de rescrip.c.j.& c.dudū.de deci.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiuis si post terminum fuerint producti: & in termino ad producendum omnia instrumenta per quæ probantur obiectus producātur:si negātur sigilla,& notarius an admittatur producens ad illa probandum per testes.*

Decisio 20. *alias* 388.

NOta † dat aliquis articulos obiectiuos post termi num ad ponendum & articulandum:& in termino ad producendum omnia,producit instrumēta per quæ probantur illi obiectus. sed pars aduersa negat illa producta,scilicet notariū & signa & sigillá: quæritur nunquid dans illos articulos obiectiuos sit admittendus ad probandum illos per testes,ex eo ꝙ non dedit in termino:nunquid sit admittēdus ad probandum saltem signa notariorū,& sigilla instrumentorū productorum? Quidam dicebant ꝙ nō.quia nulla probatio debet recipi super materia articulorū non recipiendorum, ad hoc facit quod not.gl.de elec.c.constitutionē vt circa. super verbo,legitimē.in cle. Alii verò tenebant contra.quia licet sit exclusus ab articulando,& sicà probando per testes in illa instantia,ex quo nō dedit in termino articulos:nō tamen fuit exclusus à producēdo.& si absq; omni artitudine produxisset munimēta,per quæ apparet actorem repellendum,hoc sibi sufficeret.ergo ex quo produxit in termino ad producendum omnia, si producta negentur:debebit admitti ad probandum producta. quando autē verisimiliter poterat ignorare an pars aduersa illa negaret:& ex quo admittitur ad producendum etiā debet admitti ad producta si negentur probanda: aliàs frustra produxisset.Nec ob.ꝙ per lapsum termini exclusus erat à ponendo & articulando.ergo etiam videbatur exclusus à producendo munimenta, per quæ positiones & articuli deberent probari.quia dico quod non sequitur.quia terminus ad ponēdum statuitur seu positiones & articuli fiunt vt contenta in eis probentur per confessionem vel per testes:& ab illo modo probandi bene est exclusus:non autē fiunt ad finem proponendi. quoniam si postea pars velit proponere,& alio modo,puta per instrumenta,velit probare:sit audiendus producēdo etiam si non articulum proponere censetur: & producere in termino sibi cōceditur.ergo omnia quæ pertinebant ad productionem,scilicet probatio notariorū,& sigillorum sibi non negantur.Nec ob.d.cle.constitutionem. quia loquitur de probatione facta per testes à qua erat exclusus.Item loquitur de probatione faciēda de materia obiectiua à qua per constitutionē vt circa.erat exclusus.quia perpetuo & irreparabiliter excludit:& eius exclusio habet vim rei iudicatæ.vide suprà eod.tit.dec.14. & infrà de except.deci.9.infrà 421.

EPITOME.

1 *Articuli pertinētes etiam in causa prophana de æquitate sunt admittendi vsque ad conclusionem in causa.*

Decisio 21. *alias* 449.

1 NOta † quòd omnes domini excepto vno voluerunt habere pro stilo de cętero quòd in causa prophana more spiritualis articuli qui de iure dantis vel aliàs pertinen.in materia & in forma dati:& post terminum & ante conclusionem possint & debeant admitti de æquitate licet fortè de rigore iuris esset contrarium propter capitu.pastoralis.de excessio.& not.per Compost.in capitu.sicut.de electio.& per Pau.in capitu. constitutionem.in verbo super his.in clementi.De articulis verò in causa iniuriarum criminaliter intētata post terminū datum cōsilia erāt diuersa. vide dec.infrà quæ est eo.tit.22.

EPITOME.

1 *Articuli post terminum dati in causa criminali etiam ciuiliter intentata non sunt admittendi.*

Decisio 22. *alias* 485.

1 NOta † ℘ in causa criminali ciuiliter intẽtata articuli post terminũ dati non sunt admittendi. quia omnes termini prẽsertim in causa prophana sunt peremptorij. vt not. Ioannes monach. in cap. sæpe. de verbo. significa. & Compost. in cap. quod sicut. de electio. facit cap. curam. cum ibi nota. & per Innoc. de restitutio. in integr. & l. auxilium. ff. de minor. facit in ratione c. pastoralis. de exceptio. & cap. concertationi. de appellatio. libr. vj. de restitu. in integr. cap. j. in clementi. & no. per Ioan. de Ligna. in cap. dilectus. de fide instrumen. & no. per Pau. in clementi. constitutionem. de electio. super verbo, super his. post hæc consilia quasi per medium. ego non secutus dictam opinio. pronuntiaui contra eam vide decisionem suprà proximam & suprà de deci. 5. & de iudic. decisio 19.

EPITOME.

1 *Articuli dantes non verisimilia non admittuntur.*

Decisio 23. *alias* 630.

1 A Articuli † sequentes de aliqua materia de qua non est verisimile, non admittuntur. pro hoc facit quod no. in c. non est verisimile. de prẽsumpt. ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Positionibus tam impertin. quàm pertinen. responderi debet de stilo palatij.*

Decisio 24. *alias* 641.

1 DIc † quòd stilus est sacri palatij quòd semper debet responderi per partes positionibus pertinentibus & impertinentibus: & hoc fit causa abbreuiandi litem. & etiam videtur seu inspicitur quando positiones negatæ dantur articuli vtrum sint boni & pertinentes in materia & forma: & tunc sufficit prædicta de causa. vt est dictum.

EPITOME.

1 *Articuli in dubio admitti consueuerunt.*

Decisio 25. *alias* 644.

1 DOmini † de rota sacri palatij consueuerunt admittere articulos partium, quando est dubium an debeant admitti vel non.

EPITOME.

1 *Articuli calumniosi admitti nõ debent, nisi sint de iure dantis.*

Decisio 26. *alias* 647.

1 DIc † ℘ si aliquis in aliqua causa dat articulos calumniosos ℘ si sunt de iure suo, sunt admittendi, aliàs non: vt no. in c. post electionem. in glo. & extra de concess. prẽbend. secundùm Ioan. And. in c. in fidei fauorem. in nouella. de hæret. lib. vj.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui post terminum dati non admittuntur in causa spirituali.*

Decisio 27. *aliàs* 648.

1 NOta † quòd si in aliqua causa spirituali non dantur articuli obiectiui secundùm capitu. constitutionem. de electio. in clementi. in termino assignato. quòd lapso dicto termino non admittuntur dicti articuli. secus in causa prophana. quia non admittũtur articuli verè obiectiui, sed magis exceptiui. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui nisi sint bene formati & specificati non admittuntur.*

Decisio 28. *alias* 649.

1 SCiendum est † quòd si actor vel reus in aliqua causa spirituali vel prophana dat articulos obiectiuos. quia tunc debent dare bene dispositos & specificè, & in bona forma aliàs non admittuntur iuxta capitu. constitutionem. de elect. in cle. secus autem si dans tales articulos esset in probato: quia tunc non curatur de forma.

EPITOME.

1 *Positionibus non bene specificatis vel non dispositiuè datis non cogitur quis respondere.*

Decisio 29. *aliàs* 730.

1 NOta † ℘ si in aliqua causa spirituali vel prophana dantur aliqui articuli per partes seu partem nõ obiectiui, vel obiectiui: & nõ sunt bene specificati seu non dati dispositiuè vt fieri debet: pro tunc si pars vult respondere talibus positionibus seu articulis potest respõdere: aliàs non cogitur respondere aliquo modo, licet dicatur sibi quòd respondeat quod potest si vult: vt est dictum aliàs non.

EPITOME.

1 *Articuli bene formati per reum non habentem ius in beneficio, dati debent admitti.*

Decisio 30. *alias* 736.

1 NOta † quòd si aliquis actor det in aliqua causa contra reũ aliquos articulos, quòd licet reus non habeat ius in beneficio quod possidet, quòd nihilominus articuli bene formati in materia & forma debent admitti. Nã reus suo loco & tempore poterit dare obiectiuos contra dictum actorem secundùm Compost. in c. mandatum. de rescript. & ita tenet Rota.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui debent dari bene dispositi, & specificati in bona forma, nisi dans illos esset in probatione.*

Decisio 31. *aliàs* 780.

1 SCiẽdum est † ℘ si actor vel reus in aliqua causa spirituali vel prophana dat articulos obiectiuos, quod tunc debet dare bene dispositos & specificè in bona forma: aliàs non admittũtur. iuxta cle. constitutionem. de elect. secus si dans tales articulos esset in probatione, quia tunc non curatur. & ita tenet Rota.

EPITOME.

1 *Positiones in prima instantia per procuratorem etiam cum iuramento datæ, possunt in secunda per principalem reuocari sine expressa reuocatione erroris.*

Decisio 32. *alias* 506.

1 NOta † quòd positiones datæ in prima instantia per iuramentum procuratoris in secunda instantia possunt per dominum principalem reuocari & meliorari sine expressa reuocatione erroris, tum quia illud iuramentum nõ fuit de veritate sed de credulitate, tum quia procuratores non sunt plenè informati sicut principales qui nouerunt quæstionem veridicam. iuxta not. in cap. cùm in positionibus. de iureiuran. lib. vj.

EPITOME.

1 *Auditor non poterit sine noua commissione de causa cognoscere vbi remissoria bullata fuerit: licet partes remissoriæ renuntiare velint.*

2 *Papa vbi manum apposuit, inferior se intromittere non poterit.*

Decisio 33. *alias* 372.

1 NOta † ℘ postquàm litera remissionis est bullata, licet articuli nõ includantur, & ad partes transmittẽtur: auditor non potest sine noua commissione vlterius in causa procedere, etiam si pars renuntiare velit remissioni. quia † ex quo papa manum apposuit inferior se amodò de negotio intromittere non potest. per cap. vt nostrum. de appel. & de elect. c. si eo tempore. lib. vj.

2

EPITOME.

1 *Solui an debeat cursoribus pro interrogatorijs inclusis in remissoria ex parte rei?*

Decisio 34. *alias* 48.

1 NOta † ℘ vbi actor dedit articulos: & fuit sibi decreta remissio ad partes: si reus det interrogatoria pro expensis cursorũ: reus nihil habet soluere, & hoc si actor per remissionem suorum articulorum tantùm erat expensurus quantum est: posito ℘ interrogatoria rei portentur: aliàs autem reus cõmunicaret in expensis. arg. l. ex parte. ff. fami. ercis. & in c. præsentium. de testib.

EPITOME.

1 *Remissio causæ ad cancellariam sufficit, si fiat notario causæ & vna partium præsente: vel remittatur commissio ad cancellariam.*

Decisio 35. *alias* 623.

1 SI † aliquis auditor sacri palatij ex causa rationabili remittere vult causam sibi commissam: sufficit notario causæ præsentibus partibus vel vna scribere, remitto causam, vel si vult remittat per notarium prædictum in cancellaria. ita communiter seruatur in sacro palatio.

EPITO

EPITOME.

1 *Remissoriæ fiunt per bullam papæ: nisi petatur quòd decernatur sub sigillo auditoris.*

Decisio 36. *alias* 738.

1 NOta † ℘ si in aliqua causa remissio petatur ad partes ad probandum aliquid per partem: tunc super hac fit executio papalis: nisi * petatur ab auditore suo sigillo sigillatis. pro hoc facit c. de causis. de offi. deleg.

* *Nisi petatur &c. Anti qua lectio sic legit & paulò melius. Si aut petatur ab auditore. sub sigillo &c.*

EPITOME.

1 *Remissoria nõ conceditur etiã ex causa ante litis contestationẽ.*

Decisio 37. *alias* 367.

1 NOta † quòd posito quòd testes dicantur valitudinarij ante litem contestatam, non fit remissio ad partes, posito quod necessitatis causa petatur. & est ratio. quia ex quo decernitur remissio, expirat potestas audito rum palatij: ideo ante litem contestatam nõ dicitur quis agere, sed agere velle: vt l. amplius. ff. rem ra. ha. in hoc casu etiam melius esset quòd expiraret potestas quàm si propter probationis defectum causa perderetur: vt extra de testi. cap. dilecto. vide in cap. quoniam. de proba. & in cap. quoniam. de hære. & in capitu. frequenter. vt lite non contestata.

EPITOME.

2 *Interrogationi criminosæ non tenetur quis respondere.*

Decisio 38. *alias* 624.

1 SI † quis facit arrestari aliquem de curia non recessurum, donec datis directè obiectis respondeat: an talis teneatur de iure respõdere talibus interrogationibus. Dic de stilo sacri palatij, ℘ talis tenetur respondere si vult respondere affirmatiue cum protestatione, dicendo, credo talibus interrogationibus obiectivis. si tamen aliàs constet de eis per legitima documenta in iudicio, aliàs non. Sed hoc verum est si supradictæ interrogationes non respiciant crimina vel defectus illius personæ contra quam opponũtur: secus si respiciant. Sed si sit dubium ℘ respiciant: dicunt aliqui ℘ debent respondere cum prædicta protestatione. Alij verò dicunt contra & forte non malè. Et an interrogationes & positiones fieri debeant super criminibus alicuius, super hoc vide Innocen. Hostien & Compost. in c. dudum. super verbo dicendo. de electio. in Specula. titu. de posi. & Innocen. & Hostien. in c. ij. extra de confes. & Gul. de mont. Laudu. in proœm. clem. & etiam ℘ leg. & not. in c. qualiter & quando. infrà de accusa. & in Specula. titu. de posi. §. vij. videndum occurritur. vers. xxix. considerandum est.

EPITOME.

1 *Remissoriam de consensu partium auditor causæ potest sine vicecancellario concedere.*

2 *Remissionem reportatam de partibus auditor sine speciali cõmissione aperire non potest.*

Decisio 39. *aliàs* 776.

1 SCiendum est ℘ † si partes in aliqua causa petant remissionem ad partes: tunc auditor causæ potest concedere sine vicecancellario. Si autem vna pars petat
2 tantùm: tunc non potest sine vicecancellario: nec † tunc remissionem reportatam de partibus potest aperire sine commissione speciali. Secus autem si esset concessa remissio de consensu partium. & ita seruat rota.

EPITOME.

1 *Positionibus renuntians liti & causæ an tenetur respondere.*

Decisio 40. *alias* 779.

1 SCiendum est † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana termini sunt seruati vsque ad conclusionẽ. & pars actrix petat ℘ reus respondeat suis positionibus & articulis, compelli debet ad respondendum: licet renuntiauerit in iudicio liti & causæ. quia forte petit respondere ex iusta causa & rationabili. & ita tenet & seruat rota sacri palatij quando quis renuntiat liti & causę. vide in cap. cum pridem. de pact. & Inno. in c. in nostra. de rescrip. & Io. An. & Pau. in c. gratiæ. eod. tit. in clem.

EPITOME.

1 *Positionibus concernentibus petitorium non tenetur respondere pars si fuerit suspensum petitorium.*

Decisio 41. *alias* 591.

1 DIc † quòd si daræ sunt positiones & articuli in aliqua causa pro aliqua parte concernẽtes petitorium & possessorium. & quilibet petat responderi per alium & interim antequam sit responsum suspendatur petitorium: & vult tantùm agi in possessorio, ℘ tunc alia pars non debet cogi respondere nisi positionibus concernentibus solum possessorium postquam est suspensum, & postquam non agitur de petitorio. ita etiam seruat sacrum palatium. pro hoc etiam facit quod not. in c. grauis. de resti. spol. vide suprà dec. cccclxxviij.

EPITOME.

1 *Positionem vbi quis negauerit: non poterit amplius contra ponentem se iuuare ex ea.*

2 *Actor interrogando an confiteri videatur contra se?*

Decisio 42. *alias* 311.

1 NOta ℘ Ioan. mo. & Archid in c. j. de confess. libr. vj. ℘ † reus positionem confitendo actoris potest se iuuare cõtra actorem eadem positione: secus si negasset positionem. & licet cõtrarium audiuerim determinari de
2 interrogatione actoris. quia † actor interrogando nihil contra se videtur confiteri. pro prima tamen opinione Specula. titu. de positio. §. verum. in princ. & §. x. si quid actor, quòd interrogando actor hîc videtur confiteri. no. glo. xxij. quæst. ij. c. quæritur.

EPITOME.

1 *Posttioni obiectiuæ tenetur quis respondere.*

Decisio 40. *alias* 181.

1 NOta † qualiter positioni obiectiuæ quis tenetur respondere. vt not. per Ioan. mo. in cap. ij. de confes. & vide decis. j. infra de except.

EPITOME.

1 *Confessio partis non sufficit ad effectum adiudicandi beneficium alteri: licet sufficiat quo ad impositionem silentij.*

Decisio 42. *alias* 245.

1 NOta † ℘ vbi positio partis per contumaciam habetur pro confessata: ex tali confessione solùm nõ potest adiudicari beneficium parti: quia confessio etiam partis non esset sufficiens, quòd ex tali confessione adiudicaretur beneficium, nisi aliàs appareret: vt not. in cap. si post. de confess. libr. vj. super versi. per confessionem. cum ibi notatis. sed tamen confessio est sufficiens ad imponendum silentium parti confitenti: vel propter contumaciam partis habitæ pro confessata. vt de rescript. cap. olim. vide cxciij.

EPITOME.

1 *Auditor partes discordantes remittit ad audientiam contradictarum ad conueniendum de iudicibus remissoriæ.*

Decisio 43. *alias* 663.

1 ESt sciendum † ℘ quando aliquis auditor sacri palatij in aliqua causa concedit remissionem ad partes ad probandum aliquid, dicendo partibus ℘ aliàs cõ ueniant de iudicibus, & ipse ponit tertium: & nullo modo possunt conuenire partes: quia * tunc auditor causæ remittit partes ad audientiam contradictarum pro conueniendo de iudicibus, si volunt. & ita seruat Rota.

* *Quia. Hæc particula est superflua: ideo demenda.*

EPITOME.

1 *Remissoria non datur vbi probatio debet fieri per instrumenta & scripturas.*

Decisio 44. *aliàs* 699.

1 DIc † quòd si in aliqua causa debet probari per publica instrumenta seu alias scripturas: tunc nõ conceditur remissio ad partes. secus autem si probari debet aliquo modo per testes.

EPITOME.

1 *Remissoria decernitur ad instantiam asserti procuratoris cauentis de rato sub pœna &c.*

Decisio 45. *alias* 713.

1 NOta † ℘ si aliquis petit remissionem ad partes ad probandum aliqua, vel petat compulsoriam ex causa, ℘ talis non debet admitti ad petendum prædictæ: nisi constet de eius potestate legitimè. & si parte vocata non sit fides de mandato: & pars aduersa petat se licentiari, vel cõcedi: nisi habeat aliquam causam rationabilem, ille qui fecit citari. quia pars actrix venire debet parata. & hoc tenent aliqui domini auditores de rota sacri palatij. Alij tenent contra, videlicet ℘ ille qui petit prędicta caueat de rato, & sub certis pœnis ℘ habebit mandatum infra certum tempus seu procuratorium.

De Fide instrumentorum.

EPITOME.

1 *Instrumentum locationis quò ad extraneos non probat possessionem: sed quò ad contrahentes sic.*

Decisio 1. *alias* 87.

Et ibi per Fel. 1 in iij. col. ver. in tex.

NOTA † ℣ instrumẽtum locationis factum per aliquem nõ probat possessionem quantũ ad extraneum: vt c. inter dilectos. de fide instrumento. in fin. quantum autem ad contrahentes, videtur probare possessionem: vt l. prædicta. de acquirend. possessio.

EPITOME.

1 *Instrumenta inserta in alijs non probantur per insertionem: nisi sint inserta in actis iudicialibus.*

Decisio 2. *alias* 92.

Fely. in c. non nulla. de rescr. & in c. cùm in iure. col. 4. ver. contra. de of. deleg. Abb. in c. quoniã cõtra. col. 5. de p ba. Soci. cons. 120. incip. Cũ in præsenti. colum. 3. volu. j.

NOta † ℣ in actis iudicialibus non est necesse ℣ pro curatoriũ inseratur in actis, nec totus tenor instrumenti: & si inserantur, talia probant. nam talis narratio habet vim probationis: vt not. Innocen. c. quoniam. de proba. In extraiudicialibus autem non videtur ℣ talis narratio haberet vim probationis. quia quando vnum instrumentum facit mentionem de alio, quia dicit sententiam latam sicut in tali instrumento publico vidimus contineri. per tale instrumentum non probatur ℣ talis sententia sit lata: vt not. Innocen. in c. fin. de fide instrumen. vide infrà isto tit. decis. 9.

EPITOME.

1 *Instrumentum vitio notarij si sit in aliqua parte falsum, totum reputatur falsum.*

Decisio 3. *alias* 217.

NOta qualiter † vbi instrumentum est falsum in aliqua parte propter vitium notarij in toto videtur esse falsum: vt not. Innocen. in c. fraternitates. de hæreti. & in c. cùm in iure. in fi. de offi. delega. in fin. versi. Item si falso. & per Cyn. in l. si ex falsis. C. de transact. idem Archidia. in fi. iij. glo. de verbo. signi.

EPITOME.

1 *Instrumenta extracta in partibus etiam in vim compulsoriæ parte non vocata decretæ per alium notarium quàm per principaliter rogatum parte non vocata nõ faciunt fidem.*

Decisio 4. *alias* 390.

NOta † instrumenta extracta in partibus etiam in vim compulsoriæ parte non vocata decretæ nullam faciunt fidem: nisi pars specialiter in partibus ad hoc fuerit vocata, vel sibi per compulsores insinuatum. hæc vera si fuerint extracta siue exemplata per alium notarium quàm per illum qui illa aliàs receperat & fecerat: secus si per illum eundem notariũ fuerant extracta siue tradita: tunc enim bene faciunt fidem parte ad hoc non vocata. & hoc tenuerunt omnes domini me solo excepto. allegabant ad hoc iura de fide instrumen. c. penulti. & fina. cum ibi nota. per Innocen. & Hostien. Ego tamen dicebam parte vocata in curia ad videndum ipsam decerni: & compulsorẽ fore merum executorem: quia nullam potestatem haberet citandi. iuxta nota. per doctores de officio delega. c. pastoralis. de re iudi. c. de cætero. per Innocen. & in clementi. vn. de officio deleg. nec auditor habet potestatem dandi sibi iurisdictionem, sed meram compulsionem, seu verius nudam requisitionem: prout ex forma compulsoriæ apparet. Si igitur vtique requiritur partis vocatio, & aliæ solennitates: recurratur ad ordinarium, qui meo iudicio compulsores seruare non tenetur, ad hæc * possent partem vocare. vide hoc in Specu. tit. de instru. edi. §. post quam. versi. sed nunquid. per Ioan. Andr. in ca. dudum. de consuet. coniu. per doct. in l. chirographis. ff. de admini. tut. vide decisio. 43. suprà de probatio.

* Ad hæc possent. lege sic. Ad hoc vt possent, &c.

EPITOME.

Bar. in l. de pupillo. §. qui ff. de no. op. nũti. vide rot. suprà de consuet. 6.

1 *Locus loci debet apponi in instrumento.*

Decisio 5. *alias* 739.

NOta † ℣ tabellio debet ponere in instrumento contractus seu procurationis locum loci vbi fuit receptum: vt in Specu. tit. de instru. edi. §. instrumentum. versicu. quid sit locus. & Io. An. in data lib. vj.

EPITOME.

1 *Instrumentum acceptationis de aliquo beneficio factæ necessariò non requiritur vt habeat loca loci descripta.*

Decisio 6. *alias* 769.

SCiendum est † quòd si aliquis expectãs beneficium vult facere instrumentum de acceptatione quam facit de beneficio vacanti, vel de similibus: tunc sufficit ponere locum & non loca loci, secus autem si fiat instrumentum de aliquo contractu quòd tunc debet poni locus loci. & ita secũdum quosdam intelligitur quod dicit Ioan. Andr. in c. oblatæ. de senten. & re iudi. lib. vj. & ita etiam tenent aliqui auditores.

SVMMARIVM.

Aedenda sunt reo petẽti omnia iura de quibus actor facit mentionem in libello suo antequàm cogatur illi respondere.

EPITOME.

1 *Libellans cogitur ædere iura nominata in suo libello super quibus fundatur intentio sua.*

Decisio 7. *aliàs* 489.

Bar. in l. edicta. C. de ædi. in penult. col. versic. quæro an. Dec. in c. j. proba.

NOta si in † libello fit mentio de aliquo priuilegio instrumento vel scriptura super quibus fundatur intentio libellantis illa scriptura si petatur antequã compellatur respondere est exhibenda, hoc verum si habeatur vel haberi possit in promptu: & de hoc deferendum est & recipiendum ante omnia iuramentum, & si iurauerit se non habere præ manibus nec in breui sit habiturus, procederur vlterius in causã. iuxta not. per Innoc. de probationib. c. j. & in Specul. de instrumen. ædit. §. nunc dicemus. versi. quod si quis.

EPITOME.

1 *Iura debent ante finem litis petenti restitui retenta copia si aduersarius non contradicat, & ille iuret reportare ea ad mandatum auditoris.*

Decisio 8. *aliàs* 741.

NOta † quòd si aliquis actor in aliqua causã produxit instrumenta seu scripturas pro iure suo: & petit ab auditore sibi restitui reo non contradicente vsque ad finem litis, quòd nihilominus copia retenta apud auditorem de prædictis, & etiã iuramento præstito quòd si auditor vult, prædicta reportabit, eodẽ modo & forma restitui debent. Non obstat quod dicitur. in c. quoniam contra falsam, vbi originalia remanent apud notarium.

EPITOME.

1 *Verbis enuntiationis notariorum non creditur, licet faciant præsumptionem maximè inter præsentes.*

Decisio 9. *aliàs* 272.

* Verbis nationis. Pro huius dec. intellectu vide Alex. de imo. in cõs. lxxxxiij in iij. colũ. in j. volu. Et in cons. cxxxvj. in eo. volumi.

NOta † qualiter non creditur * verbis narratiuis notarij positis in instrumento: vt si dicat notarius, talis oriundus de tali prouincia promisit, nõ propter hoc probatur quòd promittens sit de tali prouincia, quia non ad hoc agebatur principaliter: vt probatur per Innocen. in c. cùm in iure. circa fin. de offic. deleg. præsumptionem tamen facit maximè inter præsentes: vt notatur in l. cùm alia quis. de iure delibe. per Cynum. & l. optimam. de contrahen. stipul. & creditur notario, licet sit in longinquo, & de eo notitia non habeatur. vide in Specul. de instru. ædit. §. restat. versi. sed quid. Paul. in clemen. j. de procuratorib. in clem. vide dec. 7. suprà de causa possess. & proprietatis.

EPITOME.

1 *Sumptum de registro bullarum fidem facit: sed de registro supplicationum non.*

Decisio 10. *alias* 681.

NOta † quòd sumptum seu trãssumptum de registro supplicationum papæ nõ facit fidem: secus de transsumpto. de registro bullatarũ literarũ papę ita seruatur.

EPITOME.

1 *Sumptum de originali regulariter fidem non facit.*

Decisio 11. *aliàs* 637.

DIc † quòd sumptum de instrumento originali cõmuniter non facit fidẽ. pro hoc c. j. & ij. de fi. instr. Et ita etiam seruat Rota dominorum auditorum.

EPITOME.

1 *Sententia iudicis valet vbi factum erat notorium: licet iudici non constaret.*

Decisio

Decisio 12. alias 57.

1 NOta † quòd si iudici non sit factum notorium: & iudex ferat sententiam antequam probetur, quòd sit factum notorium, si tamen in rei veritate factum dicitur notorium, licet iudici non sit: tamen valet sententia lata per iudicem: vt not. Inno. in c. tua. de coha. cleri. & mulie. iunctis no. in c. cùm in iure. de offi. deleg. & c. cũ ex officij. de prę̃scri. ad quod l. furiosus. ff. de iud.

De Præsumptionibus.

EPITOME.

1 *Legitimus non præsumitur quis ad effectum adiudicandi sibi beneficium, nisi probet: sed manutenendus in possessione sic.*

Decisio 1. alias 344.

1 NOTA quòd † non præsumitur quis legitimus ad hoc quòd adiudicetur beneficiũ sibi, nisi probetur: vt not. Innocen. capitu. si fortè. de electioni. libr. vj. & not. Innocen. in capitu. illud. de præsumpti. in fi. pro quo videtur text. xxx. q. j. aliter. licet de iure ciuili videatur contra, per not. in l. libere. ff. de ritu nupt. ad quod tantum * vt quis teneatur in possessione præsumitur legitimus, nisi cõtrarium probetur: vt dicitur in simili per Io. mo. in cap. si iudex. de senten. excom. lib. vj. licet. §. illud. in authen. qui mo. natura. effic. legi. statuit contra. & circa hoc vide Hostien. in cap. fin. de cleri. non bap. vide decis. xiij. suprà de proba.

* Ad quod tãsum vt &c. lege sic & meus, Ad hoc tamen vt quis &c.

EPITOME.

1 *Permutatio ex quibus præsumitur facta in fraudem expectantium.*

Decisio 2. alias 361.

Aegi. dec. 334. 1 NOta † præsumitur permutationem factam fuisse in fraudem impetrantium ex istis quę sequuntur. Primò ex magna beneficiorum inęqualitate. Secundò ex cõiunctione personarum: vt quia inter fratres. aut ex senio & aliquali infirmitate: & morte secuta infra octo dies sequentes: dummodo prædicta omnia simul cõ currant, & tali præsumptione facta, licet nõ sit vera probatio. vide suprà dec. suprà de prob. & quòd sola inęqualitas in valore beneficiorum sit præsumptio fraudis commissæ in permutatione in fraudẽ expectantium. no. Ar. l. dolus. C. de rescin. vend. & vide Io. an. in nouel. de rerũ permu. c. j. in fi. li. vj. & Collec. in c. quæsitũ. de rer. perm.

De Iureiurando.

EPITOME.

1 *Periurus potest priuari beneficio, & quid de veniente contra fidem datam.*

2 *Periurus an sit infamis?*

Decisio 1. alias 138.

Vide rot. dec. 1. de pact. in antiquio. 1 NOTA quòd † posito quòd veniens contra iuramentum deierans puniatur, & possit priuari beneficio: vt c. querelam. de iureiurand. & c. peruenit. de fideiuss. non tamen est, si veniat contra fidem promissam: cum pœnæ sint restringendæ. & quia maius reputatur præstare corporaliter iuramentum supra librum: quã fidem promittere. C. si minor se maior. dixe. l. iij. & hoc tenuit rota. licet Archi. dicat contra in c. j. de sepul. lib. vj. super

2 verb. præstita. vide qđ no. in c. clericos. de iureiu. & † an periurus sit infamis habes not. in l. Lucius. ff. de his qui not. infami.

EPITOME.

1 *Executiones quæ subintelliguntur in iuramento, & quæ excipi possunt contra iuramentum hîc vide remissiuè.*

Decisio 2. alias 141.

1 NOta † quòd sunt exceptiones quæ in iuramento intelliguntur quæ nominantur in c. quemadmodum de iureiu. in prin. intantum quod non obstante iuramento potest excipi contra iuramentum.

EPITOME.

1 *Impedimentum probatur per iuramentum, vbi adsit præsumptio verisimilis pro impedito.*

Decisio 3. alias 302.

1 NOta quòd † vbi aliquis dicit se impeditum, creditur suo iuramento, si tamen verisimilis præsumptio sit pro iurante dicente se impeditum: vt not. Arch. in c. j. de dolo & contu. li. vj. ad quod not. per Inno. in c. quia propter. in fi. magnæ glo. versi. Item dicimus. de elect. & c. si verò. cum ibi not. de senten. exeom.

EPITOME.

1 *Præceptum siue scriptis factum in fauorem, eius cui pars detulit iuramentum decisorium: valet.*

2 *Sententia licet non possit ferri in absentem non contumacem: tamen præceptum seu decretum bene potest.*

Decisio 4. alias 369.

1 NOta † quòd delato iuramẽto per reum actore annuente libello dato si actor iuret sibi deberi, & iudex condẽnet reum vigore iuramẽti posito quod præceptum iudicis non feratur in scriptis: dum tamen aliàs constaret valet præceptũ præcedente confessione rei. potes videre l. admonendi. C. de iureiur. ff. de rebus cre. l. si quis. de confes. c. ex parte. & potest esse ratio. quia iudex non scit nisi quod exequitur post confessionem: ideo non mireris si nõ requiratur in tali præcepto tanta sõlemnitas sicut in sententia. sicut dicitur in simili quòd

2 licet † sententia non possit ferri in absentem non contumacem: tamen præceptum seu decretum ferri potest. vt l. cùm quæritur. in prin. ff. de fide. l. j. pro quo, quia in confitentẽ nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo: sed solũ in pronuntiando, aliàs præcipiendo. ff. ad leg. Aquil. pro inde. & cum not. per Innoc. in c. j. de confes. vide deci. 13. suprà de renuntia.

EPITOME.

1 *Procurator datus ad litem pupilli non tenetur præstare iuramentum.*

Decisio 5. alias 497.

1 NOta † quòd procurator datus ad litẽ pupilli non tenetur præstare iuramentũ per rationes quas posuit Speti. de actore ab vniuer. vel cur. de pu. §. j. versi. puberes.

EPITOME.

1 *Iuramentum appositũ in contractu de iure reprobato non operatur contractus validitatem: sed vt iurans illud seruet sic.*

Decisio 6. aliàs 653.

1 TEnet vt dicit dominus cardina. Viuarien. quòd † iuramentũ positum in contractu à iure reprobato nõ tenet quantum ad hoc ꝙ contractus valeat: sed bene tenetur iurans dictum suum iuramentum seruare.

EPITOME.

1 *Episcopus iurans non tenetur tangere scripturas.*

Decisio 7. alias 819.

1 SCiendum est quòd † si aliquis episcopus tenetur iurare in aliquo facto, ꝙ non tenetur tangere euangelia. prout probatur in c. fi. de iura. calum. & c. non frangitur. xj. q. j. & Io. an. in c. vt circa. de ele. lib. vj. & Pau. in c. j. de hæreti. in cle. & in auten. si iudex. C. de epi. & cleri. Contrarium tamen volebat de episcopis qui erant in curia ro. dominus papa Gre. xj. prout audiuit ab eo dũs cardina. Flor. & ratio est. quia papa de iure supra ius potest dispensare: vt leg. & not. in c. proposuit. de concess. præb.

EPITOME.

1 *Iuramentum ad effectum agendi potest relaxari parte non citata: secus si ad probationem.*

Decisio 8. alias 767.

1 SCiendum est † ꝙ aliquoties dominus noster papa mandat in aliqua causa auditori, quòd relaxet iuramentum si & prout de iure fuerit huiusmodi iuramentũ relaxandũ solum ad agendũ principaliter in causa etiã potest relaxare per auditorẽ parte non vocata: si aũt relaxaretur ad effectũ vel ad probationẽ causæ: tũc vocatur pars. pro hoc facit c. j. & c. debitores. de iureiur.

De Exceptionibus.

EPITOME.

1 *Exceptio criminis non repellentis promotum à beneficio non est admittenda.*

2 *Articuli obiectiui super crimine homicidij non sunt de bona materia: quia talis oppositio non repellit promotum à beneficio.*

Decisio 1. *aliàs* 178.

1 OTA ꝙ † vbi opponitur crimẽ illi cui est facta prouisio de beneficio per modũ exceptionis non habet locum oppositio nisi esset hæresis.de quo no.in c.inter dilectos.in prin.de excess.prel.& in c.cum nostris.super verbo posidebat. de cõcess. præben.& quia per oppositionem criminis quis nõ deponitur à beneficio nisi crimen opponatur per modum accusationis.vt in c.super his.de accu s.& in c.cum dilec-
2 tus.de ordi.cogni. Et sic concluditur † ꝙ articuli obiectiui qui dãtur super crimine homicidij vel alterius criminis nõ sunt de bona materia. quia talis oppositio non repellit promotũ à beneficio. vt in iuribus alleg.& vide decisio.lxiiij.& an positioni obiectiuæ quis teneatur respondere.vide infrà dec.clxxxj.& infrà cccxxvj.

EPITOME.

1 *Minorem aliquem asserens debet computare annos ætatis.*

Decisio 2. *aliàs* 254.

1 NOta † quòd vbi quis opponit & dicit aliquem esse minorem debet computare annos ætatis alias non sufficeret dicere esse minorem nec tale obiectum debet admitti:vt l.de ætate.ff. de probat.& c. in præsentia.de proba.licet de æquitate teneatur contrarium.

SVMMARIVM.

Transgressor canonis,licet canon. de electioni.lib.vj. non redditur ineligibilis.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui cõtra electum,quod sit ineligibilis ad quodcunque beneficium ecclesiasticum : ex eo quia non fecit se promoueri infra tempus debitum,non sunt admittendi.*

2 *Cap.dudum.el.secundo de electione habet locum in illo qui tenebat duo beneficia.*

Decisio 3. *aliàs* 326.

1 NOta † ꝙ non admittitur obiectus qui dat cõtra aliquẽ ꝙ ipse est ineligibilis ad quodcunq; beneficium ecclesiasticum obtinendum ex eo & pro eo : quia tenuit ecclesiam curatam, & infra tẽpus iuris non fecit se promoueri recipiendo fructus & prouentus post tempus lapsum de promouendis & sic allegatur ꝙ sit transgressor canonum & per cõsequens ineligibilis:vt c.dudum.ij.de
2 elect.talis obiectus non valet, † quia.c.dudũ loquitur in illo qui tenebat duo beneficia incõpatibilia. Item c. cõmissã.de elect.li.vj.solùm punit talẽ transgressionem in beneficio quod obtinuit & ratione cuius nõ se fecit promoueri:ergo pœna non extendatur ad alia beneficia, & istud tenet audientia, licet vt audiui, contrarium teneat cancellaria.quia ex quo probaretur ꝙ talis nõ promotus fructus recepisset non haberet executorem , nisi impetrando secundum beneficium secum dispẽsaretur super fructibus perceptis indebitè:vt no.Hosti.in c.postulasti. de rescript.in fin.vide suprà dec.cc.& lxiiij.

EPITOME.

1 *Collator potest assistere in lite illi cui contulit beneficium.*

Decisio 4. *aliàs* 282.

1 NOta † qualiter ille cui est prouisum habet actionẽ contra collatorem & collator qualiter habet cõtra prouisum,quia vbi est quæstio inter prouisum & certum collatorem seu prouisorem potest assistere in causa non tamen potest agere secus est de clerico : vt not.in c.dilectus.de concess.præbend. maximè quando est appellatio obiectiua quia tunc allegat interesse suum : vt in c.constitutionem.§.sanè.de elect.in cle.& dic vt ibi not.

EPITOME.

1 *Excõmunicatio non probatur per instrumẽtum absolutionis.*

Decisio 5. *aliàs* 330.

1 NOta † ꝙ vbi aliquis obiectus dat contra partem dicens partem esse excommunicatam ex eo & pro eo quia pars excommunicata petit se absolui ab auditore cameræ vel ab alio & aliter nõ probat excommunicatum nec per alium modum talis obiectus non admittitur nisi aliter probetur. Nam per petitionem absolutionis non probatur excommunicatio. vt no.Innocen.in c. cum dilectus.versi.sed dies.circa fi. de or.cog.& Archi. in c.pia.de excep.lib.vj.super versic.probauerit quia illi qui dantur per modum obiectus debent verificè probari & causam esse luce clariorem.in l.sciant.C. de probati. iunct.c.vt circa.de electio.libr.vj.

EPITOME.

1 *Prælato agenti pro sua ecclesia exceptio opposita,quòd non sit prælatus seu in possessione prælaturæ non est admittenda.*

Decisio 6. *aliàs* 335.

1 NOtat Compo. ꝙ † contra prælatum agentẽ pro ecclesia sua non admittitur exceptio si obijciatur simpliciter quòd non est prælatus,nec in possessione prelaturæ seu ecclesiæ.nam talis exceptio non admittitur: vt notat in c.nihil.de electioni.in fin.ad quod facit not.per Innocen.in c.transmissam.de elect.in fin.vide deci.227.

EPITOME.

1 *Possessor etiam intrusus potest excludere actorem per obiectus.*

Decisio 7. *aliàs* 419.

1 NOta an † reus & possessor in causa beneficiali si nõ det de iure suo vel etiam si constet de non iure suo possit dare obiectus contra actorẽ de cuius iure constat: nisi vincatur per obiectus istos? quidam dixerũt ꝙ non. arg.no.per Inno.de re iudi.c.cũ Bertoldus.in fin.& quia non solent audiri quorum non interest. pro quo etiã facit quod not.Inno.de accus.c.super his. super verbo, excludatur.& videtur glo.ordinaria imò tex. secundũ tertium intellectum glo.de concess.præbẽ.c.post electionẽ. in fin.cum not.in gloss.fi.Aliqui tamen & credo melius tenebant cõtrà,ꝙ imò posit dare obiectus. quia sufficit reo quòd vincat per nõ ius actoris etiã si constet de non iure suo.puta per confessionem vel aliàs.arg.no.per Cõpost.de rescrip.mandatur.iunct.l.fina.C.de rei vendica. Item melius est quod iste iniustè remanet in sua possessione quamuis iniusta vel vitiosa quã si alter vitiosè ingrederetur.nec propter hoc ille iniustus possessor remanebit. quia ordinarius illum ex officio poterit remouere.per c.ordinarij.de offic.ordina.libr.vj.vide Ioan.mo. in c.vt circa.de election.lib.vj.super verbo,interdictam. vide decisio.lxiiij.

Vide Felyn. in c. olim .de rescrip.pen. col. supra in no. de re. iudi.4. Ripa. resp. suo.35.in 2.li.

EPITOME.

1 *Obiectus si omisit reus & possessor dare in prima instantia an poterit dare in secunda.*

Decisio 8. *aliàs* 420.

1 NOta an † ille reus & possessor qui in prima instãtia non dedit obiectus in termino peremptorio ad ponendum & articulandũ poterit in secunda instantia dare obiectus.quidã dixerunt quod non? quia obstante termino peremptorio exclusus est,& ius illius, exclusionis transit ad secundam instantiam. Alij dixerunt contrà,& credo quòd melius,quia in causa appellationis nõ opposita opponam &c.vt l.per hanc.C. de tempori.appellat. Item quia in prima instantia licet non fuerint obiectus dati & pro tũc fuerit obstan. lapsu termini exclusus est, quia appellatio reducit omnes terminos in vim. argum. not.per Ioan. monach. de appellationib.c.licet. libr.vj. & not.omnes.C.de procuratorib.l.ita demum. quia illa in dilatorijs non in peremptorijs,quare non obstan.vide decisio.cccxxxiij.

EPITOME.

1 *Obiectus si fuerunt reiecti ex eo quòd non fuerunt in termino ad ponendum dati , licet bene in termino ad declarandum: an dati in secunda instantia debeant admitti?*

2 *Terminus ad declarandum in materia obiectiua,non consueuit assignari.*

Decisio 9. *aliàs* 427.

1 NOta † quòd si in prima instantia in termino ad ponendum nõ dedit obiectus sed postea in termino ad
2 declarandũ quòd nõ potuit.quia † in materia obiectiua non consueuit assignari terminus ad declarãdum. & ita fuerunt expulsi obiectus ex eo quod non fuerunt dati in termino nunquid si dentur in secunda instãtia in termino admitti debent?quidam dixerun tquod nõ. quia fuerunt expulsi in prima instãtia,sed alij & melius vt credo dixerunt contra quia repulsio nõ fuit reprobatio eorum cum causæ cognitione &c.argum.ff. de compensa.quòd videtur.§. si rationi . si autem contra . video.l. tertia.§ propterea.

propterea.pro hoc etiam tex.de appel.licet.lib.vj. & eo. tit.c.cùm à repulso.in cle.vide decis.388.

EPITOME.

1 *Testium receptio facta admissis articulis à qua admissione fuit appellatum: & pars appellàs reposita an valeat: si iterum articuli admittantur?*

2 *Iudices in partibus seruatis seruandis, nunquam super admissione vel repulsione interloquuntur.*

3 *Articulorum admissio non est de substantia ordinis iudiciarij: nec vitiat receptionem testium, dummodò sint pertinentes.*

Decisio 10. *alias* 446.

1 NOta † si auditor admittat articulos in aliqua causa & recipiat statim testes super illis & posteà ab huiusmodi admissione articulorum appellatur & pars quæ appellauit per auditorem in statum pristinum reponatur & postea iterum ijdem articuli admittantur & tunc non appelletur: fuit dubitatum vtrum receptio testium post admissionem & ante receptionem factam valuerit? Et videbatur quod nõ. nam ex quo auditor partẽ appellantẽ reposuit in statũ pristinũ in quo fuit ante huiusmodi admissionẽ videbatur grauasse & ideo reuocãdo grauamen videlicet admissionem quæ fuit principalis videbatur etiam omnia accessoria reuocasse & sic testium receptionẽ nihil valuisse aliàs non reuocasset grauamen cum effectu. de appella. c. cùm cessante. Et c. à iudice lib. vj. Dicebatur & concludebatur per omnes dominos contrarium: nam licet auditor partem appellantem reposuerit hoc facit animo melius deliberandi, & non repellendi, sed potius admittendi articulos. quem animum postea certum admittendo eosdem declarauit nec etiam secundum omnes dominos esset magnũ peccatum si seruatis omnibus terminis reciperentur testes super articulis admissibilibus imò secũdum aliquos eo ipso quod iu-
2 dex recipit articulos admittit saltem tacite. & † ideo iudices in partibus seruatis seruandis nunquam super admissione vel repulsiõe interloquũtur sed testes & instrumenta recipiunt ad probandum eosdem, & si actor probet intentionem suam procedunt ad diffinitiuam senten-
3 tiam. nec huiusmodi † admissio est de substantia ordinis iudiciarij: nec vitiat receptionẽ testium dummodò aliàs sint pertinentes. per hoc facit. c. fi. de elect. in cle. præterea licet ab admissione prima articulorum fuerit appellatum tamen non à receptione testium. nec à secũda admissione quæ declarat primam bonam fuisse & canonicam ergo &c.

EPITOME.

1 *Exceptio manifestæ offensæ generaliter opposita absolutionem petenti simpliciter vel ad cautelam valet.*

Decisio 11. *alias* 501.

1 NOta sufficit † opponere exceptionem manifestæ offensæ in genere absolutionẽ petenti simpliciter vel ad cautelam maximè si excipiens referat se ad acta tempore probationis & prædictam manifestã iniuriam in curia tunc specificari oportebit. iuxta notata in c. solet. de senten. excom. lib. vj. vide deci. 456.

EPITOME.

1 *Exceptiones declaratoriæ non sunt admittendæ post terminum ad dicendum contra commissionem: nisi iuretur &c.*

Decisio 12. *aliàs* 503.

1 NOta † exceptiones declinatoriæ post terminum ad dicendum contra commissionem oppositæ ad probandum non sunt admittendæ: nisi vellet iurare excipiens. iuxta formam. capitu. pastoralis. de exceptio.

EPITOME.

1 *Exceptiones tacitè repelli videntur, si auditor procedat illis non obstan.*

Decisio 13. *aliàs* 591.

1 DIc † quòd si aliquæ exceptiones dentur in aliqua causa per aliquam partem si auditor procedat ad vlteriora tacitè repellit eas & reputatur ac si super eis pronuntiasset expresse. pro hoc in c. cum cessante. de appel. & ab eo potest appellari. c. ex parte. cle. ij. de appel la. & ibi per doct.

SVMMARIVM.

Actatis defectus vbi opponitur, auditores ex aspectu corporis solent iudicare.

Decisio 14. *aliàs* 812.

SCiendum est quòd si in aliqua causa commissa alicui domino auditori sacri palatij opponitur contra aliquem quod non habeat ætatem sufficientem ad beneficium curatũ quod tunc auditor causæ præsentat illum coram dominis auditorib. vt videant illum & possint habere consilia ab eis per aspectum corporis. iuxta c. pubertes. de sponsa. impu. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Exceptio peremptoria potest omitti per prælatum: & prælatus agens nomine suo & conuentus, præsumitur agere de consensu conuentus.*

Decisio 15. *alias* 247.

1 NOta † quòd prælatus potest omittere exceptionem peremptoriam competentem monasterio licet monasterium post si esset læsum poterit restitui: vt not. Innocen. in capitu. veniens. de præscript. & ibi not. quod vbi prælatus agit nomine suo & conuentus præsumitur agere de consensu conuentus: vt est tex. in capit. nosc itur. de his quæ fi. à præla.

EPITOME.

1 *C. Vt circa. de elect. in vj. quando non opponuntur crimina vel defectus non habet locum.*

Decisio 16. *alias* 322.

1 NOta glos. est Paul. de elazarijs quòd † quando non opponitur crimen vel defectus contra electum vel prouisum: sed opponitur aliud quam crimẽ vel defectus non oportet quod seruetur c. vt circa de elect. lib. vj. puta quia dicit electum renuntiasse, vt ipse not. in c. constitutionem. de elect. in verbo, opponuntur.

EPITOME.

1 *Articuli obiectiui dandi sunt infra terminum facto & non verbo tantùm,*

2 *Articuli obiectiui quando ex eis dans nullum ius acquirit an sint admittendi?*

Decisio 17. *aliàs* 607.

1 DIc † quòd stilus sacri palatij est quòd assignetur partibus terminus ad ponendum & articulandum in aliqua causa quod si aliqua pars dat articulos obiectiuos contra aliam post illum teminum non admittetur ad dandum articulos. nec assignabitur alius terminus sibi. nec sufficeret si daret verbo nisi facto det in termino assignato. pro hoc facit quod dicit Compostellanus in c. quod sicut. de electio. Sed ad crimina opponẽda restitutio denegatur secus tamen si ille articulus respiciat ius commune vel dantis. Nam tunc assignabitur alius terminus si est necessariũ ad dandum articulos de iure, vt si aliquis dicat in suis articulis quod ipse habet ius in tali beneficio ex collatione ordinaria vel alia via debita, & nõ ille cui papa contulit cum ipse copulauerit matrimonium cum tali antequam papa sibi contulisset dictum beneficium vel alia iusta causa dicat illum non habere ius isti articuli respiciunt ius dantis eos ideo sunt admittẽdi cum cuilibet sit permissum defendere ius suum vt legitur & nota.
2 in c. cum ecclesia vulterana. de elect. Articuli † verò obiectiui ideo non sunt admittendi quando ex eis dans nullum ius acquirit ideo non debẽt admitti cum probatum non prodesset: vt notatur in cap. contingat. de offici. delega. contra hoc videtur quod dicit Compostella. in cap. mandatum. ibi. Item reus nunquam contra quem extra de rescript. vbi dicitur quod licet reus non habeat ius in aliquo beneficio admittitur in iudicio contra actorem cum multis fauoribus: vt ibi dicit Compost. præterea articuli obiectiui sunt calumnioſi & ideo sunt repellendi. pro hoc facit. c. calumniam. extra de pœnis. De materia obiectiua legitur & notatur in cap. statuimus. & in cap. vt circa. de elect. lib. vj. & melius in c. constitutionem. de ele. in cle. vbi dicitur quod articuli cõcernentes ius eccle się vel ponen. ideo sunt tales articuli admissibiles, quãdo verò obiectus habent locũ debent specificari. secundum Innocen. in cap. cum veniſſent. de in inte. rest. vide supra decisio. 64.

EPITOME.

1 *Gratia si neutri, operatur quòd materia obiectiua quæ aliàs esset repellenda, admittatur.*

Decisio 18. aliâs 828.

1 NOta † quòd materia quæ aliâs obiectiua esset repellenda vigore gratiæ, si neutri ius competat. efficitur extunc de iure suo & est admittenda nã qualitercunque poterit ostendere aduersario ius non competere totum est de iure quia per hoc sibi prouidebitur. ad hoc clemẽ. constitutionem. de electio.

De Præscriptionibus.

EPITOME.

1 *Ecclesia parœciabi & hospitalarij possunt præscribere iura alia rum ecclesiarum.*

Decisio 1. aliâs 10.

1 NOTA † quòd ecclesia parœcialis & hospitalarij ex cõsuetudine possunt præscribere iura alterius parochiæ & possunt conferre ecclesiastica sacramenta. de quo dic vt in clem. quia contingit. de relig. domi. in fin. cum ibi not. & c. religiosi. de priuileg. vt no. per Ioan. monach. in c. cum personæ. eodem titul. lib. vj.

EPITOME.

1 *Titulus minus iustus non tamen reprobus, dat causam præscribendi: & ideo ex eo acquiritur mediante præscriptione dominium.*

Decisio 2. aliâs 310.

1 NOta ex † minus iusto titulo non tamen reprobo, vt rei furtiuæ vel raptæ acquiritur mediante præscriptione dominium: quia minus iustus titulus dat causam præscribendi. extrà de iure patro. c. cura. & c. pastoralis. cum ibi not. & c. si diligenti. de præscriptio. ff. de vsuca. pro empto. l. ij. §. fin. à furioso.

EPITOME.

1 *Archidiaconus potest præscribere ius instituendi & destituẽdi.*

Decisio 3. aliâs 344.

1 NOta † Archidiacono iure præscriptionis potest cõpetere institutio & destitutio beneficij etiam curati. de quo dic vt in capitu. satis. de offic. archi. & istud potest esse præscriptibile.

De Senten. & re iudicata.

EPITOME.

1 *Sententia lata non publicatis testibus non vitiatur, nisi fuerit appellatum à non publicatione.*

Decisio 1. aliâs 16.

1 NOTA quòd † non vitiatur sententia testibus non publicatis nisi à non publicatione fuerit appellatum, vel à parte fuerit petita publicatio. vt not. Innoc. in c. cum l. & A. super verbo, publicatur. de re iudica.

EPITOME.

1 *Sententiæ executioni interessatus opponere se potest.*

Decisio 2. aliâs 2.

* Adde Fely. in c. suprà eo. de offi. dele. in prin. nu. pri.

1 NOta † quòd opponens se * executioni sentẽtiæ siue in causis beneficialibus siue alijs si sua interest auditur: vt not. in c. veniens. de restit. per Innoc. super verbo, opponere. & super verbo, incontinenti. de quo dic vt ibi & vide in dec. liij. & cccxciiij.

EPITOME.

1 *Clemen. vt calumnijs. de re iudic. non habet locum quando tertia sententia est lata solum super desertione.*

2 *Iudex nullitatis an possit inhibere vbi latæ fuerũt tres sententiæ duæ conformes, & tertia super desertione appellationis.*

Decisio 3. aliâs 21.

1 NOta † quòd vbi tres sententiæ sunt latæ super vno negotio: sed tantùm vltima sententia est lata super desertione appel. & solùm appellatio est pronũtiata deserta, ꝙ in hoc casu sentẽtiæ sunt difformes: in isto † casu non habet locum. c. j. de sen. & re iudi. in cle. quin iudex cui commissa est causa nullitatis possit inhibere ꝙ non fiat executio. Nam illud c. habet locum quando tres sententiæ sunt latæ conformes, & in omnibus est cognitum de instantia, quod non est in præsenti casu quando vltima sententia solùm est lata super desertione, licet cõtra hoc videtur. l. furti. in princ. ff. de his qui not. infa. vbi quando pronũtiatur super desertione à tempore primę sententiæ habet effectum, nisi ante confirmetur sententia à tempore latæ sententiæ à qua fuit appellatum, vt ibi. pro prima parte faciunt not. per Ioan. Andr. in capi. sicut. de appellatio. in clementi. & vide in decisi. clxv. & cccxvij. & cccxlj. & 517.

EPITOME.

1 *Executoria facta parti non citatæ non præiudicat.*

2 *Sententia inter alios lata inducit præsumptionem.*

3 *Executor necessario non vocat aliquem, vbi procedit ad examinationem an impetrans sit idoneus.*

4 *Executor potest alteri committere examinationem idoneitatis impetrantis.*

Decisio 4. aliâs 88.

1 NOta † quòd vbi executor declarat illũ qui acceptauit beneficium ius non habere in beneficio: talis declaratio nõ nocet tertio nisi fuerit vocatus licet aliâs faciat præsumptionem, quia quod facit executor non vocata parte: parti non vocatæ non nocet imò post decem, dies potest venire contra secus si pars esset vocata. argu. illorum quæ no. in c. proposuit. de concess. præb. & c. dudum. de præsump. cum no. per Io. And. in c. cum in multis. in nouel. de rescript. li. vj. præsumptionem autem faceret ista declaratio, quia † sententia inter alios lata inducit præsumptionem: vt not. in l. quia non debet. ff. de iureiuran. quando † autem fit per executorem examinatio an aliâs sit idoneus per purificationem gratiæ impetrantis non est necesse aliquem vocari per executorẽ: vt not. Innocen. in c. licet. de translat. & in allega. c. proposuit. & vide c. j. de offic. iudi. delega. in cle. quia † talis executor potest alteri committere.

EPITOME.

1 *Interlocutoria non est ferenda in scriptis de necessitate nisi in ea verteretur magna causæ cognitio.*

Decisio 5. aliâs 91.

1 NOta † quòd sententia interlocutoria non est necesse quod feratur in scriptis: vt not. glo. ff. de appel. l. ij. & de arbi. l. diem proferre. in prin. & no. nihil dicit Archi. in c. fin. de senten. & re iudi. li. vj. & hoc intelligo verum nisi talis sit interlocutoria in qua vertatur magna causę cognitio, quia tunc esset ferenda in scriptis sicut diffinitiua. argu. l. minori. C. de præ. mino. iunct. l. j. C. de sent. ex periculo reci. sic not. in l. ij. eod. titu. per Cyn. Innoc. in c. auditis. de procurat. dicit quod ferri potest sine citatione & partibus absentibus.

Iason in l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. xj. versic. vltimò quæritur. ff. de offi. procõ. & vide dec. primã eo. in antiquio.

EPITOME.

1 *Possessor reus non est amouendus à possessione beneficij etiam si nullum ius habeat, vbi constat de non iure actoris.*

2 *Possessor etiam si nullum ius habeat in beneficio tamen dare potest obiectus.*

Decisio 6. aliâs 70.

1 NOta † quòd vbi constat de non iure actoris reus non est amouẽdus à possessione beneficij quod tenet posito quod reus ius non habeat: vt no. Compost. in c. mandatum. de rescript. & Inno. in c. ex insinuatione. de proc. ad quod facit. l. fi. C. de rei vendica. & quod no. Innoc. in c. in literis. de resti. spo. in glo. super verbo, fatemur. melius. in c. cum Bertoldus. in gloss. mirum. post princ. de re iudic. tamen videtur text. in c. olim. de rescript. in fin. ad

2 quod. l. j. ff. vti poss. imò secundùm aliquos † talis posset dare obiectus contra ius non habẽtem: quia interest sua esse in possessione, donec constet de iure actoris: maximè si ab initio haberet possessionem coloratam: ar. not. per Archi. in c. licet. de præbend. libr. vj. ad quod facit. l. loci corpus. ff. si ser. ven. l. Paulus. §. fi. qui. mod. pign. vel hypo. sol. & est tex. extrà de resti. capit. significauit. vide omninò. in dec. cccxix. & cccxx. & seq.

EPITOME.

1 *Sententia nulla per secundam confirmata non potest vlterius allegari nulla.*

Decisio 7. aliâs 118.

1 NOta † quòd vbi sententia nulla per secundã sententiam est confirmata amodò prima sententia confirmata non

firmata non potest allegari nulla.not. Innocen.in c.j.de confir.vti.vel inutili.

EPITOME.

1 *Causa censetur deuoluta ad curiam in petitorio, ex quo in ea sunt lata tres sententiæ conformes in possessorio.*

Decisio 8. *alias* 102.

1 NOta † quod vbi tres sententiæ sunt latæ super possessorio & sunt mandatæ executioni, si postea agatur petitorio: petitorium videtur deuolutum in curia eo ipso quod super possessorio in curia sententiæ sunt latæ, ne diuidatur causę continentia.l.nulli. C.de iudic.maximè coram iudice competenti qui iudex esse potest in vtraq; causa si petitur ventilato petitorio. Nam aliàs posito quod possessorium esset ventilatum coram iudice petitorij non esset cõpetens iudex, vt dicitur in simili in c.at si clerici.de iudi. vbi laicus conuentus à clerico coram iudice sęculari non potest laicus clericum recõuenire coram eodem iudice sæculari. Ad quod facit quod not. Archi.c.j.de cler.coniuga.lib.vj.in verbo, condemnatis.in fi. vide suprà deci.6.

EPITOME.

1 *Executioni trium sententiarum tertius se opponens non auditur: nisi se ante sententias opposuisset, & interesse suum declarasset.*

Decisio 9. *alias* 165.

1 NOta † quòd vbi sunt latę tres sententiæ & mandantur executioni: iuxta cap.vt calumnijs.de re iudi.in clem.tertius allegans interesse quod sententię non mandentur executioni nõ potest executionem impedire nisi ante sententias se opposuisset & interesse suum declarasset.de quo dicit vt not.per Gulier.& Gen.in allega.c.vt calumnijs.& per Inno.in cap.veniens.de testi. vide suprà decisi.xxj.

EPITOME.

1 *Sententia lata super attentatis an dicatur interlocutoria si feratur ordine iuris seruato.*

2 *Sententia quæ fertur super his quæ incidunt vel emergunt pendente lite dicitur interlocutoria.*

3 *Ordo iuris vbi non requiratur, sed tamen partes illum cœperunt obseruare an sibi præiudicent.*

4 *Sententia lata super possessorio dicitur diffinitiua.*

Decisio 10. *alias* 215.

1 NOta † quòd sententia lata super attentatis videtur interlocutoria magis quàm diffinitiua: nec habet vim diffinitiuę.quia ex quo post iudiciũ incœptũ incœpit competere, videtur de processu causæ.vt not.Archid.in c.non solùm.in glo.ij.de appel.libr.vj. modò illa
2 sententia † dicitur interlocutoria quæ fertur super his quæ incidunt vel emergunt penden.lite.vt not.Io.and.in c.ad cõpescendas.de sequest.pos.in cle.super verb.diffinitiua. Item non videtur diffinitiua, quia non diffinit negotium: quia posito q̃ sententia sit lata super causa attentatorum, potest agi interdicto vel alijs remedijs ad possessionem.ar.no.per Io.mo.in c.cupientes. super ver.in totum.in fi.de elect.li.vj. & ex hoc dicitur q̃ si appelletur à tali sententia: est appellandũ in scriptis sicut ab inter-
3 locutoria.no.in c.cordi.de app.li.vj. Item dicitur q̃ vbi super attentatis corã iudice à quo est appellatũ. & est data tus libellus & lis contest. non est necesse q̃ talis ordo iudiciarius seruetur coram iudice appell.quia est alia instãtia.vt l.cum quærebatur.ff.iudi. fol. & partibus videtur præiudicatũ si primò elegerunt ordinariã viam de quo dic vt not.Arch.& Io.an.in c.non solùm. de app.li.vj.& c.cupientes.super verb.plenam fidem.nam etiam illa interlocutoria vocatur quę vere decidit negotium dum tamen incidat in causa principali: vt no.in glo.in l.int.vtile.ff. de mino.in glos. licet aliqui voluerint dicere q̃ ex quo super attẽtat. seruatur ordo iudiciarius si sententia feratur seruato iuris ordine videtur diffinitiua. Archid. no.in c.constitutus.super verbo, effectum. versi. & licet. de appel.per Inno.licet ibi loquatur in casu qui differebat totum negotium.quia posito q̃ seruetur ordo. iudiciarius non sequitur quando sit interlocutoria. sed difficili modo reuocatur: vt no.Inno.in c.cùm venisset.circa
4 fi.de iusti. Sententia † autẽ lata super possessorio videtur diffinitiua: vt est tex.in cle.ad cõpescendas. de sequest. & circa materiam attentatorum vide deci.92.& 357.

EPITOME.

1 *Sequestrum decretum post sententiam diffinitiuã inter alios litigantes latam an impedire possit tertius interesse suum deducens.*

Decisio 11. *aliàs* 349.

1 NOta † quòd si feratur sententia diffinitiua in causa beneficiali pro actore & contra reum possessorem & ab illa sententia appelletur per eum qui dicit sibi interesse: dubium fuit vtrum hic tertius appellans possit contradicere & impedire sequestrationem beneficiorum & fructuum.iuxta clemen. vnam.de sequestra. possi.& fruct.& videbatur quòd sic.quia per hanc appellationem impediretur realis & actualis executio sententiæ quæ & maior quàm sequestratio.vt in c.cum super. de re iudic.cum ibi not.ergo multò fortius sequestratio fructuum quæ est minus.de deci.cap.ex parte.de regu. iur.cui licet.libr.vj.pro hac opinione faciunt quædam not. Pau.in glo.pe.dictæ cle.quæ quæritur si duo litigant de beneficio quod in totum spectat ad tertium. Numquid per talem litem impeditur in iure suo? tenet quòd non.quia hoc absurdum esset dicere.facit c.cum ecclesia vulterana.de elec.quia nemini facit iniuriã qui vtitur iure suo. & res inter alios acta &c.de re iudi.c.quamvis. facit etiã pro hoc dicto quædam no.Io.an.in eadem cle. super verbo, aliàs. vers. possessorem.non tamen pro petitorio non est sequestrari.concord.Gen.& Pà.dicunt hæc licet sententia non sit lata pro illo nouo petitore licet lata cõtra possessorem ad instantiam illius qui forte nullum ius habet in beneficio: ergo videtur quòd ad eius instantiã non sit facienda huiusmodi sequestratio.de accessu. super his, præmissis non obstan. fuit decisum contra per omnes dominos, nam per huiusmodi sequestrationem nullum sibi fit præiudicium nec damnum: imò est sibi plus vtilis quam damnosũ, videlicet quod fructus pervnam personã colligantur idoneam & reseruẽtur sibi si finalem in causa obtineat victoriam, nec per hoc impeditur in iure suo in aliquo, ergo cessat dictum Pau. quod forte procederet si iste tertius fuisset & esset possessor beneficij. quia si inter duos vel plures petitores fertur sentẽtia pro vno contra vnum alium vel reliquos non fit sequestratio nec habet locum cle. illa quod probat ibi tex. quãdo dicit dum vna sententia pro petitore & contra possessorem.non possidentem contra vnum fertur sentẽtia quod non est hic præterea dictum Io.and.non obst. quia loquitur quando sententia fertur pro petitore qui allegabat ad prioritatem tunc enim non est locus sequestrationi quæ non habet locum nisi quando agitur super titulo beneficiali. & ideo si inter petitorem & possessorem beneficij esset. alia quæstio realis vel personalis.non esset locus constitutionem secundum Io.an.super verbo, diffinitiua. & Pau. illud. cum igitur istius tertij non interfit impedire huiusmodi sequestrationem & sit sibi potius vtile quam damnosum non est audiendus.ij.q.vj.non solent. & in dicto c. super his.non obst. capito. cum super. cum ibi not. per Inno. & Hostien. quia ibi posset fieri appellanti tertio magnum præiudicium si fieret executio latæ sententiæ pro victore & ipse in possessionem induceretur & sic sibi nouus possessor & durior aduersarius constitueretur. at hic in casu nostro illi habenti vnam sententiam pro se non dabitur possessio nec aliquid de fructibus percipiet: nisi finalem victoriam in causa obtineret; ergo maius præiudicium fieret tertio per illam executionem quam per illam sequestrationem quę fit per iudicem & non per partem imò parte inhibita ergo non debet esse partibus denosa. secundum Gulier. & Gen. ibi qui remittit ad not. de iudi.ca.examinata. Et plenius de hac materia sequestrationis de regi.iuris.locupletari.lib.vj.per Io.an. vide deci.vnic. supra de sequest. possess. & fruct.

Iudo. Gomes super regu. de surro. colli. q. 7. fol. j. circa finem.

EPITOME.

1 *Appellatio deserta si iudex proferat sententiam super principali negotio etiam appellato instante talis sententia erit nulla.*

Decisio 12. *alias* 604.

1 DIc † quòd si appellatio alicuius deserta est: & iudex qui procedit ratione dictæ appellationis proferat sententiam quod talis sententia nulla est li-

set appellatus procederet corã eo ratione dictæ appellationis. & ita fuit obseruatum in curia romana, cum reuerendis patribus dominis cardinalibus auunculo & nepote.

EPITOME.

1 *Episcopus vbi lata sunt tres sententiæ conformes contra eius capitulum: an possit executionem ipsarum impedire ex eo quod non fuerit citatus.*

Decisio 13. aliàs 441.

2 NOta † verum latis tribus sententijs cõtra capitulum episcopus veniens ad causam etiam in secũda vel in tertia instantia & prætendens illas nullas quia ipse vocatus non fuit ad causam possessionis impedire earum executionem, vel an obstet sibi capit. vt calumnijs. de re iudic. in clementi. Nam aliqui ibi intelligunt quòd ille contra quem latæ sunt non possit extunc impedire prętextu nullitatis tamen tertius bene impedit. super quo vide Pau. & Gen. ibi.

SVMMARIVM.

Cle. vt calumnijs. de re iudi. an locum habeat quando vna sententia super nullitate duarum præcedentiũ diffinitiuarum intermediauit tertiam earum confirmatoriam. Vel sic. Appellans à sententia lata super nullitate duarum sententiarum super negotio principali ad fauorem suum latarum, si obtineat sententiam confirmatoriam primarum sententiarum & infirmatoriam tertiæ sententiæ latæ super nullitate, an possit impediri quominus executionem obtineat sententiarum ad fauorem suum latarum.

Decisio 14. aliàs 423.

Similis decis. 12. in anti.

1 NOta, quidam obtinuit duas sententias pro se, & tertiam contra se: & super nullitate primarũ duarum per quam primæ duæ fuerant nullæ declaratæ, & quartam pro se confirmatoriam & infirmatoriã tertiæ latæ super nullitate, & sic habet tres sententias pro se concordes, & vnam contra se super nullitate: pars verò rea contra quã sunt latæ tres sententię appellat à sententia confirmatoria primarum duarum prętendens & producens earum nullitatẽ, pro qua: & super qua nullitate obtinuerat pro se sentẽtiam tertiam: actor verò petit antequam reus audiatur super illa nullitate mandari tres sentẽtias concordes executioni iuxta e. vt calumnijs. de sent. & re iudi. in cle. reus dicit quod e. calumnijs. non habet locum in hoc casu, quia ipse de nouo post tres sentẽtias concordes non proponit nullitatem: imò ante post duas sententias proposuerat de nullitate, & super ea, & pro se vnam sententiam iam reportauit: quis eorum bene dicat. Non fuit determinata: sed mota in concilio. vide decis. nume. 17. de senten. excommu. infrà.

SVMMARIVM.

Appellatum si fuerit, à sentẽtia lata super possessorio suspenso petitorio: nunquid possit iudex appellationis super vtroque pronuntiare?

EPITOME.

1 *Iudex appellationis à sententia lata in partibus super possessorio, petitorio suspenso, an possit cognoscere de possessorio, & petitorio simul.*

2 *Possessorium non trahit ad se petitorium.*

Decisio 15. aliàs 436.

1 NOta actio † in partibus super ecclesia petitorio & possessorio eandem suspenso petitorio lata sententia in solo possessorio appellatur, ab ea defertur appellationi, & in virtutem appellationis causa appellationis cõmissa fuit in curia auditori: & partes procedunt corã eo in petitorio & possessorio simul, & fertur sententia in vtroq; quæritur an valeat in petitorio, & quidã dicunt, non, qua solum possessorium videtur cõmissum sibi ex quo appellatio erat emissa à diffinitiua lata in solo possessorio. Alij contra, quia per illam appellationẽ totum fuit deuolutum ad curiam, & petitoriũ & possessorium & præsertim ex quo originaliter fuerat super toto processum ne causæ continentia diuidatur, & sic causa illius appellationis commissa totum negotium eo modo quo erat ad primum iudicem in partibus cõmissum videtur, sed corã eo potuissent partes procedere in petitorio: ergo & coram isto auditore pro prima parte erãt plures. quia sub possessorio non venit. c. j. de sequestra. cum ibi not.

2 nec † possessorium trahit ad se petitorium. vt ibi argu. C. si à non compe. iudi. si de proprietate. iunct. l. naturaliter. C. de acquiren. possessio.

EPITOME.

1 *Sententia diffinitiua lata per falsas causas transit in rem iudicatam: secus in interlocutoria.*

Decisio 16. aliàs 443.

1 NOta † quòd licet sententia diffinitiua obtẽta per falsam causam seu per falsas allegationes transeat in rem iudicatam si non appelletur, tamen præceptum interlocutorium seu etiam decretum per falsam causam seu etiam per falsas allegationes obtentum nõ transit in rem iudicatam. imò est nullum ipsò iure. ff. de fideicõ. libe. l. cùm verò. §. subuentum. versicul. proindè. ff. de re. eorum quæ sub tut. l. magis puto. §. si ea alienatio. cum suis concor. vide dec. cccxcvij. *Vide infrà. nume. 27.*

EPITOME.

1 *Sententia absolutoria tantùm ab impetitione quæ transiuit in rem iudicatam non obstat, quin mortuo eo pro quo lata fuit, debeat admitti ille contra quem lata fuit ad prosequendum ius suũ super beneficio super quo fuerat res iudicata.*

2 *Sententia absolutoria ab impetitione potest fieri ex diuersis causis: nec obstabit si in ea nõ fuerit impositum perpetuum silentium.*

3 *Sententia absolutoria nullum ius adiudicat actori.*

4 *Sententia lata contra pupillum nocet eius substituto vulgari vel cohæredi ad quem pupillo abstinente ab hæreditate peruenit hæreditas.*

5 *Sententia lata in causa beneficiali transit in rem iudicatam inter easdem personas, quò verò ad iudicem, secus.*

Decisio 17. aliàs 550.

1 VTrum si † petitor beneficij probans de iure suo permittat metu vel aliàs sine quacunq; pactione illicita & sine renuntiatione intrusum absolui ab impetitione & non appellat, possit postea illo reo mortuo, & alio in eius loco surrogato seu intruso non obstãte exceptione rei iudicatæ agere contra nouum surrogatum & intrusum, & iterũ beneficiũ petere, videtur quod non cũ lata fuerit sentẽtia nec appellauerit. In contrariũ videtur: quia nunc reus est alia persona quæ non habet causam à primo, qui fuit absolutus ab impetitione actoris imò ab eo qui sibi cõtulit, & ideo nõ prodest sibi exceptio rei iudicatæ. ar. l. cũ quæritur. & l. an eandẽ. ff. de excep. rei iudi. pro quo. eod. tit. l. si à te. §. Iulianus. & l. si mater. §. si quis auiã. cum gl. ea. ti. pro hac parte. de cõc. præben. c. post electionẽ. vbi primo expulsus seu nõ admissus potest iterũ petere, præsertim ex quo non fuerat per sententiã primo intruso beneficiũ adiudicatum: nec

2 impositum reo perpetuum silentiũ, absolutio † enim ab impetitione potuit fieri ex diuersis causis propter inepitudinem libelli & propter alias causas personales, & sic non videtur obstare exceptio agenti de nouo contra alium: nisi esset sibi impositũ perpetuum silentiũ: vt fuit in c. præal. post electionẽ. sic loquitur. l. à Titio. cum gl. ff. de actio. Itẽ sicut sententia lata contra primũ non potuisset nocere isti secundo nitẽti ex alijs iuribus & agẽti ita nec sibi proficere debet. C. quibus re. iudi. non no. l. ij. *Bal. in c. cum super. in fi. de cau. posses. & proprie. & vide in alle. menu. 43. incip. quoniam totum contrarium.*

3 Pro hoc facit quia † licet absolutio rei pareret exceptionem rei iudicatæ: absolutio tamen nullum adiudicat ius actori. ar. l. Iul. de condi. inde. & l. itẽ si victus. de exce. rei iu. ergo si actor petat rem suã vel beneficiũ suum ab iniusto possessore non nocet sibi absolutio tertij. ad hoc. de præscrip. xxx. an. an si quis emptionis. §. si verò nullũ. Si enim nouus possessor de illa excideret ius tertij allegaret quòd nõ põt, cùm per hoc nõ arguuntur rationes actorũ: vt ff. si serui. vendi. l. loci corpus. §. cõpetit. nec obst. quod no. ff. de excep. rei iudi. l. si quis adhiben. & l. si quis reũ. & per Cy. in l. nec. C. eo. ti. quia illud verũ contra eundẽ reum, hîc contra aliũ. Nõ obst. ff. de re iud. l. ex cõtractu

4 vbi † suîa lata cõtra pupillũ nocet vel prodest eius substituto vulgari vel cohæredi ad quẽ pupillo abstinẽte ab hęreditate peruenit hęreditas, & ẽ illi non succedit, nec habet causam ab eo sed à testãte, quia ibi ideo: q. a lis erat ducta nomine hęreditario, & cũ primo tũc vero hærede & petente hęreditatis nomine hęreditatẽ litigiosam defendere,

fendere. & ideo tenuit processus ac sententia. nec isti qui ex priuilegio speciali & contra ius ecclesiæ conceditur vnde acta & nomine hæreditario retractet ad hoc bene facit. ff. de mino. l. integra. hic verò lis non erat agitata nomine ecclesiæ. sed nomine solius defendentis ideo & c. quare non obstat si dicatur quod actor si se non opponat videtur tacitè renuntiasse iuri. quia nõ est quin illud possit deducere & petere contra alium: quia non fuit absolutus vt videtur tex. in l. item si victus. ff. de except. rei iudic. nec sententia absolutoria rei ius perfectum actori abstulit. facit l. Iul. de cond. inde. Item in dubio non præsumitur quod iudex tulit sententiam absolutoriam ex eo quod actor non probauit intentionem suam. quia contrarium supponitur: scilicet quod intentionem suam probauerat. & sic non potuit se referre. nec debuit ad falsam causam. oportet ergo præsumere. quia ex aliqua causa personali, vel alia qua cessante cessat effectus suæ sententiæ ad quod potest induci. l. hæ enim causæ. ff. de suspect. tuto. & l. si præses. §. de pœnis. sic enim elegisset viam ad impugnandum suam sententiam si eam tulisset ex falsa causa. argumen. not. ff. de acquirend. hæredita. l. si is ad quem. §. fi. quod non est verisimile. ff. de re iudica. l. iij. nec obst. quod not. Hostien. in summa. de senten §. quot sunt eius species. ver. sed nunquam & hoc summa. verum quia illud verum quòd † sententia lata in causa beneficiali: transit in rem iudicatam inter easdem personas: hîc autem sunt diuersæ. Item pro hac parte facit æquitas quæ debet mouere iudicem aliàs superiorẽ ne actor iste de cuius iure constat istud perdat. & ne reus intrusus indebitè teneat. respectu † enim superioris sententia non transit in rem iudicatã in causa beneficiali. ad quod not. per Innocen. de rescript. capitu. constitutus. in fi. de re iudic. capitu. lator. cum concord. & capitu. cùm Bertoldus. de re iudica. & Henr. in cap. j. de concess. præben. Item pro hoc facit. quia etiam inter easdẽ personas vbi actum est vno modo agendi. & reus est absolutus. si postea de eadem re vel materia agatur alio modo agendi non obstat absolutio præsertim cùm non pronuntiatur super facto. sed super iure: vt colligi potest per not. per Cyn. C. quando ciuilis ac. cri. præiu. l. j. in quæst. ibi cùm quæritur. nunquid & c. ergo idem dicatur inter diuersas partes: licet sit idem modus agendi.

EPITOME.

1 *Sententia lata in confessum ante litem contestatam quæ non potest valere, vt sententia, valet vt præceptum.*

Decisio 18. alias 568.

1 VTrum si † contra reum confitentem debitum ante litem contestatam & non dato libello per actorem iudex tulit sententiam diffinitiuam. & eum condemnauit ad soluendum. Talis sententia diffinitiua quæ valere non potest: vt sententia: saltem valeat vt præceptum de soluendo. tenuerunt quasi omnes quod sicut sic actus non valet vt agitur valeat vt valere potest: quia hic potius censetur peccatum materiæ quam peccatum formæ. quia materia talis confessionis sic ante litem cõtestatam factæ non est sufficiens ad sententiam, sed ad præceptum. argumen. l. inutilis. vt verbum ibi positum condemno sumatur largè in principio secundum materiam subiectam. arg. co. de verb. signi. c. in his. quando dicit vt fiat *interpretatio: vt actus magis valeat quam pereat: vt suprà deci. dixi.

EPITOME.

1 *Appellare non licet tertio tam in causa prophana quam beneficiali.*

Decisio 19. alias 687.

DIc † quòd si aliquis in causa spirituali vel prophana in eadem causa non in diuersis in prima instantia & secunda sententiam diffinitiuam contra se reportauit & appellauit. & in tertia instãtia habuit sententiam contra se & confirmatoriam à qua fit appellatum. & petat apostolos sibi dari non dabuntur tunc aliqui apostoli: sed iudex potest dicere sibi petẽti. Amice non licet tertiò appellare: vt c. sua. & c. directe. de appel.

EPITOME.

1 *Appellare non licet tertiò, licet duæ sententiæ in partibus fuerint latæ.*

Decisio 20. alias 725.

DIc † quòd si duæ sententiæ diffinitiuæ in aliqua causa spirituali vel prophana latę sint pro aliquo extra sacrum palatium authoritate apostolica & Postea appellatur à secunda sententia confirmatiua: & Postea causa appellationis & negotium principale committatur alicui domino auditori sacri palatij qui prædictas sententias confirmet: tunc non est licitum appellare. tibi licet primæ duæ sententiæ sint latæ per iudices extra palatium: vt legitur & notatur. in cap. sua. de appellatio. cum simili.

EPITOME.

1 *Pronuntiari causam esse deuolutam in spiritualibus necessariò non debet: secus in prophanis.*

Decisio 21. alias 737.

NOta † quòd necessariũ est quod causa prophana pronuntietur esse deuoluta ad curiam romanam per auditorem causæ: secus in causa spirituali. & ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Auditor potest in causa in qua nullum dubium habet pronunciare de consilio & assensu coauditorum, licet causam non posuerit in consilijs.*

Decisio 22. alias 751.

SCiendum est † quòd si aliquis auditor sacri palatij habet causam sibi commissam spiritualem vel prophanã in aliqua seruatis terminis sacri palatij debet ferre sententiam diffinitiuam in qua nullũ dubium habeat cum sit clara pro iustitia ministranda. Nec est necessarium quod ponantur consilia. sed tunc in prolatione sententiæ potest dicere de cõsilio & assensu &c. nam in isto casu data est potestas auditori generaliter sic dicendo per dominos auditores sacri palatij. Si autem auditor habeat dubia quæ ponat in consilijs tunc si consilia sunt concordia potest dicere in prolatione sententiæ. si autem sunt discordia consilia debet stare consilio maioris partis. & etiam potest dicere in prolatione suæ sententiæ de consilio dominorum auditorum.

SVMMARIVM.

Auditor potest cognoscere de appellatione intrusi in executione duarum sententiarum cõformium latarum contra reum mortuum.

EPITOME.

1 *Appellatio licet propter eius defectum causam non deuoluat ad curiam: attamen auditor poterit de appellatione interposita per intrusum ab executione duarum sententiarum contra reum mortuum cognoscere.*

Decisio 23. alias 6.

NOta † quòd vbi pro appellato sunt latæ duæ sententiæ in curia. & moriatur ille contra quem sunt latæ si exequantur sententiæ contra successorem intrusum per ordinarium & appelletur posito quod appellatio non sit deuoluta propter eius defectum cum ratione primarum sententiarum auditor habet cognoscere de appellatione cum de noua causa non videatur introduci. Sed quod prius factum est ad executionem deducitur. & quod prius factum est declaratur. ideo aliud seruatur quam si de nouo causa inducteretur. ad quod faciunt not. in l. hæredes palam. §. j. ff. de testamen. Istud est sequela. l. quocunque. de instituti. aliàs lites essent immortales. pro quo capitu. auditor. de rescript. in clemen. capitu. sæpe. de restitutio. spoliato. vide decisio. iiij. & infra decisi. 102.

EPITOME.

1 *Executio si fiat super re de qua cognitum & iudicatum est: non requiritur summaria cognitio, & an in executione vocanda sit pars?*

Decisio 24. aliàs 73.

NOta † quòd vbi fit executio super re super qua est cognitum & iudicatum in executione non est facienda summaria cognitio. secus si super alijs rebus: vt no. Inno. in c. cùm super. in fi. de re iudi. in glo. pe. & vide per eum no. in c. ex ratione. de appe. & no. per Cy. in l. j. C. de iuris & fac. igno. an in executione pars sit vocanda.

EPITOME.

1 *Iudex primus qui condemnauit in expensis potest illas taxare non ob. appellationem.*

* *Interpretatio. Adde cuiter dilectos. de de fi. instr. de regu iur. c. contra eum. & c. vtile. lib. vj.* 1 *ff. de reb. dub. l. quoties. in fi. fol. 19. l. in tradendis. ff. cont. prad. in Spec. de test. §. j. ver. itẽ quod textus obscure.*

2 *Iudex appellationis in expensis factis in prima instãtia à qua est appellatum potest condemnare: sicut in expensis factis in causa appellationis.*

Decisio 25. *aliàs* 90.

* Not. quòd. Pro hac decis. vide do. Abb. in c. significauerunt. de exce. in iij. col. in versi. aduerte per Fel. in c. si duob. de app. in prin. & in d.c. significauerunt. in iij. colum.

1 NOta † * quòd vbi iudex à quo est appellatũ cõdemnauit in expensis taxare potest de rigore iuris. quia nihil de nouo videtur facere, sed quòd sententiatum erat declarare. arg. l. hæredes palam. ff. de testa. tutius est tamen quòd non taxẽtur expensæ donec videatur an bene vel male fuerit appellatum, quia † iudex appellationis in expensis factis in prima instantia à qua est appellatum potest condemnare sicut in expensis factis in causa appellationis: vt not. in c. sæpe. de appellationi. & qualiter cõdemnatio expensarum & per quem modum fiat. dic vt not. per doctor. in c. cordi. de appellatio. libr. vj. & per Inno. in c. finem. de dolo.

EPITOME.

1 *Iudex in possessorio potest imponere perpetuum silentium.*

2 *Excommunicationis exceptio potest opponi petenti restitutionem & sententiæ executionis: quia etiam postquam conclusum est in causa potest in vim peremptorij & per modum obiectionis opponi.*

Decisio 26. *aliàs* 221.

1 NOta † quòd in sententia lata super possessorio auditur potest parti condemnatæ imponere perpetuum silentium: vt est text. in c. licet. de proba. in fi. gl. est Inn.

2 quòd † petenti restitutionem possessionis opponi potest exceptio excommunicationis: vt no. in c. pastoralis. in fi. de appellatio. nec mirum quia sententiæ executioni opponi potest: vt in c. pia. de exceptioni. & per hoc audiui quòd etiam postquam est conclusum in causa potest opponi per modum obiectionis seu in vim peremptorij. dum tamen opponatur in bona forma tradita. in alleg. c. pia.

EPITOME.

1 *Sententia per falsas allegationes & causas lata, est nulla.*

Decisio 27. *aliàs* 347.

1 NOta † quòd licet sententia diffinitiua obtenta sit per falsam causam seu falsas allegationes. tamen non transit in rem iudicatam, imò est nulla ipso iure. ff. de fideicommiss. liber. l. cùm verò. §. subuetum. versi. proinde ff. de re. eo. qui sub tu. l. magis puto. §. si æs alienum. cum similib. vide dec. 442.

EPITOME.

1 *Tres sententiæ conformes latæ super attẽtatis sunt ante omnia executioni demandandæ.*

Decisio 28. *aliàs* 517.

1 NOta † quòd tres sententiæ latę super attentatis sunt ante omnia executioni demandandæ, dummodò prædictæ sententię vim diffinitiuæ habeant puta si post litis pendẽtiam vel post appellationem à diffinitiua aliquid sit attentatum circa possessionem rei de qua agitur, quia sic sapit naturam possessoris veri quod est mandandum executioni ante ingressum petitorij. de restitu. spoliat. in causis. nec potest opponi nullitas ante executionem eorundem. de re iudic. vt calumnijs. in clementi. vide dec. 90. & 417.

EPITOME.

1 *Nullitatis & rei iudicatæ si quæstio proponatur, vltra veniat primum discutienda? per totum.*

2 *Iudex delegatus non potest cognoscere de nullitate, nisi in virtute suæ appellationis.*

3 *Metropolitanus nõ cognoscit de nullitate sententiæ nisi in vim appellationis.*

4 *Appellatio nedum deuoluit instantiam causæ: sed etiam nullitatem sententiæ.*

5 *Cognitio incipienda est ab his de quibus facilior est probatio.*

Decisio 29. *aliàs* 434.

1 NOta † vtrum primò sit cognoscendũ de desertione appellationis quàm de nullitate sentẽtiæ: credo

2 quòd sit dicendũ, quòd aut † iudex qui cognoscit de appel. non poterat cognoscere de nullitate nisi in virtute appellationis, vt quia est iudex delegatus super causa appellationis illius, vel † erat metropolitanus: vt de foro cõpe. c. romana. lib. vj. & tunc credo q̃ sit prius cognoscendum de desertione quàm de nullitate, quia si appellatio est desertũ tunc non deuoluitur ad talẽ iudicem

Adde Bar. in l. si expressim. ff. de ap.

cognitio super nullitate: si verò non est deserta tunc sic.

4 quia † appellatio nedum deuoluit instantiã causæ: imò & nullitatem sententiæ: vt not. per Innocen. de appel. c. dilecto. & per Archid. de appel. c. cordi. lib. vj. super verbo, de partium. in fi. ver. hic quæro. & ideo cùm desertio sit præiudiciali. in hoc casu cognitioni de nullitate prius de ea est inquirendum. argu. C. de adul. l. quoniam. C. de iudi. l. j. Si autem poterat cognoscere de nullitate etiam sine appellatione, vt pote quia expressè erat causa nullitatis commissa, & etiam causa appellationis, vel quia talis ordinarius erat superior qui adiri poterat non soldm per viam ordinariam appellationis, imò eriã per viam simplicis querelæ. ar. tiotatorum. per Cyn. C. de acti. l. si absentis. in tertia opin. & credo quod si causa nullitatis habet promptam indaginem quia est notoria vel appareat ex actis tunc credo quod primo debeat cognosci de

5 nullitate & pronuntiare. arg. pro hoc, quia † incipienda est cognitio ab illis de quibus facilior est probatio. extrà de elect. si fortè. & not. Inno. in c. auditis. super ver. constiterit. de præscript. Item quia illa est præiudicialis desertioni, quia si sententia fuisset nulla per cõsequens appellatio non fuit necessaria arg. ff. de appel. l. si expressim, imò nec tenuit ad finem cognitionis iustitiæ vel iniustitiæ primæ sententiæ, & sic per consequens nec appellatio potest dici deserta vel non deserta, nec aliquem effectum continens iustitiam per iniustitiam. Si autem cognitio super desertione habet altiorem indaginẽ tunc posset simul cognosci super vtraque & pronuntiari super eo quod primo poterat determinari, sed dato quod primo esset pronũtiatum super desertione appellationis postea apparebit, cùm pronuntiabitur super nullitate, an illa desertio potuerit sortiri effectum vel non: videas Innocen. in c. solicitudinem. de appel. circa fin. an simul quis possit prosequi istas duas vias. vide versic.

EPITOME.

1 *Spoliator an admittatur ad cedendum bona.*

Decisio 30. *aliàs* 554.

1 VTrum † spoliator volens cedere bonis sit audiendus antequam integre restitutus fuerit spoliatus ad fructus in quibus spoliator extitit condẽnatus. videtur quod non. c. alma mater. §. illa. in fi. de sen. excõ. Item quod potest hac pœna puniri. Item ad hoc facit. ff. de col. bo. l. si cum duobus. & quod not. Inn. in c. Odoardus. In contrarium facit extrà de elect. c. quia sæpe. in fi. cum ibi not. per Archi. & quod not. Archi. de vsuris. c. quamquam. li. vj. super verbo, patiuntur. & quod no. Spec. tit. de posses. & peti. §. j. versic. sed cùm spoliatus. & quia fructus sunt res prophanæ. & exceptio spoliationis de re prophana cùm agitur de spoliatione beneficij nõ admittitur: vt in c. frequens. in fin. de restit. spolia. lib. vj.

EPITOME.

1 *Cessioni bonorum, vtrum cum iuramento renuntiari possit.*

2 *Respublica interest habere homines liberos.*

3 *Iurans non vendere: si vendat, efficitur periurus: attamen venditio tenet.*

4 *Renuntiare quilibet potest iuri suo.*

5 *Cessionis bonorum triplex est effectus.*

Decisio 31. *aliàs* 566.

1 VTrum † possit renuntiari * cessioni bonorũ cum iuramento: vt sic renuntians postea non sit audiendus ad cessionem faciendam, nec possit cedẽdo bonis euadere à creditoribus & videtur quòd nõ, quia talis renuntiatio est contra bonos mores: vt argu. no. per Cy. C. qui bo. ced. posl. vlti. & arg. regulæ iuris. non est obligatorium contra bonos. &c. Item secundo sic, quia per talem renuntiationem astringeretur ad pœnã detrusionis carceris. per no. in l. fi. C. qui bo. ce. pos. ex quo sequitur primo inhumanitas & crudelitas sine cõmodo creditoris, q̃a forsan ibi detrusus debitor inhumaniter vexaretur, & famæ forsan moreretur propter inopiã. arg. l. reo certis. ff. solut. nec ex hoc creditor reportabit cõmodum cum ibi existens nihil lucrari vel acquirere possit, quod forsan extra faceret, & ad pinguiorem fortunã veniens satisfaceret creditori, ergo cum renuntiatio debitori nocẽat & creditori nõ prolit non teneat cùm ex hoc creditor sit caninus & veniat contra præceptũ charitatis. arg. ff. de euict.

* Renũtiari cessio. bo. Ad. Felyn. in c. ex literis. de iureiur. in iij. col. versi. & ita ducuntur.

Staph. in tract. de li. gra. & fol. 356. versi. quando petis.

ff.de euict.l.fi.ff.de appel.l.non tantum. quia deducit ad illicitum. vel saltim potest deducere.arg.not.de pact.c. quamuis.lib.vj.per Archid.super verbo,æternæ salutis. Item tertio sequeretur quod debitor sic detrusus in carcere non posset audire diuina officia.φ ecclesiastica recipere sacramenta pro libito voluntatis.nec audire prædicationem eius ex quo forsan posset deduci ad infidelitatem.ergo talis renuntiatio quæ posset deducere in peiorem statum salutis æternæ non posset vinculari iuramento.arg.no.per Archidiaco.in dict.ca.quamuis.libro vj. super verbo, æternę salutis. Item quartò sequeretur
2 † damnum reipublicæ cuius interest habere homines liberos.vt sibi seruire possint.arg.solu.matri.l.j.in fine.& quia forsan eius debitoris seruitio indigebatergo in eius præiudiciũ tales renũtiationes nõ possent vinculare iuramentum.ff.ad municip.l.fi.Item quintò iuramentũ præiudicat vxori & liberis quibus nõ poterit debitor necessaria quærere.nec ministrare.nec eos alere.ergo,&c.ar. cap.cùm contingat.de iureiurand.Item videtur talis renuntiatio astringere ad quandam speciem perpetuę seruitutis,& eius libertatem infringere quod esse non potest.ff.de conditio.& demonstratio.l.Titium centum.§. Titio.ff.de libero homi.exhi.nihil ergo,&c.C.de actionib.& obligatio.l.ob æs.Item si talis renuntiare non valere: sequeretur quod perpetuo cogeretur debitor remanere excommunicatus.quia si pro debito excommunicaretur non absolueretur donec bonis cederet.vt capitu. Odoardus.de soluti.nunc autem propter renuntiationẽ cedere non posset,ergo,&c.hoc autem videretur inductum in salutis animæ præiudicium ergo,&c.argu. no. in cap.cùm contingat.de iureiurand.& cap.quamuis.suprà allegatis.Item pro hoc quia secundùm communem opinionem simplex renuntiatio non valet iuxta no.per Cy.in l.prima.C.de his qui bono.cede.pos.ergo nec vinculabitur iuramento.arg.l.non obstante si cedat bonis: nihilominus valet cessio.sed cedens est periurus,sicut di
3 citur in simili † de iurante non vendere:vt not.Innoc. in cap.dilecto.de præbend.vel de iurante non restari: vt not.xiij.quęstio.secunda.vltima voluntas cùm in cessione bonorum non videatur quod sit opus conditione iudiciali.ff.de cessio.bono.l.fina. Nec est necessarium factum iudicis admittentis,vel eam ad admittendum decernere.sed per se & de se sortitur effectum ex facto cedentis solùm.cùm sufficiat professio voluntatis. C. qui bono.cede.pos.l.tertia.sicut in simili sufficit sola cognitio coram iudice bonorum possessio.nec etiam est opus quòd iudex eam decernat.C.qui admit. ad bono.pos.l.final.ergo si contra iuramentum fiat factum tenebit arg. not.per.Ioan.Andr.de regulis iuris.quod semel.libr. vj.
4 In contrarium videtur φ † quilibet potest renuntiari iuri suo:vt l.si quis in conscribendo. Item quare per iuramentum vel contentionem quis posset se cogere vel constringere ad carcerem patet.quia talis carcer pro debito solum debet esse quædam detentio in aperta & libera custodia. C. de exact.tributo.l.nemo. ex qua non potest sequi, nec crudelitas, nec inhumanitas. Item quia talis esse sub custodia non videtur:nisi tenere quoddam obstagium ad quod tenẽdum potest quis se obligare:vt extrà de iureiuran.c.ex rescrip.cum ibi not.potest responderi φ potest renuntiare beneficio cessionis per iuramẽtum.quia istud,scilicet non cedere sit in potestate renuntiantis.ergo,&c.c.quamuis.de pact.lib.vj.Nec ob.contrarium.Pro quorum solutione sciendum est pro euiden
5 tia † quòd triplex est effectus cessionis bonorum. Vnus quia liberatur à pœna carceris.iuxta no.in l.ij.de his qui bono.cede.poss.Secundus quia habebit tũc priuilegium quod non possit conueniri,nisi inquantum facere possit quò ad postea quęsita:vt l.his qui boni.Tertius secundũ quorundam opinionem quia tollitur obligatio ciuilis naturali sola remanente.vt not.ff.de fideiussor.l. vbicunque.licet illa opinio mihi non placeat. quia non tollitur ciuilis nec naturalis.sed eius effectus differtur donec facere possit.adhuc tamen plenius nota.in dict.l.prima.C.de his qui bonor.cessio.poss.in ix.quæstio. Sed dico quòd talis renuntiatio quod cedatur bonis prodest & valet in prejudicium secundi & tertij effectus. videlicet quod immodo non possit cedere bonis ne gaudeat priuilegio ne conueniatur nisi inquantum facere potest. Et nota quod propter hoc non habet aliquam dilationem ne conueniatur donec facere possit.imò semper de quibuscunque quærendis tenebitur,in solidum etiam nõ habita ratione ne egeat.nec obstat ad hoc.l. aliena.§. eleganter.ff.solu.matrimo.quia illud verum in eo cui competit priuilegium tale ob reuerentiam personæ: Secus vbi competit ratione contractus.vel alia ratione:vt notglo.ff.de re.indica.si conuenerit.vel etiam in eo cui priuilegium tale tempore renũtiationis competebat. Secus autem vbi nõ competebat.sed competiturum erat.quia tunc facilius impedire potest ne comperat: quia multa, &c.argum.l.patre furioso.ff.de his qui sui vel alie. iur. sunt.sicut in simili dicitur per argumẽtum iuris ciuilis: licet non tollatur obligatio naturalis,tamen per prohibitionem iuris ciuilis bene potest impedire ne oriatur ff. de donatio.inter virum & vxor.l.iij.§.sciendum. & ita concord.cum l.iij.ff.de conditio.indebi. ad quod etiam nota per Cyn.C.de in integr.restitu.l.si curatorem habens.quãtum verò ad effectum primum ne detrudatur in carcerem,potest dici quòd non valeret renuntiatio etiam cum iuramento.vbi per intrusionem sequi possent dicta inconuenientia vel sequi deberent.imò ad tales nõ se extendit.sed vbi intrusio fieret ex aliqua humanitate, iuxta l.nemo.de exac.tribu.& posit ex ea verisimiliter sequi cõmodum creditoris.puta quia forsan habebat debitor amicos qui anrequam permitterent eum capi, vel saltem in carceribus diu morari solverent pro eo debitum vel forsan quia fugere volebat.& sibi de propinquo sperabatur obuenire. Vnde totum debitum vel pars solui posset.vel forsan erat homo vagabundus qui nõ curabat operari cùm esset artifex bonus & reputatus in certo loco bene posset operari.& ex suo artificio lucrari vnde satisfacere posset creditori vel in totum vel in partem.tũc crederem renuntiationem sibi præiudicare etiam quò ad primum effectum. & sic cedendo non posset se liberare quominus posset detrudi in carcerẽ.dum tamen ex tali intrusione adeo sibi non adimeretur libertas quominus posset percipere ecclesiastica sacramenta &c. saluti animæ suæ incumbentia facere.ne aliquod salutis æternæ præiudicium posset incurrere.nec nimia inhumanitas vel crudelitas sequi posset.& ita stant argumenta in oppositum facta. Alio modo possum dicere quod renuntiatio facta valeat cum iuramento. quia est in eius potestate non cedere.nec obstat quod dicitur detrudetur in carcerem,fateor. & cùm dicatur quod sequuntur inconuenientia prædicta:nego.quia si iudex videret quod illa inconuenientia sequerẽtur tunc relaxabit eum.quia talis intrusio debet intelligi quod fiat ciuili modo. & ne aliqua crudelitas vel nimia inhumanitas. vel salutis æternæ præiudicium sequatur.argumentum.ff.de seruitu.l. si cui.ibi cùm dicit.Ciuili tamen modo.& ex hoc credo φ valeat renuntiatiatio etiã simpliciter sine iuramento: quia quilibet potest renuntiare iuri pro se introducto: vt dicta l.si quis in conscribendo. pro quo l.final. C. qui bonor.ced.possunt.vbi tacitè renuntiat beneficio cessionis recipiendo quinquennalem.ergo,&c. multò fortius posset renuntiare.pro hoc faciunt aliæ rationes recitatæ per Cynum.in dicta l.pri.in vltima quæstione. nec hoc est contra bonos mores. quia priuilegium quod per talem renuntiationem perdit scilicet quòd non conueniatur nisi inquantum possit facere non debebatur sibi ratione personæ:vt erat in dicta l.alia.§.eleganter.Sed alia ratione:& ideo renuntiare potest illi priuilegio.iuxta notata in dicta l. prim. si conuenerit. de re iudicata. præsertim cùm tempore renuntiationis nondum sibi competeret illud priuilegium: sed per cessionem competiturum erat.& ideo facilius posset impediri ne incipiat competere. nec priuilegium de non incarcerando protendatur ad aliquem casum qui esset contra bonos mores vt prædixi. Nec obstat responsio vltima.quod si non obstante renuntiatione cedat bonis: tenebit cessio. licet periurium incurrat: quia illud esset verum quod teneret cessio quò ad bona & eorum perderet dominium aut possessionem tamen non tene-

rer quo ad effectus iuris prædictos quin nõ obstante cessione modo posset incarcerari. ciuiliter tamen & humano modo & in solidum etiam postea quesito etiam non deducto ne egeat conueniri: quia licet perditio dominij & possessio bonorum sit in sua potestate: tamen nõ gaudet dictis priuilegijs. ex quo renũtiauit. vel etiam posset dici quod postquam cessio bonorum remittitur quõ ad perditionem bonorum possessionem eorum etiam non teneret cessio in præiudicium creditoris. vt puta si sint talia bona quæ non essent vtilia creditori quæ forsan possunt vendi. & ex eis redigi pecunia. & si creditor haberet vendere. vel venditionem bonorum procurare nittitur vexaretur vel laboraret: vel nõ posset ita facili ter reperire emptorem sicut ipse debitor qui cessit. nam certe tunc crederem quod non valeret cessio. imõ adhuc esto etiam quod alia essent adhuc bona sufficientia ad debitum exsoluendum crederem compellendum iuris remedijs ad solutionem debiti, vel per incarcerationem. vel alias non obstante tali cessione. & sic ipsemet eorum distractionẽ faceret vel procuraret. vt exinde debitum solui possit propter renuntiationem. Nam debitor ex tali facto suo non debet creditori præiudicium generare vel parare. arg. de reg. iur. alteri per alterum. & non obstat alia ratio cum dicitur quod semper remanere habebit excommunicatus si non potest cedere bonis. quod nego. Nam dico si doceat de inopia & impotentia soluendi alias quàm per cessionem puta per testes vel iuramentum. Vel quia est notorium vel quia potest docere de casu fortuito, per quem perdidit bona sua. est ab excommunicationis sententia absoluendus. Nam dicta decre. Odoardus. de solu. nõ exigit aliud nisi quod cõstet quod non possit soluere in totum vel in partem, quod alias bene constare potest per cessionem. Et licet doctores dicãt ibi de remedio cessiõis. hoc dicunt: quia ille est vnus modus per quem clarè & faciliter constare potest & sic nõ negauit quin super alium modum quam per cessionem constare possit quin etiam absoluẽdos etiam si bonis nõ cederet præsertim si cedere non posset obstante renuntiatione vel iuramento quare non obstat. vbi tamen cedere posset. quia non obstaret renuntiatio. licet etiam si non cederet constito. alias de impotentia absoluendi esset absoluendos ab excommunicatione. tamen cùm veniret ad pinguiorem fortunam bene conueniretur & teneretur insolidum. nec haberet priuilegium nec conueniretur nisi inquantum facere posset nec alias priuilegio cessionis. sic intelligo illum textum c. Odoardus. in fi. secus tamen si cessionem bonorum fecisset. & in hoc interdũ vtilius est cedere bonis. qua vtilitate nõ gaudet cùm renuntiauit beneficio cessionis. vide dec. 177. & 211.

EPITOME.

1 *Renuntians liti & causæ censetur etiam renũtiare iuri, quod habet tam in causa prophana quàm spirituali.*

Decisio 32. *alias* 678.

1 DIc † q̃ si aliquis in aliqua causa prophana renũtiat liti & causæ quę inter aliquos in iudicio vertitur ex aliqua causa q̃ etiam renuntiat iuri q̃ habet: vt l. postquam liti. C. de pact. & idem etiam videtur in causa spirituali si fiat: vt in c. pridem. ibi liti. de pact. & etiam videtur ibi sentire Inno. secundum Io. Andr. & Pau. in c. gratiæ. de rescript. in clem. hoc etiam tenet maior pars dominorum. Sed dominus Petrus de sarcenato auditor sacri palatij & contradictarum dicit q̃ si quis renuntiat liti & causæ in causa prophana renuntiat etiam iuri secus in causa spirituali.

EPITOME.

1 *Violentia facta domui vacuæ non sufficit ad condemnationem fructuum percipiendorum. & distributiones quotidianæ nõ computantur in valore beneficij impetrati secundum communem æstimationem.*

2 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij impetrati ex communi æstimatione.*

Decisio 33. *alias* 407.

1 NOta † nõ sufficit quò ad condemnationem fructuũ percipiendorum faciendam probare quod tempore spoliationis fregerit ostia vel similia fecerit. nisi facta fuerit violentia personæ spoliatæ vel familiæ suæ existenti in domo: quia poterat esse quod domus erat vacua: & sic censetur nulli facta violentia. iuxta not. in c. cùm. ad sedem. super verbo, interdictum vnde vi. de resti. spo. in Specu. tit. de peti. & pos. §. j. circa finem. versic. Item quando impetratur † certum beneficium certi valoris fructus secundum communem æstimationem distributiones quotidianæ in huiusmodi valore fructuum non sunt computandæ. Ratio quia illę dantur ratione cuiusdam ministerij personalis, puta interessentibus & nõ de corpore beneficij, & ideo sub illa non comprehẽduntur prout legitur & notatur. de pręben. licet. & de cleri. non resi. c. vno. lib. vj. & ibi per Ioan. Andr. & Innoc. & melius per eundem. in addi. Specul. de concess. præbend. pro hoc facit optime. c. fina. de concess. pręben. §. in illis verò. lib. vj. vbi distributiones quotidianæ sunt aliud quam illud quod datur ratione præbendæ.

EPITOME.

1 *Attentans lite pendente debet condemnari in fructibus percipiendis si petatur.*

Decisio 34. *alias* 482.

1 NOta † attentans aliquid in præiudicium litis pendentis non solùm in fructibus perceptis, sed etiam qui percipi potuerunt debet condemnari si hoc petatur. quia dolosus & temerarius & malæ fidei possessor esse censetur qui in huiusmodi fructibus de iure venit condemnandus. de restitutione spoliato. grauis. cum ibi not. per Innocen. vide suprà dec. xc.

EPITOME.

1 *Auditor si pronuntiat appellationem desertam, non potest condemnare in expensis neque imponere perpetuum silentium, nisi seruatis terminis.*

Decisio 35. *aliàs* 609.

1 NOta licet † dominus auditor sacri palatij pronunciauit aliquam appellationem fore desertã, & postea petitur ab eo quòd pronuntiet sententiam translisse in rem iudicatam ratione cuius appellationis etiam petitur quod imponatur silentium illi contra quem lata est sententia & etiam quod condemnet eum in expensis quod non potest facere nisi termini sacri palatij seruentur, alias executionem habere non posset. & ita seruat sacrum palatium pro hoc capitul. cum dilectus. extrà de dolo & contumacia. cum similibus.

EPITOME.

1 *Expensarum condemnatio pro executione sententiæ latæ pro possessore non fit: secus si fieret pro non possidente.*

Decisio 36. *aliàs* 694.

1 NOta † quòd si executio sentẽtiarum diffinitiuarum vel alicuius sententiæ diffinitiuæ petatur pro possidente tunc non fit condemnatio expensarum pro dicta executione, cum iam habeat possessionem. pro qua habenda conceditur dicta executio. Secus autem si supradictæ sententiæ latæ sint pro non possidente & petatur executio prædictarum sententiarum, quia tunc fit condemnatio expensarum pro dicta executione. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Expensæ attentatorum taxantur antequam pronuntietur in principali. & super sententia taxantur ad tantum quantum taxarentur in negotio principali.*

Decisio 37. *aliàs* 454.

1 NOta † si fiat condemnatio expensarum in causa attentatorum potest fieri taxatio earundem ante sententiæ prolationem in principali, & pro sententia super attentatis lata tantum taxabitur quantum pro sententia super principali facta. quia vim diffinitiuæ habet. vt in constitutione Ioan. xxij. & pro registro quantum extimet. pro aduocato procuratore ad arbitrium iudicis remittitur prout plus vel minus eos laborare inuenerit. vide dec. xc. & 474.

EPITOME.

1 *Expensæ aduocatorum & procuratorum qui gratis seruierunt peti possunt, si remittuntur animo remunerandi: aliàs non.*

Decisio 38. *aliàs* 536.

1 SEd † quid si habuit procuratorem & aduocatum amicos suos qui propter curialitatem & beneficia aliàs ab eo

aliàs ab eo recepta noluerunt ab eo salarium. quòd an tunc possit petere expensas pro procuratore & aduocato videtur distinguendum. aut illi remittunt sibi animo & causa remunerandi. & tunc petere posset. aut non, & tunc non per l. idemque. §. fi. & l. si verò non remuneran di. in princip. ff. manda.

SVMMARIVM.

Auditores palatij non possunt exequi sententias suas: sed alij delegati sic infra annum.

EPITOME.

1 *Delegatus habet annum ad exequendum sententiam.*

Decisio 39. aliàs 614.

1 DIc † ℣ licet iudex delegatus de iure habeat annum ad exequendum suam sententiam: vt c. quærenti. extra de offi. deleg. Auditor sacri palatij suam sententiam exequi non potest: sed dominus vicecancellarius vel camerarius domini nostri papæ suis vijs & modis super hoc consuetis prouidet.

EPITOME.

1 *Expensarum condemnatio si omittatur in sententia lata super possessorio: non poterit demùm peti in petitorio: secus est de fructibus.*

Decisio 40. aliàs 661.

1 ESt sciendum † ℣ si in aliqua causa procedatur in possessorio suspenso petitorio. & pronuntietur super possessorio restitutorio & omittatur cõdemnatio expensarum postea non potest deduci in petitorio. Secus autem quo ad fructus perceptos restituendos. & qui percipi potuerunt si sit casus. & ita tenent aliqui domini de Rota sacri palatij. pro hoc facit c. vnum. de cau. possess. & proprie. & c. ad compescendas. de seque. poss. & fructum. in clemeuti. In contrarium tamen videtur facere Innocen.

EPITOME.

1 *Expensas vbi quis per se causam agitauit, non habebit pro aduocatis & procuratoribus non conductis.*

Decisio 41. aliàs 534.

1 INducens † causam suam propriam qui non habuit procuratorem in causa & obtinet: cuius aduersarius etiam condemnatur in expensis: possit petere interesse expensas salaria procuratoris & aduocati quæ dedisset & sunt taxata in curia si eos habuisset. facit quod sic. ff. rem ra. ha. si procurator. circa medium. In oppositum facit. ff. de fideiusso. l. si stipulatus. & quod not. glo. in c. cùm pro causa. de procura.

EPITOME.

1 *Auditor taxat expensas factas in partibus lite coram eo pendente.*

Decisio 42. aliàs 279.

Vide & cõcorda de. infra nu. 44. 1 NOta † ℣ auditor in curia deputatus potest taxare expensas factis in partibus. dum tamen sunt factæ post litem incœptam corã auditore. Secus si ante litem incœptam. & istud approbat audientia.

EPITOME.

1 *Auditor pendente appellatione cui dedit reuerentiales: non potest taxare expensas quarum taxationem sibi in sententia retinuit.*

Decisio 43. aliàs 636.

1 SI † dominus auditor sacri palatij pronuntiauit in aliqua causa diffinitiua. & etiam condemnando in expensis retinendo sibi taxationem earum. si est appellatum ab eo, & dat apostolos reuerentiales sicut fieri debet quando est appellatum à diffinitiua. tunc pendente appellatione non debet facere dictam taxationem. nec aliquid innouare nisi causa reducatur ad eum & ita seruat sacrum palatium.

EPITOME.

1 *Auditor taxat tantùm expensas factas coram eo, nisi habeat ex speciali commissione.*

Decisio 44. aliàs 735.

1 NOta † ℣ quando fit taxatio expensarum in aliqua causa per aliquem dominum auditorem. quod tunc non debet taxare nisi expensas factas corã eo. siue fiant. in prima instantia siue in secũda siue in tertia. ita seruat rota dominorũ auditorum sacri palatij. hoc intellige ni si per cõmissionem daretur potestas prout fit quotidie.

EPITOME.

1 *Vicecancellarius non dat executores sententiæ, nisi seruatis terminis palatij.*

Decisio 45. aliàs 792.

1 SCiendum est † quòd executor à vicecancellario in aliqua causa non conceditur secundum stilum sacri palatij: nisi sint seruati termini sacri palatij. in ea tamen aliqui dicunt quod etiam vicecancellarius concedit si seruati sunt termini in partibus in probatione sententiæ in causa quæ per appellationem venit ad curiam romanam. in qua pronuntiatur malè appellatum & bene diffinitum.

EPITOME.

1 *Expensæ non debent taxari nisi finitis tribus instantijs: aliàs reuocatur taxatio per viam attentati.*

Decisio 46. aliàs 831.

1 NOta dic † quòd si feratur sententia in qua pars condemnabitur in expensis fuitq; appellatum nũquam expensæ sunt taxandæ, donec causa fuerit finita per tres instantias quod si fieret taxatio per iudicem ad quem reuocantur per modum attenta.

De Appellationibus.

EPITOME.

1 *Appellatio intimata solùm parti deuoluit quãtum ad ipsam partem tantùm*

Decisio 1. aliàs 4.

1 NOTA † ℣ causa appellationis in curia censetur deuoluta quãtum ad appellatum. & illos quorum interest quando intimata est in loco publico vel ecclesia cathedrali. Si autem intimata fit solum parti. quantum ad partem solum est deuoluta, cui est intimata. de quo dicit vt in c. causam. de elect. in clem. super verbo, deuolutis. per Io. An. arg. l. si rem. §. j. ff. de rei vendica. quia quilibet præsumitur ignorans: iuxta l. verius. ff. de probatio. l. veniunt. ff. de peti. hæredi. & l. denuntiasse. ff. de adulte. vide infrà decis. 6. 8. 200. & 106. & 222. Et quando causa prophana dicatur deuoluta ad curiam: vide infrà 243. & 364. & 377. & 386. & 391. & 537. & 635. 758. *Suprà de rescrip. dec. 48.*

EPITOME.

1 *Iudex appellationis post appellationem desertam debet pronuntiare se non iudicem.*

Decisio 2. aliàs 5.

1 NOta † ℣ vbi appellatio est deserta auditor impetrantus in causa appellationis solùm habet se nõ esse iudicem pronuntiare. quia post desertionem si prosequatur causam appellationis solùm habet se nõ esse iudicem pronuntiare. quia post desertionem si prosequatur causam appellationis. non ideo minus prima sententia transit in rem iudicatam. in c. si appellationem. de appella. in clem. & videtur notare glo. in l. eos. in princip. C. de appella. Et habet stilus & papalis quòd pars appellans citatur tantùm ad docendum de diligentia in prosequendo, de quo si non doceatur expeditum est quòd solùm lapsus temporis excludit. vt notatur in capitul. plerunque. de rescriptis. iuncta l. finali. C. de tempore appellationis. *Suprà in nodeci. 14.*

EPITOME.

1 *Appellatio extraiudicialis intimari debet per procuratorem appellatio.*

Decisio 3. aliàs 12.

1 NOta † ℣ vbi appellatur extra iudicium intimatio habet fieri ipsi parti per procuratorem, sicut appellatio. sic videtur notare Io. And. in c. causam quæ. de elec. circa principium. in clemen. licet contrarium videatur: quia posito quòd appellatio debeat fieri per procuratorem tamen intimatio sufficit quod fiat per quemcũque. quia per intimationem nihil domino acquiritur sed ℣ acquisitum est ampliatur & ad effectũ perducitur, ideo non mirum si per quamcunq; personã tale exercitium intimationis adimplere possit: vt dicitur in simili. ff. de vsuris. l. qui solidam. in fin. & l. licet. de constitu. pecu. l. prohibere. quod vi aut clam. pro hoc. l. Item veniunt. §. *Suprà in Hoc. 51. dec. 18.*

petitis.de pet.hę.primam tamē opinionem audiui eamque veram terminari in Rota.

EPITOME.

1 *Iudex ad quem poteſt facere gratiã parti in expectando cum.*
2 *Illegitimè natus vel malus adminiſtrator quando quis dicitur cui incumbat probare.*

Deciſio 4. *alias* 26.

1 NOta † quòd iudex ad quem appellatur poteſt facere gratiam parti in expectãdo eam:dum tamen duret iuriſdictio:vt notatur in c.quamuis.ſuper verbo, cõpeten.de elec.libr.vj.ad quod c.conſuluit.de offi. delega. 2 Cui autem incumbat probatio quando quis dicitur illegitimè natus vel dicitur malus adminiſtrator:dic vt notatur in c.ſi forte.ſuper verbo,defectu.de elec.lib.vj.

EPITOME.

1 *Capitulum ſtatuimus.de elec.li.vj.habet locum in prouiſione facta & fienda.*

Deciſio 5. *aliàs* 28.

1 NOta † q̃ c.ſtatuimus.de elec.lib.vj. habet locum ſiue appelletur à prouiſione facta ſiue fienda.& idem eſt in c.vt circa.notatur per Archid. in verbo,facta. tamen in hoc eſt differẽtia.quia c.ſtatuimus.procedit ſiue fiat in iudicio ſiue extra:vt no.in alle.c.ſuper verbo,impugnat.Conſtitutio tamen vt circa.nõ habet locum niſi in extraiudicialibus:vt c.conſtitutio.de elec.libr.vj. quia tunc debet ſeruari ſolemnitas illius c.aliàs ſi iudicio monitus ab executore non habet ſeruare illam ſolemnitatem.& vide ſuprà de teſti.deci.13.

EPITOME.

1 *Iudex à grauamine recepta appellatione poteſt inhibere : & quid in auditoribus ſacri palatij.*

Deciſio 6. *alias* 44.

1 NOta † q̃ per auditorem non fit inhibitio regulariter in cauſa niſi lite conteſtata vel poſt datum terminum ad impugnandum & iuſtificandum appellationem:quia tunc videtur pendere lis.vt capitu.ex parte.de verborum ſignificatio.iunct.capitu.fina. vt lite pendẽ. in clementi. poſito.quia lis non fuerit conteſtata.de quo dic.vt notatur in cap.fina.vt lite pendẽ.in clement.Io. tamen monach.dicit quod ex quo iudex appellationem recipit:poteſt inhibere.de appellatio.romana.ſuper verbo,inhibere.libr.vj.Et vide infra deciſ. 58.& 391.& 788. & 659.& 668.& 783.

Suprà de dolo & contu.dec. 30.& dec.24. eo.tit.

EPITOME.

1 *Iudex appellationis poteſt appellationẽ pronuntiare deſertã.*

Deciſio 7. *alias* 50.

1 NOta † q̃ auditor datus in cauſa appellationis poteſt 1 deſertionem cognoſcere & poteſt decernere appellationem eſſe deſertam. Ad quod facit.l.ij.§. final. cum ibi notatis.C.de tempo.appel.

EPITOME.

1 *Appellans ſi non obtulit ſe coram iudice à quo probaturum exceptiones per ſe propoſitas:iudex ad quem antequam pronuntiet bene appellatum,habet cognoſcere de veritate exceptionis,& probationes admittere.h.d.vſq; ad.§.vt ibidem Iudex appellationis à grauamine ſi poſt appellationem lata fuerit ſententia ſuper negotio principali : poterit ſimul de vtraque ſententia cognoſcere etiam parte inuita.*

Deciſio 8. *alias* 81.

1 NOta † quòd vbi eſt appellatum eo quod exceptiones legitimè non admittebãtur ſi pars proponens tales exceptiones non obtulit ſe probaturum: iudex appellationis antequam pronuntiet bene appellatũ habet cognoſcere de veritate exceptiõis & probationes admittere ſuper eiſdem.ſecus ſi pars ab initio coram iudice à quo obtuliſſet exceptiones ſe probaturum. ſic videtur notare Ioan.monach.in cap.non ſolùm. de appellatio.libr.vj.iunct.capit.interpoſita.cum ibi notatis. per Ber.& per Innocen.

Et ibidem not.Innocen.quod iudex appellationis inſimul debet cognoſcere de negotio principali ſi ſuper principali eſt lata ſententia poſt appellationem & de cauſa appellationis, nec eſſet audiendus aduerſarius ſi peteret quod primò cognoſceret ſuper appellatione quam ſuper principali ſuper quo ſententia lata fuit poſt appellationem.de quo dic:vt capitu.cordi.per doct.ſuper verbo de partium. propter abbreuiationem litis cognoſcitur de vtraque appellatione ſcilicet, quæ facta dicitur à grauamine & poſt diffinitiuam,ſicut ponitur.in c.ſuper eo de appellationi.vide in capit.j. de appellationi.lib.vj. & j.deciſiõ.cccxcj.

EPITOME.

1 *Attentata poſt appellationem vbi petuntur reuocari , non tenetur petitor probare ſe prius poſſediſſe,niſi aduerſarius præſumeretur de iure communi & ex cauſa veriſimili poſſidere.*
2 *Remiſſio ad partes non conceditur pro probandis attentatis.*
3 *Fatalia non currunt agenti ſuper attentatis.*

Deciſio 10. *alias* 89.

1 NOta † quòd vbi poſt appellationem vel litis pendentiam aliquid dicitur eſſe attentatum: ſufficit quòd ille qui petit attentatum reuocari, probet attentationẽm, licẽt non probet poſſeſſionem quæ eſt attentata:vt notat Innocen.in c.dilecti. de maio.& obe. Et hoc verum niſi ille contra quem petuntur attentata reuocari de iure communi & ex cauſa veriſimili præſumatur poſſidere:quia tunc nõ reuocarentur attentata, niſi ille contra quem attentatũ eſt probaret ſe verè poſſidere tempore attentationis: vt notat Innocen.in c.bone.de appellatio circa quod adde not.in c.dudum. ſuper verbo,diſpenſatum.de electioni. & cap.dilecto.in fin.de exceptioni.Et eſt ratio iſtius dicti,quia vbi aliàs de iure communi præſumitur poſſidere, non videtur pendente appellatione attẽtare: ſed vti poſſeſſione quam prius habebat.& ſic non videtur attentatum,niſi probetur alium poſſidere.argumen.notatorum. in capitu.cupientes. ſuper verbo,ad totum.per Ioan.monach.de electio.lib.vj. iunct.l.vtique.in fin.de rei vendicatio. & extrà de reſti. ſpoliato.c.decimas.& vide in dec.cxv. & ccxx.& ccccxlix.& ccccliij.& cvij.& cccxxxiij.& ccccixiij.& ccclxxiij.& clxxxij.& ccccv.& dxvij.& ccccxix.ccxv. 2 Aduerte quia † quando agitur ſuper attentatis non fit remiſſio ad partes : ſed debet recipi probatio in curia: vt in deciſi.& cccxlviij.& ccclvij.& cccc. & quòd † agenti ſuper attentatis non currunt fatalia, vide infrà deciſi. ccccxlviij.& omninò deciſio.decl xxxvj.Et multa circa materiam attentatorum vide infrà literam. A. ſuper verbo,appellatio.

Suprà de probatio.dec.7.

Suprà vt lit. pen.deci.3.& de reſtit.ſpoi. dec.13.74.

EPITOME.

1 *Appellatus an poſſit cauſam deuoluere re integra abſente appellato.*

Deciſio 11. *aliàs* 106.

1 NOta † quòd appellatus re integra poſito quod non ſint ſeruata tempora poteſt cauſam deuoluere abſente appellante : vt not.Innocen. in capitul. ſtatuimus. ſuper verbo,menſe.de electionib.& Archidiaco.eodem. capitul.ſuper verbo,expectata.licet Compoſtel.& communiter audientia contra, & maximè ſi appareat de ſcientia appellantis, præſumitur autem ignorans niſi ſcientia probetur.C.qui militare poſſunt.l. ſuper ſeruis. libro xij.Et vide omninò infrà deciſion.cccl xxvij. & §. deciſion.iiij.

EPITOME.

1 *Iudex appellationis poteſt cognoſcere de nullitate : & in euentum pronuntiare appellationem iniuſtam.*

Deciſio 12. *aliàs* 109.

1 NOta † quòd vbi eſt appellatum à ſententia quæ ipſo iure non valet poſito quòd pars non dixerit ſententiam nullam iudex appellationis poterit cognoſcere de nullitate & ſi ſibi videtur nulla: pronuntiabit appellationem iniuſtam.argumen.l. final. de petitione hæreditatis.§.in quadam.ff.famil. herciſcun.& l.ij.C.de temp. appella.cum ibi notatis. Et inſerat cauſam quare nihil valet ſententia. Iſtum modum pronuntiandi dat gloſſ. in l.j.quando prouoca.non eſt neceſſ.hoc videtur Archi. in capit.cordi.ſuper verbo, de procuratori.in fin. de appellationi.libr.vj.ad quod notatur. in capitul. cum contingat.circa finem magnæ gloſſ. Et poteſt dicere quod in cauſa appellationis non eſt neceſſe dare libellum & hoc verum quando appellatur ab interlocutoria non tamen quando à diffinitiua.vt idem notatur. in capitul.ij. de iuramen.calum.libr.vj.

EPITO

EPITOME.

1 *Appellans in absentia iudicis non est exemptus ab eius iurisdictione.*

Decisio 13. *aliàs* 136.

1 NOta † q̃ appellans à iudice absente eo tempore quo appellat etiam absente iudice: non est exemptus à iurisdictione iudicis. vt notat Innocen. in ca. dilectus. de appellatio. super verbo, innotuerat. de quo dic vt per Archidiaco. in cap. appellatio de appellatio. libr. vj. glos. ij. quod dic vt ibi.

EPITOME.

1 *Appellatio malè formata non excludit ius partis.*

2 *Probationum materia est fauorabilis & ampliãda.*

Decisio 14. *alias* 156.

1 NOta † q̃ posito q̃ appellatio sit obreptitia & malè formata: admittuntur articuli de iure partis, quia mala appellatio non excludit ius partis. vt cap. constitutionem. in princip. de elect. in clementi. Et appellatio in mala forma de qua in c. vt circa. de elect. lib. vj. tantùm excludit materiam odiosam & obiectus. cùm quisq; pręsumatur bonus. c. fi. de pręsumptio. Et obiectus qui dantur in contrarium sunt odiosi: & ideo sunt restringendi.

2 Et † materia probationum est fauorabilis & ampliãda: vt l. quoniam. vt lite non contesta. & per consequens materia data cõtra istam fauorabilem est odiosa. de probatio. licet de excessi. prælatorum. pręsentium. libr. vj. & vide suprà dec. lxiiij.

EPITOME.

1 *Appellans à grauamine illato per delegatũ eximitur ab eius iurisdictione quò ad omnia: secus si illatum esset grauamen ab ordinario.*

Decisio 15. *alias* 163.

1 NOta † quòd vbi ab aliquo articulo appellatur à delegato: in omnibus alijs videtur exemptus appellans à iurisdictione delegati. secus est in ordinario: vt notat Ber. in cap. pastoralis. super verbo ad tempus. de appellatio. & sic est differẽtia inter delegatum & ordinarium. alia nota per Innocen. in capitu. olim. glo. fina. de officio delegati.

EPITOME.

1 *Iudex qui non detulit appellationi, non potest præfigere terminum ad eam prosequendum.*

Decisio 16. *alias* 182.

1 NOta † q̃ iudex qui non detulit appellationi non potest præfigere terminum ad prosequendum appellationem. vt notat Inno. in c. fi. de accusatio. de quo plenè in c. veniens. de renunc. per Ber.

EPITOME.

1 *Iudex à quo ante dationem apostolorum an posit testes absfuturos recipere.*

Decisio 17. *aliàs* 198.

1 NOta † q̃ per iudicem à quo est appellatum ante dationem apostolorum non possunt recipi testes absfuturi. vt in c. super eo. & c. ab eo. de appellat. libr. vj. cùm talis iudex non videatur habere iurisdictionem sed aliqui voluerunt dicere q̃ si nõ detulit valeat receptio: quia videtur habere iurisdictionem ex quo non detulit & propter periculum. & licet isti testes absfuturi faciant fidem non tamen talem q̃ per eos valeat ferri sententia. vt notatur per Ber. in c. quoniam. super verbo cauetur extra vt lite non contest. vide suprà dec. xcj. & lix.

EPITOME.

1 *Iudex ad quem pendente termino ad persequendum iis partibus assignato non potest procedere ad instantiam appellati.*

Decisio 18. *alias* 200.

1 NOta † quòd vbi in causa proph na est præfixus terminus per iudicem à quo est appellatum ad prosequendum appellationem ante terminum non possunt fieri citationes per audientiam: nec aliquis actus exerceri. licet Compost. videatur dicere contrarium in capitu. statuimus. extra de electio. Pars autem appellata non potest prosequi appellationem, nisi constet de appellatione & videatur appellatio. quia non omnis appellatio deuoluit causam, nisi impingat in titulum, vel sit causa de qua fit mentio in capitu. sæpe. & capitu. Nicolao. de appellationibus.

EPITOME.

1 *Appellans a grauamine ante dationem apostolorum potest impetrare commissionem.*

2 *Iudex impetratus vigore appellationis non procedit parte opponente, donec apostoli sint exhibiti.*

Decisio 19. *alias* 214.

1 NOta † secũdùm aliquos vbi appellatur à grauamine ante dationem apostolorum si fiat commissio valet, *Vide infr. eo. ti. 52.*

2 sed † tamen iudex appellationis non habet procedere si opponatur per partem, donec sint dati apostoli: quia remanet primus iudex.

EPITOME.

1 *Delatio appellationi facta ab vno ex tribus delegatis an deuoluat causam.*

Decisio 20. *alias* 222.

1 NOta † vbi appellatur à tribus iudicibus delegatis si vnus solus iudicũ deferat appellationi & dat apostolos: causa videtur deuoluta ac si omnes detulissent maximè quando erant dati iudices cũ illa clausula q̃ si non omnes, &c. quia penes quemlibet videtur esse iurisdictio quantũ ad istum casum. ar. l. si concilio. §. fi. ff. de cura. furi. maximè si parte appellata volẽte seu pręsente fuerit delatũ appellationi. quia consensus vnius iudicis videtur deuoluere causam appellationis & ista fuit communis opi. vbi autẽ pars appellata non consensisset tunc videretur dicendum q̃ delatio facta per vnũ iudicem nec datio apostolorũ valeat: quia nisi essent in solidum dati: vnus nõ haberet iurisdictionẽ sine alio, ergo non potest à se abdicare iurisdictionẽ. pro hoc c. j. de ap. in cle. vbi est appellatũ à maiori parte & corã maiori licet non ab omnibus ergo nõ à minori parte. & pro hoc gl. Inno. in c. cùm super. iij. glo. vers. ergo. de offi. delega. vide decisio. iiij. *Infrà dec. 55. & co. nu. 9. in antiquio. Fel. in c. cũ omnes. col. x. ver. vj. fallit. de cõstitu. & ibi deci. col. 5. versi. vj. limitatur qui dicit esse cõmunẽ contra hãc decisio.*

EPITOME.

1 *Iudex à quo si præfigat terminum appellanti ad prosequendam appellationem, censetur causa deuoluta.*

2 *Appellatus si constituat procuratorẽ in curia simpliciter post appellationem, videtur appellationem recepisse.*

Decisio 21. *alias* 243.

1 NOta † q̃ in causa prophana vbi appellatur à diffinitiua sententia si terminus est præfixus à iudice causa videtur esse deuoluta ad curiam: licet nõ sit recepta appellatio ab initio à iudice vel à parte. secus si ab interlocutoria: vt notatur in c. veniens. de renuntia. tamen † si

2 pars appellata quando est appellatum ab interlocutoria facit procuratorem & post appellationem simpliciter & non ad causas deuolutas: tunc licet non sit recepta appellatio ab initio à iudice vel à parte tamen ex post facto per constitutionẽ procuratoris videtur recipi à parte appellata quæ fecit procuratorem, licet procuratores protestentur in curia non acceptare procuratorium nisi ad causas deuolutas. & vide infra decisio. 377. & suprà 4. & infra 537.

EPITOME.

1 *Iudex appellationis infirmãs sententiam in vno articulo tantùm, in alijs videtur confirmare.*

Decisio 22. *aliàs* 261.

1 NOta glo. est Inno. † q̃ iudex appellationis infirmãs sententiam in vno articulo in alijs videtur confirmare. not. Inno. in c. dilecti. de appel. *Vide infrà de ci. xj. eo. in antiquioribus.*

EPITOME.

1 *Lis non contestatur in causa appellationis absente parte: secus si sit præsens.*

Decisio 23. *aliàs* 267.

1 NOta glo. est Inno. in c. per tuas. de appel. † q̃ pręsente parte in curia in causa appellationis non est procedendum lite non contestata: sed bene absente parte.

EPITOME.

1 *Appellatio obiectiua non valet insufficienter expressis, si contineat alia non sufficienter expressa.*

Decisio 24. *alias* 270.

1 NOta † q̃ vbi in appellatiõe obiectiua aliqua sufficiẽter sunt expressa & alia non: valet insufficienter expressis quando appellatio est malè inuenta valeret. vt not. Archi. in c. vt circa. super verbo, interdicta. de elec. lib. vj. vide suprà de testib. dec. 15.

EPITOME.

1 *Appellatio deseritur, si sententia non feratur infra fatalia, licet conclusum sit in causa.*
2 *Desertio an habeat locum in curia.*
3 *Causæ beneficiales debent esse breuiores quàm prophanæ.*
1 NOta † quãdo in aliqua causa spirituali vel prophana est conclusum:non potest fieri inhibitio, & licet sit appellatum à conclusione: & dati sunt apostoli refutatorij,& terminus assignatus ad sententiã audiendam: & appellans impetrauerit auditorem qui intimat suam commissionem.Auditor à quo appellatũ est,potest proferre suam sententiã,& ita etiam seruat sacrum palatiũ.

EPITOME.

1 *Appellationis articulo omisso de partium consensu potest in negotio principali procedi.*

2 *Appellans non potest inuito appellato procedere in negotio principali omisso articulo grauaminis.*

Decisio 67. aliàs 716.

Aeg.37.129.241.Fran.in c. vt debitus. col.antepe. de appella.

1 NOta † quòd si appellatum est in aliqua causa ad curiam romanam, ꝙ omisso articulo appellationis de partium voluntate proceditur in negotio principali: vt c.cordi.de app.li.vj. pro hoc etiã facit c.accepta.eo.ti.de ap.licet * sit causa † appellationis & negotij principalis cõmissa sit alicui domino auditori sacri palatij de speciali mandato papę,& appellãs velit quòd tantùm procedatur in negotio principali omisso appellationis articulo:& appellatus velit cõtrarium.s.quod procedatur in articulo appellationis:scilicet, an appellatio sit iusta vel iniusta:tunc obtinebit appellatus, videlicet,ꝙ prius procedatur in articulo appellationis.& hoc tenet Inno.in c. vt debitus.& hoc etiam videtur tenere Io.mo. in alle.c. cordi.super verbo,voluntatis.etiã potest esse ratio, fortè cùm appellans si malè appellauit cõdemnetur appellato in expensis.pro hoc facit c.cũ appellationibus. de appel. lib.vj.& Io.mo.in alleg.c.& hoc etiam seruat Rota.

2 *Aliàs, sed.*

EPITOME.

1 *Auditores inhibent iudicibus extra rotam statim post præsentatam commissionem: secus in rota vbi debet constare de appellatione prius.*

2 *Iudex appellationis non potest inhibere iudici à quo ne sententiam suam exequatur in casibus in quibus appellatio prohibetur,antequam cognoscat an appellatio sit recipienda.*

Decisio 68. aliàs 762.

1 SCiendum est † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana appellatũ est ab auditore, vel ab alio quocunque iudice extra palatiũ apostolicum, ꝙ cõmissione facta & præsentata super hoc alicui do.audit.sacri palatij: qua præsentata & assignata die ad dicendũ contra commissionem,contra quam adueniẽte die nihil dicitur,vel datur sufficienter contra dictam cõmissionem, per quam auditor procedere virtute dictæ cõmissionis non posit:si petatur inhiberi,tunc dictus auditor immediatè potest inhibere prædictis iudicibus: secus autem si est appellatum ab aliquo auditore sacri palatij. Nã si est appellatũ à sententia diffinitiua cognitis & vocatis partibus, quòd appellatũ sit statim potest inhiberi auditori 2 postquam cõstat de appellatione:nisi in † casibus in quibus appellatio inhibetur:vt puta in sententia super notorio crimine lata:vel de quo quis est in iure confessus: vel similibus casibus:vt ij.q.vj. sunt quorum. & c.seq. tunc non potest iudex appel.inhibere priori iudici ne sententiam suã exequatur, nisi postquàm cognoscere cœperit, an appellatio,sit recipienda vel non: & vtrum sit casus in quo poterit appellare.vt in.§.si autẽ.& in c.romana. de ap.lib.vj.Si verò à grauamine ante suũm iam appellatur: tunc nõ prohibebit priorẽ iudicẽ procedere, nisi cũ iam constet sibi appellatũ esse & excausa legitima:& incipit iudex appel.de veritate causę dictę appel.cognoscere:& tũc statim inhibebit:vt no.in.§. qđ si obijciatur præal.c. roma.sup verbo,prohibere.& ita etiã tenet & facit rota circa doctrinã inhibitionis faciendę in causis prædictis.

EPITOME.

1 *Lis non dicitur pendere propter extraiudicialẽ appellationem.*

Decisio 69. aliàs 764.

SCiendũ est quòd c.vt circa.de elect.li.vj.& c. procurator.loquitur in appel.extraiudiciali.& etiã.c.concertationi.de ap.eo.li.& prædicta c.non habent locũ 1 in tit.vt lit.pen.in clemẽ.quia lis † non dicitur pendere * respectu appellationis extraiudicialis.quia appellatio extraiudicialis nõ inducit litis pendentiã: sed appellatio iudicialis.Ratio:quia appellans in iudicio offendit ministrum iuris:& appellãs extra iudiciũ offendit legẽ, quare magis peccat qui offendit ministrum legis, quàm qui offendit legẽ,quia mitius agitur cũ lege quã cũ ministro legis:vt l.Celsus.de arbitr.tamen põt responderi quòd si appellatur à iudice nõ fit sibi iniuriam secundùm Arch. in c.venerabilis.super verbo,spectat. de sen.excõ.lib.vj. & Inno.in c.cum speciali.super verb.cum iudice. de ap. prædicta tenent aliqui auditores sacri palatij, & aliqui contra,tamen maior pars tenet deci.prædictam.

* Pendre. *Quãdo in dicatur pendere vnde tle.ij.vt lite pendente. & ibi scrib. Item & Fel. in c.super literis. de rescrip. col.vij. versi. Limita primo.*

EPITOME.

1 *Appellatio generalis à grauaminibus in iudicio est nulla: & similiter generalis allegatio nullitatis nisi specificentur à grauamina & nullitates.*

Decisio 70. aliàs 749.

1 NOta † quòd si principalis persona alicuius causæ vel procurator eius dicat in iudicio coram auditore appello à vobis à tali grauamine, & etiã ab omnibus alijs grauaminibus illatis, quòd talis appellatio nõ est admittenda, * nisi declaret in appellatione grauamina in quibus dicit se esse grauatũ. Idẽ etiam est si aliquis dicat aliquem processum causæ alicuius nullũ nisi dicat & monstret in processu causam nullitatis.hoc etiã seruat Rota.

* Nã est admittẽda. *An appellatio à futuro grauamine valeat, vide gl. in cle. sicut. de app. in verbo,à futuro. & ibi Abbatẽ in fi. significauerunt.de testi. in ij.colũ.in vers.sed quero & c.in c.j. de dilat.in j. nota. & in c. cessante.de appel.in j.col.*

EPITOME.

1 *Appellationis articulus potest omitti de consensu partium vel solius appellantis.*

Decisio 71. aliàs 798.

1 SCiendum est † quòd si aliqua causa peruenit ad sedem apostolicam per appellationem, quòd tunc articulus appellationis potest omitti de consensu: vt in cap.cordi.de appellatio.lib.vj.Innocen. tenet in capitul. vt debitus. de appel. quòd articulus appellationis potest omitti solùm de voluntate partis appellantis, & hoc tenet communiter Rota.

EPITOME.

1 *Auditor non potest pronuntiare super desertione appellationis sine speciali commissione.*

Decisio 72. aliàs 818.

1 SCiendum est † quòd si aliqua pars litigantium petat in sacro palatio ab aliquo eius auditore pronuntiari aliquam appellationem fore desertam, quòd nõ potest pronuntiare sine aliqua speciali commissione.

EPITO

EPITOME.

1 *Terminus ad dicendum contra cõmissionem seruari debet vbi agitur de desertione alicuius appellationis.*

Decisio 73. *alias* 822.

1 SCiendum est † quando agitur de desertione alicuius appellationis, quòd assignetur terminus ad dicẽdum contra commissionẽ: quia auditor sine assignatione illorum terminorum non potest pronuntiare super hoc.

EPITOME.

1 *Appellanti post decem dies à sententia lata contra eum per audientiam contradictarũ dari debent apostoli refutatorij, & si iuret ad notitiam suam tunc peruenisse.*

Decisio 74. *alias* 824.

1 SCiendum est † quòd si procedatur contra aliquem per audientiam contradictarum in possessorio vel petitorio: & feratur sententia contra eum, & post aliquod tempus appellet infra decẽ dies: sed dicit post prædictum tempus quòd venit ad audientiam suam: ideo appellat infra decem dies: & paratus est hoc iurare: quòd talis non debet admitti cum iuramento: ideo dandi sunt sibi apostoli refutatorij. & ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Attentata lite pen. non renocantur vbi constat de nullitate appellationis vel non interesse partis.*

2 *Gratia secundi non redditur surreptitia ob non factam mentionem de litis pendentia super surretione gratiæ primi impetrantis.*

Decisio 75. *alias* 357.

Fel. in c. ex tenore. col. iij. vers. & dicit ro. de rescript.

1 NOta † quòd attentata post inhibitionem vbi cõstat de nullitate appellationis non sunt reuocanda propter verbum canonicè positum in c. non solùm. sed vbi
2 constat de iniustitia seruãdus est ordo. Item † quòd pendentia litis gratiæ surreptitiæ: primo inter primum & secundũ impetrantes, non reddit gratiam surreptitiam secũdi super beneficio cadente sub impetratione vtriusq; partis, si non facta mentione de litis pendentia impetrauit: quia non interest & c. per not. per Inno. in c. fi. vt lite pend. in addi. nec habet locum c. j. & ij. vt lit. pen. lib. vj.

EPITOME.

1 *Attentata appellatione pendente post eius desertionẽ non sunt reuocanda.*

2 *Attentata non sunt reuocanda ad instantiam illius de cuius non iure clarè constat.*

Decisio 76. *alias* 464.

NOta † quòd attentata appellatione pendente à dif 1
finitiua post ipsius desertionẽ non veniunt per modum attentati reuocanda: quia propter desertionẽ fingitur non appellatum. per l. suæ. de his qui not. infa. ff. pro hoc facit optimè c. licet. de senten. excõ. lib. vj. à contrario sensu: ibi not. vide dec. x. suprà isto tit.

ADDITIO.

2 Not. † ad instantiam illius de cuius nõ iure clarè constat non veniunt attẽrata lis. pen. reuocãda. sicut dicimus in interdicto vnde vi. iux. no. per Inn. in c. constitutus. de fil. pref. & c. significasti. de diuor. & quia sua nõ interest hoc petere. de electi. cùm inter. le. ij. q. vj. non solent. de testi. veniens.

EPITOME.

1 *Iudex datus super mala administratiõe alicuius prælati, si pendente termino ad dandum apostolos ratione appellationis ab aliquo grauamine pro se illato inter posita interdixerit administrationem prælato, an dicatur nulliter processisse.*

Decisio 77. *alias* 570.

1 IVdici † delegato à papa committitur inquirere contra quendam prælatum super mala administratione. fuit appelatum ab eo à quodam grauamine prætenso per prælatum: sed iudex post appellationem ante dationem apostolorum interdixit sibi administrationem, ne lite pend. administret. Ille coram superiore cognoscente de appellatione petit illam interdictionẽ reuocari tanquam attentatam: cũ ante appellationẽ fieri nõ potuisset talis interdicto. ar. c. venerabilis. de off. dele. l. postquam. §. j. ff. vt in pos. leg. & ibi no. per illã l. hoc tenebant quidam. Alij verò quasi oẽs contra: quia ante dationẽ apostolorũ suspensa fuit omnis potestas: vt de ap. c. non solùm. li. vj. ergo quicquid fecit nullũ fuit. nec ob. l. post. §. j. quia ibi in ordinario iudice: & quia iam responderat appellationi, & dederat apostolos, & ibi appellatum fuit à diffinitiua, & erat iudex ordinarius, ad cuius officium etiam post appellationẽ multa pertinent. de appel. cùm reneamur. & c. ad hoc. & c. proposuit. hîc erat delegatus cuius potestas expirat post appellationẽ legitimã. Vel melius hîc non constabat an ista interdictio esset facienda ante appellationem: quia non constabat an esset suspectus de mala administratione: nec an inquisitio super hoc facta esset sufficiẽs ad interdictionem faciendam: & ideo non potuit fieri post. ibi verò constabat cautionem fore præstandam ante appellationem quare non obstat.

EPITOME.

1 *Attentatorum causa non requirit observationem terminorum.*

Decisio 78. *alias* 765.

1 SCiendum est † quòd si in aliqua causa spirituali vel prophana est appellatum. si pendente appellatione aliquid innouetur. & pars appellans petat in suo libello reuocari attentata ante omnia: in tali petitone non sunt seruandi termini sacri palatij: quia sufficit audtiori quòd fiat sibi fides legitima de appella. & etiam de attentatione: quo facto immediatè potest reuocare attentata. & hoc communiter tenet rota.

EPITOME.

1 *Fatalia non currunt agenti super attentatis.*

Decisio 79. *alias* 448.

1 NOta † quòd falalia ad prosequendũ & finiendum non currat appellanti qui prosequitur & agit super atteutatis: imò illud tempus, & c. tempus * exe cutionis fiendæ post sententias super atten. latas est de fatalibus subducendum: nam licet appellãs appellationem suam & negotium principale, & causam attentatorum posset simul prosequi: cùm * ad hoc non artatur nisi velit: imò indultum est sibi à lege, vt super attẽtatione ante omnia audiatur, de appel. non solùm. quod non est ei auferendum. c. indultum. de re. iur. li. vj. & quia culpa aduersarij in attentatis causam huic edicto dantis videtur legitimè impeditus: ita vt interim sibi fatalia currere nõ debeant. facit in ar. c. quadam. de appel. in cle. & not. in c. ex ore. de ap. per Inn. & Hosti. vide dec. x. sup. isto tit.

* *Imò illud tempus &c. Lege sic, & melius: imò illud tẽpus exe cutionis fiendæ, &c.*
* *Cùm. aliàs tamen, & melius.*

EPITOME.

1 *Apostolorum dandorum tempus currit à tempore appellationis emissæ, & non à tempore prolationis sententiæ.*

Decisio 80. *aliàs* 484.

1 NOta † quòd xxx. dies ad dandum apostolos currunt à tẽpore * appellationis emissæ, & nõ à tempore sententiæ, probationis, propter rationes Host. quas ponit in c. j. de appel. li. vj. & post eum Gen. in cle. quãuis. de appe. & alle. tex. pro ista opi. in c. ab eo. de appel. li. vj. licet ibi, & alibi in d. cle. Io. tenuerit contrarium & Pau. cum eo in eadem cle. per l. iudicibus. C. de appel. quam intelligit Gen. ibi per subauditum. vnde dicitur quod prędicti dies tunc à tempore sententiæ intelliguntur appellatione suspensi. & in hac parte declinat Io. de Ligna. in c. dilectus de appel. Sed videtur contrarum. C. de appel. l. ij. & postquam appellatio porrecta est.

* *Currunt à tẽpore fatalia iuris vel statuti an p partes prorogari possint, vide Abba. in c. ex ratione. de appella. vbi dixit quòd suspendi & non prorogari possint hoc etiã tenet Ludo. Roma. in l. ij. ff. de re iudi.*

EPITOME.

1 *Appellatus potest quandocunq; prosequi appellationem interpositam in partibus, licet sibi non fuerit intimata.*

Decisio 81. *aliàs* 493.

1 NOta voluerunt domini & in hoc omnes concordauerunt quòd opinio Paul. posita in clem. causam. de elect. & ver. deuoluta. circa fi. seruetur: videlicet † ꝙ veniens quandocunq; ad curiã potest prosequi appellationem per aduersarium suum interpositam in partibus: dummodo de ea constet, licet non fuerit sibi intimata. Nam inuito appellante potest prosequi. secundum Pau. & Gen. ibidem dicet Gulie. contra not. in clem. constitutionem. & eod. tit. cordi. lib. vj.

EPITOME.

1 *Apostolorum datio est actus extraindicialis.*

Decisio 82. *alias* 675.

1 NOta † quòd si auditor sacri palatij assignauit termiũ appellanti ad recipiendum apostolos & non veniat in termino sibi assignato ad sacrum palatium vbi sedet pro tribunali: quòd nihilominus si appellãs veniat ad do-

mum suam, vel alibi vbi sit auditor, quòd licet in tribunali non sit: debet concedere apostolos reuerentiales vel refutatorios secundum quod videbitur dicto auditori,
1 quia † datio apostolorum est actus extraiudicialis, & non iudicialis. & ita seruatur.

SVMMARIVM.

Appellans non tenetur alibi quærere appellatū quam in ecclesia sua parœciali in qua tenetur residere.

EPITOME.

1 *Citatio potest exequi in valuis ecclesiæ parœcialis contra beneficiatum.*
2 *Ecclesia cathedralis succedit loco domicilij.*

Decisio 83. aliàs 523.

Vide supr. eo. ti. in no. inci. Item quòd in causa beneficiali.

1 NOta in † causa beneficiali super parœciali ecclesia quòd ad deuolutionem ipsius causæ ad curiā sufficit appellationem esse intimatā in ecclesia de qua agitur, & in ecclesia cathedrali: licet possessor vel intrusus personaliter non apprehendatur, nec alia diligentia fiat de ipso perquirendo, quia appellans non tenetur alibi quærere quàm in ecclesia sua parœciali in qua tenetur residere: sicut maritus cum vxore. ar. no. per Inno. in c. fi. de eo qui mit. in pos. & de cle. nō resi. clericos. aliàs, ex tuæ.
2 causa † ecclesia cathedralis succedit loco domicilij: vt in cle. causam. de elect. si ergo ibi & in beneficio de quo agitur fiat intimatio, sufficit. arg. in cle. antedicta.

EPITOME.

1 *Appellatio ratione episcopatus vel abbatiæ intimari debet in ianuis palatij papæ: sed in inferioribus sufficit in audientia contradictarum.*

Decisio 84. aliàs 690.

1 DIc † ꝙ dominus Petrus de Sarcenato auditor sacri palatij dicit & tenet ꝙ si appellatum est in aliqua causa ratione episcopatus vel abbatię vel aliarum dignitatum superiorum, ꝙ tunc talis appellatio ad introducēdum causam in curia debet intimari in ianuis domus domini papę cū notario publico: secus autē si appellatum est in causis beneficiorū interiorum: quia tunc debet intimari in audientia contradictarum, si * autem appellatio est intimanda in cancellaria dñi nostri papæ.

EPITOME.

1 *Appellatio si non prosequatur infra terminum datum ad prosequendum deseritur: & sententia super desertione lata est interlocutoria.*
2 *Sententia lata super attentatis est interlocutoria.*

Decisio 85. aliàs 691.

NOta † quòd si appellatio nō prosequatur infra terminum iuris vel terminum assignatum à iudice ad prosequendum, ꝙ tunc talis appellatio poterit pronuntiari deserta: vt c. si appellationū. de ap. in cle. & no. in c. cùm sit romana. de ap. pronūtiatio † autē facta à iudice super desertione dicitur sententia interlocutoria, * non autem diffinitiua, secundū c. & si sententia. de re iudica. li. vj. Non seruatur in tali pronuntiatione cū non sit sententia diffinitiua, sed interlocutoria. & ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Auditor potest pronuntiare super desertione sine noua commissione.*

Decisio 86. aliàs 692.

QValiter † autem diffinitiua sententia vel interlocutoria sit ferenda, vide Innocen. in c. auditis. de procu. nec est necessarium quòd impetretur à vicecācellario auditor super desertione appellationis pronuntianda. & hoc tenet Rota, quoniam iudex appellationis potest hoc pronūtiare li petatur sine speciali commissione: vt est dictum.

EPITOME.

1 *Sententia super desertione est interlocutoria.*

Decisio 87. aliàs 125.

NOta † quòd sentētia lata super causa desertionis videtur interlocutoria & non diffinitiua, quia sententia lata super exceptione peremptoria videtur interlocutoria: vt no. lo. An. in cle. si de ap. modo exceptio desertionis videtur peremptoria. de hoc dic: vt not. Io. mo. in c. cupientes. super verbo, priuatos. de electio. lib. vj. §. sed posito. & per Archid. super verbo, plenam fidem. de hoc latius. xx. dist. in. in summa per ipsum.

* *Si autē appellatio est intimāda in cācellaria. &c. Lege sic & melius. Si aūt appellatio est à dominis auditoribus sacri palatij: tunc appellatio est intimāda in cancellaria domini nostri papæ.*

* *Interlocutoria. Adde Felyn. in c. ex parte. ij. de rescrip. col. fi. in vers. & pro istis. Ad. Ab. in c. cum cessante. de app.*

Sic etiam seruatur in practica curiarū Fracię. Nam pronuntiatione facta sup desertione appellationis dātur requestæ iudicibus ad reuocandam sententiā interlocutoriā, quasi nō esset interlocutoria, reuocari non posset.

De Præbendis.

EPITOME.

1 *Variare non potest clericus habens facultatem nominandi.*
2 *Episcopus an possit ex consuetudine nominare contra minimum statum.*

Decisio 1. aliàs 22.

1 NOTA † quòd vbi ordinarius vel alius superior habet potestatem nominandi aliquem in prima sui creatione, quòd recipiatur in canonicum in certa ecclesia sui episcopatus: & talis primò nominatus acceptat gratiam, quantum est in se: si tamen dictus nominatus renūtiet gratię sibi facte per nominantem: ille qui denominauit, non potest aliū nominare. argumen. l. apud Ausidium. ff. de optio. legat. & quod not. Archidia. in capit. cùm in multis. super verbo, exprimat. in princi. & in c. gratia. in fin. de rescrip. li. vj. maximè quādo nominans est clericus & persona ecclesiastica: in qua talis variatio non approbatur. vt cap. pastoralis. de iure patro. & quod not. Innocen. in capi. cùm Bertoldus. super verſic. episcopum. de re iudica. licet videatur contra l. vnum ex familia. in princ. cum ibi not. de leg. ij. super verbo, innitetur. & c. si electio. de electi. lib. vj. sed ibi electio immediatè non habet effectum nisi secuta cōfirmatione: collatio tamen habet consentiente
2 nominato, quòd † autē episcopus possit nominare contra minimum statutum ex consuetudine. dic quòd talis consuetudo cùm sit onerosa, non valet: vt in c. j. de cōsuet. cum ibi not. per Ioan. And. & quod not. in c. dilectus. in verbo, constitutum. eod. titu. vide decisi. 21. infrà de concessione præbend.

EPITOME.

1 *Episcopus ex causa an possit dispensare vt quis habeat duas dignitates vel personatus in eadem ecclesia?*
2 *Episcopus an possit dispensare quod minor XXV. annis teneat beneficium curatum.*

Decisio 2. aliàs 29.

1 NOta † quòd episcopus potest dispensare vt quis teneat duos personatus, seu duas dignitates in eadem ecclesia, & hoc propter necessitatem seu vtilitatem ecclesiæ, aliàs non posset: vt not. per Archidia. in capit. j. de
2 consuet. libr. vj. Vtrum † autem possit dispensare, quòd minor. xxv. annis teneat beneficium curatū? Dic vt not. in c. licet. super verbo, carere. de electio. per Archidiaco. hoc verum est secundum Innocē. & alios. Huic opinioni non statur etiam propter prærogatiuam meritorum, vel ex quacunque alia causa secundum Ioan. Andr. in d. capit. licet. cùm solus papa in hoc dispensare potest. per c. de multa. de præbend. secundùm Ioan. And. & Archi.

EPITOME.

1 *Canonicus post receptionem suam in canonicum factam habet actionem ad præbendam postea vacantem: licet non dicatur habere ius in præbenda, nisi sibi assignetur.*

Decisio 3. aliàs 30.

1 NOta † quòd vbi aliquis est receptus in canonicum, extunc habet actionem ad præbendam postea vacantem, si alter non præcedat, sed tamen non habet ius in præbenda, nisi sibi assignetur. de quo dic vt in capitulo. tibi qui. de rescriptis. libro sexto. per Archiaconum.

EPITOME.

1 *Beneficium vacare dicitur vbi facta est resignatio seu vbi erat beneficiatus.*

Decisio 4. aliàs 33.

1 NOta † quòd ibi beneficium videtur vacare vbi facta est resignatio: vel vbi erat, qui tenebat beneficium. de quo per Archidia. in capitu. si electio. super verbo, ex eo. de electionib. libro sexto. & capitul. commissa. super verbo, pacifica. eodem titulo. & in capitul. licet. in magna gloss. de præbend. iunct. capitul. j. vt lite pendente. in clementina. vbi de hoc. & vide infrà decision. 86. in isto titulo.

Roma. consil. 341. inc. Quo ad primum. col. j.

EPITOME.

1 *Expectantiū authoritate apostolica sub clausula, ad præbēdam quam duxerit*

quam duxerit acceptandam. si alter primus in data omittat acceptare primam præbendam vacaturam non sibi præiudicat, quin possit acceptare secundam.

2 *Gratiam habens quod possit acceptare præbendam ecclesiæ cum præstimonij vnius cedentis vel decedentis poterit simul vel successiuè acceptare præbendã vel præstimonia & separatim.*

Decisio 5. alias 37.

Staphi. in tra. stat. de literis gra. & insti. fol. 110. ver. ius in literis.

1 NOta † quòd vbi sunt duo expectantes authoritate apostolica sub ista clausula, ad præbendam quam duxerit acceptandũ. si primus in data omittat acceptare primam præbendam vacaturam non sibi præiudicat, quin possit acceptare secundam, nec in isto casu habet locum c. si clericus. de præb. li. vj. vt ibi videtur notare Archi. super verb. ꝙ iudex. & videtur notare Inno. in
2 c. mandatũ. circa prin. de rescri. Et idem † si habeat gratiam ꝙ possit acceptare præbendã ecclesiæ cum præstimonijs vnius cedentis vel decedentis: quia tunc potest simul vel successiuè acceptare præbendam vel præstimonia & separatim. & vide infrà dec. xx. j. de concess. præb.

EPITOME.

1 *Expectans apostolicus præfertur nominato ab eo qui nominare potest ex concessione papæ vel priuilegio.*

Decisio 6. alias 55.

Staphi. in tra. stat. de lit. gratia & insti. fol. 36. vers. ex quo dicto.

1 NOta † ꝙ vbi aliquis ex rescripto papæ vel ex priuilegio potest nominare ad vacantem seu ad vacantes præbendas: nominatus per talem priuilegiarum non præfertur impetrãti apostolico: imò apostolicus tali nominato præfertur secundum aliquos. vide de præben. si cui. li. vj. arg. de præb. dudum. eod. ti. & li. propter hoc videtur potestatem à se abdicasse.

EPITOME.

1 *Gratia potest purificari in curia romana.*

Decisio 7. alias 134.

1 NOta † quòd vbi sunt tres executores dati ad purificandum gratiam: gratia potest purificari in curia romana. quia talis purificatio etiã potest fieri absente parte vt videtur notare Inn. in c. licet. de transla. imò. si duo ex tribus iudicibus datis cognoscerent de purificatione antequam cõstaret tertium impeditum: dum tamen reuera impeditus esset, valeret si post probaretur reuera: licet faciat contra quod not. Arch. in c. cùm plures. de offi. deleg. lib. vj. super verb. impediri. sed in glo. super verb. malitiosè, tenet primam partẽ. & pro prima parte facit l. si in arbitris. §. sin autem de arbitrio. C. de arbi.

EPITOME.

1 *Expectans ad collationẽ decani & capituli ad illa quæ habent conferre in aliqua ecclesia ciuitatis poterit acceptare beneficium quod non est de principalioribus in ecclesia cathedrali.*

2 *Canonici ecclesiæ collegiatæ si deseruiant diuinis in aliqua ecclesia cathedrali, & ob id recipiunt distributiones, & instalantur: non propterea videntur esse canonici & illius cathedrali ecclesiæ.*

3 *Desertiones duabus ecclesijs nomen assumit ex ea in qua magis moratur.*

Decisio 8. alias 309.

Staph. in tra. de lite. gra. & insti. fol. 27. vers. vtcunq; fit.

1 NOta quòd sententia fuit lata in audientia, † quòd est aliquis expectans ad collationem decani & capituli ad illa quę habent conferre in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis. posito ꝙ vigore istius gratiæ non possit acceptare beneficiũ in ecclesia cathedrali
2 scilicet beneficium maius vel præbendam cathedralẽ: tamen beneficium minus vicariã vel aliud beneficium modicum quod non est de principalioribus in ecclsia potest talis impetraus acceptare. quia c. quamuis. de præb. li. vj. est pœnale: & ideo restringendum. Item est ibi propter prærogatiuã & honorem ecclesiæ cathedralis, quòd non veniat beneficium sub generalibus verbis. sed in modicis beneficijs ecclesiæ cathedralis non est illa prærogatiua: maximè cùm non intersit capitularibus negotijs. ergo videtur cessare ratio dict. cap. quamuis. Archidiac. in allegato cap. quamuis. super verbo, ecclesiam. videtur notare contrarium. & idem Ioan. and. in glo. non extendit: licet sententia fuerit lata in contrarium: & hoc in fauorem pauperis impetrantis: quia in gratia speciali & non pauperis fortè posset habere locum opinio Archidia. &
2 Ioan. andr. & ex hoc potest dici quòd † si ad aliquam ecclesiam cathedralem veniunt deseruiendo diuinis aliqui alij canonici alicuius ecclesiæ collegiatæ, licet in ecclesia cathedrali tales canonici recipiant distributitiones & instalentur, quòd non videantur esse canonici ecclesiæ: cùm alibi habeant focum & larem & stallum. similiter & principaliter debet attendi locus in quo originaliter sunt canonici, & seruiunt & habent habitationem, & in qua ecclesia nomen recipiant: quia à nomine res denominatur in. §. est & aliud. instit. de doua. vbi dicitur, quòd nomen debet esse consonum rei. ad quod. C. de incol. l. ij. & fi. quia vbi † aliquis seruit in duobus locis: de
3 loco ex quo trahit moram, & in quo magis moratur nomen assumit: vt l. seruus. & l. vrbanus. in prin. l. sed dicendum. de lega. ij. Item à iure artificium ad se trahit officium: vt in l. seruus. §. fi. de lega. iij. ergo posito quòd officient in ecclesia cathedrali, si alibi similiter officiantur & vltra officium faciunt similiter aliud officium: quod faciunt alibi trahi ad se officium ecclesiæ cathedralis: vt sic non sint de ecclesia. ad quod l. eius qui. §. fin. ff. ad municipales.

EPITOME.

1 *Beneficium quod est in claustro vel in continentibus ædificijs, quando censeatur esse in ecclesia.*

Decisio 9. alias 549.

1 VTrum † beneficium censeatur in ecclesia cùm est in claustro, vel in continentibus ædificijs ecclesiæ, facit pro & contra. ff. de verb. signi. l. ij. de concess. eccles. vel altar. cap. j. lib. vj. de senten. excommu. si ciuitas. eod. lib. & videtur attendendum, an habeat officium facere in ecclesia: vt puta celebrare, & in horis interesse: vt tunc in ecclesia censeatur. arg. l. cùm quid. de fund. instruc. & ad hoc facit multum destinatio patrisfamiliãs seu fundatorum vel communis. vbi censeatur destinatum: an quòd sit beneficium in ecclesia: & ibi quotidie distributiones recipiat, & seruiat vel non? ad hoc faciunt iura. ff. de lega. iij. l. seruus vrbanus. C. de præ. mi. l. si prædium. & de supplelect. leg. l. quemadmodum. de fundo instruct. l. quæsitum. §. Alfenus. & §. si quis. & ff. ad municipales. eius qui. §. fina. quæ leges probant, quòd non attendatur locus: quia est extra ecclesiam: sed alia qualitas destinationis moræ & seruitij. licet etiam aliquando seruiant in capella seu ecclesia, quæ est in claustro, & dixerunt quòd ab antiquo plures obtinuerunt in palatio, ꝙ si talis beneficiatus non habet alios prouẽtus, quàm illos quos percipit ab ecclesia propter seruitium, quod ibi facit: quod censetur in ecclesia, licet etiam habeat in claustro celebrare vel in aliquo seruire, secus si haberet dõrem vel redditus pro illo beneficio aliunde & extra ecclesiam destinatus illi beneficio: quia tunc est extra ecclesiam. & sic vtrobiq; videtur dicere attendere vbi dignius officium exercet: & vbi frequentius, & c. facit de deci. ad apostolicę. ff. ad municipa. eius qui. §. fin. & l. si quis fructus. & pro hoc de sepul. cùm quis. lib vj. & quod ibi not. Ioan. and. in nouel.

EPITOME.

1 *Optio præbendarum vbi datur de minori ad mediã, & de media ad maiorem: quis optare poterit maiorem si ius in minori non habet.*

2 *Possessio sola dat titulum in beneficialibus.*

3 *Consequens si fundatur in aliquo antecedenti: sublato antecedenti tollitur.*

Decisio 10. alias 577.

Infrà de consue. dubio. v. adde Cass. decisio. xxvj. de præben.

1 VTrum † in ecclesia vbi sunt præbẽdę minores mediæ & maiores: & secundum ordinem receptionis antiqui canonici possunt de minori ascendere ad medias, & de medijs ad maiores: si vnus qui primò erat receptus in canonicũ, & authoritate capituli ad preces imperiales obtinuerat de facto vnam prębendam minorem vacantem per capitulum sibi collatam, quam magno tempore tenuit bona fide & iusto titulo, ascenderat ad vnam mediam postea vacantem, & dimisit primam minorem: & postea superueniente quodam apostolico impetrante, qui primam minorem quam impetrauerat infra tempus debitum & aliãs canonicè acceptauerat, & sibi obtinuerat prouideri declarabitur ipsum apostolicum habuisse ius in illa minori, & sibi adiud: ce-

tur:& illum alium ad eã ad preces imperiales receptum nullum ius habuisse remanere debeat ille imperialis in illa media ad quam ascendit, vel vtrum si sequens eum in ordine receptionis illam eandem mediam optauerit: & dimissa minore quam aliâs iustè tenebat ascẽderit ad eam,debeat esse potior in eadẽ?Et videbatur quibusdam quòd primus imperialis sit potior in media,non obstãte quòd non habuisset ius in prima minori:ex quo eam tenuerat & possederat bona fide: quare fecit fructus suos: & iste ascensus videtur quidam fructus. argumen.capit. consultationibus.de iure patron.hoc allegat l. Barbarius Philippus.& quæ not.Innocen.in c.nihil.de electio. pro hoc in speciali allegabatur vnus textus qui videtur pro-
2 bare,quòd † sola possessio dat titulum in beneficialibus. c.si à sede.de præben.lib.vj.pro hoc in speciali allegabatur.ff.de dona.inter virum & vxo.ex auro.cum l.seq.ad Trebel.facta.§.si hæres. Determinatũ fuit contrarium. quia ex quo non habebat titulum canonicum in prima minori, non posset habere in secunda media:quia in ecclesijs vbi habet locum optio vel ascẽsus seu permutatio præbendarum fit tranlitus de vna ad aliam absq; nouo titu.& absque noua prouisione,vel collatione in virtute prouisionis seu tituli habiti in prima.iuxta.not.p Arch. & Io.mo.in c.cùm in tua.de consuet.libr.vj.Si ergo canonicus titulus non habetur in prima,non potest habere secundam: aliâs sequeretur quòd ecclesiã sine canonico titulo obtineret,quòd ius non patitur. pro hoc, quia vbi consequens fundatur in aliquo antecedenti: sublato an-
3 tecedenti † tollitur consequens benè facit.ff. de pact.si cunctâ.si cum re.de accusat.ad petitionem.pro hoc legi. ff.de exceptio.rei iudica.pro hoc inducebam.l. qui liberum.§.& hæc verba.ff.de vulgar. & l.ex facto.§.si.eod. tit.licet illa aliquantulum videãtur obstare, sed non obstant si bene attendatur.pro hoc allegatur.ff. de in diem adiect.l.i).& l.vbi.§.sed Marcellus.& ff.de ædili.edicto. l.j.§.ij. & l.cùm autem.§. cùm rediretur. pro hoc quia resoluto iure fundamenti, resoluitur fundamentum. de pigno.l.vectigal.ff.vt le.no.caue.l.j.§. si quis sub conditione.&.§.qui minorem.

EPITOME.

1 *Beneficia subcollectoris surrogati in locum primi, censentur reseruata.*

2 *Beneficia semel affecta semper durant affecta.*

Decisio 11. *aliâs* 412.

1 NOta † licet secũdum ordinationẽ domini Gregorij vndecimi vnicus subcollector in qualibet diœcesi sit deputatus, cuius beneficia sint reseruata: tamen si vnus remoueatur, & alter loco eius surrogetur: omnium sic successiuè deputatorum sunt reseruata beneficia, prout suprà in quadam conclusione est dictũ quæ incipit.Item 1 quòd bene,& conclusum, videlicet ꝙ licet cesset eorum officium:non tamen cessat reseruatio. Et est verũ dicere quando quilibet pro suo tẽpore erat solus & vnicus subcollector, & sic ipsius beneficia cadunt sub reseruatione
2 & fuerunt affecta semel, quæ † affectio nunquã extinguitur nisi per prouisionem papalem subsecutam, saluo tamen casu c.statutum.de præbend.lib.vj. vide deci.41. suprà de appellationibus.

Decisio 12. *aliâs* 593.

DIc quòd si aliquis impetret à &c. repetita est.suprà de rescriptis.

EPITOME.

1 *Beneficia semel affecta semper durant affecta,etiam si desinat officium propter quod beneficia fuerant affecta.*

Decisio 13. *aliâs* 617.

Vide infrà duas sequẽtes deci. & infrà eod.tit.31.inc. papa reseruauit. & 3.in no.eo. titu.9. quòd benefici.

1 SI beneficia † alicuius sunt reseruata propter aliquod officium sedis apostolicæ quod habet, quòd licet remoueatur seu priuetur dicto officio quacunq; causa: quòd nihilominus sua beneficia quæ tunc habebat remanebunt reseruata: secus tamen de beneficijs quæ post amotionem siue priuationem dicti officij obtinebit, & ita seruat prædicta sedes apostolica.

EPITOME.

1 *Beneficia collectorum vel subcollectorum semel reseruata semper durant reseruata pro ea vice: & talis reseruatio est specialis.*

Decisio 14. *aliâs* 410.

Supr. eod.tit. deci.xj.& in no.eod.tit.xj. Insi.eod.dec. 283.not.quod papa. Milis in repert. suo in verbo,reseruatio facta per regulas papæ.

1 NOta † quòd beneficia collectorũ & subcollectorum semel reseruata, licet desinant esse subcollectores & cesset eorum officium, semper remanent reseruata: nec alius potest disponere præter papam,quia per decretum papæ semel fuerunt affecta: quæ affectio nunquam tollitur,nisi per collationem papę postea subsecuta,& quia semel ablata erat potestas ordinario conferendi per huiusmodi reseruationem,nisi restituatur sibi potestas huiusmodi,& tollatur impedimẽtum: nunquam poterit se intromittere de illo beneficio, pro hoc iura communia de appel. vt nostrum.de offi.ordi.pastoralis.de præbend. statutum.de elect.si eo tempore.libr.vj.Pro hoc faciunt declarationes domini Vrbani.v.& Gregorij.xj.quæ habent quòd si mandat papa prouideri de aliquo beneficio vacante certo modo vel vacaturo: si ex aliqua causa huiusmodi ꝙuisio possit sortiri effectũ: nihilominus tamẽ remanet reseruatum.Sed vidi dubitari vtrum huiusmodi reseruatio debeat censeri generalis vel specialis. Et fuit determinatum in Rota,& etiam per dominum vicecancellarium quòd erat specialis.vide deci.xj.suprà isto tit. & dec.xxxj.infrà isto eod.titul.

EPITOME.

1 *Beneficia collectorum sedis apostolicæ de stilo etiam cessante officio eorum remanent reseruata.*

Decisio 15. *aliâs* 700.

1 DIc † quòd beneficia collectorum sedis apostolicæ sunt reseruata quamdiu vtuntur officio secundum aliquos sapientes: secus tamen est secũdum stilum curiæ romanæ, quia postquam semel quis factus est collector vel subcollector vtatur officio vel non vtatur: beneficia quę tunc habebat remanent reseruata secundum prædictum stilum seu obseruantiam sedis apostolicæ: beneficia autem qræ post depositum officium assequuntur:non sunt reseruata.

EPITOME.

1 *Impetratio beneficij in qua tacetur, quòd defunctus fuerit familiaris cardinalis,est surreptitia.*

Decisio 16. *aliâs* 721.

Aeneas de sal co.in tractat. reserua.in 4. q.in prin.inc. in 6. effectu. in 4. pagina. ver. & istud dictum.

1 NOta † quòd vbi dominus noster papa vult ꝙ gaudeant priuilegio cardinalium familiares, & qui in expensis eorum cũ quibus morantur cõtinuè sunt iuxta formam capitul.sicut.de verbo.significatio.libro sexto. Vnde si aliquis qui impetrat beneficium aliâs de prædictis: & habitat cum aliquo de dominis cardinalibus,& moriatur ille commensalis cuius beneficium impetratur:& non fiat mentio de prædictis: gratia est surreptitia.& ita declarauit dominus Gregorius papa.xj.

EPITOME.

1 *Clausula, siue aliâs generaliter veniunt omnes reseruationes, licet vna tantùm sit expressa.*

Decisio 17. *aliâs* 726.

Suprà in nu. deci.28.de rescrip.si mandatur.

1 NOta † quòd beneficia ecclesiastica vacant diuersimodè apud sedem apostolicam: vt patet in capitul. licet.infrà de præbendis.libro sexto. Et in extrauagant. quæ incipit. Et debito pastoralis officij & alijs diuersis modis. Vnde si papa faciat alicui gratiam de beneficijs vacantibns apud sedem apostolicam per vnam viam: si vacant alia via reseruationis non venit sub gratia, nisi ponatur in gratia de tali beneficio vacante, vel alio quouis modo. Nam tunc venit omnis via vacationis apud sedem apostolicam, & intellige per illam personam nominatam. & ita seruat Rota dominorum auditorum sacri palatij. dic vt in capitulo, quondam. de præbendis. libro sexto. vide decision. xix. suprà de appellationibus.

EPITOME.

1 *Beneficium ecclesiasticum dicitur plenum quando possidetur ab aliquo de iure.*

Decisio 18. *aliâs* 740.

1 NOta † quòd beneficium ecclesiasticum dicitur plenum quando possidetur ab aliquo de iure.

EPITOME.

1 *Collatio vel præsentatio vbi communiter pertinet ad abbatem & conuentum: tutius est quòd abbas præsentet de consensu & voluntate capituli.*

Decisio

Decisio 19. alias 105.

1 NOta † ꝙ vbi præsentatio seu collatio communiter pertinent ad abbatem & conuentum: tamen abbas qui est caput collegij facit præsentare: vt no. Inn. in c. ea noscitur. de his quæ fi. à prela. Et ex hoc sequitur, ꝙ vbi abbas probat ꝙ collatio insolidum pertineat ad eum: tutius tamen est quod quãdo abbas præsentat ꝙ caueatur in litera prẽsentari, ꝙ præsentet de consensu & voluntate capituli: quia in dubio de iure cõmuni ad prælatũ & ad capitulum pertinet collatio præbendarũ seu beneficiorũ. de quo dic in c. à collatione. per Archi. de ap. li. vj.

EPITOME.

1 *Intrusus in beneficio reseruato propter decretum reseruationis nulliter confert beneficia ad eius collationem spectantia ratione dicti beneficij reseruati.*

Decisio 20. alias 183.

Intrusus quis dicatur, vide det. xiij. suprà de cau. pos. & propr. Aeneas de falco in tract. reser. in 4 q. princip. in xxvj. effectu & in 2. parte tract. in 4. q. princip. in xj. quæst.

1 NOta † vbi aliquis est intrusus in beneficio reseruato seu dignitate: quandiu tolleratur si confert beneficia non valet collatio beneficiorũ facta per ipsum existentem in tali dignitate reseruata: cum reseruatio & decretum afficiat totum beneficium: & per consequens illud quod sequitur ex eo: vt cap. vt nostrum. de appel. secus si aliàs esset intrusus præterquam in beneficio reseruato. arg. not. per Inno. in c. nihil. de elect. vide suprà de caus. possess. & proprie. nota ꝙ vbi deci. 11.

EPITOME.

1 *Collator quando impeditur in suo turno habet sequentem turnum.*

2 *Impeditus impedimento facti remanet illæsus.*

Decisio 21. alias 190.

1 NOta † ꝙ vbi ex statuto ecclesiæ sunt duo abbatissa & decanus: quorũ vnus habet conferre duas præbendas primo vacaturas: secundus habet conferre tertiam: in casu quo primus esset impeditus per apostolicum non noceret primo sibi quin posset conferre præbendam aliàs vacantem, si contingat ꝙ primus fuerit impeditus in collatione suarum duarum: & sic tertia iure statuti pertineat ad eum, si contingat postea ꝙ aliquis sit impetrans ad collationem abbatissæ quæ habet conferre duas: talis impetrans tertiam præbendam quæ pertinet ad abbatissam propter impedimentum poterit acceptare: quia eius collatio pertinet ad abbatissam pro nunc. ergo est verum dicere, ꝙ ille qui habet ad collationem abbatissæ est potior illo qui habet ad collationem decani: quia licet regulariter prima præbenda pertineat ad decanum: tamen vbi abbatissa fuit impedita, pertinet nunc ad abbatissam & non ad decanum. arg. c. si de bene
2 ficio. in princ. de præb. in cle. & † quia impeditus impedimento facti remanet illæsus. c. significãte. de pig. & c. imputari. de reg. iu. li. vj. de cõcess. prẽb. quia diuersitatẽ.

EPITOME.

1 *Capellanus papæ non probatur ille quem papa in literis prouisionis nominat fuisse capellanum.*

2 *Verba narratiua papæ quando dicantur probare.*

Decisio 22. aliàs 197.

1 NOta † ꝙ vbi papa confert præbendam vacantẽ tanquam reseruatam per mortem capellani honoris. talia verba papæ non inducunt probationem, ꝙ sit capellanus ille, per cuius mortem vacat, nisi aliàs probetur. arg. c. si sumus. de sen. excom. in cle. c. si papa. de priuil. li.
2 vj. licet faciat contra c. j. de proba. in cle. sed † ibi papa narrabat super facto suo: secus vbi nõ narrat super facto suo proprio: sed de alieno. idem si papa narret factũ sui prædecessoris, & gratia super narratis nõ fundatur: quia tunc verba narratiua non probant.

EPITOME.

1 *Collatio facta ab ordinario infra mensem datum impetranti ad acceptandum non valet: si tamen purificatio infra mensem fiat.*

Decisio 23. alias 240.

1 NOta † ꝙ vbi ordinarius cõfert beneficia infra mensem datum impetranti ad acceptandum non valet collatio facta ante purificationem gratię: si tamen purificatio infra mensem fiat: posito ꝙ subsequatur collatio ordinarij. & hoc per. §. secus. in c. cùm ei quem. de cõcess. præb. in cle. circa quod adde no. per Archi. in c. dudum. super verbo, ignoranter. de præb. lib. vj. vide suprà deci. 37. infrà de concess. præb.

EPITOME.

1 *Reseruatio papæ expirat per solam collationem etiam possessione non subsecuta.*

2 *Ius quæritur in iuribus incorporalibus non apprehensa possessione corporali.*

Decisio 24. aliàs 283.

1 NOta † vbi papa prouidet de beneficio reseruato: si antequam prouisus habeat possessionẽ corporalem moriatur: ordinarius in partibus de beneficio potest prouidere: quia reseruatio assecuta est semel suum effectum per prouisionem, licet corporalis possessio non fuisset ap
2 prehensa. quia † in iuribus incorporalibus ius quæritur non apprehensa possessione corporali: vt c. fi. cũ ibi not. de concess. præb. li. vj. & quod no. per Inno. in c. inter cætera. in magna glo. ver. imò plus videtur. de præb. & Io. An. in nouel. in c. quondam. de præb. lib. vj. ex quo enim semel habuit effectum reseruatio, nõ reconualescit sine noua voluntate papę: vt l. qui res. §. areã. ff. de solu. iunct. l. penult. in fi. de consul. li. xij. Nec obstant no. in c. commissa. & c. de multa. quia loquitur in pœnalibus. pro prima parte facit c. si electio. de elect. libr. vj. vide deci. 14. suprà isto titu.

EPITOME.

1 *Clausula ac si nulla reseruatio facta foret, includit omnem reseruationem generalem.*

Decisio 25. alias 291.

Aeneas de falco. in trac. reserua. in 3. q. princi. pag. x. circa fi. ver. ad uerte quia uti liter.

1 NOta † ꝙ papa faciendo gratiam alicui, ꝙ possit acceptare beneficium dum vacabit ac si nulla reseruatio facta foret, ꝙ per ista verba tollitur quæcunq; reseruatio iuris & hominis intantum ꝙ vbi beneficium sit reseruatum per papam, siue sit reseruatio ex dispensatione canonis: vt per decret. execrabilis. talis reseruatio videtur sublata: quia dicendo, ac si nulla reseruatio facta foret. intelligitur de omni reseruatione facta: vt l. hoc genus. de condi. & demon. & no. Ber. in c. j. ꝙ metus causa. quia verbum, nullo modo. omne ius includit: vt l. nullo. ff. de fal. Et ex quo reseruatio hominis est sublata: multò fortius legis: quia mitius agitur cum lege quam, &c. vt l. Celsus. ff. de arbitr. Et quia papa tollendo reseruationem: videtur conferre & dare omne ius quod habet in beneficio reseruato: vt c. pen. cum ibi not. per Inno. de dona. & l. si quando. C. de bo. vacan.

EPITOME.

1 *Præbendæ vbi non sunt distinctæ: terminus mensis ad acceptandam præbendam non statuitur.*

2 *Clausula, quam duxerit, &c. non apponitur vbi præbendæ non sunt distinctæ.*

Decisio 26. alias 292.

1 NOta † ꝙ vbi papa confert canonicatum non habentem distinctam præbendam: sed solùm canonicalem portionem: si conferat canonicatum prædictum sub expectatione canonicalis portionis: expectans potest portionem dum vacabit sine prefinitiõe alicuius temporis, & post mensem à tempore vacationis acceptare: quia cũ portio non sit certa nec distincta: certum tempus nõ sta
2 tuitur: nec † in bulla ponitur clausula, quam duxerit infra vnius mensis spatium acceptandum: imò indistinctè acceptare potest: quia propriè talis portio non est præbenda certa: vt not. in c. dilectus. in fi. de præb. per Inno. vbi autem poneretur illa clausula, quam duxerit, &c. haberet locum c. cùm ei quem. de concess. præb.

EPITOME.

1 *Collatio facta ab ordinario infra mensem datum expectantibus ad acceptandum, etiam si appareat expectantes non acceptasse infra mensem, non valet.*

Decisio 27. alias 834.

1 CVm † ad collationem cuiusdam episcopi essent impetrantes apostolici expectantes cum potestate acceptandi infra mensem, iuxta cle. cùm ei quem. §. secus. vacãte quodam beneficio cadente sub gratia impetrãtis episcopus infra mensem cõtulit cuidam. & paulò post papa illud beneficium reseruauit: & tanquam reseruatum contulit cuidam impetranti, expectante tamẽ aliud beneficium nunquam acceptauerũt nec infra mẽ-

sem nec post quæritur quis sit potior: an ordinarius, id est ille cui episcopus contulit: an apostolicus, cui papa in virtute reseruationis contulit? Quidam dicunt ꝙ ordinarius est potior: quia manus episcopi ita demùm infrà mensem erant & censebantur esse ligatę, si expectans infra mensem acceptasset: quia in eorum fauorem mensis appositus est. tunc enim eis vel eorum altero acceptanti bus retro collatio ordinarij apparet nulla: & tunc apostolicus cui papa ante acceptationem expectantis contulisset, esset potior. Sed quia expectantes infra mensem non acceptauerunt: idcirco retro manus ordinarij non censebatur ligatæ fuisse, & valebat eius collatio arg. notatorũ per Io. An. in c. statutum. de præb. lib. vj. Alij verò tenẽt contra, & communiter istam approbant omnes. Et pro ista parte videtur c. quondam. de pręb. lib. vj. Nec obstãt no. per Io. mo. in c. statutum. quia eius opinio nõ approbatur per dict. c. quondam. de præb. lib. vj. vt etiam not. ibi Io. An. in gl. fi. in nouel. & in terminis in quibus Io. mo. loquitur pendente collatione ordinarij propter dubium euentum acceptationis futurum non superuenit reseruatio papæ seu collatio eius seu manus appositi, sicut hîc: nec reuocatio papæ sicut superuenit in c. quondam. & vide suprà in quæstio. quæ incipit primus & secundus in data.

Fely. in c. cùm ex officij. col. fi. de præscrip.

EPITOME.

1 *Reseruatio specialis per papam dicitur, quando reseruat aliquod beneficiũ collationi suæ, seu collationi sedis apostolicæ.*

Decisio 28. *alias* 784.

1 DIcitur † specialis reseruatio per papam quando reseruat aliquod beneficium collationi suæ, seu collationi sedis apostolicæ: non autem habet locum prædicta ordinatio & declaratio in beneficio reseruato generaliter. & est reseruatio facta generaliter seu dicitur de beneficijs officialium sedis apostolicæ de quibus loquitur extrauagans. Ex debito pastoralis officij prædict. Ita tenet & seruat rota dominorũ auditorum. & iuxta consilia super hoc habita per eos in quadam causa ecclesiæ & præstimonijs vacan. Cordubẽ. tulit sententiam in quibusdam canonicatu dictæ ecclesiæ & præstimonijs vacantibus apud sedem apostolicam per mortẽ cuiusdam subcollectoris sedis apostolicę. de quibus papa Gregor. xj. fecerat gratiã: in qua gratia fuit facta mẽtio de detẽtione prędicta. quod quidem alter tenuerat per multos annos.

EPITOME.

1 *Demonstratio falsa non vitiat reseruationem papæ.*
2 *Demonstratio falsa non vitiat legatum.*
3 *Reseruatio beneficiorum non vitiatur ex falsa demonstratione si nominatim beneficia fuerant reseruata: secus si generaliter. quia non teneret nisi illius persona fuisset facta reseruatio beneficia teneret.*

Decisio 29. *alias* 191.

Aeneas de fal. co. in trac. reserua. in 4. q. 2 princi. in xix. effectu.

1 NOta † ꝙ vbi papa reseruat certa beneficia quę tenet Titius. posito ꝙ non teneat, valet reseruatio: quia † falsa demonstratio non vitiat legatum. & 3 hoc verum secũdum aliquos: vbi † nominatim reseruat: secus si generaliter non nominando beneficium seu beneficia: quia tunc non teneret reseruatio, nisi teneret beneficia ille in cuius persona fuisset reseruatio. ar. ad hoc l. si sic. de leg. j. iũct. l. est differẽtia. ff. in quibus causis pig.

EPITOME.

1 *Impetratio ruit quando non fit mentio de reseruatione.*
2 *Papa in beneficio reseruato dicitur solus ius habere.*

Decisio 30. *alias* 258.

1 NOta † de beneficio reseruato non valet collatio nisi per impetrantem fiat mẽtio de reseruatione: quia constat beneficium reseruatum. arg. notatorum per Archidia. in c. fi. de consue. lib. vj. licet posset dici ꝙ deberet fieri interpretatio in præiudicium concedentis. regula contra eum. de reg. iur. lib. vj. & ne papa notetur de auaritia seu cupiditate, si aliud retinere videatur. C. de bon. vacan. si quando. iunct. no. per Innocen. de dona. c. pastoralis. Item † in beneficio reseruato solus papa habet collationem, in alio non solus: vt c. si à sede. de præben. libr. vj. Nec est verisimile ꝙ papa collationem ordinariorum velit impedire. sed contra videtur: quia papa concedendo ad totum ius videtur concedere: vt c. pastoralis. cum ibi notatis per Innocen. de donat. & c. cùm dilectus. Nec obstat quod dicitur de ordinario: quare licet ordinarius habeat collationem: tamen donec constet papæ, conferre & conferre potest papa, & sic non videtur facere iniuriam ordinario, cùm iure suo vtatur. argu. l. iniuriarum. §. j. de iniurijs. iunct. l. cùm quidam. ff. de integr. restitu.

2

EPITOME.

1 *Beneficium semel affectum semper durat affectum.*
2 *Conferendi beneficia suorum familiarium si alicui concedatur, & vnus desierit esse familiaris: an veniente casu possit conferre beneficia eius?*

Decisio 31. *aliàs* 554.

Suprà eod. 615. inci. sibi neficium. Aeneas de falco. in trac. reser. in 4. q. principali. in xvj effectu.

1 PApa † reseruauit omnia beneficia officiariorum & familiarium suorum, capellanus commensalis suus vel alius officiarius vel familiaris suus postea decesset dimissa capellania vel officio seu familiaritate decessit postquam desijt esse familiaris vel officialis: quæritur nunc an beneficia quæ obtinebat cùm erat officialis vel familiaris, sint reseruata? Et videtur quod non, quia officium illius reseruationis dirigebatur in tempore mortis talis familiaris vel officialis. ergo &c. argumẽ. l. cùm sponsar. cum concordã. C. de donat. ante nup. pro hac parte. ff. de pign. cùm tabernam. in prin. ibi rescripta, &c. ff. de leg. iij. item legato. §. vxori. ff. de bonis autho. iudi. possi. l. j. §. reti. sic. ff. de lega. iij. legatis seruis. §. si ex officio. Itẽ pro 2 hoc: quia † si concedatur alicui potestas conferendi beneficia familiarium suorum: & vnus desierit esse familiaris suus, & postea moriatur: non poterit conferre beneficia illius: vt notat Io. And. in nouel. de verb. sig. c. fi. li. vj. In oppositum facit, quia ibi debet attendi tẽpus reseruationis. arg. l. facta. de auro & arg. leg. pro quo, quia ex quo semel fuit familiaris, beneficia quæ tunc obtinebat iam fuerãt reseruata, & in manibus papæ: ergo cùm semel fuerant, non desinant esse, nec veniunt ad manus inferioris collatoris: donec ipse disposuerit semel. argu. not. in c. inter dilectos. in gl. magna alle. fi. de excess. prel. per Innocen. & pro hoc bene facit quod not. de rescrip. statutum. super verbo, committatur. pro hoc etiam videtur tex. in ratione de noxali. l. ij. §. j. ff. de rebus dubijs. si canati. vide dec. xj. supra isto titul.

Videro. supr. eod. 283.

EPITOME.

1 *Reseruatio geminata in fauorem vniusmet operari potest multos effectus.*
2 *Reseruationis effectus est ligare inferiorum potestatem circa beneficium reseruatum.*
3 *Rescripta vbi multa eiusdem tenoris impetrantur: in vna causa quò ad effectum reputantur vnum.*
4 *Instrumenta vbi multa de vnomet contractu conficiuntur: tamen vnicus contractus reputatur.*
5 *Plenitudo non indiget adiectione.*
6 *Excommunicatus an iterum excommunicari possit?*
7 *Papa si reseruauit suæ collationi beneficia alicuius ecclesiæ: non videntur includi sub reseruatione nondum creata tempore reseruationis.*
8 *Qualitas adiecta rei eius immutat naturam.*

Decisio 32. *aliàs* 858.

1 DOminus † papa Kalend. Ianuarij reseruauit præbendam quam in ecclesia Parisien. obtinebat A. Kalend. Februarij fecit gratiam B. de canonicatu ecclesiæ Parisien. sub expectatione præbendæ in forma consueta. post Kalendas Martij dominus noster volens dicti B. gratiam consequi debitũ effectum voluit ꝙ prębendam vacantem vel proximè vacaturam, nulli alteri de iure debitã, possit acceptare, & sibi prouidere adiecta clausula, quibuscunq; reseruationibus nostris specialibus nequaquam obstãtibus. demùm Kalen. Aprilis iterũ dominus noster reseruauit eandem præbendã quam tenebat A. & non cõstat ꝙ prima reseruatio esset sublata, demùm Kalendis Maij moritur A. B. acceptat præbẽdam suã, & facit sibi prouideri: quęritur an acceptatio & prouisio valeant? Et sunt in effectu duę quęstiones. Prima, si papa reseruauit beneficium: & iterũ prima reseruatione durante, illud iterum reseruet sub prima forma: vtrũ secunda reseruatio aliquid operetur? Secunda quęstio, quę exinde dependet: vtrum illa clausula, quibuscunque &c. tollat effectum

tollat effectum reseruationum factarum tunc & etiam
post ante tempus acceptationis & prouisionis B. In pri-
ma quęstione videtur posse defendi ꝙ nihil operetur se-
2 cunda.nam † effectus reseruationis est ligare inferiorũ
potestatem circa beneficium reseruatum disponendo de
eo tanquã titulo beneficiali,nihil omninò posset de iure
pat.cùm dilectus.de elec.si eo tempore. de concess.preb.
cùm ei quem.Cùm ergo per primam reseruationẽ hæc
potestas sit ablata simpliciter:per cõsequens secunda ni-
hil potest auferre vel ligare,cùm nihil inueniat:vt sic pos
set dici esse vnitam reseruationẽ,quò ad effectum multi
plicata sint siue repetita verba,per quę fit reseruatio. si-
cut si habiles hodie contrahant matrimonium:licet ver-
ba contrahendi sint repetita inter contrahentes : vt pro-
batur in cle.dispendiosam.c.ij.cum ibi nota.in glo.fi.Si-
cut si hodie detur mihi per papam beneficium: & colla-
tio efficax est.si cras verò det mihi illud idem, vna est
collatio in effectu,licet verba donationis sint multiplica
ta:vt de fide instru.c.inter dilectos.§.cęterũ.& ibi mul-
3 tæ concor.in glo.sic instituta.sicut † si multa rescripta
eiusdem tenoris impetrantur in vna causa quò ad effe-
ctum est vnum rescriptum.de rescrip.ex tenore. cũ ibi
4 not.de vno † contractu fuerunt multa instrumenta non
minus est vnus contractus.iuxta no.per Inno.de proba.
c.j.Si igitur videtur ꝙ sit vnita reseruatio : cùm totius
effectus quem potest reseruatio operari, & propter quẽ
per principem sit expletus per primam:& si secũda quò
5 ad effectũ nihil potest adicere,cùm † non indigeat adie
ctione plenitudo.vj.q.j.c.si omnia.Sed mihi de præsenti
videtur contrarium.dico * tamen ꝙ secundum reserua
tionem aliquid operari vel adicere primæ põt intelligi
dupliciter. Vno modo quò ad principalem effectum ad
quem fit reseruatio,vt fortius ligent potestates inferio-
rum ambæ coniunctæ quã prima sola, quantum ad hoc
cùm sunt in cõcursu,nihil operatur adiectio secundę.per
superius allegata.Et facit cle.de priui.c.ij.§.si quę verò.
potest tamen operari propter tempus prolixiorem am-
bitionem.Si enim prima reuocetur,remanebit effectus
qui erat in prima tunc reuocatur penes secũdam adhuc
manentem,vel si papa ex aliqua causa haberet primam
reseruationẽ pro infecta.iuxta ea quæ hebẽtur de censi-
bus c.j.in cle.cũ ibi nota.remanent nihilominus ligatæ
manus inferioris propter secũdam,quę pro infecta ha-
bita non est.sicut videmus in excõmunicatione cuius ef
fectus est aliquẽ ponere extra ecclesiam militantẽ. ij.q.
j.si peccauerit.xxiiij.q.j.audiuimus. & sequen. cũ alijs
6 multis.tamen † excõmunicatus potest iterum excõmu-
nicari iij.q.iiij.Engeltrudam.de ludęis c.ita quorũdam.
& ibi concor.multæ in gl.& tamen huius secũdæ quan
diu concurrit cũ prima nullus est effectus,quò ad illud ꝙ
excõmunicatio principaliter operatur:sed dum erit ex-
communicatus prima absolutus,secunda operatur quæ
operabatur prima,dum durabat:vt no.in d.c. Engeltru-
dam,& c.ita quorundam.sicut etiã patuit exẽplum. Io.
And.de ligato cũ vna forti cathena.quę post ligatur alia
operabitur ligatura secũda remota prima.Et potest po-
ni exemplum naturale,dum sol bene lucet accẽditur lu-
cerna quidem operante quò ad effectũ illuminandi cer-
tè nihil.vj.q.j.si omnia.& tamen obscurato sole remane
bit aër illuminatus lumine lucernæ,quatenus posset di-
ci ꝙ dum actus secundus adijcitur primo eundem ope-
rante effectũ dum concurrunt fit in effectu confusio:sed
primo sublato remanet effectus ratiõe secundi. iuxta ea
quæ no.Io.An.de elec.c.cùm in cunctis.ad fin.& in cle.
de magist.c.fi.& secundum Ber.si dicamus effectũ reser
uationis primæ sublatũ per secundam gratiam factã B,
secunda reseruatio prius facta põt eundem effectũ rein-
ducere quẽ prima operabatur ante illius clausulæ adie-
ctionẽ:suppositò ꝙ clausula solùm præteritas reserua-
tiones respiceret.Dico viterius pro secundo membro di
stinctionis ꝙ aliquos effectus consecutiuos ad illos quos
principaliter operatur reseruatio, potest habere secũda
reseruatio quos nõ habebat prima:vt puta: si ignorabatur,
secunda sciebatur per ordinariũ.si nihilominus ipse
beneficium confert in virtute primæ cuius effectus du-
rat,nulla est collatio:sed tamen in vim illius non potest
de inobedientia vel contemptu superioris notari. de re-
gu.iur.ignorantia.cum concord.sed posset in virtute se-
cundæ quã sciebat xiiij.q.iiij.quod præcipitur. de verb.
signi.c.in his.de maio.& obe.c.ij.cũ similibus.præterea
7 posset prius includere:puta † si papa reseruauit suæ col-
lationi beneficia alicuius ecclesiæ:non videntur includi
sub reseruatione nondum creata tempore reseruationis.
de rescrip.c.literas.in cle.cum ibi no.per glo.& doct. Si
ergo inter primam & secundam reseruationẽ in illa ec-
clesia creatum est beneficium:licet illud non afficiat pri
ma reseruatio:afficit tamen secunda.per illam decre. li-
teras.cum ibi alleg.& multò fortius si secunda reseruatio
haberet aliam qualitatẽ sibi adiunctam quam nõ ha
beret prima.procederent alleg.tunc enim non est dubiũ
ꝙ adiceret secunda ad primã:& plus posset operari quã
8 prima. nam † qualitas adiecta rei eius immutat naturã.
de iureiur.c.debitores.& c.cùm contingat.C.de pact. l.
quamuis.de foro compe.c.fi.de iureiur.licet.de præb.ci
cui de non.lib.vj.& bene faciunt notata per glo.& Pau.
in alleg.c.literas.de rescript.in cle. quia beneficium cu-
ratum efficitur non curatum vel econtra. & quod nota-
tur de iure patro.c.à nobis. de beneficio collegiato quod
efficitur collegiatũ.& hoc no.in simili Io.mo.de sepult.
in c.super cathedra.hodie innouata in clem. & ibidem
Io.Andr.& Pau.post eum.Ex quibus satis patet solutio
allegatorum in contrariũ saluo ꝙ de matrimonio & do
natione dicebatur.Illa aũt non obstant: quia sunt actus
de sui natura perpetui:& ideo secundus tẽpore donatio-
nis non potest excedere primum. Patet de matrimonio
xxvij.q.ij.§.j.de consang.& affi. ç. de infidelibus. de di-
uor.quanto.ver.nam in tuæ.concord.de dona.patet.lvj.
distinct.satis peruersum.xvj.q.vij.c.inuentum est.de do
na.cùm dilectus.cum similibus.

* Dico tamen &c. lege sic & melius. Dico tamẽ per secundam reser nationem aliquid operari vel adijcere posse,potest intelligi duplicit.

EPITOME.

1 *Clausula non obstantibus reseruationibus se extendit etiam ad reseruationes subsecutas vsque ad tempus acceptationis.*
2 *Claus. Quibuscunque reseruationibus nostris specialibus nequaquam obstantibus,an tollat effectum reseruationum factarum tunc & etiam post ante tempus acceptationis & prouisionis.*
3 *Additamentum est eiusdem naturæ, cuius est res cui adijcitur.*
4 *Literæ ad beneficia per quas rationes odiosæ dicantur.*
5 *Papa nunquam tollit ius alterius:nec in re : nec ad rem, vbi hoc non exprimit.*
6 *Motus proprius præseruat à surreptione:sed non tollit ius alterius & nu.8.*
7 *Expressio eorum quæ tacita redderent gratiam surreptitiam, non operantur dispensationem.*
9 *Papa licet concedat alicui potestatem beneficia conferendi: tamen poterit conferre beneficium cadens sub prima concessio ne mentione non facta.*
10 *Clausulæ generales quid operantur?*
11 *Clausulæ inhibitoria,& non obstantiarum, apponuntur in literis apostolicis ad firmandum & exequendum gratiam impetrantis,& non ad tollendum ius alteri quæsitum.*
12 *Reseruatio simplex sequens gratiam secundam.6.& præcedens acceptationem & promissionem an impedire potuerit in acceptando,& sibi prouidere faciendo.*
13 *Gratia facta per principem quæ ipsi soli principi & nõ alteri facit præiudicium,largè est interpretanda.*
14 *Quælibet res debet æstimari secundum effectum productiuum.*
15 *Argumentum sumi potest ab ordine scripturæ.*
16 *Princeps vbicunque facit aliquem actum:& ad ipsius effectualem suppletionem remouet impedimenta,quæ completioni actus obstarent vniuersaliter loquendo: tam præsentia quàm futura impedimenta remouisse videtur.*
17 *Gratiam facere,à principio gratia est:sed postquàm facta est, de iustitia est quod suum sortiatur effectum.*
18 *Variatio maximè in principe cuius actus debent esse stabiles, damnantur.*

Decisio 33. *aliàs §. præcedentis decisionis.*

1 CIrca * † secundam quęstionẽ quę est iudicio meo
satis dubia:multi allegãt & tenẽt illã clausulam nõ
excludere:nisi reseruationes tempore datæ pen-

* Iste.§.cõtinet solutionẽ secundæ quæstionis præcedentis decisionis.

den.fundat se principaliter in tribus. Primò in clausula adiecta in literis. Secùdò in quibus papa declarat suæ intentionis fuisse de illis canonicatu & prębenda,per apostolicę sedis prouidentiã ordinari.& in quibus includit omnes expectãtes.& in quibus decernitur irritũ,si quid à quoquã quauis authoritate forsan hactenus attentatũ est,vel contingeret attentari.& istud est fortius. Secundò fundant se:quia ista gratia fuit ambitiosa & restringibilis:& sufficit ꝙ operetur aliquid:& si non totũ quod verborum significata importent,& hîc satis pôt operari tollendo reseruationes tunc extantes,licet nõ futuras,& coadunant hanc rationẽ per verbum nostris, ꝙ cõtrahit terminũ cui adijcitur ad tẽpus presens seu ad illud quod importat terminus,& de presenti est. Tertiò quia per illam concessionẽ acceptandi prębendam reseruatã papa nec sibi manus liganit:nec vt teneretur de illius.B. gratia facere mentionẽ in sequentibus suis reseruationibus legem imposuit.iuxta c.dudum.de pręb.lib.vj.Sed mihi de presenti saluo meliori & plentori deliberãdi iudicio videtur totum contrarium * Et dico ꝙ † illa clausula, quibuscunq; reseruationibus nostris specialibus nequaquam obstantibus remouet omne impedimentũ subsistens tẽpore acceptationis prouisionis faciendę,& prouenientis ex reseruationibus specialibus quare effectus tunc pendet:siue essent factę ante gratiã siue post. & iudicio meo si natura actuũ consideretur.rationes cõtrarię fortius probant hãc partẽ quam contrariã. Vt tamen fortius & clarius hãc videatur,circa materiã aliqua incidẽtia sunt distinguenda. Et primò videamus vtrũ ista gratia secũdo loco facta.ꝑ.ꝙ nõ obstarent sibi reseruatiões, sit odiosa & restringibilis, veluti prima gratia ad cuius executionem cõcessa est. Et licet prima facie videretur quod sic:quia † additamentũ est eiusdem naturę cuius est res cui adijcitur.de pręb.c.super eo.li. vj. Et accessorium cuius est ipsum principale:vt in reg.iur.accessoriũ cum cõcor.ibi alleg.quas causã breuitatis sufficit retinere. Et ad hanc partẽ quam no.Io.mo de elec.quanquam li.vj.in fi.mihi de presenti totũ videtur contrariũ.& dico hanc secundam nõ esse odiosam:imò magis fauorabilem:quod satis apparet, si rationes propter quas prima ratio iudicatur odiosa & inexpugnabilis debitè cõsiderantur:quæ sunt res propter quas prima ratio iudicatur odiosa. Prima ratio:quia † impetratione inest ambitio ex parte impetrãtis.hoc aũt odiosum est & cõtra ius ꝙ promotionẽ alicuius ad beneficia ambitio cõcomitetur, de pręb.quãuis.j.li.vj.hęc aũt ratio cessat in casu presenti.postquã enim per primam gratiã papa contulit canonicatum sub expectatione prębendę:extunc modo iure communi isti prębenda debetur ratione canonicatus, qui eam afficit pro canonico.de pręb.c.relatũ.j.q.iij.c. si quis obiecerit.de rescrip.tibi qui.li.vj.eod. lib. de pręb. c.si clericus.& c.si postquam.& c.pœnis.cũ concor. multis. In quo ergo potest notari ambitio si iste canonicus procurat vt impedimenta tollantur, quæ impediebant vt prębendam sibi iure communi debitam cõsequi non possit: certè in nullo.& hoc sonat text. in allegat.capit. si postquã.in fi.ibi,iustè petere potuisti,&c. Inde est ꝙ licet à principio non cõpetit actio alicui petẽdi vt beneficietur:postquã canonicatus est sibi collatus, actio sibi cõpetit seu saltẽ actionis loco officiũ iudicis ad prębẽdam: vt no.Compost.de rescrip.c.mandatũ. Et de hoc satis ibi per Io.An.& in alleg.c.si postquã.de pręb.li.vj.in nouel. post principium. Hoc etiam satis clarè notat Paul.de rescript.cap.literas.glo.puta.versicu.quid dicet. in cleme. vbi tenet quòd si aliquis receptus in canonicum impetret à papa mandatũ,vt sibi detur prębenda ex vi illarũ literarum:sed prętendere receptionem inde est quod tales literæ bene extenduntur ad beneficia post datã literarum creata:vt etiam ibi not.glo.Et facit quod not.Ioan. monach.& Ioan.Andr.in nouella. post ipsum de præb. cap.si apostolicæ sedis.libr.vj.vt fortius ergo sunt de iustitia literæ, quæ solum remouent impedimenta circa prouisionem ex iure debito faciendam ratione prędecessionis collationis canonicatus, quare non possunt dici istæ literæ ambitiosæ:nec per consequens hac de causa restringibiles. Secunda ratio propter quam literę ad beneficia sunt odiosę & restringibiles est prędiudiciũ,quod faciunt ordinarijs, quorum manus ligantur ne conferre possint beneficia quæ aliàs ad eorum collationẽ spectabant.de rescrip.c.mandatũ.& c.in literis nostris.& hæc etiã ratio cessat in casu presenti,quin imò videtur inesse ratio contraria. Nam in virtute primæ gratiæ potestas ordinaria ligata est:vt in c.alleg.si postquam. & semper manebit ligata,donec sit isti impetrãti prouisum, vt ibi. Quantò autem iste impetrans citiùs erit prouisus:tantò ordinarij manus citiùs deligãtur, vt tolletur impedimẽtum quod impediebat: ne ordinarius posset cõferre. Si ergo prima gratia est odiosa quia ligat:secunda fauorabilis: quia causa est vt citius illud ligamen tollatur. arg. ab oppositis.vt xxxij.di.hospitiolum.xxiij.q.c.sanè.xj. q.iij.æstimatur.cum multis similibus.Tertia ratio propter quã primæ literæ sunt odiosę est,quia per eas datur ius ad beneficiũ vacaturum contra conciliũ Lateranẽse. de concess.præb.nulla.& c.accedens.eod.tit.c.dereliãda. lib.vj.hæc ratio etiam cessat in casu præsenti. Nã licet à principio hoc statutum obuiaret postquam est factus canonicus quo casu iure cõmuni debetur præbenda,cessat illa ratio vt patet ex superius allegatis. Ex quibus concludo quòd istius A. canonicatus ex quo fuit B.sibi collatus iam iure cõmuni debetur prębendę: & ista secũda gratia solũ sit sublatiua impedimentorũ quę deferebant gratiam,quòd ista nõ fuit odiosa sed fauorabilis. Ad cõtraria potest respondẽri per notata per doctores de iureiuran.debitores. Secundò est circa hoc videndum,vt facilius tollantur contraria, cùm iam esset isti.B.ius quæsitum:vt reseruationes nõ impedirent ipsum acceptare, sed postquam papa reseruat de nouo non facta mẽtione de illa gratia:sic an ex hoc gratia sit surreptitia, & si ex hoc surreptitia redderetur nunquam pro mẽtione sufficerent clausulę generales appositę in gratia secundi istã prębendam tanquam reseruatam impetrantis. Quò ad primum facit quòd sit surreptitia, quia † papa nũquam tollit ius alterius nec in re nec ad rem,vbi hoc nõ exprimit.de vsu pallij.ex tuarum.de offic.delega.super eo.de offic.ordina.licet.& hoc videtur notare Comp.de rescr. causam.ad finem. Archi.& Ioan. Andr. de prębend.c.si postquam.libr.vj. In reseruatione papæ nihil exprimit. ergo.&c.In oppositum videtur casus.de prębend. cap.si motu proprio.libr.vj.& cap.dudum.eodem libro. Circa hoc est notandum quòd aliud est ex taciturnitate gratiam vel reseruationem reddi surreptitiã:aliud per gratiam vel reseruationem tacentem ius alterius ipsum ius non tolli. De primo modo loquendi dico quòd † reseruatio papę ob taciturnitatem gratiæ.B.cùm reseruationes fiant per papam motu proprio,non potest dici surreptitia:vt in allegat.c.si motu proprio. & eod.titu.cap.si romanus pontifex.in clementi.& notatur eodem tit.de constitu.c. per literas.glos. intellige. sed dico quòd licet reseruatio nũ sit surreptitia, cùm ius parti quæsitum ex apostolica concessione quòd posset acceptare prębendã reseruatam,& sibi facere prouidere de ea,nõ tollitur per reseruationem sequentem hoc non exprimentẽ,per iura prius inducta.& facit ad hoc. Nam † expressio eorum quæ tacita redderent gratiam surreptitiã,non operatur dispensationem:vt in capitu.non potest.§.fin. de prębẽ. lib.vj.Sicut † ergo expressio pręseruat à surreptione,& non operatur dispensationem: ita motus proprius præseruat à surreptione: sed nõ operatur remotionem iuris alterius,& hoc expresse not.Ioã.And.in nouel. de pręb. c.si motu proprio.lib.vj.ad fin.text.& super gl.& idem Pau. in c.si romanus pontifex.de prębend.in cle.glo.ex isto. Nec obstat capitul.dudum.de præben.superius allegatum. Nam † interdum papa cõfert alicui potestatem beneficia conferendi: interdum confert ius in beneficio vel ad beneficium,vt in titulum beneficialis. Primò casu papa potest conferre beneficium cadens sub prima concessione mentione non facta: vt in capitul. dudum. secundò casu non valebit collatio beneficij in quo vel ad quod in prima concessione fuit alteri ius quæsitum: vt notatur Compostel.in capitu.causam. de rescriptis.Archidiaco.& Ioan.Andr.de prębend.capit. si postquam. libro sexto. superius allegato. & sic est in casu præsentis quæstionis.

*Iaſ.in l.j.ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipuler.col.pen.in fi.ver.tamẽ ſi in reſcripto. ff.de verborũ obliga.

tis quæstionis. Ratio autem diuersitatis est patens: quia in primo casu datur potestas conferendi beneficia: quæ potestas de iure esse potest: & reuera est penes plures etiã insolidum: vt x. quæst. j. regenda. xvij. quæst. vij. omnes. & de offi. lega. c. j. lib. vj. & ideo cùm post concessionem factam de potestate conferendi, sit potestas penes concedendum, & penes eum cui est concessa: vnus alteri præuenire poterit & valebit collatio eius qui alterum in cõferendo præueniet: vt in præalleg. c. dudum. §. nos attendentes. & eod. tit. c. si à sede. Sed in secundo casu beneficium vt titulus non potest esse plurium: quia vna ecclesia vnius debet esse pastoris. de præben. cùm non ignores. & ideo cùm alicui alteri ius est quæsitum in eovel ad illud non posit alteri dari quin ius primi reuocaretur. hoc autem papa nunquam intendit si hoc non exprimit: vt in iur. suprà allega. Cùm ergo in virtute primarum concessionum factarum. B. sit sibi quæsitum ius ad illam præbendam. etiam supposito ꝙ esset reseruata saltem acceptandi hoc ius per reseruationem secundam hoc non exprimentem non erit sublatum: vt inferius clarius dedu-
10 cetur. Circa secundum punctum vtrum † ad tollendum ius isti B. quæsitum per secundam gratiam acceptandi, scilicet & sibi faciendi prouideri de præbenda non obstan. reseruationibus sufficiant clausulæ generales positæ in gratia illius qui secundo loco præbendam à papa tanquam reseruatam: hîc est bona difficultas: & si quis materiam plus dilatare vellet, plenè posset videre per Guil. in Specu. de instru. ædi. §. nunc autem. ver. & si scias. de rescrip. in presentia. super ratione autem causę. per Archi. xxv. quæst. ij. in summa. ad fi. & per eundem de consti. c. j. lib. vj. plenius per Io. And. in nouell. de excess. præla. cum eo. li. vj. per Pau. de sepul. c. super eos. ad fi. in clem. ad quos sufficiat de materia remittere. Sed ad propositum causæ præsentis veniendo per illa generalia seu istas causas generales non fuisse reuocatũ ius. B. per suam gratiam acquisitum. Et vt clarius videatur hoc: & quod istæ clausulæ nil faciunt ad factũ nostrum est supponendum ꝙ istæ clausulæ non apponuntur in reseruationibus quas facit papa: sed postquàm beneficium tanquam reseruatum contulit, adduntur istæ clausulę in literis super collatione beneficij reseruati confectis in cãcellaria. & hoc apparet ex tenore reseruationis productæ per schædulam de camera domini papæ pro parte.
11 R. expectantis. Secundò est sciendum ꝙ † istæ clausulæ inhibitoriæ & non obstantiarum apponuntur in literis apostolicis ad firmandum & exequendum gratiam impetrantis, & non ad tollendum ius alteri quæsitum: vt est expressum de præben. c. j. ad finem in clem. & satis apparet ex notatis per Io. mo. & Archid. de rescrip. cum aliquibus. lib. vj. & per glo. de præben. per c. si cui. aliàs ei cui. eod. lib. Tertiò est supponendum in facto ꝙ iste B. expectatiuus in vim gratiarum suarum primò acceptauit præbendam de qua agitur: & fecit sibi prouideri antequã papa prouideret aduersario suo. Ex quibus clarè concluditur ꝙ cùm istæ clausulæ non fuerint adiunctæ reseruationi factæ per papam: sed literis super collatione post prouisionem. D. B. factam cõfectis, ꝙ de effectu istarum clausularum quæ sequuntur acceptationem & prouisionem. B. non est disputandum cùm ius alteri quæsitum maximè in re tollere non possint: nec ad istũ finem literis apponuntur: sed solùm est disputandum vtrum reseruatio simpliciter facta post secundam gratiã B. præiudicet sibi A. quò ad præbendam de qua agitur: quia si simplex reseruatio præcedens acceptationem & prouisionem suam non potest sibi nocere per acceptationem & prouisionem, fuit ius quæsitum in re: ꝙ sequens adiectio clarè in literis super sequente collatione confectis tollere non potest: vt not. expresiè Compost. in allegato c. causam. de rescript. sed simplex reseruatio præcedens acceptationem & prouisionem impedit eum vt acceptare non potuerit: non indigemus effectu illarũ clausularum: cùm sola reseruatio ad hoc sufficeret. Hoc er-
12 go simpliciter est disputandum vtrum † simplex reseruatio sequens secundam gratiam B. & præcedens acceptationem & prouisionem illius eum impedire potuerit in acceptando, & sibi prouideri faciendo: quod est dubium principale. Et breuiter videtur mihi ꝙ clausula reseruationibus nostris & c. posita in secunda gratia B. remouet secundum impedimentum quod tẽpore acceptationis & prouisionis faciendæ. B. vixerit prouenientis ex reseruationibus: quare tunc penderet effectus siue essent factæ ante dictam gratiam siue post. & hoc sic proba-
13 tur. gratia † facta per principem quæ ipsi soli principi & nulli alteri facit præiudicium concedentis præiudicium largè est interpretanda, vt comprehendat non solum præterita & præsentia: sed vt comprehendat futura: sed ista gratia quam secundo loco princeps concessit. B. vt non obstaret sibi suæ reseruationes quominus posset præbendam aliàs cadente sub sua gratia acceptare & facere prouideri ipsi soli principi, & nulli alteri, facit præiudicium. ergo princeps sensisse videtur de reseruationibus tunc extantibus: & etiam prius per ipsum factis. maior probatur clarè. xij. q. ij. c. cognouimus. xvj. q. ij. c. j. de decimis. c. cùm contingat. de priuileg. c. quia circa. bene facit. de præb. c. si beneficio. in clem. & no. hoc Innoc. in c. cùm dilecti. in gl. fi. Sed minor clara est. cùm enim isti essent reseruationis effectus, vt solùm papa conferret præbendam reseruatam. hęc gratia dat impetrãti licentiam præbendam acceptandi, etiam reseruatam, & executori facultatem eam cõferendi: vt sic potestatem quæ prius erat penes ipsum solùm in vim huiusmodi gratiæ executoris B. communicarent sibi. ergo soli præiudicarunt. ergo concessio in sui præiudicium: & præsentes tũc & futuras reseruationes respiceret. coadiuuat hanc rationem regula, contra eum. de reg. iur. coadiuuat etiam eam verbum vniuersale distributiuum quibuscunq; adiectum non indiuiduo: sed generi, scilicet reseruationibus non istis vel illis: sed in genere, quod no. durationem temporis, saltem vsq; quo res ad quam effectuandam posita est, scilicet prima gratia consecura fuerit suum effectum. bene facit c. abbatem. de re iud. lib. vj. & quod ibi no. Io. mo. & Io. An. in not. post eum super verbo, vacua. aliàs, nisi sit in præiudicium concedentis tam generaliter & tam effusè loquentis talis fuerit interpretatio, nihil operetur adiectio illius verbi contra iura etiam de maio. & obe. c. solite. & facit quod ibi not. super verbo, tanquam. & de priui. c. si papa. Secundò probo sic. Quotiescunq; duæ dispositiones coniunguntur ad præiudicationem vnius effectus: ambæ in idem tempus conferuntur. & maximè vbi vna est principalis, & altera adiungitur in iuuamine, & ad remouendum impedimenta primę dispositionis. Sed hîc ad producẽdum vnum effectũ, s. titulũ prębendę impetratę. iungũtur duę dispositiones s. prima gratia principaliter, altera, scilicet secunda gratia primã coadiuuans, & impedimẽta reseruationum remouens. prima confertur in tẽpus vacationis prębendę. ergo secũda sublatiua impedimenti ne vacans prębenda posit conferri, refertur ad idem tps & per cõsequens ad reseruationes quę illo tẽpore penderent. Maior propositio clarè apparet. de cõstit. c. translato. bene facit de sepul. c. de vxore. & quę no. Io. An. de pręb. quia sępe. li. vj. & quod no. Io. mo. & Io. An. post ipsum. de elec. c. quanquam. li. vj. Licet enim ipsi duo in principali dicto discordent: vtriusq; ratio facit ad istud propositũ. Minoris prima pars est no. ex terminis quęstiõis: sed secũda pars minoris, scilicet ꝙ effectus gratię principalis cõferatur in tẽpus vacationis, apparet ex tenore literarũ apostolicarũ, & est tex. de cõcess. pręb. c. quia cunctis. li. vj. Coad-
14 iuuatur hęc ratio: quia † quęlibet res debet ęstimari secundum effectũ productiuũ. de ord. cog. c. cùm dilectus. de cõmo. c. ij. de pręb. c. j. ad fi. in cle. Sed ista gratia fuit concessa ad remouẽdum impedimenta reseruationũ circa acceptationẽ & prouisionem. ergo intelligitur de impedimẽtis quę tunc erant. Alia enim nõ obstarent. facit etiam ad hoc ordo scripturę, cùm primo dat potestatem acceptandi, secũdo faciendo sibi prouideri, tertio remouentur impedimẽta reseruationũ circa acceptationẽ & prouisionem: quod secundum, ꝙ intellectum de alijs nõ potest intelligi: quã de illis quę tunc erũt, cùm alię reue-
15 ra nõ obstent: vt dixi. à quo † ordine licitũ est arguere. de elec. c. pen. li. vj. de pręb. c. mãdato. cũ si. Tertiò probo
16 sic. vbicunq; † princeps facit aliquẽ actum, & ad ipsius

effectualē ſuppletionē remouet impedimēta quę cōpletioni actus obſtarent,& maximè vniuerſaliter loquēdo, tam præſentia,quàm futura impedimenta remouiſſe videtur. Sed papa in ſecunda gratia remouet impedimēta reſeruationum quæ obſtabant effectuali expletioni primæ gratiæ per ipſummet factæ. B. ergo videtur remouiſſe impedimenta,tam tunc exiſtentium, quàm prius factarum reſeruationū. Maior propoſitio ſatis clarè probatur. de offic. deleg. ſi ſuper gratia. lib. vj. & in omnibus 1
iuribus exprimentibus illam clauſulam generalem non obſtan. & faciunt bene no. per Archid. de reſcrip. c. cùm 2
aliquibus. libr. vj. & melius per Pau. de rebus eccle. non 3
alienan. ſi vna. glo. penul. in fin. Minor ex terminis quæſtionis non eſt, & coadiuuatur hoc: quia licet gratiam fa-
17 cere à gratia: procedat tamen poſt † quam gratia facta eſt, de iuſtitia eſt, ꝙ ſuum conſequatur effectum. Et eſt veriſimile ꝙ papa qui in hoc factum ſuum conſequitur, de reſcript. literis noſtris. ſic generaliter loquendo voluerit omne impedimentum tollere: tam præſens quàm futurum: vt ſic interpretemur rem valere potius quàm perire. de verbo. ſigni. c. abbate ſanè. cum concor. ibi allega. maximè quia ex naturali inclinatione quiſquis afficitur vt actus per eum inchoati debitum aſſequātur finem. de teſti. c. romana. lib. vj. cum ibi notatis & allegat. Coadiu 1
uatur etiam, quia cùm variatio ſit prohibita in omnibus, vt de renuntia. cùm illuſio. in clem. fortius in principe: cuius actus debent eſſe ſtabiles & manſuri. de regul. iur. decet. cum concord. lib. vj. ex quibus debemus coniecturare mentem principis. cùm enim prima gratia fuerit ſua. ex quo infertur veriſimiliter ipſum velle effectum habere: & ad illum finem impedimenta ex ſuis reſeruationibus prouenientia remouere per ſecūdam gratiam: nec eſt veriſimile ꝙ per ſecundam gratiam hoc non exprimentem voluerit tollere effectū illius gratiæ & eam reuocare. huic igitur menti coniecturatæ generalibus verbis conuenienti ſtemus: quia & ſi verba ſonare aliud 2
viderentur, quod tamen non faciunt in caſu noſtro. tamē
* Tamē &c. lege ſic & melius. Tamen mens verbis præferatur.
* mens verborum proferetur. de reſcript. c. cauſam quę. iunct. c. de verb. ſigni. cum intelligentia. cum ſimilibus. 3
maximè quia ſuppoſita efficacia gratiæ ex parte concedentis & illius cui eſt conceſſa. & natura impetrantis ſi ſolùm de qualitate rei incluſæ quęratur, attenditur tempus acceptationis & prouiſionis: vt patet in clem. de prę ben. ſi de beneficio. & notatur in clem. literis. ſuperius allegat. Sicut igitur ſi mandatur prouideri de curato vel ſacerdotali, ſufficeret ꝙ eſſet tali tempore prouiſionis: ſic ſi mandatur prouideri non obſtante reſeruatione, intelligitur pendente tempore prouiſionis: & iſtis videntur ſanè ſoluta contraria. Ad primum eſt ſolutum per ea quæ dixi. ſuprà ver. circa ſecundum punctum, vel poſſet dici ꝙ ſuppoſito ꝙ illæ clauſulæ eſſent adiectæ reſeruationi, dum fuerit facta per papam. adhuc dico ꝙ non reuocat gratiam ſecundam factam. B. ꝙ poſſit acceptare præbendam reſeruatam. nam * prima pars in qua dicit ſuę intentionis fuiſſe de illis per apoſtolicę ſedis prouidentiā. de re. iu. c. qui per aliū. li. vj. nec intelligitur ſaluis ordinatiōibus quas perātea fecit papa de preb. reſeruatis: q. a nō tollit: ſed pars in qua decernit irritū, & c. nō ob. hoc: quia nō reſpicit preterita vt reuocet facta legitimè. de fil. preſ. cùm ex tua. de reſt. ſpo. cū iudica. & in regula, fact. de reg. iur. li. vj. Tertia pars in qua ponit non obſtante & exprimit ꝙ non ob. gratiæ præcedentis ſub quacunque verborum forma, & c. non obſtat ꝙ aliud eſt feciſſe gratiam de canonicatibus ſub expectatiōe. & illæ ſub quacunque verborum forma conceptæ ſint, non obſtant. aliud eſt feciſſe gratiam de canonicatu ſub expactatione præbendæ etiam reſeruatæ, & iſti non derogatur per illam clementinam generalem. & notatur in ſimili in allega. c. dudum. ad finem de ſepul. in clemē. Ad ſecūdum ſolutum eſt vt ſuprà in ver. vt cauſa in hoc clarius videatur. Tertia tollitur per ea quæ dixi, vt ſuprà in ver. nec obſtat c. dudum. ſateor enim ꝙ papa non ſe ligauit, quin poſſit adhuc reſeruare. Sed reſeruationes quas faciet non præiudicabunt illi gratiæ precedenti, niſi hoc dicat expreſsè: nec quod ſit defectus ex parte poteſtatis principis. Sed quia præſumitur hoc feciſſe oblitus prioris gratiæ, & per conſequens non fuiſſe ſuæ intentionis per ſecūdum actum derogaſſe primo: nec in toto nec in parte. de re iudi. cùm olim. & alia ſuperius allegata.

* Nam prima pars &c. cùm hic nōnulla deſint, lege ſic. Nam prima pars in qua dicit ſuæ intentionis fuiſſe de illis per apoſtolicæ ſedis prouidentiā ordinariā, non obſtant: quia & ita fuerit ordinatū hīc per apoſtolicæ ſedis prouidentiam. de regul. iur. c. qui per aliū. &c.

SVMMARIVM.

Appellantis iuramento an ſtatur ſuper proſecutione appellantis ſuæ? & quid de impedimēto an illud per iuramentum probetur. h. d. per totum.

EPITOME.

1 *Statur iuramento procuratoris ſuper diligentia appellantis. & nume. 4.*

2 *Appellatio & eius perſecutio ſunt de actis cauſæ.*

3 *Impetratio iudicis ſuper conſecutione iudici inchoacti eſt de actis cauſæ.*

Deciſio 34. alias §. fin. dec. 32. immediatè precedentis.

SEd eſt circa iſtā cauſam aliud dubium. Cùm à ſententia lata per diſm Ceraugiffen. fuerit appellatum, & terminus decem dierum ad appellationē proſequendam, præfixus cōmiſsio verò non fuerit præſentata auditori in cauſa appellationis dato, niſi xxvij. die à die præfixionis termini: nec aliàs apparet quòd infra decem dies fuerit commiſsio tradita in cancellaria: nunquid eo ipſo appareat appellatio illa eſſe deſerta? Et iſtud non videtur dubium ꝙ ſic, per c. perſonis. de appellat. Sed cùm † procurator appellationis dicat ſe infra dictum decendium ſuam feciſſe diligentiam: nūquid ſtetur ſuper hoc iuramento ſuo. Aliqui allegant quòd ſic. de procuratori. ex inſinuatione. & de reſti. in inte. c. ex literis. & not. ibi per Ioā. And. & gl. iiij. q. fin. quiſquis. in fin. & lxxvij. di. c. tanta. Sed iſta non faciunt ad propoſitum. Nā multum refert dicere aliquē allegare ſe impeditum fuiſſe in proſequendo, & velle impedimētum probare per iuramentum. & tunc procedunt gloſæ ſuperius allegatę: aliud eſt allegare ſe fuiſſe debitè proſecutum: & cùm de hoc non conſtat, velle probare per iuramentum, & hìc eſt caſus noſter, de quo illę glo. non faciunt mentionē, vnde videtur non eſſe ſtandum iuramento. quia † cùm appellatio 2
& eius proſecutio ſint de actis cauſę: de hoc conſtare debet legitimis documētis. de prob. quoniā contra falſam. vnde † etiā impetratio iudicis ſuper cōſecutione iudicij 3
iā inchoatus eſt actus iudicialis: & per cōſequēs de actis. de reſcrip. ex parte decani. cum ſūo verò intellectu, quē ponunt ibi doct. & hoc credo indubitanter verū. Sed videndum eſt an alio modo poſsit iuuari iſte appellans. Nā habet aliquas præſumptiones quòd infra tēpus debitum fuerat proſecutus appellationem. Primò quia multi domini cardinales fuerant perantea auditores in cauſa: & multi qui conſulti elegerāt partē recuſabātur tanquàm ſuſpecti: & ideo dominus vicecancellarius cum magna deliberatione dabat partibus auditorē: vnde videtur melius * omnibus atten. ſi per xvij. dies fuerit cōmiſsio in cancellaria antequàm ſignaretur. præſumitur ergo ex natura negotij & circunſtantijs actus & breuitate tēporis fuiſſe tradita infra bonum tempus. de ſupplen. negli. præla. c. pen. & fin. facit quod not. Innocen. & Io. Andr. poſt eum de conceſ. præbend. quia cunctis poſt princip. Secūdò & iſta eſt fortior ratio: quia appellatus prius fuit proſecutus cauſam principalē per duas inſtātias, in quibus habuit cōtra ſe ſententiā: & nunquam dixit aliquid de illa deſertione, vnde nō eſt veriſimile attento magno dubio cauſę, & intricationibus multis, quòd ſi appellatus potuiſſet ſe iuuare de deſertione quæ eſt facilimæ expeditionis, quòd eam dimiſiſſet, & aggreſſus fuiſſet tam laborioſum & tam dubitabile certamen negotij principalis. Tertiò multùm facit ad hoc modicum præiudicium quod ex quo conſequitur: nam traditio cōmiſsionis in cancellaria eſt præambulum ſeu præparatorium proſecutionis inſtantiæ, & in iſtis minus plena probatio ſufficit. de teſti. veniens. & hoc not. ibi Abb. & Io. Andr. & etiam ſi circa hoc ſtetur probationi, non eſt magnum præiudicium partis cùm ſaluum remaneat ius, ſi quod habebat in principali & ipſius proſecutione, facit ad hoc quod nota. Inocentius de reſcriptis. capitul. præſenti. Quartò, quòd iam dominus vicecancellarius qui erat pro tempore, & omnes ſui officiales ſunt mortui, vel ita abſentes quòd neſcitur vbi ſunt: & ſic eſt impoſsibilis probatio aliàs quàm per iuramentum partis: quo

* Vnde videtur melius omnibus attētis &c. Lege ſic: Vnde non videtur minus omnibus attētis, ſi &c.

tis:quo casu sibi subueniendum est ne pereat veritas in facto principali. Ex quibus etiam de bona equitate videtur,ꝙ cùm etiam super principali præsumptione faciente,pro parte possit iudex sibi deferre iuramentum, vbi aliàs causæ natura non repugnat.de iureiurand.cap.
4 iuramentum.& de testi.c.romana.in fin.libr.vj. ꝙ † ex istis præsumptionibus posset etiam hîc deferri iuramentum procuratori prosequentis instantiam, attento maximè quòd procurator est satis honestus homo & boni nominis:& quod emolumentum causæ ad ipsum non pertinet:vnde non est præsumptio,ꝙ vellet pro beneficiando alterum deierare.

EPITOME.

1 *Beneficium vacat,vbi priuatur beneficiatus.*

Decisio 35. *aliàs* 86.

Vide suprà eo.tit.ubi,beneficium.

1 NOta † ꝙ vbi quis priuatur beneficio in loco vbi sit priuatio,videtur vacare beneficium: & non in loco vbi est situm beneficium:vt dicitur in simili in cap.cupientes.super verbo,priuatus.per Archidiaco. de electio.libr.vj.ad quod not.per eundem in cap. licet infrà de præbend.super verbo,apostolica.versicu. & si aliquis in curia litigat.licet aliud fit in electo confirmato in curia,per cuius confirmationem vacant prima beneficia:vt not.idem Archidiaco.in cap.commissa,super verbo,pacificam.de electio.libr.vj.& vide decisio. suprà.33. ita post terminum præfixum ad consecrandum: vt cap. cùm in cunctis.de electio.de quo.de for.competent.cap. postulasti.in antiqu.credo quod vbique vacat: sed non ꝙ currat tempus acceptare volenti,nisi ex quo vacatio non esset in loco:vt cap.cùm ei quem . de concess. præb. in clementi.aliàs scientia esset causa vacationis, quod non est.

EPITOME.

1 *Prouisio executoris de beneficio quod ignoratur vacare, valet: secus si non vacaret.*

Decisio 36. *aliàs* 172.

Suprà eod.tit. dec.22.

1 NOta † quòd vbi executor prouidet de beneficio reuera vacante,valet prouisio & acceptatio dicti beneficij:posito ꝙ acceptans & executor prouidens ignoret beneficium vacare:vt notat Ioan. monach. in c. si tibi absenti. de præbend.libro vj. quia acceptatio seu prouisio facta de incerto beneficio vacante de præsenti valet:posito ꝙ ignoret beneficium esse vacans, & ignoretur per cuius mortem vacat. secus esset si beneficium non vacaret:quia tunc incerta acceptatio non teneret. iuxta not.per Archidiaco.in cap.ne captandæ. de concess.præbend.libr.vj.Nec obstat cõtraria prædicta l. qui hæreditas.* ff.de acquirend.hæredita.nec lex, nec nos. C.de capt.quia loquitur in causa prophana,& in successione,quæ successio ius habet à prædecessore,secus est in proposito & in successione beneficij,in quo non requiritur illa solemnitas quæ requiritur in successione prophana:quia hæreditas prophana adiri nõ potest in diem vel sub conditione:vt l.actus.de regu.iu.secus est in prouisione beneficij: vt not. idem Ioan.monach.in asse. casi tibi absenti.lib.vj.

** l.qui heredi tatem. l. quidem in iure.*

EPITOME.

1 *Beneficium curatum per assecutionem simplicis requirentis continuam residentiam non vacat ipso iure*

Decisio 37. *aliàs* 184.

1 NOta † ꝙ habens beneficium curatum si cõsequitur aliud beneficium simplex non curatum, quod requirat residentiam personalem ipso iure non perdit primũ: quia c.de multa.est pœnale,& debet solùm in terminis suis teneri:vt in auten.vt lite.ma.& auię.§.fin.quia licet priuari possit beneficio quod possidet . nisi resideat per sententiam:non tamè ipso iure priuatur:vt notat Innoc. in c.fina.de cleric.non resi.super verbo,hoc tamen . licet in fin.illius c.videatur distinguere.& adde quod not. Archidiaco.in c.gratia.de rescript.libr.vj.& Collect.in eam te.de æta.& qualita. vide decisio.infrà de rer. permuta.nota.

EPITOME.

1 *Licentia facta in fine anni ab ordinario causa studij tenente ecclesiam curatam de non permonendo valet.*

2 *Permutare potest ecclesiam curatam clericus etiã in fine anni, licet se promoueri non fecerit.*

Decisio 38. *aliàs* 187.

1 NOta † quòd tenens ecclesiam curatam petens licentiam ab ordinario ꝙ non promoueatur causa studiorum infra tempus quò ad sacerdotium non poterat promoueri:quia erat prope finem anni, valet licentia: quia licet non possit promoueri ius habet in beneficio,donec annus fuisset elapsus:& sic habet locum opi. Archidiaco.in c.licet.super verbo,facere.de electio. lib. vj.& ista fuit communis opinio in rota.& pro hoc simi
2 liter est cõmunis opinio ꝙ iuxta † tale tempus valuisset permutatio, ꝙ infra annum habet ius in beneficio, nec est priuatus nisi annus fuisset elapsus:vt notant doctores in c.commissa.eodem tit.idem tenet Ioan.And.in Specula.titu.de rerum permuta.contrarium fuit nuper iudicatum in rota in duabus causis.vide decisio.vj.infrà de rerum permutatio.nota ꝙ non.

EPITOME.

1 *Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficiorum.*

Decisio 39. *aliàs* 766.

Vide suprà in no.de. 134. *in tit.de præben. Fel.in c.ad aures. de rescrip. Oldr.cõs.* 118. *Nicola. boëri in dec.su.*340 *incip . statutũ vel consuetudo.col. pen. circa finem.*

1 QVæritur † an quotidianæ distributiones vel similia quæ dantur præsentibus , debeant computari in valore præbendæ alicuius,vel alterius beneficij.Aliqui domini auditores sacri palatij tenent ꝙ debent computari,cùm dentur ratione præbendæ , vel alterius beneficij.& etiam dominus Oldra. in suis dictis: vt dicunt aliqui auditores.maior tamen pars prædictorum auditorum tenet contrarium ꝙ non computantur in valore prædictorum beneficiorum.pro dictis duabus opinio.facit c.super Spec.de magis.& c.vnic.de cler.non resi.arg.c.præsenti.de offi.ordi.lib.vj.

De Institutionibus.

EPITOME.

1 *Institutio facta de præsentato per patronum excommonicatum non valet.*

2 *Præsentatio patroni clerici habet vim electionis.*

3 *Patroni consensus ex post facto superueniens sufficit.*

Decisio 1. *aliàs* 527.

1 NOTA. † Patronus excommunicatus præsentat episcopo:& episcopus præsentatũ admisit & instituit.quęro nunquid valet institutio?& per cõsequens si alius impetrauerit illud beneficium à papa,si nõ fuerit alterius quæsitum debeat illud obtinere? Quidam dicebant ꝙ præsentatio fuit nulla ipso iure : & per consequens institutio episcopi ad secuta:ex quo refertur ad originem vitiosum. Aliqui distinguebant inter patronum clericum,& laicum dicentes:ꝙ præsentatio patroni clerici est nulla ipso iure:& per consequens institutio
2 episcopi ad eam secuta.quia † præsentatio patroni clerici habet vim electionis:vt in c.cùm autem.de iure patronatus.& ideo confirmatio seu institutio episcopi inde secuta ad electionem nullam ,erit nulla.tunc enim totalis dispositio non dependet à potestate episcopi : sed etiã à potestate patroni,cuius præsentatio non valebat: & ideo actus cùm sit factus partim in persona inhabili,scilicet à patrono inhabili, non potuit pro illa parte , valere. facit decre.cùm super.* de offic.deleg.secus esset si esset facta à patrono laico:quia tunc secundum aliquos valeret præsentatio,cùm sit de iure sui patroni,& eius ratione sibi quodammodo competat.cuius administratio in extraiudicialibus sibi excommunicato non est interdicta:sicut contrahere,vel alia quæ sunt facti exercere argumen.nota.per Innocen.de dolo & contum.& per Archidiaco.in cap.pia.de exceptio.libro vj. Vel secundum alios,licet quia est annexum ius spiritualibus præsentatio sit nulla,etiam facta à patrono laico:& ita dicebant fuisse determinatum per plures in palatio : tamen quia ipse parum vel nihil iuris habet circa dispositionem beneficij,nisi de quadam gratia,iuxta notata per Hostien. in dict.c.quoniam.de iure patrona.totalis dispositio potius censetur dependere à potestate episcopi:& per con-

** Cùm super Add.not.in c. dilectus.eo.ti. fi.de of.deleg.*

sequens institutio episcopi tanquam sola plenè ius in beneficio tribuens potius erat attendenda. Alij autem simpliciter in vtroque dicebant idem: & tenebant simpliciter institutionem ipsam tenere: non obstat ℣ patronus esset excommunicatus, etiam si esset patronus clericus vel laicus. quia ex quo patronus concessit episcopo, nec se opponit eius institutioni: totalis dispositio per quã ius in beneficio quæritur censetur ab episcopo pendere, & 3 ad eum pertinere: cùm † etiam si exposť facto patronus consentiret adhuc sufficeret. argument. de iure patronatus. & c. suggestum. & not. Hostien. in summa. de iure patron. §. fina. circa fin. & ideo cùm patronus absolutus non contradixit: sicut etiam nec contradicere potuit, ne variaret: quia saltem in eius præiudicium præsentatio teneret: ne sit melior conditio eius excommunicati quàm si non esset: videtur ℣ institutio episcopi teneat. Item licet ad patronum & episcopum simul: licet iure diuerso censeatur dispositio beneficij pertinere, vt videtur ℣ patrono excommunicato totaliter potestas ad episcopum deuoluatur: ne beneficia diu vacent: & quia ipse omnes defectus subditorum supplere debet. vnde facit in simili extra ne sede vacante. c. j. libr. vj. & præsertim cùm ipse ibi expressè consentit, nec cõtradicit: licet forsan sibi contradiceret: puta quia episcopus vellet alium instituere recusando præsentatum suum prætextu excommunicationis suæ præsentationis posset instituere ℣ patrono excommunicato non curret tempus præsentandi. argumen. c. quia diuersitatis. de concess. præbend. & licet opinio ista mihi & quibusdam alijs magis placeret: tamen plures & maiores fuerunt in contraria opinione, scilicet ℣ præsentatio à patrono clerico excommunicato facta, & institutio episcopi ad eam secuta, nõ valeret. vide decisionem. ij. infrà de iure patronat. nota quòd patronus.

De Concessione præbendarum.

EPITOME.

1 *Beneficium vnitum vel commendatum nõ dicitur vacare per cessationem commendæ.*

Decisio 1. *alias* 27.

1 NOTA † ℣ vbi beneficium est in commenda: tale beneficium non dicitur vacare ad hoc quòd currat tempus illis ad quod spectat collatio: vt nota. in capitu. nemo. de election. lib. vj. Idem est de beneficio quod dicitur de mensa seu vnitum mensæ: vt notatur per Ioan. Andr. in c. quia regulares. super verbo: de mensâ. de supplend. negligen. præla. & c. frequens. super verbo, ad mensam. de excess. præla. in clemen. de quâ materia vide per Archidiaco. & Ioan. Andr. in glo. & melius per Inno. in c. constitutus. de accusa. & Hostien. in c. dudum. ij. de elect.

EPITOME.

1 *c. susceptum. de rescrip. lib. vj. non vendicat sibi locum in acceptationibus expectantium.*

2 *Acceptatio est subexecutio gratiæ.*

3 *Acceptans beneficium credens vacare per mortem, cùm reuera aliàs vacet, non præiudicat suæ gratiæ.*

Decisio 2. *alias* 97.

1 NOta † ℣ c. susceptum. de rescript. libr. vj. non habet locum in acceptatione beneficij crediti vacare per mortem quod vacans aliàs nec propter annullabitur acceptatio: quia licet annulletur gratia per dictum c. non
2 tamen est. sic in acceptatione: quia † est quædam qualitas seu subexecutio gratiæ, & subsequens gratiam: vt dicitur in simili. ℣ posito ℣ substantia legati non possit poni in alterius arbitrio: vt l. captatorias. tamen qualitas seu electio bene potest: vt vnum ex familia. §. rogo. ff.
3 de lega. ij. & l. cùm quid. eod. titu. nam † acceptatio tendit ad executionem gratię: ideo non mirum si erretur in modo vacationis: si non impediatur acceptatio, cùm in corpore beneficij non erretur: vt l. cùm in corpus. de acquiren. re. domi. iunct. l. ij. §. si à furioso. de vsucapio. pro empt. & vide infrà dec. 356. & 413. & 582.

EPITOME.

1 *Gratia ad collationem decani & capituli communiter vel diuisim non habet locum ad collationem singulorum canonicorum: secus de gratia ad collationem capituli communiter vel diuisim.*

Decisio 3. *aliàs* III.

1 NOta † quòd vbi aliquis est expectãs ad collationem decani & capituli communiter vel diuisim, in tali gratia non veniunt beneficia pertinẽtia ad collationem singularum personarum: quia satis potest operari gratia in pertibus beneficijs ad capitulum seu decanum: secus autem esset si solùm esset gratia ad collationem capituli communiter vel diuisim, quia tunc haberet locum cap. mandatum. de præben. lib. vj. cum ibi no. per Ioan. And.

EPITOME.

1 *Gratia ad collationem decani & capituli communiter vel diuisim habet locum in beneficijs consuetis conferri per ebdomadarios.*

Decisio 4. *aliàs* 119.

1 NOta † quòd vbi aliquis est impetrans ad collationẽ decani & capituli communiter vel diuisim, si ex statuto ecclesiæ ebdomadarij in sua septimana beneficium quod vacabit habebant conferre: istud beneficium videtur cõtineri sub gratia apostolica, quia isti ebdomadarij videntur conferre iure capituli. Item quia isti ebdomadarij cùm mutentur de septimana in septimanã videntur incerti, & collatio eorum est incerta: quia non magis pertinet ad vnum quàm ad alium, nisi inquantum cadit beneficium in septimana, & sic non videtur quòd propriè pertineat ad ebdomadarium. argu. l. sæpe. §. j. & fin. de annu. leg. iunct. l. quæsitum. §. si quis eadem. ff. de fun. instruct. & quia ad tempus illi ebdomadarij habent conferre propriè beneficium: non videtur pertinere ad eos, sed magis ad capitulum. argumen. l. ex testamento. ff. de hære. instit. iunct. l. quæsitum. in princ. de legat. iij. & sic intelligo c. mandatum. de præben. lib. vj.

EPITOME.

1 *Acceptans vbi notoriè constat quòd ius non habet in beneficio: nõ debet expectare declarationem super hoc: sed potest aliud beneficium acceptare.*

Decisio 5. *aliàs* 142.

1 NOta † quòd vbi est notorium quòd ille qui acceptauit beneficium, & fecit sibi prouideri, non habet ius in beneficio quod acceptauit: non est necesse expectare sententiam super declaratione non sui iuris: imo potest beneficium aliud acceptare, in quo habet ius: vt not. Archid. in c. ne captandæ. de concess. præben. glo. fin. libr. vj.

EPITOME.

1 *Expectanti ad collationem episcopi simpliciter, prouideri potest de beneficio & præbenda cathedrali.*

Decisio 6. *aliàs* 213.

1 NOta † quòd vbi est aliquis expectãs ad collationem episcopi simpliciter: in isto casu potest prouideri impetranti etiam de beneficio quòd vacabit in ecclesia cathedrali, & de præbenda cathedrali, nec in isto casu habet locum c. quamuis. de præben. lib. vj. quia c. quamuis. est restringendum & debet teneri in terminis suis. scilicet, quando verba posita. in c. quamuis. inseruntur in gratia impetrantis. hoc not. Io. And. in nouel. c. quamuis.

EPITOME.

1 *Receptus primò à capitulo ex pluribus nominatis à rege & regina præfertur alteri.*

Decisio 7. *aliàs* 224.

1 NOta † quòd in casu quo papa fecit gratiã regi & reginæ quòd certos nominaret in certis ecclesijs, & postea declarauit quòd non volebat nisi per vnicam collationem quamlibet ecclesiam onerare, si diuersũ nominentur ad ecclesiam: ille erit potior qui primò erit receptus per capitulum, quia in dubio debet attendi qui primò habet possessionem seu primò est receptus, seu admissus. argumen. l. qui pluribus. de legat. j. & capit. duobus. de rescrip. lib. vj. iunct. c. super eo. de appellationi. in antiquis. & capit. si à sede. de præbend. facit institut. de inter. §. commodum.

Glo. si. & ibi. Io. And. in c. cum multis. de rescriti. vj. Old. cõ. 274. & aliquid doctr. an can. teris. de off. ordi. delega. Gem. cõsi. 103. Staph. in tract. de lite. gr. & iusti. fol. ex. versic. nec est necesse. & per Old. sub eod. tit. consi. 307. Supra in ad. decis.

EPITO

EPITOME.

1 *Impeditus purificare gratiam suam per ordinariũ: si post mensem purificat, retrotrahitur purificatio.*

Decisio 8. *alias* 225.

Supra de resc. 1 decis. 35.

NOta † quòd vbi aliquis est impetratus per ordinarium ad purificandum gratiam suam: si postea purificasset post mensem, habetur gratia pro purificata infra mẽsem: quia retrotrahitur purificatio, ex quo non stetit per impetrantem: quia quòd per me non stat, &c. licet aliqui voluerint dicere quòd ex quo gratia non purificata, & stetit per ordinarium: impetrans debet habere recursum ad ordinarium, per quem stetit. in c. pastoralis. de iure patro. quia factum iudicis non debet nocere. Non obst. c. pastoralis. quia ibi non habet tantum ius præsentans quantum impetrans habet: quia per gratiam impetrantis manus ordinarij sunt ligatæ: nec ordinarius purificata gratia habet aliquod ius in beneficij collatione licet in præsentatione patroni ordinario reseruetur collatio: ideo non mirum si semper teneat: vt in c. pastoralis. collatio ordinarij, licet præsentatus habeat recursum cõtra ordinarium: secus proposito: quia exquo stat per ordinarium debet haberi gratia pro purificata. vide decis. 35. suprà de rescript.

EPITOME.

1 *Beneficia reseruata sedi apostolicæ habens authoritatem conferendi, potest generaliter & specialiter reseruata præterquam vacantia in curia per obitum conferre.*

2 *Priuilegium principis latissimè est contra ipsum interpretandum.*

3 *Papa vbi non distinguit. nec nos distinguere debemus.*

Decisio 9. *alias* 462.

Vide suprà in no. dec. 97. habens potestatem de præb.

1 NOta † quòd habens potestatem conferendi authoritate apostolica beneficia sedi apostolicæ reseruata: potest nedum specialiter: sed generaliter reseruata conferre vacantibus in curia per obitum duntaxat exceptis quia illa non veniunt sub generali concessione. de præb.

2 c. ij. lib. vj. Ratio quia † priuilegium principis latissimè est interpretandum contra ipsum. de verb. signifi. olim.

3 de donati. cùm dilectus. & vbi † papa non distinguit nec nos distinguere debemus. ij. q. v. consuluisti. de translati. capitu. j. de maiorit. & obedien. solite. de coniug. lepro. quoniam. cum similibus. dominus Aegidius & Petrus Gasconis contra.

SVMMARIVM.

Taxa quę erat tempore vacationis attenditur, & non tempore datæ

EPITOME.

1 *Tempus datæ, an acceptationis attendi debeat?*

2 *Gratiæ effectus cedit dies tempore acceptationis seu prouisionis.*

3 *Tempus futurum attenditur, vbi verba gratiæ diriguntur ad tempus prouisionis.*

4 *Impetrans ad beneficium curatum: si beneficium non curatum tempore datæ efficiatur curatum tempore prouisionis, an potuerit illud acceptare?*

5 *Tempus conditionis debet attendi in conditionibus.*

6 *Tempus vacationis vel prouisionis fiendæ attendi debet.*

7 *Legatario tempore mortis acquiritur dominium rei legatæ.*

8 *Tempus datæ non semper attenditur.*

9 *Initium vbi dat esse rei perfectũ: tunc inspicitur magis quam finis.*

10 *Finis vbi dat esse perfectum actui qui geritur, & omnia antecedentia ordinantur ad finem: tunc magis inspicitur finis quam initium.*

11 *Literæ in forma pauperum non sunt ambitiosæ: imò potius de iustitia.*

Decisio 10. *alias* 857.

VRbanus papa quintus post multas gratias, tam in forma pauperum, quam in speciali diuersis clericis beneficiandi factas vsque ad certas summas in partibus Galiganis, & in certis prouincijs & diœcesibus moderauit taxas beneficiorum: volens propter eorum paupertatem quòd de cætero media taxa antiquæ taxæ haberetur pro integra taxa: & omnes taxationes decimarum & aliæ de cætero taxa integra censeretur: Postea vacantibus quibusdam beneficijs impetrantes præsertim in forma pauperũ volunt acceptare beneficia secundum taxam moderatam: dicentes tunc tempore acceptationis ea cadere infra summam literarum suarum. Opponitur eis per ordinarium, & per alios impetrãtes in forma speciali habentes maiorem summam, quòd beneficia illa non cadunt sub gratia sua: & tempore datæ literarũ seu gratiarum excedebant summam inspecta antiqua summa seu taxa, quæ tunc nondum fuerat moderata. Quæritur † an tempus debeat attendi datæ quo beneficia illa non cadebant sub gratia pauperum: quia excedebant summam secundum taxam quę tunc erat: an tempus vacationis & acceptationis & prouisionis fiendæ: quo secundum moderationem factam bene possunt cadere sub gratia? Et videtur quod debet attendi tempus datæ. arg. extra de rescrip. eam te. & c. constitutus. pro hoc videtur text. in c. si eo tempore. de rescri. lib. vj. & in clemen. literas. e. ti. Item quia attendi debet initium. ff. de verb. obli. l. si filius. cum concord. facit de elect. dudum. j. cum not. super verb. electionis tẽpore. Item quia papa in illa moderatione dixit verbum de cætero quasi non voluerit ad præterita dictam moderationem extendere. argu. de postu. præla. c. perpetuò. cum ibi not. superverbo, de cætero lib. vj. maximè quia ex hoc præiudicaretur alijs impetrantibus in forma speciali habentibus maiorẽ summam quàm postquam pauperes habuerant suas gretias, quibus ista beneficia quæ à tanto tempore datæ eis debuerant, amodo non debebuntur, si pauperibus debeantur: & non est verisimile quod papa voluerit eis derogare. de rescri. quamuis. lib. vj. ff. ne quid in lo. publi. l. ij. §. si quis à principe. & §. meritò. Item pro hoc: quia gratiæ ad beneficia sunt restringendæ tanquam ambitiosæ. de præb. quamuis. In oppositum videtur quòd † attendi debeat tempus acceptationis seu prouisionis: quia tunc cedit dies effectus gratiæ. argu. ff. de fund. instruct. l. penul. pro hac parte videtur text. ff. de op. leg. l. si. præsertim. quia † verba gratiæ diriguntur ad tempus prouisionis, & ipsi prouisioni: & sic ad tempus futurum. ergo illud inspici debet. facit ad hoc. ff. de lega. iij. nuper. ver. planè. de conditi. & demon. filia. §. si. de fideiuss. si debitori. §. si filius. & ff. mãda. si verò non remunerandi. §. si filio. pro ista parte alle. in speciali c. ei cui. de præb. libr. vj. & cle. si de beneficio. e. ti. Pro hoc etiam. quia † si impetrans ad beneficium curatum & beneficium non curatum tempore datæ gratię efficiatur curatum tempore acceptationis vel fiendę prouisionis veniet sub gratia: vt no. Io. and. & cæteri docto. in dict. cle. literas. de rescrip. vel etiam econuerso, si impetraui ad non curatum, & curatum tempore datæ efficiatur non curatum, non veniet sub gratia: vt ibi not. pro ista parte videtur Guliel. de monte Laud. in dict. clemẽ. in fi. & Io. and. in Spe. in ti. de concess. præb. & hanc partem tenet etiam Oldra. in quæst. suis. Io. and. alleg. pro ista parte in speciali. ff. de re iudi. si kalendis. ff. de verb. obliga. si in diem. Item quia conditionem habet gratia: maximè in forma pauperum: imò & quælibet gratia expectatiua. ff. qui & à quibus l. iij. de opt. leg. l. cùm ita. de lega. ij. verum ex familia. circa princi. In † conditionibus autem tempus conditionis debet attendi. ff. de conditio. & demon. eo qui post apertum. ff. de alle. præstan. l. interuenit. ff. de lega. iij. l. deportati. in princ. de lega. ij. non oportet. Item si quod beneficium excedẽs summam vel taxam tempore datæ: sed postea exinanitum seu diminutum nõ cadat sub gratia: quia põderandum sit tempus datæ eadem ratione dicendum esset, quòd beneficium tenue & inclusum sub gratia tempore datæ valde ditatum tempore vacationis debebitur impetranti. licet tunc concedat quòd contra uerba & mentem scribentis esse videtur: propter quod tenendum videtur in forma pauperum quòd tale beneficium ditatum & excedens summam in illa forma taxatam, licet tempore datę fuisset tenue nullo modo debetur. Ratio est, quia taxatio nõ adiungitur beneficio: sed mandatur prouideri de beneficio secundum suæ probitatis merita competentia, si inuentus fuerit vitæ laudabilis & conuersationis honestæ: vt in clemen. cùm ei quem. de concessi. præbend. de offi. delega. capitu. j. postea autem post longum interuallum ponitur prohibitio quæ aperte respicit tempus prou-

tionis,sed dicendum est econuerso quòd beneficium locuplex valdè exinanitum & vltra summã taxatam reductum,licet sibi de illo prouidebitur eadé ratione,quia inhibitio,& taxatio tẽpore prouisionis faciendæ adiungitur,pro ista parte allegat Oldr. quòd † debeat attendi
6 tempus vacationis & fiendæ prouisionis, quia tunc plenum ius in beneficio per prouisionẽ acquiritur:vt extrà de concess.præben.c.fi.li.vj. & ideo illud tempus attendi
7 debet : sicut in legatario † vbi tẽpore mortis dominium rei legatæ acquiritur legatario : vt l. à Titio.ff. de furt. inspicitur tempus mortis.vt d.l.interuenit.de ali.præst. ad quod l.si pro dote.in eod.tit.de lega.iij.Item quia beneficium est redactum ad minorem rationẽ valoris,cessat ratio prohibitionis factæ in gratia,igitur cessat prohibitio.arg.l.adigere.§.quãuis.ff.de iure pat.nec obst.vt dicit dictus Old.si obijceres de regula Cathoniana.quia illa locum habet in re purè legata, nos autẽ loquimur in dispositione seu gratia speciali conditionali seu in diem: & ideo illa regula hîc non vẽdicat sibi locum: vt regula de regula Catho.l.iij.§.pen.Non obstant rationes in op-
8 positum factę:nec iura primo non obstan.quòd † attenditur tempus datæ:quia non est verum semper, nec quo ad omnia:imò interdum attenduntur alia tẽpora. super quo vide Io.And.in nouel.c.dilectus.ij.de præben.in gl. & Gul.de mõte Laud.in cle.literas.de rescri.Sed quoniã præsens propositum tangit,possum dicere quòd si in dispositionibus & rescriptis vel gratijs purè attendendum sit tempus datæ:non tamen in cõditionalibus:imò tempus conditionis saltem quantum ad qualitatem rei deducendæ in dispositione:vt d.c.ei cui.de præben.libr.vj. & cle.si de beneficio. maximè cùm verba gratiæ futurũ tempus respiciunt:vt hîc: ibi respiciũt tempus prouisionis:vt supra dictum est. Non obstat c.si eo tempore,quia secundùm Oldra. ibi persona erat inhabilis : & sic cum gratia fuerit surreptitia, & per consequens nulla,ex superuenienti casu cõfirmari non potuit: vt in regula,non firmatur.Nam circa habilitatem personæ impetrãtis bene inspicitur initium: vt in d.capit.dudum.ij. de electio. Non obst.c.literas.de rescri.in cle.vt ibi no.per Io.And.
9 & alios doctores.Non obst. quòd † attendimus initium: quia non est verum semper:imò interdum finẽ:vt in iuribus quæ ad aliam partẽ huius brocardi allegantur,sed quãtum ad propositum loquimur quòd vbi initium dat esse perfectum actui,qui geritur, & est causa necessaria omnium quæ sequuntur:tunc inspicitur magis initium quàm finis:vt l.iij.§.Seio.ff.de mino. & alijs corcord.ad
10 hanc partem alleg.vbi autem † finis dat esse perfectum actui,qui geritur, & omnia antecedentia ordinantur ad finem:tunc magis inspicitur finis quam initium: vt hîc, vbi per gratiam non datur esse perfectum : sed per prouisionem subsequẽdam, ad quam tota gratia ordinatur: & ideo tempus prouisionis attẽditur,maximè,quia ante tempus prouisionis verba prohibitionis de beneficio excedente summam expressè dirigantur, sic loqui possunt iura quæ ad hanc partem brocardi postea allegantur, & alia iura ad hoc supra alleg.non obstãte l. vxorem.§.testamento.quia ibi erant verba præsens tempus denotantia,cùm dicat testator ex seruis meis,& eodem modo respondetur.ad l.si ita.de auro & argen.legat. vbi dicebat vestem meam,hîc verò sunt verba denotantia futurum tempus supra faciẽdę prouisionis,& ita non obstat.Item non obstat quod dicitur de intentione papæ , quia dico quòd intentio papæ se referebat ad tempus prouisionis, quod patet,quia prohibitioni quam facit circa prouisionem adijcit summam : & ideo illud tẽpus verbi cui adijcitur attenditur.argum.ff.de noxa.l. in delictis.§. si extraneus.bene facit ad hoc quod not.Ioan.Andr.in clem. cùm ei quem.circa princip.de concessio.præbend.super verbo,infra mensem. ibi nõ credo quòd sit clausula &c. Item non est eis perpetuum præiudicium, quia alia cadentia sub suis gratijs in forma speciali cõcessis ipsi poterunt impetrare:vel ista eadem si contingerent ea nulli alteri deberi cùm iteratò vocabunt non obstante quòd
11 gratiæ sũæ sunt restringendæ tanquam ambitiosæ,quia † in forma pauperum non sunt ambitiosæ : imò potius de iustitia,& ideo cum filo canapis bullantur.de præbẽ. cum secundum apostolum. Vel dico etiam si loquimur de gratijs in forma speciali , quòd hæc ampliatio sit de mente concedentis , qui expressè verba sua prohibitiua dirigit prouisori,& ad tẽpus prouisionis:nec est propriè ampliatio gratiæ , sed in suis debitis terminis seruata forma literarum loquentium de prouisione pauperi faciendæ de beneficio competenti secundum suæ probitatis merita obseruatio, qui propter moderationem taxæ subsecutam non claudatur tempore faciendæ prouisionis sub prohibitione quæ fiebat de beneficijs excedentibus summam ibi comprehensam.& ita non obstat.

EPITOME.

1 *Opinio Ioan.And.in c.duobus.de rescri.lib.vj.tanquam fauorabilis pauperibus seruatur in curia.*

Decisio 11. aliàs 495.

Suprà in no. de resc.dec.4.

1 NOta † quòd domini voluerunt quod opi.Ioan. And. posita in capitul.duobus.de rescrip.libro sexto.super gloss.fin.in nouel.tanquam fauorabilis pauperibus, imò secundum aliquos tanquam iuridica propter clausulas non obstante in gratijs pauperum positas de cætero seruaretur.

EPITOME.

1 *Decretum ex falsa causa emanatum non afficit beneficium.*

Decisio 12. aliàs 39.

Rom.cõs.335. circa princ. col.ij.vide De. in cap. vt nostrũ.in princ. de appel. contrarium tamen.

NOta ꝙ vbi papa prouidet alicui falsã allegata causã de beneficio ad quod aliquis erat expectans authoritate apostolica , quòd si non valet prouisio papæ , expectans potest tale beneficium acceptare , & sibi facere
1 prouideri, quia † decretum latum ex falsa causa non afficit beneficium.argumen.l.iij.§.impuberum.ad Carbo. iunct.l.sicut. de ope.libe. maximè quia talis impetrans veniebat authoritate apostolica.& sic nõ obst.quod not. Innocen.in capitu.inter dilectos.de excess.prælato.non obst.capit.vt nostrum.de appellatio.& capit. pastoralis. §.præterea.de offic.deleg. licet aliqui velint dicere contrarium, quia licet quantum ad impetrantem gratia sit nulla tamen non quantum ad papam qui manum apposuit,& videtur reuocasse omnem gratiam prius quãtum ad istud beneficium:posito quòd gratia secunda facta sit surreptitia.argumen.l. si transferam. de adim.leg. & l. planè.in princip.de leg.j. Primum credo verius.per cap. ex parte.de offic.deleg.& extrà de præbend.cap.cùm de beneficio.valet prouideri.hæc opin. vera est vt dominus Vrbanus declarauit.& ista fuit ad vitam suam, quòd ab alio conferri non potest.

EPITOME.

1 *Acceptio in dubio præsumitur infra mensem fuisse facta.*
2 *Confirmatio electionis vbi probatur fuisse legitimè facta, præsumitur electionem legitimè præcessisse.*
3 *Tempus vbi est de substantia alicuius actus,oportet quòd probetur.*

Decisio 13. aliàs 94.

Suprà in no. eod.tit.3.

1 NOta † quòd vbi aliquis acceptauit beneficium : & non apparet quòd acceptauerit infra mẽsem:præsumitur in dubio quòd acceptatio fuerit facta infra tempus legitimum , & infra mensem:quia præsumptio est quòd quilibet voluerit sibi acquirere. argumen. l.si defunctus.C.arbitr.tutel.iunct.l.cùm de indebito.ff. de probationi.quia ex quo acceptatio est facta , præsumitur quod infra tempus debitum sit facta:vt dicitur in
2 simili quòd sufficit † probare confirmationem electionis legitimè factam , etiam si nihil de legitimitate electionis constaret, quia non præsumitur quòd confirmatio fiat: nisi præcedat legitima electio: vt not. Innocen. in capit.quia cunctis.de concessio.præbend.super verbo, altera. & ibi videtur gloss.de hoc cum dicit , & tempus competens , & sic in proposito præsumitur quòd acceptatio sit facta infra tempus legitimum: ex quo constat de acceptatione.& istud tenet Rota, licet videatur quòd
3 vbi † tempus est de substantia alicuius actus : oportet probare tempus , & concordare de tempore. not. Inno. in capitul.qualiter.super verbo, famam. de accusationi. etiam quia non præsumitur solennitas nisi probetur : vt l. quocunque . in fine.ff. de public. modo licet in acceptatione requiratur tempus : tamen acceptatio quandoque potest esse sine illo tempore limitato : vt si vacatio non

rio non fuerit nota. & sic non videtur mensis semper de essentia acceptationis: vt sic nõ præsumatur inesse nisi probetur.argumẽ.iuri.alleg.& ad hoc facit quod not. Compost.in cap.cùm dilectus.de elect.vbi dicit,quòd appellans oportet quòd probet appellasse infra decem dies: aliàs non præsumeretur appellasse: vt ibi per eum. vide deci.xxiij.suprà de proba.

EPITOME.

1 *Expectantes post mesem à tempore vacationis, non possunt beneficium acceptare,etiam si adhuc vacet.*

Decisio 14. *alias* 192.

* *Post mẽsem Contrariũ tenet deci.33.infra isto titu.*

1 NOta † quòd expectans post mensem * à tempore vacationis non potest beneficium acceptare: licet vacet,& sit res integra: & sic habet locum quod not.Io.and.in c.cùm ei quem. de concess.præben. in cle. & non habet locum quod not.Archi.in c.dudum.de præben.lib.vj.

EPITOME.

1 *Acceptans beneficium,si contra ipsum feratur sententia à qua non appellat,potest beneficium secundum acceptare.*

Decisio 15. *alias* 234.

1 NOta † quòd vbi aliquis acceptat beneficium vigore gratiæ suæ:si sententia per executorem feratur contra eum:quia pronuntiatur dictum acceptantem ius non habere,licet non appellet à sententia executoris contra eum lata potest acceptare secundum beneficium vacans quia sufficit quòd sententia sit lata contra eum sine culpa:& sententia eum excusat,licet non appellet.argum.l. propter.§.fina.ff.ad Sillan.iun.l.ij.de act.rei vendi.

EPITOME.

1 *Expectans ad collationem capituli,potest acceptare beneficium quod hebdomadarius conferre solet.*

Decisio 16. *alias* 259.

Suprà eo. tit. deci.4.

1 NOta † quòd expectans ad collationem capituli potest acceptare beneficia quæ per hebdomadariũ ecclesiæ conferuntur ex statuto vel cõsuetudine vel voluntate capituli. Et est ratio.quia isti hebdomadarij mutantur de septimana in septimanam ita quòd nihil videretur habere in collatione,sed capitulum.argu.l.quęsitum §.si quis.de fundo instruct.& sic habet locum c.mandatum. de præben.li.vj.quia vbi legatur hebdomadario ecclesiæ,ipsi ecclesię videtur legasse.ff.de an.lega.l.annua.

EPITOME.

1 *Expectans in forma pauperum potest ante purificationem gratiæ acceptare, si per eum non stetit quo minus gratia purificaretur.*

2 *Interesse non cadit in beneficialibus.*

Decisio 17. *aliàs* 395.

1 NOta † si impetrans in forma pauperum facit diligentiam quam potuit, vt gratiam purificet: licet purificatio non fiat, dummodo per eum nõ staret: sed per executorem quò minus &c.potest acceptare infra mensem.& si postea cõstiterit de sua habilitate:valebit acceptatio:& nulla est collatio alteri facta infra mensem post dictam acceptationem & ante purificationem per ordinarium.per regulam.quod per me non stat,&c. & not.per Pau.& Gen.& alios in clem.cùm ei quem.de concess.præben.præterea hoc impedimentum est irreparabile per superiorem,cui nil mandatur:nec fieri posset per ipsum huiusmodi purificatio.ergo cessat recursus.de quo in c.pastoralis.de iure patr.nec potest dici ad interesse:quia † in beneficialibus non cadit æstimatio seu interesse:vt not.Inno.in c.quærelam.de elect. vide decisi. xxxv.suprà de rescrip.& decis.xxvj.infrà isto tit.

2

EPITOME.

1 *Expectans ad primum vacaturum in ecclesia potest acceptare beneficium ad cuiuscunque collationem institutionem siue elect.pertinens in ipsa ecclesia.*

Decisio 18. *aliàs* 411.

1 NOta † habens gratiam de beneficio si quod vacat, vel cùm vacauerit in certa ecclesia,& duxerit acceptãdum: potest acceptare beneficiũ ad cuiuscunq; collationem,institutionem vel electionem pertinens in ipsa ecclesia non obstante quòd non haberet ad collationem episcopi,præpositi,decani &c.quia potest papa adijcere formam in gratijs & priuilegijs suis quam vult.& quando non exprimit aliquem modum, venit omnis modus prout legitur & notatur de præben. cùm in illis. lib.vj. & in cle.vnic.eodem tit.& ibi glo.

EPITOME.

1 *Impetrans licet acceptet beneficium vacans per obitum C.quod tamen vacauit per obitum B. nihilominus tenet acceptatio.*

2 *Acceptatio est quædam declaratio voluntatis: & tendit ad executionem gratiæ.*

Decisio 19. *alias* 413.

1 NOta impetrans † licet acceptet beneficium vacans per obitum C.idem tamen vacauit per obitum B. nihilominus tamen valet acceptatio, licet non valeat prouisio secũdum aliquos. Ratio,quia potius debemus hîc considerare vacationem quam vacationis modum: præsertim si acceptauit beneficium in loco certo: puta ecclesiam talis villæ, vel præbendam talem, vel sic vocatam:tunc enim satis per has qualitates &circunstãtias tales constat de corpore beneficij acceptati: licet erratum sit in persona. Constat enim quod beneficium sic vacans in tali loco siue ecclesia voluit acceptare: & ibi pro tunc nullum aliud vacauit.ergo argumen.l.certum. ff.si certum petatur.& de testi.capitu. licet ex quadam. faciunt notata per Ioa.mona.in capitu. si tibi absenti.de præben.lib.vj.& ibi plenè per eum. Nec obstat.c. susceptum.de rescript.libr.vj.quod non habet locum in accetatione † quæ est quædam declaratio voluntatis:& tendit ad executionem gratiæ:& ideo nõ mirum si erretur in modo vacationis, quod nõ impediatur acceptatio dũmodo sequatur vera & effectualis prouisio, quæ dat ius in rem.de concess.præben.c.fi.li.vj.vide decis.xliij.suprà de rescript.

2

EPITOME.

1 *Expectans cui per papam fuit facta gratia de canonicatu alicuius ecclesia,cũ præbenda & præstimonijs:si qua vacabãt vel cum vacare contigerit:an poterit acceptare præbendam vacantem,& dimittere præstimonia: vt post modum alterius canonici decedentis præstimonia acceptare possit?*

2 *Gratiam suam quis diuidere non potest.*

Decisio 20. *alias* 416.

1 NOta papa † fecit gratiam Titio de canonicatu talis ecclesiæ:præbendã verò ipsius ecclesię ac præstimonia,si qua vacant ad præsens,vel dũ vacabũt per mortem vnius canonici cedentis vel decedentis, vel cum ea vacare contigerit sibi contulit, vel dispositioni suæ reseruauit:quæ infra vnius mensis spatium duxerit acceptada.Moritur vnus canonicus obtinens vnam prębendam & quædam præstimonia iste expectans acceptauit præbendã & dimittit præstimonia illius:alius tamẽ expectans sequens in data qui acceptauit præbendã ac præstimonia alterius secundò decedentis, dicit quòd primus amodo non potest obtinere præstimonia ista: quia imputetur sibi quare non recepit præstimonia primò decedentis,sicut eius prębendam acceptauit:& quòd non † potest diuidere gratiam suam. Nec valet accepta re præbendam vnius canonici & præstimonia alterius: imò oportet qvnius eiusdemque canonici præstimonia & præbendam recipiat.propter verba illa, vnius canonici.pro quo etiam scilicet quod nõ posset diuidere gratiã factam.ff.de conditio.& demonstra.si cui.de lega.ij.neminem.Pro primo facit.quia illa verba coniũcta diuiduntur in duas disiunctas argumen.l.filio.§.fina. præsertim quia posset cõtingere quòd moreretur vnus canonicus prębendatus non habens præstimonia, alterius postea decedentis acceptare poterit.ergo non videtur papa intellexisse in sensu cõposito,vel vnito:sed potius in sensu diuiso.Item illa verba,ecclesiæ referuntur ad præbendam,& illa,vnius canonici,referuntur ad præstimonia, si enim in gratia nihil fuisset dictum de præstimonijs: non fuissent appolita illa verba, vnius canonici &c. sed simpliciter fuisset dictũ prębendã si quæ vacat,&c.ergo cùm plures sint gratiæ,scilicet vna de prębendis ipsius ecclesię:& alia de præstimonijs vnius canonici cedentis, vel decedentis. argumen. l. scire debemus. ff.de verbor. obligati.ergo illa verba quæ statim sequuntur, quæ duceret acceptanda,cùm sint plures numero diuidantur in

suas singularitates ad quas referuntur per illã dictionem relatiuam,quæ:vt sit sensus sibi factam gratiam de prębend.ipsius ecclesiæ quam duceret acceptandam. argu. l.filio.§.fina. Et hoc credo verum.

EPITOME.

1 *Acceptatio primi in data licet reddatur inutilis : attamen præstat impedimentum secundo.*

2 *Collatio ordinarij facta infra mensem expectanti datum an sit valida, si appareat expectantem non acceptasse infra mensem.*

3 *Decretum omne habet tacitam conditionem in se, si in cuius fauorem est interpositum, vti voluerit.*

4 *Negligentia notabilis quæ dicatur erit arbitrarium.*

Decisio 21. aliàs 422.

Staph.in tra. de lite. gra. & iusti. fol. 109.vers.tertiò expirat.

NOta primus † & secundus in data acceptauerunt infra mensem vnam ecclesiã, post vnum vel duos menses secundus fecit sibi prouideri, sed primus non:imò antequam primus sibi faceret prouideri,superuenit reuocatio papæ, quæritur an secundus habeat ius? Et videtur quod sic,quia acceptatio primi redditur inutilis & ineffectualis propter reuocatoriam, ergo nõ videtur quòd præstare possit impedimentum secũdo,quia non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum.Contrarium fuit determinatũ. per c.quondã. de prębend.lib.vj.acceptatio enim primi cũ à principio tenuisset,fecit vt decretum positum in literis suis omnia facta pro secundo irritarentur,& pro ista parte scilicet, quòd acceptatio ex quo semel fuit valida,licet postea efficiatur inutilis,præstet impedimentum,faciunt iura allegata in quæstione quam posuit Io. Andr.de regul.iur. non præstat.in mercurialib.pro ista parte optimè potest induci.ff.de libe.& posthu.l.si post.in prin.& per eundẽ modum l.si post habere dicitur.in prin.& vide hîc quæstionem quæ incipit. Cùm ad collationẽ cuiusdam epi- 2
scopi.Sed quid † erit si prior in data nunquam acceptauit:an prouisio secundo facta infra mensem primi erit nulla?Et idem quęri potest de collatione ordinarij facta infra mensem primi,si post non acceptat, & licet Paul. teneat quod sit nulla:vt notatur.in cle. cùm ei quem.dic quòd imò valet,per rationes Io.mo. de prębẽ.statutum. lib.vj.Et quia gratia primi est conditionalis, si acceptauerit infra mensem, conditio deficit, ergo non impedit ordinarium vel secundum in data.Item omne decretum

Ruinus cõsil. 93.supra eod. tit.8. volu.3.

habet † tacitam conditionem scilicet,si is in cuius fauorem est interpositũ eo vti voluerit.ff.de lega.j.l.seruum. in princ.& notat Ioan.mo.in d.c.statutum.de prębend. & hoc est verum, nisi tunc cùm secundus sibi fecit prouideri primo posset notabiliter negligentia imputari, quia tũc cùm propterea primus sit exclusus : vt in c.tibi qui.in fin.de rescrip.& in c.si clericus de præben.lib.vj. 4
secundus posset sibi facere prouideri: sed † quãdo debet notabilis negligentia puniri, hoc est in arbitrio iudicis attentis circunstantijs attendendis, cùm non sit tempus à iure statutum.Dicitur tamen communiter quòd executor secundi vel ordinarij potest monere primum, vt faciat sibi prouideri:& ad hoc sibi præfigere tẽpus competens,quod hoc faciat: alioquin ipsi etiã poterunt prouidere:vt argumen.in simili extrà de resti. spoliato.frequens.§.solet.ff.de hære.instit.si quis instituatur.in prin.

EPITOME.

1 *Acceptatio nulla ex post facto non conualescit.*

2 *Impetrans quamdiu præcedit eum primus in data, non potest facere sibi prouideri.*

Decisio 22. aliàs 52.

1 NOta † quòd vbi sunt duo expectãtes sub diuersis datis cum potestate acceptandi etiam beneficia reseruata : si secundus in data infra mensem debitum primò in data acceptauit beneficium : non valet sua acceptatio nec prouisio, dum tamen primus in gratia postmodum infra mensem acceptauerit:licet habuerit eam pro derelicta intantum quòd si papa cõferat beneficium vacans tanquam reseruatum, collatio papæ præfertur & præualet acceptationi secundi impetrantis.Et potest esse ra-
2 tio,quia † secundus impetrãs quamdiu prędecedebat eum primus impetrans, non potuit sibi facere prouideri: nec acceptatio sua fuit efficax,ergo posito quod primus obmiserit gratiã: actus qui fuit inualidus ex post facto non conualescit.argumen.l.si seruus.ff.qui & à quib.l.j.§.illud.ff.quorum leg.ad quod facit not.per Ioan.monac.in capit.statutum.de præbend.libro sexto.ad quod capitul. penulti.cum ibi not.& per Ioan.And. eod.titu.de leg.j. l.planè.in prin.licet aliqui teneant contrarium.ad quod l.si cùm optio.de ope.libe.& l.si hęres.de manu.vindict. per quas leges ego solus tenui istam partem:licet decretum pro primo appositum videatur multum obstare: vt capitul.penulti.alleg. & vide omninò infrà decisio.295. & 422.& 450. & vide omninò Collect. in c.ecclesia.q. quid si tu primus in data,&c.de sortileg.

EPITOME.

1 *Clausula consueta poni in confirmationibus, dummodo ex ordine debeatur beneficium,non intelligitur tantum de ordine datæ,sed acceptationis.*

Decisio 23. aliàs 502.

1 NOta † quòd clausula consueta poni in confirmationibus,dummodò ex ordine debeatur beneficiũ, non intelligitur tantùm de ordine datæ, sed acceptationis: quia tunc primo beneficium est debitum: vt in capit.j.de concess.prębend.libr.vj.

EPITOME.

1 *Prouisio in qua narratur canonicè prius prouisum fuisse, est surreptitia.*

Decisio 24. aliàs 532.

1 PRimo † & secundo in data acceptantibus vnum beneficium reseruatum, aliàs tamen cadens sub eorum gratijs: secundus in data obtinet gratiam, per quam narrat in literis eius quòd si aliàs non obstetisset reseruatio fuisset eidem canonicè prouisum , & tanquam de reseruato prouidetur,vel mandatur prouideri, si nõ fuerit alteri ius quæsitum:quęritur an hæc gratia sit surreptitia propter hoc,quia non erat sibi aliàs canonicè prouisum, licet quidam dicerent quòd non: ex eo quòd papa non considerat illam canonicam prouisionem,sed reseruationem quæ impediebat vtrunque: scilicet, prouisionem tam primi quàm secũdi:nec etiam executor primi potuit ligare manus secundi:quia ipse eas habebat ligatas, propter decretum reseruationis: tamen maior pars tenuit pro primo , quia est verisimile quòd potius fuerit papa motus ex eo : quia æstimabat cùm aliàs canonicè obtinuisset:quod tamen non fecerat, etiam si reseruatio non obstetisset propter primum cuius decretum ligauit manus sui executoris. vide quod not. Innoc. in capitul.dudum.de electionibus.super verbo , canonicè.in principio.

EPITOME.

1 *Prouisio facta postquam papa apposuit manus ei qui acceptauerat prius,vel postea acceptauit,non valet.*

2 *Collatio facta per ordinarium infra mensem datum expectanti, etiam quod papa mandauerit dictam collationem confirmari:si tamen alteri ius nõ fuisset quæsitum: non valet nec tenet.*

3 *Mandatum de prouidendo, an liget manus habentis potestatem conferendi.*

4 *Beneficium dicitur affectum per appositionem manus papæ.*

Decisio 25. aliàs 536.

Aeneas de falco. in tract. reser. in 4.p. princ. in fi. & effectu vers. & per idem.

1 INfra mensem † expectanctis & ante ipsius acceptationem ordinarius de facto contulit cuidam beneficium vacans & cadens in gratia expectantis: sed † ad
2 illius cui ordinarius contulit supplicationem papa mandauit certis iudicibus quòd illam collationem ordinariam authoritate apostolica confirmarent: si à die datæ præsentium non esset alteri ius quæsitum , tandem ante confirmationem per ipsos iudices factam expectans acceptauit,& sibi obtinuit prouideri: postea verò dicti iudices dictam collationem ordinariam confirmauerunt, quæritur an talis confirmatio teneat: vel an dictus expectans, cui ante confirmationem prouisum extiterat, post mandatum tamen de confirmando à papa emanatum fuerit ius quæsitum? Et videtur quòd confirmatio teneat: & quòd prouisio expectantis postquam papa apposuit manus mandando confirmari collationem ordinarij non tenuit, quia per talem manus appositionem totum negotium videtur ad se aduocasse: & si executori expe

cutori expectantis manus & cuiuslibet alterius inferioris fuerint ligatæ. argumentum capitul. vt nostrum. de
3 appellationibus. licet in oppositum videtur: quia † per solum mandatum de prouidendo non ligentur manus cuiuscunq; habentis potestatem conferendi quò minus prouisio per eum facta teneat & valeat per decre. quia cunctis.§.ex parte.ver.non sic.& versic.similiter.de concessi.præbend.libr.vj. nisi papa expressè beneficium suę dispositioni reseruaret, vel decretum in tali mãdato adiunxisset:vel aliàs expressè suam voluntatem insinuasset vt dicto cap.quia cunctis.talibus iudicibus quibus mandabatur tale beneficium reseruando suæ dispositioni vel interdicendo: vt ibidem cum ibi not. per Archidiaco.in versic.similiter.super verbo,exprimatur.& super verbo, insinuent. eod.titu. si soli. & facit de præbend.dilectus. versic.clericus.quod concordat cum capitu.inter cætera eod.titu. Et sic responderi potest ad rationem in oppositum:quia papa non aliter videtur ad se aduocare negotium,nec manus apponere:nisi exprimat quod nullus alius possit disponere: puta reseruando vel decernendo, non valere &c. per præmissa: nisi velles tenendo primã partem dicere quòd similiter mandando prouideri, vel etiam disponendo de certo beneficio vacante videatur manus apponere,etiam si non reseruet vel decernat. Et responderi posset ad iura proximè allegata,quòd omnia loquuntur vbi papa mandat prouideri de beneficio vacaturo,vbi non est verisimile quòd per solum mandatum incontinentivelit manus ordinarij ligare:nec aliquod beneficium afficere, etiam si de certo beneficio vacaturo hoc mandet.puta de tali,nominando illud primum vacaturum:sed non bene video quare non sit eadem ratio diuersitatis in vacante quàm in vacaturo, cùm venit casus vacationis. quia eadem ratio: quare secundam credo de iure veriorem, & sic prouisio expectantis erit potior:&
4 confirmatio † non valebit:ex quo prius expectanti fuerit ius quæsitum,audiui tamen quòd cancellaria: vt prędicta iura tollerentur,& vt gratia papę possit indubitater sortiri effectum, per solam manus papæ appositionẽ eo ipso quòd signat supplicationem, seu prouideat siue mandet prouideri,vel aliàs disponat de vacanti vel vacaturo certo vel incerto adeo vult esse affectũ beneficium, & ligatas manus inferioris quòd semper durat reseruatio cum decreto à die datę signationis factæ per papam. & tunc per illas clausulas reseruationis & decreti, negotium est clarum. veruntamen cùm gratia sit de incerto beneficio vacaturo: vtputa quod duxerit acceptandum: dat decretum incertum, & super incerto, quod demùm ligat cùm deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem iuxta capi.dudùm.de præbend. libr.vj.§. considerantes.nisi apponeret certum tempus: puta mensem, vt hodie communiter fit de stilo cancellariæ: quia tunc infra tempus etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum,vt mensis appositio in aliquo operetur.vt in clemen.cùm ei quem. de concessio. præbend.vide decisio. xlvij.infrà isto tit.

EPITOME.

1 *Acceptatio pauperis facta de beneficio vacante ante purificationem gratiæ factã infra mẽsem,an valeat.h.d. Vel sic secundum antiquam lecturam post purificationem pauperis requiritur noua acceptatio.*

2 *Datio libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio,valet in euentum in quem ille non optetur.*

3 *Prouisio tribuit ius in re.*

4 *Acceptatio tribuit ius ad rem.*

5 *Papa vbi mãdat aliquid studiosè:tunc ordo literæ est seruãdus.*

Decisio 26. aliàs 544.

1 AN † acceptatio pauperis facta de beneficio vacante si de iure sibi debeatur,ante purificationem gratiæ,etiam si purificauerit infra mensem valeat. vel an sit opus quòd post purificationẽ gratiæ infra mensem nouiter accepter. Et videtur quòd valeat: quia non est nisi declaratio voluntatis:& ideo cùm eam non mutauerit.sed persistat in eadem sibi proficiat:dum tamen infra mensem purificetur conditio. pro hoc bene facit decre.cum in cunctis.& c.ne captandæ. vbi hodie alia forma est propter adiectionem mẽsis. antequam vacet quis
2 secundum formam illam potest acceptare primum vacaturum vel secundum ex causa, & tamen ante vacationem poterit:dici gratia sua conditionalis, scilicet si eo viuo vacaret beneficium.argumen.l.homines.iij.respon so.de conditio. & demonstra. & sicut ibi ante euentum conditionis facta acceptatio valet in euentum conditionis:ergo sic.pro hoc.ff.de opti.leg.l.si cum optio.vbi da-
2 tio † libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio,valet in euentum quo ille non optetur:nec est opus q; remoueatur datio libertatis per eundem modum.facit l.legatarius.§.j.ff.de lega.j.& conditio quæ ponitur in literis pauperum,potius dirigitur ad prouisionem & eius effectum quàm ad acceptationem. Item pro hoc benefacit de secund.tabu.l.ij.§.si sub condi tione:vbi petitio possessionis bonorum secundum tabulas facta ante aduentũ conditionis valet in euentum.pro hoc bene facit.ff.de testa. mili. fraudẽ.§. testamentum. ff.de leg.iij.l.si filius.ibi,si durauerit voluntas.ff. de offi. proconsũ.l.legis obseruare.§.fina.versic. sed si ante.ff.de dona.l.quoties.§ j.de solu.sub conditione. In oppositum verò quòd non valeat ante purificationem gratiæ nisi postea infra mensem renouetur verbo vel signo vel facto ex quo postea appareat de eius animo. argumen.ad hoc ff.de adopt.leg.l.optione legata.& de lega.j.l. Iulij contrarius.ff.quorum leg.l.j.§.quod ait prætor.ff.ad Treb. l.sed sententia.ibi cum dicit,si ratam habeat à contrario sensu.pro hoc secund.tabu. qui ex liberis.§. testamento. versꝰ.planè.ff.de testa.l. Tribunus. pro hac parte videtur tex.ff.de acq.hęre.l.is qui hæres.ff.& l.is põt& l.extraneus.in prin.& l.hæres.institutus.ff.rem ra.habe.l.bonorum.& pro hoc etiam bene facit: quia acceptatio est facta per verbum præsentis temporis,si de iure sibi debeatur.& constat quòd ante purificationem sibi de iure non debebatur,cùm ante aduentum conditionis non sit debitum;sed spes in debitũ iri.arg.l.cedere diem.ff.de verb. sig.quare non debet esse maioris efficacię acceptatio quã prouisio,vt patet: quia imò prouisio debet esse fortioris
3 efficacię cùm † per eam tribuatur ius in re,& † per acce
4 ptationẽ non.sed ad rem.de concess.præb.ca.fi.lib.vj.Constat autem quòd prouisio facta ante purificationem gratiæ non valeret:quia esset facta cõtra ordinem literæ & mentem papæ, qui studiosè primò ponit de purificatione conditionis,& demùm de prouisione.ergo &c. argu.
5 eorum quę habentur de rescrip.cùm dilecta.cum ibi no. per Hostien.qui ibi no.quòd † vbi papa mandat aliquid studiosè,quòd tunc ordo literæ est seruandus.vide decisi. 117.& Collect.in capi.ex quæstione.de resti.spol. & decisi.395.

EPITOME.

1 *Acceptatio non tribuit ius vt oporteat de ea fieri mentionem à tertio prouiso à papa.*

Decisio 27. aliàs 622.

SI aliquis † acceptat aliquam præbendam de qua non est sibi facta prouisio per suum executorem: si papa conferat illam ,præbẽdam sic vacantẽ alteri,dicendo etiã si alteri non est ius quęsitum,talis acceptatio non no
1 cet gratiæ papæ alteri factæ: secus si ordinarius confert alteri talem præbendam.iuxta cap.cùm ei quem.de cõcessi.præbend.in clementi.& ita seruat sacrũ palatium.

EPITOME.

1 *C.si hi contra quos.impedit executionem gratiarum expectatiuarum.*

2 *Expectantes an impediantur in executione gratiarũ suarum propter c.si hi contra quos.*

3 *Impetrans qui acceptauit beneficium vacans per mortem Titij an admitti debeat ad prosecutionem causæ cum Sempronio collitigante superstite.*

Decisio 28. aliàs 588.

1 VTrum c.si † hi contra quos. vt lit.penden. libr.vj. impediat executionem gratiarum apostolicarum quo minus expectantibus acceptantibus beneficia-litigiosa tanquam vacantia per obitum litigantium,qui lite penden.mortui sunt,valeat prouideri:an habeat expectare donec ad instantiam litigantium superstitum li
2 generalitatem † illius capitu.cùm dicit,nullatenus licet

contrarium facere videbatur, quòd ſuper illo verbo no. Archi. à contrario ſenſu, cùm tales executores non cenſeantur de ſe conferre: ſed potius neceſsitati iuri alieno:
3 vt ibi dixi, benè tamẽ † crederem tales impetrantes acceptantes admittendos ad proſecutionẽ cauſæ tanquam illos quorum intereſt per illius. c. fina. niſi ſuperueniſſet reuocatio, per quam tollerentur gratiæ eorum quibus nondum extiterat ius quæſitum in re: prout ſuperuenerat in caſu quæſtionis vbi prætendebatur impetrantem, cui licet de facto per executorem ſuũ lite pendente fuerat prouiſum & excluſum per reuocatoriam, quia illa prouiſio executoris propter prohibitionem dicti c. ſi hi contra. non valebat, & ſic per eam in beneficio non fuerat ius quæſitum: & ſic vnus alius qui poſt reuocatoriam & litem finitam impetrauerat, ſi nõ eſſet tunc alteri ius quæſitum, fuit potior reputatus. vide deciſ. xvij. ſuprà de reſtitutione ſpoliatorum.

EPITOME.

1 *Acceptatio præſumitur facta infra menſem.*

Deciſio 29. *aliàs* 629.

1 SI aliquis † eſt primus expectans in aliqua gratia beneficij: & ipſe dicit ſe acceptaſſe infra menſem: ſecũdus expectans dat obiectiuè, ſeu dicit quòd non acceptauit infra menſem ſine aliqua probatione, niſi ſecundus expectans probet clarè & legitimè quòd non acceptauerit infra menſem à tempore notæ vacationis non auditur. & ita etiam ſeruat Rota do. audit. ſacri palatij.

EPITOME.

1 *Acceptatio pauperis ante purificationem gratiæ, quæ non purificatur infra menſem non valet: ſecus ſi gratia eſſet in forma, dignum arbitramur.*

Deciſio 30. *aliàs* 760.

1 SCiendum † quòd ſi aliquis in forma pauperum acceptat beneficium vacans infra menſem gratia ſua non purificata, nec etiam purificauit infra menſem: dicitur quòd talis acceptatio non valet, ſecundum quod tenent doct. in c. cùm ei quem. de conceſ. præbend. in cle. ſecus autem ſi gratia eſſet facta in communi ſub forma, dignum arbitramur, quia tunc acceptatio infra mẽſem valet: licet gratia eius non eſſet purificata propter virtutem dictæ gratiæ ſiue clauſularum politarum in dicta gratia, dignum arbitramur. & ita ſeruat Rota.

EPITOME.

1 *Epiſcopus habens ex priuilegio nominare vnum canonicum in qualibet eccleſia: ſi ſemel nominauerit aliquem, licet poſſeſſionem non fuerit conſecutus, non poterit alium nominare.*

2 *Electio ſola immediatè non tribuit ius in dignitatibus electiuis: ſecus eſt in ſimplicibus beneficijs.*

Deciſio 31. *aliàs* 35.

1 NOta † ꝙ vbi habet epiſcopus ex priuilegio ſeu ex conſuetudine quòd poſsit in creatione ſua noua nominare vnũ canonicum in qualibet eccleſia collegiata: ex quo ſemel vnum nominauit, & nominatus gratiã acceptauit poſito quòd nominatus poſſeſsionem nõ fuerit adeptus pacificam, epiſcopus nõ poteſt alium nominare. argu. l. apud Aufidium. de optio. lega. & quod not. Arch. in c. cum in multis. ſuper verbo, exprimat. in princ. & c. gratia. in fin. de reſcrip. lib. vj. licet faciat contra c. ſi electio, de elect. lib. vj. & quod not. Archid. in c. ſi compromiſſarius. ſuperver. officio ſui. Sed nõ obſt. c. ſi elect. quia
2 ibi † ex ſola electione immediatè in dignitatibus electiuis non attribuitur ius: ſecus eſt in ſimplicibus beneficijs: vt in cap. ſi tibi abſenti. de præbend. cum ibi not. per doctos. in vj. pro prima parte faciunt not. per Innoc. in c. cùm Bertoldus. ſuper verbo, ipſum. de re iudic.

EPITOME.

1 *Gratia facta ad beneficia in curia vacantia extenditur ad deuoluta.*

2 *Beneficium deuolutum an videatur propriè vacare in curia.*

3 *Gratia facta alicui in præiudicium concedentis non eſt ambitioſa, ſed eſt extendenda.*

Deciſio 32. *aliàs* 301.

1 NOta † quòd vbi epiſcopo eſt facta gratia ꝙ beneficia ſuę diœceſis vacantia in curia romana poſsit cõferre: beneficia deuoluta ſecundum aliquos includit: vt c.
2 porrò. de priuil. ſed † beneficium deuolutum nõ videtur propriè in curia vacare. quod probatur, quia de beneficijs vacantibus in curia romana non poteſt quis prouidere, ſine ſpeciali mandato papæ: vt c. licet. de præben. libr. vj. ſi de beneficio. cod. tit. in cle. & quia licet collatio pertineat ad papam: tamẽ beneficium videtur vacare in partibus vbi prius vacauit, licet aliqui contra. quia beneficium videtur vacare & in partibus & in curia. arg. l. *. j. C. vbi de poſ. agi oportet. Item † gratia facta epiſcopo
3 in præiudiciũ concedentis non eſt ambitioſa, ſed eſt extendenda: vt c. tua. de verb. ſig. & c. dudum. cum ibi not. per Io. And. de præben. lib. vj. ſuper verbo, beneficia.

* L. j. *Illa lex patrum facit ad hanc deciſ. vt clarè patere poſſit ipſam intuenti.*

EPITOME.

1 *Epiſcopus poſt quam commiſit alicui vt conferat certum beneficium vacans non poteſt variare.*

Deciſio 33. *aliàs* 316.

1 NOtat glo. Io. And. in nouel. c. præſenti. de offi. del. li. vj. quod † vbi epiſcopus cõmittit Titio vt prouideat Petro de vacanti beneficio: ſi dictus Petrus idoneus reperiatur, ſi antequam dictus Titius prouideat Petro: dictus epiſcopus conferat dictum beneficium non valet collatio: nec epiſcopus poteſt variare. ad quod facit not. per Innocen. in c. in cauſis. ſuper verbo, cùm res. de electio. l. ſancimus. C. de dona. quia non videtur ſimplex mandatum: imò videtur talis qualis donatio ſeu conceſsio facta in Titium vt conferre poſsit beneficium in caſu in quo dictus Petrus idoneus reperiatur.

EPITOME.

1 *Beneficium vacans re integra etiam poſt menſem an poſsit acceptari?*

Deciſio 34. *aliàs* 34.

1 NOta † quòd vbi impetrans nõ acceptauit infra menſem beneficium quòd vacabat: elapſo menſe vacans adhuc beneficium poteſt acceptare: ſecus ſi beneficium eſſet alteri collatum. de quo die vt per Archi. in c. dudũ. de præbẽ. licet contrarium. no. Io. And. in c. j. ſuper verbo, infra menſem. de conceſ. præbẽ. in cle. & iſta vltima opin. approbatur prima quæſtione reprobata ſuperiore. ſed primum tenet Pau. in alleg. cle. cùm ei quẽ. & in cle. ſi iuxta. ſed executor nõ poterit prouidere ſibi niſi infra menſem acceptet propter formam literarum. vide deci. 192. quæ videtur tenere contrarium iſtius deciſionis.

Staphi. de lit. gra. & infil. fol. 93. ver. v. non omittendum.

EPITOME.

1 *Expectans ad collationem decani & capituli eccleſiæ cathedralis poteſt acceptare beneficia vacantia in ea.*

Deciſio 35. *aliàs* 112.

1 NOta † quòd vbi aliquis eſt expectãs ad collationem decani & capituli eccleſiæ cathedralis: talis expectans poteſt acceptare beneficium vacans in eccleſia cathedrali. nec iſto caſu habet locum c. quamuis. de præbẽ. libr. vj. ad quod not. in c. gratia. in princip. vbi dicit contra. per Archid. de reſcript. & c. ſi motu. ſuper verbo, beneficium. de præben. lib. vj.

EPITOME.

1 *Conſuetudo eccleſiæ in qua eſt certus numerus canonicorum vel præbendarum, diſponens quod habens dignitatem ſine præbenda non poſsit acceptare primam præbendam vacaturam, non valet.*

Deciſio 36. *aliàs* 113.

1 NOta † quòd non valet conſuetudo in præiudicium impetrantium apoſtolicorum, quæ eſt in eccleſia in qua eſt certus numerus canonicorum vel præbẽdarum, quòd habens dignitatem ſine præbenda non poſsit acceptare primam præbendam vacaturam, quia ſi talis conſuetudo valeret: tunc per talem ligarentur manus papæ quod non eſt dicendum. pro quo vide not. per Guliel. in c. inferior. xxj. diſtin. Nec obſt. capit. cùm in eccleſia. de præbend. libr. vj. quia ibi erat certa præbenda, quæ debebatur epiſcopo futuro.

EPITOME.

1 *Ordinarij conferre poſſunt beneficia vacantia ante purificationem gratiæ in communi forma pauperum.*

Deciſio 37. *aliàs* 117.

1 NOta ſecundum aliquos vbi † eſt facta gratia in forma communi cum menſis appoſitione: ſi antequam purificet gratiã, vacet beneficium: poteſt cõferri per ordinariũ. & eſt ratio, quia gratia non eſt purificata quantum ad

Vide ſupr. de præ. dec. 240. no. quod vbi. & ſupr. eod.

ti.in no. deci. 17 fuit dubitatum.

tum ad impetrantem:nec videtur vacare beneficium si ea purificata vacat in fauorem impetrantis. Alij contra. quia ex quo mensis est appositus infra mensem ordinarius non potest ordinare vt sit purificata gratia, & conditio videatur retro purificata: vt l. potior.C.qui pot.in pign.hab.sic intelligitur capitu. cùm ei quem.§.secùs.de concess.præbend.in clementi.& vide infrà decis. 240.& 444.& 450.

EPITOME.

1 *Iudex recusari potest, si propalauit intentionem suam, dicendo aliquem non habere ius.*

Decisio 38. *aliàs* 256.

1 NOta † quòd eoipso quòd quis manifestauit seu propalauit intentionem suam dicendo quòd talis non habet ius in causa:potest vt suspectus recusari.not.Inno. in c.irrefragabili.de offi.ordi.

EPITOME.

1 *Impetrans debet facere mentionem de gratia priori sibi facta in forma pauperum: alioquin secunda eius gratia reputabitur surreptitia.*

Decisio 39. *aliàs* 414.

1 NOta † si habens gratiam in forma pauperum impetret aliquod vacans beneficium offerens se dimissurum prædictam gratiam in forma pauperum, priusquàm pacificè possessionem dicti beneficij vacantis fuerit assecutus,& antequam possessionem huiusmodi beneficij pacificam habeat, impetrat aliâ gratiam iterum de alio beneficio vacante faciendo mentionem de secunda gratia & non de prima, scilicet quam habuit in forma pauperum. Fuit conclusum per omnes hanc vltimam gratiam fuisse & esse surreptitiam : pro eo quòd non fecit mentionem de sua prima gratia quæ adhuc mansit in suo robore: nec erat extincta ante huiusmodi assecutionem beneficij secundi per eum impetrati,& possibile foret ipsum non assequi:& sic semper primam gratiam obtinebit: & vigore gratiæ illius aliquod beneficium cadens in gratia sua poterit acceptare : & quia de illa non fecit mentionem:vt extra de rescript.in nostra. & capitu.si proponente.& cap.ad audientiam.& de præbend.si motu proprio.libr.vj. vide decisionem xxvij.suprà de rescript.

EPITOME.

1 *Gratiæ in forma pauperum & in speciali reputantur pares.*

2 *Gratia specialis præbendam afficit: generalis verò non nisi purificata.*

Decisio 40. *aliàs* 463.

1 NOta † quòd gratiæ in forma pauperum & speciali in qua licet exprimatur maior summa, & clausula non obstãte si pro alio &c. dummodo ad eandem collationem reputantur pares.& ideo si fuerunt in data concurrentes qui alium præuenit in præsentando literas,erit potior postea in beneficio vacante, iuxta secundum rescriptum.cap.duobus.de rescrip.li.vj. Non obstat ca.ex parte.ad quod respondet prout respondit Io. and.& Paul.& Gen. in clemen.cùm ei quem.de concess. præben.& sic dicitur tenuisse Oldra. in quæstionib. suis dicens se vidisse multas sentẽtias latas pro paupere in palatio apostolico. In hanc sententiam declinat dominus Viuarien.dominus Aegid.Velonien.propter no.Io.An.
2 in cap.si motu proprio. & † quia specialis gratia afficit præbendam,vt in capi.ei cui.de præbend.lib.vj. generalis verò non ante purificationem.de concess.præben.cùm ei quem.in clemen.

EPITOME.

1 *Clausula generalis derogatoria quæ hodie apponitur in literis apostolicis derogat statutis ecclesiarum requirentibus sacerdotium.*

2 *Clausulæ derogatoriæ non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris, quod beneficium non conferatur nisi sacerdotio in actu.*

Decisio 41. *aliàs* 466.

* *Clausulas generales. Ad de quòd clausula consueta apponi per pa*

1 NOta † quòd statuta ecclesiarũ actu sacerdotium requirẽtia per clausulas * generales derogatorias in literis papalibus positas sublata vel saltem dilatata censentur:ita quòd impetrantes apostolici possunt huiusmodi beneficia acceptare,licet non sint in sacerdotio constituti:dummodò sint ætate tali, quòd in proximis quatuor temporibus possint ad sacerdotium promoueri.iuxta no.per Io.And.in c.si pro clericis pauperibus. de præb.li.vj.& per Io.And.in c.ei cui.c.ti.licet Archi. ibidem & in capitu. cum aliquibus. de rescript. videatur tenere contrarium.& hoc satis innouunt verba in dictis non obstan.posita si bene inspiciatur.Clauſ.† tamen
2 prædictæ non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in suo testamento,ꝙhuiusmodi beneficium cõferatur nisi actu sacerdoti:quia sicut papa non vult præiudicare in præsentatione:ita nec in tollendo ordinationẽ vel vltimam voluntatem earundem.& pro hoc vide glos.in clemen.vt hi qui.de æta.& qualita.

pã in gratijs suis, scilicet non obstan. in cõtrarium facientibus. derogat statutis generalibus aspicientibus ad omnia beneficia ecclesiastica. vide Fel.in c.nonnulli.de rescript. versi. octaua conclusio. Staphi.de lit. gratiæ & iusti. fol.99.versic. post prædicta. & decis. j. de rescrip.in no.

EPITOME.

1 *Expectans primus in data si medio iuramento pactus sit secundo quòd nunquam beneficium cadens sub gratia sua acceptabit, donec secundus obtinuerit beneficium, an secundus sit potior in beneficio vacanti, quod vterq; acceptauit, infra mensem.*

2 *Iuri de futuro pacto renuntiari potest.*

Decisio 42. *aliàs* 832.

1 PRimus in † data medio iuramento facit pactum cum secundo, quòd nunquam beneficium cadens sub gratia sua acceptabit, donec secundus qui impetrauit ad eandem collationem obtinuerit beneficium in gratia sua.& si cõtingeret acceptare beneficium,quod secundus vellet acceptare:ex nunc prout ex tunc renuntiat iuri ex tali acceptatione seu prouisione ex eo secuta sibi competenti : quæritur an si postea vacans beneficium cadens sub eorum gratia quilibet acceptet infra mensem:& postea quilibet sibi faciat prouideri: secũdus sit potior,sic quòd obstent priori pactum & renuntiatio
2 quam fecit? Quidam dixerunt quod sic. quia † per pactum etiam iuri futuro * renuntiari potest licet non per simplicem repudiationem.C. de pact.l.j. Alij quòd non quia ex quo primus acceptat infra mẽsem decretum in literis appositum sortiretur vires:& irritum erit & inane quicquid per secundum vel eius executorẽ fuerit attentatum.c.cùm ei quem.de concess.præben.in cle. non fuit quæstio determinata:sed mota in consilio.

** Iuri futuro An & qualiter iuri de futuro renũtietur, vide per Nico. Mil. in suo repert. in verb. renuntiari non pot.*

EPITOME.

1 *Acceptatio primi in data, si propter reuocationem superuenientem ante prouisionem sibi factam reddatur inefficax, an conualidetur acceptatio & prouisio secundi in data factæ ante reuocationem?*

Decisio 43. *aliàs* 833.

1 PRimus † & secundus in data acceptauerunt infra mensem vnam ecclesiam. post vnum vel duos mẽses secundus fecit prouideri : sed primus non: imò antequàm primus faceret sibi prouideri, superuenit reuocatio.quæritur an secundus habeat ius? Et videtur quòd sic quia acceptatio primi redditur inutilis & ineffectualis propter reuocationem.ergo non videtur quòd præstare possit impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.Contrarium fuit determinatum per cap.quondã. de præbend.lib.vj.

EPITOME.

1 *Beneficium semel taxatum per habentem potestatem semper sic durat taxatum.*

Decisio 44. *aliàs* 66.

1 NOta † quòd vbi beneficium est semel taxatum per illos qui potestatem taxandi habẽt: ex tali taxatione beneficium videtur taxatum:nisi aliquis actus interueniat contrarius taxationi. Et posito quòd per multos annos stetit quòd decima pro illo beneficio soluta non fuerit nisi pro illa vice,pro qua fuit taxatum : non ideo minùs vires habet taxatio semel facta:quia si postea non indiguit decimis:non propter hoc videtur remississe,quin taxatio prius facta valeat.argumen.l.in filijs.C.de decurio.& vide decis.40.post medium.& 64.suprà de rescri. & decis.proxi.sequen.

EPITOME.

1 *Beneficia non taxata etiã cadunt sub gratia in forma pauperũ.*

Decisio 45. *aliàs* 189.

1 NOta secundum aliquos † quòd vbi non est beneficium taxatum,venit in forma pauperum: posito ꝙ

sit magni valoris.de quo dic per Io.And.in Spe.de concess.præbend.in §.item tractatur alia quæstio facti.circa prin.§.& vide deci.immediatè præcedentem.

EPITOME.

1 *Prouisio apostolica de beneficio iurispatro. clerici & laici communiter valet.*

2 *Compromitti potest de spirituali in laicum cum clerico authoritate superioris.*

Decisio 46. aliàs 266.

Aeneas de fal. eo.in tract. refer.in 4.q. princi. in 14. effectu. Staph.de lite. gra. & iust. fol.54. versi. quod autem. Parisius cõsil. 128. in capel. nu.12.vol.4. Fel. in tract. quãdo literæ apostol.in vj. amplia.

NOta † quòd papa conferendo beneficium vt reseruatum:non videtur conferre iusprotronatus laici: vt c.licet.cum ibi no.de præbẽ.li.vj.tamen istud est verum cùm iusprotronatus insolidum pertinet ad laicum:quia si non pertineret insolidum ad laicũ, sed pro parte,& pro parte ad clericum:tũc pars clerici traheret ad se partem laici, & valeret in toto collatio papæ : nec tunc haberet locum not.in allegato capitu.licet.quia ex quo pertinet 1 pro parte ad clericum , & per consequens ad papam, & quia maius dignum trahit ad se minus dignum, pro ista parte facit cap.per tuas.de arbit.cum no.in c.contingat. eod.tit.vbi † potest compromitti de spirituali in laicum 2 cum clerico authoritate tamen superioris : cùm simpliciter non possit compromitti in laicũ, & sic valet compromissum propter personã clerici adiunctam ibi. aliàs non valeret,ergo idem sit in proposito.

SVMMARIVM.

Expectãtes in forma pauperum post purificationem suæ gratiæ non possunt impediri ab ordinarijs.

Decisio 47. aliàs 450.

Vide supr.eo. titu. in no.ij. deci.95. Stap. de lit.gra. & iust.fol.96. versic.vij.& vltimo.

NOta quòd.§.secus.c.cùm ei quem.de cõcessio.prębend.in clemẽ.habet locum nedum in forma gratię specialis:sed etiam pauperum post purificationem , ita quòd ante ipsam non sunt ligatæ manus ordinarij.& in hoc cõueniunt omnes domini in Rota me & domino Roberto dũtaxat exceptis,qui allegauimus.xij. decretales solẽnes ac ibi scribẽtes tenentes contrarium. Prædicti verò alij domini allegabant Oldra.in quęstionibus suis.credo quod sit supra.q.Ioan.Andr.in additio. Specu.de concessio.pręben.& multos alios antiquos doctor.qui tulerunt sententias cõtra pauperes apostolicos, & pro ordinarijs:prout recitat etiam Collect. in c.proposuit.de concessio.præbend.quę declinat in opinio.domini Roberti & meam, quam etiam tenet ibi dominus pater meus subtilissimus dominus Ioan. de Lign. dicens opinionem contrariam tantùm ab intellectu illius decr. remotam quantùm cœlum & terra . idem Ioan. Cal.in dicta clemen.dicens & deducens quòd aliàs nihil operaretur appositio mensis:quæ tamen vt ibi dicit tex.debet aliquid operari seu aliquam vtilitatẽ afferre impetrãti. hanc opin.tenuerunt antiqui & Paul.& Gen.& Stepha. qui etiã fuit auditor sacri palatij. Guliel. de mõte Laud. qui posuit expresẽ formam & stilum scribẽdi tempore domini Cle.v. ante editionẽ constitutionis illius, in qua dicebatur post illa verba, quòd duxerit acceptãdum, ita quòd interim manus ordinarij & cuiuslibet alterius sint ligatæ,quod hodie,dixit ipse,non oportet propter.§. secus.idem tenet Matthęus angeli Rai.Iacobi Lapus Fredericus de Sen.in hac opi. declinat dominus Cardinalis Viuarien. non modicæ authoritatis vir in cuius pectore omnia iura sunt recondita, secundum hanc opinion.fuit lata sententia in palatio per domi.Ioan. de Varenis pro paupere apostolico reuocata per dominum Aegi.de bellamera , qui multum copiosè & prolixè scripsit super dicto §. secus . & ego raliter qualiter licet minùs sufficienter scripserim contrarium . & vt potui non satisfaciendo sed euadendo respondi omnibus rationibus per eum tactis.vide suprà decisio.117.& infrà.536. & 781.& 527.& ibi de hoc.

EPITOME.

1 *Restitutio ad gratiam extinctam non præiudicat ei qui interim aliam gratiam impetrauit.*

Decisio 48. aliàs 558.

Infr. per Bi. sig.de rescrip. dec.14. ad literam.

POstquam Titius † impetrauit ad collationẽ episcopi, papa reuocauit omnes gratias antefactas . postea papa fecit gratiam Mæuio ad collationem episcopi: & post istam gratiã , papa primò Titio fecit gratiã per quam sibi restituit primã gratiam: & voluit primas literas valere,quas ante gratiam Męuij reuocauerat,quæritur an ille Titius sit præferendus Męuio? Dictum fuit quòd non.per c.quamuis.de rescript.libr.vj. & per iura alleg.ibi.ff.de decu.l.iij.in prin.C.de consu.l.j.ff. de bo. li.si necesse.§.si deportatus.In cõtrarium facit ff.qui po. in pig.hab.si prætor.l.creditor acceptus. & de symo.ex insinuatione.ibi,cùm dicitur, ita videlicet. quasi innuat quòd nisi sub illa protestatione eum religasset , pristinum locum recuperasset.

SVMMARIVM.

Gratia ad prouisionem capituli & canonicorũ coniunctim vel diuisim nõ extenditur ad beneficium pertinens ad dispositionem vnius ex canonicis ratione præbendæ,quod obtinet in ipsa ecclesia seu extra eam.

EPITOME.

1 *Expectans ad collationem præsentationem seu quamuis aliam dispositionem decani & capituli singulorumq; canonicorum alicuius ecclesiæ , an possit acceptare rectoriam in dicta ecclesia ad quam ius præsentandi habet quidam canonicus vigore sui certi beneficij quartaria nuncupati?*

Decisio 49. aliàs 583.

NOta in diœcesi Maioricen.sunt quædam ecclesiæ in quibus sunt duo perpetua beneficia ecclesiastica,quorũ vnum vocatur rectoria, & habet curam parœcialem illam obtinẽs: alterum vocatur quartus vel quartaria, & obtinens illud non habet curam, sed habet certam partẽ prouẽtuum,& habet præsentare rectorem ad rectoriam eiusdem ecclesiæ episcopo substituendum per eum,ita quòd ille quartus seu quartarius,seu beneficium sic nuncupatum in illis ecclesijs nõ consueuit conferri nisi canonico actu præbendato in ecclesia Maioricen. Hoc supposito vacante rectoria in vna de illis ecclesijs quidã canonicus Maioricen . qui erat quartarius seu obtinebat quartam seu quartariam in eadẽ ecclesia, præsentauit quendam ad rectoriam illius ecclesiæ episcopo, sicut poterat ratione quarti sui seu quartariæ . Quidam † verò apostolicus qui expectabat ad collationem præ- 1 sentationem seu quamuis aliam dispositionẽ decani & capituli singulorumq; canonicorũ ecclesiæ Maioricen. cõmuniter vel diuisim acceptauit illam rectoriã prętendens eã cadere sub gratia sua,ex quo pertinet ad pręsentationẽ illius canonici, excipitur cõtra eũ per præsentatum per canonicũ quod ad eũ non pertineat præsentatio ratione canonicatus vel præbendæ ecclesiæ Maioricen. sed ratione quarti seu quartariæ prædictę quod obtinet in ecclesia prędicta,de cuius rectoria agitur:& ideo non cadit sub gratia sua.argumen capitul.mandatum.in fin. de præbend.libr.vj. cùm dicit,ratione huius præbendæ. cum ibi no. Ipse replicat quòd imò cadit sub gratia sua: quia ex quo quartus ille seu quartarius ratione cuius ad eum pertinet præsentatio non consueuit conferri nisi canonico: & ipse ideò quia canonicus obtinet illũ quartum,seu quartariam, quem seu quam aliàs obtinere non posset:ideo præsentatio rectorię satis cadit sub eius gratia, qui impetrauit etiam ad collationẽ singulorum canonicorum. Quidã tenebant pro præsentato contra impetrantem quòd non cadat sub gratia eius : ex quo non pertinet ad canonicatũ ratione canonicatus, sed ratione illius quarti: nec confert aliàs tanquam canonicus , licet sit canonicus:sed tanquam quartarius. argument.iur.ff. de his quib.vt indign.tutorem qui pupilli ff. de adopt.si paterfamiliàs.§.qui duos.cum concor.pro hoc,quia iura canonicatus & eius præbendæ sunt diuersa,& à iuribus quarti seu quartarię,licet sub persona huius & sub huius regimine cõcurrant & vniantur, quia vbi duo iura concurrunt in personam vnius , perindè est ac si concurrerent in personis diuersorum : vt dict.l.tutor. pro hac separatione iurium bene facit æquitas, & eius ratio Cyn. ff.de separatio.per totum.quod not.per Innocen.de priuileg. pastoralis. de religio . domib. capitul.ij. pro hoc etiam inducebatur l iij.sed si cõiunctim.ff.de lega.præstand.& l.multis. in fine.ff. de conditionibus & demonstrationibus. pro hoc , quia talis quartus seu quatarius non potest dici de iuribus canonicatus seu præbendæ, cùm non semper conferatur certum canonicatum & præbendam,

præbendam obtinenti : sed interdum vni canonico interdum alteri:nec ad collationem canonicatus & præbendæ sequitor necessariò quòd obtineat seu obtinere debeat talem quartum seu quartariam,licet illud seu illam nisi esset canonicus obtinere non posset . ergo præsentatio rectoriæ pertinens rectori quarti seu quartarię ad eum ratione canonicatus & præbendæ non censebitur pertinere:imò vtraque per se censebitur & separatim nunc sortietur naturam alterius:necvnum cedet alteri,ex quo principaliter vniuntur & coniunguntur sub vnius regimine.argument.extra ne sede vacant.cap.j.cũ ibi nota .ff.de fideiussor.l.generaliter.§.j.versicu. reum. pro ista parte etiã allegabatur: quia iste quartus est additamentum patens,ergo &c.argumentum l.item si fundi vsufr.§.huic vicinus. versicul. sed in insula. ff. de vsufruct.pro ista parte multum bene facit quod not . Ioan. Andr.in dict.capitu.mandatum. in nouella, super glossa.versicu.videtur expeditum.si teneamus opinionem suam quæ habet ibi non dignitatum : quia impetrando ad collationem & cætera decani & capituli communiter &diuisim non venit beneficium pertinens ad vnum canonicum ratione dignitatis quam non potest in ecclesia habere nisi canonicus.vt ibi . sic non posit nisi canonicus obtinere : pro ista etiam parte potest induci .ff.de verbor.significatio.l.Modestinus.cum concordan. ibi allegat.Pro hoc etiam potest induci ff.quod vi aut clam.si alius.§.notandum.& hanc partem credo veriorem . Et ad rationes & iura in contrarium pro hac parte allega. per præmissa satis patet responsio quare non curo sigillatim respondere,& pro hac parte potest induci. l. sciant. in fine eodem titu.iudica. solui. l.iij .§. sed si cum tutor. versicu.sed quid.ad Trebellian.debitor sub.§. fina. in fi. Pro ista etiam parte inducebatur.ff.de solution.l.si duo. ff.de iure dot.l.pro facta .§. si pater non quasi pater . ff. de operis liberto l.cùm patronus .§.j. versicu. itaque de bon.liber.l.si filius.in princ.pro hac parte etiam allegatur ff.de fundo instructo.l.fiet.ff.ad Trebellia.l.facta.§. si hęres.ff.de euictio.l.si priuans.& l.bace.& l.scapham de excusatio.tutor.l.tutor petitus.§.j.in fin.ff. de his quibus vt indig.l.si Titij.probat quia inspicienda est originalis causa,ratione cuius patet præsentatio si quartaria. ff.de donation.l.qui id quod.cum concordan.potest etiã ad hoc induci quod notat.per Ioannem Andr.in nouel. de præbend.cùm in illis.libr.vj.super verbo . institutionem,& super verbo,tantùm . Quidam tamen tenebant contrarium:quia quarta vel quartaria debet cedere iuribus canonicatus & præbendæ tanquam nobilioribus quasi eorum gratia & honore,& ordinandi eos assignatur seu conferantur.argument. l.j.§.præueniamus. ff.de 1
auro & argent.legat.pro hoc etiam:quia eadem est ratio principalis & additamenti.argumen.l.item si fundi. §.j.ff.de vsufruct.pro hoc etiam inducebatur l.penult:ff. de acquiren.re.domi.pro hoc etiam inducebatur magis in speciali ff.de pecul.l.siseruus meus ordinarius.in princip.Item quia ipse fuit intentionis grauare omnes canonicos,& de omni beneficio ad eorũ collationẽ pertinenti.ergo,& c.& insto.quia nihil refert quomodo ad eũ pertineat collatio,& c.dum tamẽ pertineat.ar.in simil.ff.de ver.obli.l.cùm seruus.pro hoc extra de iud.cùm deputati.p hoc:quia ex quo quartus ille seu quartaria pertinet ad canonicũ.ergo & præsentatio pertinens ad quartum seu quartarium censebitur ad canonicũ pertinere . quia quicquid est rei meę meum est.argumen.dict.l.si seruus meus. de pecul. pro hoc. quia hæres hæredis testatoris est hæres.C.de hæred.instituen.l.fina.pro hoc. quia non refert an mediatè vel immediatè ad eum pertineat . potest induci ff.de testa.l.testamentum.§.fi.pro hoc etiam ff.de preca.quamuis.institu.de adoptio.§.illud. & quod notat Archid.de præb.cùm singula.super verbo,dependeat.lib.vj.& Io.An.in nouel.de ęta.& quali.cùm te.super gl.qualiter.pro hoc.quia propter canonicatum habet quartam,aliàs nõ habiturus,nisi esset canonicus. ibi vnum propter alterum,&c. argumen.ff.de coll, bo.l.dedit dotem.

SVMMARIVM.

Eleemosinariæ ecclesiæ Gerundensis quæ capellania ab ea dependens in gratijs expectatiuis non cadunt.

EPITOME.

1 *Eleemosinariæ ecclesiæ Gerunden.ac capellania ab ea dependens an cadunt in gratijs expectatiuis?*

Decisio 50. aliàs 584.

QVidam in ciuitate Gerundensi fundauit vnam eleemosinariam perpetuam certis diebus & sub certa forma perpetuò faciendam.& ad hoc multa bona perpetuò assignauit.& voluit quod vocaretur eleemosinaria sedis Gerundensis.& dixit quòd si contingeret eum postea in ecclesia Gerundens. instituere seu fundare vnam capellaniam seu vnum perpetuum beneficium presbyterale,quòd volebat,quòd ille qui obtineret pro tempore illam capellaniam seu beneficiumillud deberet morari in hospitio ad faciendam dictam eleemosinam assignatam : & præesset illi eleemosinæ : & eam faceret regi & administrari:& bona & iura eidem deputata . Tandem post aliquod tempus ipse fundauit vnam capellaniam in ecclesia Gerundensi in altari sanctæ Anastasiæ,seu vnum perpetuum beneficium presbyterale seu sacerdotale.& illud beneficium dotauit sufficienter de alijs bonis suis.& voluit quòd presbyter qui pro tempore institueretur, teneretur ter in septimana ibi pro eius anima celebrare.& in choro ecclesię Gerundensi deseruire in horis & officijs diurnis & nocturnis: quòd teneretur præesse & deseruire eleemosinariæ prędictæ perantea fundatæ : & eam regere & gubernare. vocareturq; talis presbyter præpositus aliàs præpositura eleemosinaria.& pro labore suo & regimine eleemosinariæ subeundo perciperet certam quotam de certis prouentibus quorundam iurium dictæ eleemosinæ seu dotis suæ vltra redditus dictæ capellaniæ seu dicti beneficij seu dotis,seu iurium: & nihilominùs teneretur sacristæ ecclesiæ Gerundensi & certis personis reddere ratione de administratione eleemosinariæ quolibet anno.& si reperiretur malè administrare,quòd deberet remoueri ab administratione eleemosinarię,& etiam priuari dicto sacerdotali beneficio,seu dicta capellania : & pertineret collatio infra decem dies ad sacristam maioris ecclesiæ Gerunden.& nisi infra decem dies conferret:ex tunc deuolueretur ad episcopum & capitulum.& sub modo & ordinatione prædicta totum fuit per episcopum & capitulum confirmatum.& ad eius, scilicet sacristæ præsentationem vnus presbyter institutus. Quæritur nunquid talis capellania seu beneficium cadat sub gratia impetrantiom ad collationem sacristæ? Et videtur quod sic : ex quo est beneficium ecclesiasticum perpetuum,& ad eius collationem pertinens, &c.
In oppositum videtur quod ex quo † est ibi eleemosinaria , quæ non est beneficium ecclesiasticum , nec cadit sub gratia impetrantis.iuxta clemen.per literas.de prębend.fuit decisum quòd non venit . Tum ex eo quia eleemosinaria videtur principale,& capellania eius accessorium. Tum quia primò fuit fundata eleemosinaria,& postea capellania,quasi eius gratia. Tum quia eleemosinaria habet maiores prouentus quàm capellania, & solennior reputabatur. Tum quia capellanus instituendus in capella recipit nomen seu denominationem ab eleemosina:& vocatur præpositus eleemosinæ . Tum quia eidem & eius regimini deseruire, & in eius domibus debet cõmorari vt seruitor in domibus domini. Tum quia vt eius seruitor pro labore suo recipit de eius prouentibus certum quid quod est modicum , minus quàm dos capellanię:& videtur potius remuneratio vel merces seruitorũ vel mercennarij quàm ius vel prerogatiua domi nãtis. Tum quia pro mala administratione eius erat puniendus & remouendus ab administratione , & priuandus capellania,etiã si circa eam nõ delinqueret,quod nõ fit ecõtra. Tum quia eleemosinaria principaliori nomine vocabatur eleemosinaria sedis Gerunden.& capellania nõ vocabatur capellania ecclesiæ:sed vnius altaris in ecclesia. Itẽ quia eleemosina famosior & vniuersalior& magis publica & solemnis propter multitudinem gentium & pauperũ ad eam cõfluentium. Tum etiã quiavbi eleemosina principalior nõ reperiretur:tamẽ capellanię vel beneficio accedere nõ periubebatur:& potius æqua-

lis fore quàm principalior cẽsebatur. & ideo excludendus est impetrans.per nota.in dict.clemen.super verbo, ecclesias.in versicu.quod in dubio.& propter illam glo. ista pars obtinuit pro capellania tantum.Et beneficio ꝙ deberet in dubio principalius reputari quàm eleemosinaria,allegabatur:quia nobiliora & digniora ipsius ratione presbyter habet exercere: & propter honorabiliorem causam, & honorabilius & dignius fundamentum, scilicet celebrare missam & diuina officia. Item quia illud in ecclesia eleemosinaria extra ecclesiã. Item propter illud debet minister esse presbyter,non propter eleemosinam. Item quia ministerium presbyterale in missis & officijs magis proficit animæ testantis seu fundantis.ergo principalius videtur fuisse intẽtio sua quàm eleemosinariæ.

EPITOME.

1 *Expectans non compellitur acceptare beneficium quod non vacat de facto,licet vacet de iure.*

Decisio 51. aliàs 608.

1 SI † aliquis expectans sit negligens acceptare beneficium vacans infra mensem, eo quòd alter de facto possidet aliqua via ,& ideo non vult acceptare: quia nõ vult litigare cum illo qui possidet de facto,quòd hoc nocet tali expectanti.secundum Ioann.monach. & Archidiaco.& Gen.in capitu. si clericus. de præbend.libro sexto.Contrarium tamen tenent alij domini auditores sacri palatij : scilicet quòd non nocet tali timenti lites cum possidente de facto:nec expectans tenetur accepta re nisi beneficium vacans de iure & de facto. quod satis est iuri consonum:quia forte ille non habet de quo litiget:& posset incurrere multa pericula litigãdo. pro hoc facit Inno.in c.cum nostris.de concess.præb.

EPITOME.

1 *Clausula,quouis alio modo in bullis apposita comprehendit omnem modum vacandi.*

Decisio 52. alias 613.

Suprà in. de rescr. dec. 1.

SI † papa facit alicui gratiam de beneficio vacanti per mortem talis,vel aliàs quouis modo , quòd tunc etiam venit beneficium siue vacet per mortem illius vel alterius personę,cùm comprehendat omnẽ modum vacationis,& etiam per mortem, siue per alium modũ cuiuscunque personæ tenẽtis illud beneficium . pro hoc facit capitu.susceptum.de rescript.libr.vj.secundum Io. Cal.in quadam quæstione quam disputauit Bononiæ. & ita tenent communiter auditores sacri palatij , vide deci.14.suprà de rescript.

EPITOME.

1 *Forma,dignum arbitramur.dicitur esse quando sit gratia & committitur,si inuentus fuerit idoneus,conferatur, &c.*

Decisio 53. alias 631.

1 FOrma,† dignum arbitramur . dicitur esse quando dominus papa facit gratiam alicui de beneficio vacanti vel vacaturo committendo alicui vel aliquibus,si per eum vel eos inuẽtus fuerit in scientia idoneus vel sufficiens:& etiam in moribus repertus fuerit vitæ laudabilis.& ista forma, est dignum arbitramur.

EPITOME.

1 *Clausula.anteferri.non habet locum quando gratia obtenta fuit postquam alius prius acceptauerat beneficium tam vacans.*

2 *Clausula , anteferri est valdè odiosa : & propterea restringibilis.*

Decisio 54. alias 640.

1 SI † aliquis expectans authoritate alicuius papæ in aliquo beneficio ad collationem alicuius , quo papa mortuo alter papa qui ei successit,fecit similem gratiam alteri in eadem collatione cum clausula,anteferri. ꝙ si primus acceptauit solùm sine prouisione facta sibi per executorem suum infra mensem ante gratiã secundi:ꝙ gratia secundi non habebit locum: cùm gratia dicti primi per acceptationem sit consumpta ante secundam.haberet enim locum secunda,si essent pares in expectando beneficium:vt legitur & not.in c. quòdam. & c.si cui.de prẽb.lib.vj.& c.quoniam.de concess. prẽb. & c.cùm in multis.& c.duobus.de rescrip.eo.li. Prędictus autem primus qui acceptauit, nõ potest dici par secundo propter dictam acceptationẽ: nec est vis in casu si dicatur quòd acceptatio nõ dat ius,sed collatio, secundùm Io.And.& Archi.in prælleg.iur.& Io.mon.in c.si tibi
2 concessio. in fin.de præb.lib.vj.maximè cùm † clausula, anteferri.sit restringẽda,& cum sit valdè odiosa, secundùm Compost.in c.causam quæ.de rescrip.& ita seruat Rota dominorum auditorum sacri palatij.

SVMMARIVM.

Executores gratiarũ an possint dari simplices clerici.

EPITOME.

1 *Capit.statutum.§. in nullo. quò ad executores gratiarum an seruetur.*

2 *Stilus cancellariæ facit ius.*

3 *Executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis: & procedere parte vocata vel non vocata: & possunt sententias fulminare.*

4 *Litera in forma pauperum videntur esse iustitiæ.** * *Aliàs iustiæ : aut , de iustitia.*

Decisio 55. aliàs 565. *Suprà de rescript.32.*

1 VTrum † c.statutum.de rescript.lib.vj.quò ad personas habeat locum in executoribus gratiarum.& an si de facto cãcellarius super gratia pauperis vel aliàs deputauerit non in dignitate constitutum, &c. vel forsan simplicem clericum valeat processus per talẽ executorẽ factus super purificatione gratiæ pauperis. Hanc quæstionem habui de facto coram me in causa Electẽ. vbi cuidam pauperi impetrãti ad collationem episcopi Electen. fuerant deputati executores cum illa clausula, quod si nõ omnes &c. Inter quos fuit vnus executor deputatus sacrista Electen. de quo dicebatur quòd nullam habet dignitatem nec personatũ in ecclesia,sed simplex officium:& quòd est monachus:quia ecclesia est monachalis:nec fiebat mentio de monachatu,corã quo pauper vnà cum quodam alio executore tertio se excusante purificauit gratiam suam , & per eum & illũ executorem fuit de idoneitate pauperis inquisitum, & fuerunt facti processus,& deputati subexecutores vt moris est,tãdem vacante vna ecclesia cadente sub gratia eius,ille pauper acceptauit:& sibi fecit prouideri.Opponebatur ꝙ purificatio facta per eum coram illo sacrista nõ tenuerat: & per consequens nec processus,nec acceptatio,nec per cõsequẽs inde secuta prouisio, quærebatur an bene diceret ille secundus? Et videtur pro secundo & cõtra primum, quia curia romana quò ad personas seruat decret. statutum.in executoribus gratiarũ:vt not.Io.Andr.in nouel. c.statutum,§.in nullo.super verbo,citet.in fin. & ita expresse dixit mihi dominus pœnitentiarius, & omnes de cancellaria,quòd non deputarent executores super gratijs,nisi personas & tales quales requirit c.statum. Cùm
2 † ergo stilus cancellariæ faciat ius.argumen. de consti. ex literis.de re iud.in causis.de crimi.fal.quàm graui.& quæ contra ius fiunt,pro infectis haberi debent.de regu. iur.quæ contra,processus prędictus primitus impetrãtis est nullus,præsertim propter.§. finalem d.cap.statutum. iunct.l.non dubium.C.de legi. pro hoc etiam clementi. & si principalis.de rescript.& quod not. Specul.titul.de legat.§.fina.versicul.nunquid ergo.in fi.præsertim quia non fuit facta mentio de monachatu.ar. notatorum per Archidia.in c.statutum. circa principium. super verbo,
3 canonicè.Itẽ pro hoc facit,quia † executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis : & procedere parte non vocata,siue vocata &c. Et habẽt iurisdictionem:& possunt fulminare sententias &c.iuxta clemen. iudices. de offic.deleg.cum not.per Inn.in c.dudum. de præsum. Ergo necessariò est ꝙ deputentur tales executores quales debeant esse iodices secundum formam c. statutum. præsertim in casu quo deputati sunt super gratia pauperis qui
4 videntur deputati super materia iustitiæ:& † videntur literæ pauperum esse iustitiæ: * vt no.glo. in c.si pauper clericus.de præbend.& per doctores.in cle.cum ei quem.de concess.præ bẽ.ergò tales personæ debuerunt deputari quales in literis iustitiæ deputãtur.per c.statutum . & in ista opinione erant domini decanus de Bullatio tunc præsidens in cancellaria iustitiæ.& Gul.Brasoga tunc referendarius domini papæ.In cõtrarium videtur pro primo cõtra secundum opinionem domini Io. mo.quòd capitu.statutum.non habet locum in executore gratiarum:

* *Iustitiæ. Aliàs iniustæ: aut, de iustitia.*

re gratiarum: vt ibi notatur in prima parte. Nam solùm loquitur in iudicibus deputatis ad causas. ergo in executoribus deputatis ad beneficia stabitur iuri communi: quia ante illud cap. statutum. quilibet erat capax commissionis apostolicæ, nisi esset prohibitus. & eandem opinionem tenuit Eusebius aliàs Gen. & Guiliel. de monte Laud. in extrauagan. sedis apostolicæ, præsertim quia dictum cap. statutum. est pœnale. quia in fine annullat contra factum. ergo restringatur, & strictè intelligatur tantùm in deputatis ad causas, de quibus loquitur: & in terminis suis teneatur. argumentum de regul. iur. odia. libro sexto. Et pro hoc etiam facit: quia gratia est quoddam principale: executorum autem datio est quoddam accessorium: vt in cap. si super gratia. de officio delegat. libro sexto. ergo non tanta excellentia requiratur in tali executore qui sic accessoriè deputatur, sicut in iudice qui principaliter in causa deputatur: præsertim quia inquisitio super idoneitate facta fuit sine partis vocatione: nec habuit contentiosam iurisdictionem exercere: nec tunc fuit oppositum de sacristia, quòd nõ esset dignitas: & etiam constabat de idoneitate personæ pauperis quasi etiam notoria. & papa de alio nisi de idoneitate non curabat. & erat intentio sua quòd si esset idoneus, gaudere gratia sua: nec pronuntiatio de idoneitate est necessaria. secundum nota. per doctor. in c. cùm ei quem de concessio. præbend. in clement. Et etiam papa in nulla culpa fuit, si recepit executorem sibi datum in cancellaria: & coram eo gratiam purificauit bona fide. & præsertim cùm ille pro canonico se gereret: & executorem reputaret: & forsan pauper in dignitate constitutum credebat. ergo multum est subueniendum, ne ruat processus, cùm laboret morbo alieno. C. de naturali. li. l. legem. præsertim ex quo de eius idoneitate constabat, nec pars eam negabat. nec est sibi imputandum si nimium de eius sacristiæ qualitate non inquisiuit, cùm sit datus à cancellaria: & pro capace se gerente credit. argument. l. doli. §. final. ff. de nouat. præsertim cùm tunc de nullius præiudicio tractaretur. ergo sibi & cancellariæ credere potuit: nec ad exactissimam diligentiam seu curiositatem fuit astrictus. argumentum. de exercito. l. fina. §. interdum. quæ ita concord. l. final. aliàs penultim. §. & si acceperit. de in rem verso. ff. de iur. & fact. igno. l. nec fuam. Nec obstat: quia dato quòd cancellaria seruaret quò ad personas executorum decret. statutum. non tamen propter hoc censetur, quòd de iure habeat locum in his, cùm solùm sequatur idoneitatem: vt suprà dixi. Item & si cancellaria non consueuit nisi tales personas in executores dare seu deputare quales exigit cap. statutum. non tamen sequitur quòd si de facto alios deputauerit, non valeat: cùm multa sint quæ etiam si fieri non debeant, facta tamen manent. allega. l. j. §. biduum. ff. quando appel. sit. de regula. ad apostolicam. Item dato quòd cancellaria seruet cap. statutum. quò ad personas in executoribus gratiarum: non tamen propter hoc sequitur quòd eius pœna, quæ est in. §. final. per quem totum quod secus agitur annullatur, locum habeat in eis: cùm pœnæ non sint extendendæ, sicut etiam nec in eis habet locum decret. statutum. quò ad citationem faciendum, quò ad modum probandi: vt ibi not. per Archidiaconum. in. §. in nullo. & Ioannem Andr. in nouell. super verbo, citet. nec etiam seruatur in eis quò ad subdelegatas personas, quod patet: quia quotidiè deputantur per eos subexecutores, etiam simplices clerici vel presbyteri. ergo multò minus debet seruari in eis pœna illius capitu. Nec obstat quod posset sibi assumere partes iudicis, & equia illud est incidenter, si appareat contradictorium, & accessorium, scilicet per quandam inquisitionem super idoneitate: vt gratia quæ est principalis, ponit per eos effectui demandari. & ideo quicunque aliàs idoneus de iure communi, etiam si non sit capax commissionis quò ad executionem: vt gratia quæ est principalis, demandetur effectui: cùm non reperiatur prohibitum per decretum. statutum. quæ solùm loquitur de deputatis ad causas non ad gratias exequendas: ita etiam erit capax istius iurisdictionis accidentalis & accessoriæ, licet aliàs si illa per se principaliter committeretur eis, non esset capax. argument. in simil. C. de iudic. quoties. cum ibi notatis. C. de ordi. iudi. l. penul. cum concor. Nec obstat ℘ literæ pauperum sint iustitiæ, * quia esto ℘ illud verum sit: non tamen deputantur in eis iudices ad commissiones: sed ad prouisiones de beneficijs faciendas principaliter & huius gratia, quasi pro quodam præparatorio ad inquirendum de idoneitate: & ideo non habet locum in eis c. statutum. quod loquitur de literis iustitiæ in quibus iudices deputantur ad causas principaliter. Vel potest dicere ℘ literæ propriè gratiæ pauperum non sunt iustitiæ: cùm scribantur per eos quibus id ad quem pertinebat prouisio, aliàs de necessitate nõ erat astrictus prouidere: imò tunc magna gratia debet reputare: secus si ille esset aliàs astrictus de necessitate prouidere: vt in c. relatum. & c. cùm secundum apostolum. de præb. & tunc si contra tales prouisiones deputarentur iudices: forsan haberet locum c. statutum. & pro ista parte, scilicet pro primo, & valore suorum processuum fuerũt omnes domini in rota vel maior pars præsertim mota æquitate. vide suprà deci. 21. & 22. de rescript.

* Aliàs iuste, aut de iustitia.

EPITOME.

1 *Purificatio gratiæ pauperis si sit commissa episcopo: eo mortuo an possit capitulum eam purificare.*

Decisio 56. aliàs 665.

1 SI † purificatio gratiæ pauperum commissa est alicui episcopo qui ante eius purificationem mortuus est: tunc eam potest purificare sede vacante capitulum. & ita tenent aliqui domini auditores. pro hoc facit ca. vnic. ne sede vacan. & c. j. de institu. lib. vj. imò totum contrarium tenet maior pars: quia licet sede vacãte prædicta spectent ad capitulum, vt est in iure expressum: nõ autem iurisdictio delegata alicui episcopo potest peruenire ad capitulum eo mortuo.

EPITOME.

1 *Tempus acceptandi non currit expectantibus: si beneficium per alium possideatur, etiam de facto licet, non de iure.*

Decisio 57. aliàs 695.

1 DIc † ℘ non currit tempus acceptandi beneficium expectanti si beneficium est plenum & nõ vacuum & possidetur per alium, licet de facto & non de iure. & hoc etiam tenet rota. pro hoc possunt induci c. licet ij. de præben. lib. vj. & alia iura similia.

EPITOME.

1 *Prouisio facta per executorem gratiæ ante receptionem literarum valet, si non opponatur.*

Decisio 58. aliàs 795.

1 SI autem † executor alicuius gratiæ prouideat de aliquo beneficio vacante: licet non receperit literas gratiæ. quòd talis prouisio valet, si non opponatur, ℘ nõ receperit literas. præsumptio est ℘ talis non faceret nisi receperit literas gratiæ. & ita tenet rota dominorum auditorum. super dicta pronũtiatione facta est quædam declaratio per dominum vicecancellarium de mandato prædicti domini papæ.

EPITOME.

1 *Collatio facta ad mandatum papæ de beneficio reseruato valet, etiam si de reseruatione non sit facta mentio in literis.*

Decisio 59. aliàs 877.

1 VTrum † si papa conferat vel mandat conferri beneficium reseruatum, non facta mentione in literis de reseruatione: sed posita illa clausula, si non fuerit alterius quæsitum. valeat collatio? Quidam tenent ℘ non. tamen rota tenet ℘ sic. vt large fiat interpretatio in præiudicium concedentis: & ne papæ auaritiæ seu cupiditati parcatur, si aliquid retinere videtur. ar. C. de bo. vacan. si quãdo. iunct. no. per Inn. de dona. pastoralis. & faciũt ad hoc rationes quas tetigi in dicta decre. licet. de præb. lib. vj.

Staphi. de lite. gra. & iusti. fol. 33. in fi.

EPITOME.

1 *Articulus super valore beneficij nisi dicat, deductis oneribus, non valet.*

Decisio 60 aliàs 702.

1 DIc † ℘ si papa facit alicui gratiam de certo beneficio vacanti, vel sub expectatione certi valoris. & alius opponat, scilicet ℘ plus valet beneficium vacans de quo sibi est prouisum, ℘ habet articulare sic ℘ tale beneficium deductis oneribus valet tantum, aliàs nisi sic fa-

ciat,articulus non admittetur.pro hoc facit c. præsenti. de offi.ordi.libr.vj.cum similibus.

EPITOME.

1 *Impetrantes beneficia debent omnia exprimere quæ mouere possunt ad denegandum.*

Decisio 61. *aliàs* 703.

DOminus papa Gregorius anno primo sui pontificatus dixerat,℣ si ipse faceret aliquam gratiã de certo corpore alicuius beneficij vacantis vel vacaturi: quòd
1 † gratia non valeat nisi expressa mentio fieret in supplicatione impetrãtis de qualitate dicti beneficij: vt omnia exprimantur quæ possunt mouere principem ad concedendum vel denegandum.iuxta c.si dignitatem.de præben.in cle.secundum doc.ibi.

EPITOME.

1 *Expectans primus in data,licet se abstrinxerit ad probandum quòd infra mensem acceptarit secundus beneficium: si tamen non probauerit,non cadit à iure suo.*

Decisio 62. *aliàs* 748.

1 NOta † ℣ si duo sunt expectantes in aliqua gratia: vnus primus alter secundus.& in illa ecclesia vacat 1
beneficium quod acceptat secundus impetrans infra mẽsem.primus verò dicit ℣ acceptauit infra mẽsem à tempore dictæ vacationis.℣ tunc non probat, quòd propter hoc non cadit à iure suo : quia hoc non tenetur probare primus expectãs, sed secundus,qui eum vult excludere. ita seruat rota.

EPITOME.

1 *Index literarum in forma, dignum arbitramur. potest alteri committere vices suas.*

Decisio 63. *aliàs* 752.

1 SI † papa facit alicui gratiam de aliquo beneficio iuxta formam , dignum arbitramur : tunc episcopus vel ille cui committitur examinatio de prædictis, potest committere ex causa vices suas alteri.pro hoc facit quod dicit Io.An.in c.super.de offi.delega. lib.vj. & ita tenet rota.dato ℣ in commissione ponatur,tuã conscientiam oneramus. de quo verbo quærimus. de iure patrona.in clemen.

EPITOME.

1 *Impetrantes non tenentur probare valorem beneficij , nisi sibi opponatur.*

Decisio 64. *aliàs* 809.

1 SCiendum † ℣ si aliquis habet in gratia specialiuel cõmuni certam summam,℣ eam non tenetur probare nisi opponatur sibi.& ita tenet rota dominorum auditorum sacri palatij.

EPITOME.

1 *Executores siue subexecutores gratiarum debent acceptantibus prouidere.*

Decisio 65. *aliàs* 814.

1 SCiendum est † ℣ communiter in gratia beneficiali dantur aliqui executores.& ille qui facit processum dictæ gratiæ dat aliquos subexecutores:vt si beneficium vacet & acceptet expectans:& aliquis executor faciat sibi prouisionem infra mensem,quod fieri potest,℣ melius & tutius est,℣ aliquis executorũ faciat dictam prouisionem:vel ℣ faciat aliquis de subexecutoribus datis.& talis prouisio facta per executorem valeat. & ita tenet rota sacri palatij.

EPITOME.

1 *Reuocatio gratiarum habet locum etiam in illis qui licet acceptauerint:non tamen fecerunt sibi prouideri.*

Decisio 66. *aliàs* 696.

Aeneas de fal. co.in trac. reserua.in v. q. principalis q. 14.

1 DIc † ℣ reuocatoria papæ habet locum in expectationibus illorum qui acceptauerunt beneficium vacans infra tempus debitum:tamen eis non fuit facta prouisio ante reuocatoriã. & ita loquitur c.quoniam. de concess. præb.li.vj.Dominus aũt papa Gregor.xj.fecit vnam declaratoriã de tempore suo , ℣ nó imputaretur dicta reuocatoria dictis expectantibus:si tamen fecerint perfectè,℣ eis fieret prouisio p[illegible] executores ante dictam reuocationem.

EPITOME.

1 *Impetrans dignitatem ecclesiæ collegiatæ electiuam:licet faciat mentionem de collegio:si tamen non facit mentionem quòd sit electiua:non obtinebit.*

Decisio 67. *aliàs* 878.

PRæmissa igitur opinione suprà posita suggestum est papæ quòd quidam prioratus monachorum in quo sunt septem monachi cum priore simul viuentes vacat, & papa illum confert vel mandat conferri:opponitur quòd erat electiuum:& quòd de electione non fecerat impetrans mentionem. Quæritur nunquid ex hoc gratia vitietur?Fuit dictum quòd non,quia licet expressum non esset,quòd esset beneficium electiuum: satis tamen expressit æquipollens, quia eo ipso quòd expressit, quòd erant septem monachi cum priore simul viuẽtes: eo ipso præsumptio est quòd sint ibi collegialiter seu cõuentualiter in dubio , quia sunt regulares & cathedrales vbi sunt multi:& dos fuit cõstituta pro multis,in dubio præsumitur quòd sit collegiata:vt no.Host.de iure patr. c. nobis. licet sit secùs in alijs ecclesijs sæcularibus inferioribus.iuxta no.per Innocen.de iure patro. postulasti. & per consequẽs si ibi est collegiũ,prior,qui est caput,est eligendus de iure communi per collegium vel conuentum:vt c.j.de elect. sed meo tẽpore Rota tenuit contrarium:scilicet quòd † impetrans dignitatẽ ecclesię collegiatę electiuam:licet faciat mentionem de collegio, sed non facit mentionem quòd sit electiua:non sufficit. per cle.j.de præben.& est ratio quia ideo voluit papa ℣ fieri haberet mẽtio quòd sit electiua: vt veritas sibi nota esset de his quæ in facto consistunt: cùm aliàs facta ignorari possint:vt c.j.de constitu.lib.vj.considerauit igitur quòd sibi notificaretur veritas facti, sed non scit exprimendo ecclesiam esse collegiatã : quia potest in facto esse quòd ecclesia collegiata pertinet ad collationẽ alicuius: & nõ probat hoc esse verum ℣ ab hoc contingit abesse, quãdo igitur dispositio iuris cõmunis argueret vnam necessitatem,& veritatem facti infallibiliter,verbi gratia,impetrauit dignitatem exprimendo quòd excommunicare potest,& audire confessionem, & conferre ecclesiastica sacramenta,& huiusmodi, certè quia in istis ex dispositione iuris communis infertur de necessitate & infallibiliter quòd talis dignitas sit curata:tunc bene sufficeret & veniret dignitas curata. licet ista verba , videlicet, ℣ esset curata.non expressisset,quia per prædicta satis expressit de cura & infallibiliter,sed exprimendo conuentum,per hoc quod facit quòd materia istarum impetrationum est odiosa & restringibilis.

De His quæ fiunt à prælatis.

EPITOME.

1 *Præsentatio abbatis per episcopum admissa,præsumitur facta de consensu capituli.*

Decisio 1. *aliàs* 337.

1 NOTA ℣ vbi aliquis est præsentatus ab abbate,& institutus ab episcopo:præsumitur quòd fuerit præsentatus de cõsensu capituli.de quo dic:vt in c.ea noscitur. de his quæ fiunt à prælat. & ibi per Innocen.ad quod facit l.fin.ff.de tuto.& curato.

De Rebus eccle.non alienan.

EPITOME.

1 *Vnio beneficiorum non requirit tractatum.*

Decisio 1. *aliàs* 166.

1 NOTA † quòd vbi fit vnio beneficij quòd in tali vnione nõ est necessariũ ℣ præcedat tractatus sicut in alia alienatione:maximè quãdo beneficiũ vnitur alteri beneficio existẽti infra diœcesim infra quã beneficium est vnitũ,quia in habẽtibus,&c.C.ne lice.ha.l.j.de leg.ij. l.cùm pater.§.libertus. licet videatur facere cõtra c.tua. de his quę fiunt à pręla.sine cõsensu.Primũ tamen tenet Rota.per c.si vna.de reb.eccl.non alie.in cle.in qua non cauetur de tractatu,sed consẽsu.vide dec.proxi.sequen.

EPITOME.

1 *Vnio non redditur nulla propter falsam causam in vnione expressam,licet*

prossam, licet annullari possit: & ideo expectantes non possunt beneficium vnitum acceptare, nisi vnione annullata.

2 *Vnio videtur donatio: & est contractus stricti iuris.*

3 *Dolus dans causam contractui & si sit stricti iuris, non reddit contractum nullum ipso iure.*

4 *Falsa causa non impedit dominij translationem.*

5 *Falsa causa annullat gratiam ipso iure.*

6 *Vnio non est ambitiosa.*

7 *Decretum datum propter falsam causam quòd ipso iure non valeat.*

Decisio 2. alias 168.

Cassa. dec. 8. 1 sub tit. de cons. præb. nu. 6 & per eundē dec. 5. de vni.

NOta † ℣ falsitas causæ non reddit vnionē factam nullam ipso iure, ad hoc ℣ impetrans tale beneficium vnitum possit acceptare, donec vnio fuerit annullata. & ℣ falsitas causæ non reddat vnionem nullam, probatur: quia † donatio videtur: & est contractus 2
stricti iuris. l. eum qui. ff. de donationi. & tamen † dolus 3
dans causam contractui in cōtractibus stricti iuris, non reddit contractum nullum ipso iure: vt l. si quis cum. de verborum obligatio. iunct. l. dolo. C. de inutili. stipulati.

4 Item falsa † causa impedit dominij translationem: vt est videre in debito soluto ex falsa causa: vbi datur actio ad repetendum, quæ non daretur si dominium non esset translatum: vt l. fina. ff. vsufruct. quemadmo. cauea. ad quod notatur in l. cùm hi. §. arbitrio. ff. de transactio. & quod notat Innocen. & Hostien. in cap. quæ in ecclesiarum. super verbo, legitimo. & super verbo, consensu. de constitutioni. & l. cùm in corpus. ff. de acquirend. rerum domi. ad quod facit l. fin. ff. de his qui à non domino manu. vbi suggerens falsum principi, vt seruus manumitteretur, qui non debebat manumitti: valet manumissio: licet suggerens puniatur. Nec obst. l. magis puto. §. fina. ff. de rebus eorum. quia aliud seruatur in alienatione rei in corporalis quàm in alienatione rei ecclesiæ, & inter ista est differentia: vt not. Innocen. in capit. dudum. de rebus ecclesiæ non alienandis. & in cap. j. de in integrum resti-
5 tutio. Item non obst. si dicatur in literis ℣ † falsa causa annullat gratiam ipso iure: vt in cap. fin. de filijs presby. libr. vj. cum ibi notatis. quia vnio fit de beneficijs: vt de proprietate beneficij: & de proprietate agitur: & sic videtur causa prophana. cap. autem fina. loquitur quando fit gratia de beneficio. ad quod faciunt notata per Ioan. Andr. in cap. dispendiosam. super verbo, beneficijs. de iudic. in clementi. & per eundem. de causa possessio. & pro prieta. cap. j. eodem libr. Item aliud loquitur in materia
6 ambitiosa. vnio † autē non est ambitiosa, cùm fiat pro-
7 pter necessitatem. Item non obst. quia † decretū datum propter falsam causam non valet ipso iure: vt argumen. l. j. §. hæc verba. ne vis fiat ei. ff. de Carbo. edic. l. iij. §. impuberi. de ven. inspic. l. j. in princip. quia loquitur vbi decretum imponebatur ex falsa causa, & in præiudicium alicuius, cui de præsenti fiebat præiudicium, & quia certabant de damno vitando, quod non est in proposito: vbi si fiat vnio beneficij non vacantis ex falsa causa, non potest allegari præiudicium: licet postea impetrans possit petere ℣ annulletur vnio, licet vnio teneat: vt est dictum. dictam opinionem tenet glo. xij. quæstio. ij. sine exceptione. licet Archidiaco. contra. tamen rota communiter tenet ℣ valeat vnio: licet possit annullari probata falsa causa. & vide decisio. 3. infrà de rer. permuta. & decisio. 3. suprà de officio legat. & decisionē. 12. infrà isto titu.

EPITOME.

1 *Vnio facta præpositurę cum consensu capituli de ecclesia aliqua: quamuis ex vnione capitulum posset consequi aliquod commodum. an valeat?*

Oldra. consi. 262. card. consi. 131. abb. in c. possessiones. de re. eccle. nō alienand.

Decisio 3. alias 859.

PRæpositurę Neumasinen. quæ est dignitas in ecclesia: & habet quasi omnia bona capituli, & prouidere toti capitulo, & etiam singulis canonicis in victualibus & alijs necessarijs: & habet administrationem omnium: & totum retinet sibi prępositus quod super est de omnibus oneribus incumbentibus supportatis. & prę positura etiam habet bona & administrationem illorū.

1 Facta † est vnio cuiusdam ecclesiæ ex certis rationabilibus causis vt posset melius prouidere capitulo, & onera incumbentia supportare per episcopum Neumasinen. de consensu capituli. Quæritur an valet vnio. Pro & cō tra facit cap. si vna. de rebus ecclesiæ non alienand. in clementi. videtur dicendum quòd valeat: ex quo principaliter fit dignitati, nō ipsi capitulo: licet ex hoc ex quodam consequenti capitulum vtilitatem sequatur. pro hoc bene facit de tutore qui authorizat pupillum in adeunda hæreditate: licet ex quadam consequentia redundet in vtilitatem tutoris, cui forsan adita hęreditate debebitur legatum. C. de administratio. tutor. l. cùm quædam. pro hoc etiam facit ff. de tutor. l. j. & l. quod dicimus. in princip. Item per eundem modum potest induci ad hoc insti tu. de testament. §. legatarius. sic & hoc capitulum huic vnioni authoritatem præstare poterit non enim censetur hæc vnio esse res propria capituli, ex quo fit præpositurę & nomine capituli. bene facit ff. quando appella. sit necesse l. j. §. in propria. dicit nomine suo. quòd præpositurę vel præpositi non est capituli. facit ff. de rerum diuision. in tantùm. §. de vniuersitate. de in ius vocand. sed si hac. §. manumittitur. præsertim cùm illa quæ capitulum exinde percipiet, non possit per se percipere, sed de manu præpositi argumen. ad hoc ff. de vsufruct. defuncta. §. Sempronio. de vsufruct. le. l. fundum turbaui. Pro hoc quia interdum per medium. permissum agitur ad extremum prohibitum. facit ff. de exception. per iusiurandum. §. & si fideiussor. vbi acceptilatio facta fideiussori per medium obligatio fideiussoris quæ est verbalis agit in obligatione rei principalis nō verbalis, in qua aliàs agere non possit. igitur in ista vnione authoritate capituli per medium præpositurę agere possit, & prodesse in vtilitatem consequentis capituli: non enim quęritur cui commodum quęritur vnionis: sed cui honor habitus est. bene facit de legat. præstand. l. iij. §. j. de iure fisc. l. edicto. §. ad eos. de vulgar. & pupil. l. qui liberi. §. hęc verba. de contratabu. l. non putauit. §. in adoptione. in fi. §. Pro hoc ℣ potius debemus attendere præpositurам cui fit vnio, principaliter posset induci l. j. de his quibus vt indignis. de ædili. edict. cùm autem. §. final. pro hoc facit l. j. de legat. ij. l. cùm pater. §. libertus. licet videatur facere contra. capitu. tua. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. Pro hoc facit quòd authoritate capitu li possit per medium præpositurę seu per alium quod non possit per se. ff. quæ res pigno. obliga. poss. Aristo. §. fina. cum concordan. Pro hoc: quia ista ecclesia vnita nec eius bona non erunt sub cura & administratione prępositi, quod est multum attendendum. argumentum ff. de lega. iij. in patronis. §. Sempronio. Pro hoc quia hîc licet sint aliqua, scilicet quæ niruntur vitiare vnionē, scilicet quia ex illa redundat seu resultat vtilitas capituli, cui melius prouidebitur: quòd non potest in re propria authorizare: ex quo transeunt aliqua principaliora quæ habent illa validare: scilicet quia fit potius principaliter ipsi dignitati præpositurę potius attendamus id quod prodest quàm id quod nocet: facit ff. de iure fisc. l. non intelligitur. §. si quis palam. vt sic vnio magis teneat quàm pereat. argumentum. l. quoties. ff. de rebus dubijs. non enim attendenda est illa communis vtilitas capituli: quia secundum hoc non posset facere vnionem alicui præbendæ ecclesiæ cathedralis: quia cùm omnes præbendæ sint capituli: ex illa vnione capituli consequeretur vtilitas, saltem vacante præbenda: quo tempore illa bona eius remanerent semper penes capitulum: vt notat Innocen. de testament. relatum. in fine. quod tamen falsum est. quia imò potest: vt notat Ioannes Andr. in dict. capitu. super verbo, si vna dignitati. & super verbo, capitulo. pro ista parte etiam potest induci l. si quis perperam. §. si quis certum. ff. de iure dotium. In oppositum videtur quòd potius attendatur vtilitas capituli resultans ex vnione: vt sic capitulum non potuerit authoritatem præstare vnioni, quæ fiebat ad eius vtilitatem: vt ei posset melius præpositus prouidere, facit quia potius attenditur is cui effectualiter commodum acquiritur, & ad cuius vtilitatem fit dispositio. argumen. ff. de lega. præstand. l. iij. §. item si quis. & . §. & si præponas. pro hoc de successo. edict. l. j. §. penultim. instit. per quas personas nobis acq. sed si hæres. pro hoc ff. ad Trebellia.

l.cogi.§.qui insolidum.& tenet rota dominorum auditorum sacri palatij.

EPITOME.

1 *Reseruatio papæ non impedit vnionem faciendam per ordinarium: sed suspendit eius effectum durare tempore collationis factæ vigore reseruationis.*

2 *Reseruatio papæ subsequens vnionem factam ab ordinario impedit effectum vnionis: licet de ea non fuerit facta mẽtio.*

3 *Impetrans tenetur mentionem facere de commenda.*

4 *Legatus de latere potest vnire ecclesiam parœcialem dignitati.*

Decisio 4. aliàs 19.

Calde. consil. 1 vlti. sub tit. de reb. eccle. nõ alien. Fely. in c. in nostra. col. xvij. ver. vige simũ septimũ. de rescrip. Fran. in c. si ti 2 bi absenti. col. pen. in glo. in vers. in personam. de præb.

NOta † ℣ reseruatio papæ non impedit vnionem faciendam per ordinarium.& est ratio,quia vnio concernit proprietatem beneficij: & collatio papæ quæ fit propter reseruationem,concernit fructus beneficij:& ideo vnio tenet:licet effectus vnionis papę reseruatione suspendatur pro illo tempore,pro quo confertur beneficium:non vt proprietas beneficij:vt dicitur in simili in c.j.de caus.poss.in cle.per Io.An.cle. dispendiosam.de iudi.& ex hoc dicitur,℣ † reseruatio subsequens vnionem ab ordinario factam impedit effectum vnionis:posito ℣ in collatione facta per papam de tali beneficio reseruato,de vnione quę præcedit,non fiat mẽtio:quia vnio perpetua non tollitur:sed eius effectus differtur:vt c.sciant.de elect.lib.vj.arg.l.cùm ita.de condi. & demon.& posito ℣ vnio sit facta propter causam necessariã:ista causa seu eius effectus differtur facto principis superueniente:vt l.fin.ff.ad municipa.Item differtur talis necesitas ad tempus &non perpetuò:quòd non videtur absurdum.licet contra hoc videatur facere not.

3 Archidia.in c.nemo.de elect.lib. vj. quia † de cõmenda debet fieri mentio:aliàs non tenet impetratio . Sed istud non ob.quia reseruatio fit motu proprio papæ: & sic nõ debet allegari surreptiovt c.si motu.de præb. libr.vi. & de materia vnionis vide infra deci.160.& 166.& 168.&

4 27.& 254.& 370.& 375.& 442.& 443.& † ℣ legatus de latere potest vnire ecclesiam parœcialem dignitati, &c.infra dec.459.& 611.

EPITOME.

1 *Vniri ex necessitate beneficium potest per ordinarium cadens sub expectatiuis etiam post processum factum per executorẽ.*

Decisio 5. aliàs 253.

1 NOta † ℣ beneficium ad quod generaliter quis est expectans,potest vniri per ordinarium:& post processum factum per executorem : vt c. cùm accessissent. de constitu.& not.Io.An.in Specu.in rubric.de præb.& not.idem in c.literas.de rescript.super verbo,statutum. versi.nec vidit ponderandum.& in c.fina.de præben. in clemen.& vide Petrum de Bracho,super dictione , data vel litera:quiavnio fuit ex necessitate:ideo videtur ℣ valeat.arg.l.peto.de lega.ij.Item generaliter est expectãs ad omnia beneficia:igitur istud beneficium singulare nõ videtur deberi.argu.* l.fin.cùm optio.de op.leg. sed ibi videbatur à tempore mortis ius cõpetere legatis. & erat in potestate sua ius eligendi quem vellet, quod non hîc: cùm vacet beneficium quodvnitur.vide deci.iij.infrà de rerum permutatio.

* Argu. l.si. &c. lege sic. arg.l.si cũ his §.si. de cõdit. cõtra videtur. l.si cũ obiecto. de optio.lega. 1 &c.

EPITOME.

1 *Vniri potest beneficium reseruatum: sed vnio habebit effectũ cessante reseruatione.*

Decisio 6. alias 658.

Aeneas de Fal 1 co.in tract.reserua.in 4.q. prin.in xxiij. effectu in prin cip.

DIc † ℣ vnio potest fieri de beneficio reseruato, quæ tamen non habet suum effectum , quin papa conferat ratione suæ reseruationis factæ:sed postea dum non vacabit in curia dicta vnio habebit suum effectum . & ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Capellaniæ quæ ædificantur in ecclesia spectante ad præsentationem abbatis spectant etiam ad præsentationem eiusdem.*

2 *Contentum sequitur naturam continentis.*

Decisio 7. alias 158.

* Hæc decisio 1 malè situatur sub hoc titul. cùm de rerum ecclesiæ aliena

NOta * † quòd vbi abbas dicit se patronum alicuius ecclesiæ:si infra ecclesiam ædificentur capellaniæ,videntur pertinere ad abbatem iure patronatus in dubio:quia ex quo abbas est patronus ecclesiæ. cõsequenter videtur esse patronus ipsarum capellaniarum: vt † contentum sequatur naturam continentis . argu.l. testamentum.§.fina.ff.de testamen.cum l.adeo.§.insula quæ in mari. de acquiren. rerum domi.& l. quod sicut. quod pro materia.de pericu.& cõmo.rei vendi.ad quod notatur per Innocẽ.in c.cùm venerabilis. circa fin.super verbo,authoritate.in gloss. final.de exceptio. ad quod c. ad audientiam.de eccle.ędifi.& c.postulasti.de iure pat. cum ibi notatis per Innocen.in gloss.penul.& quod not. Io.mo.de institutio.c.ij.lib.vj.& per Archidia.de capel. monac.c.presbyter. in secunda gloss. circa fin. dominus Vfocan.alleg.c.iij.circa princip.de capel.mona.pro hoc extrà de deci. quoniam . & in ista opinione fuit maior pars dominorum,licet faciat contra quod not.in cap.ad hæc.de fil.presbyte.per Ber.in fin.secundæ gloss.

tione vel non, minimè loquantur: debebat enim inseri sub tit. de iure patro. cũ nihil aliud præter quàm quod de iure patronatus loquatur.

EPITOME.

1 *Vnio probata falsitate causæ potest annullari.*

Decisio 8. aliàs 169.

Inf.12. Bis. 2.eod.titu.& supra in not. 1.de excess.pra la.Aegi. 618.

1 NOta † quòd vbi beneficio siue mense prælati vnitur beneficium,non est necessarium quòd fiat mentio in vnione: nec in tali vnione exprimantur bona vel alia: dum tamen causæ sint veræ,propter quas fit vnio , quia si essent falsæ, licet vnio teneret vt dictum est ipso iure: tamen annullari posset falsa causa probata : vt l. si propter.§.Marcellus.ff.de iudi.vide præceden.dec.

EPITOME.

1 *Vnio probatur ex præscriptione tanti temporis de quo non extat memoria hominum.*

2 *Vnitur tribus modis beneficium.*

Decisio 9. aliàs 205.

1 NOta † quòd vbi quis dicit beneficium vnitum tanto tempore de quo non existit memoria, sufficit quòd allegat præscriptionem de qua nõ extat memoria, quia

2 † tribus modis vnitur beneficium , primò per modum traditum.in c.si vna.de rebus eccl. non alienan.secundò per cõcessionem papalem,tertiò per præscriptionem:vt not.Ioan.Andr.in capit.frequens. super verbo, ad mensam.de restitutio.spoliato. quia tale tempus de quo non extat memoria sufficit sine titulo alio: vt no.per moder. in cap.si diligenti.de præscript. per Innocen.vide decis. proxi.sequen.& dec.iij.infrà de rerum permut.

EPITOME.

1 *Vnio probatur ex præscriptione tanti temporis de quo in contrarium nõ extat memoria hominum: nec requiritur quod allegatur titulus.*

2 *Titulus non allegatur in his quæ præscribuntur tãto tempore de quo non extat memoria.*

Decisio 10. aliàs 375.

1 NOta † quòd vbi allegatur beneficium vnitum à tanto tempore de quo nõ existit memoria:sufficit simpliciter allegare vnionem: posito quòd non alleget causam vnionis,quia † in illis quæ tãto tempore acquiruntur de quo nõ existit memoria sufficit allegare tempus sine titulo. vt notat Innocen.in capitul.dudum. de deci. & in capit.si diligenti.de præscriptio.iunct.l.hoc iure.§. aquæductus.ff.de aqua quotidia. & æstiua. & capitul.j. de præscriptioni.libro sexto. vide decisio.3. infrà de rerum permutatione.

EPITOME.

1 *Beneficium vnitum perdit nomen beneficij.*

2 *Pars separata à toto: non est sub toto,sed est totum per se.*

Decisio 11. aliàs 370.

* Est vnio. Vnio tribus fit modis de quibus in ci. ne sede vacã. & xvj. q.j. c.& vtpote qualitas. & glo. super verbo , ecclesiast. de per literas de præbẽd.& vide decis.xx. supra isto tit. * Aliàs, profict.

1 NOta † quòd vbi beneficium est vnitum * & alteri annexum, perdit nomen beneficij: & non debet dici beneficium , sicut ante vnionem dicebatur. argum. §.illud.in autentic. vt iudic. sine quoquo suffrag.l.illud. iuncta l. si eadem.ff. de actionibus . & pro facit * illud scire, quia in casu in quo dicit beneficium vnitum & articulatur & datur quòd de præsenti vnitum est sicut

2 antea erat quòd articulus ruit, quia † pars separata à to non est sub toto , sed est totum per se : vt not. doctor. in capitul. cui de non sacerdotali . & sic separatio facit duo , & vnio vnum.argument.l.eum qui ædes.ff.de vsucapionibus.ne sede vacan.capitul.j. vide decision.3.infrà de rerum permutatione.

EPITOME.

1 *Vnio facta ex falsa causa valet: sed annullatur probata falsitate: sed*

tate: sed facta sine causa non valet.

Decisio 12. aliàs 511.

1 NOta † q̃ vnio ex falsa causa facta seruata tamẽ forma iuris valet & tenet. argument. not. per Ioan. xij. quæstio. ij. in summa. & cap. qui sine exceptione. & c. dudum. de rebus ecclesia. non alienand. secus si nulla causa subsit. sed si sine causa aliqua facta fuerit: tunc nihil valet quod actum est: vt in clement. monasteriorum. de rebus eccles. non alienand. & sic potest intelligi opi. Ber. & Hostien. qui tenent contra Ioan. & Tancre. in c. j. de restitu. in integrum. dominus verò Ioan. de Ligna. in casi quis presbyter. distinguit an sit peccatum ex qua vel circa quam. vide dec. ij. suprà isto tit.

EPITOME.

1 *Vnio facta mensæ episcopali non facta mentione de beneficijs prius eidem vnitis valet.*

Decisio 13. aliàs 442.

1 NOta † vtrum vnio de quodam beneficio facta per papam mensæ episcopali cuiusdam ecclesiæ seu episcopi, cui prædecessores suos etiam ante fuerunt factæ nonnullæ aliæ vniones de quibusdam alijs beneficijs sit nulla quia episcopus non fecit mentionem de alijs beneficijs sibi vnitis mensæ suæ? Tenent quod non. vide deci. proximè præcedentem.

EPITOME.

1 *Vnio ecclesiæ facta per episcopum monasterio in recompensatione damnorum per eum illatorum, non valet.*

Decisio 14. aliàs 611.

1 DIc † quòd si episcopus vult vnire aliquam ecclesiam sibi subiectam alicui monasterio religiosorum in compensationem aliquorum damnorum per eum facto rum dicto monasterio. q̃ non valet dicta vnio: quia non est facta legitimè: quia delictum personæ non debet redundare in damnum ecclesiæ. cùm olim. ij. de priuileg. sed restituat de suo damna, vel monasterium agat contra eum coram suo superiore. ita etiam tenent auditores sacri palatij.

De Locato & conducto.

EPITOME.

1 *Emphitheuticam rem venditam per secundum emphitheutam an possit primus dominus pro eodem pretio retinere?*

Decisio 1. aliàs 862.

1 QVIDAM † emphitheuta cuiusdam prioris ecclesiastici multis creditoribus vel creditori non curo obligato ad instantiã creditoris per curiam cuiusdam principis vel comitis qui erat dominus superior à quo dictus prior etiam dictã rem tenebat: & postea dederat eam illi debitori emphitheuticè in emphitheusim forsan de superioris domini voluntate: dicta res emphitheutica per executorem rei iudicatæ fuit subhastata: & cuidam Titio tanquam plus offerenti vendita seu liberata: dictus tamen prior dominus immediatus dicit q̃ infra tempus debitum ipse volebat illam pro eodem pretio retinere: & quantum in se fuit retinuit: non tamen pretium obtulit nec soluit: nec apparet q̃ sibi fuerit adhibita fides de pretio: dictamq; rem sic retentam cuidam Mœuio vendidit pro certo prętio: & eum in possessionem induxit, qui etiam pretium non exsoluit, licet ipse prior sibi vendens sibi fidem habuerit de pretio: dictus verò Titius primus emptor cui ad instantiam creditorum emphitheutę cui curia domini superioris ad mercatum vendiderat, requisiuit dictum dominum priorem immediatum q̃ illum in possessionem induceret, & q̃ rem per curiam sibi venditam laudaret & curia eundem priorem instante creditore etiam super hoc requisiuit: quo prætextu dictę retentionis quam re fecerat in re facere & laudare recusante, non tamen prętium offerente curia domini superioris & ipse comes dominus superior in contumaciam dicti prioris illi Titio rem emphitheuticam laudauit: & soluto per eundem Titium prętio in possessionem induxit. dictusverò Mœuius, qui emit à priore rem istam iure vẽditionis ab isto Titio dicit se potiorem ex quo per priorem dominum immediatum rem illam iure suo retinentem sibi fuit vendita & priusquam Titius fuit in possessionem inductus. Ex hoc themate quæruntur multa. Primum nunquid prior ille dominus immediatus potuerit rem emphitheuticariam pro eodem prætio retinere: vel an ius retentionis potius ad dictum comitem superiorem dominum pertinet. Secundò quæritur, suppositò q̃ dominus prior posset rem retinere pro eodem pretio: an prius teneatur offerre pretium, vt sic non aliter in eum dominium rei emphiteuticarię retentæ trãsferatur, seu potius cum suo dominio consolidetur quàm si primitus prætium exsoluerit, vel saltem obtulerit: nec per eũ quò minus solueret stetit: vel saltè sit ibi fides habita de prętio, vel incontinenti, cùm dicit se velle retinere. in ipsum dominium transferatur, vel consolidetur cum dominio seu emphiteutæ vendentis sit ad pretium obligatus: & possit ad illud soluendum conueniri. Tertiò an in casu præmissæ quæstionis, cùm res emphitheutica venditur per executionem rei iudicatæ ad instantiam creditoris domino prædicto prætium retinenti possit haberi fides de prætio, & per quem, an per emphitheutam debitorẽ cuius res venditur, an per creditorem ad cuius instantiã, an per curiam cuius authoritate & mandato venditur? Quartò an dicto priore domino seu emptore ei' postea prætium offerente suppositò q̃ teneretur prius offerre retro validetur venditio per eum facta, sit perinde ac si ab initio primitùs obtulisset. Quintò an dominus prior immediatus seu quicunque directus dominus retinere possit rem quæ venditur per emphitheutam pro eodem prætio non vt sibi remaneat, sed alteri vendat. Sextò an dominus superior in casu præmissæ quæstionis in contumaciam dicti prioris domini immediati poterat laudare rem dicto Titio emptori qui emit ad mercatum, vt sic illo laudante rem licitè potuerit retinere & possidere, & in eum dominium transferatur. De prima quæstione videtur q̃ ius retentionis potius ad dictum comitem superiorem dominum pertineret, sicut etiam pertinet ad eum laudare & recipere, cùm secundus emphitheuta alienat vel distrahit secundum quod not. Spec. ti. de loca. §. nunc aliqua. versic. 105. & versi. 126. in oppositum videtur esse. quia sic sequeretur absurditas: quia secundum hoc dominus superior rem retinens erit emphitheuta sui emphitheutæ respectu eiusdem rei. Item secundum hoc habebit dominium vtile & directum formaliter: quod non videtur possibile de iure: quia dominio vtili redeunte ad dominium directum, consolidatur cum illo, & desinit esse vtile formaliter: sicut dicitur de vsufructu redeunte ad proprietatem: quia res sua nemini seruit: ideo non videtur q̃ ius retentionis debeat ad superiorem dominum spectare seu pertinere. bene facit ad hoc quod not. in Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua. versicu. 129. in fin. præterea sequeretur absurditas. talis aũt absurditas non sequitur in laudatione seu laudum perceptione: & ideo bene possunt ad dominum superiorem pertinere: vt in ratione contraria pro alia parte supra facta. Si tamẽ velles tenere primam partem q̃ imò ad superiorem dominum pertineat ius retentionis, posses respondere ad istam secundam partem per illa quæ not. in simili in Specula. titu. de feudis. §. quoniam. versicul. 24. Et etiam posses dicere q̃ hæc absurditas nulla est propter diuersos respectus, qui in hoc considerantur. nã non redit ad superiorem dominum vtile dominium simpliciter, sed respectiuum & qualificatum per respectum quem habet ad ius seu ad dominium vtile quod habet primus emphitheuta, qui respectu secundi censebatur in illo iure seu dominio vtili quodammodo directus dominus respectu sui secundi emphitheutæ, quod quidem dominium secundum ei secundo respectu est vtile respectu primi dominij sui: vnum ad dominum superiorem proueniente & per retentionem iuris, seu dominio vtili secundi emphitheutę non consolidatur cum suo dominio directo illud dominium vtile: quia ab ipso non erat im-

mediatè formatum:nec ipsum concernebat & respiciebat primum emphitheutã:& ab eius dominio vtili erat formatum quod eius respectu quodammodo censebatur directum:vt sic dicamus ꝙ vtile dominium secundi emphitheutæ quando vnitur cum dominio quod est penes primum emphitheutam,ꝙ eius respectu censetur directum:tunc etiam consolidatur cum eo,& extinguitur & efficitur plenum & simpliciter dominiũ vtile primi emphitheutæ. & si illud dominium primi emphitheutæ quod est vtile respectu primi dominij veniret ad eundem primum:tunc etiam consolidaretur cũ suo directo, & efficeretur dominium plenissimum,non autem dominium vtile secundi emphitheutæ non consolidaretur cum directo dominio primi dominij quod non concernit simpliciter & eius respectu,nec simpliciter nec formaliter existit. Et si dicas ꝙ primus * emphitheuta transtulit vtile dominium in secũdum emphitheutam, nullum dominium remansit penes illum,ex quo illud sic transtulit prout videtur tenere glo.institu.de locat.§. adeo . super verbo,propterea.potest dici ꝙ imò:quia illud non transtulit in totum:nec simpliciter in secundum,ex quo sibi retinuit ius certæ pensionis per secundum emphitheutam suum sibi præsentando: & sic suum dominium vtile quodammodo * dimisit quò ad commodum inter se & secundum suum emphitheutam : sic ꝙ ius seu pars dominij vtilis,quod seu quam sibi retinuit,posit dici directum dominium respectu secundi:& illud ius seu pars quod seu quam in illum secundum transtulit, dicatur vtile eius respectu:vnde latius exordiendo posset dici ꝙ dominium superioris & primi domini est directè directum dominium: dominium verò secundi emphitheutæ est vtile vtiliter.prout aliàs plenius circa hoc scripsi in alia quæstione quam disputaui, de qua respondi Auinion.quæ incipit.In quodam regno.in prin.quæstionis in secundo & tertio fol. in magna papyro.

* *Et si dicas quòd primus, &c. lege sic. Et si dicas quòd ex quo primus, &c.*

* *Dimisit. aliàs & melius diuisit.*

EPITOME.

1 *Locatio rei,si est successiuè facta duobus , & secundo tradita est possessio: præfertur secundus possessor,aliàs non.*

2 *Locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni.*

3 *Traditio rei locatæ nullum ius reale in re constituit.*

Decisio 2. *alias* 879.

VTrum † l.quoties.* de rei vendica.habeat locum in locatione:vt si duobus rem locaui:vni primò & alteri secundò : cui secundo rem locatam seu eius detentionem primò tradidi:& secundus cui primò tradidi sit potior,& nõ possit expelli propter priorem, nec ad eius instantiam. Videtur ꝙ sit potior secundus per illam legem:quæ licet loquatur in venditione: tamen videtur ꝙ idem seruari debeat in locatione:quia † locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni eiusdemq; iuris regulis consistit.ff.locat.l.ij. Pro hoc bene facit ratio diuersitatis quam assignant doctores inter matrimonium & venditionem:quia in matrimonio potius est primum non consummatũ carnali copula,quàm secundum consummatum : & tamen in venditione potior est secunda consummata:vt ext.de sponsi.si inter.de sponsi,door.c.licet.& c.fina.Ratio diuersitatis ibi in dicto c.fina.redditur per Hostien.& Ioan.Andr. in nouel. quæ facit pro ista parte,quam ibi vide.In oppositum facit:quia † in locatione per traditionem nullum ius reale in re constituitur.l.locat.& l.emptorem.ideo traditio nihil videtur detrahere primæ obligationi personali cõpetenti primo conductori:sed competat vtrique conductori actio personalis:& in actionibus personalibus nũquam qui potior * est tempore,potior est iure:nec attẽditur prioritas nec posterioritas:vt l.priuilegia.cum sua materia ff.de priuileg.credit . Imò videtur ꝙ primus sit potior:in l.in operis.ff.locat.sed ibi neutri facta fuerat traditio. Potest dici ꝙ secundus cui facta fuit traditio: si teneat rem vel locatum in vim exceptionis , sit potior: & per viam retentionis & exceptionis posit se defendere:quia primo conductore contra eum agente se defendet.ꝙ sibi non tenetur rem restituere:quia in re nullum ius reale habet:vt res aliquo iure reali sibi sit facta: nec ipse secundus aliqua personali obligatione seu actione sibi tenetur : vtpote quia secum non contraxit , vel quasi:nec in eum deliquit,vel quasi, sed si secundus non teneret,vno cecidisset à detentione,ageret forsan contra primum ad quem rei detentio peruenit, vel contra certum detinentem,tunc nõ esset potior: quia traditio primò sibi facta nullo iure sibi rem affecit:vt d.l.emptorẽ. nec eos habet aliqua obligatione personali obligatos, cũ quibus non contraxit,nec quasi &c. Et si possessio reuenisset ad locatorem:& ambo agerent contra eum:etiam dico quòd secũdus esset potior,licet semel res fuisset tradita,ex quo per hoc non fuit reali iure affecta : sed tunc crederem primum præferendum in rei assecutione:vt d.l.in operis.ff.locat.& demùm locatorem secundo teneri ad interesse.

* *Et si dicas quòd primus, &c. lege sic.*

1 *Locatio rei.*

2 *Locatio.*

3 *Traditio.*

* *l. Quoties. An autẽ d. l. quoties.habeat locũ in personis ecclesiasticis vide per Inno.& Hostien.in c. cõsuluit.debitor.de iudic. quæ si à prælat.sine cõsensu capitu. vbi videtur tenere quod nõ. & adde do. Alex. in d.l.quoties. in additio. ad Bart. vbi recitat dicta. Innoc.& Host. in d.c. cõsuluit. & cõs. 122.vol.5. & Iaso . in d. l. quoties.col. 8. vers.tertiodecimo.*

† *Aliàs.prior, & melius.*

De Depositio.

SVMMARIVM.

Fideiussor non liberatur per prorogationem factã depositario per deponẽtem:secus si prima obligatio fuisset nouata.h.d. Vel sic.Fideiussor liberatur per prorogationem termini factam depositario per deponentem:& nihilominus deponens aget : ex depositio contra depositarium ad restitutionem.

Decisio 1. *aliàs* 860.

PENES Titium campsorem deposui mille florenos aperto depositio non clauso nec signato, qui mihi dedit edeiussorẽ de restituẽdo illos: tamen post annũ vel biẽnium cùm ego vellem recuperare depositum, dictus cãpsor rogauit me vt sibi adhuc dimitterem per tres vel quatuor annos pro certo lucro mihi dando quolibet anno:& sibi concessi, istud tamen ignorauerunt fideiussores,postea verò lapso termino isto seu tempore volui recuperare pecuniã meam, & illo campsore facto non soluendo vel aliàs discusso: volo habere recursum ad fideiussores pro dicta pecunia , ipsi dicunt quòd nõ tenentur, quia prima obligatio depositi pro qua fideiusserunt,fuit nouata & translata in obligationem mutui per secundam concessionem, & sic sunt liberati.argum.l.nouationem.ff.de fideiusso.Et pro hoc videtur text. quòd obligatio nouata sit & in nouã translata. ff.si certum peta.l.singularia , credo quòd bene dicerent,si supponeretur nouata obligatio prima,quia prima extincta tolleretur fideiussoria,vnde ipsi semel liberati,nisi ex nouo cõsensu iterum præstito non essent obligati.argumen.l fin.ff.de pact.C.loca. si tantum homines.sed in proposito nõ credo primam nouationẽ : * nec discessum à contractu seu obligatione depositi ab initio contractoꝛ:sed obligationẽ depositi continuatam & prorogatam per nouam dilationẽ sub certo lucro seu vsura quæ deberentur etiam pro obligatione depositi ex mora vel ex pacto:vt.ff. deposit.l.quamuis.in fin. Non obstat si dicatur quòd imò fuit depositum, & postea mutuum, quia illud verum esset , si expressè hoc actum esset quòd pecunia esset mutua penes depositarium : aliàs in dubio inspicitur originalis contractus,vt ex illo agatur nõ obstante quòd depositarius pecunia vtatur,quia ex quo depositum fuit apertũ ab initio, in dubio videtur fuisse data licẽtia vtẽdi pecunia ipsi depositario. vnde dato quòd postea vtatur:propter hoc nõ transibit in mutuum: imò ex originali depositi obligatione ad restitutionem pecuniæ tenebatur , & agetur actione depositi ad restitutionem:vt probatur.ff. deposi.l.si sacculum. in fin.& notat glo.in l.desponsaliorum.§.j.infrà eo.tit.In talibus enim inspicitur originalis cõtractus, vt totum ab eo denominetur.ff.deposit.l.j.§.idem Pomponius.

Decis. 400. *viso circa princi.vol.j. hyppolitus de marsi. in repeti. rubricæ de fideiu.col.xvj. in fin.Alexi. consi.7.vol. sexto.*

* *Nouationẽ aliàs , nouatam.*

De Emptione & venditione.

EPITOME.

1 *Emptor si emit rem quam credit liberam , & est emphyteuticaria : & per biennium non soluit censum : non cadit in commissum.*

Decisio

Decisio 1. *alias* 759.

DIC quòd † si aliquis emat aliquam rem quam credit esse liberam, & est emphitheuticaria: quòd licet talis emens steterit per biennium quòd non soluerit censum: quòd talis res non cadit in commissum: cùm homines penitùs ignorent, pro hoc facit quod not. Ioan. mo. & Gen. in reg. iur. in libr. vj. pro hoc etiam tenet rota dominorum auditorum.

EPITOME.

1 *Vsusfructus potest vendi ad tempus.*
2 *Successor in re in qua debetur vsusfructus, tenetur pati vsufructuarium rei frui dicta re.*
3 *Successor etiam ex titulo lucrativo non tenetur stare colono.*
4 *Colonus non habet ius in re.*

Decisio 2. *alias* 861.

SI vendatur † vsusfructus ad tempus valet venditio: quia vendi potest etiam ad tempus: vt l. vsusfructus. in multis. ff. de vsufruc. & l. inuito. C. fami. erci. coniuncta l. omnium. ibi pactionibus & c. ff. de vsufruct. ius reale est respectu rei: quãuis personale sit respectu personæ cui debetur. vt l. vti frui. ff. quemadmodum. vsusfruc. petatur: sed † quicunq; successor in re, in qua debetur vsusfructus tenetur pati vsufructuarium rei frui dicta re: vt d. l. vti frui. facit ad dict. leg. j. si ager vectigalis vel emphitheu. pe. ergo talis qui emit vsufructum vel ad tempus dominus non potest prohiberi per successorem * ex quocunq; titulo suæ emptionis, ne vtatur: vt patet ex superiùs allegat. pro quo facit l. filius. §. dominus. & quod ibi not. ff. de lega. ij. & l. legatum. in fi. de lega. Non obst. quòd † emptor siue alius successor etiam ex titulo lucrativo non tenetur stare colono: vt l. emptori. C. locati. & l. qui fundum. ff. e. tit. quia † colonus non habet ius in re. si autem haberet, vt in vita: quia conduxit ad magnum tempus: vt dict. l. j. & ponit glo. extra de reb. eccleſi. non alie. in clemen. cap. j. tunc successor tenetur stare tali colono. per dictam leg. j. Et est glo. ordinaria in l. nihil. ff. de leg. j. circa finem. eod. ti. Item vsufructum potest alijs vendere: vt est casus in l. arboribus. §. ij. ff. de vsufruct. & l. necessariò. §. fi. ff. de periculo & commo. rei vend. aliqua contraria soluuntur per glo. in dict. §. ij. Item pono quòd prædicta sonarent in locato: tamen emptor tenetur stare colono: quia emptio est mométi, quod probatur. nam in dicto contractu conuenit quòd dominus in alium non alienaret, per cuius obseruantiam fuit obligata dicta domus saltẽ in genere, cùm obligauit omnia sua bona. sed certum est quòd quis promittens non alienare, illi cui est cõstitutum ius in re: si pòst alienat, alienatio nulla est: vt l. creditor. §. fi. ff. de distra. pignor. secundum literam negatiuam, nulla. facit l. ij. C. de iure emphi. & hoc tenet dominus Bar. in l. si ita quis eadem. ff. de verb. obli. sed in proposito dicto conductori fuit cõstitutum ius in domo: si tamen potest dici cõductor, videlicet pignus vel hypotheca & promissum non alienare: ergo talis alienatio nõ tenuit: vt patet ex prædict. & sic per consequens dictus conductor repellet talem prætendentem titulũ emptionis. pro quo l. si. C. de rei vend. & aduerte quòd text. clarè ostendit quòd aliud sit vendere vel emere vsufructum ad modicum tempus: locare etiam aliud ad modicũ tempus: quia prædictos contractus ponit vt species separatas in dict. c. j. de reb. eccle. non alie. in clemen.

* Per successorem. Adde ad hanc decis. q. 320. c. Thole. & ibi in addit. do. Stap. Auct. Praxis huius decis. est valde vtilis & necessaria, via & Lugdunensibus frequens.

EPITOME.

1 *Venditio facta publicè vel per subhastationes præiudicat quò ad possessionem & proprietatem ei qui se non opposuit.*

Decisio 3. *alias* 883.

NOta † quòd per venditionem factam publicè ad incantum & cum subhastationibus publicis & per executorem rei iudicatæ, & de re aliena detenta per eum contra quem fit executio ex causa conductionis præiudicat locatori in possessione & proprietate, qui nunc se non opposuit.

De Rerum permutatione.

EPITOME.

1 *Permutans si obtineat beneficium habens ordines annexos: si infra annum se promoueri non fecerit, an priuetur tali beneficio, stante maximè ordinatione testatoris hoc disponente.*

Decisio 1. *alias* 108.

NOTA quòd † vbi aliquis permutauit beneficium habens ordines annexos, & ex constitutione fundatoris qui voluit quòd quicunque tenens tale beneficium promoueretur infra annum, vel priuaretur. talis ex causa permutationis tenens tale beneficium, si non faciat se promoueri: videtur quòd perdat illud: & habeat locum. capitu. licet. de elec. li vj. quia ex quo cum alio contraxit conditionem contrahentis & rei super qua contrahitur, scire debet: vt in reg. iuris. qui cum alio. & quia permutatio fit cum causa & propter complacentiam & condecentiam: vt cap. quæsitũ. de re. perm. de quibus est verisimile quòd volẽs permutare prouiderit, & de conditione beneficij indagauerit: vt sic ignorãs nõ præsumatur. ar. l. iij. ff. de fideiuss. iunct. l. ab arbitris. qui satisf. co. Item error qualitatis non debet iuuare tale beneficiũ, ex quo non errat in corpore: vt. l. si quis vxori cum ibi no. ff. de fur. cum not. in. capi. quemadmodum. de iureiurand. & in capitu. ex parte. de resti. spolia. vt quia in actu quem debuit prouidere, non præsumitur ignorantia. argumen. l. cætera. §. fina. de leg. j. In contrarium videtur quòd capitu. licet. est pœnale, & non debet extendi ad cap. statutum. de elect. lib. vj. Item beneficiumde sui natura non erat cu ratum, nisi inquantum voluit constitutio instituentis, & sic in dubio debet præsumi ignorantia: vt l. super seruis. qui mili. non possit. lib. xij. C. & vide infrà decis. 184. suprà de præb. & vide infrà decis. iij. de pœn.

EPITOME.

1 *Minor valor vnius ex beneficijs permutatis non arguit suspitionem fraudis.*

Decisio 2. *alias* 129.

NOta † quòd non vitiatur permutatio nec præsumitur fraudulosa, posito quòd vnum beneficium sit minoris valoris quàm aliud. quia minoritas beneficij non inducit fraudem, nisi aliud appareat. argumen. l. dolus. C. de rescinden. vend. & not. Ioan. mo. in cap. vnic. de permuta. libr. vj. & ibi Ioan. And. in nouel. & vide super Collect. in capitu. quæsitum. de rer. permu. & vide deci. 2. suprà de præsumpt.

EPITOME.

1 *Beneficium vnitum non potest permutari.*
2 *Vnionis effectus non tollitur per prouisionem papæ subsequentem nisi de vnione fiat mentio.*

Decisio 3. *alias* 160.

NOta † quòd beneficium vnitum non potest permutari per eum qui tenet beneficium antequam vnio sortiatur effectum: vt not. Io. And. in Spec. tit. de præbẽ. in princi. vbi etiam ipse dicit † effectus vnionis non tollitur per prouisionem papæ subsequentem nisi de vnione fiat mẽtio: quia aliàs sequeretur quòd vnio posset esse inutilis per frequentes & plures permutationes seu prouisiones, quod esset absurdum: cùm vnio legitimè facta respiciat causam necessariam, quam non est verisimile quòd papa voluerit tollere, nisi expressè agatur: ideo dicitur quòd vsusfructus de facili consolidatur cum proprietate, ad hoc quòd proprietas non sit inutilis. argum. l. si vsusfruct. ff. de vsufruct. quam allẽg. Ioan. And. & de materia vnionis vide suprà decis. 19. & infrà. 166. & 168. & 254. & 370. & 375. & 442. & 463. & 205. & 657.

EPITOME.

1 *Resignatio ex causa permutationis facta in curia: non inducit reseruationem. si permutatio non sortiatur effectum.*
2 *Permutatio beneficij si non sortiatur effectum: & permutantes moriantur: beneficia extra curiam dicuntur vacare.*
3 *Beneficia si causa permutationis resignata in curia fuerint: & vnus volentis permutare moriatur: si confertur beneficium mortui & in persona superuiuentis perficitur permutatio*

bulla per cancellariam expedietur.

Decisio 4. *aliàs* 293.

1 NOta † ℣ vbi beneficia sunt resignata in curia causa permutationis: nisi sequatur permutatio, non videntur vacare in curia, quia resignatio est facta sub modo, qui nisi sequatur: non videtur resignatio facta: vt no. per Innoc. in c. inter cætera. de præben. in princ. & quod ibi not. in gl. ij. ad quod l. licet. in prin. ff. de iure dot. & quia est in lege tacita conditio: quia non cõferuntur nisi permutare volentibus: vt c. vn. de rerum permut. li. vj. & sic si non sequatur conditio tacita, quæ à lege intelligitur: non videtur beneficiũ vacare. vt not. in l. si quis accepto. ff. de cõdi. ob cau. intantũ ℣ videtur no. Io. An. in nouel. 1

2 in all. c. vn. ℣ in casu † quo nõ sequeretur permutatio beneficij: extra curiã videtur vacare, si moriãtur permutantes extra curiam: quia per modum reuolutionis beneficia videntur ad permutare volẽtes reuerti: vt dicitur in simili de verbo adiectiuo. ff. de in diẽ adiect. l. ij. cum

3 ibi no. vbi † autẽ beneficia sunt resignata in curia causa permutationis: & vnus volentiũ permutare moritur non facta permutatione: superuiuenti confertur beneficium mortui: & in persona superuiuentis perficitur permutatio, & bulla per cancellariam expedietur: vt audiui. arg. l. iure. ff. de cond. & demon. licet cõtra istam opi. sit l. legatum. C. de condi. in sert. sed dic quòd l. legatũ. loquitur in cõditione expressa: secus autẽ est in modo, sub quo videtur fieri resignatio causa permutationis: vt in alleg. c. inter cætera. per Innocen. & quòd aliud sit ibi in modo quàm in conditione. not. in l. in testamento. de condit. & demõ. & est text. in l. si tua pecunia. de leg. j. Itẽ aliud est in legato in quo loquitur l. legatũ. alle. aliud in isto casu, in quo ille qui resignauit, tractat de dãno vitando: indẽnis debet seruari si per eũ non stetit quò minus permutatio suũ sortiatur effectũ. vide supr. de renũ. de. 2. & 10.

EPITOME.

1 *Beneficium non videtur vacare ex quo alteri permutantium est collatum.*

Decisio 5. *aliàs* 339.

1 NOta † ℣ ex quo de facto nõ vacat beneficium, quia est collatum alteri permutantiũ, non videtur vacare secundùm Laterane. concilũ: vt not. in c. cùm in nostris. in prin. de cõcess. præb. per Inn. ad quod c. post electionẽ. eo. tit. Quia posito ℣ sit dare casum in quo propter peccatum seu defectũ deuoluatur electio ad aliũ: vt c. quanquam. de elect. li. vj. & c. cùm in cũctis. eo. tit. illud habet locum in electione in qua non tribuitur immediatè ius, secus in collatione simplicis beneficij, quia facta immediatè sortitur effectũ plenũ de facto intantum ℣ tenẽs beneficiũ ex tali conditione, licet ius nõ habeat: tamẽ do nec priuetur, iustè possidet: vt in c. cùm in nostris. & sic non currit tẽpus collatori, nisi à tẽpore veræ scientiæ, vel veræ vacationis: vt no. ℣ Host. in c. ex parte. de cõcess. præ.

EPITOME.

1 *Permutare vltima die anni non potest non promotus.*

Decisio 6. *aliàs* 355.

1 NOta † quòd non promotus vltima die anni. de quo in c. licet canon. & c. commissa. de elect. libr. vj. non potest permutare in quo obli. & ego contra per glo. j. de rerum permuta. in clementi. sed non fui exauditus. vide suprà dec. 38. in fin. de præben.

EPITOME.

1 *Beneficia per resignationẽ ex causa permutationis verè vacãt.*

Decisio 7. *aliàs* 399.

1 NOta † quòd beneficia ex causa permutationis resignata * vacãt in veritate: ita quòd post vacationem huiusmodi debet sequi vera collatio & institutio: vt legitur & notatur. in c. j. de rerum permuta. lib. vj. licet ibi Ioan. mo. videatur dixisse contrarium: cuius opinio reprobatur. pro quo etiam facit clemen. vn. eod. tit.

* Vacant. *Adde Fede. de Sen. in tract. permu. in xj. parte. versic. quaro.*

EPITOME.

1 *Permutans non agit interdicto vnde vi, nec ex canone reintegranda.*

Decisio 8. *aliàs* 401.

1 NOta † quòd permutanti non competit interdictum vnde vi: nec conditio ex canone reintegranda: obstante sibi renuntiatione voluntaria, per quam amisit possessionem. iuxta notata per Innocẽ. in c. super hoc. de renuntia. & c. accepta. de restit. spolia.

EPITOME.

1 *Permutans beneficium pro pluribus: si vnum euincatur tanquam reseruatum: potest habere regressum ad primũ suum beneficium: sed opus erit noua collatione.*

Decisio 9. *aliàs* 402.

1 NOta † quòd si quis permutauit vnum beneficiũ pro pluribus * quod potest. iuxta not. per Innoc. in c. venerabilis. de exceptio. & de rerum permuta. c. vn. lib. vj. si vnum euincatur tanquam reseruatum, & aliud dimittere voluit: potest petere & habere regressum ad suum primum beneficium authoritate tamẽ superioris, & est opus noua collatione. argumen. in ratione in c. si beneficia. de præbend. libr. vj. & in c. inter cætera. eod. tit. & c. vniuersorum. de rerum permut.

* *Quod pũ. Hoc intellige quãdo illa plura beneficia possunt simul sine dispensatione teneri: aliàs secus: vt no. Io. An. in c. cùm venus bilis. de exu. col. iij. versic. Nota quod vna.*

EPITOME.

1 *Impetrans beneficium per resignationem, permutationem vel obitum non tenetur plenè probare titulum prædecessoris: sed eius reputationem & possessionem.*

Decisio 10. *aliàs* 404.

1 NOta † agenti & petenti beneficium ex causa permutationis sufficit probare permutantem sic habitum & reputatum vt talis &c. Et in possessione pacifica illius beneficij permutati, etiam si titulus istius permutantis impugnatur: cui impugnanti incumbit probatio non obstante clausula in fine literarum permutationis apposita: quia de iure communi censetur subintellecta: vt leg. & not. de excep. cùm venerabilis. de rerũ permut. c. licet. libr. vj. & ideo ex superabundanti & ad maiorem cautelam & expressionem ponitur. & sic impetrans beneficium vacans per obitum non tenetur probare plenè de titulo sui prædecessoris decedentis: ita nec impetrans per resignationem. argumen. no. per Innoc. & Hosti. de præsumpt. illud. de eo qui furt. or. re. c. innotuit.

EPITOME.

1 *Permutatio per procuratorem laycum facta valet.*

Decisio 11. *aliàs* 418.

1 NOta † vtrũ permutatio facta per procuratorẽ laycum teneat. Quidam dicebant ℣ sic. per c. nõ indiscretè. de procu. lib. vj. & pro hoc inducebatur quod Paul. tenet in cle. cùm ei quem. quòd acceptatio facta per procuratorem laycũ tenet, & pro hoc. quia nihil expediendum cũ tali procuratore layco in negotio permutationis concernit fundamẽtum spiritualium iurium in persona ipsius, sed solius dãi: & magis est nudus minister vel nuntius. pro hoc facit ff. ad Trebel. qui ita. §. j. qui in hac ratione concordat cum l. similiter. §. ex asse. de iure do. quidã alij dicebant contra. per c. decernimus. de iudi.

Suprà de probatio. decis. 3. in fine.

EPITOME.

1 *Permutatio facta sub conditione, si placet patrono, an valeat?*

Decisio 12. *aliàs* 579.

1 QVidam † renũtiauit ex causa permutationis sub conditione, si patrono suo placeret, quęritur vtrũ si patrono suo displiceat: nihilominus valeat renuntiatio? Videtur ℣ sic. quia illa cõditio videretur non posse adiici & esse de iure reprobata: cùm debeat renuntiatio esse pura. ar. no. in c. ex parte. de of. dele. super verbo, omnes. & sic conditio inutilis videtur reijcienda valente renuntiatione. ar. no. in l. per seruũ. ff. de vsũ. & habita. credo tamẽ contrarium per not. per Io. And. in c. in electionibus. de elect. li. vj. super verbo, electio. in nouel.

EPITOME.

1 *Permutatio de beneficio quod quis se obtulit dimissurũ, si aliud virtute expectatiuæ assequatur tacita tali oblatione facta est surreptitia.*

2 *Surrogatum loco alterius, vice illius fungitur.*

Decisio 13. *aliàs* 581.

1 PApa reseruauit beneficia vacantia per assecutionem alterius beneficij authoritate apostolica obtẽti. Hoc † supposito aliquis impetrauit à papa gratiam expectatiuam ad collationem talis episcopi: & obtulit dimissurum se beneficium quod tempore impetrationis huius obtinebat, cùm virtute dictæ gratiæ foret aliquod beneficium pacifice assecutus, infra terminum antequã virtute illius gratiæ aliquod beneficiũ fuisset assecutus, vult permutare

permutare illud beneficium quod obtinet, & se obtulit dimissurum, quæritur an posit illud permutare, vel coram ordinario, vel coram papa tacito de præmissa oblatione & dimissione facienda post assecutionē? Quidam dicunt ꝙ potest illud permutare, etiam de hoc non facta mentione: quia habet ius in beneficio. ergo per renuntiationem factā ex causa permutationis vacabit, & poterit alteri cōferri: sed eo permutato in virtute gratiæ suæ nō poterit assequi aliquod aliud beneficium: quia nū posset implere quod obtulit papæ. ſ. se dimissurum beneficium quod tunc tenebat: quia ex quo illud permutauit non potest illud vlterius dimittere: nec papa illud cōferre, quasi inter ipsum & papā fuerit quasi quædam conuentio innouata, do tibi seu facio gratiā vt dimitas: & ideo cùm non posset iste conuentionē implere ex parte sui: nec poterit gaudere gratia papæ: præsertim ex quo per eum factū est quò minus posset implere, maximè etiā quia si posset gaudere gratia sua: posset illudere papā, qui voluit de illo quod se obtulerat dimissurū, liberè disponere. Itē etiā posset ille pluralis esse in beneficijs cōtra intentionē papæ, qui noluit illum pluralem esse: & ideo voluit quòd priùs obtentū dimittere teneretur: ꝙ post permutationē de illo beneficio factā ampliùs facere nō potest: & aliud obtentum ex causa permutationis de papa nō afficit, nec sue dispositioni reseruatū retinere poterit: cū obtinendo virtute gratiæ suæ si aliàs cū eo esset cōpatibile: & sic illuso papa obtineret plura beneficia contra eius voluntatem. Alij dicūt ꝙ valebit permutatio: sed obtentū ex causa permutationis quod est loco alterius surrogatū, dimittere tenebitur: sicut illud tenebatur: & de eo papa virtute reseruationis disponere. quia † quod surrogatur loco alterius vice illius fungitur: vt l. si donare. ff. de dona. inter vi. & vxo. & arg. l. eum qui. §. fi iniuriarū. ff. si quis cau. Alij dicūt quòd non valet permutatio in effectu: quia licet teneat de præsenti resoluetur tamen in euentum, quando virtute dictæ gratiæ impetrans iste aliquod beneficium assequatur: quia tunc purificabitur cōditio prędictæ oblationis factæ de dimittendo, & reseruationis papæ factæ de eodē beneficio dimittēdo in euentū illum, & sic retro tractione facta apparebit retro illud beneficiū fuisse reseruatū, quasi subiacuisset reseruationi. ergo cōsequēter ipsum nō potuisse hoc tacito papæ liberè permutasse. ar. auten. res quę ea. C. cōmu. de leg. & ar. l. potior. §. qui sub conditione. maximè attenta clausula, volumus autē &c. quam papa cōmuniter apponit in literis permutationis: per quā apparet ꝙ non vult maius ius quæri ei cum quo fit permutatio, quā competere permutanti. Nec ob. si dicas talem retrotractionem non posse fieri postquām per permutationem fuit alteri interim ius quæsitum. arg. de rescrip. c. quamuis. & ca. si pro te. libr. vj. quia ibi, scilicet in c. quamuis. non est aliqua ratio fienda retrotractionis in præiudicium eius, cui fuerat interim ius quæsitum: quia ille cui fuit ius quęsitum, illud obtinuit authoritate eius sub cuius dispositione erat ius distribuere. & in ea. si pro te. etiam fuit quæsitum ius alteri pendente cōditione vel euentu eius, authoritate eius qui poterat primam concessionem conditionalem reuocare: vt not. in dict. c. super verbo, si ad id: hīc secus: quia ipse permutans non poterat reuocare oblationem quām de dimittendo papę fecerat. nec papa expediendo permutationē de hoc fuit certificatus: & sic expeditio permutationis fuit surreptitia, seu nunc retro apparet fuisse.

EPITOME.

1 *Expectans qui habet dimittere beneficium quod possidet, si gratia habeat effectum non potest illud permutare.*

Decisio 14. aliàs 688.

1 DIc † quòd si papa facit gratiam alicui de beneficio sub expectatione dicendo in gratia, cùm adeptus fuerit, habeat dimittere tale beneficium, quod nūc possidet quòd non potest permutare talis expectans. cùm tale beneficium dicatur reseruatum virtute dictæ gratiæ, & ita etiam tenet & seruat vicecancellarius domini nostri papæ. super hoc etiam dicitur emanasse extrauagans domini papæ Benedicti xiij.

EPITOME.

1 *Permutantes tenentur in impetratione exprimere alia beneficia quæ possident.*

Decisio 15. aliàs 722.

1 NOta † quòd si aliquis permutantium taceat in permutatione aliud beneficium seu beneficia quę habet præterquàm illud quod vult permutare, quòd talis permutatio est surreptitia. hoc verū si fiat in manu alicuius non ordinarij, & ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Resignantes beneficia ex causa permutationis ante secutam seu perfectam permutationē per ordinarium, an perdant ipsorum possessionem. h. d. Vel sic. Per resignationem factam ex causa permutationis ante collationem, subsecutam inducitur vera vacatio possessionis & proprietatis beneficiorum resignatorum.*

2 *Beneficia permutanda non veniunt sub potestate expectantiū.*

3 *Spoliato an obstet renuntiatio petenti restitutionem.*

4 *Resignatio quæ fit ex causa permutationis, quòd implicitam habeat & tacitam conditionem.*

5 *Possessio facilius perditur quàm proprietas.*

6 *Permutatio est de numero contractuum innominatorum.*

7 *Resignātes ex causa permutationis, an opus habent noua collatione, si non sequatur permutatio?*

8 *Iudex illi pro quo tulit sententiam, potest dare licentiam propria authoritate rem recipiendi sibi adiudicatam.*

9 *Renuntiatio permutantium facta in fraudem expectantium, ipsis expectantibus non nocebit.*

Decisio 16. aliàs 863.

1 SI † A. & B. ex causa permutationis inuicem faciendæ resignauerūt sua beneficia in manibus ordinarij. Quidam verò. C. expectans apostolicus post præmissam relignationem antequam per ordinarium esset expedita permutatio. i. antequàm beneficiū vnius permutantiū inuicem alteri contulisset, acceptauit beneficium ipsius A. & sibi fecit de ipso prouideri, & in possessionem induci: prætendens quòd dictus A. tempore resignationis erat senex & infirmus: & quòd in fraudem expectantium illam fuerat machinatus. & eadem die expectans apostolicus acceptauit, & sibi fecit prouideri, & in possessionem induci. ordinarios perficit dictam permutationem, videlicet beneficium ipsius A. conferendo ipsi B. & econuerso. modo dictus B. videns ꝙ dictus apostolicus fecerat se induci in possessionē beneficij quod fuerat ipsius A. & nunc ipsi B. fuerat collatū ex causa permutationis. in crastinum ipsum apostolicum expectantem spoliauit, & omnia ista facta foerunt adhuc ipso A. viuente. postea verò post septem vel octo menses dictus A. ex sua infirmitate decessit. & post prędicta dictus expectans apostolicus sic spoliatus renuntiauit iuri & possessioni & petitioni restitutionis mediante iuramento: sed non obstan. renuntiatione prædicta, dictus expectās apostolicus contra dictum B. petebat se restitui in possessionem dicti beneficij quo fuerat spoliatus opponebatur sibi per ipsum B. quòd non potuerit acceptasse nec posse dísse prędictū beneficiū qđ nō vacauerat nisi per relignationem per ipsum A. factā ex causa permutationis cum ipso B. facienda. & † beneficia permutanda non veniunt 2 sub potestate expectantium: vt c. j. de rerum permu. lib. vj. Item opponebatur sibi de renuntiatione prædicta. dictus verò expectans dictam permutationem seu renuntiationem eius prętextu factam asserebat fraudulentam & machinatam in fraudem expectantium: & ideo ipsum nihilòminus potuisse acceptare, & sibi facere prouideri: & per illam fuisse veram vacationem inductam in præiudicium relignantium & fauorem expectantis. Vlterius etiam dicebat quòd possessio sua, etsi respectu ipsius A. posit vitiosa reputari: tamen respectu ipsius B. qui ipsum spoliare non debuit nisi eo prius vocato & audito, poterat canonica reputari, & erat ei restituenda. 3 Nec obstat sibi renuntiatio. quia † illam fecerat post spoliationem prædictam: & ideo sibi non præiudicabat quòminus esset restituendus. argumen. capitu. solicitæ. de restitutio. spoliato. quæritur quid iuris? Super hoc facto insurgebat vnum dubium. quia acceptatio prouisio & in possessionem indoctio apostolici & collatio facta per ordinarium de beneficijs permutatis inuicem ipsis A. & B. permutantibus factæ fuerant eodem die: & non appare-

bat quæ primò factæ deberent præsumi: sed super hoc non fuit multū inquisitum. Itē oriebatur aliud dubium, nunquid prædicta beneficia resignata ex causa permutationis ante secutam seu perfectam permutationē per ordinarium censeantur vacare etiā quò ad possessionē, hoc est dictum. nunquid resignantes beneficia ex causa permutationis in manibus superioris perdāt ipsorū possessionem antequam superior perficiat permutationem beneficiorum, beneficium vnius permutantiū alteri conferendo & econtra. Et super hoc puncto dicebant quidā quòd non perdant, donec secuta sit collatio per superiorem ipsis permutantibus: imò nec antè sit inducta vacatio, quia † resignatio quę sit ex causa permutationis implicitam habet & tacitam conditionē scilicet, si permutatio subsequatur seu per alia verba loquēdo fit sub conditione ob causam scilicet, si & vbi resignās beneficium alterius assequatur. ar. no. per Inn. & Host. de prēb. inter cætera. in prin. Et quia ad essentiam permutationis non erat necessaria perditio possessionis, donec perficiatur. Alij verò & quibus maior pars assentiebant & dicebant quòd imò per talem resignationē inducebatur vera vacatio & possessionis & proprietatis, & nisi præcederet vacatio, non esset posibile ꝙ fieret per superiorē inuicē permutantibus aliqua collatio: cùm collatio habeat fieri de beneficio vacante, & quòd resignatio erat pura simplex, & non cōditionalis, licet postea si nō sequatur permutatio: superior ex officio debeat eis restituere. Et in quæstione videtur fuisse gloss. in d.c. inter cætera. super verbo, debeat. Alij verò dicebant quòd per talē resignationem perdatur proprietas non autem possessio. Et est ratio, quia perditio proprietatis seu vacatio quò ad proprietatē est necessaria, quia nisi priùs vacauerit quò ad proprietatē non posset sequi collatio hincinde fienda de beneficijs resignatis: cùm beneficia resignata antequàm vacent non possunt conferri: vt in c.j. de concess. præben. sed perditio possessionis nō fuit necessaria: quia etiā beneficium per aliquē possessum dūmodo quò ad proprietatem vacet, potest bene cōferri. sic in c. licet episcopus. de præben. lib. vj. & iuxta no. per Inno. de cōcess. prēben. cum nostris. super verbo, irritū. Et ideo cū intentio renuntiantis sit renuntiare ob causam, scilicet, vt obtineat collationem alterius beneficij: nec velit aliquid perdere nisi in euentū istius causæ: ideo non plus perdat quàm sit necessarium pro expeditione & impletione illius causę. Cùm ergo perditio possessionis nō sit necessaria, donec secuta sit collatio: vt probatum est, ergo antè non perdat, ad hoc facit iurium concordia. ff. de acqui. poss. vt l. vt in vacuam. quæ ita concordat. cū l. nemo. §. si furioso. tunc autem bene perdet quilibet possessionem cū erit secuta collatio hincinde beneficiorū resignatorum: quia tūc ad executionem est necessaria perditio possessionis, nā aliàs nō posset fieri hincinde in possessione inductio, nisi priùs possessio beneficiorū vacaret. ar. d.c. licet episcopus. Sed tenentes præcedentē proximam opinionē scilicet, quòd omnes vacēt per resignationē etiā ante collationē hincinde secutā. Et dicunt ꝙ si perditur per talē resignationem proprietas multò fortiùs possessio, quia † facilius perditur possessio quā proprietas. l. si quis vi. §. differētia. ff. de acqui. poss. Itē quia resignatio debet esse pura & libera & simplex: cùm tota permutatio dependeat potius & esse debeat à volūtate & in potestate superioris in cuius manibus resignare debet, quā ex partium voluntate & potestate: vt no. Io. mon. de rerum permu. c.j. ad quod facit de offi. dele. ex parte. ij. ibi cùm dicit, omninò. Nec obstat quòd sit ob causam. quia ex hoc nō sequitur quin inducatur vera & pura vacatio quò ad omnia: nec quin totum perdat & proprietatem & possessionem, licet si causa non sequatur, possit agere vt causa impleatur: vel quod dimisit, sibi restituatur, sicut dicitur in cētractibus innominatis de † quorū numero est permutatio: vt per totum titum. ff. de præscri. verb. & de condi. ob causam. nam dans ob causam bene trāsfert proprietatem & dominium: & istud quò ad se perdet: licet causa non secuta possit agere ad eius implementum, vel datum repetere. Et secundū istam opi. infertur vna cōclusio de qua solet dubitari & consueuit scilicet, quòd † sola renuntiatione facta ex permutationis causa, non tamen secuta permutatione quilibet possit nō redire authoritate propria ad beneficium quod dimisit: imò sit opus noua collatione. quia si per resignationem fuit inducta vera vacatio, igitur permutatione impedita opus erit noua collatione, cùm ipso iure dominiū seu ius in beneficio non transferatur: sed est necessaria canonica institutio, in qua est necessaria ordinarij seu superioris authoritas. de renun. c.j. li. vj. Et ista opinio est tutior & securior, vt quilibet obtineat nouam collationem, & authoritate superioris reuertatur. ar. de insti. ex frequentibus. de præbē. eum qui. li. vj. licet quidā satis coloratè dicant, ꝙ nō sit opus noua collatione, dicentes, ꝙ licet resignatio fuerit pura: tamen restitutio eius conditionalis erat, seu resoluenda erat sub conditione scilicet, si permotatio non sequatur: & ideo illa conditione purificata sit resolutio ipso iure: nec est opus noua collatione. arg. in simili de pacto adiectionis in diem, cùm venditio purè cōcipitur: sed resoluenda est purè sub cōditione, si resolutio concipiatur per verba in esse directa, puta res sit inēpta. arg. extrà de pig. illo vos. & ff. de in diem adiect. l. ij. C. de pact. inter empt. & ven. l. cum te. quæ iura concor. cū l. cōmissione infrà eod. tit. & sic nō solùm absq; collatione noua quilibet reassūmet ius pristinum in suo beneficio: sed etiam poterit propria authoritate ad illius possessionē redire. ad hoc facit opti mè de præb. si beneficia. lib. vj. cum ibi no. per Archi. & etiā probatur, quia quilibet potest rem propriā si illam vacantem inueniat propria authoritate recipere: vt not. C. vnde vi, conquerebatur. ad hoc bene facit etiam quod not. Inn. extrà de arbi. ex parte. in fin. col. j. imò etiā plus dicitur ꝙ in permutatione non sit necessaria aliqua collatio noua ipsis permutantibus de permutādis beneficijs faciendis: imò statim sicut ex causa permutationis beneficia resignarentur, & habent animum permutandi: si superior illā admittat, absq; alia collatione transferūt ea inuicem in alterutrū iura beneficiorū: & statim eoipso permutatio est perfecta. & ita no. Inno. de præben. inter cætera. & Io. mo. de rerum permu. c.j. li. vj. & sic etiā dicendū videretur ꝙ sicut sine noua collatione à superiore ipso iure permutatione admissa permutantes ius habent in beneficijs permutatis: sic dicendum videtur ꝙ si superior illā non admittat seu permutatio aliàs impediretur, quilibet absq; noua collatione suum ius pristinū in beneficio retinebit. Sed licet ista cōclusio de qua proximè dictū est, sit vera: si supponitur alia cōclusio Inno. de qua suprà dixi, videlicet ꝙ resignatio sit cōditionalis, tamen de facto non seruatur, imò quotidiè permutātes purè & simpliciter resignant beneficia ex causa permutationis, & si superior illam admittit & velit permutationē expedire & perficere, cōfert nouiter hincinde beneficium vnius alteri: si verò non admittat, vel ex causa admissa resignationi non perficiatur: permutatio dat vnicuiq; licentiam ad suum beneficium redeundi absque datione alterius executoris super reductione in possessionē pristinam faciendam: & non facit aliam collationē, sed ista licentia habetur pro collatione noua, si qua ibi sit necessaria, & quilibet ibi fit quasi executor ad rem suam, ad hoc bene facit quod not. Innocen. de concess. prēben. cum nostris. circa fin. glos. magnæ. vbi † potest iudex illi pro quo tulit sententiam dare licentiam propria authoritate rem recipiendi sibi adiudicatam. ad hoc etiam facit. ff. de leg. ij. l. Titia cum testamento. §. Lucius. cum ibi not. & C. de pigno. creditores. facilius enim absque noua recollatione resumit quis ius in beneficio quod primitùs habuerat quàm nouiter acquirit. argum. extrà de cōstit. cùm accessissent. cum iuribus ibi allegat. in vlti. gloss. & argumen. de libe. & posthu. l. filio quem pater. sic etiam in testamēto. quia facilius reassumit vires suas pristinas quàm nouas acquirit. argumen. ff. de serui. l. quo liberis. §. testamento. instit. qui mo. testa. aperia. §. testamentum contra, quæ ita concordant cum l. diuus. eod. titu. ad hoc etiam facit concord. leg. C. de posthu. her. instit. l. ij. quæ ita concor. cum l. posthumus. & l. filius. ff. de iniust. rupt. & irrito testa. ad quod iuuant & adminiculātur reliqua pristina iura. ar. ff. de quæst. vnius. §. seruus. Redeo ad primum punctum: nunquid ille expectans sit restituendus.

Dictum fuit

Dictum fuit ꝙ sic, nisi ibi obstaret renũtiatio quia etiã pendente negotio permutationis quã tẽpore huiusmodi ipse prætendit factam in fraudem, potuit acquirere & acquisiuit coloratam possessionem: imò & verum ius. si hoc verum fuit quòd permutatio fieret fraudulenter secundum communem opinionem, quæ seruatur ab illis qui dicunt quòd resignatio facta fraudulenter permutationis causa: si fiat in fraudem expectantium nõ noceat expectantibus, sed nocet resignantibus. & sic vacant beneficia per talem resignationem, & possunt acceptari per acceptantes. argumen. de renuntia. capitu. ij. libr. vj. Non obstat decre. j. de rerum permuta. lib. vj. quia ibi in permutatione non fraudulenta. si ergo habet possessionẽ coloratam. ergo erit restituendus. argumen. nota. in cap. licet. per Archidiaco. de præbend. libr. vj. & per Innoc. in capitu. in literis. de restitu. spolia. Quod † tamen dixi renuntiationem permutantium factam in fraudem non nocere expectantibus quò minus acceptare possint beneficia sic renuntiata: intelligo verum si renuntiatio fiat extra curiã: secus si in curia propter reseruationem: quia talia beneficia non cadunt sub gratia generali expectantium: vt capitu. ij. de præbend. libr. vj. tamen bene dictum fuit quòd renuntiatio licet sit facta post spoliationem, sibi noceat: ex quo renuntiauit petitioni restitutionis & cum iuramento. argumen. not. per Innocen. in capitu. super eo. de renuntiatio. & præsertim quòd ius suum multum erat dubium. & ideo talis renuntiatio faciius debet sibi nocere, quam si certum esset. Non obstat capitu. solicitè. quia loquitur in renuntiatione solùm possessionis: secus hîc: quia renuntiauit etiam petitioni restitutionis. Item hîc in habente ius dubium: ibi in habente ius certum.

De Solutionibus.

EPITOME.

1 *Clericus obligans se simpliciter, non obligat fructus beneficiorum suorum: nisi in vtilitatem ecclesiæ versum sit debitum.*
2 *Fructus beneficij debitoris pro debito sequestrari possunt.*
3 *Clericus habens administrationem potest fructus beneficiorum obligare.*
4 *Clerici simplicis fructus etiam post mortem possunt creditoribus applicari.*

Decisio 1. *aliàs* 331.

1 NOTA † quòd clericus obligans se simpliciter, non obligat fructus beneficiorum suorum ad hoc quòd ratione obligationis fructus debeãt creditoribus applicari, nisi in vtilitatem ecclesiæ debitum esset conuersum. not. Archidiaco. in capitu. statutum. super verbo, proprio. de rescript. lib. vj. & Innocen. & Hostien. in capitu. peruenit. de fideiuss.
2 licet aliquando auditor cameræ teneat cõtra: quia † pro debito fructus beneficiati debitoris sequestrãtur. not. per Hostien. in capitu. præterea. in fin. de censi. vel die quòd
3 aut † est clericus habens administrationem: & tunc fructus beneficiorũ potest obligare, cùm tamen sit vsus fructuarius. argu. not. per Hostien. in fi. de pecu. cleri. vbi si
4 esset † simplex clericus etiam post mortẽ suam fructus creditoribus possunt applicari: quia illi semper æquiparantur vsufructuario. argumen. not. in capitu. præsenti. de offici. ordinar. libr. vj. & ista possunt habere locum in clericis sæcularibus quid in religiosis, fortè esset aliud per cap. in monasterium. de reb. eccle. non alienan. in clementi. & in talibus religiosis possunt glo. Innoc. & Hostien. intelligi, & glo. Archidiac.

De Donationibus.

EPITOME.

1 *Pater potest dare licentiam filio suo disponendi in pios vsus.*
2 *Rigor iuris non seruatur quando fit dispositio circa pias causas secus si circa prophanas.*

Decisio 1. *aliàs* 249.

1 NOTA quòd † pater potest dare licentiam filio in potestate constituto disponendi de aliquibus bonis distribuendis in pios vsus: & valebit talis dispositio. argum. c. licet. in fin. de sepul. libr. vj. cum ibi nota. per Archidia. & habebit effectum ista dispositio donationis causa mortis: licet de iure ciuili videatur contra. per l. cum his. cum ibi nota. de dona. caus. mor. & l. filiusfami. §. fina. eodem titu. & maximè si pater concedit filiæ dotem habenti: quia cùm sit proprium patrimonium mulieris, videretur magis sibi cõcedi dispositio quàm si nihil
2 haberet. Item † rigor iuris non seruatur quando fit dispositio circa pias causas: secundũ quòd seruaretur si foret circa prophanas: vt c. cùm esses. & c. relatũ. de testa.

De Testamentis.

SVMMARIVM.

Legatarius an possit cõtinuare processum inchoatum per testatorem?

EPITOME.

1 *Instantia causæ in legatarium an transeat?*
2 *Procuratio litis de persona in personam non transfertur nisi in hæredibus & vniuersalibus successoribus vel in dominos, vel à filio in patrem.*

Decisio 1. *aliàs* 451.

1 NOTA an † possit legatarius continuare processum inchoatum per testatorẽ, vel oporteret eum de nouo incipere processum si primum continuauerit, valeat processus. hoc est an processus inchoatus directa com peten. testatori possit continuari processus: imò sit opus omnia de nouo iterari. argumen. no. per glo. ff. de procu.
2 quæ omnia in argumen. glo. per hoc † quòd non transferetur procuratio litis de persona ad personam nisi in hæredibus vel vniuersalibus successoribus vel in dominos qui per procuratores agunt, vel à filio in patrem: vt nota. per Innocen. de iudici. quia. v. & vbi allega. iura. ad quod agens directa alio modo agit quàm agens vtili: & aliud est medium concludendi in vtili quàm in directa. cùm ergo tali negotio non competat nisi vtilis actio ex legato nominis. igitur &c. & hoc satis potest induci per not. per Cyn. C. de actio. & oblig. l. j. in vj. q.

EPITOME.

1 *Verbum statim reuertitur ad terminum iuris.*

Decisio 2. *aliàs* 652.

SI aliquis testator ordinauit in suo testamento aliquã capellaniam. & dotauit: & approbata fuit per ordinarium qui voluit illa vice quòd post eius mortem ille cui dimisit ius patronatus, statim præsentaret ad illam clericum idoneum. posteà verò quando vacaret alijs vicibus ad dictam capellaniam præsentaret infrà terminum iuris personam sufficientem. iuxta quod quæritur si dictus patronus erit priuatus iure præsentandi illa vice si statim non præsentet, post mortem testatoris, vel referetur ad terminum iuris? Tenet rota quòd in prædicto casu sufficit quòd infra dictum terminum iuris præsentet. & cum hoc debet intelligi seu reduci voluntas dicti testatoris non obstante dicto verbo, statim. Item † sic
1 debet intelligi seu interpretari ad excitandũ dictum terminum iuris solùm: secus autem esset si dictus testator apposuisset infra mensem vel aliquos dies post verbum, statim. de cuius materia not. in capit. quia propter, super verbo, mox. extrà de elect.

EPITOME.

1 *Fructus beneficiorum habentis licentiam testandi an transmittantur in successorem vel executorem testamenti?*

Decisio 3. *aliàs* 560.

1 VTrum † fructus beneficiorum percepti per cardinalem in vita vel quemcunque beneficiatum habentem licentiam testandi de bonis ecclesiarum transmittãtur in successorem in beneficio, vel pertineant ad executorem testamenti. de hoc. not. in capitu. præsenti. de offici. ordinar.

EPITOME.

1 *Testamentum in quo ordinatur beneficium sacerdotale: & testator disponit quòd talis xiiij. annorum illud habeat etiam antequam sit sacerdos, valet.*

Decisio 4. aliàs 662.

1 ET est sciẽdum † quòd si aliquis testator ordinet in suo testamẽto beneficium sacerdotale: & dicat volo quòd talis. xiiij. annorum vel minor ætatis habeat beneficium meum, & interim quòd ponit esse sacerdos, quòd talis ordinatio testamenti tenet & valet. & ita tenet Rota.

EPITOME.

1 *Inuentarium curatoris quod se refert ad inuentarium factum per illum qui fuit tutor, valet.*

Decisio 5. aliàs 887.

1 VTrum † inuẽtarium factum per curatorẽ datum adulto quod se refert ad inuentarium tutorum sit sufficiens, puta dixit curator, inuẽtarium facio: & inueni in illis bonis illa bona quæ sunt descripta in inuentario, quod fecit talis, qui fuerat tutor illius adulti, cùm esset pupillus. Quæritur nũquid illud inuentarium sit bonũ: vel an sit necesse singula enumerare? Quidam dicebant quòd esset necessaria singularum rerũ expressio, propter earum rerum medio tempore mutationem, augmentationem fortè vel diminutionẽ. Alij verò non reputabant necesse res exprimere: imò talis expresio esset sufficiens. quia refert se ad certum. ar. l. in summa. ff. de re iudi. C. de senten. quæ sine cer. quan. l. ij. ff. de verb. oblig. vbi autem. §. sed qui vnum. nisi aliàs constaret de mutatione, augmentatione vel diminutione, quia debet intelligi esse eiusdem qualitatis & bonitatis, cuius tunc erat, imputandum esset sibi si forsan essent diminutæ vel deterioratæ. arg. l. fin. & c. arbi. tute.

EPITOME.

1 *Frater hæres institutus si præmoritur ante testatorẽ filiæ eiusdem testatoris in certis tantum rebus instituta, capiunt totum per ius accrescendi.*

2 *Substitutio breuiloqua continens duas vulgares & duas pupillares ad omnia extenditur.*

3 *Substitutio facta institutis particulariter in rebus certis, an extendatur ad hæreditatem vniuersalem eis accrescentem?*

4 *Institutis duobus hæredibus altero grauato fideicommissario & altero non, & portio nõ grauata accrescit grauatæ: non propter hoc portio non grauata censebitur grauata.*

5 *Falcidia an sit locus quando portio vniuersalis hæredis institutis non grauata accreuit portioni grauatæ.*

Decisio 6. aliàs 864.

1 TEstator † instituit fratrem suum vniuersalẽ hæredem: & duas filias quas habebat, instituit particulariter hæredes in certis rebus: easdemq; filias inuicẽ substituit, demũ moritur frater vniuersaliter institutus: & postea testator superstitibus filiabus. Quæritur primò vtrum vniuersalis hæreditas in qua frater testantis fuerat institutus, filiabus accrescat? credo quod sic. per not.

2 per Cyn. C. de hære. instit. l. quoties. Itẽ quęritur † nunquid substitutio breuiloqua * filiabus facta extendat se etiam ad istam hæreditatem accrescentem, vel solùm accrescat ad portiones in quibus fuerant particulariter institutæ, & credo quòd ad totam hæreditatem etiã accrescentem extendatur, quia aut filiæ erant impuberes: & tunc breuiloqua continens numero quatuor substitutiones, duas vulgares & duas pupillares ad omnia extenditur: quia sine altera earum veniat ad substitutionẽ virtute vulgaris: cùm ista sit quædã secunda institutio, erit perinde ac si in ista parte seu re ad quam venit per vulgarem fuisset particulariter instituta, & sic cùm particularis institutio habeat ius accrescendi, etiam habebit iure accrescendi partẽ hæreditatis fratri cui substituta est ratione illius particularis institutionis accrescere debentem. Si verò veniat ex pupillari post aditã, etiam totum habebit: cùm in illa veniant omnia bona etiam pupillaria: vt instit. de vulga. & pupil. §. nõ solùm. Aut filię erant puberes tunc. vel vna pubes, altera impubes: tunc cùm breuiloqua substitutio solùm contineat duas vulgares, etiam omnia veniũt per rationem quam suprà proximè dixi iunct. l. quamuis. C. de impu. & alijs substitu-

* *Substitutio breuiloqua. De substitutione breuiloqua vide bonum & practicabile tractatũ. per do. Petr. de Ferr. in sua practica in forma libelli quo agitur ex substitutione in gl. super verbo, breuiloqua. vbi inuenies bonas & vtiles quæstiones quæ sunt de pane lucrãdo.*

& l. iam hoc iure. ff. de vulga. si autem post adiram tractetur ad fideicom. an videãtur inuicem cõmissariæ substitutę. Die quòd non in dubio, quia cùm fideicõmissaria importet grauamen, non est verisimile testatorem filias suas grauasse: nisi expresè constet de voluntate testãtis. argumen. l. cohæredi. §. cùm filię. de vulga. & istam partem tenet Cyn. in l. præcibus. in materia breuiloquæ in vltima quæstione & Rayn. de Forlinio in tractatu breuiloquæ in quæstione. Sed quid si apparet de mente testantis, si voluit illas inuicem substituere etiam post aditam fideicõmissar. puta quia sic substituit inuicem si decederent sine liberis, quæritur tũc † an substitutio fideicommissaria restringatur ad ea solùm in quibus fuerunt particulariter institutę, vel an etiam ad hæreditatẽ vniuersalem eis accrescentem extendatur. Et videtur quòd debet extendi ad omnia, quia in fideicommissaria vniuersali veniũt omnia quę hæres capit iure hæreditario. ff. ad Trebellia. in fideicõmissaria. §. quoties. præsertim quia sunt filiæ & inuicem sorores: & ideo latius videtur extentio faciẽda quasi per eam substitutionem testator legitimarum hęreditatum * videtur inter eas cõseruare. C. de impu. & alijs substitutioni. cùm quidam. & in habentibus simbolum &c. Tamen crederem contra. in via iur. quia ab initio cùm fuerant substitutę inuicem fideicommissar. & sic grauato fideicommisso nõ erant institutę nisi particulariter in certis rebus: & ita plus grauari non poterant, nec ad plus poterat se extendere fideicommissaria substitutio. C. de fideicommiss. l. ab eo. ff. de vulgar. cohæredi. §. cùm filiæ. in fin. licet igitur aliàs pars vniuersalis institutionis accrescat eis nõ in plus extendatur substitutio, quia † licet institutis duobus hæredibus altero grauato fideicommissario, & altero non: & portio non grauata accrescat grauatæ: non propter hoc portio non grauata cẽsebitur grauata: imò sufficit quòd restituat partẽ de qua fuit grauatus, si enim aliam partem grauare voluisset, & fideicommisso restituì, hoc vtique dixisset: vt l. j. §. inautem. ad Orficia. C. de cadu. tollend. Item ratio quæ est extendendi institutionẽ particularem filiarum ad totum ne decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. per l. j. C. si ex fundo. cessat in fideicommissaria substitutione. quia si strictè intelligatur ad portiones in quibus facta fuit, nullum inconueniens sequeretur. igitur & c. quia cessante ratione legis & c. vt l. adigere. §. quamuis. Item in dubio non est interpretandum, vt voluerit filias duplici onere prægrauasse: vt l. Titia. §. qui in vita. ff. de legat. ij. Non obstat l. in fideicommissaria. §. quoties. ad Trebellia. suprà allegat. in contrarium, quia ibi loquitur vbi hęres vnicus grauatur de tota hæreditate restituenda per fideicommissarium, & ibi non sibi iure veniant omnia quæ capit iure hæreditario, hìc loquitur vbi ab initio fuerint plures instituti vt solùm aliquos grauauit: & ideo solùm illorum portio quæ fuit relicta grauato fuit grauata: & non alia quæ fuit relicta non grauato. Item ibi loquitur in fideicommisso vniuersali: hìc verò loquitur in particulari fideicommisso, quia hoc non potest dici fideicommissum vniuersale quod fit in certis rebus: & relinquatur à particulariter instituto, qui habetur loco legatarij: vt dict. l. quoties. Non obstat quòd sint filiæ & sorores & aliàs inuicem ab intestato succesiuæ: quia ideo minus est interpretandum & laxandum grauamen: & quia non est magnum præiudicium si non habeat virtute fideicommissariæ substitutionis, cùm etiam aliàs sint habituræ verisimiliter, vnde inter tales non ita sunt qualitates onerosæ laxandæ, nec sunt large interpretandæ. facit ff. de vulg. si filius qui patri. & sic ex præmissis suppositis hac opin. quòd dicta substitutio sit iudicanda particulariter fideicommissarij nõ vniuersalis: nec transirent aliquæ actiones in fideicommissariũ sicut in virtute particularis institutionis transibant: vt l. j. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebellianum. & dicta l. quoties. C. de hæredi. instit. & quod vbi esset locus detractioni alicuius quartæ quòd erit falcidia detrahenda: non autem trebellianica tanquam de legato vel fideicommisso particulari & non vniuersali. Sed † an in hoc casu erit locus falcidiæ detractionis, credo quòd non: ex quo huic portioni grauatæ accreuit

* *Aliàs. legitimam hereditatem.*

uatæ accreuit portio vniuersalis hæredis instituti non grauata per dictam legem quod si alterutra. ex identitate rationis. Idem crederem de legitima quòd nõ esset detrahenda: ex quo per vniuersale accrementũ habet quòd sibi sufficit etiam ad legitimam: aliâs verò legitima detraheretur. quia in illa grauari non potuit. & ideo si vniuersale accrementum non sufficit pro falcidia & legitima: crederem quòd eatenus quòd non sufficit, posset detrahere: vt capitu. si pater. de testamen. lib. vj. Sed quid dicetes si ab initio aliquis solus fuisset institutus in fundo: & rogatus per fideicommissarium illum fundum alteri restituere. Quæritur nunquid sicut institutio extenditur ad totam hæreditatem per l. j. §. si ex fundo. sic & substitutio? Videtur quibusdã quòd sic: ex quo per eadem verba fideicommiss. sicut institutio fit. ergo sicut ius rem extendit institutionem, sic & substitutionem. Credo per præmissa contrarium. quia institutio ideo extenditur ne decedat testatus pro parte & pro parte intestatus, quæ ratio cessat in substitutione ad fideicommissar. seu in fideicommissario. Item non reperio legem extendentem fideicommissariam fundi ad totam hæreditatem: sicut reperio de institutione facta de fundo. ergo erubescerem dicere sine lege. Item in dubio non videtur eum duplici onere prægrauasse: vt dicta l. Titia. §. qui in vita. Item in dubio non debemus interpretari grauamen & illud extendere, nisi aliàs constet de mente. argumen. dict. l. cohæredi. §. cùm filiæ. Nec cogunt rationes in oppositum. nec prima propter rationem diuersitatis quam dixi. nec secunda: quia sufficere debet fideicommissario si sibi in vno solo quod relictum est, consulatur. argumen. l. tutori. de nego. gest. Item supponitur quòd sit dubium de mẽte testantis. & interpretatio quæ fit in extensione substitutionis particularis ad omnia potius fit à iure præter vel contra mentem testatoris, vt cesset inconueniens illius regulæ iuris. ius nostrum. &c. quæ ratio cessat in fideicommissario. Igitur præter vel contra mentem testãtis non fiat interpretatio extensionis. Sed an de tali legato seu fideicommisso fundi se extendat ad dodrantem totius hæreditatis, poterit detrahere quartam falcidiam. credo quòd sic: quia ex interpretatione iuris est hęres vniuersalis. & pro hoc videtur text. in l. ex facto ij. in ver. & si fortè falcidia. ff. de hæred. institu.

EPITOME.

1 *Fiscus ecclesiasticus capit bona clerici absque hærede decedentis.*
2 *Ecclesia habet fiscum.*
3 *Clericus an quis probetur ex quasi possessione clericatus.*

Decisio 7. aliàs 865.

1 MOrtuo † Titio absque hærede ex testamento, vel ab intestato, curia principis sæcularis accipit bona prætendens fiscum debere succedere deficientibus cæteris. curia autem ecclesiastica prętendens istum Titium fuisse clericum & in possessione clericatus vendicat illa bona dicens ad curiam ecclesiasticam pertinere debere. Quæritur primò an supposito quod fuisset clericus curia ecclesiastica bene dicat? videtur quòd sic. quia
2 ecclesia † habet fiscum. xvj. quæstio. iiij. quisquis. & cap. si quis deinceps. & extrà de præbend. presbyteri. credo quod voluerit allegare. capitu. quia diuersitatem. de concessio. præbend. in glo. antepenul. vbi vide. & in clemen. pastoralis. in fin. de re iudic per dominum Antonium de Butrio. & argumen. xij. quæsti. ij. aurum. sicut etiam hęc sonant xvj. quæsti. j. ecclesia. & in palea Constantinus. xciiij. distinct. Item quæritur secundò an sufficiat curiæ ecclesiasticæ tunc probare illũ esse in possessione clericatus si illũ fuisse clericum negetur: & nisi probetur per curiã sæcularẽ ipsum fuisse laycũ? Et videtur quod sic. quia
3 † possessio clericatus releuat curiam ecclesiasticã à probatione tituli. per capitu. si iudex. de senten. excommu. libr. vj. quia in probatione alicuius præambuli sufficit probare possessionem: cùm tunc non requiratur ita exacta probatio sicut requiritur super articulo principali: vt not. per Cyn. C. vbi causa facta. l. j. in quinta quæstio. C. quæ sit long. consuetu. l. ij. circa finem. §. expediti sumus. in cap. abbate. de verbo. signific. etiam quod dixi. ff. si serui. vendi. sicuti. §. licet. si quæritur. Item etiam ad hoc facit quod not. Innocen. de verbor. significa. veniens. In contrarium videtur quòd imò habeat plenè probare clericatum & titulum: nec sufficiat summaria cognitio & probatio. C. quorum bonorum. l. j. præsertim cum est mortuus clericus ille: vnde Titius non potest dici in possessione clericatus. igitur possessio pręterita non releuat ab onere probandi: cùm iura loquentia de possessione releuãt ab onere probandi &c. loqui videantur in præsenti, non in præterita possessione.

EPITOME.

1 *Testamentum factum per eum, cui tanquam prodigo fuit ad iudicia litis datus curator, & pro tali habitus & reputatus: non valet nec admittitur substitutus ad probandum illum non fuisse prodigum.*
2 *Impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.*
3 *Testamentum vt valeat in dubio interpretari debemus.*
4 *Veritas plus inspicienda est quàm falsitas vel opinio.*
5 *Approbatum per me non reprobo.*
6 *Allegans contrariã non est audiendus.*
7 *Venire contra factum suum an quis possit.*
8 *Allegans turpitudinem propriam non auditur, nisi vertatur periculum animæ vel fauore libertatis.*
9 *Admittendus non est veniens cõtra illa quæ facere procurauit.*
10 *Actus nullus in præiudicium facientis illum vel fieri procurantis tenet.*
11 *Confessionem factam in vno iudicio tenetur confitens seruare illam in alio.*

Decisio 8. alias 866.

1 TItius † & Mæuius amici cuiusdam senis suggesserunt iudici illum esse decrepitum & propria dissipasse: & propterea prodigum dissipatorem & dilapidatorem bonorum suorum: & vt tali obtinuerunt sibi bonis interdici, ac vnum ex eis curatorem dari: scilicet Titium, qui Titius datus curator curam eius rexit & gubernauit vsque ad mortem ipsius senis: verum tamen dictus senex ad mortem veniens de authoritate Titij curatoris sui fecit testamentum in quo quandam filiam quam habebat instituit. qua sine liberis decedente dictos Titium curatorẽ & Mæuium substituit. tandem eo mortuo & filia sua instituta postea, & sic adueniente casu substitutionis, dicti Titius & Mæuius virtute substitutionis petunt hæreditatem: & ab alia parte veniunt ab intestato proximiores in gradu, & opponunt se dicentes ad illos liberè pertinere hæreditatem ab intestato. quia testamentum dicti senis nonvaluit tanquam factum per prodigum cui erat interdicta bonorum administratio. & dati curatores. illi replicant dicẽtes illum tempore datationis curatoris & interdictionis, nec etiã ante, nec tempore conditi testamenti & mortis reuera prodigum fuisse: imò discretum, sanæ mentis & auarum potius. Et de illa materia dant bonos articulos prætẽdentes illam interdictionem & curam fuisse obreptitias, & nullius momenti. Et sic per consequens testamentum tenuisse. Alij verò dixerunt quòd cum iudici illa pro veris suggesserunt. & toto tempore senis illum pro tali habuerant: non sunt admittendi ad probandum contrarium tanquã contrarium, & propriam turpitudinem allegantes. & vlterius quia præsumuntur dolosi. & præmissa omnia ideo procurasse vt secundum voluntatem suam sibi fecerunt condere testamentum. Quæritur quid iuris, an articuli sint admittendi? Et videtur quòd sint admittendi: quia si verum est quod continetur in articulis, scilicet ipsum non fuisse prodigum: * sed sanæ mentis: interdictio & curatoris datio fuerunt nullæ. iuxta l. sæpe. §. egisse. & l. tutor qui petitus. ff. de tutorib. & curatori. da. ab his. iunct. not. per Cynum. C. de petitio. hæredita. si putas. & l. secunda. C. quando prouo. non est necesse. & per consequens testamentum tenuit tanquam factum per hominem sanæ mentis. nec illi obfuit senium iuxta l. senium. C. qui testam. face. possunt. Item inter diuersas personas & in diuersis instãtijs & iudicijs quis admittitur ad allegandum contraria: vt l. Papinianus. §. sed nec impuberi. ff. de inoffic. testamen. iuxta notata per Cynum. C. de furt. l. prima. Item vbi factum de iure est nullum, faciens nihil præiudicat. ff. quod quisque iur. l. prima. imò potest nihilòminus contrarium postulare vel allegare. ff.

* *Non fuisse prodigum. Et licet fuisset prodigus: si tamẽ fecisset testamẽtum antequã sibi fuisset bonis interdictũ valeret testamentum: vt l. si is qui. & ibi per Barto. in princi. ff. de testamen. &*

Speciul. de instrumẽ. edit. §. cõpendiose. versic. x. prodigus.

qui. vt indign. post legatum. §. j. de bon. lib. l. nã absurde. Igitur si interdictio & curatoris datio est nulla ipso iure, quod probatum est in articulis: non obstante quòd illam fieri procurauerit: nihilominus admittitur ad contrarium allegandum. Item vbi factum est nullum ipso iure, quis admittitur cõtra factũ suum. C. de sacrosanct. eccle. l. iubemus. §. sanè. C. de agric. & censi. l. quẽadmodum. extrà de rebus eccle. non alienan. si quis presbyterorum. Item etiã non obstat eis. quia dolosè induxerunt testantẽ, quia non constat de dolo: qui in dubio non præsumitur nisi probetur. Item etiã licitum fuit eis illis verbis blandis actionem testantis in se prouocare. C. si quis alie. testa. prohi. l. fina. & ff. eod. tit. Item nõ possunt dici incidisse in illum titulum, quia non prohibuerunt illum testari: nec compulerunt ad sic testandum quod fuit necesse. argumen. C. si quis alie. testamen. prohi. l. j. & quod not. ff. quod metus causa. in rubrica, præsertim cũ etiam testantibus testamentum relinqui posit. C. de testamẽ. de talibus. nec in titulum de his qui sibi attribunt, quia testamentum nõ scripserunt, quod est necesse secundum materiam illius tituli. Item si datio curatoris & interdictio nullius momenti sint, prout sunt: si fuit sanæ mẽtis: ergo testamentum factioni nõ præstat impedimentum,

2 quia † non præstat impedimentũ quod de iure non sortitur effectum: vt in regula, non præstat. libr. vj. & ff. de lega. j. si seruus eodem. §. si seruus. de conditio. & demonhæc conditio. de iure patro. illud. & c. fina. cum concor.

3 Itẽ † in dubio potius interpretari debemus vt testamentum valeat & nõ pereat. quod erit, si admittatur ad probandum articulos. ergo & c. arg. l. quoties. ff. de rebus dubijs. præsertim fauore vltimæ voluntatis. C. de sacr. sanecclel. j. præsertim ne fiat præiudicium testãtis cui erat dedecus, si dicatur prodigus & inteſtatus decesisse. argu. l. & quia. de interro. actio. insti. qui maio. accusa. pos. vel no. §. j. & propter istud interesse ne quis inteſtatus decedat permittitur sibi de iure instituere seruũ necessarium etiam in fraudẽ creditoris: quod aliàs nõ permitteretur

4 vti ibi. Item † plus inspicienda est veritas quàm falsitas vel opinio. C. plus valere quod agitur. per totum. ff. de interro. actio. de ætate. §. fina. Item fuit eis permissum adinuenire cautelam per quam sibi potius prouiderent: vt facit ff. de lega. ij. cum pater. §. Titio. iunct. not. C. arbit. tute. quicquid. facit de damno infecto. Proculus. cũ concordan. præsertim cùm venientes ab inteſtato propriè non certant de damno: sed de non lucro, nec appareat quòd induxerunt testantem ad sibi non relinquendum. In oppositum videtur, si teneamus opinionem quorundam gloss. articuli etiam probati non releuarent. Nam dato quod reuera fuerit discretus & non prodigus: nihilominus interdictio sibi facta & curatoris datio tenuerunt ipso iure: ex quo non fuit iuris error expressus in sententia: vt tenet glo. institu. quibus non est permissum facere testamẽtum. §. itẽ prodigus. & dict. l. Seyæ egressæ. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. licet dubitatiuè loquatur. in l. is cui. ff. de ope. leg. & sic per consequens valere non poterat testamentum: præsertim propter acerbitatem rei iudicatæ. argumen. l. sed mo. in tuto. §. cùm prætor. de statu homi. ff. de lib. agn. l. cui. in prin. de inof. testamen. l. posthumus. §. si quis ex his. aut non videtur valuisse testamentum etiam si datio curatoris & interdictio forent nullæ ipso iure, quia tempore testamenti talis senex cui fuit interdictũ: vt curator datus dici poterat de statu suo dubitans, an esset homo sui iuris, vel liberi arbitrij, vel an subiectus saltem iuris potestati: cùm nondum fuisset declarata nullitas tempore testamenti: imò prodigus & subiectus curię reputabatur, & erat talis dubitatio quòd in alterum membrum suæ dubitationis eum reddebat inteſtabilem, si verum esset. ergo & c. argumen. l. de statu. ff. de testamen. Et dato quòd omnia præmissa cessarent: & quòd reuera fuisset sanæ mentis & discretus: nec valuerit ipso iure interdictio: nec curatoris datio, & quod ipse testator de hoc nõ dubitauerit, & per consequens quod ipso iure valuerit testamentum: adhuc videtur quòd isti Titius & Mæuius qui interdictionem & curatoris datione falsas prætendentes ipsum prodigum fieri procurauerint hoc in cõtrarium non valeant allegare: nec allegantes sunt audiendi, quia ex quo semel vt talem prodigum illum approbauerint: non possunt illum in diuersis iudicijs vel contra allos reprobare: vt est argumẽ. C. de testi. si quis testibus. cum ibi notatis.

5 quia quod † approbo non reprobo & c. ff. de nego. gest.

6 Pomponius. cum concordan. Item † allegans contraria non est audiendus. C. de furt. l. si seruus. de except. l. j. de appellationi. solicitudinem. Nec obstat. §. sed nec impuberis. quia ibi vtrunque est verum. Item † quia vbi aliquis facit quod non est prohibitum à iure: sed aliàs non debitum fieri de iure communi, non potest venire contra factum suum. sic concordat gloss. ff. de adoptio. post mortem. & innuit Innocẽ. de elect. cap. nosti. modo dari curator non prodigo, vel sibi bonis inter dici nõ est specialiter à iure prohibitum: licet de iure communi nõ sit permissum. ergo & c. Et iura quæ ad illam rationem allegantur in contrariũ loquuntur in expresiè à iure pro-

8 hibitis. Item † allegans turpitudinem propriam non est audiendus, vbi non vertitur periculum animæ, vel nõ est fauor libertatis vel animæ. extrà de donatio. inter dilec-

9 tos. cum notatis. C. de libe. causa. l. j. Item non † est quis admittendus veniens contra illa quę facere procurauit. C. de rebus credi. generaliter. j. Itẽ quod quisquis sua voce dilucidè protestatus est & c. C. de non numera. pecun. generaliter. in fin. extrà de probationi. per tuas. Item licet dicta interdictio & curatoris datio ipso iure non tenuerint in præiudicium illius senis vel aliorũ, vel etiam in se: tamen in præiudicium ista procurantiũ & quò ad

10 res videtur quòd ista cõuenerint. Nã † aliquando etiam actus nullus ipso iure: in se tamen tenet in præiudicium facientis vel procurantis. argumen. C. de prædijs minorum. & si is. cum ibi notatis. C. de sacrosanct. eccle. autẽ. qui res iam dictas. extrà de rebus eccle. non alienand. si quis presbyterorum. cum ibi notatis per Innocentium. in autenti. de non alienand. §. quia verò Leonis. vbi contractus de rebus minorũ vel ecclesiæ factus tenet in præiudicium facientis, si sit nullus in se, & quò ad ecclesiam. Ad hoc facit institu. de authorita. tutor. §. j. extrà de renuntiatione. quod in dubijs. cum ibi notatis. ff. de dolo, eleganter. §. j. in quibus contractus vel renuntiatio in se inualida tenent in præiudicium vnius partis, si alia pars velit: scilicet in præiudicium contrahentis & minoris & renuntiantis & dolosi, quò ad illos enim potest dici istum deberi prodigum reputari: qui quantum in ipsis fuit illum prodigum faciebant. facit ff. de donationibus inter virum & vxorem. cùm hîc status. §. si socer. ff. de repudi. lege final. in principio. cum ibi notatis. de conuersione coniugatorum. quidam intrauit. & capitul. placet. pro ista parte bene potest induci. ff. de contrabul. non putauit. §. si quis in sua manu. ff. de falsis. leg. vxori. §. primo & leg. impuberum. §. finali eodem titulo. ff. depositi. sed & quis se deposito obtulit. Item impetrans vel obtinens ius iniquum contra aliquem: ille & contra se vti tenetur, & alij etiam aduersus quos non impetrauit, possunt vti eoipso contra ipsum. ff. quod quisque iuris lege tertia in principio. §. huius pœna. Non obstat si dicatur quòd impetratio non tenuit ipso iure, nec habuit effectum, quia imò in casu isto tempore istius senis habuit effectum saltem de facto: quia semper fuit prodigus reputatus, & subiectus potestati curatorum. & sic non obstat lex. j. §. primo quod quisque iuris. quia ibi non habuit aliquem effectum etiam de facto. Item ex quo eum pro tali habuerant & reputauerant viuentem: videtur etiam quòd nunc debeant talem reputare mortuum. argumentum. ff. de exceptione doli. apud Celsum. §. primo. Item ex quo pro tali fuit eis reputantibus publicè habitus & reputatus: adhuc videtur quòd in eorum præiudicium talis debeat reputari. argumentum. in autentica. de nuptijs. §. si verò ab initio. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc. collatione octa. C. de latina libertate tollenda. §. sed & qui domini sumus. & §. simili quoque modo. Item ex quo talem asseruerunt in ipsorum præiudicium eorum assertioni est standum. ff. de ædilit. edict. si quis venditor. de actionib. empt. nihil si venditor. Item in præiudicium eorum quod in se est validum: scilicet datio curatoris, interdictio stare debet:

nec ipsi

nec ipsi possunt contrarium allegare.extrà de cleri.con iuga.diuersis fallacijs.de filijs presbyterorum, veniens. & extra de hæreti.vt commissi.in fin.lib.vj.& quòd ipsi aduersus factam interdictionem non sint audiendi, potest induci de præbend.cùm super.de exceptio. cùm ecclesiasticæ.de æta.& qualita.accepimus.ff. de adulte. si vxor.§.si quis vxorem. Item quia in odium alicuius bene præstat impedimentum,&c.vt extra de bigamis.cap. nuper. Ad hoc etiam facit quod notatur de donatio. inter virum & vxorem.plerunque.ad hanc partem potest etiam induci ff.de seruitu.rusticor.prædior.insinuante.

11 Item † confessionem factam in vno iudicio tenetur seruare in alio. Ad hoc facit quod nota.per Innocen. extrà de electio.per inquisitionem.præsertim cùm illam non possint prætendere erroneam, cùm ipsi in vita sua debuerunt scire illum fore discretum : & tunc hoc relevare.ergo tali confessioni stare debeant. ff. de interrogat. actio.de ætate.§.final.C.de liber.causa.l.iubemus. in fi. pro hac parte etiam potest induci ff.de legat. j. si seruus plurium.§.si quis autem.C.ad Velleia.si siue. ff. eodem titu.si decipiendi.pro hoc vt eorum calliditas puniatur. ff.de rebus dubi.quamuis.pro ista parte etiam potest induci extrà de his quæ fiunt à maior. parte capitu.c.ex ore.in fin.de priuileg.olim.circa finem.de præbend. dilecto. circa medium. præsertim quia ita diu illum pro tali habuerũt.facit C.de patria potesta.l.j.de petitio.hæredita.si filius.ff.de acquirenda hæreditate. quia aliena. circa principium.& C.de acquirenda possessio.l.ij.ff. de officio prælidis.l. diuus. circa finem.ff. ad Macedonianum.l.iij.in principio.C.si minor se maiorem dixerit.l. j.aliàs ij. Et ita seruat Rota dominorum auditorum sacri palatij.

EPITOME.

1 *Pauperes Christi vltimo loco vocati ad fideicommissum præferuntur alijs venientibus ab intestato in omnem euentum, licet sub certis modo aut conditione vocati videantur.*

2 *Substitutiones regulantur potius à mente testatoris quam à verbis ipsius.*

3 *Modus omnis quòd annexam habeat conditionem.*

Decisio 9. aliàs 867.

1 QVidam † instituit duos filios & illos inuicẽ substituit: & si sine liberis morerentur infra pupillarem ætatem,vel aliàs quandocunque,illis substituit quendam filium sororis suæ : ordinans quod aduenìente casu substitutionis supra vltimo factæ : scilicet quandocunque,dicta substitutio vendicaret sibi locum: voluit & ordinauit quòd dicta bona sua darentur amore dei pauperibus per executorem testamenti. Eo tandem mortuo contigit quòd mortuus est filius sororis adhuc viuentibus filijs testatoris hæredibus institutis. & postea mortui sunt illi sine liberis.petunt pauperes bona, dicentes quòd conditio purificata est,sub qua bona illis fuerũt relicta:ex quo filius sororis non potest portare nomen ipsius testatoris,veniẽtes ab intestato ad bona filiorum. puta mater & alij de parentela opponunt se & dicunt, quòd non habere debent.quæritur quid iuris.Et quidam allegantes super ista quæstione tenuerunt,quòd venientibus ab intestato deberetur hæreditas:quia pauperes fuerunt substituti si dicta substitutio facta de filio sororis locum sibi vendicaret:vt apparet in themate. Substitutio autem ista sibi locum non vendicauit:quia filius sororis mortuus fuit antequàm locus esset substitutioni.argum. l.si ex pluribus.ff.de suis & legiti. hæred.&l.qui liberis. §.hæc verba.& l.sed & si plures.ff.de vulga.& pupil.C. de caduc.toll.l.j.§.pro secundo&.§.in nouissimo.& .§.si sub cõditione.Igitur cũ solùm sint substituti in illum casum & non in alium : non possunt habere illo casu non existente.argum.l.commodissimè.ff.de libe. & posthu. maximè matre dictorum filiorum superuiuente , quam in substitutionibus tacitæ voluntates non repellunt. C. de impub.& alijs substitu. præcibus. cum sua materia. Mihi tamen contrarium videbatur , quòd imò ista substitutio locum sibi vẽdicabat:licet ille filius sororis esset premortuus.quia verum fuit dicere quòd casus in quem dicta substitutio sortiri debebat vires euenit , quòd filij decesserint sine liberis . & sic dato quòd substitutio non supersit:tamen dici potest quòd substitutio vendicat sibi locum ex parte ipsorum quibus facta fuit.ex quo casus in quem facta erat euenit.& testator per illa verba:scilicet, quandocũque dicta substitutio vendicat sibi locum, intendebat potius & volebat sentire & intelligere de casu in quem substitutio vires sortiri debebat,id est, si filij sine liberis morerentur,quàm de effectu substitutionis, id est,si filius sororis superuiueret,& illã haberet . quod patet per illa verba quæ dixit,dicto casu quo dicta substitutio sortiri debeat vires,id est,si filij sine liberis decederent.& quòd concernant effectum substitutionis factæ de filio sororis:sed solùm casum quo deberet sortiri vires,hîc demonstrat.quia de pauperibus prouidebat,seu illis relinquebat in casu quo substitutio de filio sororis non habebat effectum :puta quia non poterat portare nomen testantis.& hoc fortius verificetur illo iam mortuo antequam locus foret substitutioni.quia tunc fortius certum est quod eueniente casu substitutionis per filiorum mortem sine liberis non portabat nomen testantis, quod portare mortuus non potuit:nec etiam admitti ad substitutionem . dicamus per consequens quòd fortius debeant venire pauperes : cùm sit iam verum dicere quòd locum sibi vendicauit substitutio & quòd casus substitutionis aduenit parte filiorum quibus facta erat:
2 ex quo sine liberis decesserunt . In † istis enim substitutionibus potius debemus sequi mentem quàm verba.ff. ad Trebellianum . hæredes mei .§. j. cum concordantijs.præsertim cùm verba menti congruę valent applicari . Non obstat si dicas quòd testator intelligebat filium sororis superuiuere filijs :ex quo ordinabat quod portaret nomen suum.& illo casu quo sic superuiens nomen non portaret,substitutionem reuocabat: & illo casu bona pauperibus relinquebat.ergo videtur quòd solùm illo casu pauperibus reliquerit quo ille filius sororis superuiuens nomen testantis non portaret . & illo casu quo præmoriens non poterat:imò solum casum omiserat : & sic in isto casu omisso non possunt admitti pauperes.per prædictam l.cõmodissimè:quia dico quod licet testator illum præsupponeret viuere , & speraret post filios:tamen verba conditionalia per quæ pauperibus relinquit,sunt adeo generalia quòd possunt compre hendere etiam casum quo illis præmortuus esset . igitur in vtrunque casum operentur . argumentum l.final . de postula.hæred.instit.quæ in hac ratione concordat cum l.commodissimè . sic etiam habeo in simili de vulgari substitutione facta hærede instituto , si hæres non erit. quia licet testator supponeret & speraret institutum sibi post mortem superuiuere:& sic in illum casum quo sic superuiuens hęres non esset sibi substituendus:tamen quia verba conditionalia per quæ fuerit facta vulgaris,scilicet si hæres non erit.sunt vniuersalia & se extendunt in casum & ad casum quo institutus testanti prærmoriens etiam sortitur vires vulgaris substitutio . ff. de fideicommissarijs libertatib.l.Thays ancilla.§.Speudophorus.C.de caduc.tollend.l.j.§.in primo . cum concordantijs multis.Non obstat si dicatur quòd bona potius videntur relicta pauperibus de filio sororis : in casu quo modum vel grauamen filio sororis impositum deportando nomen videtur impositum potius per modum modi quàm per modum conditionis.per illa verba,ordinans &c.quæ sunt in themate & in defectũ modi videtur illum grauasse de dando pauperibus.Cùm igitur ab ipso in defectu modi fuerit relictum pauperibus : non aliter videtur valere fideicommissum relictum pauperibus ab ipso quàm si bona ad illum peruenerint:& per ipsum steterit quòminus dictũ modum impleat.Respondeo dupliciter.Vno modo quòd imò dicta verba potius important conditionem quàm modum. quod patet per illa verba,reuoco substitutionem.quasi velit dicere quòd in defectum portationis nominis nonvult quod aliquod ius habeat in bonis , quod est propriè effectus defectus conditionis:vel dato quòd esset modus: dico quòd defectus modi in tali relicto priuat sicut,deficiente conditione ab initio relictum non capitur:vt notat glo.ff. de conditionibus & demonstrationibus.in rubrica.& est ratio.

3 quia † omnis modus habet conditionem annexam si satisfecerit de implendo modum: vt est text. ff. de conditionib. & demonstrationib. quibus diebus. §. si igitur defectus modi. vel. §. possibilitas implendo modum ab initio. multò fortius impedit acquisitionem. & sic non potest dici quòd relictum sit à filio fratris in casum deficientis modi: cū in illo casu sit priuatus relicto. & sic ab initio non habuisset: & quòd eo casu ab ipso non relinqueret: sed potius ab hæredibus suis vel suorum hæredibus hoc expressè iniunctum voluit bona pauperibus dari per executores sui testamenti. igitur innuit quòd non per manus filij sororis vel alios, si fortè teneas quòd à filio fratris in defectum modum reliquerit pauperibus: adhuc dico quòd licet ille non habuerit bona: quia fecit relictum sorori per mortem eius ante aduentum conditionis factum, penes illos remansit cum onere. argumentum l. j. §. si autem sub conditione. C. de caducis tollend. & ff. ad Trebellianum. & si patroni. §. qui fideicommiss. versicu. si non prior. & l. cognat. §. fin. eod. titu.

EPITOME.

1 *Episcopus si confert capellaniam deuolutam propter negligentiam patroni: non propterea est locus pœnæ adiectæ per testatorem fundatorem eius: scilicet quod propter hoc desinat esse beneficium.*

2 *Pœnalis clausula quantumcunque possibilis: si dispositioni impossibili adiungatur, non tenet.*

3 *Conditio turpis vel impossibilis, quando vitiat relictum.*

4 *Interpretatio seu significatio quæ vitio caret, sumenda est.*

5 *Iuramentum generale, & confusum recipit interpretationem, & subauditionem iuris.*

6 *Verba propter subiectam materiam sunt aliter intelligenda quàm secundum eorum proprium significatum.*

7 *Verbum, dari, sumitur quandoque pro verbo tradi in contractibus de quorum natura est sola traditio.*

8 *Verbum, trado, an se non importat dominium nec translationem dominij: & tamen propter subiectam materiam sumitur pro dari.*

9 *Verbum, tutorum, sumitur pro tutore.*

10 *Monasterium pro filio computatur.*

Decisio 10. aliàs 868.

L. amber. in tract. de iurepa. in 9. princ. q. primæ partis. primi libri. co. vj. versi. ampliat istam q. nu. 40.

FActum tale est. Testator * reliquit vnam capellaniam per modum qui sequitur. In dei nomine amen. anno domini, &c. ita facio instituo & ordino & assigno vnam capellaniam perpetuam in ecclesia beatæ Mariæ territorij de Maudeñ. de capella sancti Georgij, cui quidem capellaniæ constituo, ordino & assigno in perpetuum bona mea subscripta cum iuribus suis & pertinentijs: redditus meos subscriptos & conditionibus subscriptis, quòd ille capellanus tantum quantum dictam capellaniam tenebit, quòd pro capellano seu clerico in ecclesia parœciali Maudensi. seruire minimè teneatur: quòd si hoc faceret ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc capellaniam prædictam sibi aufero. & volo & ordino casu præmisso adueniente quòd dominus Maudeñ. & quicunque dominus fuerit dicti loci dictam capellaniam cuidam alij bono & sufficienti capellano dare, conferre, & assignare teneatur volens & ordinans & tantum quantum possum probans atque vetans, quòd dominus episcopus Carpeñ. nec aliquis alius prælatus dictam capellaniam per me suprà ordinatam alicui capellano dare conferre & assignare præsumat: nec aliquid præsumat de ea ordinare: sed tantum dictus dominus de Maudeñ. quicūq; ibi dominus fuerit, quod si hoc ipse dominus episcopus seu quisquis alius prælatus facere præsumpserit: eo casu ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, ipsam capellaniam penitus casso reuoco & annullo: & tanquam pro non facta & constituta habere volo: & omnes & singulos fructus & redditus obuentiones & prouentiones dictorum bonorum pro ipsa capellania suprà ordinatorum regere gubernare recipere & recuperare debeat sua authoritate propria: atque de ipsis fructibus & gaudentibus dicta duo anniuersaria in ecclesijs prædictis fieri faciat.

Testator reliquit. Habes in hac decis. de patrono layco de cuius patroni potestate & priuilegio do. Fely. fecit pulchrum tractatū qui positus est in primo volumine suorū cōmentariorū in fin. vol. quatractatus debet à quolibet studioso diligēter perscrutari: quia multa eleganter more suo ipse scripta reliquit.

1 Quæritur pro hoc themate nunquid † si Carpeñ. dictam ecclesiam conferat alicui in negligentiam domini Maudeñ. propter hoc dicta capellania annulletur: vt sic ex bonis pro dicta capellania assignatis debeant fieri ista duo anniuersaria, prout testator fieri ordinauit. Et videtur dicendum prima facie quod non. quia dicta ordinatio qua ordinauit, prohibuit & verauit, quòd episcopus Carpeñ. nec aliquis alius prælatus dictam capellaniam dare, conferre vel assignare non posset, nec de illa aliquid ordinaret, est expressè contra ius, quia licet talium iurium spiritualium iuspatronatus ad præsentandum posset cadere in laycum: ipsa tamen institutio tantùm ad episcopum pertinet, nec posset ad laycum spectare. argument. extrà de iure patronatus. præterea. & capitul. cùm layci. & capitul. pastoralis. & capitul. relatum. & extrà de institutioni. cùm venissent. extrà de officio. ordina. cùm vos. ad quod facit in ratione. extrà de iudic. decernimus. denominatio enim seu præsentatio licet possit fieri à layco ordinario: tamen institutio ad episcopum pertinet, si idoneus nominetur: vt in authen. de sanctiss. episco. §. si quis oratorij. quia præfata ordinatio seu prohibitio testatoris, cùm sit expressè contra ius, nullatenus est seruanda. argument. in authenti. de eccle. titul. §. si autem pro redemptione captiuorum. ibi, cum dicit. licet præcipuè à testatoribus aut donatoribus sit illis interdictum. habetur ad hoc aliquod participium. ff. de legat. j. l. nemo potest. cum concordā. verum etiam quia huic præcepto seu ordinationi seu dispositioni de iure impossibili, & quæ non valet in modum cuiusdam pœnalitatis subiunxit aliam clausulam ad hoc vt eius metu pœnæ primæ ordinationi pareret: scilicet quòd si hoc episcopus facere præsumpserit: eo casu ex nunc prout ex tunc & econtra dictam capellaniam penitùs cassabat & annullabat &c. & ex bonis assignatis ibi duo anniuersaria fieri volebat. sicut principale præceptum non tenuit: nec eodem modo secundum quem aliàs de iure licitum esset & possibile: ex eo quia in modum pœnalitatis subiunctum est, tenebat. argumen. quia ex quo principale non tenuit de iure non valebit accessorium seu pœnale. argumen. ff. de regul. iur. cùm principale. quod enim non tenet de iure: nequit pœnæ vinculo alligari. C. de legibus. non dubium. in fi. ff. ad legem Falci. quod de bonis. §. j. Et pro hoc videtur expressum quòd

2 † vbi alicui dispositioni impossibili subiungitur pœnalis clausula quantumcunque possibilis: ex quo principalis non valet, non valebit etiam pœnalis. argumen. ff. de verborum obligatio. si homo mortuus. pro hoc etiam bene facit concordia iurium tradita per Cynum. C. de his quæ pœnæ nomine. l. j. in tertia opinione in fin. Vbi

3 dicitur, quòd † relictum sub conditione turpi, vel aliàs de iure impossibili necessaria bene tenet: vt puta cùm relictum incipit à conditione turpi vel impossibili negatiuè concepta, quæ est necessaria: vt si cœlum digito nō tetigeris lego. x. vel si hominem non occidis, vel si patrem ab hostibus non redemeris, sed si relictum non inciperet à præcedente conditione turpi vel impossibili: tunc quantumcunque sequens additio esset necessaria & possibilis, non valet. quia subiungitur præcepto turpi & impossibili: vt puta, præcipio vt cœlum digito tangas, vel occidas hominem: & si hoc non feceris, lego ad te. x. certè non valet legatum si nomine pœnæ relictum, quia erat præcepto impossibili vel turpi adiectum: vt probatur institut. de legat. §. final. ff. de his quæ pœnæ causa in testa. relin. l. j. C. de his quæ pœ. no. l. j. præsertim autem non videtur sequens dispositio in qua in modum cuiusdam pœnalitatis ordinatur de bonis capellaniæ distribuendis in anniuersario si episcopus se intromittat de capellania: quia postquam capellania ab initio tenuit, certum est quòd bona destinata pro capellania transierunt in capellaniam vel in dominium Christi seu vniuersalis ecclesiæ, cuius sunt quòad proprietatem bona ecclesiastica: licet quò ad vsumfructum sint futuri capellani, ibi instituendi, & quò ad administrationem. argumen. eorum quæ notātur in simili de bonis eccles. per Innocen. extrà de causa possessionis & proprietatis. cum super. in glos. ij. iuncto argumento. ff. de furtis. cum pater. §. fundo. ff. de legat. ij. & si episcopus ibi instituit legitimè & canonicè bona ista pertinent ad illum nomine capella

ne capellaniæ,& illis frui potest,& illa ministrare quasi facta sunt sancta sanctorum. idcirco impossibile est quodammodo propter aliquam dispositionem testatoris talia esse desinant:nec in alios vsus transire. quia dispositio testatoris collata fuit in tempus quo res desinat esse sua & suorum heredum.argumē. bonum ad hoc de manum.testa.l.Stichus seruus.pro hoc facit quod notat Innocen.in c.xiij.de foro competen.Item ex talibus testamētorum dispositionibus sequitur magnus iuris canonici & ciuilis episcoporum & aliorum prælatorum contemptus,quod nequaquam tollerandum est,ad quod potest induci in ratione.ff.de lega.ij.cordialis.§.fi. talia enim quantumcunque de se bona videantur:cùm tamen dicuntur in contemptum alterius, non sunt tolleranda. argumen.ff.de iniur.item apud Labeonem.§. generaliter.iunct.nota. per Cyn.C.de iniur.si non conuitij. vij. quæstion.j.in fin. Ergo licet relictum anniuersariorum de se sit bonum:tamen quia factū est pœnaliter & cùm tali modo,non debet valere: sed potius reijci & primæ dispositioni capellaniæ stari:imò potius vt ordinationē testatoris quantum de iure poterimus conformemus & illam ciuiliter intelligamus.argumen.ff.de serui. rusti. si cui dicamus testantem intellexisse, & voluisse hæredem suum habere totum quod de iure in capellania habere posset:vt iuspatronatus vt sic præsentet debitè episcopo capellanum per illum instituendum: & videatur voluisse episcopum habere totalem dispositionem vsurpare velle hæredis iuspatrona.iniustè & indebitè derogare:quia tunc ordinabat de annullatione capellanię,& de translatione bonorum eius in anniuersarium faciendā:non tamen videbatur voluisse hæredem suum habere,quod de iure habere non posset:scilicet totalem dispositionem & institutionem.nec videatur voluisse habere episcopum quod de iure habere non debet:ne sic videatur contra ius ordinasse & elegisse viam ad impugnandum sua iudicia ff.de testamen.milita.l.iij. nec videatur ius & prælatum suum contempsisse quod in magnum salutis animæ suæ vergeret detrimentum, cuius fuisse præsertim moriens immemor non videtur. argum.l.C. ad legem Iul.repe.l.fina.imò potius videatur suam ordinationem iuris interpretationi submittere: & honorem & reuerentiam prælato suo & iuribus ad ipsam concernentibus conseruasse:vt sic verborum significatio saltem per largam interpretationem, & conuenientem subauditionem ad intellectum sanum & bonum & ciuilem debeat applicari argu.dict.l.si cui.ff.de serui. & ar. ff.ad muni.l.ve gradatim.§.sed si l.ff.de lega.ij.vnum ex familia.§.si commissa.de conditio.& demōstratio. cùm auns.ff.de lega.iij.l.non aliter.C.de inoffi.testamen.l. j.

4 vt † sic illa recipiatur interpretatio seu significatio quę vitio caret.ff.de leg.j.in ambigua. iunct.§. disponat. in

5 authen.de nup.sic etiam † in iuramento generali habito & confuso quod recipit interpretationem & subaudi tionem iuris.extrà de ioreiur.quemadmodum.ff. de libe.l.libertus.C.de non nume.pec.l.fina.ff.qui satisf. cog. l.fi.cum multis concord. Sit igitur sensus cùm dixit testator,quod dominus Mauden.dictam capellaniam conferre,dare & assignare teneatur, scilicet prout ad eum collatio,datio seu assignatio potest pertinere de iure. & quod subiungitur,ꝙ ordinabat ne episcopus vel alius præfatus dictam capellaniam alicui capellano dare,conferre seu assignare præsumat.Sit sensus,quod hoc non præsumat indebitè vsurpando iuspatrona.quod in capellania hæredem suum habere volebat.& cùm congruentiùs sequi poterat pœnalis clausula subiuncta, quæ continet translationem bonorum capellanię in anniuersaria facienda sub conditione,quæ sic intellecta,erit possibilis & honesta:& ideo bene valebit dicta translatio ad illum casum.argum.ff.de adi.leg.l.transl atio.& l.quod si alij.præsertim cùm fiat translatio in aliā causam piam. argu.in authen.de sanc.epi.§.sed hoc præsenti.in fin. in ver.si tamen in redemptione captiuorum.arg.ff. de condi.& demonstra.l.Titio vsusfructus.in fi.quę in hac ratione concordat cum l.cùm tale.§. nemo eod.ti.ad quod in ratione C.de sacrosan.eccle.authen.Item si sibi inuicem.cum concordan.Et hanc opinionem satis videntur

6 fundare iura quæ dicunt,† ꝙ propter subiectam materiam verba sunt aliter intelligenda quàm essent secundum eorum proprium significatum,vt sanus haberi possit & iuri consonus intellectus.ff.locat.l.si vno anno.vbi verbum,donationis,sumitur in improprium significatum propter subiectam materiam. sic etiam habeo in

7 verbo,dari.quod † sumitur pro tradi,quod profertur in contractibus de quorum natura est sola traditio. ff. de vsufru.si stipulatus.& tamen ex suo proprio significato denotat dominij translationem:vt l.vbi autem nō apparet.§.fina.de verbo.oblig.institit.de actio.§.sic itaque. sic

8 etiam habeo in verbo,trado.quod † in se non importat dominium nec translationem dominij: & tamen propter subiectam materiam sumitur pro dari, scilicet si proferatur in materia quę requirit dominij translationem.ff.de verbo.obliga.l.in conuentionalibus.§.fina.secundum vnum intellectum.quæ ita concordat. cum l.si rem tradi.eodem titu.sic etiam faciunt l. siue inductiones.ff.de condi.& demōstratio.pater Seuerinam.§. con-

9 ductionum.vbiverbum,tutorum, † sumitur pro tutore. pro hoc l.non aliter.ff.de lega.iij.extrà de procu.petitio cum concord.infinitis.In contrarium tamen videretur quòd imò dato quod præceptum seu dispositio testantis prohibentis & ordinantis ne episcopus possit conferre sit contra ius:tamen subiuncta dispositio de annullatione capellanię facta & translatione fienda in anniuersaria,teneat. quia licet prima dispositio tanquam contra ius non teneat:tamen ex quo per secundam transfertur legatum in æquè fauorabilem & piam causam, scilicet anniuersariorum sicut erat primum legatū capellaniæ: videretur quòd deberet tenere secunda dispositio, sic habetur in simili ex concord. iurium vbi legatur mulieri sub cōditione ne nubat reijcitur conditio & spreta conditione legatum consequitur:sed in defectum conditionis in alium non transfertur legatum: vt l. cùm tale.§. Meuiæ.ff.de conditio. & demonstratio. & idem etiam esset si transferretur in aliam causam ę què vel magis fauorabilem, sicut essent nuptiæ: tunc nunquid valebit translatio? Dicit text.quòd sic:nec tunc remittitur con-

10 ditio mulieri.ita est text.in l.Titio vsusfructus.in fi. ff. de conditioni.& demonstratio. per eundem contra modum potest induci l. si relinquatur fideicommissum ab aliquo sub conditione si liberos non habuerit, & ingre-

10 ditur monasteriū:certè conditio videtur deserta:† quia monasterium pro filio computatur. Istud est verum si istud fideicommissum non esset relictū in causam ęquè vel magis fauorabilem:puta in redemptionem captiuorum vel alimentis pauperum: vel alteri monasterio relictum cuius causa est æquè fauorabilis:vt est text. not. in authen.de sacr.sanct.eccle.§.sed hoc præsenti.in fine versicu.si tamen. Prima opinio videtur mihi esse ęquior & secretior & de iure verior.non videtur de hoc facienda longa instantia:quia videtur casus pro prima opinio. x.quæst.j.c.si quidam.& facit extrà de testa. requisisti. versicu.secus.non tamen video quin per verba prædicta facta fuerit capellania.

SVMMARIVM.

Testator si legat pro anniuersario faciendo certas mensuras annonæ: liberatur hæres cedendo legatario ius exigendi dictas mensuras ab illis qui illas soluere obligantur.

EPITOME.

1 *Hæres an liberetur cedendo legatario ius exigendi certas mensuras annonæ ab illis qui eas soluere obligantur, legatas pro anniuersario faciendo.*

2 *Testator vbi legat certam quantitatem quam tertius debet, intelligitur esse in legato solùm debitum à tertio.*

3 *Hæres cedendo actionem legatario quando liberatur.*

4 *Dictio quis vel qui. iuncta verbo tertiæ personæ cùm respicit aliquid taxatum in quantitate consistens, facit conditionem:secus si iungeretur verbo primæ personæ:quia tunc faceret demonstrationem.*

5 *Legatum vitiatur propter defectum seu falsitatem conditionis.*

6 *Dictio, quis vel qui. iuncta verbo futuri temporis facit conditionem.*

7 *Verbum infinitiui est aptabile ad præsens & futurum, vel etiam præteritum, quamuis sit modus præsentis temporis.*

8 *Testator quando sub diuersis conceptionibus legat, & declarat ex quo vel quando soluatur legatum: tunc talis declaratio videtur potius fieri causa demonstrationis quàm taxationis: secus si sub vna conceptione.nu.9.*

10 *Hæres si legatum perierit sine eius culpa, quo casu censetur liberatus.*

Decisio II. aliàs 869.

LEgo pro anniuersario annali & perpetuo faciendo pro anima mea & parentum meorum, in ecclesia Murmorien. duas sommatas annonæ ad magnam mensuram quas mihi seruiunt Gulielmus & Raymundus fratres pro quodam affirmario quod habent in tali
1 loco. quæritur † an hæres liberetur cedendo actiones cõtra dictos G. & R. vt sic ecclesia Murmorien. seu illã administrantes pro anniuersario debeant per se leuare dictas duas sommatas, & exigere quolibet anno: vel an hęres prædictus per se debeat exigere: & anniuersario faciẽdo anno quolibet ministrare. Item an solùm dictum affirmarium pro quo debentur illæ duæ sommataæ sit obligatum pro dictis duabus sommatis: vel an tota hæreditas testatoris, & sic hæres perpetuò debeat duas sommatas annonæ pro anniuersario: vel an sit liberatus cedendo ecclesiæ ius quod habet, & habebat testator contra dictos G. & R. in affirmario illo pro dictis duabus sommatis, & ad nihil aliud teneatur. Item si pro tempore non possent percipi vel haberi dictæ duæ sommataæ de affirmario illo vel propter deteriorationem vel minus valentiam dicti affirmarij, pro quo debentur illæ duæ sommataæ, vel aliàs propter depauperationem dicti G. & R. seu ipsorum successorum, vel propter guerras: vel aliàs quæritur an hæres de alijs bonis hæreditatis dictam pensionem debeat si ab illis debitoribus non possit exigi: & sic nõ liberetur solùm cedendo actiones contra illos: imò pro dicta pensione generaliter tota hæreditas distingatur, si exinde non possit percipi: vt videntur tex. expressissimi. ff. de ali. leg. l. Lucius. ff. de leg. iij. Paulo Calimacho. §. fi. ff. de lega. j. l. quidam testator. in princip. pro quo etiam. quia ista verba non faciunt contradictionem, sed potius demonstrationem: vt videtur text. ff. de conditio. & demonstratio. l. in conditionibus. §. iij. versicu. sed proinde. illud igitur quanquam exinde dicta pensio colligi vel percipi non possit: nihilòminus aliundè debeantur: quia falsa demõstratio & c. ff. de conditio. & demonstratio. l. demonstratio falsa. ad quod C. de fal. causa adiect. l. si non designata. in fin. & l. fin. eod. titu. cum multis concordã. & quod suppletio sit fienda: faciunt in argu. ff. de triti. vin. & oleo lega. l. ex eo. ff. de an. le. l. vini Falerni. ff. quando dies leg. ce. Firmio Heliodoro. in prin. ad quod etiam ff. de ver. obli. l. inter stipulantem. §. sacram. inver. si stipulatus fuero. ff. de ac. emp. l. si quis cùm fundum. præsertim quia legatũ est factum ob causam perpetuam, scilicet pro anniuersario perpetuo, & c. quod nõ posset esse perpetuum nisi dicta pensio perpetuò præstaretur. igitur si exinde non possit præstari, vnde illam præstandam demonstrauit testator, præstari & suppleri debeat aliunde. arg. ad hoc de annu. le. l. in annuam. in fi. & l. annua. §. à Titio. in fi. l. pen. cũ concord. His tamen non obstantibus teneo contrarium saluo iudicio meliori, & dico ꝙ hæres plenè erit liberatus cedendo actione anniuersario siue eius ministris: nec ad plus teneatur nisi solum ad illas duas sommatas quas seruiunt seu debẽt dicti Gulielmus & Raymundus: nec de alijs bonis aliquid suppleri tenebitur, quantumcunq; dicta pensio diminueretur: dummodo sine hæredis culpa, quod quidem sic probo. quia certũ est legando duas sommatas quas seruiunt G. & R. videtur legasse duas sommatas quas ipsi debẽt, quia seruiũt & debent, in hoc pro
2 posito idem sunt. Constat autem † ꝙ cùm testator legat alicui & alius tertius debet etiam adiecta certa quantitate: vt puta legat centum vel decem, quæ Titius debet, ꝙ solùm est in legato quod debet Titius, & quod debet intantùm ꝙ si nihil vel minus debet vel non debet: tunc
3 non tenetur aliundè supplere. imò hęres † penitùs liberatur cedendo legatario actione cõtra Titium est casus ff. de leg. j. l. si sic. §. j. versi. quod si addiderit. ver. si proinde. in fi. cum l. legaui. circa medium. ff. de liber. leg. & ibi plenè not. in glo. mag. ergo etiam & ita fit in proposito, vt solùm quod seruiunt. G. & R. ideſt quod debent seu debeant, & quod debebunt videatur legatũ, nec si minus debebunt, vel nihil, aliundè suppleri debeant: imò hæres contra eos cedendo actionem penitus liberetur. Iterum
4 hoc etiam probatur, quia ista dictio † quis vel qui, iũcta verbo tertiæ personæ, cùm respicit aliquid taxatum in quantitate consistens facit cõditionem: licet si iungeretur verbo primæ personæ facit demonstrationẽ, vt verbi gratia si dicatur. lego tibi, licet nihil debebam: nihilòminus valet legatum, quia illa dictio iungebatur verbo primæ personæ, scilicet debeo, & respiciebat aliquid taxatum in quantitate consistens scilicet, decẽ: & ideo faciebat demonstrationem, quæ licet sit falsa nõ vitiat legatum: imò nihilominus valet: sed secus si esset apposita per eundem modum dictio, quæ verbo tertiæ personæ: vtputa lego tibi decem, quæ Titius mihi debet. sic in legato, & si nihil vel minus, nihil plus, sic in legato: nec supleri debet aliũdè quia † defectus seu falsitas cõditionis
5 bene vitiat legatum. & ita concor. l. & si non designata. & l. fina. C. de fal. causa adiect. & d. l. si sic. §. j. primo respons. ff. de leg. j. & insti. de leg. §. sed si vxori. cum d. l. si sic. §. sic. in fin. & cũ d. l. legaui. circa med. ff. de lib. leg. cum ibi not. & hanc cõcor. dedit Petrus de Bella pertica in origi. ali. ff. deleg. j. l. Stichum. in illa dist. quã ibi facit de nomine, quis vel qui. quando iungitur verbo tertiæ personæ respicit aliquid taxatum in quãtitate consistẽs, quia testator dixit lego duas sommatas annonæ, vbi taxatur certa quantitas: & postea dixit, quas seruiunt. G. & R. & ita iungit illud, quas. cũ verbo, seruiunt. quod est tertiæ personę, igitur illa dictio, quas. quę iũgitur verbo tertiæ personæ. & respicit quantitatem, scilicet duarum sommatarum, facit hîc cõditionem: vt sic videtur solùm esse in legato, si & quatenus illi debent vel seruiunt vel debebunt, vel seruient in futurum, & non plus. Itẽ etiam
6 ista dictio, † quis vel qui. iuncta verbo futuri temporis facit cõditionem: vt l. factum qui. ff. de leg. j. iunct. l. nuper. §. fi. ff. de leg. iij. & no. Petr. de Bella pertica in dicta distinctione, quã ponit in præal. l. factũ. sed additur ista dictio, quas. verbo futuri temporis: cùm ita significat in proposito futurum tempus, sicut præsens: quia illud verbum, seruiunt. respicit pensiones annuas, quę non tãtùm debentur nunc, sed & in futurum debebũtur, vnde sensus est huius locutionis, lego pẽsiones quas tales seruiunt, & seruient in futurum, hinc est quod alibi dicitur in alia facultate quòd præsens est, cuius pars præterit, pars verò futura est vt ait Priscianus. & pro tanto no. alibi Innoc. quòd præsens confusum prę sentis non tenet vsum, quasi innuat quòd imò interdum verbum præsentis temporis denotat & comprehendit futurũ, vt deducit ad notabile propositum suum. extrà de exce. dilecti. vltra medium. & pro hoc etiam induci potest gloss. de verbo infinitiui
7 † quod est aptabile ad præsens & futurum vel etiã præteritum: & tamen modus est præsentis temporis. vnde bene dicitur, volo legere. volui legere. volã legere. vt no. de verb. oblig. l. vbi. §. stipulatio. super verbo, daturũ. Igitur cum ista dictio, quas. iungatur verbo futuri tẽporis, saltem quò ad virtutem significati, concludo quòd facit conditionem & non demonstrationem: & sic solùm erit in legato quod illi. G. & R. debebunt: & nulla debebit fieri suppletio aliundè, vt dictum est. Itẽ etiam hoc probatur, quia hîc testator sub vna oratione legat, & etiam taxat & declarat quod legat & vnde. ꝙ a dicit lego duas sommatas, quas tales mihi seruiũt. igitur videtur in dubio legatum factum fore tractum aliàs taxatum nõ demonstratum: & illam adiectionẽ scilicet, quas seruiunt, quam simul sub vna conceptione cum legato profert, videtur in dubio fecisse causã taxationis non demonstrationis. probatio patet ex concord. iurium data per Dyn. in l. quidam testamento. ff. de legat. j. & in l. si seruus. §.
8 quandoq; ver. si dicit, ꝙ † quando sub diuersis cõceptionibus testator legat & declarat, ex quo vel quando soluatur legatũ tũc talis declaratio videtur fieri potius gratia demon

tia demonstrationis quàm gratia taxandi: vt sic si exinde solui non posit, solui debeat aliunde. vt puta si dico, lego quadraginta aureos Titio, & postea in alia clausula subiũgit, quod illos xl. aureos vult solui ex xx. debitis à Mæuio, & ex xx. debitis à Caio. certè ista clausula sequens non videtur taxare nec limitare legatum præcedens quin si ex istis debitis solui non posit legatum, & ita debeat aliundè: sed solùm demonstrare vnde facilius solui posit legatum & ita loquuntur leges. ff. de legat. j. l. quidam testator. in prin. ff. de an. le. Lucius. & l. Paulò Calimacho. §. fin. & ff. de lega. iij. §. in cõtrarium,
9 secus † autem esset vbi sub vna conceptione legat & declarat: vt puta, lego ex quo Titius mihi debet: vel lego ex quo sunt in archa. quia certè tunc videtur taxare & limitare vnde soluatur & solui debet. quod Titius debet, & quantum debet, & quod est in archa & non plus: nec aliundè supplendum est. vt dict. l. si sic. §. j. in fi. & dict. l. si seruus. §. qui quandoque: & l. cùm certus. ff. de trit. vi. & oleo lega. & sic potest intelligi. l. antepenul. §. ciuibus. ff. de lega. ij. & l. si seruus. §. si quis. sic igitur est in proposito vt suprà dictum est. ergo &c. Item etiam hoc probatur: quia hîc testator videtur legasse certum corpus, scilicet certi nominis seu debiti seu seruitij, scilicet debitũ duarum summatarũ annonæ quas faciunt seu seruiunt.
10 G. & R. Igitur si id † ad quod legatum est perierit vel fuerit diminutum sine culpa hæredis hæres erit liberatus: nec amplius tenebitur. ff. dever. obl. l. si ex legati causa. cum concor. Non obst. contraria. Primò l. Lucius. de ali. le. nec l. Paulo Calimacho. §. fin. nec l. quidam testator. in prin. quia ibi videtur dictum causa demonstrandi, non autem causa taxandi seu limitandi: quia sub diuersis acceptationibus fiebat: hîc verò ideo causa taxationis: quia sub vna conceptione: vt plenè dixi in quarta ratione. Non obstat tex. in l. in conditionibus. §. j. in fin. ff. de conditio. & demon. vbi sub vna conceptione legando testator declarabat, scilicet lego quicquid mihi dari oportet, & tamen non videtur dici causa taxationis seu limitationis: nec illa verba faciunt conditionem, sed potius demonstrationem: quia dic quòd ibi constabat de voluntate testantis per quam conditionem regantur in vltimis voluntatibus. hîc non, quia eiusdem l. in princi. vel aliter solui, vt ibi not. quia illa verba ibi non faciunt cõditionem, scilicet quò ad impediendam transmissionem sed bene quò ad impediendam taxationem & limitationem: vt si nihil dari oportet: aliundè non debeatur: vt dicta l. si sic. §. j. in fi. de leg. j. non ob. l. ex eo. nec l. legatum §. vini falerni. nec l. Firmio Heliodoro. nec. §. sacramẽta l. si stipulatus. quia in illis legibus licet fiat suppletio ex fructibus annorum sequentium: non tamen debet fieri suppletio ex alijs bonis vel rebus hæredis, vel debitoris: ex quo fructus certi fundi debebantur. & ita audacter concederẽ hîc si termini essent consimiles, sed non sunt. quia hîc nõ legabatur certa quantitas fructuum ex fundo imò legabatur certum debitum seu certa annua pensio per G. & R. debita pro fundo. & non potest fieri suppletio ex futuris pensionibus cùm quolibet anno solùm talem pensionem debeant & nõ plus. Non ob. ff. de act. emp. l. si cùm fundum. quia ibi ideo aliundè debet præstari propter temerariam assertionem venditorum qui ibi tot fore asserebant: vt ibi no. hîc autem testator non asserebat causam diminutionis pensionis non posse euenire. Non ob. ℣ legatum est factum ob causam perpetuam, &c. quia istud argumentum non concludit nisi quòd legatum debet esse perpetuum: & illud bene volo ℣ perpetuò pro anniuersario ista pensio per G. & R. debeatur. & si dicas ℣ non perpetuò poterit percipi, si deterioretur, pensio vel feudum. dico ℣ non debemus inspicere eatum aduersæ fortunæ: vt l. Iulianus. ff. qui & à qui. & l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. obli. & si inspiciatur: ex quo ab initio pensio quæ debebatur erat
2 perpetua, & poterat deseruire causæ perpetuæ: tamen cedant periculo legatariorum & non hæredis: quia solutione eius quod debebatur id est cessione actionum & iurium contra G. & R. competentium fuit liberatus: vt suprà probatum est. Non enim videtur testator voluisse hæredem suum duplici onere prægrauasse. argumentum. l. Titia. §. qui in vita. ff. de lega. ij. Non obst. l. annonam. nec l. Titia. ff. de ann. leg. quia ibi legabatur certa quantitas in genere per hæredem præstanda: & ideo non est mirum si propter causam perpetuam, ob quã legabatur, hæres perpetuò tenebatur ad illam quantitatem annis singulis præstandam. hîc verò legabatur certum nomen seruitij seu certum debitum quod habebat perpetuam annuam præstationem, quod præstando per cessionem actionum & iurium contra illos qui debent non est mirum si hæres sit plenè liberatus: vt dict. l. si sic. §. j. in fi. quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio. insti. qui. mo. tol. obli. in prin.

EPITOME.

1 *Quarta integra detrahi non potest de fideicommisso vniuersali, nisi prius deductis legatis ad pias causas, & sic solum de residuo.*

2 *Legata non priuilegiata solummodo defalcantur: priuilegiata verò integraliter soluuntur.*

3 *Legata vbi nominatim ab hærede veniunt præstanda: onus ipsorum non pertinet ad fideicommissarium.*

4 *Legatorum omnium onus spectat ad fideicommissarium vniuersalem, quando legata simpliciter relinquuntur, & fidei commissum simpliciter.*

5 *Falcidia detrahitur de legatis defalcabilibus pro non defalcandis vbi relinquuntur eidem personæ vtraque legata.*

6 *Quarta non detrahitur de fideicommisso vniuersali pro legatis pijs pertinentibus ad onus hæredis.*

Decisio 12. aliàs 870.

QVædam mulier instituit hæredem maritũ suum & plura alia tam pia legata quàm alia fecit. & in casu quo moreretur sine liberis, ℣ de bonis suis reciperentur quingenti floreni distribuendi in vsus pios arbitrio executorum suorũ: & residuum bonorum suorum veniat ad quendam. Mortuo marito post aditam vxoris hæreditatem sine liberis successit Petrus ab intestato: qui de hæreditate restituenda dicto T. substituto fideicommissario vniuersali vult detrahere integrã quartam Trebelli. totius hæreditatis etiam computando & includendo in hæreditate dicta legata pia. Substitutus verò dicit quòd quia de illis legatis pijs * nulla falcidia detrahenda est, illa sunt primò extrahenda, & integra soluenda: & de residuo quod sibi restituetur solùm est detrahenda quarta illius residui, & non quarta totius hæ
1 reditatis. quæritur quid iuris? Et videtur † ℣ hæres de illo residuo quod est restituendum fideicommissario, posse detrahere integram partem totius hæreditatis: nedum quartam illius residui, quia ad ipsum fideicõmissarium vniuersalem pertinet onus omnium legatorum relicto rum in testamento, & nõ propriè ad vnius hæredis: imò hæres restituit fideicom. hæreditatem detracta quarta Trebel. integra: & de residuo quod restituit, scilicet de dodrante fideicommissario tenetur soluere integra legata saltem quatenus bona sufficiant etiam nulla falcidia detracta: vt probatur ff. ad Trebellia. l. j. §. fin. in eodem titu. l. ij. & l. fina. cum ibi not. pro ista parte etiam facit. Quia quando aliqua sunt legata quæ non possunt defalcari & alia quæ possunt defalcari, detrahitur quarta integra etiam pro illis quæ non poterant defalcari: vt probatur ff. ad leg. Falcid. l. planè. & l. sequen. §. j. & not. in l. ex asse. in j. glo. in eodem titu. ergo & hîc: licet legata non possint defalcari in fideicõmissario vniuersali quod potest defalcari detrahatur integra quarta etiam pro legatis pijs quæ nõ poterant defalcari, & sic integra quarta totius hæreditatis. In oppositum arguitur. quia ibi aliqua sunt legata quæ ratione priuilegij specialis non possunt defalcari: vt est videre legatum in testamento militari quod valet iure militari. & alia quæ possunt defalcari: vt puta relicta per eundem militem postea in codicillis non factis in bello, sed in pago vel ciuitate. de iure communi † legata priuilegiata soluuntur integraliter,
2 & alia non priuilegiata solummodo defalcantur, nec de illis detrahitur quarta per priuilegiatum: vt ff. ad legem Falcidiam. l. si miles. & l. si post missam. & l. fina. & melius de testamento milita. l. si certarum. §. fin. cum l. seq. Igitur nec hîc de fideicommisso vniuersali detrahatur post legata pijs. pro hoc etiam facit glo. C. quòd falcidia

* An *falcidia seu Trebel. sit detrahẽda de fideicõmiss. relicto hospitali constructo sine authoritate episcopi vide Paul. de Ca. cõs. 298. incip. Supposita pro vera opin.*

detrahenda de legatis pijs non onerat alios legatarios, hoc est, non detrahitur de alijs legatis non pijs. nec hîc grauabit fideicõmissarium vniuersalem. pro hoc etiam facit ff. de inoffic testamen. Papinianus. §. quarta. pro hoc etiam in argumen. ff. de ali. leg. l. iij. §. final. ff. de regulis iuris. non debet alteri. libro sexto. Quid dicẽdum? credo quòd in casu prœmisso non posit de fideicommisso vniuersali detrahi integra quarta totius hæreditatis: sed duntaxat quarta illius residui quod substituto restituetur detractis illis quingentis relictis in vsos pios. Et est ratio. quia ex quo testatrix dicit cp residuũ bonorum suorũ veniret ad substitutũ & prius mandauerat quingẽta recipi: videt voluisse quòd legatũ illorũ quingentorũ pertineret ad onus hæredis, & non ad onus fideicommissarij substituti: & erat perinde ac si reliquisset fideicommissum vniuersale deductis legatis, vel ac si nominatim reliquisset legata ab hærede & non à fideicõmissario vniuersali: attamen de dictis legatis fideicommissum vniuersale relinquitur: vel cùm † nominatim legatur ab hærede: onus legatorum non pertinet ad fideicommissarium, imò legata ad partem per hæredem defalcantur & fideicommissum ad partem: vt ista probantur ff. ad Trebellianum. l. cogi. §. inde quæritur. & l. Marcellus. §. Item Pomponius. & eadem l. in principio. quæ ita concordat cum l. sequent. & not. in dict. l. Marcellus. in tertia glo. & C. ad Trebellianum. l. fina. Si igitur ista legata pia censeantur pertinere ad onus hæredum, & non ad onus fideicommissarij vniuersalis: priuilegium eorum non grauabit fideicommissum vniuersale: nec per consequens quarta pro eis detrahetur de ipso: quod esset si integra quarta totius hæreditatis detraheretur de ipso. Nec obstat. prima ratio in oppositum facta cùm dicitur onus † omnium legatorum spectare ad onus fideicommissarij vniuersalis: quia illud verum est cùm relinquuntur legata simpliciter, & fideicommissum simpliciter. sic loquitur l. q. §. final. & l. final. ff. ad Trebellianũ. secus est cùm relinquuntur nominatim ab hærede: vel cùm fideicommissum vniuersale relinquitur deductis legatis: quia tunc pertinet onus legatorum ad hæredem non ad fideicommissarium, & quælibet per se defalcantur vbi aliàs sunt defalcabilia, vel vbi non sunt defalcabilia legata non onerant fideicommissum: sicut etiam vbi fideicommissum vniuersale non esset defalcabile non releuaret legata defalcanda: vt probatur in dicta l. Marcellus. in princip. & §. j. Non obstat. quod dicitur secundò quòd † de legatis defalcabilibus detrahitur falcidia pro non defalcandis: quia illud verum est vbi relinquuntur eidem personæ vtraque legata, tam defalcabilia quàm non defalcabilia. sic loquitur l. planè. & l. sequen. §. j. In oppositum allegat. Nec obstat glo. l. ex asse. quæ loquitur etiam vbi relinquuntur diuersis personis. quia illa glos. non est vera: imò reprobatur ibi communiter per doctor. & approbatur glos. sibi contraria quæ est in dicta authenti. similiter. & tenetur cõmuniter per illam glos. & per alia iura super hoc allegata, quòd vbi relinquuntur diuersis personis non detrahitur falcidia de legatis defalcabilibus pro non defalcandis, sed solum pro seipsis. & ita etiam in proposito huius quæstionis dicam idem, quòd † de fideicommisso vniuersali non detrahetur quarta pro legatis pijs pertinẽtibus ad onus hæredis.

De Sepulturis.

EPITOME.

1 *Antoniani possunt exigere quartam ab ecclesijs sibi soluere consuetis, licet tales ecclesiæ erigantur in maiores dignitates.*

2 *Ecclesia parœcialis ex qua quis percipit ex priuilegio mediam partem funeralium: si erigatur in collegiatam, an priuilegiatus habebit quartam debitam à collegiatis: vel potius si ent antea erit soluendum. ibi media pars.*

3 *Iniuriam nemini facit. qui vtitur iure suo.*

4 *Impetrantibus ad collationem certi episcopi, & in eius diœcesi: licet erigatur noua ecclesia cathedralis, & noua diœcesis nihilominus ius suum saluum remanebit.*

Decisio 1. alias 871.

Vpposito † quòd ex priuilegio apostolico & de cõsuetudine Antoniani in curia romana de sepulturis & funeralibus cortheſanorũ in ecclesijs parœcialibus sepultorum recipiant mediam partẽ: in ecclesijs verò collegiatis solùm recipiant quartã. Contingit cp aliquæ ecclesiæ parœciales erectæ sunt in collegiatas, quæritur posteà an † Antoniani percipere debeant mediam partem funeralium sicut priùs aut solùm quartam. Et videtur quòd solùm quartã: quia facta est collegiata. ar. ff. de excu. tuto. cum exceptione. in fi. Item quia mutauit statum. ff. de solutio. cùm quis. in princ. pro hoc extrà de elect. statutũ. li. vj. licet etiam posset induci in contrarium per modum ibi not. per Io. And. in nouel. super prima glo. in fin. Item priuilegium & consuetudo strictè sunt tenẽda in ecclesijs parœcialibus simpliciter: nec sunt extendenda in prejudiciũ tertij ad ecclesias collegiatas. arg. de off. deleg. dilecto. com ibi no. per Innoc. Item priuilegium & consuetudo prædicta minus volunt grauare collegia propter multitudinem seruorum Dei: ergo cùm hîc sit multitudo & collegiũ minus grauetur: quia ibi est eadem ratio. Item etiã creatio in collegium fuit fauorabilis materia nec odiosa & laudabilis & de iure licita non causa æmulandi vel nocẽdi alicui machinata: ergo obtinuit suas prærogatiuas, etiam si propter hoc occasionaliter Antonianis præiudicetur, & non soluitur eis nisi tertia. argumen. l. Proculus. ff. de damno infecto. de aqua pluuia arcenda. si in eo. quia † nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo. de electioni. cùm ecclesia Vulterana. cum concordã. ff. de iure fis. fiscus. pro hac parte allegat. ff. de oper. liber. l. operis obligatus. & l. interdum. in fine. & de bon. liber. etiam. in principio. item allegat. l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. Item ff. de cenſibus. l. finali. §. Imperator noster. in fine. de legat. iij. seruus vrbanus. §. j. ff. de iure fis. sed si accep. coge. & infinita iura inducuntur ex eo quòd papa erigendo aggregauit eam in collegiatam, & annumerare voluit inter alia collegia, quæ constat quòd nõ soluunt nisi quartam: ergo nec ista. Item pro hoc, quia ecclesia parœcialis videtur vnita collegio: ergo eius assumit naturam. extrà de prœben. capitul. super eo. libro sexto. Item quia sepulchrum cortheſanorum magis obuenit & frequẽtiùs post erectas in collegiatas quàm ante, & hoc propter seruitorum & oratorum multiplicitatẽ & loci vetustatem & suffragiorum horrum canonicarũ multiplicitatem, & decãtationem: & ideo cùm ex hoc Antoniani recipiant incrementum: secum compensare possunt damnum diminutum mediæ. Nec possunt conqueri de collegio ex quo alio respectu maius commodum consequuntur: nec etiam collegium tenetur eis restituere lucrũ quod magis contemplatione collegij illis obuenit quàm ratione parœcialitatis. ff. ad Trebellianum. facta. §. si literis. ad legem Falcidiam. l. iij. pro hac parte benè facit. C. de adoptioni. l. in adoptione. C. de inofficioso testamento. l. fina. in fine. Item quia illa verba, in ecclesijs parœcialibus, non possunt sumi generaliter etiam si sint collegiatæ, quia sic etiam alia verba quæ sequntur in themate, in ecclesijs collegiatis, sumerentur etiam generaliter, si essent parœciales: quia implicarent contrarietatem, quod non est dicẽdum: imò sic sunt intelligenda ne contrarietas implicetur, sumuntur ergo strictè si pro ecclesijs parœcialibus non collegiatis & collegiatis non parœcialibus. Si sic: ergo parœcialis ecclesia & collegiata quò ad illos non prouidit priuilegium vel consuetudo: & ideo dimittendæ sunt tales dispositioni iuris communis: quo iure sola quarta debetur & non dimidia. argumen. nota. extrà de sepulturis. capitul. certificari. & ibi per Ioannem Andr. in nouella. & per Archidiaconum. in eod. titul. cùm quis. super verbo, portio. libr. vj. & per istam solam rationem credo istam partẽ veriorem stantibus talibus terminis vt sunt positi in themate. Secus si essent tales scilicet quòd Antoniani haberent mediam funeraliũ de sepulturis apud ecclesias parœciales: apud alia verò loca sæcularia vel regularia haberent quartam: quia

tam: quia etiam illa verba, apud ecclesias parœciales. sumentur generaliter etiam si essent collegiatæ: illa verò, apud alia verò loca sæcularia vel regularia. sumerentur generaliter pro alijs locis non parœcialibus, vt sit diuersitas. In contrarium facit ℣ imò debeant percipere mediam, sicut prius. quia adhuc remanet parœcialis, sicut prius. & licet honor eius auctus sit: non tamen eius conditio est immutata. ff. de conditio. & demonstratio. falso. §. j. & l. penult. pro hoc facit ff. de seruitu. rustico. præd. l. certo generi. pro hoc videtur expressus text. in ratione extrà de maio. & obedien. cùm inferior. secundum glo. intellectum super verbo, denuntiamus. vel si sequamur intellectum Innocen. dicendo illam exemptam, eo quòd creata est in cathedralem ecclesiam: etiam adhuc facit pro hac parte. quia ibi est speciale propter rationem illius text. ergo etiam contra ius commune: vbi daretur compassibilitas cum iure pristino non obstante mutatione status, vt hîc: quia non sequitur aliquod inconueniens, si ius percipiendi mediam, adhuc duret etiam post erectionem in collegiatam propter hoc: quia ius Antonianis competens sine facto eorum eis auferri non debet argumen. l. quod nostrum. de regul. iur. priuilegium enim liue erectio in collegium per principem cõcessum nõ debet in tertij præiudicium redundare: vt l. ij. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quis in loco publi. cum concordan. pro hoc. quia ℣ impetrantes ad collationem certi episcopi, & in eius diœcesi erigatur noua ecclesia cathedralis, & noua diœcesis: adhuc remanet ius saluum impetrantibus: vt in extrauag. Io. sedes apostolica. pro hac parte videtur casus. C. de metropo. Berynt. l. j. in autent. vt iudi. sine quoquo suffr. §. illud. in auten. de admi. nistra. offi. in collatione. §. sed etiam. & §. hoc ipsum. & quasi per totum. Item vbi in eadem re concurrunt duo iura: perinde est ac si concurrerent in personis diuersarum ff. de his qui. vt indig. tutor. cum concordan. Constat autẽ quòd si ius parœciale esset in ecclesia non collegiata, ℣ Antoniani perciperent medietatem: ergo & nunc, licet concurrant collegium & parœcia: pro hac parte etiam potest induci. C. de episcop. & cleri. quisquis censibus. & l. ad similitudinem. Item erectio facta in collegium per principem habet esse sine præiudicio tertij, scilicet Antonianorum. argumen. l. ij. §. si quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco pub. extrà de consue. cùm olim. de reli. do. quia monasterium. vbi videtur casus de hac quæstione in ratiõe. Item cùm Antoniani certent de lucro: videtur papa erigendo ecclesiam in collegiatã liberasse illam ab illo onere medietatis: quia quoties aliquis disponẽs aliquem actũ in materia lucratiua primam speciem in aliam honorabiliorem deducit vt prima species speciosior & honorabilior fiat, materiam primam præsumitur extinguere velle. argument. ff. de au. & argen. lega. Seia. §. fina. cum concordant. pro ista parte Antonianorum facit extrà de censib. cap. j. in clementi. Item quia potius debet attendi causa originalis: quia ecclesia sancti Petri originaliter fuit parœcialis ecclesia. ff. ad municipa. libertus. §. præscriptio. & ℣ ante erectionem in ecclesia sancti Petri Antoniani obtinebant ius percipiendi mediam. ergo, &c. de priuileg. dudum. de deci. statuimus. libr. vj. & pro hoc. quia ad hoc ius videtur iam præuenta ista collegiata. ergo &c. ff. de ord. iudi. cùm quædam puella. ad municipa. l. incola. de iud. si quis postquàm. de so. compet. postulasti. pro hac etiam parte alleg. ff. de ali. le. l. ij. ff. de tute. l. qui habet. in prin. ver. quid aũt. ff. de pœn. l. j. extrà de hæret. excõmunicamus. §. si verò dominus. ibi, saluo iure principalis. C. qui po. in pig. ha. l. fi. extrà de deci. nuper. §. decernimus. xvj. q. j. ecclesię. & c. quicunque. ff. de admi. tuto. l. impuberi. ibi, nam priuilegium & c. de rescript. quãuis. li. vj. de offi. deleg. super eo. xxv. q. ij. §. j. xvj. q. j. peruenit de præb. cùm in ecclesia. li. vj. de priuil. pastoralis.

De Decimis.

EPITOME.

1 *Decimæ prædiales temporis præteriti suo tempore non petitæ, de cætero peti non possunt.*

2 *Debitor debet portare debitum ad domum creditoris sine petitione.*

Decisio 1. *alias* 25.

NOTA ℣ † vbi petuntur decimæ ab aliquo: & dicitur talem debitorem cessare à solutione temporis præteriti, nisi ostendat ℣ decimæ fuerint petitæ, debitor non tenetur nisi à tempore petitionis. quia ad decimas prædiales quis non tenetur, nisi petantur: vt notat Archidiaco. in cap. de decim. libr. vj. ergo debitor non condemnabitur nisi à tempore petitionis licet videatur facere contra. quia decimæ quasi debẽtur iure naturali & diuino * & quis non potest prætendere ignorantiam quando tales decimæ debeantur, & sic sine petitione debent offerri. quia † debitor debet portare debitum ad domum creditoris sine petitione: vt notat Innocen. in cap. significante. de pign. ad idem l. Iulianus. §. offerri. de actio. empt. facit quod leg. & not. in cap. quæsti. & cap. reuertimini. xvj. quæst. j. & vide modernos in cap. dispendiosam. de iudic. in clemen. quæ actiones competunt not. Ber. in c. cùm in tua. eodem titu.

EPITOME.

1 *Maior xiiij. habet legitimam personam ad petendas decimas, sibi ex priuilegio debitas.*

2 *Decimæ sunt res spirituales: & fructus ipsarum sunt dependentes ab ipsis.*

Decimæ possunt à layco præscribi non tamen ius decimandi.

Decisio 2. *alias* 498.

NOta † ℣ cap. si annum de iudic. locum habet in layco maiore. xiiij. annis de defendendo decimas sibi ex priuilegio apostolico vt prætenditur, & ante Lateranen. concilium in feudum concessas. propter verba text. ibi, & alijs causis spiritualibus & dependentibus ex eisdem. nullum † dubium est quin decimæ sint res spirituales: & fructus decimarum ex ipsis dependentes: vt notat Ioannes monach. ibidem expressè ℣ possunt cadere in laycum, & † etiam præscribi: licet ius decimandi nõ: vt not. de præscriptio. c. causam quę. & de decim. quamuis. per Ber. Et sic fuit determinatũ per relationes meas in causa Detrusen.

De Regularibus & translatis ad religionem.

EPITOME.

1 *Mulieres intrantes monasteria in quibus non fit professio, an gaudeant priuilegio cano. si quis suadente.*

Decisio 1. *alias* 167.

NOTA † ℣ mulieres aliàs canonicè intrantes monasteria in quibus religio non est approbata: nec ipsæ mulieres profitentur: tales non habent immunitatem quæ personis ecclesiasticis cõceditur: vt verberans eas vel iniurians sententia canonis non ligetur: cùm tales mulieres religiosæ non sint habitu nec professione: & sic nõ gaudent immunitate: vt notat Io. Andr. in cap. dilecta. de maio. & obedien. licet aliqui velint dicere ℣ quandiu sunt in ecclesia vel diuino seruitio, vel habeant habitum religiosum, ℣ illo tunc gaudere debent argumen. l. stigmata. C. de fabri de aquæ duc. l. omnes. iunct. l. semper. §. negotiare. ff. de iure immunam licet mulieres tales possint contrahere matrimonium in futurum: tamen quia de præsenti religiosè viuunt: videntur tamen vt aliæ personæ ecclesiasticæ, vt clerici simplices aliquo voto non ligati priuilegio immunitatis gaudere debent. ita tenet rota.

EPITOME.

1 *Canonicus regularis non potest habere præbẽdam distinctam.*

Decisio 2. *alias* 252.

1 NOta glo. Innocen. † ℣ canonicus regularis non potest habere præbendam distinctam, cùm nõ habeat

* *Et diuino. Quòd decimæ debeãtur de iure diuino, nullus sanæ mẽtis negare pòt: cũ multis in scriptura sacra locis: maximè veteris testamẽti decimas dari Deus præcepit: quos hoc in loco enarrare propter hanc tenuitatem nõ duxi: licet nodũ in scyrpo nõnulli quærere voluerint. Et quòd spõtè offerri debeãt habes xxvj. c. circa fi. ibi, Decimas & primitias tuas offerre nõ tardabis. Et profectò hæc decimi mihi sanè mira videtur: nec fortè tuta in conscientia. Bar. post glo. in l. ult. ff. de cõs. pecu. Bal. Ange. & Imol. in l. cũ filius. §. fi. ff. de verb. obli. Specu. in ti. de empt. §. 1. in fi.*

proprium: vt notatur in cap. dilectus. in fin. de præbend. & per illam glo. audiui. de regula. extra monasterium. virtute priuilegij cõcessi familiaribus cardinalium non potest petere præbendam suam: quia sua propria nõ est: licet aliqui contra. quia eundo de monasterio potest præbendam vendere, ergo &c.

EPITOME.

1 *Religiosus expectans potest acceptare officia spectantia ad collationem sui abbatis.*

Decisio 3. *aliàs* 265.

1 NOta † ℣, vbi religiosus habet expectatiuã ad collationem sui abbatis: talis religiosus potest acceptare hospitale seu eleemosinariam, quæ pertinet ad collationem abbatis, si talia religiosis sint consueta assignari: maximè si perpetuò assignari consueuerunt: quia cap. per literas. de præbend. in clementi. non habet locum in religiosis: vt capit. quia contingit. §. religiosorum autem. de religio. domi. & potest esse ratio quare non habet locum: quia in religiosis beneficia videntur esse eiusdem conditionis quantum ad hoc: quia sunt per superiorem amouibilia ad nutum regulariter: vt capitu. præsenti. de officio ordin. cum ibi nota. per Archidiaco. quod non est in clericis sæcularibus: vt cap. vn. de capel. monach. libr. vj. ideo non mirum, cùm hospitale & eleemosinaria sint ad nutum amouibilia regulariter. si non veniant nomine beneficij, quantum ad clericum impetrantem posito quòd in titulum beneficij conferãtur: vt notat Ioannes Andr. in cap. allega. super verbo, prouidere. secus est in religiosis, in quorum personis collatio beneficij seu hospitale vel administratio eiusdem conditionis videtur esse.

EPITOME.

1 *Professio potest fieri per monachum in manibus sui abbatis, vel alterius ab eo potestatem habentis.*

Decisio 4. *aliàs* 267.

1 NOta glo. est Innocen. † ℣ professio potest fieri per monachum in manibus sui abbatis, vel alterius ab abbate potestatem habentis: vt notatur in capitu. porrectum. de regula. in glo. magna. versicul. respondent quidam. & Archidiaco. eodem titu. cap. beneficium. super verbo, constet. ad quod cap. si religiosus. de electio. libro sexto. & ibi per Ioannem Andr. licet allegetur constitutio Benedicti dicentis. quòd non valet professio in communi, nisi sit facta in monasterio, & præsente conuentu sub certis solennitatibus. ad quod faciunt nota. per Bert. in allegat. capitu. porrectum. vbi constat de constitutione illa.

EPITOME.

1 *Ingressus monasterium, si infra annum probationis illud exeat, non habebit annum integrum probationis iterato redeundo ad illud: sed tantum temporis quod restabat de primo tempore.*

Decisio 5. *aliàs* 286.

* Not. quòd ingrediẽs huic dec. alia est simi-lis suprà vbi inuenies concordantias do. Alex. in cõ si. quodam.

1 NOta † ℣ ingrediens * religionis ordinem si infra probationis annum exeat: si iteratò post annum vel aliud interuallum redeat ad religionẽ eandem & ad monasterium: non habebit post secundum ingressum integrum annum, sed tantùm id quod restabat de primo tempore. hoc videtur nota. Archidiaco. in capitu. non solùm. super verbo, institutus. de regula. libr. vj. quia tempora coniunguntur. argumentum l. necnon. §. sæpius. ex quibus causis maio. & l. fina. ff. de abige. licet videatur facere contra. quia posito quòd per partes annus interpolatus fuerit in religione: istæ partes non videntur facere annum continuum. argumentum. l. sancimus §. si quis autem. de donatio. iunct. l. si idem cum eodem. de iurisdi. om. iudi. & l. si libertus. in fin. de iure patrona. & pro ista parte facit l. j. §. quoties. versicul. sunt autem. ff. de publi.

EPITOME.

1 *Monachus non habens proprium accusans abbatem, debet habere expensas de bonis monasterij: secus si prosequeretur causam propriam.*

Decisio 6. *aliàs* 799.

1 SCiendum est ℣ dicitur in cap. ex parte. & cap. olim. in fin. de accusatio. ℣ † si monachus non habens proprium nec aliquam administrationem accusat abbatem * suum pro vtilitate monasterij: quòd tunc habebit expensas necessarias de rebus monasterij: vt in præallegat. iuribus. Si autẽ monachus vel alter religiosus dicti monasterij dicat propriam causam contra dictum abbatem seu monasterium: tunc nõ habebit expensas à dicto monasterio. & hoc tenet expressè Inno. in alleg. c. ex parte. in fin. ideo est consilium quòd ille qui sequitur causam propriam: si nõ habet de quo viuat: & dicit se esse valdè iniuriatum à maiori, quòd supplicet papæ, quòd sibi prouideat circa expensas habendas. hoc tenet Rota.

* Accusat abbatem. Quæ-liter monachus abbatem suũ accusare possit. scribit Fely. in c. ca-terũ. de iudic. in ver. limita ista in casu. colum. 5.

De Iure patronatus.

EPITOME.

1 *Patrono an currat tempus præsentandi à die vacationis beneficij, vel potius à die notitiæ.*

Decisio 1. *aliàs* 38.

1 OTA † quòd patrono currit tempus quod sibi datur ad præsentandum, à tẽpore quo est vacatio beneficij: nõ tamen à tempore scientiæ patroni: vt c. cùm ei quem. de concessio. præbend. in cle. quia imputatur patrono, si nõ dimisit procuratores quando se absentauit: maximè quando longã absentiam habet facere. extrà de eo qui mit. in poss. causa rei ser. c. fin. cum ibi not. ff. de legib. l. eundem. cũ ibi no. iunct. l. j. de diuer. & temp. præscript. & ista fuit cõmunis opi. licet Dyn. dixerit contrarium per c. quia diuersitatem. de concessio. præben. quod not. per Ioan. Andr. in allegat. c. cùm ei quem. in fin. & quod no. in c. licet. de supplen. negligen. prælato. ad quod l. interueniunt. §. peritam. de petition. hæredita. pro prima parte facit quod not. Archidia. in c. licet. super verbo, priuatus. de electio. circa quod vide Archidia. in c. statutum. super verbo, vacauerit. de præbend. lib. vj. & vide infrà dec. 566.

EPITOME.

1 *Patronus excommunicatus non potest præsentare, & quid de layco patrono.*

Decisio 2. *aliàs* 161.

Vide in dec. 2. eo. in anti.

1 NOta † quòd patronus excommunicatus non potest præsentare: maximè si sit clericus, quia ex præsentatione facta per clericum ius videtur acquiri: sed non per laycum. sic no. in c. dilectus. de offic. lega. & per Archid. in c. j. de insti. lib. vj. licet videretur contra. quia per præsentationem præsentato nihil acquiritur: imò magis aliquid ab eo decrescit: quare videtur quòd possit præsentare. argumen. not. per Archidia. in c. pia. de excep. libr. vj. super verbo, excluduntur. ad quod l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & vide suprà deci. 128. & 126. & infrà. 527. suprà de instit. nota quod.

EPITOME.

1 *Extrauagans, execrabilis. non habet locum in patrono layco quòd ad pœnas.*

Decisio 3. *aliàs* 232.

1 NOta † extrauagans, execrabilis. & eius pœna posita in fin. non habet locum in laico patrono, quãdo per culpam nõ prouidetur: secus si per negligentiã non confertur. & quia negligentia deuoluit ius laycale patronatus ad superiorem: vt c. ij. de supplend. negligen. prælato. Genze. tamen tenet in alleg. c. execrabilis. quòd pœna illius decr. ligat patronos laycos pro illa vice qua vacat. vide Henricum in c. auditis. de electioni.

EPITOME.

1 *Iuris patronatus expressio non est necessaria in venditione territorij: & quid si exprimatur?*

Decisio 4. *aliàs* 239.

1 NOta † quòd vbi venditur territorium, nõ est exprimendum iuspatronatus. & licet dicendo, vendo tibi territorium cum iure patronatus, dubitetur an isto casu veniat iuspatronatus. dic vt in capitul. j. de iure patronatus. libro sexto. per Ioan. Andr.

EPITOME.

1 *Ius patronatus acquiritur eo ipso quòd beneficium construitur cum autoritate episcopi.*

Decisio

Decisio 5. *aliàs* 155.

1 NOta † quòd licet aliqui dicant, quòd iuspatronatus non acquiratur simpliciter fundatione, dotatione vel ædificatione, nisi fundator expresè retinuerit sibi iuspatronatus. capit. significauit. de testamen. & tria iura quæ acquirit patronus, habes in capitu. nobis. de iure patrona. & in princip. dicti cap. nobis. dicitur quòd eo ipso quòd quis construit beneficium cum authoritate episcopi, acquirit iuspatronatus in illo. & sic prædicta opinio non videtur vera: nec capitu. significauit. probat hoc ad quod allegatur.

EPITOME.

1 *Præsentatus à pupillo maiore infante præfertur præsentato à tutore.*

Decisio 6. *aliàs* 321.

1 NOta glo. Ioan. Andr. in capitu. ex eo. de electio. libr. vj. quòd † præsentatus à pupillo maiore infante præfertur præsentato à tutore eiusdem pupilli, si tutor aliũ præsentauerit. quia pupillus habet maius ius quàm tutor licet videatur cõtra. quia tutor habet administrationem. sed dic vt ibi.

EPITOME.

1 *Præsentati renuntiatio in manibus patroni facta ante institutionem an valeat?*

2 *Præsentatio dat ius ad rem.*

3 *Renuntiari potest iuri ad rem.*

Decisio 7. *aliàs* 328.

Curt. in tract. iurispatron. in vers. honorificũ. col. 30.

1 NOta † quòd vbi quis est præsentatus à patrono: licet præsentatio est recepta à superiore, valet renuntiatio facta solùm per præsentatum coram solo patrono: maximè quando superiori non potest aliquod præiudicium afferri per renuntiationem. argumen. not. per Ioan. And. in cap. si electi. de elect. lib. vj. Nam † per præsentationem ius ad rem quæritur non in re modo vbi est quæsitum ius in beneficio: vt est videre in præsentatione sola: vt in cap. dilectus. de offici. lega. cum ibi not.

3 per Innocen. tali † iuri quæsito ad rem & non in re potest quis renuntiare: posito quòd non renuntiet in manibus non collatoris: secus si ius esset in rem quæsitum. arg. not. per Archidia. in cap. deliberatione. de offici. leg. lib. vj. & quod not. Inno. in cap. quòd in duobus. de renun. sic intellige §. verum. de defen. ciui. & l. legatus. de offi. præsid. vide suprà decis. 290.

EPITOME.

1 *Iuspatronatus beguinarũ cẽsetur iuspatronatus ecclesiasticum.*

Decisio 8. *aliàs* 332.

Felyn. in c. ante dentus. col. j. de præscri. Parisi. num. 40. num. 14. volu. aq.

1 NOta † quòd clericus cui est collatum beneficium etiam reseruatũ: posito quòd illud beneficium pertineat ad collationem seu præsentationem beguinarum * tale beneficium potest licitè retinere: posito ꝙ in collatione non fiat mentio quòd ad beguinas sæculares iuspatro. pertinebat: quia posito quòd tales beguinæ sint sæculares religiosæ: tamen viuunt & habitum portant religiosum: ideo non videtur merè laycę: quia licet sint laycæ: tamen propter religionem quam habent, videntur facere collegium. argu. not. in cap. cùm ab ecclesiarum. de offic. ordina. iuncta l. j. de colleg. illici. vt dicimus in simili, quòd fratres minores & Cistercien. sunt layci: vt not. Innocen. in cap. j. de celeb. mis. & cap. ex eo. de electi. per Archidi. lib. vj. Nec obst. quod not. doct. in cap. ij. de prẽben. li. vj. quia loquuntur in merè layco non habente religionẽ, nec faciente vnitatem, vel collegium. Item istæ beguinę vt miserabiles personæ corã ecclesiastico sunt conueniendæ: vt viduæ personæ & aliæ. cap. ex tenore. de for. competen. & ideo merè non videntur personæ laycæ seu sæculares: maximè cùm portent habitum. & talibus iniuriando quis incideret in sententiam canonis. sic intelligitur not. per Ioan. An. in cap. dilecta. de maiori. & obedien.

* Beguinarũ. De hoc genere mulierum habetur text. in clem. j. & quod ibi not. de relig. domi. & ad nostrum. de hæret. vbi etiam vide de Bizzardis.

EPITOME.

1 *Patronus potest præsentare ad beneficium vacans de iure: licet non vacet de facto.*

Decisio 9. *aliàs* 365.

Suprà in no. de re. permu. 5

1 NOta † nunquid patronus posit præsentare ad beneficium vacans de iure, sed non de facto: sicut & collator posset illud conferre. per cap. licet episcopus. de præben. lib. vj. facit, quia si de tali beneficio potest fieri, quod est, scilicet collatio: & vtiq; quod est minus. In oppositũ videtur facere quod not. per Inno. in c. qualiter. de accu. in ver. adinuicẽ. circa fi. ver. credimus. ibi, clerici. sed ibi non erat priuatus per sententiam. vide deci. statim seq.

Fely. in c. cùm ex offici. col. xv. ver. nona & vltima. de præscri. Oldr. cou. 306.

SVMMARIVM.

Patronus si non præsentat intra tempus, collatio interim per episcopum facta tenet.

EPITOME.

1 *Patronus laycus habet tempus quadrimestre ad præsentandũ: semestre autem si sit clericus.*

2 *Patrono tempus quadrimestre quomodo computari debeat, an secundum numerũ mensium literarũ, an secundũ dies anni.*

3 *Patronũ licet appareat non præsentasse aliquem, an collatio facta ab ordinario infra tempus præsentandi, valeat? per tot.*

4 *Patronus laycus parum vel nullum ius habet vel saltem debile in dispositione beneficij.*

5 *Ratum habere non possum quod meo nomine non est factum.*

6 *Authoritatis quæ sunt, si fiant non suo tempore, non valent.*

Decisio 10. *aliàs* 528.

1 NOta infra tempus patroni episcopus confert beneficium alicui: posteà † patronus nullum præsentauit infra tẽpus quadrimestre, scilicet laycus, vel semestre. s. clericus. quidam alius posteà impetrauit à papa illud beneficiũ. si non fuerit alteri ius quæsitum: quæritur * an ei cui contulerat episcopus fuerit ius quæsitũ vt iste apostolicus nõ debeat habere: vel an iste appellans sit potior tanquam illi ordinario nullum fuerit ius quæsitum. Et magis dilatetur dubium. Pono casum prout erat in facto in palatio. cùm ad quendam patronum spectaret præsentatio cuiusdam beneficij: & vacauit certa die: episcopus prætendens patronum non præsentasse infra tempus debitum: sic quasi ad se iure deuoluto spectare dispositionem beneficij vltima die tẽporis infra quod patronus poterat præsentare, vt iure deuoluto contulit ecclesiam cuidam. patronus autem nullum præsentauit alium. quidam autem alius posteà impetrauit illud beneficiũ, si non foret alteri ius quæsitũ. quæritur quis ipsorũ

2 sit potior? Et circa hoc qualiter † debeat cõputare tempus patroni quadrimestre vel semestre, an secundũ numerum mẽsium literarum, an secundũ dies anni: vel an pro mense debeant xxx. dies, vel xxxj. dies. Circa quod pro nunc non insisto: sed remitto ad plenissimè no. per Host. de suppl. neg. præla. c. licet. per Io. An. de elect. quam sit. lib. vj. per doct. de reg. iur. vbi lex. Sed veniendo ad q. & supponendo quòd vltima die patroni episcopus contulit

3 tanquam iure deuoluto: vtrum † quia patronus posteà nullum nec ante præsentauit, teneat collatio episcopi? Quidam & in hac opini. fuit maior pars: & distinguunt inter patronum laycum & clericum. & dicebant ꝙ collatio facta infra tẽpus patroni clerici sit nulla ipso iure: & ꝙ non ratificetur nec validetur propter negligentiam patroni subsecutam: quia quod ab initio nullum est, tractu temporis non confirmatur: secus in collatione facta infra tempus patroni layci. & reddebant causam & ra-

4 tionem diuersitatis: quia † patronus laycus parum vel nullum ius habet, vel saltem debile in dispositione beneficij. & quicquid habet est de gratia: & totalis dispositio censetur ad episcopũ pertinere potius. iuxt. not. in c. quoniam. de iur. pa. per Host. & ideo collatio episcopi censetur validior. præsertim, quia maius ius habet in cõcessione prælatus, quàm in præsentatione patronus. de offi. ordinar. dilectus. Quidam verò alij indistinctè dicebant collationem episcopi esse validã: ex quo patronus infra tẽpus debitum nullũ præsentauit. & dicebãt eam ab initio tenuisse ipso iure quantumcunq; fuisset facta infra tẽpus patroni: licet si patronus aliũ infra tempus præsentaret instante patrono, eius collatio esset cassanda & irritanda. arg. not. per Inno. de re iud. cùm Bertold. in iij. glo. sua in fi. Mihi tamẽ & multis alijs videbatur quòd collatio episcopi facta infra tempus certũ cuiuscunq; patroni siue layci, siue clerici sit nulla ipso iure xvj. q. vij. decernimus. & not. per Hosti. de iur. pa. ex diuinatione. & sic intelligi debet c. illud. in fi. e. ti. & ibi dixi post Hosti. Tamẽ videbatur mihi ꝙ licet sit nulla, si patronus ei cõsentiat: siue tacitè siue expresè, ꝙ per eius ratificationem validatur.

* *Quæritur. Add. hîc quod voluit Roma. in consi. 423. quòd patroni præsentatio quam episcopus asserit esse factam de illo quem inuestiuit intra tempus debitum præsumitur interuenisse, si patronus non contradicat.*

arg.not.per Host.in sum.de iure pat.§.fi.ver.quòd si ecclesia.ibi,nec ob.&c.cùm dicit,necenim interest,vtrum ab initio consentiat vel ex post facto quò ad hoc, vt sine consensu suo ordinata non videatur, &c. tunc enim ex quo cessat causa impediès eam,& superuenit causa confirmans:licet fortè nulla ab initio, bene potest validari. argu.l.si per fundum.& l.fina.ff.de serui.rusti.prædio.& l.obseruari.§.fin.de offic.procon.& no.per Dy.& doct. in regul. non firmatur. Tamen in proposito præmissæ quæstionis quia episcopus cõtulit iure deuoluto:non credo quòd vnquam valuerit : ex quo reuera ad episcopum non erat deuoluta potestas.argumen.extrà de concessio. præbend.ex parte, cum ibi not. per Hostien.super verb. concilij,nec sequens patroni ratificatio vel assensus tacitus vel expressus validabit eam:quia non fuerat facta vt ex illo iure nec ex illa potestate episcopi ad cuius vigorem requiretur cõsensus patroni:imò erat facta iure deuoluto,& quasi in negligentiam & pœnam patroni: & ideo quia nihil erat factũ vt eius nomine,non potest per
5 eum ratificari,quia † quod meo nomine nõ est factum, ratum habere non possum,secus autem esset vt prædixi, si episcopus iure non deuoluto : sed vt iure ordinario & originali quod habet circa dispositionem beneficij contulisset:quia tunc licet non posset nec deberet disponere nisi de consensu vel ad præsentationem patroni: tamen quia iure originali ordinario disponit : videtur in dubio disponere vt iure suo : & vt iure & nomine patroni, vt quasi sperans & credens patrono cõplacere,& quasi sub tacita conditione si sibi placuerit : vel aliter interpretetur,ne aliter interpretando videatur illicitè & inutiliter disponere, & quasi eligere viam ad impugnãdum suam 1
dispositionem,quod non est præsumendum.argum.l.iij. ff.de test.mil.& pro hoc facit in simili de his quę fiunt à præla.ea noscitur.cùm dicitur,intelligi dicũt quòd fiant de collegiorum suorum consensu. & sic tãquam factum nomine eius potest ratificari per patronũ : cùm ea enim quæ circa dispositionem beneficij debent interuenire ex parte patroni,potius tenerẽt ex parte consensus: & censetur iure consensus,quòd sint authoritate.& per consequens cum ea quæ sunt consensus ponsint interuenire ex postfacto : & ea quæ sunt authoritatis debeant interuenire ante actum vel potius in ipso actu.iuxta no.per Io. Andr.de rebus eccle.non alienand.dudum. super verbo, tractatus. vnde potest patronus postea consentiendo tacitè vel expresè validare collationem episcopi.pro hoc in simili de his quæ fiunt à prælat.cum nos.de præben. cùm in ecclesijs.libr.vj.vnde facit quod not.Innocen.de elect.ecclesia.ij.ibi cùm dicit.Item not.hîc quòd ille cuius nomine non est gestum &c.& pro hoc de iure patro. cura.& capit.suggestum. Nec obst.ad præmissa,si dicas contra præcedens membrum, quando episcopus cõtulit iure deuoluto,quòd etiã videtur contulisse meliori modo quo potuit:& sic etiam ex potestate iuris & authoritate originali, ad quã concurrere debet patroni consensus.argumen.not.in capit. cùm ex officij. de præscript. per Innoc.& sic quasi nomine etiam patroni. vt dictum est in secundo membro:& sic posset per patronum ratificari.quia dico quòd cùm episcopus contulit iure deuoluto,expresè videtur abijcere consensum patroni. supponit enim enim eum priuatum iure suo, & totam potestatem ad se deuolutã:& ideo non potest dici quòd eius nomine tunc aliquid disponat : & per cõsequens nec per eum non nomine suo gestum poterit ratum haberi : vt not.Innocen.in dict.capitu.cùm ex officij.de præscript. facit ad propositum.quia ibi vtraque potestas & opinata & vera erãt propriè , & nihil nomine alieno gerebatur. nec ibi agitur de ratihabitione actus alterius, per quem actus gestus debeat validari.Concludendo ergo ex præmissis credo quòd collatio episcopi facta infra tẽpus patroni vt iure deuoluto,sit nulla ipso iure: vt dict.cap.decernimus.xvj.q.vij.& vt esset valida crederẽ quòd esset opus noua collatione lapso tempore patroni . vnde facit ad quod not.Ioan.Andr.in nouel.c.statutum.li.vj. super verbo,post mensem. Nã dispositio episcopi quæ dependet ab authoritate: & se tenet ex parte eorum quæ sunt
6 authoritatis,oportet quòd fiant tempore debito. quia † ea quæ sunt authoritatis non suo tẽpore facta, non valent. quia authoritas semper interuenire debet in ipso actu tempore quo actus potest & debet fieri. Concludo insuper quòd talis collatio in iure deuoluto facta non potest per frequentem patroni consensum validari.& per consequens concludo in quæstione, quòd apostolicus in hoc casu esset potior: ex quo per collationem episcopi ei cui contulit,nõ fuit ius quæsitum.Secus dicerem vbi episcopus non contulisset vt iure deuoluto : sed simpliciter vt iure ordinario primęuo & originali, quia tunc per tacitum vel expressum consensum patroni superuenientem ante impetrationem apostolici fuisset collatio valida.

SVMMARIVM.

Beneficium ad effectum vt cadat sub gratia expectantis an sufficiat quòd ante gratiam fuerit fundatum:licet consensus & authoritas episcopi superueniat post obtentam gratiam expectantis?

EPITOME.

1 *Expectans ad collationem episcopi, an poterit acceptare beneficium fundatum ante datam suæ expectatiuæ: licet authoritas & consensus episcopi circa fundationem dicti beneficij interuenerit post obtentam suam gratiam.*
2 *Principium est potissima pars rei.*
3 *Spes attenditur:quia quod est in spe, quasi indubitatum censetur in actu.*
4 *Anima rationalis est forma hominis.*
5 *Forma est quæ dat esse rei.*
6 *Inceptum non debet reputari factum.*
7 *Confirmans dicitur dare.*

Decisio II. *aliàs* 545.

QVidam † patronus fundauit quoddã beneficium perpetuum in quadam capella cuiusdam ecclesię dando dotẽ seu perpetuos redditus annuos:& ordinando quòd ibi deberet esse vnus perpetuus sacerdos, qui haberet pro anima celebrare : & in horis canonicis in ecclesia seruire , & esse ibi perpetuum beneficium in titulum perpetui beneficij conferendi:& quod spectaret ad collationem episcopi antequam episcopus seu superior ad quem pertinebat, fundationẽ seu institutionem ipsius beneficij approbaret : & vt etiam perpetuum beneficium decerneret , seu ipsum in beneficium ecclesiasticum instituere: ergo impetraui ad collationẽ episcopi,post gratiam meam episcopus prędicti beneficij fundationem approbauit : & illud in perpetuũ beneficium ecclesiasticum instituit iuxta fundationem & ordinationem fundatoris . ego tunc illud acceptaui tanquam cadens sub gratia mea , opponitur mihi quòd non cadat sub gratia mea tanquam creatum post datam literarum mearum.per capitul.literas.de rescriptis. in clemen.ego dico quòd imò cadit . quia ante gratiam meam fundatum & dotatum,licet non esset per episcopum approbatum seu confirmatum : & sic ante gratiam meam censebatur creatum , quæritur quid iuris. Et videtur quòd cadat sub gratia mea,quia principium & fundamẽtum
2 ante gratiam meam fuerit factum.ergo &c.quia † principium est potentissima pars rei. de origine iuris.l.j. Et præsertim fundamentũ tale sine quo superædificari non potest.argumen.l.agi.ff.de exceptio.rei iudica. & quòd ante gratiam meam erat factum, habebatur instar operis facti.igitur &c.ff.de operis noui nuntia.l. stipulatio. §.opus.quia ex quo ante fuit inceptum , videtur perfectum.argum.ff.de auro & argen.leg.l. si non sit.§. quid ergo.cum concord.ibi alleg. Pro hoc potest induci istud brocardicum, quòd inspicitur origo & initium . de quo de electioni.dudum.ff.de verbor.obligatio.l.si filius.pro hoc potest induci id brocardum , inspicitur causa originalis.ff.de donationi. qui verò.quod concordat pro hoc. quia cinctus videtur,qui de proximo cingendus est.arg. de testa.mili.l.penult.sic etiam dictum beneficium ante gratiam meã factum seu creatũ videtur, ex quo de proximo confirmandum & approbandũ erat,ad hoc etiam faciunt concordantiæ in d.l.penulti.per glos.allegat.pro hoc, quia partus conceptus videtur natus.ar.l.qui in vtero.ff.de statu homin.qui filij sint legitimi.c.ij. Pro hoc etiam facit , quia ante gratiam meam beneficium fundatum erat:& sic orta causa seu ratio futurę approbationis,ergo

nis.ergo talis ortus multum attendatur: sicut dicitur in simili mortuo incēdio.ff.ad leg.Aqui. si quis fumo.§.fi. quod vi aut clā.si alius.§.est aliqua.ver.secūdus.ibi, ꝙ si nullus &c.pro hoc etiam facit.ff.de pign.act.l.si rem.§. fi.cum ibi no.per gl.Item erat tūc beneficiū in spe quasi indubitata confirmandū, ex quo rationabiliter erat fundatum.ergo perinde sit ac si tunc fuisset confirmandum:
3 quia † quod est in spe,quasi indubitatū censetur in actu. &ideo mulier cēsetur domina dotis aut rei quę est in spe domina.ar.ff.qui satisda.cog.sciendum.§.si fundus mor. C.de iure do.in rebus.& ad hoc videntur omnes concordare quos ad hanc viam allegaui.ff.de testam. mili.l.ne. §.deportari. præsertim quia dominus in cuius honore beneficium fundatum erat:iam illud acceptasse & confirmasse videbatur tūc & incontinēti cùm per fundatorem nouit inquantum sunt bona illa acceptet: cùm enim de actu ei beneficiato agitur ipse patiendo consentire videtur,qui etiam posset,si vellet impedire.facit ad hoc quod no.per Cy.de sacrosan.eccle. illud.iunct. not. per Inno. de elect.in genesi.& per glo. in regu.iur. qui tacet.ergo cùm non restaret nisi nudum ministerium episcopi declarantis illud debere esse beneficium, prout rationabiliter fundatum erat:& per consequens de eo acceptare:videtur ꝙ ante gratiam satis posset dici creatū, saltem approbatione diuina quasi facta episcopi confirmātis. posteà nihil noui facit,sed quod prius factū erat declaret.ar. ff.si serui.ven.sicuti.§.sed si quęratur.ff.de acqui.rer.do. adeo.§.cùm quis.In oppositum videtur.quia imò non cadit sub gratia quasi post gratiam meam creatum seu formatum fuerit beneficium,quia non ante beneficium potest dici essentialiter beneficium ecclesiasticū, quàm possit in titulū assignari:nec esse ius speciale quàm per episcopum fuerit confirmatum & approbatum, seu institutum:patet,quia ad eum vel saltem ad eius superiorē pertinet institutio seu creatio beneficij,vel iurium spiritualium & eorum tractatio.ar.ff.de rerum diui.l.j.§.sacra. in prin.& melius insti.de rer.diui.§. sacræ. in authen.vt nullus fabri.§.j.coll.v.in auten.de sanct.episcop.§.si quis oratioui & extrà de iud.decernimus.& c.quantò.de relig.domi.c.ad hæc.de conse.dis.j.nemo. & per episcopū vel superiorē eius ad quem pertinet in materia per fundatorem prius destinata introducitur & creatur forma beneficialis,per quam res illæ quæ prius erant prophanæ & iuris prophani,efficiuntur iuris spiritualis & diuini,& spirituales & diuinæ seu informatæ iure spirituali per quam formam sic introductā distinguitur specificè à cæteris rebus non beneficialibus & prophanis. sic est in embrione post quā formatū & organisatū in ventre matris introducitur & creatur à Deo anima rationalis,quæ est eius forma rationalis.per quā specificè distinguitur à cæteris animalibus.& ideo sicut ante creationem &
4 introductionem animæ † rationalis, quæ est forma hominis,embrio etiā organisatus seu figuratus figura humani corporis non est homo,sicut habetur.xxxij.q.ij.quod autem.& Moses.& probatur ff.de sicca.l.mulier.de pœnis. si quis aliquid.§.abortiuis.& l.Cicero.& extrà de homi. c.si aliquis aliquid.& c.sicut ex literis.sicut etiam in proposito in materia dispositiua pōt dici,ꝙ materia dispositiua pro beneficio per fundatorē facta non ante est beneficium quàm per episcopū vel eius superiorem sit ibi introducta forma beneficialis,& per eum sit factum bene-
5 ficium.quia † forma est quæ dat esse rei:vt l.Iulianus.§. sed si quis.ff.ad exhibendum.Pro hoc facit.quia non aliter quis aliquid fecisse intelligitur quàm formam propriam,quę ex cōseruatione consistit,ei dederit ff.ad leg.
6 Fal.l.si is qui.§.quidam.pro hoc etiā.quia † inceptū non debet reputari factum ff.de liber. leg.l. liberorū.§.quod tamen Cassius.ff.de au.& ar.leg.l.vestimentū.& l.quintus.§.cui auro.l.seruus.& §.si factum.& ff.de verb.sig.l. vlti.§.operę.& l.ædificia.§. perfecisse.non enim videtur actum,dum aliquid remanet ad agendū. C. ad Silla.l.si cùm Syll.in fi.pro ista in speciali bene facit quod no.per Inno.de sepul.c.abolendæ. circa prin.pro hoc etiam be-
7 nefacit.quia † qui confirmat,dat ff.de verb. sig.l. legem obedire.in auten.de defen.ciui.§. interim. pro hoc quod not.C.de confir.tu.l.neque.circa prin.

Poly. in c.ex parte.§.persone calum.j.in prin.de cleri.

EPITOME.

1 *Præsentatus à patrono tenetur probare se intra tēpus iuris fuisse præsentatum,si hoc negetur.*
2 *Collatio præsumitur fuisse facta intra tempus habile.*

Decisio 12. alias 556.

VTrum † præsentatus per patronū laycum quem episcopus non admisit imò admisit quendam aliū præsentatum à prætendente se habere iuspatronatus,& potestatem præsentandi, agens contra admissum possidentem petendo suam præsentationem quæ fuit facta per suum præsentantem,ad quem reuera asserit iuspatronatus & potestatem prę̄sentādi pertinere: præsentationem fuisse canonicam & admittendam declarari: & se in beneficio institui: teneatur probare se præsentatum infra quatuor menses à temporevacationis,seu eius
2 vacatione,si pars rea hoc neget?Et videtur ꝙ non. † quia præsumendū est de diligentia præsentantis:sicut præsumitur de diligentia conferendi, scilicet ꝙ contulit infra tempus iuris,nisi cōtrariū probetur:vt not.Inn.in c.quia cunctis.circa prin.de cōcess.prēb.li.vj.non enim est præsumptio negligentiæ cōtra eum,nisi appareat. ergo non incumbit onus probandi de eius diligentia.arg. à cōtrario sensū,vt eccle.be.c.j.præsumptio est cōtra suam præsentationem,ex quo per ordinariū non fuit admissa:pro cuius facto præsumendū est:vt in c. in præsentia. de renunti.ergo transfertur in eum onus probandi,&c.arg.d. c.j.Item quia magis restringēdus est præsentatus per patronum,quàm ille cui ordinarius contulit: quia non est ita potestas patroni layci in præsentando latè interpretanda,sicut collatio ordinarij.quia iuspatronatus nō pertinet ad laycum de iure communi:imò potius cōtra legē vel præter:sed ex mera gratia & dispensatione iuris: vt not.per Host.de iure patr.communi.

Vide deci.3.in antep.eod.tit.

EPITOME.

1 *Patrono tempus præsentandi an currat à die scientiæ vel vacationis, & quid in collatore.*

Decisio 13. aliàs 566.

VTrum † vacāte beneficio incipiat currere tempus patrono ad præsentandum vel collatori ad conferendum à tempore notitiæ vacationis in ecclesia, sicut impetranti currit tempus ad acceptādum: vt in cle. cùm ei quem.in fi.vel à tempore scientię patroni vel collatoris,quod videtur in c.quia diuersitatem.in fi.de concess.præben.vt not.in c.ij.de præben. & c.licet. de supp. negli.præla.vel à tēpore quo scire potuit, quod videtur per legē fi.circa prin.ff.quis ordo in bo.poss.serue.& no. in d.c.licet.Domini tenent ꝙ à tempore quo scire potuit & debuit:propter verbum,negligentia,& neglexerit.positum in d.c.ij.de concess.præben.& per not.in d.c. licet. & ideo si episcopus qui scire debet:cùm habeat suā diœcesim visitare à tempore quo scire debuerat & potuerat, ignorauerit,ab illo tempore incipiat eis currere.secus in tali de illo ad quem non pertinet visitare: quia aliās non tenebatur de vacatione inquirenda.vide deci.38.

EPITOME.

1 *Collatio facta ab eo qui est in quasi possessione iuris conferendi sicut & præsentatio,valet.*

Decisio 14. alias 575.

VTrum † sicut præsentatus per eum qui est in possessiōe præsentādi,si sit institutus debet remanere, nō obstāte ꝙ posteà euincatur iuspatronatus ab ipso præsentāte & declaretur ipsum non fuisse patronum iuxt.c.consolationibus.Ita etiam fiat in conferente, seu in eo qui existens in possessione conferendi contulit:qui tamen reuera non habebat ius conferendi. Quidam dicebant quòd non.quia cùm collatio sit canonica institutio:detecto non iure conferentis,detegitur nullitas collationis:& per consequens apparet eum non habere canonicam institutionem, quod secus est in præsentato: quia ille non tantùm recipit ius à presentante:imò potius instituente,de quo constabat quòd habebat ius instituendi, quare potius ius habet quàm ille cui non habens ius conferendi,contulit,licet esset in possessione cōferendi. Sed omnes tenuerunt contra . quia cùm conferre sit fructus iuris conferendi:ergo bonę fidei possessor talis iuris si cō ferat, facit fructus suos. pro hoc allega. de caus. possess.

Suprà in not. deci.7.e.tit.

& proprie.cùm olim. &c. quia propter officium publicum ratione cuius erat in possessione conferendi,quãdiu tollerabatur in eo eius facta tenent. argumen.l. Barbarius Philippus.ff. de offic. præsid. iunct. not. in c.nihil. per Innocen.de electio.& de senten.excom. si verò pro hoc no.in c.in literis.de restit.spolia.per Innocen.

EPITOME.

1 *Abbas si sit patronus vnius ecclesiæ : & in ea nouæ capellaniæ ædificentur, videtur etiam illarum esse patronus.*

2 *Contentum sequitur naturam continentis.*

Decisio 15. aliàs 158.

1 NOta † quòd vbi abbas dicit se patronum alicuius ecclesiæ:si infra ecclesiam ædificentur capellaniæ: videntur pertinere ad abbatem iurepatronatus in dubio, quia ex quo abbas est patronus ecclesiæ:cõsequenter vi-
2 detur esse patronus ipsarum capellaniarum: vt † cõtentum sequatur naturam continentis.argu.l. ad testium.§. fin.ff. de testa.cum l.adeo.§.igitur insulti.de acq.rer.do. & l.quòd sicut.§. pro materia.de peric. & com.rei ven. ad quod not.per Inno.in c.cùm venerabilis.circa finem. super verbo,authoritate.in glo.fina.de excep.ad quod c. ad audientiam.de eccle.ædi.& c.postulasti. de iure patr. cum ibi not.per Inno.in glo.penul.& quod nòt.Ioã.mo. de institt.c.ij.li.vj.& per Archi.de capel.mona.c.presbyter.in ij.glos.circa fin. dominus Vfocau.alleg.c.iij.circa prin.de capel.mo.pro hoc extrà de deci.quoniam. & in ista opi.fuit maior pars dominorum: licet faciat contra quod not.in c.ad hæc.de fil.presby.per Ber.in fin.ij.glo.

EPITOME.

1 *Capellæ fundatæ in ecclesia spectante ad præsentationem abbatis, similiter pertinent ad præsentationem eiusdem.*

Decisio 16. aliàs 872.

1 IN ecclesia † quæ spectat ad præsentatiõnẽ cuiusdam abbatis,fundatę sunt de prouentibus extrinsecis certę capellaniæ perpetuæ,& perpetuo Deo seruiendo: nec fundatores sibi retinuerãt iuspatronatus, vel potestatem præsentandi.quæritur vtrum pertineat illa præsentatio ad illum abbatẽ: vel an plena & libera dispositio & collatio ad episcopum pertineat? Quidam dicunt quòd ad episcopũ: quia sunt distincta beneficia ab ecclesia, ergo potestas præsentandi spectans ad abbatẽ in ecclesia non extenditur ad illas.argu.l.in agrum limitatum.ff.de acquirend.rerum domi. & ff.de vsufruct. item si fundi.§. hinc dicimus.ij.respon.& de rescrip.literas. in cle.præsertim,quia fundatæ sunt de prouẽtibus extrinsecis:non autẽ de redditibus ecclesiæ. Alij verò quòd imò ad præsentationem abbatis. quia ex quo fundantur in ecclesia, debent cedere ecclesiæ:& per cõsequens spectare ad præsentationem eius,ad quem spectat præsentatio ecclesię. argu.de eccle.ædi. ad audientiam.melius de iure patro. postulasti.pro quo dicitur expressum de exception.cùm venerabilis.circa fin.pro hoc facit. quia sunt fundatæ in ecclesia. ergo videtur quòd iuspatronatus abbatis se extendat ad illa quæ sunt infra ecclesiam. argumen.ff.de damno infecto.damni.§.si is qui vicinas.

EPITOME.

1 *Præsentatus à donatario præsertur præsentato ab hærede donatoris: licet consensus episcopi superueniat post donationem & præsentationem.*

2 *Iurispatronatus donatio facta sine consensu episcopi sui an teneat?*

3 *Authoritas vbi requiritur ad validitatem alicuius actus : necessariò in ipso actu interuenire debet.*

4 *Pater an in præiudicium hæredis legitimi possit transferre iuspatronatus.*

5 *Hæres non potest venire contra personam defuncti.*

6 *Venire contra factum proprium nemo admittitur.*

7 *Iuspatronatus quòd in laycum laycus sine licentia transferre possit.*

Decisio 17. aliàs 873.

Läber.in tractatu. de iure patr.fol.109. col.4. versic. ideo cõtingit dubitari.

1 QVidam † laycus donauit alteri layco sine licẽtia & authoritate seu consensu episcopi iuspatronatus quod habebat in quadam ecclesia, antequam autem episcopus consentiret, mortuus est relicto quodam filio hærede. postquam verò filius eius hæreditatem agnouit, episcopus consensit, seu ratificauit & approbauit illam donationem quam pater eius fecerat in alium laycum, & tandem vacante illa ecclesia filius & eius hęres prędictus pręsentauit vnum ad ecclesiam: ille autem laycus cui per patrem facta fuit donatio pręsentauit alium, quæritur quis ipsorum debeat obtinere?

2 Dicebat quidã quòd præsentatus per filium. quia † donatio iurispatronatus illi alteri layco facta sine cõsensu episcopi sui,seu authoritate,nulla fuit * ipso iure:vt extrà de iure patronatus.quod autem §.de cætero.& capi. illud.& cap.nullus laycus.& in eodem titu.cap.j.libr.vj. à contrario sensu.& ibi hoc expresè tenet Archidiaco. super verbo,loco religioso.& not.glos.in dict.c.illud. in fin.licet Innocen. ibi teneat contrarium. ergo per consensum episcopi subsequentem ratificari nõ potuit. quia
3 quod ab initio nullum est,&c.& quia † ea quæ sunt authoritatis superuenientia, nõ possunt superueniendo facere actũ valere cui authoritas in ipso actu debuerit interponi.ff.de autho.tuto.obligari.§.fina.& not. per glos. de rebus eccle.non alienand.dudum.lib.vj.in glos.super verbo,tractus.in fin.cum suppletione quam ibi facit Io. Andr.in nouel.& per Innocen.in cap. cùm consuetudinis.de consuetu. præsertim autem non potuit consensus episcopi ratificari in præiudicium filij : cui medio tempore fuit ius quæsitum.ff. qui potior.in pigno.habe. qui balneum.§.fina.& quod notat glo. de liber.& posthum. Gallus.§.& quid si tantum.super verbo, emancipatus.in fin.facit.de rescript.capit.quamuis.libr.vj. & cap.si pro te.& quæ not.per Ioan. Andr.in nouel. de regu.iur.cap. sine culpa.libr.vj. in ij.q. princip. in fin.col.iij. in solutione ad contraria. Et pro hoc etiam bene facit, quia
4 † pater non potuit iuspatronatus transferre in prędiudicium hæredis legimi secundùm Lau. licet Archid. contra:vt not.in dict.c.j.de iure patron.super verbo,eidem. in fin.libr.vj. Alij verò, de quorum opinione fuit maior pars,tenuerunt contrarium , quòd imò præsentatus per patronum laycum donatariũ debet obtinere : quia consensus episcopi superueniens ratificat . pro hoc videtur tex.de iure patrona.c.cura.& capi.suggestum.circa fin. Et pro hoc etiam bene facit quod notat Inno.de electio. innotuit.in glo.iij.in fin. qui ab initio saltem tenuerunt & tenuerat,quòd in prędiudiciũ partis donantis non posset contrauenire , & in præiudicium hæredum suorum
5 qui cum eo sunt eadẽ persona: nec possunt † venire contra factum defuncti. Pro primo , quòd valuerit donatio in præiudicium donantis, allegat de renuntiat. quòd in dubijs.ff.de seruitu.rustico prædio.per fundum. & l.fin. ff. de donatio.inter virum & vxorem cùm hîc status.§. si socer.cum concord.suprà allegat.in quæstione. Titius & Mæuius amici cuiusdam senis.in ij.fol.&c.Nec dicebant esse necessariam authoritatem episcopi aut authoritatem papę,sed solùm consensum.Item non est necessarius consensus episcopi ad donationem seu cõtractum donationis: sed ad translationem iurispatronatus in donatore, contractus enim in donatorẽ fieri potest in præiudiciũ donantis,cùm disposuit de iure suo:sed nõ translatio iurispatronatus sine consensu episcopi. Sic etiã in simili dicitur de rebus minorũ & de rebus emphiteuticis in quibus vsu non prohibentur contractus sine decreto vel sine authoritate domini, seu alienatio.iuxta not.in l. j.alienatum.ff de verbo signifi.C.de præd.min.l.li is. vbi tutor tenetur ei cui rem vendidit pupilli : quia contractus tenuit saltem in præiudicium tutoris,licet ex eo non fuerit secuta alienatio in præiudicium pupilli:cùm potius translatio iurispatronatus fuit per cõsensum pœnes quem est propriè iuspatronatus,& esse debet de iure potius quàm pœnes patronũ laycum pœnes quem non est nisi ex quadam permissione & gratia. iuxta not.per Hostien.de iure patr.quidam. & sic per consequens potest superuenire , ex quo contractus donationis tenuit. iuxta not.in dict.capitu.cùm consuetudinis. Nec obstat ius quæsitum filio medio tempore.quia ex quo fuit hæres patris:non fuit sibi ius quæsitum aliter quàm pœnes patrem esset, qui non poterat venire cõtra donationem. igitur nec filius. Nec obstat capitu.quamuis. nec capit.si pro te . quia ibi fuit ius quæsitum tertio ex dispositione eius qui poterat venire & disponere cõtra primã dispositionem.

1o. de Sylua. in j.parte tractat. bene.q. v.col.pe.vers. & tenet dicõsil.839.visa cõsultatione. col.2.vers.fal in casu filio. vol.4. Affl. Clus in decis. gni. 335. per decis.cel.in 2.dubio.

* Nulla fuit. Adde ex literis. & ibi Inno. de iur. patr. vbi etiã per alios doctores. & in c.præterea.& ibi abbas Siculus.in per Gem.in c. de iurepatr. lib.vj.& per Bald.in l. col. pen.C. de edict. diui Adrian.tollend.

sitionem. Igitur in præiudicium iuris taliter quæsiti sequens dispositio vel existentia conditionis non potest retrotrahi: vt l. potior. in prin. ff. qui po. in pig. habe. hîc vero ex dispositione eius. qui † contra suam dispositionem
6 venire non poterat, nec contra factum suum: igitur nec hæres eius. igitur consensus episcopi superueniens poterit retrotrahi: quia donatio quæ ab initio pendebat sub conditione, per superuenientem cõsensum episcopi fuit
* aliàs, sit. * retrotractio iuxta l. potior. §. si sub eodẽ. ff. qui poti. in pign. habe. vel esto ꝙ dicatur ꝙ valeat extunc, ex quo superuenit cõsensus episcopi: sufficit ex quo pater nec eius filius contra venire poterant: & antequam filius præsentaret nec vacauerat ecclesia, nec superuenerat consensus episcopi. & extunc saltem fuerat facta effectualis in illum donatariũ trãslatio iurispatronatus. per l. fundũ. ff. de ser. rust. præd. Nec obstat. prædi. opi. Lau. quòd pater non potuit transferre in præiudicium hæredis legitimi: quia non est vera secundum Archi. Pro ista autem parte
7 indubitanter concluditur: sed teneamus opinionem Inn. quòd † in laycum possit laycus transferre sine licentia iuspatronatus, vel saltem quod cõsensus episcopi potest superuenire: vt not. in c. illud. suprà allegato

De Censibus.

EPITOME.

1 *Ecclesias vnitas si contingat demembrari, quælibet ipsarum de per se tenebitur ad procuratorem episcopi illas visitantis.*

2 *Formam nouam introducere videtur rei personæ adiectio.*

Decisio 1. aliàs 78.

1 NOTA quòd † vbi duæ ecclesiæ regebantur per vnum rectorẽ, & episcopus non recipiebat nisi vnam visitationem pro ambabus: quia vna erat ruralis: alia parœcialis: si ex post facto in qualibet istarum ecclesiarum ponatur rector: & patrimoniũ earum diuidatur per episcopum: ex quo sunt diuisæ, & quælibet habet rectorem, episcopus in qualibet prædictarum habet vnam visitationem: quia ex quo in rurali ecclesia est rector, posito quòd non sit populus, de iure communi debet visitationem: vt notatur per Innocen. in c. authoritate. de censib. Et c. fi. & c. in lateran. de præbend. Et licet præfatæ ecclesiæ sint propinquæ: & episcopus visitando vnam modicum laborat visitando aliam: non propter hoc sequitur quin quælibet debeat visitationem si separatis diebus visitentur: vt c. venerabili. de censib. secus si vna die: vt cap. fœlicis. de censib. lib. vj. Nec obstat quòd ante recipiebatur tantùm vna visitatio. quia ex quo ecclesiæ sic sunt diuisę, videntur nouiter instituę, & alia res quàm ante esse. argumen. l. qui duas. commu. præd. & l. si eadem. de assertio. & quia non erat nisi vnus rector: ideo non videbatur, nisi vnũ patrimoniũ & vna res. argumen. l. iurisperiti. §. j. de excusa. tut. & l. quanta. in fi. eod. tit. vbi dicit, vnius domini non separatur. posito quòd onera debent esse communia inter istos, licet patrimonium esset diuersum: non tamen istud non expediret quin quælibet ecclesiarum deberet visitationem. argum. l. indiuisa. C. de decur. iunct. l. iij. de onerib. non continuandis inter patrem & filium. lib. x. Non obstat. §. illud. in auten. vt iudi. sine quo. suff. iunct. l. j. C. de metro. qui in vr. §. illud. duæ prouinciæ regebantur per
2 vnum presbyterum seu rectorem: ideo nihil immutatur de pensione: secus si regerentur per diuersos rectores, vt est dictum. & idem est in l. j. de metro. quia ibi non imponebatur nouus rector. secus in proposito. quia † persona addita rei nouam formam videtur introducere. ad hoc facit not. per Innoc. in ca. quia monasteria de relig. domi. iunct. c. dilectus. de capel. mona.

EPITOME.

1 *Episcopus eximẽdo ecclesiam, videtur retinuisse procurationem.*

Decisio 2. aliàs 334.

1 NOta glo. † quòd episcopus eximendo ecclesiam, videtur retinuisse visitationem seu procurationem: vt in cap. pastoralis. de dona. cum ibi not. per Inno. & Hostien. & in cap. cùm venerabilis. per Inno.

EPITOME.

1 *Subsidium caritatiuum debetur prælato de iure communi: & præscribi non potest.*

Decisio 3. aliàs 676.

1 DIc † quòd subsidium caritatiuum competit de iure communi prælato: vt capi. cùm apostolus. de censib. nec valet contra eum præscriptio. & ita tenet rota.

De Ecclesijs ædificandis.

EPITOME.

1 *Vnio facta capitulo de consensu episcopi & ipsius capituli an teneat?*

2 *Ecclesia antequam construatur debet dotari: alioquin creatio dignitatis non tenebit.*

3 *Tutor, licet non possit principaliter authoritatem præstare in re sua: bene tamen potest consequenter.*

4 *Quod fieri non potest per directum, an fieri possit per obliquum.*

Decisio 1. aliàs 874.

1 EPISCOPVS † creauit vnã dignitatem de consensu capituli in sua ecclesia cathedrali & regulari seu monachali, & nulla alia dote illi dignitati cõstituta, vnisuit eidem vnam parœcialem ecclesiã. hoc acto cum vnionis prætextu habuisset pacificam possessionem illius ecclesię, quòd extunc monachus qui constitueretur seu poneretur pro tempore in eadem dignitate nihil deberet percipere à capitulo de his quæ prius ratione portionis monachalis solebat percipere. quæruntur duo. Primò an creatio dignitatis valeat ex quo fuit facta sine dote. Item secundò dato quòd talis creatio dignitatis valeat: an valeat talis vnio per quam capitulum in effectu consequi debet vtilitatem releuationis à portione monachi quasi consequenter & indirectè videatur vnio facta capitulo saltem in effectu? De primo fuit dictum per aliquos quòd † creatio dignitatis non tenebat
2 quia sine dote. pro quibus videtur facere. quia prinsquã creetur beneficium seu constituatur ecclesia, est dos constituenda: vt in autenti. vt null. fabricen. orat. dom. §. finversicu. deindè non aliter. & in autenti. de alienati. & emphitheu. & loca. §. si quis oratorij. & per consequens secundum eos non valuit dignitatis creatio originaliter: & sic per consequens non valuit posteà illi de ecclesia illa vnio facta. Alij verò dixerunt quòd creatio valuerit: nec cẽsetur facta sine dote. quia incõtinenti ecclesia sibi fuit vnita: vt illa esset sibi pro originali dote. & nõ est incõueniens quòd talis dignitas habeat talem ecclesiã pro totali dote sua. Et sõpposita ista secunda opinione fuit dictum de secundo quæsito quòd valuit vnio: quia non fuit facta principaliter, nec totaliter, nec directè capitulo: licet communiter capitulum sit consecuturum aliquam vtilitatem. Et sic respondebatur ad capitu. si vna de rebus eccles. non alienan. in clementi. vbi prohibetur fieri vnio capituli per episcopum de consensu capituli. quia illud verum est cum fit directè & principaliter: ne idem de capitulo videantur auctorizare in re sua quod
3 esse non debet. sic in simili: licet † tutor non possit principaliter authoritatem præstare in re sua: tamen bene potest consequenter. ff. de authorita. tuto. in princip. & sub
4 per hoc brocar. an quòd † non debet fieri directo, fieri possit per obliquum. vide quæ ibi not. per glo. & doctor. in hac ratione. Et etiam pro hoc potest induci concor. iurium. de §. legatarius. instit. de testamen. qui ita concordant cum legibus omnibus. C. de testamẽ. Alij verò dicebant contrarium per dictam clementi. si vna. sed prima opinio scilicet quòd valeret plus mihi tunc placuit.

Fely. in c. cùm accessisset. col. 6. ver. 2. declaratur de constituti.

De Sponsalibus.

EPITOME.

1 *Clericus contrahens matrimonium cum impubere perdit beneficium etiam non subsecuta copula.*

2 *Consensus & non concubitus facit matrimonium.*

Decisio 1. aliâs 103.

Roma.consil.1 483. dubitatur.colum.4. Staph.de lite.gra.& iusti. fol. 73. Abb. consil. lxxij. volu.ij.

NOTA † quòd vbi clericus habens beneficium cõtraxit matrimonium cum impubere habẽte vndecim annos per verba de præsenti, & nõ fuit carnalis copula secuta: talis clericus perdit suum beneficium, licet matrimonium non fuit corporaliter consummatum. quia ex quo nõ stetit per clericũ quin consummaretur, videtur habere animũ perdẽdi beneficium: vt in c. nuper. de big. iunct. l. quid ergo. §. cùm autem. ff.
2 de his qui not. infa. quia † cõsensus facit matrimonium & non coitus. licet faciat contra l. sic. de ope. lib. & c. verum de conuer. coniu. cum not. in c. ex publico. eod. titu. iunct. c. debitum. de biga. l. si vxor. §. minor. de adult. sed prima opin. pro magis vera fuit determinata per c. fraternitatis. de eo qui cog. consang. vxo. & c. j. de sponsalib. vj. licet Ioan. Andr. in nouel. videatur notare contrarium in c. Ioannes. de cleri. coniuga. facit not. in c. vn. gl. hîc ergo. de cle. coniu. libr. vj. & quod not. in c. gratiæ. in glo. penul. de rescript. in cle.

EPITOME.

1 *Clericus si contrahat matrimonium cum minore. xij. ann. vel post carnis copulam, an statim beneficio priuetur.*

Decisio 2. aliâs 571.

1 VTrum † si beneficiatus contrahat matrimonium cum minore. xij. annis. vacet beneficium incontinenti à tempore contractus matrimonij, vel demum post carnis copulam: vide Ioan. Andr. in nouel. de cleri. coniugat. c. ij.

De Accusationibus.

EPITOME.

1 *Alimenta subministrantur pendente lite accusato de crimine, vel si litigetur super bonis.*

Decisio 1. aliâs 143.

1 NOTA † quòd accusato de crimine vel super bonis pendẽte lite administrantur alimenta: vt tex. C. de ordi. cogn. l. fin.

EPITOME.

1 *Inquirere an possit ordinarius contra certam personam ob suspitionem solam?*
2 *Inquisitor an possit esse testis vel appellare?*

Decisio 2. aliâs 201.

1 NOta † q ordinarius potest inquirere contra certam personam non præcedente infamia & lite non contestata: dum tamen sit suspitio cõtra illum contra quem inquiritur. vt no. in Spe. tit. de inquisi. §. ij. versic. propter suspitionem aut. & Inno. in c. cùm oporteat. in fin. mag. glo. de accus. cùm dicit, propter suspitionem autem. licet in prin. videatur dicere cõtra. versi. Item si aliquis petit. & dic vt per Archid. in c. non est. de consue. lib. vj. Et de
2 isto ministro inquisitionis † an possit esse testis vel possit appellare, dic vt per Innoc. in c. licet Heli. de symon. & c. cùm clamor. de testi. & c. cùm olim. de accusa.

EPITOME.

1 *Inquisitor criminis appellare an possit?*

Decisio 3. aliâs 306.

1 NOta † qualiter simplex inquisitor seu promotor criminis non auditur si velit appellare, vel appellationem prosequi: vt not. per Innocen. in c. cùm clamor. de testi. licet Innocen. in c. olim. de accusatio. in glo fin. videatur contradicere.

EPITOME.

1 *Monachus admissus ad accusationem abbatis debet habere expensas necessarias à monasterio.*

Decisio 4. aliâs 619.

Host. in sum ma. de accus. §. qualiter. 1 SI † monachus admittatur ad accusationẽ vel inquisitionem sui abbatis debent expensæ necessariæ ministrari sibi de rebus monasterij, donec finẽ debitum accipiat: vt leg. & no. in c. ex parte. de accu. vbi etiã Inn. nisi haberet administrationem secundùm Pe. Boneti. de
pritti. c. ex parte. & licet expẽsæ factæ ante litis contest. possint petj iure actionis, factę post lit. conte. officio iudicis secundùm Inn. & Host. in c. fi. de dolo & contu. nihilominus tamen iudex datus in dicta causa, licet lis non sit post rationẽ causæ sibi cõmissæ taxatis expens. factis occasione dictæ causæ ante eius cõmissionem prout sibi videbitur faciendũ: tamen hoc fit de magna equitate sine alia solennitate iuris. & commissa causa alicui & omnia intelliguntur cõmissa sine quibus esse nõ potest: vt leg. & no. in c. præal. de offi. dele. & in regu. iur. accessorium. li. vj. cũ sim. & ita tenet Rota dominorũ audi. sacri palatij.

EPITOME.

1 *Accusando vel denuntiando seu inquirendo obijcitur crimen.*
2 *Inscribere ad pœnam talionis, quis & quando debeat.*

Decisio 5. aliâs 807.

1 DE tribus † modis quibus potest opponi de crimine alicui scilicet, denuntiãdo, accusando & inquirendo: vt in cap. super his. de accusationi. Quando
2 † autem quis debet se inscribere ad pœnam talionis, & quando nõ, habetur in præalleg. c. quis autem se habeat inscribere ad pœnam talionis, notatur prædict. c. super his. super verbo oportet inscribi.

EPITOME.

1 *Inscriptio ad pœnam talionis an fieri debeat ante decretum citationis personalis vel post?*

Decisio 6. aliâs 808.

1 SCiendum est † q si aliqua cõmissio facta est alicui domino auditori sacri palatij q citet aliquẽ vel aliquos si inuenerit diffamatos pro crimine personaliter: & opponatur per partẽ ream q inscribat se ad pœnam talionis, antequàm mittatur citatio an hoc fieri debeat si negatur prædicta inscriptio fieri? Tenent aliqui domini auditores q dicta citatio nõ debeat mitti, donec facta sit inscriptio ad pœnã talionis. aliqui verò alij dñi auditores dicunt & tenent q dicta citatio nõ debet propter prædicta impediri: & q sufficit q reportata citatio ne & executa: & quando actor dabit libellum suũ circa prędicta q tũc fiat prędicta inscriptio ad pœnã talionis.

De Hæreticis.

EPITOME.

1 *Hæreticus quis accusatus, si negat se talia hæreticalia dixisse vel credidisse: & asserit se credere & credidisse quod credit ecclesia: & per testes vel aliter cõuincitur illa hæreticalia dixisse, prædicasse & se illis credere asseruisse: vt hæreticus & impœnitens condemnari & brachio seculari tradi debet.*
2 *Hæretico redeunti ad ecclesiam curiæ seculari non est tradendus: sed ei imponenda est pœnitentia salutaris saltem perpetui carceris.*
3 *Hæreticus ad hoc vt possit condemnari necesse est vt aut confessione, aut testibus conuincatur.*
4 *Hæretico misericordia non est habenda, nec venia concedenda: nisi satisfaciat ad arbitrium superioris.*
5 *Confessio peccati est pars pœnitentiæ.*
6 *Peccati taciturnitas oritur ex superbia cordis.*
7 *Hæreticus qui recipitur ad misericordiam habet abiurare.*
8 *Hæresis sola suspitio notabilis requirit congruã purgationem.*
9 *Delicta manifesta indigent correctione manifesta.*
10 *Verba indicant animum illa proferentis: nisi alias ex circunstantijs contrarium apparet.*
11 *Malè factum vel malè dictum malè præsumitur.*
12 *Nemo extimandus est dixisse quod mente non agitauit.*
13 *Verba intentioni deseruiunt, & non intentio verbis.*
14 *Iudex de quo cognouit, de eo iudicare tenetur.*
15 *Ecclesia debet defendere suos pœnitentes.*
16 *Cõfessio est vna & prima pars satisfactionis post contritionẽ.*
17 *Inquisitores sub qua forma pronuntient contra hæreticum.*

Decisio 1. aliâs 875.

1 ACCVSATVS † de hæresi si negat illa de quibus defertur dixisse: & asserit credidisse & credere contrarium: & credere quod credit ecclesia: & per testes idoneos cõuincitur: & probatur ipsum hæreticalia multa dixisse, affirmasse, publicè prædicasse & asseruisse se credere & illa credenda: tamẽ non obstante testiũ depositione sic publicata cõtra quos nihil excipit, nec alias defensiones

defensiones excusatorias allegat semper remanet in eadem negatione qua prius scilicet, quòd illa nũquam dixit,nec asseruit,nec credidit imò totum contrarium credit & credidit cum sancta matre ecclesia: quæritur an talis sit conuictus,& negans sit vt hęreticus condemnandus:& brachio sæculari illo prius degradato si sit clericus iuxtà.c.ad abolẽdam.de hæret.sit tradendus? Et videtur quòd non:quia hæreticus non videtur ex quo credit quod credit ecclesia,& ꝙ est catholicus,& dato quòd per testes probetur illum fuisse hæreticum:tamen hodie non est,ex quo non asserit nec credit aliquod hęreticum. ergo cum hodie non sit hæreticus:non potest vt hæreticus condẽnari: quia non est modus pronuntiandi in iure aliquem fuisse hæreticum de præterito.sic not. Archid. de hæret.vt commissi.super verbo,in carcere.lib.vj. nec potest dici quòd negat se fuisse hæreticum. quia ex quo non credit aliqua hæreticalia nec asserit,licet neget credidisse vel asseruisse: istud potius est mendacium quàm hæresis vel hæreticum,cùm non sit contra aliquem articulum fidei.non enim negat ideo se fuisse hæreticum: quia negat illa quæ prætendebantur dixisse fore hæreticа:sed est venia fortè dignus eo quòd negat se illa dixisse & credidisse: & ideo bene oportet ꝙ quia negat propter istud medium: & ideo ista negatio non concludit contra eum hæresim de præsenti.Item iste nunc non est hæreticus de præsenti, esto quòd probetur per testes illum hæreticũ fuisse,nec relapsus est,quia nõ fuerat aliàs lapsus ecclesiæ reconcilliatus. ergo etiam non videtur ꝙ posit vt hæreticus condemnari:quia solummodo hæretici relapsi condemnantur: vt d.c. ad abolendam.§.j. Item iste videtur redire ad gremium ecclesiæ,ex quo hodie non dicit se talia credere sed cõtrarium, prout credit ecclesia:& se velle esse catholicum: imò quod est dicit se nunquam talia credidisse,& semper esse catholicũ. ergo videtur quòd ad misericordiam sit recipiendus. Si enim
2 † confiteretur se dixisse & credidisse talia hæreticalia: sed de cætero se non credere velle,& credere cum ecclesia,non esset tradẽdus brachio sæculari,nec vt hæreticus condemnãdus:licet fateatur se fuisse hęreticum:sed esset ad misericordiam recipiendus,& imponẽda pœnitentia salutaris saltem perpetui carceris:vt d.c.ad adolẽdam.§.j.& c.penul§.fi.ergo multofortius iste erit recipiendus, qui fatetur se nunquam fuisse hęreticum:sed se fuisse & velle esse catholicum.In contrarium videtur, quia sufficit † vt quis testibus cõuincatur ad hoc vt posit condẽ
3 nari etiã si non cõfiteatur:vt probatur extr. de ver.sig.sit per quibusdam. & probatur ij.q.j.nos in quenquam.& q.iiij.c.j.& ij.Iste autem est testibus cõuictus: ergo nihil proderit sibi sua negatio quò minus condemnetur. non enim potest dici quòd sibi sit habenda misericordia nec venia concedenda:cùm non cognoscat peccatum suum: imò semper illud negat.sicut dicitur de Caym.de pœn.
4 dist.j.serpens.Item † hæretico misericordia non est habenda,nec venia concedenda nisi satisfacit ad arbitrium superioris sui:vt d.c.ad abolendam. Item quòd non satisfaciat patet:quia non cõfitetur commisisse peccatum de quo per testes conuincitur: & sic nec pœnitere videtur.
5 quia † pars pœnitentiæ est cõfessio peccati de pœni.d.j. §.alij contra.& c.perfecta.cum multis c.seq. Item pro manifestis criminibus pro hoc quòd remittantur manifesta,offerenda est satisfactio & oris confessio.de pœni. d.j.veritas.ad quæ not.Hosti.de pœnit.& remiss.§.qualis debeat esse confessio.ver. requiritur etiam tertiũ.pro hoc etiam bene facit text.xj.quæst.j.cuius apud.ibi cum dicit, ob hoc cùm à sacerdotibus Italiæ redargueretur, agnouit delictũ culpam quæ cum lacrimis professus publicam pœnitentiam in conspectu totius ecclesię exigit. pro hoc tex.bonus ad propositũ.xj.q.iiij.c.plerũq;.in fin. ibi,veniat itaque foras mortuus:id est culpam confiteatur peccator: venientes verò foras soluant discipuli:quia pastores ecclesiæ ei debent amouere pœnam quam meruit,qui non erubuit confiteri quod fecit ad quod etiam. de pœnit.dist.j.quem pœnitet.in fi.pro hoc etiam de iureiu.c.quanto nisi.in fi.cùm dicit,tuum humiliter confiteri peccatum:& satisfactionem tibi iniunctam pro illicito iuramento studeas adimplere. pro hoc etiam extrà de sym.capit.j.nemo presbyterorum.cùm dicit, minus dignè pœnitentur, & c.pro hoc valdè bene facit xxij.q.ij.cùm humilitatis. Item si non humiliter veniam speret licet.ergo vbi est taciturnitas confessionis venia spe
6 randa non est criminis:quia † taciturnitas peccati ex superbia oritur cordis.probatur de pœnit.distin.j.est taciturnitas.item hæreticus cùm sit excommunicatus indiget absolutione:non potest autem conuenienter absolui nisi reatum suum confiteatur:vt extrà de senten.excommunica.cùm desideres.cum ibi not. per Innocen.& Hostien.ergo &c.facit de pœnit. distinct.j. agite pœnitentiam.& dict.cap.veritatis.versi.econtra.ver. Item quæritur secundum August. Item non sufficit sibi profiteri se catholicũ,nisi de lapsu præterito hæresis in quã probatur incidisse,satisfaciat: quia nõ sufficit mores in melius immutare,& à præteritis malis recedere,nisi etiam de his quæ facta sunt satisfaciat. de pœnit. distin.ij.non
7 sufficit. Item † hæreticus ille qui recipitur ad misericordiam habet abiurare:vt dicto cap.ad abolendam.§.j. & in abiuratione habet profiteri se errasse: & in quo erravit specificè & publicè profiteri & iurare se nunquam ad illum errorem reuersurum: vt j.quæstio.vij. quoties cordis.Cùm igitur iste propriè non cognoscat nec profiteatur errorem:ergo non potest dici illum abiurare:& licet is qui solùm infamatus est, sed non conuictus non habeat in abiuratione hęresis necesse iurare se nunquam reuersurum,ex quo non confitetur nec conuincitur inde disse in illam:vt de conse.dist.ij.ego Berengarius.tamen conuictus,quia ad misericordiã receptus est,abiurat hæresim.& in abiuratione habet publicè cognoscere se errasse,& in quo.& iurare se nunquam reuersurum: vt d.
8 c.quoties cordis.Item si non † cõuictus sed sola suspitione notabilis sit de hæresi:non aliter recipitur ab ecclesia nec illum absoluit,nisi pro prima innocentia congruam purgationem monstrauerit:vt d.c.ad abolendã.§.qui verò rem & in auten.gazaro.C.de hæreti.ergo minus conuictus per testes esset recipiendus vel absoluendus, propter solam suam negationem, quia aliàs suam innocentiã non demonstrat neq; potest demonstrare,ex quo conuictus est per testes idoneos, contra quos nihil dicit, nec aliàs se defendit.Item tandiu quis reputatur incorreptus donec reatum suum recognoscens emendet.extrà de for. competen.malus.in fi. Cùm igitur iste non recognoscat reatum suum,ex quo manifestum fuit: ergo non potest imputari correptus. hanc autem correptionem ex quo crimen fuit manifestum, oportet esse manifestam: quia
9 † manfesta delicta correctione indigent manifesta:vt extrà de pœnis.c.j.igitur oportet quod confessio sit manifesta seu criminis recognitio,quod non est in negante igitur &c.Non obstant cõtraria, scilicet quòd hæreticus nõ est ex quo hodie credit,quod credit ecclesia:quia esto quod concedatur hoc non sit hodie hæreticus,si bene credit quod credit ecclesia:tamẽ non constat ecclesiæ quantum ad humanum iudicium:& ecclesia militans quæ iudicat secundum probata,& iudicare habet:potest perpendere quòd aliàs fuit hęreticus tempore quo talia asseruit
10 & sic credere dixit & dogmatizauit. quia † talis quis præsumitur qualia verba profert, & eius animi censetur fuisse qualia verba sonant: nisi ex circunstantijs vel aliàs appareat contrarium.arg.C.de iniu.l.si non conui-
11 tij.cum concor.ibi alleg.omne † enim malè factum vel dictum malè præsumitur dictum vel factum. extrà de
12 præsump.c.j.& ibi not.in fi.nemo † enim extimãdus est dixisse quod mente non agitauit: nec quis arbitrãdus est dixisse quod mente non sentit.ff.de suppel.lega.l.Labeo.
13 cùm † non intentio verbis,sed verba intentioni debeant deseruire.extrà de verb.sign.c.intelligentia. voces enim sunt notæ,prout ait philosophus, earum quæ sunt in anima passiones:tales enim sunt isti quæ possunt bono animo fieri & non possunt interpretari nisi malè facta & non benè.extrà de reg.iur.c.j.Ex quo ergo constat ecclesiæ quod fuit hæreticus:oportet quòd condemnet & pu-
14 niat illum de crimine hæresis commisso.argu.quia † de quo cognouit iudex,de eo iudicare tenetur.ff.de iudi.de qua re.& licet secundum regulas iuris communis ex quo semel cõmisit crimẽ debet puniri iudicialiter,& condẽ-

nari etiam si pœniteat:quia propter pœnitentiam suam quò ad forũ humanũ & iudiciale nocens esse non desijt: vt ff.de pœn.l.qui ea mente.de ædil.edict.ꝙ significatũ. in princ.tũ quia ecclesia benigna est,nec claudit gremiu redeunti benignè volens agere in hac parte ordinauit,ꝙ si talis continuò post deprehensionẽ erroris ad fidei catholicè vnitatẽ spõte recurrere voluerit: & errorẽ suum coram episcopo regionis publicè cõfẽserit abiurare: & satisfactionẽ congruã exhibere, ꝙ recipiatur ad misericordiã:& imposita sibi pœnitentia salutari saluetur sibi vita:nec permittatur occidi per brachium sæculare,quia
15 † ecclesia defendere debet suos pœnitentes. facit quod not.Io. And.de offi.ord.c.j.super glo.fi. & ideo tunc detrudatur in carcerẽ perpetuũ, vbi pœnitentiã aget.extrà de hære.c.pe.in fin.Cùm igitur iste qui sic permanet in sua negatione,esto ꝙ hodie credat catholicè,de præterita incredulitate & de præterito errore hæretico de quo conuincitur sufficienter illud confitẽdo:& culpã cognoscendo non pœniteat, non põt dici ꝙ debitè recurrat ad catholicæ fidei vnitatẽ:ex quo non facit ꝙ fides catholica præcipit, sed quia nõ recognoscit nec cõfitetur propriam culpam quã commisit, prout catholica præcipit ecclesia: nec etiã põt dici ꝙ sufficiẽter propriũ errorem
16 abiuraret,ex quo illũ errorem non cõfitetur:quia † cõfessio est vna & prima pars satisfactionis post contritionem:vnde dominus per prophetã. Dic tu peccata tua vt iustificeris.Et secundùm Ambrosiũ. Non põt quisquam iustificari à peccato, nisi fuerit illud ante confessus. de pœni.dist.j.§.alij enim.cũ alijs multis authoritatibus ad hoc ibidem sequẽtibus. Et si dicis ꝙ illę authoritates intelliguntur de confessione mentali cordis,vt videtur sentire Gratianus.de pœni.dist.j.§.quidã verò.quia dico ex quo de illa mentali confessione & cordiali nõ constabat iudicialiter:ex quo publicè negat se errasse: & cõstat de preterito errore,& per testes idoneos:ideo necessariò ecclesia illũ habet iudicialiter punire tanquã impœnitentem nec debitè satisfacientẽ:ex quo iudicialiter & publicè nõ recognoscit propriam culpã, nec illã confitetur:vt probatur in d.c.Christianitatis.de pœni.dist.j.& præsertim.in §.tenetur.& c.sequẽ. vsq; ad finem distinctionis. Et si dicatur ꝙ non tenetur confiteri culpã vel crimen quod non recordatur se dixisse,commisisse vel fecisse,ex quo de illa vel illo non habet conscientiam quia ecclesia militans vel iudex ignorat mentẽ suam & memoriã suã & Christianitatẽ occultam scilicet, an re vera cõmiserit: & an sit oblitus:& an de hoc habeat conscientiam, quia hæc scit solus Deus: sed habet iudicare secundũ probata, ex quo de facto recenti agitur: de quo secundum cõmunem cursum naturę non põt nec debet esse verisimiliter oblitus talia hæreticalia cõmisisse,asseruisse & se credere dixisse & dogmatizasse: & etiã sibi reducitur ad memoriã & probatur videtur * nõ cognoscentẽ nec pœnitentem:& sic habet illũ necessè iudicare impœnitẽtem, & debitè nõ satisfacientẽ de præterita culpa, esto quòd hodie asserat se credere quę ecclesia credit:maximè quia saltem hodie nõ credit ecclesiæ:quæ præcipit peccatori sua peccata recognoscere & cõfiteri, vt ibi. Confitemini alterutrum peccata vestra. & patet authoritatibus infinitis deductis per Grat. in tractatu. de pœni. & per magistrum sententiarum in quarto eodẽ tractatu.Non ob. quod no.Arch.in d.c.vt cõmissi.super verbo,in carcere. quia ibi loquitur de cognoscẽte,confitente propriũ errorem:& debitè redeũte contra quẽ secundũ ipsum non est ferenda sententia pro crimine præterito condẽnatoria: nec pronuntiare debet crimẽ hæresis commissi.Vel dico & melius quò ad hoc,ꝙ video inconueniens proferatur de præterito,Tu crimẽ hæresis cõmisisti: vel tu hæreticus fuisti.prout no.Io.And.ibidẽ in nouel. pro quo facit tex.ibi,fertur sentẽtia pro præterito:tu calũniatus es.ff.
17 ad Turpil.l.j.§.calũniatio. & prout † hodie pronũtiant omnes inquisitores: maximè,quia possunt subiũgi verba de præsenti,sic dicendo:quia prout probatũ crimen hæresis cõmisisti,vel in crimen hęresis incidisti.& quia recognoscere & confiteri præterium reatũ recusas, idcirco cùm nõ videam te debitè confitentẽ relaxamus brachio sæculari. Non obstat quod dicebatur ꝙ negatũ negetur ex illo medio. quia non dixit, concedo: sed talis negatio est causa quare ecclesia cui constat per testes de contrario quòd si dixit,quòd negat nũc se dixisse potest perpendere & præsumere:imò etiã potest iudicare eũ de culpa illa non pœnitentem nec satisfacientẽ: ex quo culpã de qua constat ecclesię quòd eam cõmisit,non recognoscit, nec confitetur,nec cõstat quòd non est relapsus: quia fateor:sed quò ad hoc quòd relaxetur brachio sęculari sufficit quòd sit lapsus impœnitens seu nõ debitè rediens ad gremium ecclesiæ,nec debite satisfaciens:vt d.c.ad abolendam.§.j. Non obstat quòd si confiteretur & rediret esset recipiẽdus:ergo multò fortius si negat se dixisse vel credidisse:quia nego consequentiã. quia cum confitetur, tunc cõstat ecclesię de satisfactione:& de sufficienti pœnitentia illo modo quo sibi potest cõstare,ex quo publicè confitendo culpam se humiliat, quod secus cũ negat. arg.d.c.taciturnitas. & ita non debet illum recipere ad misericordiã tunc.Et huiusmodi sentẽtiæ videtur Host. in d.c.de hæreticis.in sum.§.qualiter deprehẽdatur.ver. si verò negat.& hoc modo intelligo quod no.Zen.in cle. fina.de hæret.in fin.Non obst.j.q.vij.didici. vbi dispẽsatur cũ illo qui tenebat hęresim,cõfiteri ex causa. sed dic quòd ibi bene confitebatur secretè:sed quòd nõ teneatur publicè confiteri in hoc secum dispẽsatur:vt not.ibi &c.

* Aliàs, videl.cet.

De Priuilegijs.

EPITOME.

1 *Priuilegia apostolica debent habere subscriptionem aliquorum cardinalium,& annum.*

Decisio 1. aliàs 235.

NOTA † quòd in priuilegijs cõcessis à papa,maximè in priuilegijs exẽptis:debet esse subscriptio cardinaliũ aliquorum: vt notatur in c. à nobis. de test.in fi. quia in instrumẽto principis ex parte principis debet interuenire authoritas quantũ ad subscriptionẽ.ar.l. ꝓbatorias.C. de diuer. offi.li.xij.quia cum talia priuilegia sumant vim ex sola voluntate principis:multum debet cõstare de voluntate. & pro ista parte fuit dictũ, quòd priuilegium cuiusdam papæ Paschalis, in quo priuilegio non erat annus, quòd tale priuilegiũ non habebat roboris firmitatem ad quod faciunt not.per Ioan.Andr.in c.præsenti.libr.vj.

SVMMARIVM.

Fructus beneficiorũ vacantium in curia debẽtur illis, quibus debentur alij fructus beneficiorũ vacantium extra curiam ex priuilegio,consuetudine vel statuto.

EPITOME.

1 *Fructus beneficiorum vacantium in curia, an debeantur fabricæ,cui debebantur.*

2 *Beneficium quo casu in duobus locis vacare censeatur.*

3 *Violentia duobus in locis inferri videtur. primò in loco vbi est persona, cui fit violentia: secundo vbi est possessio propter quam persone alibi est illata violentia.*

4 *Collatio afficit perceptionem fructuum.*

5 *Beneficia exempta non continentur sub c.si propter.de rescrip. in vj.neque vacantia in curia.*

Decisio 2. aliàs 269.

1 NOta † ꝙ si ex priuilegio vel statuto fabricę ecclesię debentur fructus bñficiorũ vacantiũ in dicœcesi:licet beneficiũ conferatur per papã tanquam vacans in curia: fabricæ debentur fructus secundũ opinionẽ aliquorum. Nam posito ꝙ collatio beneficij vacantis in curia solùm pertineat ad papã : tamen fructus vacant in loco vbi beneficium est positum:& priuilegium fabricę cõtinet talem possessionẽ fructuum. pro hoc facit c. si propter.de
2 rescri.li.vj.nec † mirum si duobus locis videatur vacare beneficium scilicet, in curia quantũ ad collationẽ: & in partibus ad perceptionẽ fructuum : vt dicitur in simili,
3 quòd † in duobus locis videtur inferri violẽtia,quòd infertur primò in loco vbi est persona,& cui fit violentia: & in loco vbi est possessio rei propter quã personæ alibi est illata violentia: vt l.j.C. vbi de pos.agi oport.Item istud priuilegium est fauorabile:& ideo est extendẽdum ad beneficium

Aceto.de Falco.in tractat. rescr.in 4.q. primum sq. effectu.

ad beneficium quod vacat in curia propter collationem papæ.argu.c.tua.de verbo.signi.licet aliqui contrarium
4 dicant.℣ † collatio afficit perceptionem fructuum: vt c.fi.de consue.lib.vj.& quia fructus tanquam accessoriũ debent sequi naturam principalis beneficij vacantis in curia,quando renuntiatione seu prouisione tenet beneficium.iuxta not.in c.commissa.de elect.lib.vj. & c. licet.de præb.eod.libr. cum simili. Item priuilegium est tenendum in verbis suis. Et verba priuilegij habent ℣ fructus beneficiorum vacãtium in diœcesi applicentur fabricę.ergo non intelliguntur pertinere ad beneficium vacans apud sedem:ex quo ad eum pertinet collatio.ar. no.in c.inter cætera de præb.per Inno.quia ex quo papa apponit manum in beneficio: totum ius videtur à se reuocare & possessionem beneficij:vt c.vt nostrum. de appel.arg.c.pastoralis.§.præterea.de offi.ordi. ad quod c.cùm in distribuendis.de tempo.ordin.& c.j.de confir. vtili vel inutili.& per Archid.in c.præsenti.de offi.ord. lib.vj.super verbo,vacantibus.in fi.ergo videtur ℣ beneficium cuius collatio pertinet quantum ad omne ius collationis & possessionis,in curia,videatur & quò ad perceptionẽ fructuum vacare in curia. pro hoc facit quod not. Archid.in c.si propter.de rescrip.lib.vj.vbi dicit,℣
5 † beneficia exempta non continentur sub c. si propter. ergo nec beneficia vacantia in curia. Et vide collecta.in c.extirpandę.de præb.& Henri.in c.tua.de verbo.signi.

EPITOME.

1 *Priuilegiatus veniens contra suum priuilegium in quo decretum irritans est appositum,sibi non præiudicat.*

Decisio 3. aliàs 294.

Fely.in c.cùm *accessissent.n.* 13.*in fi.ver.4 limit.de cõsti. Alex.cõs.103 lib.2.*

1 NOta † qualiter veniens contra priuilegium sibi datum,sibi non præiudicat, si in priuilegio papæ fuit decretum appositum decernens irritum & inane quicquid contra priuilegium fuisset attentatum: secus esset si priuilegium simpliciter esset concessum.not. Archid. in c.cùm de beneficio.de præb.libr.vj. & Innoc. de priuileg.c.accedentibus.

EPITOME.

1 *Priuilegium reale de non soluendis decimis extenditur ad colonos: secus si sit priuilegium personale.*

2 *Priuilegium personale non egreditur personam eius vel eorum cui vel quibus conceditur.*

Decisio 4. aliàs 876.

4 PApa † concessit cuidam religioni vel ordini priuilegium de non soluendis decimis de terris quas per se vel per alium excoli faciant: quæritur nunquid priuilegium extẽdatur ad colonos,vt sic coloni per quos terras illas faciebant excoli, non teneantur ad decimas de parte penes eos remanente. Crederem sic forte dicendum. Aut priuilegium est reale concernens terras, & concessum terris:vtputa ℣ de terris nullæ decimæ præstari debeant:& tunc pato ℣ extẽdatur ad colonos.quia priuilegium reale & rei concessum sequitur rem penes quemcunque vadat. Si autẽ sit personale concessum personis pro rebus,crederem ℣ non extenderetur tunc ad
2 colonos.quia † priuilegium personale nõ egreditur personam eius vel eorum cui vel quibus conceditur.arg. ad hanc distinctionem.ff.de pact.si tibi.§.pactum.cum concor.& facit ad hoc extra de deci.licet.& ita determinat glo.extra de deci.c.religiosi.super verbo,excolendos.in clementi.

SVMMARIVM.

Nominatus ab illo in cuius priuilegio cauetur,℣ nominati & nominandi ab ipso cæteris nominatis & nominandis ab alijs præferantur,in beneficio vacante præferetur nominatis ab alijs priuilegium habentibus nominandi.

Decisio 5. aliàs 881.

PApa Inno.vj.fecit gratiam primo anno pontificatus sui.ix.Kal.Febr.Regi Francię,℣ posset nominare. lx.personas idoneas in lx ecclesijs regni sui.mandando certis executoribus,℣ illis per eum nominandis statim conferrent in illis ecclesijs canonicatus, & reseruarent prębendas vacãtes vel vacaturas quas ipsi per se vel alium seu alios ducerent acceptandum,de quibus sibi postea prouiderent:& ℣ gratia huiusmodi eis prodesset ac si à data huius gratiæ factæ regi ipsemet papa canonicatus eius contulisset,& prębẽdam huiusmodi reseruasset. & cum alijs non obstan.& clausulis consuetis apponi in gratijs impetrantium,quibus papa statim confert canonicatus.Item sub eadem data similem gratiam fecit dominę Ioan. reginæ Frãcię & Nauarrę viduę de xx.personis per eam in xx.ecclesijs nominandis.Item consimi lem. Io.vxori Regis Franciæ de alijs xx.personis.Item consimilem gratiã fecit Regi Nauarrę de alijs xx.personis in eodem Regno Francię nominandis, & sub eadem data. Postea anno primo Kal.Aprilis papa ampliauit gratiam Regi Franciæ de alijs xl.personis per eum nominandis sub his verbis.Nos igitur quantum cũ Deo possumus ipsius præcibus inclinati præfatis.lx. personis alias xl.personas adijcimus fraternitati vestrę, scilicet execur.per apostolica scripta mandatur,& c.mandando vt in primis literis de lx.& sub eadem forma & cũ eisdem clausulis & non obstan.excepto ℣ hęc secunda gratia de xl.fuit restricta ad duas prouincias duntaxat,scilicet Senonesi:& Remẽ.infrà quas posset rex in xl.ecclesijs nominare. Postea idem papa de anno tertio pontificatus sui cõcessit,℣ omnes & singuli per ipsum Franciæ regem in eisdem ecclesijs vsq; ad prętaxatum sibi in primis literis.scilicet de xl.sibi concessis numerũ vigore illorum ipsarũ literarum nominati & imposterũ nominandi in assecutione collatorũ eis canonicateum ac prębendarum acceptatarũ per eos vel procuratores suos in eisdem ecclesijs iuxta formã literarum ipsarum alijsqui buscunq; per Regẽ Nauarrę & Reginas, aut aliquẽ eorum in eisdem ecclesijs prius etiã nominatis: dummodo esset eis in eisdem canonicatibus & prębendis tẽpore dato literarũ declarationis seu concessionis huiusmodi in re specialiter ius quęsitũ quibuscunq; institutionibus apostolicis & alijs contrarijs nequaquã obstantibus,præferrẽtur.Postremò idem papa de anno vj.põtificatus sui declarauit ℣ suę intentionis extitit & extabat,℣ in nulla illarũ ecclesiarũ posset vigore dictarũ literarum.scilicet primarũ sub eadem data Regi Francię & Reginis & Regi Nauarrę concessarũ nisi vni personę duntaxat prouideri decernendo irritum,& c. si secus super his per quoscunq; quauis authoritate scienter vel ignorãter attentatũ forsan esset hactenus,vel cõtingeret & imposterum attẽtari. His suppositis cõtingit in facto ℣ virtute primarũ literarum de lx.personis Rex Francię nominauit quendam Matthęũ Guerri in ecclesia Parisien.de anno.Mcccliij.xxv.Februarij.cui prędicta examinatione fuit per executorẽ deputatum gratię regis prouisum de canonicatu & reseruata prębẽda vacatura quam duxerat acceptandã. Et per capitulum receptus in canonicum & in fratrẽ stallo in choro & loco in capitulo assignatis & ille Matthęus postea vacãte quadam prębenda per obitũ cuiusdam Dionisij reseruata tamẽ accepta uit eam ignorans reseruatã:& de ea obtinuit sibi prouideri: & in pacificã possessionem induci. Verũtamen cũ cognouit eam reseruatã, Rex supplicauit papæ pro eo narrando de prędictis nominatione per eũ virtute dictę gratiæ factæ de eo & de prouisiõe canonicatus:& receptione,& acceptatione ac prouisione ac in possessionem inductione prębendę prędictæ subsecutis,℣ de illa prębenda sibi prouideret.Papa verò Regis contẽplatione ac prędictorũ meritorum suorũ intuitu narrata reseruatione & quomodo ea obstan.& eius decreto acceptatio illius prębẽdę & prouisio inde secuta viribus nõ subsistebat:& ℣ nullus ea vice pręter ipsum de ipsa prębenda potuerat disponere:cõtulit sibi illam prębendam tanquam reseruatã,non conferẽdo sibi aliàs canonicatum de nouo.Reginaverò Frãcię virtute suę gratię antea de anno dñi.Mcccclxij.die xxv.Iulij in eadẽ ecclesia Parisiensi nominauerat quendã Aegidiũ de Trambeyo cui etiã erat prouisum de canonicatu per executorẽ, & reseruata pro ea vacatura &c. & receptus per capitulũ: sed quia tẽpore quo rex nominauit prędictũ Matthęum dicto Aegidio nõ erat in aliqua prębenda ius quęsitum ipse Matthęus nominatus per Regẽ erat pręferẽdus propter gratiam prędictã: qua disponebatur,denominatum vel denominando per Regem præferendum cæteris.

De Iniurijs & damno dato.

EPITOME.

1 *Iniuriarum actione licet ciuiliter agatur : requiritur tamen specificatio talis in libello & articulis, quòd pars possit certificari, & testes deponere.*

2 *Obiectus sunt magis odiosi quàm actio iniuriarum ciuiliter intentata.*

3 *Specificari debent crimina contra testes opposita: licet non veniant pœna ordinaria puniendi.*

Decisio 1. aliàs 491.

1 NOTA † quòd in actione iniuriarum, licet agatur ciuiliter: tamen requiritur specificatio talis in libello & articulis & pars possit certificari, & testes deponere: sed nõ
2 tanta quanta in † obiectibus qui sunt plus odiosi. pro hoc dicto alleg. tex. in c. tuæ. de procu. & no. Inno. in c. accepimus. de purg. cano. faciunt etiam nota.
3 de † specificatione criminum circa testes: quia licet crimina probentur, tamen pœna ordinaria nõ puniuntur: vt in c. cùm dilectus. de ordi. cogni. de dicta specificatione not. in dict. c. ex parte. de testi. eod. titu. præsentiam. li. vj. de excep. pia. de sen. excom. cùm medicinalis. li. vj.

SVMMARIVM.

Commissio causę iniuriarum criminaliter ad hoc vt censeatur concessa, requiritur mentionem expressam de iniurijs in signatura fieri.

EPITOME.

1 *Iniuriarum actio non semper ad vindictam datur.*

2 *Auditores non cognoscunt de iniurijs nisi de expressa commissione.*

3 *Condemnatus actione iniuriarum criminaliter efficitur infamis: secus si ciuiliter actum fuerit contra se.*

Decisio 2. aliàs 634.

1 NOta † q̃ actio iniuriarum non datur ad vindictam aliquoties secundum Archi. super verbo, iniuriarũ.
2 de of. ordi. si canonici. li. vj. Domini † vero auditores sacri palatij non communiter cognoscunt de iniurijs quæ dicuntur causæ illicitæ alicui, nisi expressa mentio fiat in commissione papali. & hodie tamen vix de romana curia hæ literæ impetrari possunt secundum Host. in c. grauis. de rest. spo. nec sufficeret narrare in supplicatione de iniurijs, nisi vicecancellarius poneret de manu sua
3 in supplicatione de iniurijs. ratio est, quia † in actione iniuriarum si agatur criminaliter, condemnatus est infamis: secus si ciuiliter: vt l. j. ff. de his qui not. infa. & no. in c. cùm tu. de testi. cog. & Archi. in alle. c. si canonici.

EPITOME.

1 *Reconuenire potest reus actorem coram eodem auditore impetrato super iniurijs.*

Decisio 3. aliàs 777.

1 SCiendum est † q̃ si aliquis impetrauerit committi alicui auditori: super iniurijs realiter sibi illatis, q̃ ille etiam contra quem impetrauit potest etiam opponere iniurias sibi illatas ratione conuentionis de qua conuentione habetur in c. dispendia. de rescrip. lib. vj. & ita tenet & seruat rota.

De Pœnis.

EPITOME.

1 *Monachus propter delictum potest à monachatu deponi.*

2 *Monachus depositus à monachatu censetur priuatus præbenda & voce capitulari.*

3 *Monachus recipiens mutuũ, si non potest soluere : nõ admittitur ad cessionẽ bonorum: imò potest priuari præbenda, & dabitur ei vt possit viuere ad necessitatẽ extra monasteriũ.*

Decisio 1. aliàs 137.

1 NOTA † quòd monachus propter delictum vel aliàs potest à monachatu de
2 poni. & operatur depositio quòd † non recipiet præbendam à monasterio: nec habebit vocem in capitulo : vt notatur in c. dilectus. de symo. & Archidia. in c. quia sæpe. super verbo, beneficijs. de elect. lib. vj. ad quod
3 facit capi. peruenit. de fide iust. pro hoc facit, quòd † monachus recipiens mutuum, si non potest soluere, non admittitur ad cessionem bonorum: imò potest priuari præbenda. & illud quod potest haberi, dabitur sibi ad partem & extra conuentum, de quo possit viuere ad necessitatem solùm, & aliàs non.

EPITOME.

1 *Possessor malæfidei sicut violentus condemnandus est in fructibus à tempore occupationis: licet de tempore non constet.*

2 *Sententia incerta in accessorijs ferri potest.*

Decisio 2. aliàs 405.

1 NOta † quòd si constat de occupatione iniusta beneficij potest cõdemnari occupans in fructibus à tempore occupationis beneficij perceptis, ac si de violentia constaret: licet non sit probatum tẽpus occupationis aut quãtitatis, seu valor fructuum. Ratio, quia de mala fide sua constat: & malæfidei possessor sicut violentus condemnandus est in fructibus. C. vnde vi. l. cõquærebatur. de restit. spolia. grauis. Non obstat quod sententia est in-
2 certa. quia † in accessorijs potest ferri talis sententia: vt no. Inn. in c. tãta. de excess. prę. & de rest. sp. cùm ad sedẽ.

EPITOME.

1 *Beneficium requirens sacerdotium tenens ad hoc vt priuari possit, nisi se promoueri fecerit: requiritur monitio.*

Decisio 3. aliàs 520.

1 NOta † quòd tenens capellaniam requirentem sacerdotium nõ priuatur capellania: nisi monitus, posito quòd non promoueatur infra annum. quia cap. licet canon. de elect. est pœnale. ergo non debet extendi nisi caneatur: vt c. statutum eod. tit. lib. vj.

EPITOME.

1 *Accusari non debet ille qui super eodem fuit inquisitus.*

Decisio 4. aliàs 520.

1 NOta † quòd quando est actum contra aliquem per modum inquisitionis, non potest agi iteratò contra eundem per modum accusationis: secus si per viam exceptionis: vt notatur in c. dilectus. de purga. canon. vt ibi in glo. purget super fama. pro prima parte huius decisionis vide suprà dec. 108.

Nota quòd licet hic superscriptio sit. Decisio. 4. aliàs 520. nota tamen est decis. sed pars decisionis præcedentis quæ est 119. aliàs 520.

EPITOME.

1 *Excommunicato quomodo & qualiter subtrahantur fructus beneficiorum suorum.*

Decisio 5. aliàs 521.

1 NOta † quomodo & qualiter subtrahãtur clerico excommunicato fructus beneficiorum ecclesiasticorum: vide Innocen. in cap. pastoralis. de appellationi. sed Hostien. contra in summa. de clerico. excom. §. j. versic. sed nunquid. & de senten. excom. §. quis sit effectus. ver. sed nunquid. & per Arch. de reser. c. vlti. lib. vj. & per Io. And. de reg. iur. cũ quid prohibetur. li. vj. & de cle. excõmini. vide In. de coh. cle. & mul. sicut. de accu. qualiter. ij.

De Sententia excõicationis.

EPITOME.

1 *Excommunicari non possunt singulæ personæ capituli : licet vt capitulum facientes apprehensæ fuerint, si mandetur citari sub pœna excommunicationis decanum & capitulum.*

2 *Procurator capituli an appellat pro qualibet singulari personæ capituli?*

Decisio 1. aliàs 315.

1 NOTA † quòd vbi mandatur citari decanus & capitulũ alicuius ecclesiæ sub pœna excõmunicationis, si sunt certi canonici facientes capitulũ, & illi apprehendãtur tales vt singulares personæ non possunt excommunicari: licet citati fuerint tanquã capitulum facientes quia aliud est gerere vicem capituli, & aliud vicem singularum personarũ, quia quælibet persona vt singularis persona nõ punietur. lic notatur per Inno. in c. eam re. de
2 rescript. verũtamen † procurator capituli posset appellare pro qualibet singulari persona capituli. vide quod notatur in l. ij. ff. quod cuiusq; vniuer. licet Inn. videatur notare contrarium in c. romana. de sen. excom. lib. vj.

EPITO

EPITOME.

1 *Excommunicatus potest in curia romana indifferenter commissionem impetrare: sed repellitur ab agendo.*

Decisio 2. aliàs 594.

1 DIc etiam † ꝙ excommunicatus maiori excommunicatione indifferēter commissionem alicuius causæ in curia romana impetrare potest. & ita obseruatur. ipse tamen potest repelli ab agendo, si opponatur ei excommunicatio de iure. in c. cùm interpriorem. extra de except. de senten. excom. cùm pro causa. de rescript. ipso iure. libr. vj.

EPITOME.

1 *Auditor non absoluit ad cautelam sine speciali commissione: sed index extra curiam sic. si ibi simpliciter absolutio committatur.*

2 *Iudex cui est commissa causa cum facultate absoluendi impetrantem cōmissionem, poterit illum ad cautelam absoluere.*

Decisio 3. aliàs 810.

1 SCiendum est † ꝙ nullus auditor sacri palatij potest absolùere ad cautelam, nisi sibi specialiter committatur à domino vicecăcellario: secus est † tamen si aliqua causa seu absolutio committatur extra curiam romanam alicui, ꝙ absoluat aliquem vel aliquos simpliciter quia tunc talis commissarius potest absoluere nihilominus ad cautelā. & ita seruat rota dominorū auditorum.

EPITOME.

1 *Excommunicato absolutio ad cautelam difficilius conceditur quàm absolutio simpliciter.*

Decisio 4. aliàs 811.

Supra in no. de restaut. 3. circa medium.

1 SCiendum est † quòd si aliquis petat absolutionem ad cautelam ab aliquo domino auditore sacri palatij ex commissione sibi specialiter facta, debet primò videre an post appellationem fuerit excommunicatus, secundum Ioan. Andr. in c. venerabilibus. de sententia excommunica. libr. vj. Si autem petatur absolutio excommunicationis simpliciter: tunc sine aliqua informatione impenditur absolutio vel beneficium absolutionis temporibus retroactis. Hodie verò anno domini millesimo. cccl xxv. non impenditur per auditorem causæ ni si cum aliqua informatione facta de excommunicatione prædicta.

EPITOME.

1 *Excommunicato non potest conferri beneficium. Et suspensus à canone celebrans non fit irregularis: secus si ab homine.*

2 *Suspensus à canone celebrans non incurrit irregularitatem: secus si ab homine.*

Decisio 5. aliàs 363.

Staph. in tra. de lite. gra. & iust. fol. 82. ver. verùm tamen videtur.

1 NOta † quòd excommunicato ipso iure non potest conferri beneficium. & videtur textus in c. postulasti. de clericis excommuni. ministran. licet posset dici ꝙ cap. illud loquitur in excommunicato ab homine: secus si à iure. argumen. no. in c. si celebrat. eodem tito. licet prima opinio teneatur. quia c. j. de rescript. lib. vj. loquitur indistinctè quando excommunicatio fertur in certam personam. & quia sententia iuris imponitur propter crimen, plus ligat. argumen. no. in cap. peruenit. de excess. præla. sed quantum ad suspensionem fit differen-
2 tia. quia † si suspensus à canone celebrat, non est irregularis sicut si ab homine: vt notatur in cap. sicut. in fin. de coha. cler. & muli. per Inno. vide deci. 238.

EPITOME.

1 *Absolui potest quis ad cautelam, licet causam excommunicationis non alleget.*

2 *Appellans ab assignatione loci non tuti: sufficit quòd dicat se appellasse, quia locus non est tutus.*

3 *Appellans ab aliquo grauamine ad papam necessariò non tenetur exprimere causam.*

4 *Index datus in secunda instantia an absoluat excommunicatum in prima instantia.*

Decisio 6. aliàs 60.

1 NOta † ꝙ vbi pars dicit se excommunicatam: & petat se absolui: & non assignat causam quare est excommunicata, ꝙ index habet talem partem absoluere ad cautelam: posito ꝙ causa excommunicatio-
2 nis non allegetur: vt dicitur in simili. quòd † vbi quis appellat ab assignatione loci non tuti: sufficit quòd dicat
3 appello, quia locus non est tutus. Idem est † vbi quis appellat à grauamine: quia non est necesse ꝙ causa exprimatur: vt no. Inno. in c. significantibus. de no. ope. nuntiat. sed contra facit. c. dilectus. de rescrip. & Io. An. videtur dicere contrarium, scilicet ꝙ vbi appellatur à grauamine debet causa exprimi. in c. appellanti. de app. in cle. & ꝙ pars nō habeat assignare causam, quare est excommunicatus. facit l. si. C. de anna. except. cū si. ad quod no. per Archi. de ap. c. cordi. super verbo, causam. lib. vj. quia ꝙ causa exprimatur, habet locum quando appellatur ad papam secundum vnam opinionem. & vide infra decis. 77. & 116. & 329. & circa solutionem expensarum vel
4 cautionem præstandam, vide dec. 457. Et an † iudex datus in secunda instātia absoluat excommunicatum per primum iudicem datum in prima instantia, vide infrà deci. 602. & 656. & 682. & 829. & 830.

EPITOME.

1 *Excommunicatus non absoluitur ad cautelam, licet alleget se exemptum: si excommunicator est in possessione excommunicandi, & si ageretur super possessione.*

Decisio 7. aliàs 116.

1 NOta † ꝙ vbi episcopus excommunicat, & est in possessione excommunicandi: vt quia excommunicat subiectum, nisi probetur exemptio: excommunicatus pendente lite nō debet absolui ad cautelam: vt no. Inno. in c. soler. de sen. excom. super verbo, pro manifesta. secus esset si super possessione, in qua episcopus dicebat se esse, verteretur dubium: quia posito ꝙ de iure posset excommunicare, nisi probaret se in possessione, præstaretur absolutio ad cautelam: vt videtur notare Innoc. in c. venerabili. in fi. de censi. & in c. apostolicæ. de except. vi de suprà decis. 60. & circa absolutionē expensarum vel cautionem præstandam, vide infrà deci. 457.

EPITOME.

1 *Excommunicatus potest beneficium acceptare, licet sibi non possit prouideri.*

2 *Depositus retinet illa quæ sunt iurisgentium.*

3 *Acceptatio non videtur actus spiritualis sed extraiudicialis.*

4 *Excommunicatus an possit optare præbendam.*

5 *Optio non videtur noua collatio.*

6 *Præbenda optata loco primæ habetur.*

7 *Excommunicatus æquiparatur deportato.*

8 *Deportatus potest optare & eligere.*

9 *Filiusfamilias optare non potest.*

10 *Excommunicatus priuatur fructibus præbendæ.*

11 *Excommunicato an beneficium conferri possit.*

Decisio 8. aliàs 126.

Supra in vna de cōcess. præb. dec. 5. Staphi. de lite. gra. & iust. fol. 95. ver. an autē. & an possit optare vide Aeneā de Fal. in trac. suo reserua. in 4. q. 5. in 7. effectu. fo. 5. ver. quintus Cas.

1 NOta † ꝙ excommunicatus potest beneficium acceptare. quia licet excōmunicato non possit prouideri, nec sibi ius acquiri in beneficio: tamen illa quæ sunt præparatoria iuris videtur ꝙ possit facere, cùm sit solùm prohibitus ad tempus. argo. l. si quis officium. ff. de ritu nup. & quia in acceptatione non est nisi quædam declaratio voluntatis: de quo non est mirū ꝙ
2 excōmunicatus ad talē sit habilis. quia † etiā depositus retinet illa quę sunt iurisgentiū. l. quędam. ff. de petit. &
3 quia † acceptatio videtur actus nō spiritualis sed extra-
4 iudicialis. & propter istavoluerūt aliqui dicere, ꝙ † excōmunicatus possit optare prębendā, si aliàs iure cōsue-
5 tudinis cōperat sibi optio. quia † optio nō videtur noua collatio: vt in c. fi. cum ibi no. per Archi. de cōsue. lib. vj.
6 quia † prębenda quę optatur loco primę habetur. ar. l. si
7 donare. de dona. inter virū & vxor. Item † æquiparatur deportatus excōmunicato: vt no. in l. eos qui. ff. de testa-
8 instī. de capi. dimi. ꝧ. minor. Sed † deportatus potest eligere & optare: vt l. ex testamento. ꝧ. si quis rogatus. ad Trebel. ergo & excommunicatus. licet contra videatur.
9 quia † si filiusfamil. optare non potest: vt l. Iulianus. de
10 lega. j. & quia † excōmunicatus priuatur fructibus præbendę: nec ipsos etiā facit suos: vt c. pastoralis. de appel. multōminus videtur ꝙ prębēdam possit optare: quia videtur res spiritualis, vel quia spirituali est annexa: vt no. Archi. in c. gratia. in prin. de rescrip. lib. vj. & vide suprà
11 deci. 343. vbi tractatur † an excōmunicato possit conferri beneficium. & vide dec. 329. & 127. & 330. & 332.

EPITOME.

1 *Executor excommunicatus an possit prouidere acceptanti beneficium.*

Decisio 9. *alias* 128.

Felyn. in c.ad probandū circa princ. de rei iudi. Fran. in c.pia. in princ. col. secundæ. ver si. circa primū de excep. in 6.

1 NOta † q̄ executor excommunicatus potest prouidere de beneficio, maximè si ille cui fuerit facta ignorat eum excommunicatum: quia non inspicitur persona quæ prouidet: sed cui acquiritur prouisio. arg. l. si legatum. ff. quibus mod. vsusfruct amit. ad Trebel. l. cogi. §. hi qui solum. de lega. ij. l. fi. si quis aliquem. testa. prohi. l. j. §. sed si legatum. licet faciat contra c. post cessionem. de proba. Sed non obst. quia ibi est alia ratio quàm hîc, propter participationem. vide deci. 161.

EPITOME.

1 *Excommunicatio sine monitione per ordinarium lata, tenet: secus si per delegatum.*

Decisio 10. *aliàs* 139.

1 NOta † q̄ excommunicatio debet fieri monitione præcedente. Si tamen feratur non præcedente monitione, tenet: vt no. Inno. in c. illud. de cleri. excommuniſt. quod est verum, si feratur per ordinarium: secus si per delegatum. decis. 559.

EPITOME.

1 *Excommunicationem non probat absolutio.*

Decisio 11. *alias* 146.

1 NOta † q̄ contra illum qui petit se absolui, non probatur excommunicatio propter hoc q̄ petit se absolui: nisi legitimis documentis probetur excommunicatio: vt no. Inno. in c. dilectus. de ordi. cogni. glo. penul. versi. sed dices. & Archidia. in c. pia. super verbo, probauit. in fin. de excep. lib. vj. vt tenet glo. Ber. in c. venerabilem. de elect. Et vide infrà decis. 330.

EPITOME.

1 *Absolui an debeat reus conuētus ratione beneficij contra quē actor opponit de incursu in excommunicationem ab executoribus latam. licet non probauerit sententiam excommunicationis fuisse iniustam? Vel sic. Reus absolvitur per auditorem, si objiciatur quòd sit excommunicatus.*

Decisio 12. *aliàs* 329.

1 NOta † quòd vbi aliquis conuenitur ratione beneficij. & dicitur per partem aduersam conuentum, & reum in sententiam excommunicationis ratione processuum factorum ab executoribus incidisse. talis conuentus si petat se absolui à sententia processuum latorum, si quas incurrit, absoluēdus est per auditorem posito quòd non petat ad cautelam se absolui, secundum illa quę notan. per Innocen. in cap. per tuas. de sentent. excommu. super verbo, consueuit. versico. tamen si veller. licet Ber. & Hostien. in cap. cùm inter. de exceptionib. videantur notare quòd talis nō est absoluendus: donec sententiam excommunicationis latam iniustam probauerit.

EPITOME.

1 *Absolutio non impartitur nisi contrito & petenti: & propterea prior non potest petere absolutionem pro monachis vel subditis suis absentibus.*

Decisio 13. *alias* 319.

Et quid de canonico. vide Fely. de excess. versicu. dixit enim.

1 NOta † quòd prior qui se petit absolui vt dictum est licet possit in propria persona: non potest tamen petere pro monachis absolutionem vel subditis suis absentibus, nisi ad hoc habeat mandatum. iuxta notata in capitu. cùm desideres. de sententia excommunicatio. per Innocen. & quia absolutio non debet dari nisi contrito & petenti. vide suprà decisio. 60. & 126.

EPITOME.

1 *Excommunicatus antequam absolutus non tenetur respondere super eo quod iniustè fuit excommunicatus.*

Decisio 14. *alias* 31.

1 NOta † quòd vbi aliquis est excommunicatus. & conuenitur super eo super quo est excommunicatus: non tenetur respondere antequam absoluatur dummodo ostendat quòd iniustè fuerit excommunicatus: vt notatur in capitu. cùm inter. in prima glosa. de exceptionibus.

EPITOME.

1 *Excommunicari non potest hæres vel successor ex processu habito contra defunctum.*

2 *Hæres tenetur ex contractu defuncti: & pœna committituri a persona ipsius.*

Decisio 15. *aliàs* 338.

1 NOta † quòd ex processu habito contra defunctum non excōmunicatur hæres seu successor sine noua monitione: vt l. si seruus. ff. de his qui not. infa. quia sententia excommunicationis fertur propter cōtumaciam: quæ non potest allegari contra hęredem, quia qui in ius succedit alterius iustā &c. vt l. qui in alterius. ff. de regu. iur. & † licet hæres teneatur ex contractu defuncti: & 2 pœna committitur in personam hæredis: vt l. ad rem. de verbo. oblig. & l. fina. de nau. fœ. tamen actus merè concernens personam non ita transit de persona defuncti ad hęredem, sicut alij actus: vt dicitur in pacto personali. ff. de pact. l. iurisgētium. §. pactorum. Vnde antequam aliquis excommunicetur, oportet, quòd personaliter moneatur, nec sufficeret citatio ad domum: vt no. in c. fina. de eo qui mit. in pos. per Innocen.

EPITOME.

1 *Excommunicatus an dicatur pro manifesta offensa prælatus qui dixit se nolle parere literis contra se ad beneficium impetrantis: quamuis intimatis processibus prius dixerit se velle parere?*

Decisio 16. *aliàs* 352.

1 NOta † quòd si prelatus contra quem literę ad beneficium sunt impetratæ intimatis processibus executis dixit se velle parere, & post ex causis probabilibus dicat se parere nolle, appellando: & ideo excōmunicetur: non videtur excommunicatus pro manifesta offensa.

SVMMARIVM.

Excommunicationis exceptio an admittatur ad impediendas tres conformes interlocutorias?

EPITOME.

1 *Exceptio excommunicationis post tres sententias interlocutorias conformes latas super deuolutione cause an admittatur.*

2 *Clemen. vt calumnijs. an habeat locum in titulum sententijs interlocutorijs.*

Decisio 17. *aliàs* 417.

1 NOta † causa fuit pronuntiata deuoluta per tres interlocutorias: nunc impugnans deuolutionem prætendens nullitatem pronūtiatorum & processus extunc habiti, dicit partem quæ impetrauit commissionē fuisse tempore impetrationis excommunicatam: quæritur an sit audiendus? Et videtur quòd non: donec dictæ interlocutoriæ obtinuissent effectum suum. per c. vt calumnijs. de sen. & re iud. in cle. Fuit dictum quòd audiretur. quia præiudicialis erat exceptio. Item quia post finitum processum, & post finitam causam esset audiendus. ergo & nunc, antequam vlterius procederetur erat melius eum audire. & minus malum esset quàm post finem cauſę, vt lites breuiarentur. nec tres interlocutoriæ quæ latæ fuerant, valere non potuerunt: quia nullæ erant. arg. l. si expressum. de appellat. Nec obstat † cle. vt calumnijs. quia 2 loquitur in diffinitiua. sed caue, quia etiam habet locum in interlocutorijs: vt ibi not. super verbo, sentētias. & ibi est diuersa ratio quam hîc. vt patet ex illo tex. vide dec. xv. suprà de re. in antiq.

EPITOME.

1 *Interdictum an relaxetur ad cautelam præstita cautione: sicut relaxatur sententia excommunicationis?*

Decisio 18. *aliàs* 435.

Super hoc vide in dict.

1 NOta † vtrum. c. cùm contingat. de offic. delega. §. penulti. & fina. habeat locum in sententia interdicti: videlicet an ille qui iniustè in se latam sententiam interdicti conqueritur, debeat absolui, si pars aduersa contradicat lite super hoc pendente: dū tamen velit cauere de parendo mandatis ecclesiæ: sicut si absolueretur à sententia excōmunicationis. Quidam dixerunt quòd non: * donec docuerit de iniustitia sententiæ. quia non est eadem ratio periculi vel communionis vitandæ: sicut in excommunicato. pro quo de sententia excommuni. præsenti. cum ibi nota. libro sexto. sed per ibi not. videtur distingui posse de interdicto lato in personam vel in loco cùm ibi distinguitur quò ad beneficium absolutionis ad cautelam. Item quia præsumendum est pro sententia iudicis, &c. Tamen de facto obtinuit contrarium.

* Quid nam. Adde scribentes in c. præsenti. de sent. excommu. in vj. & ibi do. de sau. Gem. post multa tr

trarium.& in ista opinion.fuit maior pars dominorum. quia satis est magnum & sufficiens periculum in interdicto:vt æquitas dicti c.cùm contingat. locum habeat. nec per hoc aliquid de iustitia deperire potest parti adue: fæ:imò est eius vtilitas:ex quo ille cauere vult de parendo iuri,pro hoc de appel.qua fronte.vbi aliqui reputant expressum.sed non est:quia licet quæratur de sententia excommu. & interdicto : solum respondet de excommunicante * & non de interdicto . & magis posset induci in contrariũ,nisi diceretur ℣ quasi ex sufficienti paritate rationis, quod respondet de excommunicatione videtur de interdicto etiam respõdisse. & vide Io. And.in c.solet.versi.ad quartam.de senten. excommu. lib.vj.vide suprà decis.77.

EPITOME.

1 *Interdictum præstita cautione relaxatur sicut absoluitur simpliciter excommunicatus.*

2 *Interdictũ non potest suspendi,nisi in totũ relaxetur sententia.*

Decisio 19. *aliàs* 77.

1 NOta † ℣ secundum ℣ excommunicatus simpliciter absoluitur præstita cautione de stando iuri:vt c.cùm contingat.de offi.delega . ita habet locum dictum c.in interdicto,scilicet ℣ relaxetur interdictũ: * vt c.qua fronte.de appel.& no.Inno.in c.ad hoc. eod. tit.licet aliqui dicant contrarium per c.præsenti.de sententia.excom.lib.vj.cum ibi not.per Archid. Sed dic ℣ ibi loquitur in absolutione ad cautelam in qua aliud seruatur quàm in absolutione simplici.iuxta notata in c. solet.de senten.excom.lib.vj.sanct.c.cùm contingat. allegat. Vel dic,℣ vbi interdictum petitur ab initio relaxari per illum cui per culpam est latum:tunc posset habere locum c.cùm contingat.quia iniustè peteretur cautio de stando iuri, & de satisfaciendo ab illo qui non fuit in culpa , nec est obligatus:& ideo non mirum si in isto casu non fiat relaxatio sicut fit absolutio . quia non est tantum præiudicium in interdicto sicut in sententia excommunicationis: vt nota.per Io.mo.in allegat.c.præsenti.ad quod c.non est.de spon.Item † interdictum non potest suspendi , posito ℣ non relaxaretur sententia:& nõ potest suspendi, nisi in totum relaxetur:ideo non tantum præiudicium: vt no. Io.An.in alleg.c.præsenti.& vide suprà dec. 435. & 60.

EPITOME.

1 *Litis contestatio nõ requiritur vbi petitur declarari aliquem incidisse in canonem,si quis suadente diabolo.*

Decisio 20. *alias* 504.

1 NOta † si petatur quis declarari per ordinarium in curriisse in canonem,si quis suadente.quia percussit clericum ad finem ℣ denuntietur publicè excommunicatus,& euitetur à Christi fidelibus : non requiritur litis contesta.licet ordinarius,qui est executor canonis,debet parte vocata & cùm causæ cognitiõe summarie procedere & de hoc inquirere:vt legitur & no.in cle.prętienti.de censi.& de senten.excom.præsenti.& de pœn.c.j.& seq.super verbo,cõstiterit.per Io.An.& Pau. in clem.& Io.An.in ca.j.de offi.deleg.in cle.super verbo,repererit.decõsang.& affi.c.j.in cle.tamen quia hîc nihil petitur adiudicari vel auferri:quia hîc proceditur summarie,& sic nulla sit litis contestatio.pro quo alleg. no.Inno.in c.fi.de offi.iudi.& c.ad nostram.j.de iureiu. per c.sacro.de sen.ex.& no.in c.quoniam frequenter .§. in alijs.vt lite non contesta.& c.tuæ. per Ber. Specu. tamen tenet contrarium,℣ etiam in summarijs requiritur litis contestatio.de offi.iudi.§ fi.versi. sed quæritur.

EPITOME.

1 *Impetranti beneficia non admittitur exceptio generalis excõmunicationis opposita : & hoc in excommunicatione lata ab homine:secus si à iure.*

Decisio 21. *aliàs* 519.

1 NOta † ℣ nõ admittitur exceptio excõmunicationis contrà impetrantem quãdo allegatur generalis excommunicatio:vt quia lata per processus generales ab homine: secus si à iure . vt quia diceretur ℣ iniecit manus violentas in clericum : quia tunc admitteretur talis exceptio.quia plus delinquit in legẽ quàm in hominem arg.l.si libertus se minorem.ff.de iure pat. Nec obstat l.Celsus.de arbi . quia ibi delinquebat contra legem & hominem secundum bonum intellectum.

EPITOME.

1 *Absolutus simpliciter cum cautione:si non paret,an reincidat in excommunicationem ipso iure.*

Decisio 22. *aliàs* 524.

1 NOta † ℣ vbi excõmunicatus coram auditore ad hoc vt absoluatur promisit stare iuri & mandatis ecclesiæ:si non facit quod promisit:tunc si primò fuit excommunicatus à canone vel à iure , ex quo non adimplet quod promisit,ipso iure reincidit in excõmunicationem:vt c.eos.de sen.excom.lib.vi. quod c . videtur corrigere.no.per Ber.in c.de cætero.de sen. excom. Vbi autem fuit excommunicatus ab homine & absolutus per auditorem cum cautione de stando iuri : tunc si nõ facit quod promisit, nõ est ipso iure excõmunicatus: sed per eundem auditorem in eadem sentẽtia qua prius erat ligatus,est reducẽdus,donec fecerit quod promisit: vt cap.quoniam.de appellatio.& quod not. Ioan.mona. in allegat.c.eos.in fin.Nec est mirũ si per eundem auditorem posset reduci in primam sentẽtiam:quia sub conditione videtur absolutus:quod si conditio desit,non videtur absolùtus ab eodem auditore.arg.l.licet. in prin. ff.de iure doti.& l.si quis accepto.cum ibi nota. de condictio.ob caus.maximè infra annum à tempore absolutionis primus iudex valet eum reducere : quia tantum videtur durare eius iurisdictio: vt cap.quærenti.de officio deleg. Vel dicit quòd etiam in isto casu post annum quia sub conditione videtur absoluisse.aliàs non videtur functus officio,nisi existat conditio.per iura allega . vide decis.24.infra isto titu. §.*in no.11.eodem tit.*

EPITOME.

1 *Excommunicatio delegati non præmissa monitione canonica est nulla ipso iure.*

Decisio 23. *aliàs* 559.

1 VTrum † excommunicatio delegati monitione nõ præmissa sit nulla ipso iure? Quidam dicunt quod sic,per notata per Archid.de offi.delega.in fin. lib. vj.licet secus in ordinario:vt notatur in c.romana.§. sed nec.in Specula.de senten.excommunic.cum ibi notatis. per Archidiaconum. & per glosam. in capitu . sacro. in princip.eodem titu.& 13.quæstione j.in summa . Pro hoc,scilices quòd non teneat sententia delegati, bene facit quod notat Archidiaco.de offic.ordi.romana. super verbo,non attentent.& de senten . excommu. romana. §.in vniuersitatem.super verbo,prohibemus. libr. vj. & C.de legib.non dubium.sed contrarium credo. *Supr.eo.ti.10.*

EPITOME.

1 *Auditor secundæ instantiæ non absoluit excommunicatum ab auditore primæ,nisi visis actis primæ instantiæ.*

Decisio 24. *alias* 602.

TEnent domini auditores sacri palatij,† quòd si aliquis procurator petit se absolui ab excommunicatione coram auditore secundæ instantiæ lata ab auditore primæ instantiæ,debet primò videre acta primi auditoris si fecit bene : & tunc remittat eum absoluendum ad auditorem:si verò male fecit : absoluit eum incontinenti:in dubio si videtur,absoluatur:ne lis nimis differatur propter excommunicationem procuratoris. vide decisio.22.suprà isto titu.

EPITOME.

1 *Absolui potest excommunicatus in personam procuratoris habentis speciale mandatum ad hoc.*

Decisio 25. *alias* 656.

1 NOta † ℣ domini auditores sacri palatij non consueuerunt absoluere excommunicatos ratione causæ eis commissæ,nisi excommunicati sint præsentes in curia vel habeant in eadem sufficientem procuratorem: tunc possunt absoluere,secund'm Innocen.in cap. cùm desideres.de senten.excommu.licet ibidem teneat contrarium Hostien.sed dictum Innocen.seruat sacrum palatium.vide suprà deci.60.

* Aliàs excõmunicatum, & melius.

* Relaxetur interdictum. De hoc vide p do. de S. Germa. c. præsenti. de sent. excõmu. lib. vj.

EPITOME.

1 *Auditor non dat literas absolutionis præceptorias sed intimatorias.*

Decisio 26. aliàs 672.

1 NOta † ℘ si aliquis dominus auditorum sacri palatij absoluit aliquem in aliqua causa sibi commissa simpliciter vel ad cautelam:& pars absoluta petit fieri literas mandatas ad partes,℘ denuntient talem fore absolutum:℘ non potest hoc mandare:sed bene potest facere literas intimationis,℘ talis absolutus,&c.

EPITOME.

1 *Processus factus cum actore excommunicato valet,si non opponatur.*

Decisio 27. aliàs 718.

1 DIc † quòd si agatur in aliqua causa cum actore excommunicato,℘ valet quod agitur cum eo,nisi excipiatur.pro hoc facit c.j.de rescript.lib.vj.& ita seruat Rota.de hoc in c.prudentiam.§.sexto.de offi.deleg.& c. 2 pia.de exceptio.lib.vj.

EPITOME.

1 *Excommunicatus potest acceptare beneficium: sed non potest sibi per executorem prouideri.*

Decisio 28. aliàs 720.

1 NOta † quòd excommunicatus maiori excommunicatione potest acceptare beneficium vacans ratione gratiæ,si quam habet:prouisio verò non potest sibi fieri per suum executorem.iuxta cap.postulasti.de clericis excommunica.ministran.& ita etiam seruat Rota. Et licet dictus excõmunicatus acceptauerit beneficium.& etiam prouisum fuerit per suum executorem de suo beneficio vacan.& secundus acceptauerit & prouisum fuerit per suum executorem,qui est in possessione dicti beneficij. & licet primus expectans habuerit vnam sententiam pro se vel duas in prima vel secunda instantia:obiectus tamen excommunicationis non fuit oppositus:in tertia verò fuit admissus ad probandum dictam excommunicationem:qua probata auditor tertiæ sententiæ absoluat secundum acceptantem & possidentem dictum beneficium ab impetitione primi acceptantis:nec dicendo in sua sententia de prædictis duabus sententijs latis pro primo acceptante.& in hoc cõcor. Rota dominorum auditorum sacri palatij sicut fuit de facto in causa excommunicati & secundo acceptan.& possiden.pro quo tuli sententiam.vide deci.126.

EPITOME.

1 *Citatus vt personaliter in causa criminali criminaliter intentata compareat:si non veniat, excommunicatur: secus si ciuiliter.*

Decisio 29. aliàs 724.

1 NOta † quòd si aliquis fuit citatus in aliqua causa criminali personaliter: si agatur criminaliter & non veniat potest excommunicari:secus autem si agitur ciuiliter de crimine.& ad hoc facit capitu.veniens. de accusationib.

EPITOME.

1 *Excommunicatus an possit absolui tempore feriato pendente termino ad dicendum contra commissionem pro se præsentatam?*

Decisio 30. aliàs 785.

1 SCiendum est † quòd si aliqua commissio impetratur & præsentetur domino auditori sacri palatij tempore feriato:qua præsentata assignatur terminus ad dicendum contra commissionem ad primam diem iuri dicam.& si pendente illo termino petatur absolutio ad cautelam,vel simpliciter:℘ pendente illo termino non debet dari illa absolutio:sed potest assignari terminus ad illum actum solùm faciendum tempore non feriato ad diem qua sedebunt in sacro palatio,& si in prædicta die assignata nõ dentur exceptiones generaliter cõtra commissionem prædictam:tunc dictus auditor potest absoluere prout erit iuris & rationis:aliàs pendente dicto termino ad dicendum contra commissionem auditor non potest absoluere.& ita seruat Rota.

EPITOME.

1 *Arrestatus qui recessit:non debet excommunicari,nisi citetur per audientiam contradictarum ad hoc.*

Decisio 31. aliàs 823.

1 SCiendum est † quòd quando aliquis est arrestatus in curia pro aliqua causa,& recedit illicentiatus: & petatur per partem excommunicari: quòd incõtinenti non debet excommunicari, imò est antea citandus per audientiam contradictarum.

EPITOME.

1 *Metus excommunicationis iniustæ excusat eum qui contestatur litem cum protestatione.*

2 *Excommunicatio iniusta est iustus metus.*

Decisio 32. aliàs 490.

1 NOta † si aliquis contestetur litem super libello cui obstant exceptiones,vel aliàs propter sui ineptitudinem, non esset respondẽdum metu excommunicationis sibi comminatæ:si de hoc protestetur:metus eum excusat, & iudex grauat quia licet metus excommunicationis iniustæ non excuset:vt not.Ber. in capitul.cùm dilectus.quod metus causa.tamen † iniusta excommunicatio est iustus metus:vt ibi not.Hostien.& Ioan.Andr. & sic loquitur glos.ij.Ber.in capitul.olim.tertio de restitutione spoliatorum.

Supra eod.ti in no.x.

De Verborum significatione.

EPITOME.

1 *Dictio, & cætera. non extenditur ad clausulas substantiales.*

Decisio 1. aliàs 353.

1 NOTA † quòd verbum, & cætera. positum in protocollo non se extendit ad tales clausulas substãtiales. per notata per Innocentium in capit.fraternitatis.de hære.

EPITOME.

1 *Annum domini curia romana computat in festo natiuitatis eiusdem.*

Decisio 2. aliàs 809.

1 SCiendũ est † quòd curia romana quolibet anno computat annum domini in festo natiuitatis eiusdem.

EPITOME.

1 *Data in bullis apponitur sub die datæ supplicationis, non examinis.*

Decisio 3. aliàs 667.

1 SCiendum est † quod quando dominus Vrbanus papa quintus facere volebat gratiam iuxta formã, dignum arbitramur.ad supplicationem alicuius de beneficio vacante vel vacaturo,& committebatur examinatio alicui,quòd si inueniatur idoneus: tunc ponebatur data in litera apostolica diei supplicationis datæ, & non diei in qua facta fuerat examinatio.

EPITOME.

1 *Impetrans primus in forma communi præfertur secundo in forma speciali.*

Decisio 4. aliàs 127.

1 NOta † quòd primus in data in forma cõmuni præfertur secundo in forma speciali. de quo dic vt not. per Ioan.Andr.in cap.vn. de concessio.præben.in clem.

EPITOME.

1 *Dubia in causa debent dari partibus præsentibus.*

Decisio 5. aliàs 793.

1 SCiendum est † quòd in ciuitate romana est consuetudo,quòd iudex in causa dat dubia præsentibus partibus: & si non faceret, suspectus haberetur. & ideo communiter quando aliqua debent poni in relationibus in sacro palatio per partes vel aliquam partium, dantur dubia causæ aliquoties auditori,vel auditor dat eis.

EPITOME.

1 *Actore non probante reus etiam si nihil petat,debet absolui: & perpetuum silentium super molestatione actori imponi.*

Decisio 6. aliàs 461.

1 NOta † actore * non probante seruatis terminis reus ab impetitione actoris. licet nullam petitionem dederit,potest & debet absolui. per regul. actore non probante &c. & quia trahendo reum in causa satis impetiuit,& molestauit, & impediuit: & ideo potest & debet actori etiam super huiusmodi molestationibus perpetuum silentium imponi.de proba.licet.

* Nota actore &c. Hæc decisio.etsi hic male collocata sit: eã tamen habe ac si suo proprio titulo (quæ est de probationibus) posita foret.

EPITO

EPITOME.

1 *Citatus si non compareat, nec minus qui eum citari fecit: quid agendum.*

2 *Absolutio ab impetitione non conceditur ob solam contumaciam actoris: sed requiritur quòd iteratò citetur ad videndum absolui reum ab impetitione.*

3 *Actor si fuerit contumax, condemnabitur in expensis: neque audietur nisi præstita cautione.*

4 *Reus non absoluitur ab instantia iudicij: nisi citato ad hoc actore.*

Decisio 7. aliàs 886.

Milit in reper 1 tona sue. sub verbo, actor. ver-actore nõ probante.

NOta † ℣ * vbi aliquis trahit alium ad iudicium, aliquando reus in termino cõparet, & actor non: aliquando econuersò: aliquando neuter ipsorum. si neuter: tunc circunducitur edictum, & compensatio contumaciæ hincinde fit: vt l. si ambo. ff. de compensa. si autem actor comparuerit, & reus non: aut terminus est peremptorius: aut non. si peremptorius: tunc potest excommunicari. si nõ est peremptorius: potest fieri condemnatio in expensis. & de hoc not. in cap. fina. de dolo & contumacia. & in capi. querelam. de procuratoribus. Si autem reus comparuerit & actor non: aut libellus est oblatus, aut non. si libellus est oblatus: aut † reus vult vt absoluatur ab impetitione: & tunc non sufficit quòd actor solùm fuerit contumax: sed oportet vt iteratò citetur ad videndum absolui eum ab impetitione. prout notat Innocen. in cap. consuluit. de officio delega. & tunc etiam habet locum cap. vt nostrum. cum concordan. scilicet, quòd actore non probante reus absoluitur. si autem † pro contumacia actoris petit condemnari in expensis istud est faciendum: & tunc non admittitur vlterius ad agendum nisi præstita sufficienti cautione. iuxta cap. actor. de dolo & contumacia. libr. vj. Si autem libellus non est datus per actorem, qui est contumax reo comparente: tunc aut reus vult solùm condemnationem in expensis, & dabitur iuxta cap. præallegatum actor. aut vult absolui ab instantia iudici: & illa tunc vendicat sibi locum: vt no. Inno. præalleg. c. consuluit. de officio deleg. sed oportet quòd iteratò tunc ad † istum actum citetur actor ad instantiam rei ad videndum ipsum absolui ab instantia iudicij. vt not. Innoc. ibidem. & c.

2

3

4

* Nota quòd &c. Presens dec. melius tit. de iudicijs, quàm huic cõmenti.

FINIS DECI. ANTIQ.

DECISIONES ANTIQVIORES PER REVEREN. PATREM D. BERNARD. DE BISIGNETO SACRI PALATII CAVSARVM AVDITOREM ET DEMVM S. ROMANAE ECCLE. CARDINALEM IN HVNC QVI SEQVITVR MODVM REDACTAE.

De Constitutionibus.

Decisio 1. similis est deci.nume.j.eod.in antiquis.
Decisio 2. vide similem.nume.13.de consue.in antiq.

De Rescriptis.

EPITOME.

1 *Interessatus veniens ad causam antequam admittatur ad dicendum contra commissionem docere debet saltem summariè de interesse suo.*

Decisio 1.

Fely.in c.auditis.col.14.ver.dixit.de prescrip.& in ca.cum super.de offi.deleg.& Inno.in d.c.veniens.

VTRVM † quando committitur causa contra talem: & alios quorum interest. si aliquis prætẽdens sua interesse velit admitti ad causam & dicendum contra commissionem:prius debeat docere de interesse suo saltem summariè. Fuit decisum quòd sic per decret.veniens.ij.de testi.& quia debet se ostendere qualificatum qualitate in commissione descripta &c.

EPITOME.

1 *Commissio impetrata cum facultate citãdi sua interesse putantes an extendatur ad multos,& an illos actor in decreto citationis debeat nominare?*
2 *Scienti causam in qua prætendit se interesse habere inter alios agitari:si se non opponat,sibi paratur præiudicium.*

Decisio 2.

Felin.c.frater.1 circa fi.de rescrip.& in c.pastoralis.§.quoniam.& in Dec.c.Mihi in reperta.sec.in verba, rescrip.per qũ datur potestas.

* Auditorij. *but.lege Auditorum & melius.*

ITem † an actor in primo citatorio debeat specificare illos quorum interest:& an virtute illius clausulæ posset vltra quatuor cõuenire: vt sic habeat locum c.cùm in multis.de rescrip.lib.vj. Et videtur quòd possint multi conueniri.ar.no.per Inno.extrà de excep.dilecti. Fuit obtentum inter dominos & decretum quod illud c. non seruatur in commissionibus quæ fiũt in palatio auditoribus * quia commissiones quę fiunt in curia,cùm fiant ratione ordinarij & superioris iurisdictionis quã habet papa præsertim super causis deuolutis vel aliàs tractandis in curia,non sunt adeo restringendæ: quèadmodum cõmissiones quæ fiunt ad partes iudicibus delegatis,quę tendunt in eneruationem seu diminutionem iurisdictionis ordinariæ,&c. Posset dici ꝙ verba illa,quantum ad actorem ne possit infinitosvexare.debebant restringi ad quatuor in principio citationis nominandos:vt d.c.cùm in multis.quia ratio scilicet infinitatis & vexationis vitandæ sibi locum vendicat in hoc casu : sed quò ad alios non ad eius instantiam citandos: qui prætẽdentes sua interesse vellent venire ad causam docendo de interesse,
2 extendatur ad multos.quia † etiam si se nõ opponerent, scientes causam agi,eis pararetur prę̃iudicium.iuxt. no. per Inno.in c.quamuis.& in cap. cùm super. de re iudic. & iuxta l.sæpe.§. cur autem.c.tit.& pro hoc facit quod not.Ioan.Andr.in dict.c.cùm in multis.

EPITOME.

1 *Commissio per præsentiam partium impetrata,& citatio executa in personam procuratoris cuius reuocatio ad sui notitiam nondum deuenerat,an deuoluat causam.*
2 *Processus agitatus à procuratore reuocato, cuius reuocatio non deuenerat ad notitiam,valet.*

Decisio 3.

1 IMpetrata † est commissio tanquam per præsentiam partium.& apprehensus quidã procurator reuocatus, tamen ante impetrationem huiusmodi cõmissionis: sed tempore præsentatæ cõmissionis & citationis de eo factæ nondum reuocatio peruenerat ad notitiam impetrantis vel procuratoris:sed postea reuocatio peruenit ad dictæ partis notitiam.& citatus ad dicendum contra cõmissionẽ excipit de reuocatione . Pro parte impetrantis cõmissionem dicitur ꝙ adhuc causa debet esse in curia:
2 ex †quo tẽpore impetrationis adhuc reuocatio nondum peruenerat in eius notitiã:nam * quicunq; processus ante habitus cum eo etiã tenuisset.per l.j.C.de fatisd.& per l.si procurator.cum ibi not.ff.de procu.& extrà de procura.mandato.sed per ibi not.& Inno.per eundẽ c.tit.in nostra.videtur ꝙ sufficiat reuocatio etiã si ignorat aduersarius & eius procurator: dum tamen non sit processum ad litem contesta.& videtur hoc probari à cõtrario in d.c.mãdato.licet Bernar.sentiat ibi contrarium. Fuit quasi per omnes dictum, ꝙ causa non esset in curia:& quod ignota reuocatio sufficiat , præsertim quò ad hoc ne per eius præsentiam eam posset dici fuisse in curia.quia nulla in hoc potest dici partis deceptio:ex quo talis procurator nihil fecerat,nec faciebat:sed solùm de hoc agitur an solius procuratoris reuocati prę̃sentia in curia faciat partem reuocantem censeri esse præsentem in curia.

* *Nam.lege, cùm.*

EPITOME.

1 *Commissio in qua quis tacet duas sententias contra se latas:& petit se admitti ad dandos obiectus:non obst.c. vt circa. de elect.lib.vj.non censetur surreptitia.*
2 *Status causæ ita exactè non venit specificandus in commissione eidem iudici facienda.*

Decisio 4.

1 QVidam † dedit obiectum contra petentem beneficium de excessu summæ:sed quia non expresserat in appellatione fuit exclusus propter malam appellationem.tandem latis duabus sententijs contra eum & pro actore in fine tertię̃ instãtię̃ obtinuit à papa quod admitteretur ad probandũ obiectum non obstãte decretali,vt circa.& si probasset quod actori imponeretur silentium perpetuum:tamen in ista gratia seu cõmissione non fecit mentionẽ de duabus sentẽtijs latis, nec de alio statu causę̃.Quæritur an sit surreptitia?Quidam dicunt quòd sic.per c.inter monasterium.de re iudi.Alij contra quia etiam si expressisset,papa cõcessisset,cùm ex alio capite non excluderetur nisi propter formã c.vt circa.non seruatã.Item papa hîc considerauit solùm non ius actoris.Item etiam ex quo eidem auditori committitur,nec agitur de reuocatiõe iurisdictionis, nec de causa alij quã
2 primo committenda: non † est necesse ita exactè de statu causæ facere mentionem.iuxt.not.per Iuno.in c.ex literis patriarchæ.de offi.deleg.

Fely.in c.cateruin.col.ij.ver. limita. vj. de rescript.

Decisio 5. similis est de rescript.nu.50.in antiq.

EPITOME.

1 *Commissio impetrata ante datationem apostolorum, an valeat?*
2 *Appellanti à die latæ sententiæ currit tempus prosequendæ appellationis suæ.*
3 *Cancellaria non daret auditorem vbi exprimeretur pendere terminum ad dandum apostolos.*

Decisio 6.

Adde deci.nu. xix.de appel. in antiq.

1 VTrum † si appellatur à grauamine vel interlocutoria ante datationem apostolorũ possit auditor vel iu-

dex impetrari:& an si de facto impetretur,valeat impetrario: & an possit impetrans procedere in causa illius appellationis antequam per illū à quo fuit appellatum, fuerint dati apostoli:& an si de facto processerit,nec per appellatum fuerit exceptum aliquid, valeat processus?
2 Quidam tenent de omnibus quòd sic. quia † tēpus prosequendæ appellationis currit appellanti à die latæ sententiæ,vel illati grauaminis: vt c.sicut.de appel.in clem. & ibi not. Igitur tempus dationis apostolorum nō debet sibi auferri quominus possit interim suam appellationem prosequi. Non obstat si dicatur quòd primus adhuc remanet iudex: quia eius iurisdictio est suspensa, fatentur tamen quòd si ille reuocaret grauamē, & reponeret partes in statu retro:omnia acta per iudicem super appellatione impetratum erūt nulla. Alij verò tenent contra, propter malitiam ita subito impetrantium : vt citò
3 faciant iudici à quo inhiberi. & quia † cancellaria non daret auditorem super appellatione si sibi fuisset expressum, quòd pendet terminus assignatus ad dandum apostolos. primam tamen opi. credo veram de iure.

EPITOME.

1 *Executores gratiarum pauperum, an simplices clerici deputati de facto procedendo dicantur nulliter procedere.*
2 *C.statutū.an habeat locū in executoribus gratiarū.& nu.4.*
3 *Executores gratiarum possunt sibi assumere partes iudicis, & procedere parte vocata & non vocata : & dicuntur habere iurisdictionem.*
4 *Caput statutum.non habet locum in executoribus gratiarum.*
5 *Gratia, est quid principale:executoris datio, est quoddam accessorium.*
6 *Executor necessariò non pronuntiat super idoneitate.*
7 *Subexecutores deputari possunt personæ in dignitate non constitutæ.*

Decisio 7.

Vide decis.31. de rescript. in 1 antiq.

VTrum.c.statutum.de rescrip.quò ad personas habeat locum in executoribus gratiarum. & † an si de facto cancellaria super gratia pauperis vel alia deputauit non in dignitate constitutum &c. sed forsan simplicē clericum valeat processus per talē executorem factus super purificatione gratiæ pauperis? Hanc quæst. habui de facto coram me in causa Electen. fuerunt deputati tres executores cū illa clausula,quòd si nō omnes, duo vestrū &c. inter quos fuit vnus executor deputatus sacrista Electen.de quo dicebatur quòd nō habet dignitatem nec personatum in ecclesia,sed simplex officium. & quòd est monachus: quia ecclesia est monachalis.nec fiebat mentio de monachatu corā quo pauper vnà cum quodam alio de executoribus tertio se excusante purificauit gratiam suam. & per eum & illum executorē fuit de idoneitate pauperis inquisitum,ac fuerunt facti processus, ac deputati subexecutores vt moris est. tandē vacante quadam ecclesia cadens sub gratia. ille pauper acceptauit infra tempus debitum: & per vnum subexecutorem sibi fecit prouideri.sed per vnum sequentē in data,qui eandem ecclesiam acceptauit, & sibi fecit prouideri, opponebatur quòd purificatio facta per primū coram illo sacrista nō tenuerat:& per consequens nec processus nec acceptatio inde secuta. Quærebatur an bene diceret ille secundus? Et videbatur pro secūdo & contra
2 primū, quia † curia romana quò ad personas seruat dictum c.statutū.in executoribus gratiarū: vt no.Io. And. in nouel.in c.illo statutū.§.in nullo.super verbo,citet.in fin.& ita expresē dixit mihi etiā dominus Penestrinen. & omnes de cancellaria, ꝙ non deputarent executores super gratijs nisi personas tales quales requirit.c. statutum. Itē pro hoc facit. quia † executores gratiarū possunt sibi assumere partes iudicis: & procedere siue parte vocata siue non &c.& habent iurisdictionē: & possunt fulminare censuras &c.iuxta cle.j.de off.dele.cū ibi no. Item no.Inno.in c.dudū.de præsump.Igitur reputentur tales quales debēt esse iudices secundum formam.c. statutum. præsertim in casu proposito, cùm deputati sint super gratia pauperū: quare videtur deputare super materia iustitiæ:vt not.glos.in e.si pauper clericus.de præben.& per docto.in cle.cùm ei quem. igitur tales personæ debuerūt deputari quales in literis iustitiæ deputantur per c.statutum.& in ista opi.erāt domini decanus de Burlaco tunc præsens in cancellaria iustitiæ, & dominus Gerbragosæ tunc referendarius domin. In contra-
4 rium videbatur pro primo quia secundum † opin.Ioan. mo.c.statutum. nō habet locum in executoribus gratiarum:vt ipse ibi no.in prima parte. Nam solùm loquitur in iudicibus deputatis ad causas. ergo in deputatis executoribus ad beneficia stabitur iuri cōmuni, quo ante illud c.statutum.quilibet erat capax cōmissionis,nisi esset prohibitus.& eandem opinionem etiam tenuerunt Zenzelinus,& Gul.de monte Laud.in extrauagā.sedes apostolica.præsertim quia dictum c.statutum. est pœnale, nisi cùm annullat in contrarium facta : igitur restringatur, & strictè in deputatis ad causas de quibus loquitur, intelligatur,& in suis terminis teneatur.ar.reg.iu.odia.&
5 pro hoc etiā facit.quia gratia † est quid principale:executoris autem datio est quoddam accessorium.in c.si super gratia.de offi.deleg.li.vj. Ergo non tanta excellētia requiratur in tali executore qui sic accessoriè deputatur, sicut in iudice qui principaliter in causa deputatur.præsertim quia inquisitio super idoneitate facta fuit sine partis vocatione:nec habuit contentiosam iurisdictionē exercere:nec tunc fuit oppositum de sacrista, quòd non est dignitas. & etiam cùm constabat de idoneitatis veritate,non curabat. & erat intentio sua quòd si esset idoneus gauderet gratia:nec pronūtiatio † super idoneitate
6 est necessaria secundum no.in c.cùm ei quem.de concess. præben.in clem.& etiam quia pauper ibi in nulla culpa fuit, si recepit executorē sibi datum in cācellaria & purificauit coram eo bona fide : & præsertim cùm ille pro canonico executore se gereret, & reputaretur: & forsitan pauper eum in dignitate credebat esse constitutum. Igitur multum est sibi subueniendū, ne ruant processus, cùm laboret morbo alieno.C. de naturali.li.l.legē.præsertim ex quo de eius idoneitate constabat:nec pars eam negabat. Nec est sibi imputandum si nimium de eius sacristæ qualitate non inquisiuit:imò cùm sit datus à cancellaria, & pro capaci se gerentem habilem credidit.ar. l.dele.j.§.fin.ff.de noua. præsertim cùm tunc de nullius præiudicio tractaretur. ergo & sibi & cancellariæ credere potuit: nec ad exactissimam diligētiam seu curiositatem fuit astrictus.arg.concor. iurium de exercito.l. fi.§.interdum.quę ita concor.cum l.j.§.sed si sic acceperit.de in rē verso.ff.de iur.& fact.ign.nec suspiria. Nec obst.contra, quia dato quòd cancellarius seruet quò ad personas executorum decre.statutum.nō tamen propter hoc sequitur quòd de iure habeat locū in eis,cùm soldm loquatur in deputatis ad causas,vt supra dixi.Item & si cancellaria nō consueuerit nisi tales personas in executores deputare,quales exigit c.statutum. non tamen sequitur ꝙ si de facto alios deputauerit, quin valeat:cùm multa sint quæ & si fieri non debeant nec soleant : facta tament tenent:vt l.j.§.biduum.ff.quādo appel.sit. de regula.c.ad apostolicam. Itē dato quòd cancellaria seruet c.statutum.quò ad personas in executoribus gratiarum: non tamē propter hoc sequitur, quòd eius pœna quæ est in §.fin.per quam totū quod secus agitur,annullatur,locum habeat in eis:cùm pœne non sint extendendæ, sed etiam nec in eis habet locum decre.statutum. quò ad citationes faciēdas, nec quò ad modum procedendi: vt ibi not.Archidia.in §.in nullo.& Ioan.And. in nouel.super verbo,citet.nec etiam obseruatur in eis quò ad subdele-
7 gatorum personas, quod patet. quia † quotidie deputantur per eos subexecutores etiam simplices clerici,vel præsbyteri. ergo multominus debeat seruari in eis pœna illius capituli. Nec obstat,quod possint sibi assumere partes iudicis. &c. quia illud est incidenter, si apparet oppositor vel contradictor, & istud etiam est accessoriè scilicet,pro quadam præparatoria inquisitione super idoneitate : vt gratia quæ est principalis, possit per eos effectui demandari. Et ideo cùm quicūque aliās idoneus de iure communi etiam si non sit de personis capi. statutum. sit capax commissionis, quò ad executionem:vt gratia quæ est principalis, demandetur effectui: ita etiam erit capax istius iurisdictionis incidentalis & accessoriæ : licet aliàs si illa per se, & principaliter committeretur,

committeretur, eius non esset capax. argum. in simil. C. de iudic. l. quoties. cum ibi not. C. de ordine iudi. l. j. & ij. cum concor. Nec obst. quòd literæ pauperum sunt iustitiæ: quia esto ꝙ illud verum sit: non tamen deputãtur in eis iudices ad causas: sed ad prouisiones de beneficijs faciendis principaliter, & huius gratia, quasi pro quodam præparatorio ad inquirẽdum de idoneitate: & ideo non habet locum in eis c. statutũ. quod loquitur de literis iustitiæ, cùm scribitur eis quibus is ad quem pertinebat prouisio. aliàs de necessitate non erat astrictus prouidere: imò tunc magis debet gratia reputari. secus si ille esset astrictus aliàs de necessitate prouidere: vt in c. relatum. & in c. cùm secundum apostolum. de præbend. & si tunc contra tales prouisiones deputarentur iudices: forsan haberet locum c. statutum. & pro ista parte scilicet pro primo, & pro valore processuum suorum fuerũt omnes domini in rota, vel maior pars eorum. præsertim moti ex æquitate. & pro ista parte tuli sententiam eorum consilio. & iunge quod not. Zen. in extrauagan. sedes apostolica. ibi, quinto quæro quæ personæ.

EPITOME.

1 *Gratia pauperis nolentibus suis executoribus eam purificare, habetur pro purificata stante veritate idoneitatis.*

Decisio 8.

1 VTrum † si executores noluerunt gratiam pauperis purificare habeatur pro purificata: vt sic teneat acceptatio beneficij vacantis. nec expiret gratia, per reuocatoriam: dum tamen aliàs constare possit ipsum tunc fuisse idoneum. tenent quòd sic. & sic dicebant dominus Innoc. vj. consultum per auditorem voluisse: ex quo per eum non stetit. arg. l. iure ciuili. de condi. & demonstra. licet quidam tenerent contra: sed quod agat contra executores ad interesse. per cap. pastoralis. de iure patro. sed ibi episcopus habebat: & poterat iure ordinario alia beneficia conferre: secus est in executoribus. hodie reuocatoria hoc continet expressè.

EPITOME.

1 *Positioni concernenti excommunicationem, an respondere quis teneatur?*

2 *Excommunicatio iuris infertur ob crimen.*

3 *Excommunicatio hominis infertur pro contumacia.*

4 *Rescriptum impetratum ab excommunicato pro non excommunicato, si impetrando non fuit oppositum de excommunicatione, valet.*

Decisio 9.

1 VTrum † si commissio impetretur per procuratorem non inserto nomine proprio. postea Titio procuratore causam prosequente volo opponere sibi, quòd ipse est ille qui impetrauit cõmissionem, & quòd tempore impetratæ commissionis erat excommunicatus, excõmunicatione hominis: & sic volo inferre quòd commissio non valeat. Quæritur an ad articulos de ista materia datos teneatur respondere. Licet quidam dicant quod sic. quia licet tendant ad obiectum, non tamen tendunt ad crimen: dicentes quòd cùm opponitur de excom
2 municatione iuris, non tenetur respondere quis. † quia
3 illa infertur ob crimen. secus † de excommunicatione hominis, quæ demùm infertur pro cõtumacia, quæ non est crimen: Tamen communiter omnes tenuerunt contrarium. tum quia tendit ad obiectum: tum etiam, quia
4 † licet procurator impetrãs sit excommunicatus: tamen valet rescriptum pro domino nõ excommunicato, si impetrando non fuit oppositum de excõmunicatione procuratoris: vt tenet Archid. in cap. ipso iure. de rescrip. ad quod C. de preci. impe. offe. l. j. & hãc partem tenet glo. extrà de procura. consulti.

EPITOME.

1 *Auditor secundus gratiam, si neutri. directam primo auditori eius proprio nomine expresso an possit illam exequi.*

2 *Appellationis causa est alia à prima.*

3 *Appellationis in causa non oppositũ opponi potest: & non propositum proponi, si tamen dependeat ex antiquis, vel ea concernat, & ex eis trahat originem.*

Decisio 10.

SCribebatur per papam Titio auditori ꝙ si sibi constaret neutram partium litigantium corã eo habere ius in quodam beneficio reseruato, de quo litigabant, ꝙ pro uideret vni. Tamen antequam sibi literæ præsentarentur, ipse tulit diffinitiuã sententiam pro altera parte ignorans reseruationem: sed ab eius sententia extitit appellatum: & causa appellationis commissa alteri auditori: coram quo appellans nunc presentat literas, quę primo auditori dirigebãtur expresso nomine proprio: & petit sibi prouideri per eum. quia sibi cõstat obstante reseruatione
1 neutri eorum ius quæsitũ. Quæritur † an sequens auditor virtute literarũ illarũ duntaxat possit sibi prouidere? Quidam dicebant quòd sic: quia substitutus est loco eius: igitur eius vice fungitur: & quia etiã sibi scribebatur sub nomine auditoris. igitur transeat potestas in secundum sibi in causæ iurisdictione succedentem. arg. c. quoniã Abbas. Alij verò dicebant contra. quia exprimebatur in illa nomen proprij primi auditoris. sed † quia
2 causa appellationis est alia à prima: & quia hæc potestas non attribuitur virtute iurisdictionis quam primus habebat in causa, vel occasione causæ. in qua iurisdictione secundus bene subsituitur: sed virtute noui mãdati. quia nondum primo auditori ante sententiã fuerat presentatum: in quo nouo mãdato secundus auditor non substituitur virtute commissionis sibi impetratæ super causa appellationis, virtute cuius non veniunt nisi ea quæ erant in causa corã primo auditore. Istud autem nouum mandatũ non erat tunc in causa corã eo: igitur non venit sub virtute huius cõmissionis secundo auditori super causa
3 appellationis impetrato. Nec obst. si dicatur ꝙ † in causa appellationis non oppositũ potest opponi & non propositum proponi. quia verũ est dum tamen dependeat ex antiquis vel ea concernat, & ex eis trahat originẽ. iuxta not. per Inno. in c. fraternitatis. de testi. quod non est in hoc nouo mãdato. ex quo ius nouum quæsitũ fuit impetranti illud ad prouisionem de beneficio obtinendam. ad idem quod not. ipse Inn. in c. cùm Bertol. in fi. de re iudi. pro hac parte etiam alleg. l. cùm apud Sempro. ff. iudica. Iol. tamen omnes bene concordabant in hoc, ꝙ licet secundus auditor non posset prouidere virtute illarum literarum alteri sub nomine proprio concessarũ: tamen bene posset sibi prouidere per c. auditor. de rescript. in cle. sed ibi petebatur vt debitũ inserta causa à principio, nec apparebat reseruatum, & ex illa debebatur.

EPITOME.

1 *Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo surreptitio an valeat?*

2 *Delinquere plus dicitur obrepens quàm surrepens.*

Decisio 11.

TItius contra Seium primò quoddã rescriptum apostolicum ad certos iudices, tamen surreptitiè, impetrauit: & postea secundò alios iudices super eadem causa non surreptitiè: quia quæ omiserat exprimere in primo, expressit in secundo. nulla tamen facta mentione de primo rescripto cõtra eundẽ Seium rescriptum aliud
1 impetrauit. Quæritur † an valeat secundũ non faciens mentionem de primo & fuit dictum quòd sic. quia in secundo de primo rescripto surreptitio nõ tenebatur facere mentionem. & præsertim si contra primum fuit oppositum de surreptione. ar. not. per B. de rescrip. ex teno re. circa fi. magnæ glo. & de concess. præben. cum nostris. super verbo, non vacaret. Nec obst. si dicatur, quòd cùm contra secundũ obijcitur de primo, ꝙ ipse non potest replicando allegare surreptionẽ primi: quia sic turpitudinem propriã allegaret: quia potest allegare hoc sine turpitudine prætendendo se erralle impetrationem primi omittendo: sed exprimere potest inaduertentia vel ignorantia, illa quæ fuerant exprimenda, ex quorum omissione surreptitium reddebatur. & hoc satis potest dici in surreptione: sed quid in obreptione, si in prima expresse rat non exprimẽda, quorum expressio falsa nulla potest excusatione celari: tunc forsan potest dici quòd non audiatur replicando allegans obreptionem primi: cum sic suam turpitudinẽ inexcusabilem allegaret. pro hoc etiã
2 † quòd plus deliquit in obrepiendo quàm in omittendo seu non faciendo. igitur &c. illud verum quando ex certa sciẽtia & per malitiam: secus si per errorem & non per malitiam hoc fecisset.

Decisio 12. *Similis est deci.nume.54.de rescript.in antiq.* Adde Felyn.in c.cùm ordinem.col.fin.ver. & adde de rescrip. & dum dicitur,quod dictio, alia.implicet similitudinem qualitatis,adde Card.in cle.ij.in princ.de reb. eccles. non alienand. & in cle.ij.in prin.de cele.missa. & in c.sedes.de rescri. vbi dicit,alia.repetit eandem qualitatem sicut alter.

EPITOME.

1 *Processus in vim literarum surreptitiarum parte non opponente valet.*

2 *Causa semel deuoluta ad curiam, non potest extrahi, nisi de certa scientia papæ.*

Decisio 13.

Felyn.in c.ad audientiã. ij. col.xiij. versi. fallit. vj.de rescript.

VTrum † si sit delatum appellationi in partibus:& præfixus terminus ad prosequendũ:& forsitan appellatio approbata à parte appellata,& sic causa debeat tractari in curia.iuxta c.oblatę.& c.cordi.de app. pars tamen appellans vel aliàs tacito de delatione & termini prefixione impetrat quosdam iudices ad partes:an valeat impetratio ipso iure: & sic processus per tales iudices habitus super appellatione, si nõ excipiatur à parte valeat non obstante literarum surreptione? Et videtur quòd sic,quia licet literę sint surreptitiæ:& si excipere tur de surreptione deberent carere viribus.iuxta c.oblatæ.& præsertim si prędictus fuit terminus in impetrando.iuxta c.sępe.in fi.tamen ex quo pars aduersa non excipit,processus valere debet.ad hoc facit quod not.idem Innoc.in c.super literis.eod.tit.vbi videtur hoc expresse dicere de literis impetratis in causa appellationis, quæ erant surreptitiæ: quia reuera appellatum non erat.arg. not.de rescrip.ad audientiam.& per Inno.eod.tit.c.dilectus. vbi determinatur quòd processus habitus per literas surreptitias, cum nõ excipitur de surreptione,tenet. & sic quidam intelligunt iura illa c.oblatę.& sæpe.in fi.

2 Tamen contra fuit decisum.quia † ex quo causa semel fuit deuoluta ad curiam,vt sit ibi tractanda: non potest extrahi,nisi de certa scientia papę.facit bene decre.prouida.de electione.

Decisio 14. *Similis est decisio.nu.48.de concessio.præben. in antiq.*

De Consuetudinibus.

SVMMARIVM.

Consuetudo excludens ingressum religionem à successione,habet locum etiam si ingressus apostataret.

Decisio 1.

SVPPOSITO de consuetudine, quòd religionẽ ingressus vel ingressa non possit succedere parentibus: imò eoipso successio pertinere debet ad sęculares filios alios vel parẽtes. Quædam ingressa fuit vt asserebatur religionem, & postea apostatauit,& exiuit religionem:& contraxit matrimonium: & de facto occupauit possessionẽ cuiusdam hæreditaris cuiusdam parentis sui. Quidam tamen sæcularis frater agit contra eã petitione hæreditatis,dicens virtute consuetudinis ad se spectare totam successionẽ parentis. Illa excipit,quòd ipsa est filia sicut agens:& quòd ad eã pertiner pars successionis. Alter replicat quòd verum esset, nisi fuisset ingressa religionem: sed quia fuerat professa in religione, virtute cõsuetudinis erat excluſa & sic obtinuit per tres instantias: sed in toto processu non fuerat vocata abbatissa,nec cõuentus illius religionis, cuius religionem fuerat ingressa. Quærebatur an teneret processus,vel an esset nullus? Ista quęstio erat in cancellaria.

Decisio 2. *Similis est deci.nume.x.eod.in antiq.*

Decisio 3. *Similis est decis.nume.ix.de consue.in antiq.*

Decisio 4. *Similis est decis.numer.ix. de consuetudini.in antiqua.*

Decisio 5. *Similis supra de præbend. numer.x. in antiq.* Adde Cassa.de præbend.dec.110.

EPITOME.

1 *Impetrans primus in data, an in optione præferatur secundo in data priùs recepto: vbi de consuetudine optio antiquiori canonico secundum ordinem recepto debetur?*

2 *Præsentatus primo à patrono layco debet admitti per episcopum aliàs tenebitur episcopus primo non admisso.*

Decisio 6.

1 DVo sunt † impetrantes primus & secundus, qui mandantur recipi in canonicos & in fratres.& de præbenda cùm vacauerit,eis mandatur prouideri cum decreto & clausulis quę hodie sunt de stylo,& licet primus factis processibus præsentauerit capitulo literas & petierit se admitti, & super hoc fecerit diligentiam. tamen de facto secundus per capitulum priùs fuit receptus quàm primus:quamuis primus priùs petijsset se admitti quàm secundus,tandem vacante præbenda successit in illa ecclesia secundum ordinem eorum,& quilibet obtinuit præbendam sibi debitam,& sic eis existentibus canonicis præbendatis vacauit in illa ecclesia vna præbenda maioris valoris quàm quilibet eorum optauit secundum consuetudinem ecclesiæ, in qua est consuetudo seu statutum,quòd antiquior canonicus secundum ordinem receptus præfertur in optione. Modo secundus in data dicit quòd fuit primò receptus in canonicũ:& ideo ipse debet præferri in optione. Primus verò in data dicit,quòd licet ipse fuerit vltimò receptus:de facto tamẽ, quia primus erat in data, & primo petierat se admitti, priùs fuerat recipiendus de iure. & quòd nõ steterat per eum quò minus primò reciperetur: & ideo sibi nõ debet imputari. & per consequẽs dicit quòd debet præferri in optione.quæritur quid iuris? Videbatur quibusdã quòd secundus in data.quia primò receptus fuit, præferri debeat propter terminos statuti seu cõsuetudinis, quod vel quæ habet,quòd primò receptus præferatur in optione: sed primus aget contra capitulum ad interesse, sic dicimus in duobus successiuè præsentatis à patrono layco:

2 quorũ † licet primus debuerit admitti per episcopum: tamen si secundus de facto admittatur, valet admissio: sed episcopus tenetur primo non admisso. vt in capitul. pastoralis.de iure patro. Ad hoc respondetur.quia damnum istud non posset resarciri per capitulum: cùm ista beneficialia sint ingestimabilia ibi sicut in alio beneficio: & propter hoc reseruetur primo sua potioritas, ex quo per eum non stetit.argumen.l. final.§.j. de eo per quem factum est.pro hoc etiam bene facit quod not.Innocen. de rescript.capitul.capitulum. in magna gloss.circa medium ibi.Si autem secundus receptus esset. sed ibi in literis primi non erat decretum,hìc sic. Et pro ista parte pro qua fuerunt latæ tres sententię,bene facit quod not. Innocen.de præbend.capitu.relatum. & quod no.Compostel. de rescript.capitul.capitulum. super verbo,mandatum.circa principium.in versicul.sed quid si ante vacationem.ad quod not.per Innocen.in capitul.cùm Bertoldus.de re iudicata.& facit l.quoties.C. de rei vendic. pro hoc, quia licet per eum non steterit ex fictione seu reputatione iuris debeat perinde haberi ac si tunc fuisset receptus: tandem non videtur sufficere talis qualitas interpretatiua, ex quo consuetudo optionis requirit veram prioritatem receptoris. sicut in simili non sufficeret representatiua seu reputatiua præsentia, vbi talis potestas optionis secundum consuetudinem competit solis præsentibus:vt notat Archidiaco. de consuetudini.capit. cùm in tua.circa principium. super verbo,per alios. Sed respondetur quod illa opinio reprobatur per Ioan.And. in nouella. Aliquibus videtur tamen quòd primus in data esset potior, & deberet præferri in optione per rationes suprà per eos factas. pro quo capitul. tibi qui. de rescriptis.libro sexto.& l.iuris ciuilis.de conditionib.& demonstrationibus. & quia receptio primi, licet posterior, videtur retrotrahenda, ex quo primus erat recipiendus. Et in hac opinione fuerunt quasi omnes. Et pro hac parte etiam fuit allegata lex prima.C. de consul. libro duodecimo. & ff. si quis cautionibus. lege secunda §.finali. & pro ista parte obtinuit pars tres sententias.

Decisio 7. *Similis est decis. suprà de consuet.numer.4.in antiq.adde. Deci.in c.j.colum.xij.ver.quarto requiritur.de fide instrumen.& in c.j.col.ij. in fin.versicul.sic etiam non valet.de appellationi.*

De Electione.

EPITOME.

1 *Tempus conferendi currit episcopo à tempore renuntiationis, & non ratihabitionis.*

Decisio 1.

1 VTRVM si † aliquis resignauerit beneficium in manibus priuati alicuius, & posteà post annum, vel biennium episcopus hoc ratificet, currit sibi episcopo tempus Lateranen. concilij à tempore resignationis factæ ad conferendum, an à tempore ratihibitionis: vt i.c superior iure deuoluto non possit cõferre illud beneficium, nisi post negligentiam episcopi à tempore ratihabitionis. demùm computando potest dici quòd etiam ante ratificationem episcopi à tempore suæ renuntiationis incipiat currere episcopo tempus. argumen. nor. per Inno. de renunti. admonet. & de concess. præbend. quia diuersitatem. in fine.

Decisio 2. Similis est deci. nume. vj. eod. in antiq.

De Renuntiationibus.

EPITOME.

1 *Collatio beneficij resignati in manibus non habentis potestatem admittendi resignationem, an valeat.*

2 *Renuntiatio facta in manibus non habentis potestatem admittendi resignationem, an inducat vacationem beneficij.*

Decisio 1.

1 VTRVM si † aliquis resignet beneficium in manibus non habentis potestatem recipiendi beneficium, vacet beneficium, & possit conferri per eum ad quem pertinet collatio: vel patronus ad eam præsentare?

2 potest † dici quòd vacet in præiudicium renũtiantis: & quòd superior, ad quem pertinet, si cõferat, eo ipso ratam videtur habere renũtiationem. primum probatur de renuntia. quod in dubijs. secundũ probatur. arg. l. illum. §. fi. de acquir. hære. Sed contra. quia non potest ratum habere quod suo nomine gestum non fuit. Item necessaria est sententia priuationis: vt not. Inno. in dicto cap. quod in dubijs. & talis sententia requirit iuris ordinem & vocationem partis: quia fortè propter metum fecisset. posset distingui, vtrum qui renuntiauit persistat in eadem voluntate vel eam mutauerit.

EPITOME.

1 *Commissio vbi facta fuerit alicui de beneficijs cùm vacauerint conferendis, an vigore ipsius poterit talis recipere resignationem?*

2 *Priuilegium papæ non est interpretandum in præiudiciũ tertij.*

3 *Executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficijs vacaturis, an possint recipere resignationem alicuius in manibus eorum faciendam?*

Decisio 2.

1 VTrum † si episcopus committat alicui potestatem conferendi certum beneficium cùm vacauerit per resignationem, supposito quòd valeat commissio per ea quæ scripsi suprà in illa quæstione quæ incipit, ordinarius, &c. possit talis commissarius eoipso in virtute talis commissionis recipere resignationem à volente spontaneè resignare? Maior pars tenuit quòd non: quia etiam opus est vt expresè cõmittatur potestas recipiendi resignationem: vt extrà de præben. dudum. circa prin. libr. vj. & hoc tenuerunt per not. Archid. extrà de verb. signi. c. sicut. lib. vj. Quidam tamen tenebant contra per l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procura. Et per rationes pro hac parte factas per Archid. in d. c. sicut. & bene fatentur quòd in terminis illius. c. sicut. de verb. signi. certè illa opinio est vera: & quòd in illo casu certè opus est speciali commissione super admissione resignationis: quia si virtute alterius commissionis de qua ibi fit mentio, etiam potestas recipiendi resignationem videretur concessa, per hoc præiudicaretur ordinario, quod in dubio papa non videtur fecisse, nisi in eo quod expresè concessit. nec † est interpretandum priuilegium papæ in præiudicum tertij: vt l. j. §. meritò. & §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. hîc autem fuit commissio authoritate ordinarij & de iure communi: & ideò est interpretanda etiam secundum ius commune: vt commisso præparatorio vel præparando posteriori & cõsequenti videatur commissum præparatorium prius & antecedens. argumen. dictarum ll. præsertim per quod necessariò peruenitur ad illud. Nec fit interpretatio aliqua in præiudicium tertij: sed solùm committentis, cui est imputandum: quia aliàs expresè illam potestatem non obtinuit. Sed iuxta præmissa, † quæritur an executores gratiarum deputati ad prouidendum de beneficijs vacaturis possint recipere resignationem alicuius volentis in eorum manibus beneficium resignare vt sic ea recepta prouideant? Dicerem quòd non. per dicta in præmissa proxima quæstione. Item quòd tales executores talem resignare volentem non possunt inuitum destituere: igitur nec eius resignationem recipere. probatur consequentia per ea quæ not. Ioan. Andr. in clemen. j. de renuntia. in glo. super verb. manibus. & per Innocen. de renuntia. quod in dubijs. in fi. ij. glo.

EPITOME.

1 *Renuntiatio facta in manibus non habentis potestatem admittendi resignationem non obstat agenti contra intrusum in beneficio per se renuntiatato.*

2 *Renuntians in manibus non habentis potestatem recipiendi resignationem: licet perdat possessionem: non tamen perdit proprietatis ius respectu non habentium potestatem illum priuandi.*

Decisio 3.

1 QVidam primus † in data habens ius in beneficio per eum acceptato, illud renuntiauit in manibus non habentis potestatem recipiendi renuntiationem: secundus verò in data qui illud idem acceptauerat, & fecerat prouideri in virtute vacationis, in cuius virtute primus acceptauerat, si illa acceptatio & prouisio inde secuta nõ valuerat, tenebat de facto beneficium istud. primus agit contra eum, & fecit sibi adiudicari, & restitui: secundus opponit sibi de renuntiatione prædicta facta in manibus eius, qui nõ habebat potestatem. quæritur an per hoc eum excludere possit, vt sic secundus veniat absoluendus ab impetitione primi? Fuit dictum quasi per omnes, quòd non: quia talis renuntiatio non priuauit primum iure suo, licet per ordinarium possit priuari beneficio. iuxta capit. quod in dubijs. cum ibi nota. per Innocen. & doct. de renuntia. & sic donec fuerit priuatus, agere possit. Et si dicatur quòd renuntiatio tenuit in præiudicium sui: dico quòd verum esset, vbi ageret contra ordinarium de restituendo beneficium: quia cùm in eius potestate esset eum etiã possidentẽ priuare & remouere à beneficio: ita & eum petentem repellere ratam habendo renuntiationem. argumen. l. inuitum. §. cui damus. secus in casu præmisso, vbi agit contra secundum in data possidentem, qui nullum ius habet, vel contra quemcunque possidentem alium: quia tunc donec sit priuatus, posset agere, & beneficium repetere: quia ius habet. & licet † possessionem per renuntiationem perdidisset: non tamen ius in proprietate, & illorum respectu in quorum potestate non est eum priuare, vel ratam habere renuntiationem. Dicunt tamen quidam quòd re integra, id est antequam priuetur per ordinarium vel habentem potestatem potest pœnitere. bene facit ff. de cessio. bonor. l. iij. & l. quem pœnitet. & secundũ iura communia licitum est pœnitere, & licitum est variare. continua istum versum suprà ibi, ratam habere renũtiationem. & in fi. ne reuertar. ibi, dicunt tamen. Item quia reus excipiens ex hoc sufficienter non deducit ius suum quod allegat renuntiationem inualidam: ergo licet per consensum ordinarij sit validabilis, cùm etiam ex hoc non fortificaretur ius suum, licet elideretur, vel tolleretur ius agentis, eam non posset allegare: quia sic allegaret de iure tertij, scilicet ordinarij, cuius solius interest ratificare renuntiationem, vel illum priuare, præsertim autem hoc reo non permittitur, ex quo sibi non prodes-

set & alteri noceret, facit quod notatur per Innocen. in capit. cùm Bertoldus. in fin. de re iudic.

EPITOME.

1 *Renuntiatio beneficij reseruati facta in manibus ordinarij per exemptum ab eius iurisdictione, non valet.*

2 *Impetrans an teneatur facere mentionem de beneficio per se renuntiato in manibus non habentis facultatem ipsum inuitum destituendi.*

3 *Impetrans an teneatur mentionem facere de iure ad rem.*

4 *Beneficio quærendo facilius renuntiatur quàm quæsito.*

Decisio 4.

Aene. de Fal co in tract. re sc. in iij. q. prin. in 8. effectu. & in ij. parte tracta. in 4. q. princ. in x. q. in fin. Felyn. in c. in nostra. col. 4. ver. deiure. de rescri. col. 21. ver. 34. corre. de rescript.

1 QVidam † cardinalis obtinens quandam dignitatem: ratione cuius ad eius collationem pertinebat vnum beneficium authoritate sua ordinaria, illud beneficium in curia contulit cuidam capellano papę præsenti tunc in curia & collationem huiusmodi acceptanti. tandem idem capellanus cùm non posset obtinere pacificam possessionem illius beneficij, ipsum post aliquod tempus renuntiauit seu resignauit purè & liberè in manibus eiusdem cardinalis, qui authoritate sua ordinaria admisit renũtiationem. postea verò dictus capellanus impetrauit à papa aliud beneficium de illo alio sic renuntiato seu resignato non facta mentione. Quæritur an valeat impetratio: vel an ista vltima gratia per papam sibi facta surreptitia censeatur: ex eo quia tacuit aliud beneficium? Et quidam dicebant eam surrepetitiam. quia

2 † renuntiatio quam fecerat in manibus ordinarij, non valebat, nec admissio eiusdem authoritate ordinaria subsecuta: quia beneficia capellanorum papæ reseruata erant tunc per papam. Et cùm dictus capellanus haberet ius in beneficio per collationem sibi factam, cui consensit, etiam si non habuisset possessionem: vt in capitul. si tibi absenti. de prębendis. libro sexto. & in capitul. quodam. ideo non potuit resignare nisi in manibus papæ vel eius commissarij, qui solus posset eum inuitum destituere, cum similib. vt in extrauagan. cùm Matthæus. quæ tamen est hodie limitata. vt in alia extrauagant. Exemptus quicunque capellanus papæ à iurisdictione ordinarij. quia tunc demum potest authoritatem præstare renuntiationi: & coram eo demùm potest renuntiatio fieri, qui potest inuitum destituere. iuxta notata per Innocentium & doctores de renuntia. quod in dubijs. Igitur si non valuit resignatio, adhuc habebat ius in beneficio, licet enim posit eo priuari: quia eam fecit in manibus non habentis potestatem. Et licet etiam in eius præiudicium superior habens potestatem, scilicet papa posset ratificare & admittere renuntiationem. Nec ipse posset resilire, nec pœnitere, nec beneficium repetere: tamẽ nisi eius ratificatio & admissio subsequantur, interim habet verum ius in beneficio & remanet in eo intitulatus. iuxta veram opinionem Innoc. in dict. capitul. quod in dubijs. adhuc habebat ius in illo beneficio non obstante illa renuntiatione facta in manibus cardinalis authoritate sua ordinaria & non apostolica eam recipientis, &

3 † per consequens cùm haberet ius in eo de ipso in petitione alterius debuit facere mentionem. de prębend. si motu. libro sexto. secus tamen fuisset si ageretur de beneficio in quo nõ habuisset ius in re sed ad rem: de quo esto quòd quis in petitione debet facere mentionem. iuxta notata. per Ioan. Andr. in nouel. de regul. iur. ignorantia. tamen eius renuntiatio facta in manibus layci vel alterius potestatem non habentis

4 tenuisset: quia † facilius renuntiatur beneficio quærendo quàm quæsito. iuxta notata. per Innocen. in dict. cap. quod in dubijs. & per Archidiaco. de officio legat. deliberatione. in fine. & in ista opinione ego eram. Quidam tamen dicebant quòd ista vltima gratia non foret surreptitia. quia secundũ eos renuntiatio tenuit in eius prędudicium. iuxta notata per Ber. in d. c. quod in dubijs. sed illa opinio non approbatur. quia imò non tenuit, donec eam approbet ille qui habet potestatem: vt suprà dixi. quare hęc ratio non profecit: sed secundũ eos ordinarius potuit eã admittere non obstãte reseruatione beneficiorum capellanorum papæ, quia licet illa reseruatio afficiat beneficia eorum quo ad potestatem conferendi: non tamen afficit ea quo ad potestatem renuntiandi, seu renuntiationẽ de eis fiendam admittẽdi: & ideo secundum eos ordinarius potuit eã admittere, sed ego non dixi suprà quòd potestas admittendi renũtiationem impediatur propter reseruationem solùm, sed propter exemptionem qua capellani ab omni iurisdictione ordinaria sunt exempti. & quia ordinarius in iudicio eum non posset inuitum destituere, cùm in eum iurisdictionem non habeat: ita nec poterit eius renũtiationem admittere. quare hæc ratio non obstat. argumen. notatorum per Inno. in dict. capitul. quod in dubijs. Et ideo prima opinio videtur verior.

EPITOME.

1 *Renuntiatio simplicium beneficiorum an possit fieri in manibus collatoris inferioris episcopo, vt ipse solus sine episcopo possit admittere renuntiationem?*

Decisio 5.

Fel. in c. auditis. col. vj. ver. fortius dixit Rota. de præscript.

1 VTrum † renuntiatio simplicium beneficiorum possit fieri in manibus collatoris, & ille solus sine episcopo possit admittere renuntiationem? Videtur quòd non. quia ille solus non potest destituere: igitur nec renuntiationem admittere. argumen. no. per Inno. in c. quod in dubijs. de renuntia. in fin. mag. glo. imò etsi præscripsisset, vel aliàs de consuetudine haberet potestatem destituendi: adhuc renuntiationem admittere non posset, nisi etiam potestatem renuntiationem admittendi præscripsisset, vel consuetudinem acquisisset: ex quo aliàs de iure communi nõ poterat destituere. sicut notat Paulus in cle. cùm illusio. super verbo, beneficio. argum. contra. de symo. ex insinuatione. & quod not. Bernar. de prębend. significatum.

EPITOME.

1 *Renuntiatio facta per permutantem sub conditione, si patruo suo placuerit, an in casu voluntatis dicti patrui valeat?*

2 *Renuntiatio debet esse pura.*

Decisio 6.

1 QVidam † renũtiauit ex causa permutationis sub cõditione, si patruo suo placeret. quæritur vtrum si patruo displiceat, nihilominus teneat renuntiatio? Videtur quòd sic. * quia illa conditio videtur non

2 posse adijci, & esset de iure reproba, cùm † debeat renũtiatio esse pura. argumen. not. in c. ex parte. de offi. dele. super verbo, omninò. & sic conditio inutilis videtur reijcienda valente renuntiatione. argu. not. in l. per seruum. ff. de vsu & habit. credo tamen contra. per Ioan Andr. in capit. electionibus. de electioni. libro sexto. super verbo, electio. in nouel.

* *Videtur quod sic. Ad de Felyn. in c. cùm contingat. de offic. deleg. col. pen. versus. tertia conclusio.*

De Supplenda negligentia prælatorum.

EPITOME.

1 *Negligentibus inferioribus conferre ad superiorem deuoluitur potestas conferendi, non autem ad parem.*

2 *Negligentia inferioris suppletur per superiorem: non autem per parem vel inferiorem.*

Decisio 1.

1 VNQVID † prælato vel abbate alicuius ecclesiæ regularis vel collegiatæ negligente conferre beneficium ad suam collationem pertinẽs deuoluatur electio ad conuẽtum vel collegium illius ecclesię, sicut deuoluitur episcopo negligente ad ca. suæ eccl. cathedralis: vt in capit. ij. de concessio. prębend. §. j. & capitul. cùm in cunctis. §. fina. de electionib. Quidam tenent quòd sic * ex idẽtitate rationis: alij verò contra.

2 quia † imò deuoluatur ad superiorem, episcopum puta, vel diœcesanum. per capitul. quia regulares. de suppleu. negligentia prælatorum. in clementi. & ibi est text. & quia præmis. capitul. loquuntur tantùm in episcopo & capitulo ecclesiæ cathedralis: ideo strictè intelligantur: cùm conuenientius sit per superiorem corripi vel suppleri negligentiam inferioris, quàm per parem vel inferiorem. argumen. iij. q. ix. scimus.

* *Tenet qd sic. Aut autem adhuc possit præsentare ad ecclesiam facultatẽ regulares, vide Felyn. in capi. in nostra. de reseri. col. pen. versi. decimo & vlti. nota.*

EPITO

EPITOME.

1 *Capitulum non potest se intromittere de fructibus spectantibus ad Archidiaconum mortuo suo procuratore.*

Decisio 2.

1 ARchidiaconus † vel alius obtinens certam dignitatem vel officium in aliqua ecclesia habens certam dotem & administrationem distinctam à capitulo, cùm esset absens & eius vicarij & administratores essent mortui: capitulum propria authoritate recepit fructus & administrationem illius dignitatis vel officij: & per deputatos ministros suos fecit exigi & leuari, & eidem deseruiri, & onera quæ habebat diginitas vel officium, supportari: tandē beneficiatus prædictus petit tanquam spoliatus fructibus sui beneficij se restitui, capitulum excipit, quòd omnes fructus expendidit pro oneribus beneficio incumbentibus: & pro salario ministrorum in eius absentia ab eodem capitulo beneficio deputatorum. Queritur nunquid hæc materia sit bona ad excludendum restitutionem? Videtur quòd sic. per l. si rem quam vtendam. ff. de acquiren. poss. Fuit tamen dictum quòd non. quia capitulum non debuit hoc facere ipso non vocato, nec sine authoritate & licentia episcopi: & ideo quia non processit canonicè in occupatione beneficij, cuius administratio ad ipsum non pertinebat, censetur spoliasse. Nec obstant contraria: quia ibi res peruenerat ad illum, qui retinere volebat de voluntate domini. Circa hoc pro vlteriori inquisitione veritatis. vide Cyn. C. commo. l. prætextu. & Ioan. Andr. in nouel. de regu. iur. locupletari. in ver. secundo modo.

De Officio Archidiaconi.

SVMMARIVM.

Archidiaconus contra subditos potest agere possessorio pro iure visitandi sine licentia episcopi.

EPITOME.

1 *Possessorium iudicium non est arduum.*

2 *Nominatio domini locum habet, vbi agitur petitorio contra aliquem reali.*

Decisio 1.

ARCHIDIACONVS prætendens de consuetudine sibi competere ius visitādi ecclesias infra sui archidiaconatus limites constitutas, agit cōtra rectores ecclesiarum suarum sibi resistentes. Quæritur an in lite sit necessarius consensus episcopi etiam pro vtraq; parte tam Archidiaconi quàm rectoris: & si sit necessarius, vbi agitur petitorio: quæritur si ageret solùm possessorio, an esset necessarius? Et hìc tenuerunt quasi omnes quòd non. argumen. C. si per vim vel alio modo l. fi. & l. momentaneæ. C. qui legit. perso. & quia † iudicium possessorium non est arduum negotium. igitur & c. argumen. capi. edicti. * de rescript. pro hoc alleg. etiam argum. quia † licet in petitorio vbi agitur contra aliquem reali, locum habeat domini nominatio: vt l. ij. C. vbi in rem actio. & c. quoniam frequenter. §. quòd si super rebus. vt lite non contesta. extr. non tamen vbi agitur possessorio: vt not. Ioan. xij. quæst. ij. quicunque militum.

Vide per Abbat. an c. quoniam frequenter. §. in aliis. culam. penal. ver. viderius. Felin. in c. vt lite non contest. elenti. col. 2. ver. 2 fringe. de rescrip.

* Alii, etiam.

De Officio vicarij.

EPITOME.

1 *Episcopus an ad damnorum & iniuriarum per suum officialem vel vicarium iniustè datorum restitutionē teneatur?*

2 *Dolus procuratoris generalis domino nocet.*

Decisio 1.

VTRVM episcopus † teneatur ad restitutionem damnorū datorum iniustè vel iniuriosè per officialem suum vel vicariū? Et videtur quòd sic. per ea quæ habentur extr. de resti. spol. c. j. & quæ ibi recolligunt per Io. And. in nouel. super verb. hominibus. pro hoc etiam quod not. Bernar. extr. de offi. Archid. c. ad hæc. in glo. in verb. examinentur archidiacono. Quia imputatur ei qui operibus malorum hominū vtitur. ff. de actio. & obli. l. ex maleficio. §. fi. Sibi enim debet imputare qui tales elegit. ff. de mino. cum mādato. pro hoc videtur tex. in auth. vt iudic. sine quoq. suffrag. §. eos. in fi. Item vide ad hoc not. per glo. & plenius per Hostien. ext. vt lit. non contest. §. j. pro hac parte facit. ff. de offi. proconsl. l. iiij. §. proficisci. in auth. de iudi. §. nullo. cum. §. seq. & ibi. not. C. de custod. reor. ad Cantuarien. & quod met. cau. si per

2 impressionem. in fi. Pro hoc. Quia † dolus procuratoris generalis nocet domino. ff. de excep. dol. l. apud Celsum. §. quæsitum. in fi. ff. de tribu. l. procurator. in princ. Pro hoc etiam ff. de ædiliti. edict. l. j. §. ij. præsertim si potuit eum prohibere. & non prohibuit: quia non caret scrupulo societatis occultæ. qui facinori manifesto obuiare desinit. lxxxiij. distin. error. extr. de senten. excom. quantæ. cum ibi no. vel postquàm sciuit, non corripuit, cùm tunc conscius videatur. argu. C. de cōmer. & mercat. l. ij. in fi. vel si ab initio fuit conscius tacitè vel expressè. arg. C. de exact. mili. anno. l. ij. libr. xij de fals. moner. l. j. §. domus. & de his qui à latro. l. ij. §. domini. & ff. de incest. nupt. l. cùm ancilla. § si verò dominus. Pro hoc etiā ff. de his qui deiece. vel effuder. l. verò. §. positum ff. de fluminibus. l. j. §. fi. Pro hoc multum bene facit quod not. Io. And. in no. extr. de senten. excom. c. cùm quis. superverb. ratum. lib. vj. & ibi etiam per Ioan. monach.

EPITOME.

1 *Vicarius habens potestatem conferendi beneficia, potest conferre dignitates.*

Decisio 2.

1 VTrum † ordinarius cui episcopus dedit potestatem conferendi beneficia, possit conferre dignitates, dato quòd de eis non sit specialiter data potestas? Fuit dictum quòd sic. quia hoc casū beneficij nomen largè sumi debet, cùm non sit materia ambitiosa. arg. de verb. signi. tua. de præben. dudum. lib. vj. cum ibi no & per Io. And. circa princi. super verb. beneficia.

Staph. in tra. de lit. gra. & iustits. fol. lx. ver. secus quā do nomen.

Decisio 3. *Similis est dec. suprà in ant. de offi. vicar. nu. 9.*

EPITOME.

1 *Monachus sine licentia abbatis an possit esse officialis, vel locumtenens.*

2 *Monachus non habet velle nec nolle.*

3 *Monacho committi causæ nisi à solo papa possunt sine licentia abbatis.*

4 *Monachus effectus officialis alicuius episcopi procedendo an dicatur nulliter procedere, si sibi oppositum non fuerit.*

Decisio 4.

AN monachu possit esse officialis vel locūtenens officialis sine licentia sui superioris abbatis. & si de facto fuerit, an sententia vel sententiæ per eum lata vel latæ sint nullæ ipso iure: & si non fuit oppositū ante lit. contest. vel etiā ante sententiā. De primo & secundo videtur dicendū ℣ † non potest esse officialis * vel locumtenens sine licentia sui abbatis. arg. in decre. xvj. q. j. c. monachi. ij. de rescrip. & si principalis. in cle. ad quod

1

2 quia † nō habet velle vel nolle. allegat de elec. si religiosus. de testa. religiosus. li. vj. igitur & c. arg. l. cùm prætor.

3 de iudi. Item † quia nullus potest eis causas cōmittere, ni si papa sine licētia abbatis: vt no. Spe. tit. de iudic. deleg. §. excipi. ver. nunquā. nisi forsan abbas esset mortuus, vel absens, & esset vrgens necessitas vel vtilitas monasterij. facit ad hoc xvj. q. j. qui verè. & quod no. Inno. de re iud. cùm I. & A. circa fi. j. glo. & Archid. in d. c. religiosos. de testa. Et in hac opini. fuerunt quasi omnes: præsertim ℣ non potest esse locumtenens officialis de mandato solius officialis: quia de illo solùm erat quæstio. De tertio qui-

4 dam fuerunt in opi. ℣ † valeant sententiæ, ex quo non fuit oppositū: præsertim ante lit. contest. vel sententiam. arg. l. Barbarios. & eorum quæ no. per Inno. & Hosti. de rescri. sciscitatus. & de offi. dele. cùm super. Alij & maior pars fuerunt in contraria opinione: imò ℣ sententiæ sunt nullę, ex quo est tale impedimentū quod impedit eum posse iudicare prętextu defectus voluntatis & cùm non possit in eum cadere iurisdictio ipso iure, & sic retro conten ditur iudicium nullum. & ideo quandocunq; etiam post

* *Esse officialis. An monachus possit esse cubicularius episcopi multo abbate suo vide Bald. in rubri. de maior. & obe. vbi tenuit quòd nō. vide Fel. in c. cùm I. & A. de maior. & obedien. col. fi. ver. vltimo dum abbat.*

sententiã talis exceptio potest poni. & pro hoc bene facit quod no. Ioan. And. in cle. religiosus. super verbo, suscipere. & super verbo substituere. & in vlti. gl. in penultimo mẽbro. Nec ob. l. Barbarius quia loquitur in seruo qui non prohibetur iudicare: sed ne iudex fiat & qui habet velle & nolle cùm etiam possit naturaliter obligari, quod secus in monacho. Prima opinio æquior videtur, & in ea postea quasi omnes finaliter declinauerũt, quia ex quo episcopus & eius officialis eum tollerabant: præsumptio erat quòd canonicè & cum licẽtia abbatis eum posuisset. & satis est error populi excusatus, si eum canonicè positum crediderunt. & quia nõ impeditur iudicare ratione defectionis iudicij animi seu discretionis nec voluntatis propriæ quã habet de iure naturali, licet propter subiectionem eam nõ censeatur habere fictione iuris: quia est sub obedientia superioris sui.

EPITOME.

1 *Vicarius episcopi an possit conferre beneficia extra diœcesim.*

Decisio 5.

Frã. de sanct. Nazario in tract. de pẽste car. 150. vers. sed ego aliquando. Nic. Boeri. dec. 30. quæritur an vicarius Lãber. in tract. iurispatro. in 6. articu. 2. q. prin. secunda part. 2. libri fol. 281.

NVnquid † vicarius generalis episcopi habens speciale mandatum ad conferẽdum beneficia, posset ea conferre extra diœcesim sicut ipsemet episcopus posset. iuxta not. per Inno. in c. quia diuersitatem. de concess. præben. in fin. & extrà de offi. leg. nouit. vbi no. per B. videtur quòd non. per c. statutum. de præb. libr. vj. Fuit dictum quòd sic. quia est ordinarius: & quia hoc est voluntariæ iurisdictionis. & talia possunt extra territorium expleri. ff. de offic. proconsul. l. ij. & licet text. illius legit faciat contra solutionẽ vt ibi not. Nec ob. c. statutum. quia ibi speciale in beneficijs vacantibus in curia.

De Officio delegati.

EPITOME.

1 *Iurisdictio perpetuatur per solum detretum citationis quoad iudicem, secus quoad partem.*

2 *Iurisdictio cẽsetur prærenta per executionem citationis, etiam si alter iudex primo impetratus fuisset.*

Decisio 1.

Similis supra 1 nu. 1x. de dolo & contuma.

VTRVM † decreta citatione ad partes per auditorẽ datum in curia contra A. detinentẽ ecclesiam. mortuo ipso A. antequã citatio fuisset in partibus executa, & sibi surrogato B. in virtute illius citationis dictus B. posit citari: & si fuerit citatus, an in virtute illius citationis contra eundem surrogatum procedi possit etiam coram dicto auditore. Fuit dictum per aliquos quòd sic. per c. quia. v. de iudic. Alij verò contra, vt ibi no. per Innocen. & ad hoc vide no. per Io. And. in nouel. extrà de offi. delegã. c. licet vndique. & plenius de offi. delegã. c. fin. in fin. super verbo, citatio. vbi notat q̃ per decretum de citãdo, licet perpetuetur iurisdictio quò ad iudicem: vt post mortem delegãtis non reuocetur: non tamẽ quò ad partem, nisi per executionem citationis & apprehensionẽ. ar. l. si quis postea quàm. de iudi. & ar. ff. de acq. hæred. l. si per epistolã. & ad hoc facit l. cùm postulassem. ff. de dam. infect. & quod ibi no. vnde dic, q̃ si actor in vna causa impetrauit vnum auditorem vel iudicem delegatũ, qui præsentata sibi commissione mandauit seu decreuit citari reũ: tamen citatus nõ fuit: & reus in eadem causa impetrauit postea aliũ, qui præsentata sibi cõmissione mãdauit citari actorẽ: & citatio fuit prius executa antequã citatio esset decreta per illum auditorem quẽ ipse impetrauerat, q̃ causa debeat tractari per secundũ: quia perpetuauit primo suam iurisdictionem, ex quo priùs de mandato suo pars fuit citata: licet enim primò impetrans per decretũ solum vel mãdatum de citando perpetuasset suam iurisdictionẽ quò ad se respectu delegantis, vel eius morte non posset censeri mandatum reuocatum nõ tamen quò ad partẽ, vt arctet eam coram se litigare tanquã ꝙ peruenerit eã antequam alium iudicẽ impetraret, vel illa sua iurisdictione vti cœperit.

2 quia † non potest dici pars prœuenta quæ citata nõ fuit, licet mandata fuisset citari. arg. l. si quis postea quàm. ff. de iudic. de foro compe. c. pen. & ideo alter iudex qui citando prævenit partem, videbitur potior in iurisdictionis perpetuatione. argumen. no. in capitul. vt debitus. de appellatio. super verbo, assignatæ. in glo. quę incipit, sed nunquid. ad hoc facit quod de lite pendente habetur in clemen. j. vt lit. penden.

De Pactis.

EPITOME.

1 *Periurus potest priuari beneficio: non tamen si esset simplex violator fidei.*

Decisio 1.

Supr. de iurirand. decis. in antiq.

VTRVM † violator fidei puta, quia fide interposita promisit aliquid nec seruauit, sit priuandus beneficio, sicut esset priuãdus periurus? Et videtur q̃ sic. quia iuramentum & fidei interpositio æquiparãtur extrà quod metus causã, ad aures. cũ concord. pro hoc scilicet, q̃ quò ad hanc pœnam æquiparentur est no. Archi. extrà de sepul. c. j. super verbo, interposita. pro quo videtur text. cum gl. de fideius. peruenit. in fin. Sed die cõtra. quia pœnalia non sunt extendenda &c. & quia grauius est puniendus periurus. iuxta no. de iureiurã. c. peruenit. Nec ob. c. peruenit. quia ibi loquitur cõpletè in violante fidẽ & iuramentũ: secus si solã fidem. pro hoc. quia text. de ista materia imponẽtes pœnam istam priuationis loquuntur in periuro. de iurein. quęrelã. de rescri. c. ij. ergo strictè & propriè intelligãtur de periuro: nec extendantur ad violantem fidem. argumen. ff. de pœn. sanctio legum. de libe. & posthum. cùm quidam. & in regul. odia. pro hoc videtur. xxij. q. v. c. iuramenti. super verbo in gl. adde subaudi. & gloss. sequen.

Decisio 2. *Similis est dec. xij. de consue. in antiq.*

Decisio 3. *Similis est decis. de pact. numc. 4. in antiq.*

De Procuratoribus.

EPITOME.

1 *Reuocatio substituti in fine procuratorij non inducit substituendi potestatem.*

2 *Verba prolata quæ supponunt aliud, nihil disponunt super eo quod supponunt.*

Decisio 1.

Addi. dec. 2. de prox. ann. Sbin. Frã. mol. col. fin. n. eadem dist. de proc. in vj. Alexã. cons. 126. col. 2. n. v. & cõs. 17. col. fin. vol. 2. decis. cons. 58. colum. 6.

IN † procuratorio non dicitur quòd dominus procuratori dedit potestatem substituendi: sed postea in reuocatione cauetur quòd dominus reuocat eũ & eius substitutum vel substituendũ ab omni onere satisdãdi. Quæritur an ex illis verbis videatur sibi dedisse potestatẽ substituendi, vt vigore mandati & etiam ante litis cõtestationem possit substituere: Videbatur quòd sic, quasi faciendo posterius, eo ipso videatur fecisse prius. argumen. l. ad rem. & l. ad legatum. de procuratori. & l. illud. §. fina. de acquiren. hæredita. Fuit dictum per omnes cõtra. quia illa verba nõ sunt dispositiua. & † quia verba prolata quæ supponunt aliud, nihil disponunt super eo quod supponunt. argumẽ. l. ex facto. de hæredi. instituen. & quia clausula in qua dominus reuocat procuratorem venit ad executionem præcedentis mandati. Et ideo quamuis verba ibi latè ponantur: tamen non ampliant præcedentem commissionem. argu. de præbend. c. j. ad fin. in clemen.

EPITOME.

1 *Procurator datus ad audiendam sententiam dum taxat potest appellare.*

2 *Procurator constitutus ad causam, licet censeatur limitatus ad principalem tantum causam, tamen poterit appellare.*

Decisio 2.

Supr. decis. 1. eod. in antiq. Adde Felin. in

AN † constitutus vel substitutus procurator ad audiendã sententiam dũtaxat, possit appellare à sententia lata contra eum? Et videtur q̃ non, propter limitationem

limitationem prædictam.quia erat ad audiendam sententiam duntaxat constitutus vel substitutus.arg.l. diligenter.ff.mandat.& ar.C.de procurat. in l.maritus.vbi maritus intelligitur prohibitus ab alijs quæ aliàs potuisset propter expressionem & limitationem mãdati . pro hoc etiam bene facit de pericul.& commo.rei vend.l.si vna.cum not.per Cyn.C.de legi.quod fauore.in ix.opi. Ad contrarium opinionis * omnes fuerunt inclinati: quasi appellare sit de cõnexis & dependentibus ipsi mãdato.& quia est quasi vicinum ipsi mandato.arg.ad hoc ff.iudica.sol.iam tamen.§.in hac.& facit ad hoc quod no.Compos.de elect.statuimus.lib.vj.super verbo,in personam.in j.q.quam ibi mouet & est circa medium.12.colum.& quia dominus non videtur in dubio illam limitationem fecisse ad impugandam suã iustitiam,quod esset si non posset appellare.arg.ff.de testa.mili.l.iij. pro quo etiam facit.quia † constitutus procurator ad causam, licet censeatur limitatus ad principalem tantùm causam, hoc non obstante potest & debet appellare . vt extrà de procura.non iniustè.C.eod.titu.in l.inuitus.ergo & ista non obstante limitatione prędicta poterit appellare.fateor tamen ꝙ obstante limitatione prędicta nõ poterit appellationẽ prosequi.arg.dict.l.inuitus.cum sua materia,& corũ quæ no.Inno.in c.petitio.de procu.vbi vide.

* Ad contrariam opinion. Alibi in citata mẽ opinionem eos fuerit inclinata: quasi appellare sit de connexis & dependentibus ipsius mãdati.

EPITOME.

1 *Procuratorium generale an extendatur ad causas futuras?*

Decisio 3.

1 VTrum † procuratorium generale extendatur etiam ad causas vel lites futuras,vel solùm ad tunc præsentes per l.qui habet.§.fi.& l.seq.ff. de tutel. & dic vt ibi per Dy.contra.de priuileg.quia circa . cum ibi allegatis.solutio ibi patet.

EPITOME.

1 *Procurator constitui potest ad acceptandum, & permutandum etiam beneficia in posterum conferenda.*

2 *Procurator generalis cum libera poterit permutare.*

3 *Cancellaria non expedit literas permutationis virtute procuratorij facti ad permutandum beneficia obtinenda.*

Decisio 4.

1 VTrum † quis possit constituere procuratorem ad acceptandum & permutandum etiam beneficia in posterum conferenda.Videbator ꝙ non,nisi in specie & de certo beneficio daretur mandatum.ar.ff.de acquiren.hæred.si quis mihi bona.§.sed vtrum generaliter.tamen omnes tenuerunt quòd imò,per l.iij.de procura.& quia isti non sunt de calibus in quibus requiritur speciale mãdatum contrahentiũ & pro prima parte nota per Cy.C.etiam per procura.in integrum resti.pe-
1 ti posse l.j.sed videtur † ꝙ ad permutãdum sufficiat generale cũ libera.ar.l. procurator cui generaliter libera. ff.de procura.quod verum est : vel si habeat mandatum secundum formam c.qui ad agendum.de procura. libr. vi.vt not.Io.And.in nouel.in dict.cicùm in tua. super ver-
1 bo,per alios.de consue.audiui † tamẽ ꝙ cancellaria nõ expediret literas permutationis virtute procuratorij facti ad permutandum beneficia obtinenda.

EPITOME.

1 *Expensas pro aduocatis & procuratoribus an habere debeat qui per se ipsum suppłẽdo vices ipsorum causam agitauit?*

2 *Expensa an debeantur victori pro aduocatis, & procuratoribus qui illum gratis defenderunt?*

Decisio 5.

INducens causam suam propriam qui non habuit procuratorem in causã,& obtinés,cui aduersarius condẽnetur in expẽsis an possit petere inter expẽsas salaria procuratoris & aduocati,quæ dedisset: & sunt taxata in curia si eos habuisset?facit ꝙ lic.ff.rem ra. habe . si procurator.circa medium.In oppositum facit ff. de fideiuss. l.stipulatus es.dic vt not.in Specula.titu.de expen.§. po-
2 stremo.versicu. quid ab emptore . Sed † quid si habuit procuratorem & aduocatum amicos suos qui propter cõsanguinitates & beneficia aliàs ab eo recepta nolunt habere salarium. Quærirur an tunc possit petere expensas pro procuratore & aduocato? Videtur distinguendum, an illi remittunt sibi animo & causa eum remunerandi,vt nunc petere possit:an non.& tunc nõ. per l. idemq; §. final. & l. si verò non remunerandi . in princip. ff. mandat.

EPITOME.

1 *Procurator substitutus de cuius substitutione non constat facit processum nullum:nec sufficit quod ratificentur acta per eum ab altero cum procuratore substituente.*

2 *Procurator personam domini repræsentat.*

3 *Ratum habere nõ potest quis quod suo nomine gestũ non est.*

4 *Ratificari non potest quod ab initio nullum est.*

Decisio 6.

1 DVo † fuerunt constituti procuratores cum clausula,& quilibet eorum insolidum:& ꝙ non sit melior conditio occupantis ad certam causam cum potestate agendi & defendendi,&c.& omnia alia faciẽdi quæ constituës faceret,si præsens interesset. quorum procurator vnus substituit:sed non reperitur scripta substitutio in actis.nec aliàs potest constare de ea.quia notarius causæ coram quo substituit,mortuus est : nec reperitur manuale suũ,nec prothocollum.tãdem multis terminis cum substituto illo seruatis,pars aduersa prætendit nullitatem processus cũ illo substituto habiti. & substituente suo etiam mortuo non vult procedere vlterius in causa,nisi reiteraris & resumptis terminis. Alter verò procurator superstes vult ꝙ vlterius procedatur in causa etiam non resumptis terminis & ratificat omnia acta cum dicto prætenso substituto. Quæritur an eo ratificante sit non reiteratis terminis vlterius procedendum in causa? Aliqui inter quos tunc eram , dicebant ꝙ sic.& ꝙ sufficeret ratificatio alterius procuratoris per l.
2 licet.de iudi . quia † procurator ille personam domini representat:vt l.ossũ.ff.de religios.& potest in causa facere ea quę dominus posset etiam virtute generalis clausulæ,&c.superius insertæ . Quidam tamen in quorum opinione fuit maior pars,dicebant cõtra.tum quia illius procuratoris nomine substitutus nihil egerat:sed nomi-
3 ne procuratorio eum substituentis . igitur † non possit ratum habere quod suo nomine non est gestum:vt in regula iuris & l. si pupilli. de negot.gest. tum etiam quia ex quo non apparebat substitutio perinde erat ac si non esset.arg.l.in lege.& l.Rutilia polla.ff.de contrahend. empt.igitur acta cum tali substituto perinde sunt nulla, ac si substitutus non fuisset.igitur rata haberi non pos-
4 sunt.quia † quod ab initio nullum est,ex post facto ratificari non potest.arg.l.quod ab initio.tum etiam quia in præiudiciũ alterius non potest quis ratificare acta cum non procuratore:vt dict.l.licet.ad hoc accedit quod no. B.de resc.in c.nonnulli.super verbo,specialis mandato. & per Cyn.C.in quibus cau.in integr.resti.non est necessi.tutor.& in casu prẽmisso ex tali ratihabitione prę iudicabatur parti aduersæ.quia seruatus erat terminus ad ponendum & articulandum,in quo non dederat obiectus,quos nunc dare volebat,si terminus reiteretur.tum etiam quia dicta lex loquitur in domino ratum habente acta vel gesta cum non procuratore:non autem loquitur in procuratore ratum habente nomine domini . & quidam etiam dicebãt aliàs fuisse decisum in palatio,ꝙ lex illa locum non haberet procuratore ratificante solùm & non domino.& pro hoc bene facit quod no. Io. And.in nouel.de procura.c.is qui.in prin.lib.vj.

EPITOME.

1 *Procuratores insolidum constituere sufficit absque eo quod dicatur, & quemlibet ipsorum insolidum?*

2 *Procuratores an intelligantur constituti insolidum, vbi constituens dixerit, & quemlibet vestrum constituo procuratorem,absque eo quod dictum sit insolidum.*

Decisio 7.

1 QVidam † constituit Titium & Męuium procuratores insolidum:& non dixit,& quemlibet eorum insolidum.sed simpliciter insolidum. Quęritur an quilibet eorum sit insolidum vel ambo simul ad solidum & non quilibet. Videtur ꝙ non esset quilibet:quia nõ est ibi aliqua dictio distributiua. dicunt quidam contra,aliàs dictio,ita quidem nihil operaretur . & pro hoc tex.de procura.plurib.& extrà de procura. si duo. vbi non ponitur dictio,quilibet,vel quemlibet.ꝙ si
2 constituens † dicit,ego vos & quemlibet vestrũ consti-

tuo procuratorem,& non dicat insolidum,an tunc intelligantur constituti insolidum. Dicũt aliqui ꝙ intelliguntur insolidum constituti.arg.eorum quæ notantur in l. pluribus.ff.de leg.ij.& pro hoc facit tex. in c. cùm plures.j. responso.de offi. deleg.li.vj.vbi dicit,ꝙ insolidum hoc posuit,licet in forma mãdati nũ apponanturilla verba,insolidũ.& vide qđ not. Inn.in c.in nostra.de procu.

EPITOME.

1 *Procurator cum libera an possit acceptare beneficia.*
2 *Procurator cum libera non potest adire hæreditatem.*
3 *Matrimonium contrahi potest per procuratorem habentem speciale mandatum.*

Decisio 8.

1 AN † procurator generalis etiam cum libera non tamen habens speciale mandatum ad acceptandum beneficium,possit acceptare. Videtur quòd non posset:quia † non possit * adire hæreditatem. ff.de acqui.hæred.Paulus respondit.sed hæc ratio non valet: quia in litera dicitur,per te vel alium duxeris acceptandum.sed ad hoc ꝙ requiratur speciale mandatum allegari potest.ff.de acquir.hæred.si quis mihi bona.§.iussu.&.§.sed vtrum. & † quia sic debet esse in matrimonio spirituali,sicut in carnali,ad quod contrahendum opus est speciali mandato:vt c.fi.de procur.lib.vj. licet in omnibus etiam circa istam materiam non æquiparentur:vt ibi patet per glo.super verbo,contraxerit.

* *Videtur quòd nõ possit &c. Procurator cõstitutus ad acceptandum beneficiũ debet habere speciale mãdatum ad hoc tamen sufficit quod mandatum dicat generaliter ad acceptandũ beneficium, licet nõ dicat de tali beneficio.ita per Fely. in c. nonnulli .§. sunt alij.ver. scias tamẽ. de rescript. Adde deci.33. eo.in no. Oldr.cõs.139.col. 2.ver. alia ratione. de proc.*

EPITOME.

1 *Procurator substitutus effectus dominus litis potest alium substituere: & licet procurator substituens moriatur ante acceptationem, valet processus cum eo agitatus.*
2 *Procurator substitutus etiam re integra,si decedat substituẽs poterit procedere.*
3 *Mandatum morte mandantis soluitur.*
4 *Procurator substitutus à procuratore virtute facultatis à domino principali habente de substituendo,non poterit revocari à substituente expresse.*

Decisio 9.

VTrum † procurator substitutus à principali procuratore habente potestatẽ substituendi per litis contestationẽ efficitur dominus litis,dosit alium substituere postquam sic effectus est dominus litis. Tenuerunt ꝙ sic:sicut & principalis procurator factus dominus litis posset etiam, si aliàs non haberet à domino potestatem substituendi.iuxta l.neque.C.de procura.& iuxta c.j §.licet.de procura.lib.vj. quia talis substitutus à principali procuratore virtute potestatis ad hoc datæ ipsi procuratori substituendi videtur ab ipso domino cõstitutus.argu.l.Item eorum.ff.quod cuiusque vniuer.& l.cùm esset.ff.de fœui.rusti.prædi.§.fi.cum ibi no. in fi. & no.ff.de procura.l.j.in j glo.per doctor. Item eadem ratio est de tali substituto facto domino litis,quæ est de principali procuratore. igitur idem ius in vtroque.

2 Sed † pone procurator habens potestatem substituendi, substituit quẽdam alium:antequam tamen procurator substitutus acceptaret mãdatum,substitutus procurator mortuus est:dominus tamen qui eum procuratorẽ constituerat,bene viuit adhuc:tandem substitutus acceptauit mandatum etiam domino causæ ignorante substitutionem factam,& mortem sui procuratoris & in causa processit.Quæritur an processus cum eo habitus teneat? Quidam dicebant ꝙ non.quia mortuo procuratore substituente fuit reuocata substitutio, seu mandatũ factum substituto: ex quo decesit re integra, id est, antequam substitutus acceptasset mandatum vel processisset. quia
3 † mandatum morte mandantis soluitur. argument. ff. mandat.l.inter causas.in princip.institu. eodem titu.§. item si adhuc.ff.de procura.si defunctus.cum ibi notatis à contrario sensu.Alij verò dicebant referre,an procurator mortuus substituisset tãquam dominus litis: quia cũ eo fuerat lis contestata:& virtute illius domini litis per contestationem litis sibi quæsiti:& tunc vera est opinio prædicta,ꝙ per eius mortem re integra expiret mandatum:an verò substituisset tãquam ante litem contestatam non factus dominus litis,vel forsan post,non virtute illius litis,nec tanquam talis,sed virtute potestatis substituendi à domino sibi datæ: & tunc non expiret: ex quo dominus causę à quo talis substitutus videtur potius constitutus per prædicta suprà proxima quęstione. Aut adhuc viuit, & sic mandatum quod ab ipso videtur potius factum per ministeriũ tamen mortui procuratoris non potest dici reuocatũ morte,ex quo ipse viuit. & pro hoc
4 facit.quia † talis substitutus à procuratore virtute potestatis de substituendo à domino sibi datę per mãdatum sibi factum non possit ab ipso procuratore substituente reuocari expresse:vt in c.is qui.de procurat.libr.vj.ergo multominus nec tacitè per mortẽ: secus tamen in membro precedente,vbi substituit tanquã dominus litis.quia tunc non censetur constitutus à domino,sed ab ipsomet procuratore:& esset per eundem reuocabilis expresse:& ideo ibi per mortem eius re integra reuocatur. & hæc opinio pluribus placebat. Alij verò distinguebant,an virtute potestatis datę ad substituẽdum substituisset certam personam de qua substituenda sibi fuerat mandatum:& tunc ex quo dominus sciebat personã quæ substituenda fuerat,per mortẽ substituentis procuratoris non expiret mandatum: sed potius inspiciatur vita domini scientis substitutum: an verò esset sibi data potestas substituendi incertum:& tunc nõ inspiciatur vita domini ignorantis substitutionem & personam substituti:sed potius scientiam & vitam vel mortem procuratoris: sic quòd eius morte reuocetur substitutio. sed præcedẽs opinio magis placet. quia virtute potestatis substituendi etiam in incertum facta substitutione videtur substitutus à domino constitutus: & eius personam seu eius electionem videtur dominus cõmisisse fidelitati procuratoris,& postquam per eũ talis substitutus fuit electus, videtur etiam per eum electus, qui totam incertitudinem & eius determinationem cõtulit in procuratoris determinationem. iuxta ea quæ habentur in d.c.j.§.licet. cùm dicit, etiam expressa certa persona.cum ibi not.de procura.lib.vj.

EPITOME.

1 *Tutori vel curatori non potest iudex dare potestatẽ constituendi procuratorem ante litem contestatam.*
2 *Tutor & curator potestatem recipiunt à iure, quam iudex nec augere nec minuere potest.*

Decisio 10.

1 VTrum † iudex dando alicui tutorem vel curatorem possit illi tutori vel curatori dare potestatem constituendi procuratorẽ ante litem contestatam?
2 Fuit dictũ quòd non. quia † tutor vel curator licet dentur à iudice:tamen à iure & non à iudice suam recipiunt potestatem, quam iudex non debet nec potest diminuere nec augere: sicut nec testator facit l. Titium & Mæuium.§.j.ff. de administratione tutorum.iunct.l.ius publicum.ff.de pact.

EPITOME.

1 *Procurator transferens in totum vices suas in substitutum à se:licet habeatur in procuratorio Clau. procuratorio in suo robore nihilominus duraturo : non poterit reassumere causam sine speciali mandato.*

Decisio 11.

1 PRocuratori † datur potestas substituendi in procuratorio in quo cõstituebatur procuratorio in suo robore nihilominus duraturo: non tamen fuit sibi data potestas substitutum reuocandi. tandem ille procurator simpliciter & in totum sine quacunq; retentione transferendo vices suas substituit:& substitutus causam occupauit:& duxit aliquo tempore. Quæritur nunquid procurator substituens posit causam resumere? Et videtur quòd non, ex quo in totum transtulit vices suas: & sic non remansit procurator, quasi functus officio suo. argument. extrà de procuratoribus. is qui. cum ibi notatis, super verbo, aliud. In oppositum videtur propter illa verba, procuratorio in suo robore nihilominus duraturo. primam partem credo verio: em:quia in totum transtulit vices suas, quasi se totaliter & omni potestate exuerit:licet secus crederem, si simpliciter substituisset, propter prædicta verba.

EPITOME.

1 *Citatus ad instantiam non procuratoris, potest obtinere sibi illum condemnari in expensis: & se absolui ab obseruatione iudicij, & condemnari de falso.*

Procurator

2 *Procurator falsus condemnatur in expensis, ac puniri de falso potest.*

3 *Iudex impetratus per falsum procuratorem habebit iurisdictionem quo ad ipsum puniendum.*

Decisio 12.

1 NOn † procurator impetrat commissionem nomine alterius, & facit citari partem ad dicẽdam contra. modò cum ille vult procedere in causa, ille dicit se non procuratorem nec habere mandatum. Quæritur quod remedium dabitur sibi contra illum impetrantem comissionem sic eum vexantem: scilicet quòd
2 absoluatur ab obseruatione iudicij: & † condemnetur sibi ille vexans in expensis. argumento l. eum quem temerè. ff. de iudic. Nec obstat si dicatur, quòd iudex nullam iurisdictionem habet: & sic non potest condemnare in expensis. quia imò habet in hoc. argument. extrà de rescriptis. nonnulli. in fin. cum ibi notatis. Item ille
3 † impetrans tanquam falsarius est puniendus. de rescriptis. nonnulli.

EPITOME.

1 *Procuratorem quis constituere potest pro se, & pro alijs præsentibus & non contradicentibus.*

Decisio 13.

Felyn. in cap. 1 parte decis. col. 3. vers. & sicus quod si quis de rescript.

VTrum † si constituam procuratorem pro me & quibusdam alijs in causa quam mouebamus, seu mouere volebamus contra quendam alium, vel in causa quæ contra nos mouebatur seu moueri debebat illis alijs in constitutione procuratoris præsentibus & non contradicentibus, sed tacentibus & patientibus valeat procuratoris constitutio quò ad illos, vt sic talis procurator debeat admitti ad agendum pro illis vel ad eos defendendum virtute talis procuratorij? Videtur quòd sic. argumento l. qui patitur. ff. manda. & argumen. l. si procuratori præsen. ff. de verborum obligatio. & quia sunt consortes eiusdem litis. l. j. & ij. de constitu. cum M. Ferrarien. cum ibi notatis, & quia ibi contradicendo potest quò ad se procuratorem impedire: igitur tacendo videbantur consentire. argumento extrà de regulis iur. qui tacet. & notatur. ff. de pign. fideiuss. §. pati.

Decisio 14. *Similis est decisio supra de testamen. numer. 5. in antiq.*

EPITOME.

1 *Procurator habens mandatum ad permutandum cum Clau. quod à die constitutionis inclusiuè ad vnum annum esset sublata potestas. poterit tantum infra annum permutare.*

2 *Priuatio supponit habitum.*

Decisio 15.

QVidam † constituit procuratorem ad permutandum beneficium suum cum tali. & subiunxit in procuratorio, quòd volebat quòd à die illius constitutionis inclusiuè ad vnum annum dicto procuratori esset sublata omnis potestas. Procurator autem ille post annum permutauit. Quæritur an valeat permutatio vel non. quia dicebat is cum quo permutauerat quòd nolebat eam tenere. quia prædicta verba à die illa ad annum etiam intelligi debebant quòd infrà annum non haberet potestatem, sed post: constituens verò qui eandem permutationem impugnabat, dicebat quòd imò erat sensus, quòd infrà annum duntaxat haberet potestatem & post non. & pro ista parte fuit iudicatum propter verbum, sublata. quod denotat priuationem: & per consequens supponit potestatem fuisse datam infrà an-
2 num & post sublatam. quia † priuatio supponit habitum: vt l. manumissiones. de iustitia & iur. & l. cùm dotem. ff. de verbor. obligatio, & igitur ad annum sumebatur pro post, id est, post annum.

De Restitutione in integrum.

EPITOME.

1 *Restitutio aduersus lapsum fatalium an dicatur incidẽter peti?*

2 *Procurator generalis poterit petere restitutionem in integrum quando incidenter peti potest: secus si principaliter.*

3 *Restitutio aduersus lapsum fatalium obtenta sufficit absque vltiori restitutione aduersus sententiam latam super desertione.*

Decisio 1

1 N † lata sententia super desertione appellationis propter lapsum fatalium de quo notoriè constabat in actis: si postea pars contra quam lata fuit petat se restitui prętextu minoris ætatis, vel aliàs aduersus illam desertionẽ & lapsum fatalium censeatur peti restitutio principaliter vel incidenter. dubiũ
2 stat in hoc, quia † si incidenter dicatur petitione procurator causæ etiam si ad hoc non habeat speciale mandatum, posset eam petere: secus si principaliter. iuxta notata in c. suscitata. de in integr. restitu. omnes tenuerunt ꝙ censeatur peti incidenter per dictum c. suscitata. & præsertim, quia causa ex qua petitur, & id aduersus quod petitur, habet ortum antè, & ex lite pendente præcedente. Alij tamen cõtra, & ad c. suscitata. respondent vt ibi no.
3 Hostien. Sed an sit necesse † peti etiam restitutionẽ aduersus sententiam latam super desertione. tenuerunt ꝙ non, licet esset consilium per notata per Innocen. in c. coram. in fi. eodem titu. sed non est necesse attento ꝙ illa sententia non est noui iuris inductoria: sed potius prioris declaratoria: & ideo sufficit restitutio aduersus id quod declarabat.

De Arbitris.

EPITOME.

1 *Laudum non valet vbi vnus ex arbitris condemnat in plus quàm alter.*

Decisio 1.

1 VO † arbitri electi pronũtiant. vnus condemnat in centum: alter verò dicit ego non consentio, nec pronuntiare, nec condemnare intendo in aliquo, nisi condemnatio in centum etiam fiat per socium meum coarbitrum, & sic in cc. cõsentiat & condemnet. ergo in cc. condemno. Quæritur nunquid valeat condemnatio in c. per l. diem proferre. §. si arbiter. versi. inde quæritur. ff. de arbitr. Videtur dicendum ꝙ non. quia expresse abnegat pronũtiare in minori summa: & ideo non potest dici ꝙ in minori ambo consenserunt. argu. quia plus est expresse denegare quàm tacere, vel aliàs tacitè consentire. extrà de symo. sicut. de homici. Petrus.

SVMMARIVM.

Sententia lata per duos arbitros an valeat, vbi compromissum factũ fuit in tres vel in duos, & in proceden do omnes adhibiti fuerunt.

EPITOME.

1 *Iudices ordinarij plures habentes potestatem insolidum: si omnes incipiũt procedere insimul, vnus sine alijs procedere aut diffinire cessante impedimento non posset.*

Decisio 2.

1 COmpromissum † est in tres, vel in duos ex ipsis. Similis eo. nu. 3. in antiq. Felyn. in cap. cùm ex officij. col. 9. circa finem de præscript. Bar. in l. item si vnus. §. si plures. ff. de arbitr.

De Iudicijs.

EPITOME.

1 *Luminarij constituti ad quærendum pro luminaribus an possint agere pro his quæ debentur luminaria.*

Decisio 1.

1  AN † isti qui in ecclesijs constituuntur ad quærendum pro luminaribus possunt agere pro his quæ debentur illis luminaribus: puta ex causa legati vel aliàs. Et in facto erat quòd in vna ciuitate vel de consuetudine vel statuto si excommunicatus stet in excõmunicatione per mensem & vltrà post mensem retinetur ad libram ceræ pro quolibet mense, quo postea remanebit excõmunicatus applicandum luminaribus ecclesiarũ in quarũ parœcia moratur. Modò contigerat ꝙ episcopus illas pœnas prę

tendens sibi applicandas per nonnullos annos spoliauerat ecclesias illis pœnis. Modò omnes luminarij ecclesiarum quilibet pro se seu officij sui nomine & nomine ecclesiæ cuius erat luminarius seu quęstor cõstituerat pro curatorem vnum qui petebat nomine procuratorio se restitui ad ius percipiendi dictas pœnas contra episcopum. quæritur an libellus ille esset admittendus: & talis procurator ad agendum nomine talis officij & cuiusllibet ecclesiæ. Fuit dictũ ꝙ non: nisi rectores ecclesiarum de quarum iuribus agitur, & ad quos principaliter pertinet, negligerent prosequi ius ecclesiarum suarum præ dictarum. argu. notatorum per Innoc. & in c. cùm olim. de testib. Alij dicunt hoc verum si officium talium luminariorum seu quæstorum non est certum nec perpetuum in ecclesijs: quia tunc non videntur posse agere nomine ecclesiarum, aliàs sic. argu. l. sancimus. C. de sacrosanct. eccle. & argum. no. per Inno. in c. cùm deputati. de iudi. Pro parte tamen luminariorum ꝙ possent admitti seu eorum procuratores allega. l. Pomponius. ff. de procur. & dict. l. sancimus. & hoc credo verum quòd ex quo sunt constituti ad huiusmodi negotia procuranda: ergo pro his agere possunt: & liberè & quãdocunq; procuratores alios deputare. argu. de procura. c. j. lib. vj. in fi. sed aliqui intelligunt illud de substitutione ad negotia. quia secus si ad iudicia: tunc enim non possunt nisi post litis contestationem: vt l. neq;. C. de procura.

EPITOME.

1 *Frater agens petitione hæreditatis contra fratrem debet habere alimenta & expensas à fratre possessore hæreditatis lite pendente.*

Decisio 2.

* Aeg. dec. 88. 1 *in fi. & in de ci. regni nu. 11 Fel. in c. si qui testiũ. col. 2. circa fi. versi. & in quantũ de testi. Alcia. in tract. de præsump. fo. 365. versi. & talis præsump. operatur.*

* Per l. si instituta. V bi vide 1 Bar. qui illius legis argumẽto dicit mona 3 chos litigãtes 5 cum abbate debere habere expensas à monasterio li 1 te durãte. & vide ibi bonũ textum quòd nepotis appellatione fratris 2 filius veniat.

VTrum † filius * agens petitione hæreditatis contra fratrem qui eum fatetur filium posit in prima instantia petere, ꝙ per fratrem possessorẽ hæreditatis lite pendente sibi ministrentur expensæ seu alimenta. per l. si instituta. * ff. de inoffic. testa. Et videtur ꝙ non. quia illa lex loquitur in causa appellationis: cùm filius iam obtinuerat vnam sentẽtiam pro se: secus forte si non obtinuisset: vt ibi not. glo. pro hoc etiam facit ff. de libe. agno. si quis à libe. §. item rescriptũ est hæredes. pro hoc no. l. qui de inofficioso. ff. de inoffic. testa. Tamen domini tenuerũt contra. quia equitas l. si instituta. sibi vendicat locum etiam in casu principali seu in prima instantia.

EPITOME.

1 *Legatarius an possit continuare processum inchoatum cum testatore in actione sibi legata. & nu. 4.*
2 *Legari an possit actio litigiosa?*
3 *Iudex non debet diuinare, nec de facto supplere.*
5 *Litis prosecutio non transfertur de persona ad personam: nisi in hæredibus vel vniuersalibus successoribus, vel in dominos qui per procuratorem agunt, vel à filio in patrem.*

Decisio 3.

VTrum † si testator legauit actionem litigiosam suo nomine iam per eum in iudicio deductam: & legatarius continuet processum seu prosequatur litem, teneat processus? Et videtur aliquibus ꝙ non. per authenti. nunc si hæres. C. de litigio. In oppositum. quia † legatũ valuit: vt l. fi. in fi. C. de litigio. ergo actio transiuit in legatariũ. C. de leg. ex legato nominis. ergo illum vtiliter potuit deducere in iudicium, & in eius virtute litem prosequi. Nec ob. authen. nunc si hęres. quia licet in fauorẽ rei dicat hæredem debere prosequi assistere legatario: ne fortè detur sibi alius similiter legatarius actor, qui fortè sibi esset potẽtior: tamẽ nõ negat quin si legatarius ageret, & sibi nihil opponeretur valerẽt processus cũ eo habiti: præsertim hærede & reo non contradicentibus, sed agere patientibus. Sed illi qui tenent primam opi. dicunt ꝙ l. fi. C. de litigio. est correcta per authen. nunc si hæres: vt ibi no. & in authen. de litigio. §. j. ego verò opi. secundam credo versorẽ. quia dato ꝙ legatarius nõ posset agere: tamen de facto agens obtineat, processus propter hoc nõ est nullus: sed iniustus si sibi per debitorẽ opponebatur vel iustus si non sibi opponebatur de vitio litigiosi: quia † iudex nõ debebat diuinare, nec de facto supplere: & ideo tenet processus, nisi appelletur: vel si appelletur & obtineat legatarius per tres instantias: ius enim actoris vel rei non reddit processum nullum: sed iniustum saltẽ quò ad se, & re ipsa, & actio oriens ex tali sententia pro nõ habente ius vel actionem lata recipit fundamentum in illo quasi cõtractu, qui fit in iudicio tempore litis cõtestatæ. ff. de pecu. l. iij. §. idem scribit. Sed an suppositа ista opi. posset † legatarius 4 continuare processum inchoatũ per testatorẽ vel an oportet eum de nouo incipere: & an si de nouo nõ incœpit processum, sed primum continuat, valeat processus? Et videtur quod imò est opus de nouo omnia reiterare. arg. no. per glo. ff. de procur. quæ omnia. in ij. glos. pro hoc quia † non transfertur prosecutio litis de persona ad per- 5 sonam, nisi in hæredibus vel vniuersalibus successoribus vel in dominos, qui per procuratorem agũt: vel à filio in patrem: vt no. per Inno. de iudi. quia. v. & ibi alle. iura ad hoc. pro hoc. quia agens directa alio modo agit quàm agens vtili. alind enim est mediũ concludẽdi in vtili quàm in directa. Cùm igitur tali legatario non cõpetit nisi vtilis actio ex legato nominis. ergo &c. Ad hoc satis potest induci quod no. per Cyn. C. de actio. & obl. l. j. in viij. q.

EPITOME.

1 *Interessatus admissus ad causam non potest impedire expeditionem causæ inter alios duos collitigantes instructam.*

Decisio 4.

1 TRes † veniunt ad causam beneficialẽ: & inter primum & secundum reum & possessorẽ postquã primus probabat intentionẽ suam concluditur in causa. & constat quòd primus respectu secundi debet obtinere: sed tertius qui venit pro interesse suo dedit bonos articulos de iure suo exclusionis iurium primi articuli qui sunt admissi: quia eis probatis beneficium illi tertio esset adiudicandum, primus tamen petit ferri sentẽtiam pro se contra secundum, cõtra quem probauit intentionem suam & est cõclusum. Tertius dicit quòd nõ est ferenda donec venerit remissio sua & tota causa quò ad eum expediatur: quæritur an bene dicat. Facit quòd causa est expedienda inter primum & secundum ff. de rei ven. l. is à quo. & quod not. per Innocen. de concess. præb. quia cunctis. circa prin. iij. glos. quia tertius non venit ad causam pro defensione secundi possessoris: sed solùm pro se: & ideo quia non immiscet se causæ quæ vertitur inter primum & secundum defendendo possessionem secundi: imò solum contra quẽlibet deducit ius suum: ideo iustitia inter primum & secundum quorum causa distincta est à causa tertij, non retardabitur propter tertium, quin pro primo contra secũdum feratur sententia statim, ex quo primo constat de iure suo. argumen. not. per Inno. de re iudica. cùm super.

Fel. in c. cum super. colũ. 7. versi. sciant. etiam. de re iudi.

EPITOME.

1 *Iudex secularis potest dare curatorẽ clerico coram se litiganti.*

Decisio 5.

1 CLericus † minor. xxv. annis agit pro debito vel alia actione personali vel reali contra laycum & coram iudice sæculari iuxta c. si clericus. de foro compe. quæritur an tali clerico ille iudex sæcularis coram quo agitur, posit dare curatorem ad litẽ: vel an sit sibi dandus curator ad litem per iudicẽ ecclesiasticum? Quidam dicebant quòd non posit sibi dari curator, nisi per iudicem ecclesiasticũ suum. arg. c. si diligenti. de foro compe. Tamen maior pars tenuit, ꝙ imo posit dari per iudicem sæcularẽ. & quòd esset dandus ab eo coram quo agebatur per l. fi. §. fin. C. de admini. tut. quia ex quo ille habet iurisdictionem in causa principali, etiam habebit in incidẽti & accessorijs sine quibus causa dici non potest. arg. l. ad rem. & l. ad legatum. de procu. C. de iudi. quoties. de ordi. iudic. l. j. & ij. cum cõcor. Sed primi qui tenent quòd non posit dari per iudicem laycum coram quo agebatur: sed per iudicem ecclesiasticum: respondebant quòd quia in isto accidenti seu accessorio tangebatur subiectio personæ clericalis seu spiritualis & ecclesiasticæ quæ per dationem curatoris subijciebatur in hoc iudici sæculari, & etiam curatori & eius liberum arbitrium restringebatur: vt l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutione minorum. quòd debebat adeò spirituale & ecclesiasticum reputari, quòd non debebat ter

bebat terminari per iudicem sæcularem causæ, sed potius per iudicem ecclesiasticum. arg. c. tuam. de ord. cog. cum concord. sed aliqui replicabant ꝙ non erat spirituale incidens nec ecclesiasticum: sed potius ciuile & temporale, ex quo solùm causæ & non personæ erat dandus tutor. & præsertim quia curator non datur personæ sed rebus. insti. de curato. §. curatorem. Nec obstat ꝙ in hoc clericus subijcitur iudici sæculari: quia etiam subijciebatur sibi in causa principali in qua contra eum per illum poterit sententiari & condemnari in expensis. ergo etiã eodem modo subijciebatur sibi in causa principali & in isto casu accessorio causam ipsam concernente. arg. reg. iu. accessorium. præsertim quia non videtur aliud posse dici. quia cùm curator sit dandus ad litem præsentem: non potest dari nisi per eum coram quo est lis. quia si ante litem dari debet per iudicem ecclesiasticum: tunc potius daretur ad litem futuram, quod esse non potest. ar. l. qui habet. §. fi. cum l. seq. ff. de tutelis. & l. litem eorum. §. si decuriones. ver. sed si ita. ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. necesse autem esset ꝙ ante litem motã sibi daretur, cùm non ante possessionẽ litẽ mouere, nec esse in iudicio posit, cùm non haberet personam legitimã standi in iudicio. C. qui dari tuto. pos. in vniuersis. ergo, &c.

EPITOME.

1 *Causam committere summariè sine strepitu, &c. an possit de consensu partium inferior à papa?*

Decisio 6.

1 VTrum † valet minor seu inferior à papa committere causam de consensu partium cum potestate procedendi simpliciter & de plano sine strepitu iudicij & figura: die vt nota. per Io. And. in c. fin. de hære. lib. vj. iuxta fi. magnæ glo.

Decisio 7. similis est decis. 21. de iudi. in antiq.

De Foro competenti.

Decisio 1. similis est decis. 5. eo. suprà in antiq.

De Litis contestatione.

EPITOME.

1 *Confessio simplex quam facit reus ad libellum actoris non dicendo animo litem contestandi, &c. non inducit litis contestationem: secus si haberet conditionem annexam.*

Decisio 1

1 DATO † libello per creditorem contra debitorem: creditor * reus nulla facta contradictione confitetur debitum, non tamen dicit animo litẽ contestandi. Quæritur vtrum in dubio videtur habuisse animum litem contestandi: vt sic postea sit necesse ferri sententiam & in scriptis: vel an sufficiat præceptum de soluendo? Et dicebãt quidam ꝙ in dubio non videatur habuisse ad contestandam * nec sit necesse ferri sententiã in scriptis: quia confitens in dubio nõ videtur habere animum ad litem: sed potius velle euadere litem. Alij verò cõtra, ꝙ imò in dubio videtur lis contestata: & sit sententia in scriptis ferenda. per ea quæ notã. in l. vn. C. de lit. contest. & in c. dudum. de elect. §. litis super verbo, responsionem. & super illa gl. tenet Io. An. in nouel. ꝙ cum glo. ibi dicit, ꝙ per confessionem fit litis cõtestatio: in dubio censetur fieri animo litem contestandi, nisi de contrario protestetur. pro hoc Inno. de lit. contest. c. vn. in prin. prima opin. videtur verior secũdum legistas modernos. ar. l. si reus. ff. de procu. quod intellige quãdo est simplex confessio vel pura: secus si haberet contradictionẽ annexam: vt si confitendo debitũ diceret se soluisse vel factũ pactum de nõ petẽdo, vel quid simile: & tũc procedant prędictę notæ, & vide circa hoc qđ no. per Cy. C. de li. cõtes. l. j. in j. q. & C. de iur. cal. l. ij. vbi de hoc per eundem Cy. iunge. q. positam infrà.

* Aliàs debitur, & melius

* Habuisse animum ad contestandam dicit se & melius. Desse animo litẽ contestandi.

EPITOME.

1 *Citatus ad respondendum libello si fuerit contumax an excommunicari possit?*

2 *Citatus quando quò ad aduersarium nõ interest suus aduentus, dicitur potius iuri suo renuntiare quàm quòd contumax vel inobediens reputari possit.*

3 *Citatus à iure an excõmunicari possit, si contumax extiterit?*

4 *Confessio rei in causa matrimoniali consanguinitatis vel affinitatis & beneficialis non prodest actori.*

Decisio 2.

1 NVnquid † in causa in qua potest procedi lite non contest. parte reã citata non comparente in termino assignato possit excommunicari? Quidam dixerunt ꝙ non. quia potest procedi ad vlteriora in causa etiam vsq; ad sententiam in cõtumaciam partis: & ideo non est necesse pars ꝙ per aliqua remedia iuris cogatur venire: & ideo tunc cessat missio in possessionem. extrà de eo qui mit. in possess. c. eum qui. lib. vj. in fin. c. Aliqui verò dixerunt contra. quia interest actoris vt veniat responsurus: quia forsan per eius responsionẽ poterit probare, & non aliãs. Alij dixerunt an citetur ad lit. contest. vel ad alios terminos qui omitti possunt vel sunt superflui: & tunc nõ: aut ad alios terminos essentiales: & tunc aut seruari possunt etiam sine parte, vt sunt terminus ad iurandum & libellandum & ad ponendum & ad producendum omnia, & ad dicendum contra articulos & contra producta, & declarandum & ad dicendum contra declarationem, & ad concludendum: qui omnes ad voluntatem partis possunt seruari melius reo absente nõ veniente quàm si veniret: cùm præsentis potius interesit reum absentem nihil dicere contra cõmissionem, nec dare libellũ, nec iurare, nec deliberare super libello suo: quia semper eo veniẽte poterit petere ꝙ iuret de calumnia, vel eo recusante puniatur pœna iuris: & etiam actoris interest reum non dare positiones vel articulos, nec dicere contra per eum datos ac producere aliqua, nec dicere contra à se producta, nec eius interest reum non concludere, cùm in termino ad hoc assignato in eius cõtumacia concludi poterit: & tunc reo nõ comparente in termino vel terminis tali vel talibus non possit excommunicari, nec debeat cùm non possit contumax dici cum quo aduersarij non intererat eum venire, nec etiam aliàs puniri eius contumacia: potius † enim dici debet iuri suo renuntians quàm cõtumax vel inobediens: aut citare ad terminum qui non potest seruari eo absente, vt ad respondendum de positionibus: nõ video quare non sit eadem ratio in responsione ad libellũ seu ad petitionẽ vel ad deliberandum: quia & forte veniens confitetur: & tunc quia actoris interest, quia forsitã aliãs probare non põt intentionem suã: vel in probãdo nimium grauaretur: & tunc nisi reus citatus veniat possit tanquam

3 contumax excõicari. Alij autem distinguunt, aut † quis citatur ab homine: & tunc possit nõ veniens excõicari: aut à iure: & tunc nõ. ad hoc facit quod no. Specu. in tit. de expen. §. iuxta. ver. quid inde si causa sit talis. Alij distinguunt: aut causa est talis in qua prẽsentia partis propter eius respõsiones & confessiones poterit prodesse actori: & tunc reus citatus non veniens possit excõicari,

4 vel aliàs ratione cõtumaciæ puniri aut sit † talis in qua confessio vel responsio aduersarij sibi non prodesset: puta causa matrimonialis consanguinitatis vel affinitatis, & idem in causa beneficiali ibi non staretur confessioni rei ad adiudicãdum vel beneficiũ & prouidendum de beneficio actori: nisi aliàs de iure suo canonico appareret: vt no. Io. An. in nouel. de eo qui mit. c. eũ qui. super verbo, terminari. & tunc non veniens citatus nõ possit excommunicari. quia propriè actoris tunc non interest ne etiam possit aliis remedijs ad comparẽdum cogi. & sic loquitur dictus tex. c. eum qui. de eo qui mit. in pos. Tu plenius ex omnibus præmissis opinionibus colligendo dicas talem distinctionẽ. Aut quis est citatus à iure: & tunc non possit excõmunicari non veniens. quia mitiùs agitur cũ lege quàm cũ homine eius ministro: vt in mẽbris sequẽtibus. ar. l. Celsus. ff. de arbi. Aut est citatus ab homine: & tunc nisi veniat in termino ad respondendũ libello possit excommunicari, vel aliàs ad veniendum iuris remedijs compelli, si aliàs nõ posset in causa procedi. extrà vt lite nõ contest. quoniã frequẽter. §. fi. In alijs autem terminis post litem contesta. dic vt in sequẽtibus

membris & cauſis. Aut in cauſa in qua poteſt procedi lite non conteſtata vel ſummariè & de plano: & tunc aut eſt citatus ad terminum, qui in tali cauſa non eſt neceſſariò ſeruandus. iuxta clem. ſæpe contingit. de verbo. ſigni. & tunc non ſit excõmunicandus, nec aliàs arctandus venire, quia nõ eſt contumax. Aut ad terminum eſſentialem & neceſſariò ſeruandum. iuxta illam cle. Vel aliàs de ſtylo: & tunc aut intereſt actoris potius q̃ nõ veniat quàm q̃ veniat in termino: & tunc nõ veniens non poſsit excommunicari: vel aliàs ad veniendum coerceri: vt ſuprà de pluribus terminis declarauí. Aut actoris intereſt q̃ veniat in termino: quia eſt talis cauſa in qua ſtaretur confeſsioni rei, & per eam res petita adiudicari poſſet actori: & tunc niſi veniat citatus poſsit excommunicari, vel aliàs iuris remedijs ad veniendum cogi. Aut eſt talis cauſa in qua non ſtaretur confeſsioni eius, nec ferretur ſententia pro actore, niſi aliàs doceret legitimè de iure ſuo: tunc non debet excommunicari nõ veniens, nec aliàs ad veniendum cõpelli: quia fruſtra venire cogeretur cùm eius aduentus non prodeſſet. ar. l. aliquando. ff. ad Velleia. & hæc omnia intelligerem vera ad inſtantiam partis ſiue actoris preſentis: nam ſi iudex perpenderet reum citatum nolle venire ex contemptu iudicis vel malitioſè contumaciter & iniurioſè: tunc poſſet dici q̃ poſſet eum excommunicare, vel aliàs eũ punire vel coercere, etiam ſi eius aduentus non prodeſſet parti præſenti: ne eius authoritas contemnatur vel eludatur. arg. ff. ſi quis ius di. non obtem. l. ſi. ff. de no. ope. nunc. l. ij. in prin. ff. de iudi. l. ſi prætor. in fi. j. reſpon. bene facit ad hoc ar. l. ſed eximendi. §. item ſi quis eum. ff. ne quis eum qui in ius vo. eſt vi eximat.

De Dilationibus.

EPITOME.

1 *Dilatio ad partes ad dominum conſulendum danda eſt procuratori habenti generale mandatum.*

Deciſio 1.

1 VTRVM † ſi procurator generalis alicuius habẽs poteſtatem etiam ad lites futuras apprehendatur in curia romana, & ſic per eius preſentiã cauſa debeat eſſe in curia debeat dilatio dari ſibi ad dominũ conſulendum? Dic quòd ſic, per c. dilectus. de procura. ſecus ſi ſpecialiter ad cauſam illam conſtitutus fuiſſet: vt ibi not. Inno. & in c. in pertractandis. de iura. calum.

De Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

EPITOME.

1 *Termini ſernati in petitorio, ſi contingat illud ſuſpendi, non ſunt reiterandi in poſſeſſorio.*
2 *Cauſa poſſeſſorij in beneficialibus regulatur ſecundum termi nos clem. diſpendioſam.*
3 *Poſſeſſorium reſtituendæ eſt multum fauorabile pro ſpoliato: & celeritatem deſiderat, præſertim in odium ſpoliantis.*

Deciſio 1.

1 VTRVM † pro parte poſsidentis dato libello in ſolo petitorio in beneficialibus contra impedientem vel ſe opponentem & prætendentem ius habere: & poſtea dicto dante libellum per aduerſarium ſpoliato ſuſpenſoq; petitorio poſt datione articulorum in petitorio pro parte ſpoliati volentis in illo poſſeſſorio procedere, ſit opus reiterare omnes præcedentes terminos ſuper poſſeſſorio? Et videtur quòd ſic, ex quo ſolo petitorio erat actum, & non erat datus libellus in poſſeſſorio præſertim quia tunc dans libellum poſsidebat, nec conqueri de ſpoliatione poterat, & etiam quia non fuit lis conteſtata ſuper poſſeſſorio. cuius occaſio nõdum erat exorta. Fuit dictum quòd nõ, quia in beneficialibus ſi ſolo poſſeſſorio procedatur, non eſt neceſſe dare libellum, nec litem conteſtari: imò
2 † poteſt procedere ſummariè & de plano & habet locum in ſolo poſſeſſorio ſuper beneficialibus cle. diſpendioſam. Item quia deducto eriã priùs petitorio ſatis quò ad ſui naturam erat deductũ poſſeſſorium, licet non formaliter ad finem reſtituẽdæ poſſeſsionis, ſed potius tuẽdæ: igitur ſufficere videatur. arg. ff. de except. rei iudic. ſi
3 cùm ar. & l. ſi fundi. præſertim. quia † poſſeſſorium reſtituendæ eſt multum fauorabile pro ſpoliato & celeritatem deſiderat, & præſertim in odium ſpoliantis: vt ſic dicamus quòd poſſeſſoriũ retinendæ quod in libello petitorij fuit deductum, mutetur nũc in poſſeſſorium reſtituendæ. arg. in ſim. ff. de ſecun. tabu. l. ij. §. ſi ſub conditione. vbi ſecundum tab. mutatur contra tabu.

EPITOME.

1 *Sententia lata ſuper petitorio per iudicem ad quem ſuper poſſeſſorio aditum, non valet: licet coram iudice à quo à principio actum fuiſſet ſuper vtroque.*
2 *Petitorium non venit ſub poſſeſſorio.*
3 *Poſſeſſorium non trahit ad ſe petitorium: licet ſecus econtra.*

Deciſio 2.

1 ACto † in partibus ſuper eccleſia petitorio & poſſeſſorio: tandem in caſu ſuſpenſo poſſeſſorio & lata ſententia in ſolo poſſeſſorio appellatur ab ea & defertur appellationi: & virtute appellationis cauſa appellationis illius committitur in curia audienda: & partes procedũt coram eo in poſſeſſorio & petitorio ſimul: & fertur ſententia in vtroq;, quæritur an valeat in petitorio? Quidam dicunt quòd non, ex quo appellatio erat emiſſa dũtaxat à diffinitiua in ſolo poſſeſſorio. Alij contra, quia per illam appellationẽ totum fuit deuolutum ad curiam, & petitorium & poſſeſſorium: & præſertim ex quo originaliter fuerat ſuper toto proceſſu, & ne cauſæ continentia diuidatur. & ſi cauſa appellationis commiſſa totum negotium eo modo quo erat apud primum iudicem in partibus commiſſum videtur: corã eo autem potuiſſent partes procedere in petitorio: ergo & coram
2 iſto auditore. Pro prima parte erant plures, quia † ſub poſſeſſorio non venit petitorium. argu. c. j. de ſequeſtra.
3 cum ibi not. nec † poſſeſſorium trahit ad ſe petitorium: licet ſecus econtra: vt ibi. & argu. C. ſi à non compe. iud. ſi de proprietate. facit l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſsio. &c.

De Reſtitutione ſpoliatorũ.

EPITOME.

1 *Spoliatus an debeat audiri ſuper reſtitutione, vbi latis duabus ſententijs contrarijs ſuper beneficio ſpoliator petit ſe audiri ſuper deſertione appellationis interpoſitæ per ſpoliatum à ſententia ad fauorem ſui lata.*
2 *Nullitatis exceptio requirentis altiorem indaginem non obſtat iudicio adipiſcendæ.*
3 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
4 *Iudicium poſſeſſorium requirit poſſeſsionem.*
5 *Spoliato petenti ſe reſtitui, an reſeruationis exceptio obſtat?*
6 *Reſeruatio inficit poſſeſsionem.*
7 *Poſſeſsionis eſſentia nõ diuerſificatur per iuſtum vel iniuſtum.*
8 *Poſſeſsio transfertur ex inutili contractu, vbi non poſſet transferri dominium.*

Deciſio 1.

1 PRIMVS † in data obtinuit vnam ſententiam contra ſecundum in data reum & poſſeſſorem: à qua ſecundus in data appellauit: & in cauſa appellationis ſecundus in data prætendens prætextu cuiuſdam reſeruationis primum excluſum & ſe de nouo obtinuiſſe mandatum à papa q̃ ſibi in vim illius reſeruationis prouideretur, & in poſſeſsionẽ reduceretur non obſtante litis penden. ſi non foret alteri ius quæſitum, obtinuit ſententiam pro ſe: & per ſecũdum auditorem qui cognouit de cauſa appellationis, ſibi obtinuit prouideri, poſtea primus in data obtinuit vnã commiſsionẽ vni tertio auditori ſup deſertione appellationis emiſſę per ſecundũ in data à prima

Aeneas Talco. in tract. reſeruan. 4. q. prin. in 2. effectu. in prin. ſecũda pagin.

ta à prima sententia pro ipso primo lata,& super nullitate sententiæ pro ipso secundo latæ. sed pendente lite inchoata super dictis desertione & nullitate primus spoliauit secũdum possessione sua:& obtinuit possessionem in virtute cuiusdam executoriæ quam obtinuit super prima sententia pro se lata.Secundus verò in data petit ante omnia se restitui:& vt spoliatum & spoliationem vt attentatum lite pendente reuocari.Primusverò in data petit priùs debere procedi super desertiõe appellationis emissæ à prima sententia.& super nullitate secundę sententiæ. Quæritur super quo primò debet procedi? Dictum fuit quòd prima sententia lata pro primo fuit nulla obstante reseruatione & decreto in ea appositо: & sic per consequens appellationem ab eo interpositã non posse dici desertam,& frustra de eius desertione quæri: & similiter possessionem obtentam in virtute executoriæ potius debere dici spoliationem de facto: & ideo de huiusmodi spoliatione prius esse quærendum,& restitutionem ante omnia fiendam pro eo qui habuit secũdam sententiam,quę supponitur lata per iudicem habentem bonam commissionem super hoc: & licet primus prætenderet dictam secundam sententiam nullam: quia
2 † tamen nullitatis inquisitio requirit altiorem indaginem:proprer quod etiam iudicio adipiscendæ possessionis non obstat quæstio nullitatis:ergo multò minus nec iudicio restituendæ.argument.C. de edict. diui Adria-
3 tol.l.ij.quia † spoliatus ante omnia restituendus est. de ordine cognitio.super spoliatione. Aliqui tamen dixerunt,ꝙ sententia lata pro primo fortè non est nulla, ex quo pars in processu de reseruatiõe nihil opposuit in termino quo debuit, & lata fuit sententia: vel saltem talis sententia tenuit,nec fuit nulla in præiudicium partis cõtra quam fuit lata vt pareret exceptioni rei iudicatæ, non tamen vt virtute sententiæ re vera in beneficio ei pro quo fuit lata aliquod ius acquiratur. Reseruatio esti licet impediuerit quò ad iuris acquisitionem,& ligauerit manus cuiuscunq; inferioris quò ad collationem vel iuris adiudicationem:non tamen quò ad processum iudicialem, & ea quæ resultare poterant ex processu seu quò ad processus efficaciam quin sententia ab eo lata pareret exceptionem rei iudicatæ inter partes inter quas lata est,si non appellatur,vel si appelletur,& appellatio deseratur prętextu allegationum competentium & non oppositarum non potest sententia retractari. de re iudi. inter monasterium.C. de re iudica.sub specie.licet regula superiorum vel iurium acquisitionis seu adiudicationis factæ non transeat sententia in rem iudicatam.iuxta nota.per Innocen.de rescript. constitutus.in fin.bene tamen dictum fuit ꝙ secundus in data non potest tanquam spoliatus directo iudicio possessorio se restitui petere:quia propter reseruationem cui etiam innititur secundus nunquam potuit habere veram possessionem, 8
qua posset peti iudicium restitutorium.Nam antequam sibi in virtute reseruationis & noui mandati per eum impetrati de sibi prouidendo,si non foret alteri ius quæsitum,obtinuerat possessionẽ seu detentionem ad quam petit se restitui,quod non potest:quia illa possessio erat infecta per reseruationem,intantum ꝙ re vera non censetur habuisse possessionem.propter not.per Inno. in c. vt nostrum.de appel.Sed tamen bene poterat petere illam occupationem aduersarij tanquam innouata reuocari & ante omnia reduci in suam pristinam detentionem,seu in statu in quo primo erat: vt in titulo, vt lite pendent. per totum.quia in reuocatione attentatorum non quæritur an quis possideat:sed solùm status primus
4 in quo erat pars antequam attentaretur:licet † in iudicio possessorio requiratur quod quis possideat.vt no.Inno.de maio.& obe.dilecti.Alij verò dicebant contra, ꝙ solùm erat reuocanda occupatio primi,& sic auferenda possessio:sed non restituenda secũdo donec per finalem 2
sententiam obtineat sibi fieri prouisionem in virtute reseruationis vel prouisionẽ in eius virtote per secundum auditorem factam tenuisse declarari:& tunc virtute illius mandati cuius virtute sibi prouisum fuit tanquam 1
de reseruato erit in possessionẽ inducendus,& non antè. Nec obstat si dicatur ꝙ reducendas est in statu in quo tempore quo fuit attentatum:vt no.Inno.in dict.c.dilecti.quia illud verum,quando ille status erat debitus & licitus:vel de hoc erat dubium.sed hîc ille status erat debitus & licitus:vel de hoc erat dubium. sed hîc ille status in quo tunc erat,erat indebitus & illicitus & minus canonicus: quia illi possessioni de facto seu detentationi quam antè habebat obstabat reseruatio:& ideo ad illam statum est reducẽdus,ne patere possit vitiosus ingressus. ar.de eo qui mit.in possess.eum qui.lib.vj.pro hoc etiam facit quod no.Inn.in c.bonę.de appel.Et si dicatur,quid sibi prodiderit reuocatio attentatorum nisi ipse reducatur in statu? Dico ꝙ multum. quia possessio remanebit vacans,& vacua,in qua si eum finaliter obtinere contingat,facilius fiet pro eo executio quàm si esset per aduersarium suum detenta.ar.notatorum in simili per Inno. extrà de testibus.c.veniens.ij.super verbo,incontinenti. & in ista opinione ego eram,licet magis cæteri in se inclinarunt vt etiam reduceretur in statu in quo erat. Alij tamen dicebant ꝙ posset petere se restitui in iudicio possessorio:quia † licet reseruatio obstet petenti se restitui eius pristinæ possessioni vbi ageret contra papam seu habentem causam ab eo in virtute reseruationis:nõ tamen obstaret petenti se admitti cõtra spoliantem, qui se non defenderet prętextu reseruationis,nec ei inniteretur.ar. ff.de vi & vi arma.l.j.C.qui vi.à me possi.l.j.§.fi.& ff.de
6 præca.qui precario.hæc opi.non approbatur. quia † cũ prætexto reseruationis impediretur possessionis acquisitio intantum ꝙ non censebatur habere aliquam possessionem nec naturalem nec ciuilem:ergo nec poterat sibi competere iudicium possessorium. ar.l.j.§. deijcitur. ff. de vi & vi arma.& ar. no.in d.c. vt nostrũ. de appel.per Inn.ad quod facit qđ not.gl.de do.& cont.cõtingit.in fi. gl.nec etiam crederé eum habere conditionem ex cano ne reintegranda.iij.q.j.quia credo ꝙ illa supponit verã possessionem præcessisse,vel naturalem vel ciuilem. Et esto ꝙ sufficeret sola detẽtatio,adhuc non crederẽ istum per eam posse restitui:quia detentatio sua obstante reseruatione erat infecta & vitiosa quantuncunq; eã ignorasset ab initio,propter decretũ ei annexum quod afficit ignorantes:vt c.si eo tẽpore.de elec.Nec prodest etiã sibi ꝙ vadit contra tertium spoliantem vel inuadentẽ: quia cùm ille possideat,vincit actorẽ istum petentem se restitui per nõ ius suum:quia ex parte actoris ius metimur. ar.l.fi.C.de rei ven.ff.si pars hære.peta.l.j.& pro hoc bene facit ff.de testa.mili.l.militis codicil.§. veteranus. de secun.tab.qui liberis.§.fi.Alij tamen tenent ꝙ beneficiũ reseruatum potest verè possideri vel naturaliter vel ciuiliter,licet iniustè:quia † iustum vel iniustum non diuersificant essentiã possessionis.ar.l.iij.§.ex contrario. in fi. ff.de acq.pos.ad quod allegãt text.in l.j.§.si vir.ff.de acqui.pos.iunct.l.iij.§.sciendum.ff. de don.inter virum & 7
vxo.quia † ex inutili cõtracta transfertur possessio etiã vbi non posset transferri dominiũ:vt ibi. Sed an ille secundus si esset restitutus vel nunquã fuisset spoliatus,qui tenet beneficium reseruatũ in quo nullum ius habebat, posteà obtineat sibi prouideri in virtute reseruatiõis seu prouisionis per secundum auditorẽ sibi factæ, indigebit noua inductione in possessionẽ:vel an sufficiat sibi ꝙ remaneat in prima quã antea tenebat,quæ licet tunc illicita,nunc fiat licita. Quidam dicunt ꝙ non indiget noua inductione:sicut nec emptor qui prius rẽ tenebat nõ indiget noua traditiõe.ff.de rei ven.quædam mulier. Alij verò dicunt ꝙ indiget noua inductione.arg.de institu.ex frequentibus.& de concess.præb.post electionem.

EPITOME.

1 *Spoliatus apostolicus restituendus est contra permutantem ipsum spoliatem beneficio ex causa ficta permutationis renuntiato,non obstante renuntiatione iuris & possessionis & petitioni restitutionis iuramento per se facto.*

2 *Beneficia permutata non veniunt sub potestate expectantiũ.*

3 *Renuntiatio petendæ restitutionis factæ post spoliationem an obstet petenti se restitui?*

Decisio I.

A. & B.ex † causa permutationis inuicem faciẽdæ resignauerunt sua beneficia in manibus ordinarij. Quidam verò expectatiuus apostolicus post

præmissam resignationem antequam per ordinarium esset expedita permutatio, id est, antequam beneficium vnius permutantium inuicem alteri contulisset, accepta uit beneficium ipsius: & fecit sibi de eo prouideri, & in possessionem induci: pretendens q̃ dictus A. tempore resignationis beneficij erat senex & infirmus, & quod in fraudem expectantium permutationē illam fuerat machinatus: & eadem die qua expectans apostolicus acceptauit, & fecit sibi prouideri & in possessionē se induci: ordinarius perfecit dictam permutationē videlicet beneficium ipsius A. conferendo ipsi B. & econuerso. Modo dictus B. videns q̃ dictus apostolicus fecerat se induci in possessionem beneficij quod fuerat ipsius A. & nunc fuerat ipsi B. collatum ex causa permutatiõis, in crastinum ipsum expectãtem apostolicum spoliauit, & omnia ista facta fuerunt adhuc viuente ipso A. postea verò per sex aut septem dies dictus A. ex sua infirmitate decessit. & post predicta dictus expectans apostolicus sic spoliatus renuntiauit iuri & possessioni & petitioni restitutionis medio iuramento. sed nõ obstante renuntiatione predicta apostolicus prædictus contra dictum B. petebat se restitui in possessionem dicti beneficij quo fuerat spoliatus. opponebatur sibi per ipsum B. q̃ non potuerat acceptasse, nec possedisse prædictum beneficium quod non vacauerat nisi per resignationem per ipsum A. factam
2 ex causa permutationis cum ipso B. fiendæ. & † beneficia permutata non veniunt sub potestate expectantium in c. j. de rerum permuta. libr. vj. Item opponebatur sibi de renuntiatione prædicta: dictus verò expectans dictã permutationem seu renuntiationem eius prætextu factam dicebat fraudulentam & machinatam in fraudem expectantium: & ideo ipsum potuisse nihilominus acceptare, & sibi facere prouideri, & per eã fuisse inductam veram vacationem in præiudicium resignantis, & in fauorem expectantis. vlterius etiam asserebat q̃ etsi possessio sua respectu ipsius A. posit reputari vitiosa: tamẽ respectu ipsius B. qui ipsum spoliare non debuit, nisi eo primitùs vocato & audito, poterat reputari canonica, &
3 erat contra eũ restituendus. Nec obstat † sibi renuntiatio: quia eam fecerat post spoliationem prædictam: & ideo sibi non preiudicabat quò minus esset restituendus. ar. c. solicitè. de resti. spo. quæritur quid iuris.

EPITOME.

1 *Hospitalarij spoliati ab ordinarijs an possint petere se restitui?*

Decisio 3.

1 NVnquid † isti quibus committuntur hospitalia, zenodochia, leprosaria & talia huiusmodi si sint spoliati seu priuati per ordinarios suos à quibus administratio eis fuit commissa, possint petere restitutionem vide quæ scripsi de reli. domi. quia contingit. §. vt autem. iuxta glo. super verbo, committatur.

Decisio 4. similis est decis. de resti. spol. nu. 17. in antiq. Vide Cassa. Decis. 4. pagin. secunda versicu. nec refragatur. vt lite pendente.

EPITOME.

1 *Spoliato petenti restitutionem contra prouisum à papa inductum per suum executorem in possessionē beneficij resignati, an obstet quod sibi fuerit prouisum de dicto beneficio non vacante de facto, licet de iure?*

2 *Renuntians non solùm perdit ius in proprietate, sed etiam in possessione: imò facilius in possessione, posito quòd renuntiatio non teneret.*

Decisio 5.

SVpposito de consuetudine in ecclesia quod præcentoria non conferatur nisi canonico præbendato: & q̃ si præcentor qui etiam est canonicus præbendatus, dimiserat canonicatum & præbendam censeatur etiam dimisisse præcentoriam. Quidam præcentor resignauit canonicatum & præbẽdam: sed adhuc de facto voluit retinere præcentoriam: tamen ordinarius ad quẽ illius spectabat collatio, contulit eam cuidam canonico illius ecclesiæ tanquam vacantẽ per dimissionē canonicatus & præbendæ: & eam induxit de facto in possessionem ipsius præcentoriæ: & fuit receptus per capitulum non vocato primo præcentore, qui secundum se possessionem præcentoriæ adhuc retinebat, nec credebat eum perdidisse, & postea ille primus præcentor venit ad curiam romanam: & in manibus papæ vel commissarij ab eo deputati resignauit præcentoriam: & eã papa cuidam contulit tanquam vacantem in curia per resignationem illam in eius manibus factã: & ille cui papa contulit, fuit inductus per executorem suum in possessionē: venit alter cui ordinarius cõtulerat, & prætendit se spo-
1 liatũ, & petit se restitui. Quæritur † an sit restituendus? Quidam dicunt quòd nõ, quia ex quo primus præcentor non dimiserat possessionē, quando ille fuit inductus per ordinarium, non potuit assequi possessionem, donec primus præcentor vocatus fuisset amotus de possessione. ar.
2 C. si per vim vel alio modo. l. fi. quia esto q̃ aliàs † per renuntationem non solùm perdat renuntians ius in proprietate, sed etiam in possessione: imò facilius in possessione posito quòd quò ad proprietatem non teneret renuntiatio: vt not. Inn. in c. quòd in dubijs. de renuntiatio. tamen non sequitur quòd prætextu dictę consuetudinis dimisso canonicatu & præbenda perdens proprietatẽ in præcentoria, propter hoc perdiderit possessionē. ar. c. licet. de præb. libr. vj. Sed hæc ratio concluderet q̃ primo præcentore si incontinẽti quasi continuãdo ordinarium eiecisset de possessione quamcitò sciuisset, quia respectu ordinarij non posset dicere se spoliatum. argu. ff. de acquiren. pos. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. si id quod. Sed quia hîc non venit ad causam primus præcentor: sed ille cui papa post eius resignationem contulit, secus est, quia respectu huiusmodi apostolici & cuiuslibet alterius, ille cui ordinarius contulit, possidebit per prius: ideò apostolicus vel eius executor nõ debuit eum ejicere sine causæ cognitione. Nam nõ est dubium quòd etiam tempore ante resignationem factã in manibus papæ per primum præcentorem ipse quem ordinarius induxit in possessionem saltem habuit naturalem: licet præcentor primus in animo retineret ciuilẽ: vt §. qui ad nundinas. quæ quamuis clandestina, tamen parit restitutorium interdictum contra quencunq; præterquàm contra primum præcentorem à quo fuit clandestina, si vellet eam retinendo defendere: vt l. j. §. fina. ff. vti possi. iunct. l. j. §. deijcitur. de vi & vi arma. Cùm igitur primus præcẽtor non defendat eam: imò nec habens causam ab eo, quia iste cui papa contulit, non habet causam à prædecessore, sed potius à papa: videtur quòd ille sit restituẽdus, quem ordinarius prius induxerat.

EPITOME.

1 *Religiosus depredatus cappa vel breuiario potest contra prædonem agere nomine suo.*

Decisio 6.

1 VTrum † religiosus deprędatus cappa vel breuiario vel alijs rebus suis possit nomine suo agere contra deprædantem vel ad recuperationē rerum vel æstimationem? Fuit dictum quòd sic. argumen. l. iij. C. si per vim vel alio modo. & ff. de iudic. li longius. & not. in Specul. titulo. de accusationibus. in versicul. sed quid si cappa. viij. colum.

EPITOME.

1 *Petitorium, licet A. suspenderit quòad B. non obstabit quò minus ipse B. admitti debeat ad petitorij causam ab A. contra tertium collitigantem reassumptam.*

Decisio 7.

1 RIchardus † & Robertus & Thomas super quodam beneficio contẽdebant: ita q̃ Richardus prætendens se spoliatum per Robertum egit possessorio restituendę, & suspendit petitorium, & obtinuit sententiam in possessorio pro se, & fuit per sententiã restitutus, sed quia antequam ferretur fortè sentẽtia vel saltem mandaretur executioni, Robertus secundum se fuit spoliatus per Thomã, idem Robertus egit contra Thomam possessorio, & petijt se restitui, ac suspendit contra eum petitorium, sed quia non bene probauit Robertus intentionem suã fuit dictus Thomas ab eius impetitione in dicto possessorio absolutus, dictusq; Robertus appellauit & procurauit causam illius appellationis committi in possessorio alteri auditori. Tandem Robertus volens procedere in petitorio contra Richardum, petijt eum citari ad procedendum in petitorio: tunc autem venit etiam

nit etiam Thomas & videns Robertum contra Richardum procedere in petitorio petijt etiam se admitti ad petitorium: quia sua interest. opponitur sibi per Robertum quòd ipse contra eum suspendit petitorium, & cum adhuc pendeat iudicium possessorium quod ipse antè intentauerat contra eum & nunc in secunda instantia pendet: non debet donec possessorium sit termimatum admitti ad petitorium. Quæritur quid iuris? Tenuerunt omnes q̃ non obstãte dicta suspẽtione petitorij dictus Thomas sit admittendus ad petitoriũ: quia sua interest, ex quo videt dictum Robertum procedere in petitorio contra Richardum. Item quia imputandum est eidem Roberto quòd procedit in petitorio donec possessorium per eum contra Thomam intentatum sit finitum. videtur enim eo ipso quòd procedit in petitorio quodammodo renunciare possessorio: præsertim autem est admittendus Thomas: quia non venit voluntarius ad petitorium, sed quasi coactus ex facto dicti Roberti quem videt procedere in petitorio contra Richardum: & sua interest admitti ad petitorium, ne tacẽdo scieus causam petitorij agi inter eos, sibi possit præiudicium generari. iuxt. l. sæpe. de re iudi. & c. cùm super. & cap. quamuis. cum ibi not. per Innocen. de re iudic.

EPITOME.

1 *Possessio dicitur acquiri per tactum annuli portæ clausæ: & si fuerit spoliatus, restituendus est.*

Decisio 8.

1 AN † inductus * in possessionem per annulum serę ecclesiæ clausæ, cuius claues erant pœnes eum ad quem pertinebat custodia ecclesiæ tempore vacationis apprehendat possessionem: vt sic si postea non admittatur tanquam spoliatus, vel si alius in possessionem inducatur sit restituendus. Tenuerũt quòd sic. quia talis annulus est pars rei. arg. ff. de fundò instruct. quęsitum. §. fistulis. de act. empt. fundi. in princip. ergo & c. argum. l. iij. in princip. ff. de acquiren. posses. præsertim quia inducens habebat potestatem tradendi possessionẽ: & tunc in tali possessione apprehensa sufficit rei præsentia cum visu. argumen. l. j. §. si iusseris. & l. quod meo. §. si venditorem. in eod. tit. etiam tunc talis possessio est extendenda. iuxta not. per Innocen. in cap. in literis. de resti. spoli. & in cap. transmissa. de electio. & ibi per Compost. Nec obstat quòd custodia erat pœnes alium: quia non propter hoc erat possessio pœnes eum. iuxtà not. per Inno. in cap. ex parte. de arbit. sed quando alius esset in possessione: tunc possessio talis non est extendenda, sed restringenda ad ea sola quæ traduntur, seu de quibus possessio vacat: vt notat Compostel. de elect. transmissam.

* An inductus. Hæc decisio est singulariter notanda quòd per tactum annuli quæritur possessio ecclesiæ nempe vix alia de ea bene de casum huiusmodi possessionis acquirendæ multa innotuit.

EPITOME.

1 *Interdicto vti possidetis ab vna, & interdicto vnde vi. ab altera partium intentatis: si in vtroq; sufficienter adiectoriam probatum fuerit: pro quo sententia ferenda erit?*

Decisio 9.

1 ABbas † pro certis iuribus episcopalibus in quorum possessione se asserit, egit contra episcopum eum turbantem & inquietãtem interdicto vti possidetis: & econtra episcopus egit contra abbatem pro eisdem iuribus quibus per eum se asserebat spoliatum interdicto vnde vi pro eorum restitutione: & tandem vterq; probat sufficienter intentionem suam. Quæritur an pro vtroque sit ferenda sententia, an pro solo episcopo? de quo plenissimè not. Innocen. de præscript. veniens. in maiori glo. super verbo, nisi in aliquo. sed non ita plenè. C. vti possid. l. j in v. & vj. quæstio. & Innocen. vbi suprà tenet secundum quosdam quòd in vtroque interdicto, & pro vtraque parte feratur sententia: sed tamen sola lata pro episcopo interdicto vnde vi mandabitur executioni, & non lata pro abbate interdicto vti possidetis. Secundum alios autem tenet quòd solùm pro episcopo interdicto vnde vi feratur sententia, & non pro abbate interdicto vti possidetis.

Decisio 10. *Similis est decis. suprà eod. in antiq. nu. 18.*

EPITOME.

1 *Fructus qui percipi potuerunt an veniant ex canone reintegranda?*

Decisio 11.

1 AN in † conditione ex canone reintegranda veniant fructus qui percipi potuerunt non nisi ex materia violentiæ, & contra violentum competat. arg. l. inuasor. cum ibi not. circa princip. glo. C. vnde vi. licet Archid. in cap. reintegranda. iij. quæsti. ij. videatur tenere simpliciter quòd veniant: sed maior pars fuit in opinione prima quòd non.

EPITOME.

1 *Spolians licet conuenerit cum spoliato super dilatione soluendorum fructuum & expensarum, non impeditur propterea agere interim petitorio.*

Decisio 12.

1 SPoliator † condemnatus ad restitutionem ecclesię & in fructibus perceptis, & in expensis restitu. super ea clesia componit cum spoliato pro fructibus & expensis in certa pecuniæ quantitate: & spoliatus dat sibi certos terminos certorum annorum ad soluendum illam quantitatem pecuniæ. quibus terminis nondum elapsis, nec adhuc soluta illa pecunia spoliator vult procedere in petitorio: spoliatus dicit quòd nondum est plenè restitutus: quia nondum habuit restitutionem fructuum & expensarum: alter dicit quòd nondum tenetur soluere propter conuentionem & terminos: & quòd ex hoc videtur renuntiasse spoliatus illi exceptioni. Quæritur an benè dicat. dic quod sic, si causa fuit nominata, aliàs non. arg. ff. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione. C. de executo. rei iud. l. ij. ad quod ar. l. qui id quod. ff. de dona. cum concor.

Similis decis. nume. xv. de cau. posses. & proprieta. in antiq.

EPITOME.

1 *Spoliatus vna perceptione, & demùm ad reliquas successiuas admissus, an restitutionem petere possit?*

Decisio 13.

1 PRæcentor † & capitulum consueuerunt recipere tortitia & candelas quæ ponuntur in funere in ecclesijs parœcialibus totius ciuitatis, vbi ipse & canonici interiunt cum processione in sepultura. Contigit quod quadam die quædam ecclesia non permisit rectorem ipsius ecclesiæ recipere tortitia, & candelas quæ ibi obuenerant in quadam sepultura, in qua illi interfuerãt: sed in sequentibus funeribus bene fuerunt permissi recipere, & etiã in cæteris ecclesijs: agebant tamen possessorio tanquam spoliati possessione sua pro illa sepultura: & petebãt se restitui. erat quęstio an bene agerent? Nam videbatur eos non posse petere restitutionem possessionis: quia aut peterẽt se restitui ad possessionem iuris recipiendi. & non possunt. quia iam illam possessionẽ recuperauerũt, ex quo in sequen. funeribus fuerũt admissi & permissi recipere: aut peterẽt se restitui ad possessionem illorum tortitiorum & cãdelarum illius diei sepulturæ: & non possunt: quia illorum possessionem nunquam habuerunt. Fuit tamen dictum quòd imò possent petere se restitui. per not. per Innocen. in c. querelam. super verb. subtractam. ibi, sed quid si postquam spoliauerunt cùm ierit ad capitulum.

De Dolo & contumacia.

EPITOME.

1 *Canonici singulares citati. si fuerint contumaces, non possunt excommunicari pro capitulo non cõparente: vbi decreta fuit citatio contra decanum, & capitulum.*

2 *Procurator capituli an possit petere absolutionem canonicorum vt singulorum excommunicatorum?*

3 *Syndicus vniuersitatis non potest agere vel conueniri pro iuribus singulorum de vniuersitate.*

Decisio 1.

1 ITATIS decano † cum capitulo cuiusdam ecclesiæ vt comparerent certa die in curia processuri in quadam causa prophana ad singulos actus vsq; ad sententiam: & executa citatione in persona cuiusdã A. modo decani, & B. & C. & D. tunc canonicorum capitulariũ certis alijs canonicis tunc ab illo capitulo absentibus: & in termino citatiõis assignato nul

Fely. in c. cùm omnes. col. xv ver. amplius. de const. & in ca. eam te. col. x. de rescript. & in c. dilectæ col. 4. ver. an aut. de excep.

lo pro eisdem decano & capitulo comparẽte. Quæritur an dicti A. decanus. & B. & C. & D. canonici in quorum tunc capitulantium personis fuerat executa citatio possint excõicari? Videtur q̃ sic. quia illi ex quo erant tunc capitulantes, videntur culpabiles de cõtumacia capituli: igitur in eos singulares sic culpabiles ferri potest excõicatio. argu. c. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excõ. lib. vj. Cõtrarium credo, & in hac parte fuit maior pars dominorum: quia licet tempore citationis fuerũt in capitulo: non propter hoc constitit de culpa eorũ. quia possibile fuit quòd postea superuenientibus alijs canonicis, vel ad deliberandũ super ipsã citatione & missione procuratoris ad curiam ad comparendũ in termino vocati cum eis habuerint diligentiam competentẽ: & forsitan non potuerunt fœliciter concordare, vel non potuerunt ad hoc necessaria habere, vel alia fuerunt impedimenta. modo ad hoc vel propter factum vel contumaciã capituli vel vniuersitatis possint excommunicari singulares oportet q̃ constet de culpa eorum. iuxta illum. §. in vniuersitatem. cum ibi no. per Inno. Nec obst. si dicas quòd præsumitur eorũ culpa vel negligentia, ex quo non docetur de diligentia. quia dico q̃ non præsumitur, ex quo erant canonici cũ quibus fuit super articulo præiudicatę ecclesiæ tractando & declarando. & verisimilius est q̃ citationẽ alijs dixerint quàm q̃ non. & licet postea non oẽs miserint procuratorem in termino, non cõstat quòd dicti A. & B. & C. & D. de hoc fuerint culpabiles magis quàm alij: nec in qua culpa fuerint. Nec ob. si dicatur q̃ saltem decanus qui personaliter fuit citatus, debet cõparere vel mittere: quia illud verum esset, si fuisset citatus pro causa eum tãgente specialiter vel decanatũ suum, & pro eius iuribus separatis à iuribus capituli. Sed ego pono q̃ omnes citabãtur cõmuniter pro causis tangẽtibus oẽs & vniuersos & totã ecclesiam: hoc enim casu non est concernendus decanus vt distinctus & separatus à capitulo: sed vt inclusus in capitulo, & vnitus & vnũ corpus faciens cum capitulo tãquam caput cũ membris. faciunt not. de cõsti. cum oẽs. & de cõcess. præb. post electionẽ. & in cle. vt hj qui. de ętа. & quali. super ver. eisdẽ. Sed pone quòd propter hoc A. & B. & C. & D. fuerunt excõicati, quia non comparuerunt in termino: postea verò tractu temporis antequam scirent excõicationem in eos latã, capitulum etiam inter quos fuerunt A. & B. & C. & D. miserunt procuratorẽ ad causam prædictã nomine decani & capituli citatorum. Queritur nunquid ille possit appellare pro grauamine excõicationis prędictæ latę in dictos A. B. C. & D. pro cõtumacia prętensa capituli. Et videtur q̃ non. quia illi A. B. C. & D. nõ fuerunt excõicati vt capitulum: quia sic nõ tenuisset sũa, nec sic poterant excõmunicari: vt d. §. in vniuersitatẽ. igitur excommunicati fuerũt vt singuli. & † cùm dictus procurator non sit procurator singulorũ sed capituli: non videtur q̃ possit pro grauamine eis illato vt in singulos cum causa singulorum, nec eorũ grauamen non sit capituli vel vniuersitatis. arg. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. de in ius vocan. de rerum diuisi. l. intãtum. §. vniuersitatis. pro hoc videtur tex. ff. q̃ cuius. vniuer. sicut. §. si q̃d. vbi † actor vel syndicus vniuersitatis non põt agere vel cõueniri pro iuribus singulorũ. * Domini tenuerunt contra q̃ fuerunt isti excõmunicati pro prætensa contumacia capituli, & eius occasione: videtur igitur q̃ tanquã ad capitulum redundet iniuria & prędiciũ igitur procurator capituli possit appellare. pro hoc bene facit quod no. In. de ap. dilectus. de sen. excõ. romana. §. in vniuersitatẽ. in glo. si. ver. sed quęritur. Nec obstat si dicatur q̃ non valuerit procuratoris cõstitutio: quia erant excõicati constituentes. arg. c. cõsulti. de procur. quia imò ex quo tunc ignorabant. ar. de cleri. excõ. mini. apostolicæ. vel etiam ad prosequendum causam ad quam erant vocati vt rei. Et quia ad appellandũ à grauamine illato vel inferendo etiam constituerant procuratorem. argu. de iudic. c. intelleximus. de excep. ligę ficaueruntde rescrip. c. j. li. vj.

1 2 3

* Old. consil. 66. de iniur. Dec. in c. licet causam. col. 8. ver. xv. no. de probatio. & quando dominus possit agere pro iniurys latis subditis, vide Fel. in c. auditis. colu. xij. ver. scias. de præscript. Crane. const. 45. quidã dominus.

EPITOME.

1 *Actor qui obtinuit citari reum ad personaliter comparendum, tenetur etiam ipse personaliter comparere: alioquin reus non comparens non reputabitur contumax.*

Decisio 2.

VTrum si † quis * obtinuerit commissionem cum potestate citãdi personaliter: & in eius virtute fecit aduersarium citari personaliter teneatur etiam ipse actor impetrans commissionem personaliter comparere: ita q̃ aliàs reus citatus in termino nõ comparens non possit contumax reputari: nisi etiã actor tunc personaliter cõpareat. & ista quæstio supponit q̃ ageretur ciuiliter: q̃a si criminaliter actor qui tenetur se inscribere ad pœnã talionis benè tenetur sine dubio personaliter comparere: sed cum agitur ciuiliter, & actor ex speciali gratia obtinuit quòd aduersarius posset citari personaliter, est quæstio fortis. Et quidam dicebant quòd non teneatur actor personaliter comparere, ex quo causæ natura hoc non requirit: nec aliàs per iudicem vel superiorem ad hoc expressè est citatus: nec quod ex speciali priuilegio sibi contra aduersarium cõcessum est, sibi debeat in læsionem redundare. argu. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. & C. de rescin. ven. l. ratas. & argumen. illius æquitatis tituli, quod quisque iuris. nam interesse potest aduersarij, ipsum debere personaliter comparere: quia super defensionibus suis sciet forsan melius veritatem quam procurator.

Fely. in rub. de rescript. ver. confidens. secundo.

* Virum si quis. Hæc decisio est memoriæ commendãda tãquam singularis & magnæ æquitatis in sua materie.

Vt Lite pendente nihil innouetur.

EPITOME.

1 *Intrusus contra cap. si hj contra quos. non admittitur ad dandum obiectus: & talis intrusio per viam attentati reuocanda est.*

2 *Reus etiam in beneficialibus actore non probante absoluitur ab eius impetitione.*

3 *Debitor potest deducere ius alienum ad effectum vt concludat de non iure actoris.*

4 *Surrogatus lite pendente, an admittatur ad dandum obiectus?*

5 *Reseruatio infiat titulum & possessionem.*

6 *Intrusio per viam attentati an sit reuocanda?*

Decisio 1.

VNQVID † reo & possidente lite pendẽte mortuo, si de facto in beneficio de quo lis prętẽdebatur surrogatur alius per ordinariũ contra. c. si hj cõtra quos. extrà vt lite pendẽ. lib. vj. posset iste surrogatus possidens qui nullũ ius habet in beneficio illo per dictum c. dare obiectus contra actorẽ, qui petebat beneficium. Et videtur quòd sic. quia † reus qui nullum ius habens in beneficio, etiam si per confessionem suam vel aliàs de hoc constet vincere debet per nõ ius actoris, saltem vt ab eius impetitione absoluatur: vt not. Compostel. de rescript. mandatum. pro quo facit C. de rei vendi. l. final. de ædend. qui accusare. pro quo etiam facit ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. l. Paulus referi. §. fina. ibi si qualiscunque possessor. pro hoc etiam facit. quia † verus debitor excludere facit creditorẽ deducendo ius alienum, vt cõcludat non ius actoris. & tamẽ ipse quantum ad se cùm re vera debitor ipse esset, condemnandus erat: sed propter non ius actoris vincet, & absoluitur ab eius impetitione. sic deduco. ff. ad Trebel. l. j. §. quanquam. ff. de Carbo. edict. l. iij. §. cùm extarer. de bo. lib. l. quamdiu. C. de noua. l. iij. no. per Cyn. de seruis fugiti. cùm seruum. in noua additio. Credo contrarium in hoc casu, quòd si talis reus † & possessor nouiter contra ius surrogatus lite pendente admitteretur ad litem, vel ad impugnandum ius actoris: frustra esset facta dicta decretalis, si hj contra quos. Nam per tales nouos possessores qui malitiosè surrogarẽtur interdum litigia in ecclesiarum dispendium prorogarentur cõtra rationem dicti capituli, nec hoc ius sustinere debet: imò ex officio suo talem nouum surrogatum debet à litigio repellere, ex quo in præiudicium litis pendent. fuerat surrogatus: imò & ante omnia eum à beneficio reuocare, reuocando attentata lite pendente: vt per totum titulũ. vt lite pen. Itẽ quia talis surrogatus non habet fundamentum alicuius

1 2 3 4 5 6

tum alicuius coloratæ possessionis vel detentionis: imò eius possessio seu detentio est affecta,& adeò nulla,quòd carere debeat omnibus iuris adminiculis:propter decretum appositum in dicto cap.si hi contra quos.sicut alibi
5 dicitur de possessore beneficij reseruati, qui non † habet aliquam possessionē vel detentionem iuris adminiculis coadiuuabilem.arg.not.per Innoc.de appel.vt nostrum. 3
& arg.de præb.inter cætera.cum concor. Nec ob. opini. Compost.nec iura suprà alleg.quia omnia illa vera sunt in reo qui habuit possessionem seu detentionē antequam lis cōtra eum vel aliquem alium inchoaretur: & sic non cùm haberet eam in præiudicium litis penden. poterat admitti ad litem:& per consequens ad impugnādum ius actoris:vt sic per non ius illius ipse absoluatur ab eius impetitione.& de tali etiā si non constaret de non iure suo crederem & posset dare obiectus:secus autem in casu nostro:quiavt suprà dixi iste surrogatus lite pendēte est repellendus & remouendus à possessione & detentione reuocando omnia per eum lite pendente attentata. & ita
6 fuerunt quasi omnes in opinione.Sed an † talia attentata lite pendente possint reuocari per iudicem ex officio suo nobili,etiam parte non petente? Videretur quòd sic. quia talia attentata nedum concernunt præiudicium vel iniuriam partis:imò & irreuerentiam & iniuriam iudicis.igitur & c.arg.ff.de postul.l.quos prohibet.ff.de pac. iurisgenrium.§.si pascisear.pro hoc etiam quia talis reuocatio attentatorum hoc casu tangit abbreuiationem litis,& est notoria iudici, vt iudici attentata, ex quo talis surrogatus prætendit se possidere, & petit se admitti ad litem.igitur & c.arg.C.de tempo.app. l.ij.§.fi.si cer.pet. quidā existimauerunt. Item quia talia attentata tangunt periculum animæ attentātis,& vtilitatē ecclesiarum & publicam:ne propter diuturna litigia ecclesiæ diu vacēt & iudicis illusionem.igitur hoc casu iudex posset supplere de facto.arg.not.per glo.de elect.cupientes.§.cæterū. super verb.contumacia.lib.vj.& per Arch.de excep.pia. in vlti.glo.eod.lib.super hoc nihil fuit determinatum nec dictum nisi per me qui hoc moui.

Decisio 2. Similis est deci.nu.5.eod.tit.in antiq.

De Sequestratione possessionis & fructuum.

Decisio 1. Similis est decis.55.suprà de rescrip.in antiq.

EPITOME.

1 *Sequestrum in vim sententiæ nullæ decretum,an si quis violauerit,teneatur pœnis de quibus in cle.ad compescendas.*

2 *Sententia lata ex falsa causa:nisi habeat errorem iuris expressum ipso iure tenet.*

3 *Sequestrum violans, dicitur violare possessionem penes sequestrum remanentem,vel si per sequestrum conseruaretur.*

1 *Decisio 2.*

Cesse. dec.5. pag.2. vers. sed maurpers de sequest.poss. & fruct.

VTrum † pœnæ constitutionis ad compescendas * habeant locum si factum fuerit sequestrum per literas apostolicas obtentum virtute sententię diffinitiuæ latæ in curia Romana quæ est nulla:licet tunc aliqua putaretur,& aliquis violauerit illud sequestrum. Et videtur quòd talis non incidat in pœnas illas,ex quo sententia erat nulla:quia tunc decretum sequestrationis videtur fuisse factum seu interpositum ex falsa causa.igitur nullius sit effectus.arg.ff.ne vis fiat ei.l.j.§.hæc verb. & quia constitutio illa est pœnalis. igitur restringenda. Sed verius est tenere contrarium, propter rationem illius textus,& propter temeritatem, & in odium violantis sequestrum,antequàm esset declarata sententiæ nullitas.& quia propria authoritate attentare non debuit, quod iuridicè & via ordinaria prosequi potuisset.& quia in dubio sequestrū & manus appositio papæ seruare debuit propter eius authoritatem. & pro hoc etiam quòd non obstāte nullitate sentētiæ ex quo aliqua credebatur puniatur & teneatur violator illis pœnis,facit finis illius cle.ad compescēdas.& ff.de fal.l.si quis legatum.& quia sequestrum non est nullum:licet factum ex falsa causa:
2 cùm † sententia vel interlocutoria lata ex falsa causa: nisi habebat errorem iuris expressum,ipso iure teneant: licet ope appellantis reuocari possint. facit quòd not.ff. de acquired.hæred.si is ad quem.facit ff.de excu.tut.qui testamento.iunct.not. per Inno.de renuntia. in præsentia. Nec obst.iura quæ ad hoc possunt in contrarium allegari,vt dixi in illa quæstione,quam quære suprà fol. An
3 vnio facta ex falsis causis sit nulla ipso iure. Et † quia sequestrum violans violat possessionem tenēdo quòd esset penes sequestrum:vel etiam tenendo quòd adhuc penes partem prius possidentē remansisset:sed per sequestrum sibi conseruaretur.argu.not. C.de probi.se.l.j. per Cynicuius quidem possessionis essentiam cùm sit facti,iustum vel iniustum, vel causæ falsitas non diuersificat, nec eius acquisitionem vel retentionem impedit: sicut nec acquisitionem dominij: vt l. cùm in corpus. & per totum tit. de conditi.& demonstra.facit l.rem quæ nobis.& l.iij.§. ex contrario.de acqui.poss.iunct.c.cum nostris de concepræben.& de præb.licet episcopus.lib.vj.& sequestrum etiam facti est.ff.de cu.fur.l.consilio.§.fi.

De Confessis.

Decisio 1. Similis est deci.18.eod.ti.in antiq.Adde Fely.in c.ij.col.v.ver.item probabis.de fide instru.

Decisio 2. Similis est deci.4.eod.tit.in antiq.

EPITOME.

1 *Sententia lata in confessum,quæ non potest valere vt sententia,valet vt præceptum.*

2 *Actus qui non valet vt agitur,si interpretandus est,valeat,vt valere potest.*

3 *Verbum,condemno,vt actus seruetur interpretandum est pro verbo præcipio largè accipiendo illud secundum subiectum.*

Decisio 3.

1 VTrum † si contra reum confitentem debitum ante litem contestatam,& non dato libello per actorem iudex tulit diffinitiuam sententiam & eum condemnauit ad soluendum: talis sententia diffinitiua, quæ valere non potest vt sententia,valeat vt præceptum
2 de soluendo? Tenuerunt quasi omnes quòd sic:vt † actus qui non valet vt agitur,valeat vt valere potest. argu.l.an
3 inutilis. & vt verbum, † condemno. ibi positum sumatur largè,id est præcipio secundum subiectā materiam. de verb.signi.c.in his.de conditi. & demonst.l.pater Seuerinam.§.conditionum.& vt fiat interpretatio vt actus magis valeat quàm pereat.vt l.quoties.

De Probationibus.

EPITOME.

1 *Executores tres vbi deputati fuerint super gratia,quòd si non omnes duo vestrum:si duo ex eis sine tertio,de cuius impedimento vel excusatione non constabat eis,processerint,an valeat eorum processus?*

Decisio 1.

Fely. in c.fusatatus.col.6. in fin. vers. de rescri. Curt. Iun.cons.63. ponitur in facto.col.pen. ver.postremò.

TRIBVS executoribus † deputatis super gratia sua,cum illa clausula,quòd si non omnes,duo vestrū. duo ex illis processerint sine tertio: nec cōstet per eorum processum an eis cōstiterit de excusatione vel impedimēto tertij: sed ille in cuius gratia fuerunt deputati vult docere quòd tunc tertius fuit longa distantia absens. quæritur nunquid sufficiat sibi? Dictum fuit quod sic,per notā.per Archidiaco.de offic. delegat.cùm plures.circa fin.libr.sexto.& per Innocen. in capitu.prudentiam.circa principium,super verbo,canonicè.de offic.delega. & optimè in regu. iur. eum qui certus.per Ioan.Andr.in nouella,ibi vide argumen. pro & contra,& solutionem.

EPITOME.

1 *Clericatus an sufficienter dicatur probari per reputationem,habituum & tonsuram ab eo gesti contra aliquem opponit de canone.si quis suadente.*

2 *Obiectus in criminalibus debent esse luce clariores.*

Decisio 2.

CONtra † quendam obijcitur quòd non valet prouisio seu collatio de beneficio sibi facta, ex eo quia erat excõmunicatus tunc ratione manus iniectionis violentę in clericum vel presbyterum. Quæritur an sufficiat probare manus iniectionem in eum qui pro clerico vel presbytero habebatur & reputabatur, & erat in possessione habitu, vel tonsura præsbyteratus vel clericatus vtrum concludentur prædicti obiectus? Videtur quòd non. quia † in criminibus obiectus debent esse luce clariores. C. de proba. sciant cuncti.

EPITOME.

1 *Recognitio sigillorum & notariorum instrumentorum post terminum ad producendum omnia productorum, per quæ obiectus probantur an fieri possit?*

2 *Probationes non sunt augmentandæ.*

Decisio 3.

ALiquis † dat articulos obiectiuos post terminum ad ponendum & articulandum: & in termino ad producendum omnia producit instrumẽta per quę probantur illi obiectus: sed pars aduersa negat illa producta, scilicet notarios & sigilla. Quæritur nũquid dans articulos illos obiectiuos saltem sit admittendus ad probandum notarios & sigilla productorum? Quidam dicebant ꝙ non. quia nulla probatio recipi debet super materia articulorum repellendorum. ad hoc facit quod no. glo. de elect. constitutionem. in fi. super verbo, legitimè. Alij verò tenebant contra. quia licet sit exclusus ab articulando & sic à probando per testes in illa instãtia, ex quo non dedit articulos in termino: non tamẽ fuit exclusus à producendo munimenta: quia terminus ad ponendum & articulandũ statuitur vt contenta in eis probentur per confessionem vel per testes, & ab illis modo probandi per testes bene est exclusus: non autẽ fuit ad finem quin si postea pars velit per instrumenta probare, sit audienda: producendo ergo etiam si nõ articulasset, proponere cẽsetur: & productio in termino sibi cõceditur, ergo & omnia quæ pertinebunt ad productionem, scilicet probatio notariorum & sigillorũ si negentur. Nec obst. glo. in d. c. constitutionem. quia loquitur de probatione facta per testes à qua erat exclusus, itẽ loquitur de probatione fienda de materia obiectiua à qua per constitutionem, vt circa. erat exclusus, quę perpetuò & irreparabiliter excludit. & eius exclusio habet vim rei iudicatę. & hoc placet. quia † probationes nõ sunt augmentandę, nisi quatenus reperitur expressum &c.

1 1 2

De Testibus.

EPITOME.

1 *Testes iurati infra terminum remissoriæ possunt post elapsum dictum terminum examinari de æquitate.*

2 *Remissoriæ forma qualis sit?*

Decisio 1.

1 VTRVM † duo mẽses qui prefigũtur iudicibus in remiss. infra quos testes probatorios recipiãt & examinent, prefigantur soli receptioni, vt sic examinatio possit fieri post duos menses: vel an etiam examinationi, vt sic etiã examinatio facta postea

2 non valeat: forma † autẽ secundum quam fiunt tales remissiones habes extrà de proba. licet. circa finem primæ columnæ, ibi, magistris. m. r. p. precipimus vt testes quos super hac exceptione procurator Fauẽtinorum duxerit producendos infra mensem recipere ac examinare curarent. Quidam dicunt ꝙ prefigitur tale tempus & receptioni & examinationi, propter copulã, ac. quæ videtur copulare etiam quò ad tẽpus quia copulat. consimiliter facit ff. de fun. instruct. Seiæ. §. Caio. cũ concor. Cùm igitur productio testium esset facienda infra tempus illud: ergo & examinatio. Pro ista. quia illa verba, infra duos menses, vel infra mensem. quæ in præcedentibus dicuntur etiam in sequentibus repetita intelliguntur: vt l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obligatio. extrà de app. secundo requiris. pro hoc allegatur quod not. Archid. de exceptio. pia. super verbo, probauerit. ibi no. quòd infra tempus ibi præfixum ad probandũ excõmunicatum non sufficit testes produxisse nisi etiam infra tempus deposuerint. Maior pars tamen de æquitate dicebat quòd sufficeret testes fuisse productos & iuratos infra tẽpus prefixum in remissis, dato quòd examinatio fieret postea: ne probationum materia quæ est fauorabilis, nimiũ angustetur. C. de hære. l. quoniam. & quia forsan testes producendi sunt de longinquo vel de diuersis locis, propter quod sæpe occurrit quòd vix productio & receptio potest impleri infra illud tempus: & ideo postea fiet examinatio quæ oportet quòd habeat magnum tractum propter scripturam attestationum, & interdum multiplicitatem articulorum & interrogatoriorum.

Decisio 2. *Similis est decis. 44. de proba. in antiq.*

EPITOME.

1 *Iudices remissoriæ possunt recipere partis confessionem.*

2 *Instrumentorum appellatione ea omnia veniunt quibus causa instrui potest.*

Decisio 3.

DEcreta remissione ad partes virtute literæ apostolicæ quæ dirigitur iudicibus, per quã papa mãdat eis quòd super articulis qui eis mittuntur inclusi recipiant testes: & instrumenta quę vtraq; pars duxerint producenda. Quæritur † nunquid possunt illi iudices recipere cõfessionem partium: vt sic si vna pars respondeat articulis alterius, & cõfiteatur aliqua & teneat talis confessio: * & sufficienter probet sicut confessio

1 2 iudicialis? Maior pars tenuit quòd sic. quia † nomine instrumentorũ ea omnia accipienda sunt, quibus causã instrui potest. ff. de fide instru. l. j. sicut cõtinentur & testes. extrà de testi. cogen. peruenit. pro hoc videbatur in speciali gl. quæ est extrà de in integ. resti. corã. super verbo, munimenta. pro hoc quia iudices recipiendo confessionem, quasi iuxta mandatum, etsi non mãdatum faciunt: igitur &c. argumen. ff. iudi. sol. iam tamen. §. in hac.

Domi. in cap. presentium. §. tertio. col. j. verse. quid si papa. de test. in vj. & ibi Fran.

* Tenet talis cõfessio. cõfessio facta coram arbitratore fidem facit coram ordinario: habetur p Ant. de Butrio. &c. Quintanal. de inscript. in xxxiij. q. iij. Videtur Fely. in causam quæ. de testib.

EPITOME.

1 *Articulus quòd ecclesia à tanto tempore quod non extat memoria hominum in contrarium est hospitali annexa valet.*

2 *Tempus de cuius contrario non extat memoria hominum inducit præsumptionem pro solennitate actus, vt censeatur interuenisse.*

Decisio 4.

1 DAtur † articulus quòd ecclesia est annexa hospitali & tanto tẽpore quod non extat memoria: sed non datur quòd hospitale sit locus religiosus, nec authoritate episcopi institutus. quæritur an articulus sit admittendus? Videtur quòd non. arg. eorum quæ no. glo. de præbend. per literas. in clemen. super verbo, ecclesias. Tamen omnes tenuerunt quòd sic. præsertim ex quo datur de tanto tempore &c. Nam omnia præsumuntur solenniter acta. per not. de eo qui furti. ordi. suscep. capi.

2 innotuit. per Innocen. Et quia † per lapsum tanti temporis præsumitur authoritas episcopi interuenisse. arg. C. de petitione hæreditaris. si filius. ff. de acquiren. hære. qui aliena. in prin. & quia articulus est de iure suo.

De Fide instrumentorum.

EPITOME.

1 *Executori attestanti suo sub sigillo quòd aliquis acceptauit certum beneficium, an credatur?*

2 *Executoris literis quando credatur.*

Decisio 1.

1 VTRVM † credatur executori testificanti sub suo sigillo in litera sua sigillata illũ super cuius gratia fuit deputatus executor acceptasse? Quidam dicebant quòd non. quia non testificatur de facto suo, sed de facto alieno, scilicet impetrantis: tunc

2 † enim creditur literæ & sigillo executoris cũ testificatur de facto suo super his quę fuerũt sibi cõmissa. vputa quia ei

quia ei prouidit, vel eum fecit recipi, vel in possessionē induxit. iuxtà notata per Compost. in cap. capitulum. de de rescrip. facit l. magis puto. §. si eis. de rebus eorum qui sub tutore vel curat. sunt. Tamen maior pars tenuit q̄ satis credi debeat saltem cum iuramento partis. quia satis talis acceptatio quæ communiter interdum consueuit fieri coram executore est de circūstantijs negotij sibi commissi, cùm sit necessaria ad prouisionem per eum fiendam & satis vicina mandato. facit ff. iudica. solui l. iam tamen. §. quid tamen. pro hoc, quia creditur literis executoris per modum actorum confectis designatis loco & tempore de & super appellatione per partem interpositā, vt per eam causa ad curiam deuoluatur: vt not. Composte. de elect. statuimus. in iiij. col. ver. item quæritur. deci. 3. probandum.

De Præsumptionibus.

SVMMARIVM.

Delegati vnius ex condelegatis excusatio in dubio præsumitur præcessisse gesta per alios suos condelegatos.

Decisio 1.

TRIBVS delegatis cum clausula, quòd si non omnes &c. tertio se excusante duo processerunt: non apparet autem an excusatio præcesserit processum: quia excusationis litera, & processus sunt eiusdem datę nec apparet quis præcesserit. Quæritur an excusatio debeat intelligi in dubio præcessisse? Videtur quòd sit necesse probare excusationem præcessisse. argu. not. per glo. extrà de senten. excom. venerabilibus. in fi. & de præben. si à sede. in nouel. lib. vj. & de rescri. literas. in clemen. super verb. creatum. ibi, Item quòd si dubitatur. Fuit tamen dictū quòd in dubio præsumi debeat executionem præcessisse & omnia solemniter acta. arg. extr. de his quę fiunt à præla. ea noscitur. & arg. not. in authen. de tabellio. §. nos quidem. super verbo, iniunctum. & argum. insti. de fideiuss. §. fi. de inuti. stipu. §. si scriptum. de verb. obli. sciendum. & eorum quæ not. per Inno. de eo qui furt. ordi. suscep. innotuit. & per Ioan. And. in nouel. de re iudi. sicut. super fi. iij. glo. facit in ratione de acqui. hære. l. illud. in fi. de cō di. insti. multis. §. j. ff. de stat. homi. Aretusa. Nec obstant cōtra. quia non erant talia ad quorum essentialē valorē vnum præcedere deberet aliud, de sui natura quod sic.

2 dam dixerunt quòd sic: quia † per pactū etiam iuri futuro renuntiari potest: licet nō per simplicem repudiationem. C. de pact. l. j. quæ ita concor. cum l. si ita scriptum
3 §. sub conditione. de lega. ij. & † quia quis potest renuntiare iuri pro se introducto. C. de pact. l. fi. & quia etiā beneficio iam quæsito in sui præiudicium renuntiare possit: vt in c. quod in dubijs. & per totum titulum. de renun. ergo multò fortius quærendo: vt not. Innoc. in d. c. quod in dubijs. & probatur eod. tit. veniens. quia multa impediunt contrahenda &c. Et quia quod posset primò facere facto, scilicet non acceptando infra mensem in fauorem secundi, hoc posset etiam pactovel conuentione pro
4 mittere: & quia † etiam renuntiatio facta medio iuramento etiam super re minùs licita: dū tamen iuramentū sit obseruabile absq; præiudicio æternæ salutis debet seruari. quod metus cau. ad aures. de iureiuran. debitores. & c. si verò. & c. quēadmodum. arg. contra de reg. iur. non est obligatorium. lib. vj. In oppositū tamen videtur. quia ex quo primus acceptat infra mensem, decretum in literis suis appositum fortitur vires, & reddit irritum & inane quicquid per secundum seu eius executorem fuerit attentatum: vt in c. cùm ei quem. de concess. præbend. in clemen. & potestas decreti seu eius vires cum dependeāt ex facto principis, & sic de iure publico, non videretur esse sub dispositione partium. arg. ff. de pact. paciſci. & de lega. j. nemo potest. & C. de iurisdict. om. iud. priuatorū. & C. commu. vtriusq; iudi. l. ij. præsertim. quia acceptare facti est, & est tale factum quod absq; quocunq; ministerio iudicis sortitur effectum decretum in literis appositum. ergo non obst. pacto vel renuntiatione si fiat, tenebit & sortietur vires: licet iste secundus de iure fortè agere possit contra eum ad interesse succedens in obligatione facti. sicut in simili notatur in eo qui iurauit non vendere vel non secundò testari: vt not. Inno. de præben. dilecto. & Io. And. in nouel. in quæstione super reg. quod semel. & in alijs not. communib. hæc dubitatio non fuit determinata tunc in consilijs sed bene mota.

Decisio 2. *Similis est dec.* 31. *de sentēn. & re iudi. in antiq.*

De Iureiurando.

EPITOME.

1 *Pactum iuratum de non acceptando vel vtendo acceptatione per primum in data factum secundo, an repellat primum acceptantem.*
2 *Renuntiari potest per pactum iuri futuro, licet non per simplicem repudiationem.*
3 *Renuntiari quilibet potest iuri pro se introducto.*
4 *Renuntiatio facta per iuramētum super re minùs licita dummodo iuramentum sit obseruabile absque metu æternæ salutis, debet seruari.*

Decisio 1.

1 PRIMVS in † data medio iuramēto fecit pactum secundo in data, quòd nunquam aliquod beneficium cadēs sub gratia acceptabit donec secundus qui impetrauit ad collationem eandem, obtinuerit beneficium ex gratia sua: & si eum cōtingeret acceptare beneficium quod secundus vellet accepta re ex nunc prout ex tunc renuntiat iuri ex tali acceptatione seu prouisione exinde sibi competituro. Quæritur an si posteà vacante beneficio cadente sub eorum gratia quilibet eorum acceptat infra mensem, & quilibet sibi faciat prouideri: secundus verò sit potior, sic quod obstent primo pactū & renuntiatio supradicta quæ fecit? Qui-

De Exceptionibus.

EPITOME.

1 *Excommunicationis exceptio an post tres interlocutorias latas super causæ deuolutione admitti debeat?*
2 *Excommunicationis exceptio post finitum processum & sententiam latam proponi potest.*
3 *Clemen. vt calumnijs. in quibus sententijs vendicet sibi locum.*

Decisio 1.

1 AVSA fuit † pronuntiata deuoluta per tres interlocutorias: nūc impugnans deuolutionem prætendens nullitatem pronuntiationis & processus tunc habiti, dicit procuratorē qui impetrauit commissionem, fuisse tempore impetrationis excōmunicatum. Quæritur an sit audiēdus? Et videbatur quòd non donec dictæ interlocutoriæ obtinuissent effectum suum. per c. vt calumnijs. de re iudi. in cle. Fuit dictum quòd audiretur: quia præiudicialis fuerat exceptio. Item † quia post finitum processum & post sententiam esset audiendus & post hæc antequam vlterius procederetur erat melius eum audiri. & minus malum esset quàm post finem causæ: & vt lites breuiarētur, & nec tres interlocutoriæ fecerunt valere, quod nullum erat. arg. l. si expressim. de appel. Nec c. vt calumnijs. obstat quia † loquitur in sententijs, quarum potest esse mera executio, & fieri sine causæ cognitione: sed effectus huius interlocutionis non est talis de sui natura: sed est q̄ cognoscat & procedat in causa principali, prout de iure fuerit, quod fieri nō potest sine causę cognitione: & ideò ibi est diuersa ratio quàm h[illegible] vt clarè patet ex illo text.

EPITOME.

1 *Possessor reus in causa beneficiali de cuius iure non constat an possit dare obiectus de non iure suo contra actorem, de cuius iure constat, nisi vincatur per obiectus istos.*

2 Reo sufficit quòd vincat per non ius actoris, etiam si constat de non iure suo.
3 Possessor de cuius non iure constat, non est amouendus vt alter inducatur in possessionẽ loco suo non habens ius in beneficio.
4 Restitui non debet, qui in termino ad dandum obiectus nihil deduxit.
5 Terminus ad dandum obiectus est peremptorius.
6 Obiectus si fuerunt repulsi in prima instantia ob id quòd extra terminum fuerunt dati, an possint in secunda instantia dari?

Decisio 2.

Vide Fel. in c. 1 olim. pen. & vlt. col. de rescript.

AN † reus & possessor in causa beneficiali si nõ det de iure suo, vel etiã si non constet de iure suo possit dare obiectus contra actorẽ de cuius iure constat, nisi vincatur per obiectus istos? Quidam dixerunt quòd nõ. quia per hoc non fortificat ius suũ, licet noceat aduersario &c. argumen. notatorum. per Innocen. de re iudica. cùm Bertoldus. in fin. Et quia non solent audiri quorum non interest. de electioni. cùm inter cætera. pro quo etiam facit quod notatur. per Innocen. de accusatio. super his. super verbo, concludatur. Et videtur glo. ordinaria imò text. secundum tertiũ intellectum gl. de concess. præb. c. post electionem. in glo. fi. versi. vel ideo &c. Aliqui tamen, & credo ꝙ melius, tenebant contra quòd
2 imò possit dare obiectus. quia † sufficit reo quòd ipse vincat per non ius actoris, etiam si constat de non iure suo: puta per confessionem, vel aliâs. arg. notatorum per Compostel. de rescrip. mandatum. & per Innoc. de procura. ex insinuatione. iunct. l. final. C. de rei vendic. Item
3 melius † est quòd ille remaneat in sua possessione quãuis iniusta vel vitiosa, quàm si altervitiosè ingrederetur. nec propter hoc ille iniustus possessor remanebit in beneficio: quia ordinarius ex officio illum poterit remouere. per capit. ordinarij. de offic. ordina. libr. vj. Ad contraria respondetur. quia dictum Inno. potest intelligi in actore non possidente. Vel potest dici quòd interest rei possessoris vt remaneat in possessione, ex eo quia dando obiectus apparebit de non iure actoris, quod sibi sufficit, vt soluatur: vt in d. c. mandatũ. no. per Compo. Quidam
4 dixerunt quòd non. quia † obstante termino perẽptorio
5 exclusus est. pro hac opinione facit. quia † adeò excluditur per lapsum termini ab obiectibus, quòd post non restituetur etiam &c. vt no. gl. de procu. non potest. circa finem. & secundum istos vis illius exclusionis transit ad secundam instantiam. Alij verò dicebãt contra, & credo quòd melius. quia in causa appellationis non oppositum opponam &c. vt l. per hanc. C. de temp. appellatio. Item
6 † quia in prima instantia licet nõ fuerunt obiectus dati. & procurator fuerit obstante lapsu termini exclusus: tamen appellatio subducit omnes terminos & vim eorũ. argumen. not. per Ioan. mo. de appellatio. licet. li. vj. pro quo notatur per Innocen. de testi. cùm venissent. Et non obstat C. de procura. l. ita demum. quia illa lex loquitur in dilatoria: nos in peremptoria loquimur, vbi aliud est. argumen. prædicti capitul. licet. Sed quid si in prima instantia in termino ad ponendum non dedit obiectus sed postea in termino ad declarãdum & ita fuerunt repulsi obiectus ex eo, quia nõ fuerunt dati in termino: nunquid postea in termino ad ponendũ in secunda instantia assignato poterit eos repetere. Quidam dicebant quòd non. quia fuerant expresè repulsi in prima instãtia: quia illa repulsio fuit quædã inter locutoria quæ transiuit in rem iudicatam. de election. cum dilecti. Sed alij & credo melius, dicebant contra, quia illa repullio non fuit reprobatio eorum cum causæ cognitione. ergo &c. ff. de contrahen. emptio. quod in diem. §. si rationem. de neg. gest. l. si autem. §. final. de contra. iudicio. tu. l. iij. §. præterea. imò idem si cum causæ cognitione, dum tamen per aliam causam fuerit repulsio: puta per lapsum termini in prima instantia sicut quando propter ineptitudinem: vt clemen. cùm à repulsione. de appellationi. imò idem scilicet quòd poterit eos repetere, etiam si propter eandem causam in prima instantia fuisset repulsus: vt prædicto capitul. licet de appellationibus. libro sexto. dum tamen non fuisset trina repulsio: vt in prædicta clemen. cùm à repulsione.

EPITOME.

1 Appellans extraiudicialiter, licet nullos obiectus deduxerit in appellatione sua: si tamẽ actor in curia admittatur ad probandum vnam materiam, quæ est de iure suo, admittitur ad dandum de contraria materia aliàs obiectiua.
2 Defensio sua nemini est deneganda.
3 Testes debent deponere pro vtraque parte.
4 Decretalis. vt circa. effectus.
5 Exclusus ex vno capite admittitur ex alio.

Decisio 3.

1 POssessor † canonicatus & prębendæ qui obtinuerat illa per expectationem, appellat contra quendam alium apostolicum qui impetrauit à papa tanquam per reseruationem talem, videlicet si ille per quẽ vel cuius obitum vacauerat, obtinebat vnam dignitatem electiuam in vna alia ecclesia: & in appellatione nullũ expressit obiectũ. postea in curia, quia actor reseruationis dat articulos quòd illa dignitas quam obtinebat ille per cuius obitum vacauerant dicti canonicatus & prębenda de quibus agitur, erat electiua: & sic dicti canonicatus & præbenda erant reseruati. Reus & possessor licet obstante mala appellatione in qua nullos dederat obiectus, non posset dare obiectus, & sic nec de ista materia quòd illud beneficium quod dicitur dignitas electiua, non est dignitas electiua, sed simpliciter beneficium: vult tamen dare de hoc, ex eo quia actor admittatur ad dandũ quòd sit dignitas electiua. Quæritur nunquid possit? Ego de consilio omnium iudicaui quòd sic, & admisi articulos hincinde. quia licet articuli rei & possessoris dantis de illa materia quòd illud aliud beneficium nõ esset dignitas electiua, reuera deberent repelli tanquam obiectiui obstante mala appellatione: tamen quia actor dabat quòd erat dignitas electiua: & super suis articulis petebat se admitti ad probandum ad partes: & remissus ideo reus ne claudicent iudicia etiam admitti debet ad probandum contrariam materiam, præsertim articulum ex simili æquitate l. petendæ. C. de tempor. in integrum restit. peten. ad quod nor. per Innocen. de sententia excommunicatio. capitul. solet. super verbo, octo dierum. præsertim etiam ex quo actor dat quòd est dignitas electiua: reus appellauit non exprimendo obiectus: nunc dans de contrario propriè non censetur dare obiectum, sed potius se defendere, id est dare exceptiones aduersus
2 assertionem actoris. & † nemini sua defensio est deneganda: vt in capitul. pastoralis. de re iudica. in clementi. Item etiam, quia licet articuli rei in se sint obiectiui: tamen quia sunt de eadem materia de qua dat actor, licet det contrarios articulos, articulus rei est admittendus & concurrere debent probationes. quia etiam testes debent
3 interrogari pro reo, cùm † debeãt deponere pro vtraq; parte. C. de episcop. & cleric. authentica. sed iudex. & no. in capitul. fraternitatis. de restitu. igitur non est magnum inconueniens quòd etiam possit dare articulos, & super eis producere testes: quia in effectum testium productio pro vtraque parte erit ad probationem eiusdem materiæ. Item quia decre. vt circa. repellens malè appellantem ab obiectibus, loquitur cùm quis vellet dare obiectus directè: & ideo strictè cùm sit pœnalis, in suis terminis teneatur. Iste verò non vult dare obiectũ istum directè sed potius indirectè in viam exceptionis seu defensionis igitur sit admittendus, & cùm fuisset appellatum à me etiam maior pars tenuit idem. Quidam tamen fuerunt in contraria sententia dicentes quòd non admittantur etiam in viam exceptionis. Nec obstat secundum eos æquitas l. petendæ. quia exclusio quæ fit per decre. vt circa. habet vim rei iudicatæ: vt ibi nota. doct. ergo non auditur etiam in viam exceptionis. argu.
4 l. an eadem. ff. de exce. rei indic. Item sequeretur † quòd decre. vt circa. seu eius effectus non haberet locum vbi quis vellet obijcere contra id quod actor habet necesse probare. patet hoc. quia si tunc cum actor habet dare de aliqua materia: puta, quia est pars gratiæ suæ, reus non obstante mala appellatione admittatur in viam exceptionis ad dandum de cõtrario: ergo in effectu sibi tunc mala appellatio non obstabit & tamen contrarium videtur de mente illius decretal. Nam illa decretal. loquitur vbi

tur vbi quis opponit in forma electionis vel prouisionis quam electus seu prouisus semper habet probare.arg.no. per Inn.de dol.& cō.cùm olim.in glo.Sed ad istas rationes pōt resonderi,primò ad primā,ꝙ licet decre.vt circa.seu exclusio quæ fit per eam quò ad quid habeat vim rei iudicatæ.s.vbi virtute malæ appellationis vellet dare obiectus:nō sic tamēvbi non vult dare obiectos nec venire in virtute appellat.sed in via defensionis tanquā pro nocatus per actorem qui dat de contrario,cui fauendum est ne fortè actor per falsas & malas probatiōes obtineat quia multum fauendū est volēti se defendere:præsertim quādo prouocatus vult se vlcisci.arg.§.cùm arietes.l.j.ff. si quadru. pau.fec.di,& ff.de ope.li.l.qui cū maior.§.si li
5 bertus.& etiā ꝙd exclusus ex vno capite admittitur ex alio ff.de succes.edic.l.j.§.quibus.& dicta cle.cū à repulsione.de appel.vnde iste veniens ex alia causa secundum hoc non pōt nec debet repelli exceptionē rei iudic.arg.l. cùm quęritur ff.de excep.rei iud. Item licet omissio formæ.c. vt circa. habeat quò ad aliqua vim rei iudicatæ: non tamen est res iudicata:sed pœna:& ideò restringenda.Quòd autem non sit res iudicata nec vim rei iudicatæ debeat habere,apparet: quia non fuit statuta propter probatam iustitiā partis volentis obijcere de qua constaret per causæ cognitionem:sed propter aliam causam in principio illius cōstitutionis insertam.ergo &c. arg.l.ꝙ in diem.§.si rationē.ff. de cōpen.cum concor. Item non ob.si dicatur ꝙ videtur tacitè renuntiasse non exprimendo in appellatione obiectus,&c.quia nō est verum. nam si de obiectibus per confessionē partis vel aliās legitimè cōstaret,non obstāte mala appellatione appellatus repelletur:vt in cle.constitutionē.in fi.cùm tamen secus esset, si appellatus renuntiasset obiectibus, vel esset cōtra eum iudicatū. Itē non obst.alia ratio.quia pōt esse ꝙ appellās probabit per instrumēta formā suæ electionis,nec indigebit remissione ad partes.& ideò tunc appellās si malè appellauerit non auditur ad probandum cōtrarium per testes,licet sibi si vellet excludere actorem incumberet probatio eorum in quibus esset peccatum in forma.arg. not.per Inn.de accus.super his.circa fi. magnæ glo.tunc ergo & non aliter ille qui malè appellauit admittitur ad probandum per testes contrarium eius quòd appellatus proponit,quando appellatus vult probare per testes.

De Sententia & re iudicata.

EPITOME.

1 *Præceptum de soluendo non est ferendum in scriptis.*
2 *Præceptum de soluendo est eiusdem effectus, sicut sententiæ, & ex eo oritur actio in factum, sicut ex sententia.*
3 *Sententia interlocutoria de necessitate non est ferenda in scriptis: sed sufficit quòd scribatur in actis.*

Decisio 1.

1 AN præceptum † de soluendo sit ferendum in scriptis? Dicebant quòd non est necesse.quia nō est iure cautum. Videtur tamen contrarium. quia † est eiusdem effectus sicut sentētia,& ex eo oritur actio in factum vt ex sententia. vt not.Spe.in tit.de exec.senten.§.qualiter.in fi.sed hæc ratio non concludit.quia etiam ex interlocutoria quæ continet aliquid dari vel fieri oritur actio in factum:vt not. Ioan.And.in c.cùm cessante.de appel. super prima glo. & Inno.in c.sacro.super verb.renocare.in princ.glo.sue.
3 de senten.excom.cùm † tamen sententia interlocutoria de necessitate non est ferēda in scriptis:sed sufficit quòd in actis scribatur:vt in c.quoniam.

Vide supra in dec.1.in anti. tam in additis.

Decisio 2. *Similis est deci.14.eod.in antiq.*
Decisio 3. *Similis est deci.13.in antiq.eod.tit.*
Decisio 4. *Similis est decis.17.supra eod.in antiq.*

EPITOME.

1 *Condemnatus ad perpetuum carcerem, non censetur priuatus suo beneficio.*
2 *Condemnatus de crimine est infamis.*
3 *Condemnatus ad perpetuos carceres videtur condemnatus in metallum.*

4 *Iudicandum non est bis de eodem crimine.*

Decisio 5.

1 ACcusatus † corā ordinario suo,seu is contra quem inquiritur per eum de homicidio vel alio crimine capitali,ex quo quis non priuatur ipso iure beneficio,licet possit priuari per sententiam: pendente accusatione vel inquisitione, constituit procuratores ad renuntiandum beneficium suum in manibus papæ. posteà ipse cōdemnatur ad perpetuū carcerem per ordinarium non tamen per sententiā priuatur beneficio suo.lata sententia,procurator ante sententiā per eum constitutus renuntiat beneficio in manibus papæ simpliciter,nulla facta mentione de dicta accusatione vel inquisitione, vel sentētia.& papa etiam illa ignorans recepta resignatione illud beneficium confert alicui tanquam vacans in curia & reseruatum:quia præsuppono quòd omnia beneficia vacātia in curia sunt reseruata.expectans tamen apostolicus illud beneficium incontinenti lata sentētia ante renuntiationem & collationē papæ illud acceptauit tanquam vacans per priuationem, dicens quòd ex quo lata fuit contra eum sententia perpetui carceris, eoipso consequenter etiam fuit priuatus beneficio. Quæritur quis istorū sit potior? Et videtur quòd apostolicus expectans. quia eo ipso quòd condemnatus fuit ad perpetuum carcerem de crimine,videtur priuatus beneficio.arg.no.per Inno.de excess.prela.c.inter dilectos.in prima glo.vbi dicit,vel sententialiter de crimine condēnatus.& per Archidia.viij.distin.quo iure.iuxta glo.& per Compost.in c.sicut.in ver.si verò confirmatio. de electio. Item con-
2 stat.quòd † cōdemnatus de crimine est infamis.ff.de his qui not.infa.l. athletas.§.fin. infamia autem ipso iure. priuat quem dignitate sua & quæsita: vt ptobatur.C.de
3 decurio.l.infamia.li.x.ergo & beneficio. Item † condēnatus ad perpetuum carcerem, videtur condemnatus in metallum:vt not.Innocen.extrà de accusa.c. qualiter & quando ij.super verbo,ad diminutionē.in ver.secundum canones. ibi, secunda autem pœna. damnatus autem in metallum efficitur seruus pœnæ. ff. de his qui pro non scrip.ha.l. in metallum. seruus autem non potest beneficium obtinere,cùm pro nihio reputetur:vt l.nec ex prętorio.ff.de reg.iu.imò mortuus reputatur:vt l.seruitutē. ff.de regu.iur. ergo sequitur quòd perdit ius quod habet in beneficio. Item cōdemnatus ad perpetuum carcerem cùm habeat perpetuò esse absens à beneficio suo non poterit amodo beneficio suo deseruire, nec ibi facere officium,cùm non sit spes quòd reuertatur à pœna.argum. l.intercidit.in fi.ff.de conditio.& demonst. ergo nec debet illud tetinere.quia propter officiū datur beneficium. de rescrip.c.fi.lib.vj.& sic videtur priuatus beneficio ex quo est astrictus alibi ad residentiam sicut vbi quis assequitur aliquod beneficium quod residentiam requirit, priuatur ipso iure primo residentiam requirente: quia incompatibilia reputantur:vt not. Innocen. in capitu.fi. de cleric. non residen. & in capitu. cùm iam dudum. de præbend.& Archidiaco.in capitu.gratia.de rescrip. lib. vj.Sed hæc ratio non vrgeret,nisi in beneficio requirente residentiam. Item nihil videtur referre an per sententiam & verbo eum priuet beneficio, an imponat facto sibi pœnam talem per quā videatur eum priuare: quia nihil refert an fiat facto vel verbo.argumen ff.de his qui not.infa.l.ij.§.ignominię ver.est ignominiosa.pœna aūt carceris per quā perpetuò habebit esse absens à beneficio & eius regimine totali,satis videtur talis per quā videtur eum priuare & expellere à beneficio.igitur,&c. Item cō stat ꝙ talis criminosus est priuādus beneficio:& est prouidēdum beneficio de persona.hoc autē non posset amodo fieri,ex quo de crimine semel extitit condemnatus. quia iudex semel functus est officio suo ferendo sententiam super crimine ergo amodo non posset aliam sen-
4 tentiam super eodē crimine ferre priuationis quia † nō est iudicandum bis de crimine eodem.C.de accusationi. qui de crimine.ff.naut.caupo.fabula.l.j.in fin. ergo nec indignus: & qui seruire nō poterit beneficium retinebit. melius videtur dicendum quòd per consequentiam per impositionem talis pœnæ sit priuatus. Item pro hoc videtur: quia quotiescunque imponitur alicui pœna ex

Fely.in c.catarum.in princ. pe.col. de rescript. Ludo. Gome.in reg. de ann.q. 4. per totum.

tali causa quæ infamiam irrogat: puta propter furtum vel aliquod crimen publicum: statim in locum eius alius potest eligi, quasi eo ipso sit priuatus beneficio: & idem etiam est si pœna sola siue sententia infligitur, ex qua irrogatur infamia. sic not. Inn. in d.c. qualiter & quando. ij. super verbo, diminutionem. circa fin. in versi. item videtur. ex quo talis de quo loquitur fuit accusatus vel contra eum fuit inquisitum de crimine nō potuerit renuntiare beneficio: nec per consequens constituere procuratorem ad renuntiandū. quia ex quo de crimine præuentus erat, iam videtur hoc facere in fraudem pœnæ: maximè ex quo secuta fuit sententia. argu. not. ff. de manu. quæ pœnæ. & not. ff. de accusa. l ex iudiciorū. §. fi. super verbo, alienarum. & sic intelligitur l. post contractum capitale crimen. ff. de donat. per ea quæ not. per Cyn. C. de bonis proscrip. l. si quis post hac. in prima quæstione. Item hoc videtur facere in fraudem expectantium: & ideo eis non præiudicetur. argum. extrà de renun. c. si te præbendam. lib. vj. Contrarium tamē obtinuit. quia per sententiam latam super crimine non est quis priuatus beneficio, nisi hoc in sententia exprimatur: vt not. Inn. in d.c. qualiter & quando. in præallegata glo. super verbo, diminutionem. in versic. credimus tamen. nec etiam pro commissis criminibus priuatus erat: vt no. Innocen. de concessio. præbend. c. cum nostris.

De Appellationibus.

EPITOME.

1 *Appellatio deseritur per lapsum fatalium post conclusionem in causa.*

2 *Appellans licet concludi obtinuerit in causa: si tamen labantur fatalia, appellatio censetur deserta.*

Decisio 1.

Adde deci. 25. 1 eod. in antiq. Cassa. deci. 9. pagin. 5. versi. tamē obstat. 2 de appella.

POSTQVAM † fuit conclusum in causa infra primum fatale & secundum appellans antequam petat ferri sententiam, patitur labi fatalia. Quæritur † an appellatio sit deserta. Et videtur quod nō. quia iā quod in se est quātum ad prosecutionem appellationis fecit, ex quo produxit causam vsq; ad conclusionem inclusiuē. ergo non stat per eum sed per iudicem. & sic videtur quod non sit deserta. Alij dicunt contrarium per l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. & per c. sicut appellationem. de appel. in cle. cùm dicit, & finire. quia finis imponitur per sententiam. ff. de re iudica. l. j. ergo pro sententia ad hoc quòd finire censeatur, instare debet vt feratur. & vide quod scripsi in d. capitu. sicut. & quod not. Ioan. Andr. in capitul. ex ratione. de appellationibus. in nouella.

EPITOME.

1 *Attentata per actorem post decretam citationem nondum tamen executam, per viam attentatorum sunt reuocanda.*

2 *Attentata lite pendente reuocantur per officium iudicis, & in eo proceditur iuris ordine non seruato.*

3 *Officium iudicis circa ea quæ incidunt vel emergunt non competit ante litem contestatam.*

4 *Attentatorum reuocatio sine libello expeditur.*

Decisio 2.

Dec. 6. vt lite pend. in no. 1

VTrum † postquam actor impetrauit commissionem seu rescriptū, & fecit præsentari ei cui causa cōmittitur, & impetrauit citationē decerni contra eum quem vult conuenire: sed antequā faciat exequi citationem seu antequā citatio aliqua perueniat ad notitiam partis cōtra quam impetrauit, actor innouauerit aliquid: puta illum reum citandum contra quem impetrauit rescriptum vel citationem spoliauerit, illud innouatum sit reuocandum ante omnia tanquam lite pendente innouatum? Et videtur quòd non. quia adhuc non censetur lis pendere, donec citatio peruenerit ad notitiam partis: vt in clemen. vt lite pen. capitul. cum lite. sed maior pars fuit quòd imò lis censeatur pendere in præiudicium actoris petentis, & omnia scientis: licet non in præiudicium rei ignorantis. & sic debeat intelligi illa 2 clemen. Alij econtra. quia beneficiū istud, scilicet † quòd attentata lite pendē. reuocētur expeditur officio iudicis, & in eo proceditur iuris ordine non seruato: vt not. in d. clementi. Istud autem est exhorbitans à regul. communibus scilicet, quòd † officium iudicis circa ea quæ incidunt vel emergunt se exhibeat vel competat ante litem contestatam: vt not. doctor. in cap. significante. de appel. probatur in l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edict. & facit quod no. etiam Bernar. in capitul. finem. de dolo & contuma. ad fin. glo. magnę. Item in alio † etiam exhorbitat à regulis cōmunibus, ex eo quòd per huiusmodi beneficium datur restitutio sine libello etiam lite non contestata. contra id. de offic. delegat. consultationibus. istud ergo beneficium sic exhorbitans non est extendendum nec concedendum ante litem contestatam, nisi in casibus expressis: sed nō reperio aliquem casum expressum nisi secundum formam illius cle. & iste non est de illis. ergo istam clementi. quæ exhorbitat vt prædixi, non extendam: vt capitul. quæ à iure. de regulis iuris. libro sexto.

Decisio 3. *Similis est decisio 77. eodem. suprà in antiq.*

EPITOME.

1 *Innouata per partem vnà cum tertio, an veniant per viam attentati reuocanda?*

2 *Iurisdictio delegata non est extendenda extra personas inter quas causa commissa est.*

3 *Vtile per inutile vitiatur in materia indiuidua.*

4 *Legata vbi pro parte filij grauati præstari debent, nullatenus præstantur si sunt indiuidua, propter posthumum agnatum qui præstare pro parte sua non tenebatur.*

5 *Domus communis propter delictum vnius dominorum destrui non debet in totum.*

6 *Index bonus debet lites abbreuiare.*

7 *Decretalis, licet. de præbend. in sexto loquitur quando dubium est de iure detinentis.*

Decisio 4.

Fely. in c. cum super. col. fin. versi. super. de re iudica.

1 VTrum † innouata per tertium vnà cum parte veniant reuocanda per modum attentati? Et videtur quòd non. præsertim per iudicem delegatum vel alium iudicem, qui aliàs non esset habiturus iurisdictionem in illum tertium: vt capitul. romana. §. in alium. de appellation. Nam licet communiter cum parte subiectioni talis iudicis innouet, non propter hoc subijcitur eius iurisdictioni. quia communio illa vel cōnexio, licet sit sufficiens vt ad eundem iudicem debeat remitti: non tamen ipso iure subijcit eum eius iurisdictioni nisi expressè contra eum sibi causa committatur. facit ad hoc quod not. Innocen. & Compostel. de rescriptis. cap. 2 cum M. Ferrarien. circa finem. præsertim. quia † talis iurisdictio delegata non est extendenda extra personas inter quas causa commissa est. argumen. capi. P. & G. de officio delegati. Item pro hoc. quia persona tertij est diuisibilis: imò diuisa à parte modo innouante in quam iudici competit iurisdictio: tunc autem arguitur sic. Nam aut per eos innouatum simul est diuisibile, vt possit discerni quid hactenus innouatum est à tertio, & quid à parte: & tunc diuidatur, & solùm reuocetur quod innouatum est à parte: nec vtile propter hoc inutile indiuiduum vitietur. Aut innouatum per eos est indiuisibile: nec possit innouatum à parte diuisibiliter reuocari, quin reuocetur innouatum à tertio: & tunc videtur quòd neutrum valeat reuocari: imò † vtile per inutile vitietur in materia indiuidua. iuxta not. per Dyn. in regul. iur. vtile. & per Cyn. in l. sancimus. C. de donat. pro hoc. quia pars tertij impediens reuocationem attentatorum, videtur, quòd trahat ad se partem impedientem: nam in exercitio iurisdictionis pars impediens & inutilis attrahit ad se partem bonam & vtilem: vt extrà de officio delegati. super quæstionum. §. si verò duo. & capitul. cum super. Item pro hoc. quia tertius in quem non competit iurisdictio, prolit parti in quam competit ne propter tertium fiat reuocatio attentatorum: & quò ad partem iure in totum stetit, donec aliàs iuris ordine reuocentur. facit ff. de liberali causa. leg. liberis. §. si duo. in fine. ne partis factum tertio noceat. argument. leg. non solùm. §. primo ff. de liberali causa. quia non

debet alteri

debet alteri per alterum,&c.in regula iuris. non debet alteri.ff.de regu.iur.nec debet tertius alterius odio prægrauari:vt extrà de regu.iur.non debet aliquis. pro hoc facit ff.de regu.iur.domum suam.Item ℣ in reuocatione istorum attentatorum magis inspiciatur quod nocet scilicet factũ tertij,quàm quod prodest.ff.ad Sil.l.si quis in graui.§.fin.maximè quia quod fiat reuocatio attentatorum ciuiliter ex officio iudicis sine ordine iudiciario, sed summariè & de plano,hoc est de iure speciali. quod autem fiat iuris ordine seruato & dato libello coram iudice competenti,hoc est de iure communi.igitur in ista reuocatione fienda ciuiliter ex officio iudicis summariè & de plano ex priuilegio attentatorum plus attẽdimus factum tertij quod nocet,quàm factũ partis quod prodest:quia id quod nocet est de iure communi seu facit fieri reuocationem per viam iuris communis: id verò quod prodest, faceret eam fieri de iure speciali. igitur plus attendatur quod nocet quod est de iure communi, quàm quod prodest,quod est de iure speciali, & vt fiat reductio ad ius commune.arg.de consue.cum consuetudine.arg.l.eius mili.§.militia missus. & ad hoc faciunt notata per doctores in l.fin.ff.quibus ad li.procla.non licet.præsertim,quia nõ multum præiudicatur parti contra quem attentatum est.quia salua sunt alia remedia iuris communis contra vtrumque coram iudice competenti,vel impetret ad eundem iudicem ne causa diuidatur:vt in titu.de quibus rebus ad eundem iudicem adeatur.pro ista parte bene facit.ff.de iure codicillor.l. pen.
4 in fin.vbi legata † pro parte filij grauati præstari debebant nullatenus præstantur si sunt indiuidua propter posthumum agnatum qui præstare pro parte sua nõ tenebatur. ergo nec hìc reuocẽtur attentata quò ad partem, ex quo erant indiuidua:nec possent pro parte reuocari, quia tangeretur tertius contra quem non possunt reuocari propter defectum iurisdictionis. Pro hoc etiam bene facit communis opinio de illa quæstione,† an domus
5 communis in totum destrui debeat propter delictũ vnius dñorum?vbi tenent doctores communiter ℣ non, sed eligantur aliæ viæ per quas puniatur delinquens solus:vt notat Archid.de pœni.fœlicis super verbo,in ruinam.libro vj.& Cyn.C.de his qui not.infa.l. & si seuerior. in fin.pro hoc.quia non est ius quo caueatur ℣ delinquens cum alio subijciatur iurisdictioni illius cũ quo deliquit: nisi aliàs per modos iuris communis sortiretur forum eius:quia certi sunt modi faciendi forum de quibus non est iste.ergo,&c.nam erubescimus cùm sine lege loquimur:vt in autentico de trien.& semis.§.consideremus. pro hoc bene facit quod not.Innocen.extrà de pœnis.c. dilectus ibi,sed quid si aliquis extra.Specu.in titu.de iudi.dele.§.sequitur videre. circa princip.versicu. quid si aliquis extraneus. In oppositum est glo.extrà de appell. non solùm.libr.vj.in longa glo.fin.ibi cum dicit.hæc autem omnia,de tali tertio intelligas qui cũ parte vel tertio nihil attẽtat,&c. Igitur innuit glo.℣ cum parte vel iudice tertius attentaret, ℣ illa venirent etiam contra tertium reuocanda. pro hoc etiam facit ff. de aqua plu. arcend. Atteyus.§.final.cum l.sequen.ff. communi diui. si is cum quo.pro hoc quod quis innouans contra quem competit priuilegium reuocationis attentatorum attrahit ad se illum tertium vt etiam contra eum fiat reuocatio.facit ff.de seruitu.rustico.prædio.si communem. & quod notat glos.extrà de iure patrona.ca.j.libr.vj.C. de appella.l.præcipimus.§.fin.Item nisi talia attentata per partem cum tertio possent reuocari,sequeretur ℣ multis daretur materia malignandi:quia cùm vellent innouare,semper inuocarent tertium:me propter eum posset fieri summariè reuocatio,quod non esset concedendum. argu.l.in fundo.ff.de rei vendi.Item si propter tertium esset opus quod ageretur coram ordinario, & iuris ordine seruato:vel super hoc nouiter commissionem impetraret,posset esse quod lites in infinitum durarent. nam postea lite pendente super hoc fieri posset alia innouatio cum alio tertio.& postea super hoc lite ordinaria inchoata:posset cum alio tertio fieri alia innouatio, & sic
6 ex litibus oriretur, quod esse non debet: imò † bonus iudex debet lites abbreuiare.argu.pro præmissis.C.de iudi.properandum.C.de fruct.& lit.expen.terminato. ff. si cert.peta.quidam existimauerũt.Item plus videtur dicendum quod propter partem tertius non potest impedire reuocationem attentatorum,quàm ℣ pars propter tertium gauderet de malignitate sua.bene facit ad hoc ff.ad Macedonia.l.sed nihil.§.non solùm.Item in obscuris potius fauendum est repetitioni quàm aduentitio.lucro.ff.de regulisiur. non.§.in re obscura. igitur hìc in dubio potius fauere debemus reuocationi attentatorum per quam fit repetitio seu reductio in statum pristinum. Item propter aliud interdictum quis consequitur quod non consequeretur aliàs. argum. extrà de concess. præben.authoritate Martini.igitur propter partem innouantem is contra quem innouatum est consequi posset reuocationem etiam contra tertium,quam consequi non posset,si solus tertius innouasset,& contra eum solùm ageret.quia modicum fermenti,scilicet ipsius partis innouantis,totam massam innouationis corrumpit, & sic quò ad tertium.argu.l.nihil.ff.de action. empt.in princip.& l.si finita.§.si vnita.ff.de dam.infect.& quod ibi notatur in glo.præsertim quia tertius cum parte innouans dat operam rei illicitæ sic propria authoritate occupando,quod seruato iuris ordine petere debuisset:vt l.extat edictum. ff.℣ metus cau.igitur teneatur de casu attentationis in præiudicium litis pendentis, & puniatur de illo casu eo modo quo casus ille attentationis puniendus est.argu.l.in his.in princip.ff.solu.matri. extrà de homicid.c.fin.libr.vj.cum concordan. pro & contra possunt adduci iura allegata per Ioan.Andr.in quæstione reposita in regula iuris.in pari.in nouel.de regul.iur. libr.vj.& pro prædictis facit c.ad petitionem.de accusa.
7 Non obst. † c.licet.de præben.libr.vj.quia illa decretalis loquitur quando est dubium de iure detinentis: vt dicit Archid.in c.ordinarij.in glo.super verbo,conferant. de offic.ordin.libr.vj.

Decisio 5. Similis est decisio 8. vt lit.pend.in antiq.

Decisio 6. Similis est dec.29.de senten.& re iudi.in ant.

EPITOME.

1 *Iudex appellationis à grauamine pronuntiato bene processum & malè appellatum: & remissa causa ad iudicem primum non potest reponere partẽ ab huiusmodi pronuntiato appellantem.*

Decisio 7.

1 VTrum † si appellatur ab interlocutoria: & iudex cui appellatio illa committitur, vel qui de ea cognoscit,pronuntiet bene processum & malè appellatum:& causam remittit ad primum iudicẽ. & ab ista secunda pronuntiatione fuerit appellatum, possit reuocare grauamen seu pronuntiationem suam, & partem reponere in statu per c.si à iudice.de appellat.libr. vj. & c.cum cessante.eod.titu.in antiquis.& per l.quod iussit. ff.de re iudic.tenuerunt ℣ non.quia functus est officio statim pronuntiando super articulo appellationis sibi cõmisso: & ideo sicut iudex post diffinitiõã, ex eo quia functus est officio suo, non posset aliquid reuocare nec partẽ reponere,sic nec ipse.arg.l.iudex.ff.de re iudi.pro hoc.quia per remissionem desijt esse iudex:vt no. Arch. de except.pia.super verbo,condemnans,& pro hoc optimè c.significantibus extrà de offic.delega.& quod ibi not.glo. cùm ergo iurisdictionem abdicat à se pronuntiando super hoc æquiparatur iudici pronuntianti diffinitiuè.arg.tamen pro hoc in c.cum appellationibus friuolis.libr.vj.in princip.& quod notat Innocen. & Archidiaco.in dict.c.pia.

EPITOME.

1 *Appellans procedendo omisso appellationis articulo à grauamine super negotio principali parte aduersa nõ vocata nec præsente nec per contumaciam absente,an dicatur facere processum nullum?*

Decisio 8.

1 VTrum † processus habitus coram iudice appellationis articulo appellationis à grauamine omisso parte non vocata,nec præsente,nec per contumaciam absente teneat:& an valeret pronuntiatio parte sic absente? Aliqui dicunt ℣ sic.argu.eorum quæ notat In-

nocen. & Ber. de procurator. cap. auditis. ad quod. ff. de arbitr. diem proferre. in princip. sed econtra credo. & dictum Inno. procedit quando pars altera aliàs in causa illa citata fuerat ad totam causam, & ibi vide per eum.

EPITOME.

1 *Delatio appellationi facta per vnũ ex pluribus delegatis cum remissione causæ ad sedem apostolicam, an deuoluat causam ad curiam?*

Decisio 9.

Suprà eo. nu. 1 20. in antiq.

VTrum † si à grauamine fuit appellatum à tribus iudicibus delegatis in causa per sedem apostolicam: & vnus eorum defert appellationi, & remittit causam ad sedem apostolicam, ac terminum prefigat ad prosequendum appellationem: alij verò non vel nihil respondeant, causa censeatur deuoluta ad curiã, & ibi debeat terminari? Videtur quòd nõ. quasi sit standum maiori parti. ff. de re iudi. duo ex tribus. ff. de arbitr. sicuti. & quod notatur per Innocen. de procur. in nostra. In oppositum videtur propter reuerentiam sedis apostolicę argument. de appellatio. si duobus. & vt maius trahat ad se minus. ad hoc quod not. per glo. & Archidiaco. de iure patrona. c. j. in fin. libr. vj. & per glo. de concess. præben. si capitulo. in fi. de præbend. li à sede. & vide quod notat Ioannes Andr. in cap. cum appellationibus. in nouella. in glos. dubitatur.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis in causis criminalibus non potest cognoscere de causa criminali ciuiliter intentata etiam ad pœnam applicandam fisco.

EPITOME.

1 *Iudex appellationis in causis criminalibus non potest cognoscere de sententia lata continente pœnam pecuniariam loco corporalis immutatam. licet actum fuerit criminaliter.*

Decisio 10.

1 AN † iudex appellationis deputatus super causis criminalibus possit cognoscere de appellatione interposita à sententia lata in causa criminali in qua agebatur ciuiliter ad pœnam pecuniariam fisco applicandam, & non ad pœnam corporalem. Tenuerũt omnes quòd non. quia tunc non censetur causa criminalis: sed potius ciuilis. & quia terminus analogus si per se sumatur, pro summario significato, &c. & ideo intelligatur propriè de causis criminalibus vbi agitur criminaliter non ciuiliter. de simonia. c. per tuas. sic etiam in simili lex dicit quòd in causis criminalibus non potest interuenire procurator. ff. de publi. iudi. l. pen. §. ad crimẽ. & tamen si ageretur ciuiliter bene posset. extrà de procura. c. tuæ. pro hac parte facit ff. de iudi. solent. §. latrunculator. nec obst. l. ex eo. C. de agentibus in rebus. quia ibi erat iudex in criminibus: vt ibi notatur per doctores. Sed quid si agatur criminaliter, sed sententia lata est ciuilis: puta quia iudex ex causa commutauit corporalem in pecuniariam? Adhuc dicunt quidam potius inspici genus sententiæ quæ est ciuilis & ad finem ciuilem, quàm genus illati criminis. argu. l. quod statum. ff. de pœni. vt sic talis iudex nequeat cognoscere.

EPITOME.

1 *Auditor articuli grauaminis pronuntians bene appellatum: non potest sine noua commissione procedere in negotio principalis.*

2 *Iudex cui tantùm causa appellationis à grauamine fuit commissa, an si pronuntiauerit malè processum & benè appellatum possit sine noua commissione procedere in negotio principalis?*

3 *Iudex appellationis vbi extitit appellatum ab admissione articulorum aduersarij reiectione appellantis: si pronuntiet bene appellatum & malè processum in ea parte qua admisit articulos, an tacitè videatur sententiam in alia parte confirmasse?*

Decisio 11.

Adde Franc. 1 in c. vt debitus. de appell. col. xx. Fel. in capit. causam qua. de rescri.

APpellatum † est ab vno auditore qui admisit articulos partis aduersæ, & quia cum instantia requisitus noluit admittere articulos appellantis, quos tamen aliàs expresè non repulit. & articulus solùm appellationis committitur & non negotium principale alteri auditori: qui secũdus auditor pronũtiauit malè processum & benè appellatum. & hoc facto incontinẽti admisit articulos appellantis ad probãdum in curia & extrà, quos primus adhuc auditor noluerat admittere. Quæritur nunquid illa admissio sit nulla? Videtur quòd sic. quia secundum stylum palatij auditor cui cõmittitur articulus grauaminis sine expressa commissione, nõ potest procedere in negotio principali etiam si pronuntiauerit malè processum & benè appellatũ. modo postquã ipse pronũtiauit super articulo grauaminis scilicet, fuisse malè processum & benè appellatũ, in hoc quod admisit articulos processit in negotio principali, quod non potuit. & quidam tenebant ita, & credo quòd benè supposito stylo palatij. quia fortè † in viam iuris posset & sine noua commissione procedere in negotio principali, ex quo pronuntiauit malè processum & benè appellatum per ea quę no. per Inno. in c. vt debitus. Sed illam opinionem licet procederet in iudicibus delegatis: præsertim impetratis ad partes, curia non seruat in auditoribus in curia vbi est præsens papa: & potest commissio de facili impetrari super negotio principali. Quidam tamen tenebant contra quòd imò etiam supposito stylo poterit admittere articulos appellantis. quia illa admissio est directè de articulo appellationis sibi cõmissę, quia cùm sit appellatum à grauamine non admisso, & articulus grauaminis admittitur, sicq; per suam sententiã debeat reuocare grauamẽ illatum, ad cuius reuocationem debeat remediare appellatio & commissio super ea facta, non aliter potest dici reuocari grauamen nisi articulos admittat, ex quo iustè à nõ admissione fuerat appellatum, & iniustè admissio fuerat retardata. Item limitatis terminis ponatur quòd appellatũ est ab auditore: quia † repulit articulos appellantis: & quia admisit articulos partis aduersę. & auditor cui causa appellationis huiusmodi committitur pronuntiat solùm in ea parte qua pars admisit articulos partis appellãtis malè processum & benè appellatum: in ea verò parte qua repulit articulos appellantis nihil pronuntiauit imò tacuit. Quæritur nũquid tacitè in illa parte videatur primi auditoris sententiam confirmasse, ex quo in alia parte eã infirmauit. Quidam volebãt dicere quòd sic. quia qui de vno dicit, &c. vel qui de vno negat, &c. credo tamen contrarium per l. quæsitum. §. fina. de procurato. & per not. per Innoc. de re iud. cùm inter. in fin. & per Cyn. C. si aduersus rem iudi. l. j. in princip. & secunda quæstione.

octa. vide fol. 7. sua. prixit roma. in ria.

Vide de. nu. 22. *supra ad in antiq.*

EPITOME.

1 *Collatio facta alteri per papam ad instantiam Episcopi collitigantis, non reuocatur per viam attentati.*

Decisio 12.

1 VTrum † si inter appellatum impetrantem & episcopum contra eum opponentẽ vertente quæstione super titulo beneficij: episcopus prætendens beneficium vacare per non promotionem appellati infra tempus supplicet papæ, vt tanquàm sic vacans conferat non facta alia mẽtione de lite. talis collatio sit reuocanda tanquam attentata? Et videtur quòd sic. quia facta est procurante & instante episcopo, qui erat pars in causa: & sic videtur quòd in præiudicium tertij non habentis gratiam ex procuratione partis sit reuocanda. argumẽ. not. in capitul. non solùm. de appellationi. libro sexto. sed contra fuit determinatum.

Decisio 13. *Similis est decis. 31. eod. titu. in antiq.*

EPITOME.

1 *Iudex deferens appellationi potest terminũ ad prosequendum præfixum prorogare, vbi iudex processit ex officio suo.*

Decisio 14.

1 VTrum † iudex qui appellationi detulit: & terminum præfixit ad prosequendũ possit posteà ex interuallo forsitan circa finem illius termini illum terminum prorogare? Videtur quòd nõ. quia ex quo semel functus est officio suo. & præsertim si partis appellatæ interest terminum nõ prorogari. Tamen fuit terminatum contrà quòd imò. veruntamen casus in quo proponebatur quęstio erat talis, vbi non erat pars appellata: quia iudex processit ex officio suo.

EPITOME.

1 *Appellans licet coram iudice à quo petat recipi testes affuturos ad*

uros aut valitudinarios, non videtur propterea renuntiare appellationi.

Decisio 15.

1 VTrum † postquãiudex ordinarius detulit appellationi, si pars petat corã eo recipi testes affuturos vel valitudinarios ad probationem eorũ quę validant & approbant appellationem suam, videatur renuntiare appellationi? Fuit dictum ꝙ non: & ꝙ iudex posit eos recipere propter periculum. allegabatur de appel. cùm teneamur. & quod notatur per glo. in c. si à iudice. de appella. lib. vj. & quod notatur per Inno. in c. pastoralis. de offi. deleg. circa principium tertiæ columnę. & præsertim si iudex non exaudiuit partem, nec voluit testes recipere non præiudicat parti quò ad renuntiationem. facit c. cùm venissent. de eo qui mittitur in possess. cum ibi notatis super verbo, coram eo.

EPITOME.

1 *Delatio iudicis à quo cum præfixione termini deuoluit causam ad romanam curiam.*

Decisio 16.

1 VTrum † cùm appellatur ad papam à diffinitiua, delatio iudicis cũ termini præfixione faciat causam esse tractandam in curia, & partes teneantur mittere procuratorẽ ad causam tractandam. licet Specula. variet in. §. qualiter. versi. porrò. de appella. tamen palatium seruat ꝙ nõ sufficeret mittere procuratorem ad impetrandum, & quod causa est in curia?

EPITOME.

1 *Appellanti cui præfixus fuit terminus ad prosequendum sufficit iter arripere vel in curia protestari, quòd infra tẽpus comparuit, & quid de appellante in curia?*

Decisio 17.

1 NVnquid † autem infra terminum præfixum per iudicem ad prosequendum appellationem sufficiat appellanti protestari in curia quomodo comparuit infra tempus, licet Specu. videatur tenere ꝙ sufficiat, & iter arripere infra tempus in titu. de appella. §. j. Communiter tamen tenetur quòd imò debet iudicem impetrare, vel saltem diligentiam suam facere. argum. notatorum per Compost. de electio. statuimus. in fin. secundæ columnæ. Sed prima opinio videtur verior per id quod ibidem sequitur in princip. tertiæ columnę. pro quo videtur textus de re iudica. cum causa. ibi cum dicit, iter non arripueras. Sed nunquid cùm causa in curia est tractanda sufficiat protestari in porta palatij vel coram auditore contradictarum? Tenuerunt ꝙ non: imò debet fieri in cancellaria, vbi dantur iudices qui dantur in curia. facit quod not. Io. monach. in decre. cupientes. quod credo verum de appellationibus quę in curia interponuntur: sed de his quæ veniunt extra curiam, quia tunc verisimiliter tales potuerunt ignorare stylum, posset tollerari dicta diligentia.

EPITOME.

1 *Appellatio ab interlocutoria cui iudex detulit, & causam remisit, deuoluit causam ad curiam, maximè consentiente appellato.*

2 *Appellati consensus operatur deuolutionẽ causæ ad curiam, licet appellatio peccet in forma.*

3 *Appellatio ab interlocutoria sine scriptis in causa beneficiali interposita, deuoluit causam ad curiam, in odium appellationis, aliàs secus.*

4 *Iudex si procedat in causa nõ datis apostolis vbi appellatio sine scriptis interposita fuit à grauamine, an teneat processus?*

Decisio 18.

1 A Grauamine † vel interlocutoria appellatum est viua voce non in scriptis: iudex tamen appellationi detulit & remisit, & pars appellata consensit, & approbauit. Quæritur nunquid talis appellatio deuoluat causam ad curiam romanam? Dictum fuit ꝙ non in virtute appellationis: sed in virtute remissionis, & etiam propter cõsensum partis. bene facit ad hoc quod dixi, in virtute remissionis nõ appellationis. quod not. Archid. c. cum appellationibus friuolis. super verbo, 2 transfusa. ibi, hoc est notatu dignũ. Sed † quid si iudex non detulit nec remisit, sed sola pars cõsensit. Dic idem, propter consensum suum, quod verum si erat appellatum ad papam cuius audientiam per cõsensum possunt liberè adire: secus si metropolitanum vel alium cuius auditorium non possunt per consensum adire. iuxta c. romana. de foro competen. libr. vj. Sed † quid si nec iudex 3 detulit, nec pars appellata approbauit, sed aliàs est causa quæ de natura sua per appellationem deuoluitur ad curiam vt causa beneficialis, an talis appellatio sine scriptis cùm non teneat, deuoluat? Dic ꝙ sic appellato prosequente. quia in præiudicium appellantis reputabitur legitima, nec ipse appellans suam propriam appellationem poterit impugnare. argum. notatorum per Compostel. in c. statuimus. in iij. col. in versic. si autem solus appellatus, aliàs si appellans prosequitur non. de appel. 4 c. cordi. circa. fin. ibi, quod sit appellator. Sed † quid si tali appellationi sine scriptis interpositę iudex à quo fuit appellatum nõ datis apostolis, ab eo petitis processit vlterius in causa, an valeat processus? Videtur quòd sic, ex quo appellatio non tenuit, imò fuit ipso iure nulla: & sic non videntur dandi apostoli: nec talis appellatio videtur præstare impedimentum processui, ex quo de iure non sortitur effectum: vt in regula iuris. non præstat impedimentum. Nec obstant notata in c. vt super. cum ibi notatis per glo. in fin. & Archid. quia ego intelligo illam glosam & ibi not. vbi appellatio non est ipso iure nulla. quia non peccabat in forma, sed erat formalis: aliàs tamen friuola peccans in materia propter falsitatem vel iniustitiam causæ. quia talis appellatio cùm sit contra ius partis vel iudicis bene tenet in se, & suspendit iu risdictionem, donec dentur apostoli: secus crederem si esset ipso iure nulla. & hoc videtur ibi innuere textus circa princip. cùm dicit. Iuxta constitutionis tenorem. etiam vbi loquitur de constitu. eodem titulo. cap. cordi. vbi cùm textus iubet peti apostolos per appellantem loquitur de appellante formaliter & in scriptis, vel innuens quòd vbi appellasset in scriptis: cùm appellatio esset nulla, esset etiam frustratorium petere apostolos, cùm etiam dati nullatenùs prodesset appellanti. ergo, &c. argumen. quia frustra expectatur quod expectatum non prodesset aliquando. Ad præmissa bene facit l. si quis legatarij. in princip. ff. de falsis. Ex hoc etiam posset idem dici de appellatione interposita à prouisione voce viua ꝙ non repellat ab obiectibus, &c.

EPITOME.

1 *Appellationis interpositæ ad metropolitanum si causa partibus præsentibus in curia committatur per appellatum tacito de metropolitano, commissio est surreptitia.*

2 *Præsentia partium an faciat causam esse in curia?*

3 *Roma communis patria est.*

4 *Appellans inuito appellato nõ potest procedere in negotio principali omisso articulo appellationis: cùm sua intersit redire ad iudicem ad quem in cuentum quo appellatio mala pronuntietur.*

Decisio 19.

1 AB † officiali Auinionen. appellatum est à grauamine ad archiepiscopũ Arelaten. solùm, & non ad papam. ante autem quàm appellans suam appellationem introduceret coram eo appellatus causam appellationis & negotij principalis obtinuit committi in curia romana cuidam auditori non facta mentione quòd partes in curia essent præsentes: & cũ reuera partes essent in curia, fecit citari appellantem ad dicendum contra commissionem: & vult ꝙ causa tractetur in curia etiam dimisso appellationis articulo. appellans verò excipit quòd causa non debet esse in curia: quia non erat appellatum ad papam, sed ad solùm metropolitanũ. nec 2 † præsentia partium facit causam esse in curia, ex quo prius coram ordinario pendebat. & ꝙ si hoc fuisset expressum papæ: scilicet ꝙ causa penderet coram ordinario: & ꝙ ad solum metropolitanum fuisset appellatum, causam in curia non commisisset. & pro hac parte etiam quòd ista cõmissio esset surreptitia. multi & maior pars fuerunt. Tamen ego & quidam de dominis tenebamus contrà. & credo quòd meli[illegible]. quia præsentia partium semper facit causam esse in curia coram alio non pendente. quia † Roma communis patria est. l. Roma, ad 3 municipa. hîc autem causa non potest dici pendere co-

Fel. in c. super literis. col. vij. ver. vj. regula de rescri.

ram aliquo ordinario saltem in præiudicium appellantis:quia nõ coram primo officiali à quo appellauit: quia appellando quantum in se erat discesserat ab eo. & non potest conqueri,si non redeat coram eo ex quo ab eo appellauerat,& ei renuntiandum putauit.argumen. l. generaliter.§.j.C.de iureiuran.Nec etiam pẽdebat coram secundo,scilicet coram metropolitano,ad quem appellauit: quia supponitur ꝙ nondum introduxerat coram eo.igitur ex quo papa præuenit & commisit ad instantiam appellati causam negotij principalis causa erat in curia,ex quo veritas subsistebat:scilicet ꝙ partes in curia erant præsentes.& credo quòd bene suppositio stylo palatij:quia fortè in viam iuris posset & sine noua commissiõe procedere in negotio principali,ex quo fuit appellatum:secus autem crederetur,si † appellans retento themate causam obtinuisset cõmitti in curia: quia tunc appellato declinante iurisdictionem,eius interest redire ad iudicem primum à quo ad quem redire debebat in euentum quo appellatio mala pronuntiaretur:& quo inuito nõ potest procedi in principali negotio appellationis omisso articulo: & cuius respectu causa potest dici pendere coram primo,vel saltem pẽdet sub dubio. quia pendet ex euentu appellationis:vt prædictum est. cuius quidem appellationis in curia romana merita non possunt manere,ex quo ad papam nõ extiterat appellatum, non potest dici quòd causa debeat remanere in curia, propter præsentiam partium.

EPITOME.

1 *Appellanti sufficit iter arripere infra terminum dati ad prosequendum:secus si assignatus fuit terminus etiã ad se præsentandum apostolico conspectui.*

Decisio 20.

SI † certus terminus præfigatur per iudicem extra curiam ad prosequendum appellationem, sufficit appellanti infra tempus iter arripere: vt notat Speculator.titu.de appellationib.§.nunc breuiter. versicul. Item quid scilicet pars. Et allegat de re iudica. capitul. cùm causam.de election.statuimus.Ratio.quia cùm terminus assignatur ad prosequendum duntaxat, sufficit inchoare vel incipere vltima die: secus si assignaretur terminus nedum ad prosequendum sed etiam ad præsentandum se apostolico conspectui:tunc enim non sufficit itineris arreptio nisi sequatur talis præsentatio. si potuit habere præsentiam domini papæ: alioquin fiat protestatio in valuis palatij: vt est moris. Et quando debeat se præsentare apostolico conspectui, vide Ioan. Andr.in capitu.quamuis. super verbo, sedi apostolicæ, libro sexto.hæc procedunt quando appellatur,& termi nus per hominem extra curiam ad prosequendum assignatur:secus si in curia:quia ibi requiritur maior diligentia in prosequendo,vt nedum vadat,vel iter arripiat versus cancellariam: sed etiam ad ipsum cancellarium vel eius locumtenentem accedat, si poterit: alioquin de hoc protestetur & præsentet commissionem signandam:&recipiat super hoc publicũ instrumentum,quæ si infra prefixũ terminum signata vel presentata nõ fuerit sibi non nocebit.quia quod per me non stat, &c. de eo qui mittitur in possessionem. capitul. ij.de regul. iuris quod per me.libr.vj.pro prima conclusione facit optimè cap.meminimus.de appella.quod c.allegat Archid. in simili materia de diligentia facienda.ne sede vacant. c.j.super verbo,mora.li.vj.quę sequuntur inuenies suprà eod.decisio.17.

EPITOME.

1 *Appellatio à subdelegato dato cum clausul. donec ad se, &c. approbata ab appellato, & ab ipso subdelegato deuoluit causam ad curiam.*

2 *Delegatus qui vices suas alicui subdelegauit cum clausu. donec ad se duceret reuocandas.non poterit in causa procedere, vbi appellationi interpositæ ab aliquo grauamine subdelegatus suus detulisset.*

3 *Appellandum est ad delegatum à subdelegato suo,vbi subdelegatio cum clau.donec, &c. facta fuerit.*

4 *Metropolitanum omisso suffraganeo ordinario partes adire non possunt.*

5 *Appellatur ad papam omisso medio.*

6 *Appellationem vbi semel appellatus approbauerit, non poterit illam amplius reprobare.*

Decisio 21.

AN subexecutore † vel subdelegato deputato per executorem vel iudicem delegatũ à papa cui cõmiserat vices suas, donec ad se duceret reuocandas,appellatum est ad papam,licet friuolè,& pars appellata approbauit appellationem ad finem deuoluẽdi causam ad romanam curiam, ac terminũ ad prosequẽdum præfixit: & etiam ipse subexecutor vel subdelegatus à quo appellabatur detulit appellationi. tandem † ad instantiam appellati ipsemet executor vel delegatus principalis ad se reuocans causam & vices vlterius processit in causa forsitan vlteriores processus vel aggrauationes processuum faciendo,vel in causa procedẽdo.Quæritur an talis processus valeat? Et videtur quòd sic.quia subdelegatus suus deferendo appellationi saltẽ friuolę, & pars appellata eã approbando non potuerunt ab eo ignorãte vel inuito abdicare vel auferre iurisdictionẽ,nec causam ad curiam deuoluere,quia quod nostrũ est,&c.vt in reg. iu. Cõstat autem quòd iurisdictio adhuc est sua propter clausulam,donec ad se &c.appositam in subdelegatione: vt in c.si delegatus.§.j.de off.deleg.lib.vj.& propter hoc ad eum fuit appellandũ non ad papã:vt eo.ti.§.fi. iuncto extrà eod.titu.super quæstionum.§.porrò.igitur &c.Et † ad hanc partem quidã ex præmissis tenere nitebãtur: tamen contrà credo, & maior pars etiã credebat ꝙ imò per approbationẽ partis & delationẽ subdelegati abdicaretur iurisdictio à delegante & tota trãsfunderetur ad papã.quia subdelegatus detulit anrequã delegatus reuocasset ad se vices. ergo quicquid fecit valuit, ex quo oĩmoda iurisdictio erat penes eũ, donec &c.Itẽ quia partes de cõsensu suo & inuito delegato poterãt adire curiã romanã,& ibi litigare,cũ sit communis patria.l.Roma. ad municipa.licet † enim omisso suffraganeo ordinario partes non possunt adire metropolitanũ,nec corã eo voluntariè litigare cũ nec eius iurisdictionẽ possent prorogare:vt c.Romana.de foro cõpe.li.vj. tamen papã adire possunt etiam inuito quocunque ordinario vel inferiore papæ.& pro tanto ab ordinario appellari potest ad papã omisso medio:vt c.dilecti filij prior.de appel. Nec † obꝙ appellatio fuit friuola.quia licet virtute appellationis causa non deuoluatur:tamẽ virtute delationis & remissionis bene deuoluitur.ar.not.per Archi.in c.cũ appellationibus friuolis.de app.li.vj.& præsertim propter consensum partis appellatę.ar.c.cordi.eo.ti. Nec obstat etiã quod dicitur quòd ad delegatũ fuit appellandũ,& sic videtur appellatio fuisse nulla,quæ fuit interposita ad papam.quia imò tenuit.iuxta ea quę notãtur ꝙ Arch.in d. c.si delegatus.in fi.Et per Inn.in c.cùm Bertoldus. de re iudi.in gl.ordi. Et licet parte appellata excipiẽte & petente eam esse aliàs remittendã ad delegatũ: vt dicto loco habetur.tamẽ † in nostra quęstione non põt reprobare appellationem semel probatam.arg.l. Pomponius.ff. de negot.gest.ad hoc C. de pact.si quis in conscribendo. Nec obstat l. si conuenerit.ff. de iurisdictio.omn.iudic. quia ibi consenserat in eum qui aliàs non habebat iurisdictionem in eũ. & ideo re integra potest discedere.hîc verò in papam qui aliàs habet in eum sicut & in omnes iurisdictionem.igitur &c. sic concordat gloss.ibi,illam. cum d.l.si quis in conscribendo. Et ita non obstat.

EPITOME.

1 *Iudex à quo licet requisitus si nullos dedit apostolos, an possit sine noua commissione in causa sibi remissa per iudicem ad quem qui pronuntiauit pro appellato,procedere?*

2 *Sententia super desertione appellationis,dicitur interlocutoria: & ideo appellans doctο de diligentia poterit reponi.*

Decisio 22.

A Grauamine † appellatur ab aliquo auditore, & petuntur apostoli. ipse nullos apostolos dat, licet debitè requisitus, appellans prosequitur appellationem,& finaliter succumbit: quia auditor alius impetratus super articulo grauaminis pronuntiat benè processum,per primum auditorem, & malè appellatum ab eo,& causam sibi remittit.quæritur vtrum primus possit in causa procedere sine noua commissione?

Quidam

Quidam dicebant ꝙ non, quia ex quo non dederat apostolos, tota iurisdictio ab eo erat ipso iure reuocata, in tantum ꝙ processus totus quem post apppellationem & ante inhibitionem faceret, esset nullus: vt ca. vt super. & c. ab eo. §. illud. de appella. lib. vj. & in clemen. quamuis. §. fin. eod. titu. Alij verò dicebant contrarium, videlicet ꝙ non respondendo appellationi, vel non dando apostolos non plus abdicatur ab eo iurisdictio quàm si expresiè detulisset: quia non plus potest tacitum quàm expressum. Constat autem quòd si expresiè appellationi detulisset: & ea postea pronuntiata mala vel friuola, causam sibi remitteret ipse virtute primæ commissionis absque noua commissione posset cognoscere: vt notatur in c. cum appellationibus friuolis. ergo & nunc. Nec obstant iura in contrarium allegata, quia bene fateor ꝙ interim donec sit cognitum de appellatione & causa sit remissa bene est aduocata seu potius suspensa eius iurisdictio: sed postea si est pronuntiata mala eam resumit, nec
2 iura allegata dicunt contrarium, &c. Si auditor † pronuntiat super desertione appellationis tantùm: si appelletur & iterum doceatur de diligẽtia appellantis, potest reponere. nam quò ad hoc censetur interlocutoria, & remansit iudex reuera quam potest semper reuocare. de appel. cum cessante. & c. si à iudice. lib. vj.

EPITOME.

1 *Appellans viua voce non faciens diligentiam infra terminum præfixum non admittitur ad prosequendam secundam appellationem postea in scriptis infra idem decendium interpositam.*

2 *Stipulatio bis super eodem concepta, licet non obliget promisso rem amplius quàm semel: attamen si prima pacto, vel præscriptione sit sublata, agi poterit ex secunda.*

3 *Appellatio est quædam species defensionis.*

4 *Defensionibus pluribus quilibet vti potest.*

5 *Iudex deferendo appellationi dicitur penitùs functus esse officio suo.*

6 *Iudex potest secundæ appellationi interpositæ infra decẽdum respondere, ac apostolos dare: licet primæ appellationi detulerit.*

7 *Appellans renuntiando appellationi, tacitè videtur approbare grauamen à quo appellauerat.*

8 *Appellans die latæ sententiæ cui iudex præfixit terminum ad dandum apostolos ad tertiam diem, an elapso dicto triduo aliter non petitis apostolis possit appellare?*

9 *Appellans si in termino ad recipiendum apostolos assignato non comparuit, censetur sententiam approbasse.*

Decisio 23.

Felin. c. perso. nas. col. 5. ver. amplectiam. de appel.

1 APpellatum est à diffinitiua viua voce: & illicò iudex à quo detulit appellationi. & præfixit appellanti terminum decem dierum ad prosequẽdam appellationem. tandem idem qui prius appellauerat viua voce infra decendium iterũ appellauit ab eadem sententia in scriptis, & petijt apostolos: iudex autem secundę appellationi non respondit nec apostolos dedit: vel si dedit, non tamen terminum præfixit ad prosequendam appellationem, appellans iste non fuit prosecutus appellationem infra decem dies prius ad prosequendum appellationem primam sibi præfixos: nec diligentiam fecit, vult tamen prosequi secundam appellationẽ quam infra decendium interposuit in scriptis, quæritur an pósit? Mihi & quibusdam alijs videbatur ꝙ sic. quia infra decẽdium plures potuit appellare: & vnaquæque appellatio tenuit. iuxta notata per Innoc. de appellat. dilecto. in fin. Et ideo licet prima sit deserta per non prosecutionem infra tempus præfixum: secunda tamen non, cui non fuit præfixum tempus ad prosequendum. pro hoc optimè facit. ff. de verbo. obliga. qui bis. cum ibi notatis.
2 vbi † bis idem stipulando licet promissor in effectu amplius quàm semel non teneatur: quia semel promissum soluendo liberatur, ex vtraque tamen oritur obligatio. & potest esse effectus si forsan prima stipulatio sit sublata præscriptione vel pacto, agi poterit ex secunda: vt ibi notatur. igitur & hîc idem dicam vt vtraque appellatio teneat. altera tamen præscriptione sublata vel desertione posit altera remanere, licet per viam prosecutionis non possim in effectu nisi ex altera consequi reuocationem sententiæ, quę appellatio sublata remanet. Item
3 appellatio † est quædam species defensiõis. &
4 † quilibet pluribus defensionibus vti potest. Quidam verò & maior pars tenebant contra. Primò. quia iudex non debuit arctari per multiplicationem mearum appellationum ad mihi pluries respondendum. sed hoc ideo non obstat. quia licet à respondendo excusaretur iudex, si secundæ appellationi noluit respondere: non tamen propter hoc mea secunda appellatio redditur inutilis. Item
5 etiam alia ratione. quia † ex quo primæ appellationi detulit functus fuit iudex penitus officio suo & in totum desijt esse iudex. iuxta capitu. cum appellationibus friuolis. Et sic etiam si vellet secundæ appellationi respondere, non posset præfigere terminum appellanti, nec vlterius dare apostolos, ex quo semel detulit & dedit apostolos deferendo: & sic posset appellans eludere primam præfixionem termini factam per iudicem quando respondebat primæ appellationi quæ erat talis & ritè vt supponitur interposita. quod videtur inconueniens. sed salua eorum gratia dico quòd istud non est verum: imò
6 credo quòd † iudex secundæ appellationi posit respondere, & super ea dare apostolos reuerentiales: & præfigere terminum eidem ad prosequendum, licet esset functus officio suo quò ad cognitionem causæ vlteriorem: sed non tamen quò ad respondendum & terminum prę figendum, sicut patet. quia etiam per sententiam diffinitiuam iudex functus est officio suo: & tamen nihilominus postea potest præfigere terminum. vt capitu. cùm si romana. imò etiam sicut detulit primæ appellationi potuit præfigere terminum non obstante quòd deferendo causam remiserit: sic etiam & secundæ: quia hæc potestas præfigendi terminum potius sibi conseruatur à iure ad restringendum & refrenandum malitias & dilationes appellantium. Item etiam hoc dicebant per notata per Innocent. in capitu. solicitudinem. in fin. de ap-
7 pellatio. vbi † renuntiando quis appellationi etiam tacitè: puta eam deferendo videtur approbare grauamen à quo appellauerat: nec potest vlterius appellare. Sed illud non obstat. quia illud verum quando renuntiat appellationi vnicæ quam solùm interposuerat: tunc enim licet renuntiet primæ appellationi tacitè eam deferendo: non ob hoc renuntiat secundæ quę sola sufficiebat sibi contra grauamen: nec tunc videtur renuntiando primæ approbare grauamen: quia poterat in vim secundæ & de illa confidere, ex quo illa sola sufficiebat. Item etiam ad hoc allegatur decisio vnius quæstionis motæ vt dicebatur per dominum Ioannem Calde. circa capitu.
8 quamuis. de appellatio. in clementi. de † appellante die latæ sententię cui iudex prefixit terminum ad dandum apostolos ad tertiam diem proximè sequẽtem, quo non veniente nec petente apostolos illa die præfixa, an postea à sententia infra decendium adhùc existens posset
9 appellare? Tenet quòd non. quia † non petendo apostolos in termino assignato videtur renuntiasse appellationi: vt dict. capitu. quamuis. §. j. & sic approbasse sententiam & sic sententia transit in rem iudicatam. Sed dato quòd hoc verum sit, solue vt suprà proximè solui ad notata per Innocen. in capitu. solicitudinem. fortior ratio est. quia non prosequendo in primo termino assignato in prima appellatiõe cadit à causa huiusmodi appellans: vt in capitu. cùm sit. & sic quæsitum est eo ipso ius appellato quod per secũdam appellationem non poterit auferri ab eo. vt in cap. ab eo. de electio. lib. vj.

De Clericis non residentibus.

EPITOME.

1 *Canonicus regularis commorans cum aliquo cardinali an possit petere grossos fructus de consuetudine vel statuto ecclesiæ debitos cuilibet canonico etiam in monasterio non residenti?*

2 *Canonicus regularis habens beneficium cum administratione, dicitur habere proprium.*

Decisio 1.

1 VTRVM † si canonicus regularis habens locum canonicalem, & etiam beneficium cũ administratione commoretur cum cardinali in curia roma. possit petere virtute priuilegiorum dominorum cardinalium grossos fructus qui vltra distributiones quotidianas de consuetudine vel statuto ecclesiæ dantur cuilibet canonico, licet non resideat in
2 monasterio? Quidam tenebant ꝙ sic quia † administrationem habet cui potest acquirere illos fructus, & cuius respectu potest habere proprium. & quia priuilegium aliàs eius respectu nihil operaretur quod habet, ꝙ beneficiati possunt fructus præbendarum vel beneficiorum suorum in absentia percipere. Alij autem dicebant contra. quia regulares non propriè habere possunt præbendas nec portiones distinctas. arg. notatorum per Innoc. de præb. dilectus. circa fin. & extrà de voto. c. fi. in princip. Et quia priuilegium in regularibus sic duplicè specialitatem operaretur: scilicet de residendo cũ cardinali, & de fructibus in absentia percipiẽdis: & hoc esset absurdum. arg. l. j. C. de profes. & non obstat ꝙ potest habere proprium. quia verum est ratione administrationis, & inquantum eã habet, non inquantum canonicus monasterij tales petit fructus: licet primam partem maior pars tenuerit attenta consuetudine ecclesiæ quæ habebat distinctionem præbendarum seu portionum grossorum fructuum quas vel quos etiam percipere solebant in absentia.

EPITOME.

1 *Dispensationis tempus facta per episcopum ad septẽnium causa studij habenti parœcialem, an computetur in tempore prorogato prius per papam de non promouendo.*

Decisio 2.

1 PApa † contulit ecclesiã parœcialem habenti solùm xx. annos, & secum dispẽsauit super ætate, & ꝙ non teneretur promoueri donec esset xxv. annorum. tandem factus maior postquã attigit vigesimumquintum annum, & sic incepit metam ad suscipiẽdum ordines sacros, obtinuit dispensationẽ causa studij ab episcopo suo ad septennium. iuxta c. cùm ex eo. quæritur an in illo septennio computetur tempus præcedens vigesimumquintum annum? Videtur ꝙ non. quia illud tẽpus computatur à tempore dispensationis factę per ordinarium, non à tempore sibi commissi regiminis ecclesię. iuxta not. in d. c. cùm ex eo. super verbo, septennium, &c.

De Præbendis.

EPITOME.

1 *Reseruatio non expirat per commendam factam per papam.*
2 *Commenda non dat ius.*
3 *Commendatarius non facit fructus suos, nec est prælatus in beneficio sed simplex procurator habens causam legitimæ administrationis. & habet ius temporale.*
4 *Reseruatio an expiret per cõmendam factã ad incertum tẽpus?*
5 *Beneficium commendatum non censetur vacare.*
6 *Reseruationes sunt odiosæ & restringibiles.*

Decisio 1.

Cassa. deci. 5. 1 pars. 4. vers. sed cõtra deci. de prius. peru. 2 in c. nemo de- 3 inceps. col. 2. circa fi. de electio. lib. vj.

VTRVM † per commẽdam factam per papam de beneficio reseruato expiret reseruatio sicut per prouisionem? Et videtur ꝙ non. quia † commenda non dat ius in beneficio: nec † commendatarius facit fructus suos: nec est prælatus in beneficio, sed simplex procurator habens causam legitimam administratiõis: nec habet ius perpetuum sed tẽporale. pro & contra faciunt quæ not. in c. nemo. cum ibi nota. de elect. lib. vj. & hæc
4 pars obtinuit de cõsilio maioris partis. Sed quid † si cõmenda fiat ad incertũ tempus: puta donec assecutus fuerit possessionẽ episcopatus cui de ipso fiebat prouisio. videtur ꝙ per talem cõmendam expiret reseruatio, quasi videatur dispositio perpetua propter dubiũ euentum cõditionis, quæ potest non existere. igitur &c. arg. l. suffi-
5 cit. ff. de condit. indebit. Item † postquam est commenda non censetur vacare beneficium: vt no. in d. cap. nemo. & quia commendare est vnus modus disponendi de beneficio. ergo ex quo papę placuit per istum modum disponere videatur alio modo disponendi renuntiasse: præser-
6 tim, quia † reseruationes sunt odiosæ & restringendæ: & vt fiat reductio ad ius ordinarium & commune.

EPITOME.

1 *Impetranti sufficit exprimere præbendam tantùm: secus si canonicatum solùm expresserit.*

Decisio 2.

Aene. de Fal. co. in tract. reser. in 44. j. in 26. effec. tu.

VTrum † si canonicus præbẽdatus impetrans gratiam de aliquo beneficio facta mentione de præbenda quam obtinebat, non tamen facta mentione de canonicatu cẽseatur surreptitia gratia? Tenuerunt quòd non. sed quòd econtra, si fecit mentionem de canonicatu sed non de præbenda.

Decisio 3. *Vide similem eod. tit. decis. 9. in antiq.*

EPITOME.

1 *Collatio facta per intrusum in dignitate reseruata an teneat?*

Decisio 4.

1 VTrum † intrusus in decanatu reseruato: si cõferat beneficia pertinẽtia ad collationem decani qui est ibi pro tempore, valeat collatio quãdiu est in possessione, & est habitus & reputatus pro decano: cum forsitan ibi reseruatio decanatus esset ignota? Videtur quòd sic. per notata per Innocẽ. in c. nihil. de elect. io. sed etiam ibi facit contra in fine primę colum. Tamen domini tenent contra, propter reseruationem quæ afficit omnia & ligat ignorantes propter decretum. & quia talis intrusus nõ habet possessionem decanatus reseruati saltem talem quæ habeat iuris adminicula: & sic per cõsequens non debet facere aliquos fructus suos etiam ratione possessionis suæ. argumen. not. in c. vt nostrum. de appellat. credo contrarium si erat bonæfidei detentor.

Decisio 5. *Similis est dec. supra de rescrip. in antiq.*

EPITOME.

1 *Gratia quamuis reperiatur fructuum excedere quãtitatem in ea expressam per verbũ vt asseritur, nõ censetur surreptitia.*
2 *Verba, vt asseritur. sunt impersonalia.*
3 *Gratia ita reddatur surreptitia per surreptionem alterius in tacendo veritatem: sicut si ipse idem pro quo beneficium impetratur veritatem taceret.*
4 *Impetrans an teneatur probare quòd beneficium sit infra summam, vel saltem probare assertionem communem.*
5 *Beneficium an præsumatur esse infra summam expressam?*
6 *Summa expressa dicitur esse pars gratiæ.*
7 *Soluendo aliquem non esse asserenti incumbit probatio.*
8 *Maiorem vel minorem, vel etiam non idoneum aliquem asserenti incumbit onus probandi.*
9 *Gratia in forma pauperum dicitur generalis de omni beneficio competenti: & ideo summa in ea expressa non dicitur pars ipsius.*
10 *Impetrans omne beneficium quod acceptat, reputatur competens: & ideo asserenti contra reum incumbit onus probandi.*

Decisio 6.

1 PApa † cõfert Titio ecclesiam vel beneficium: cuius fructus, reditus & prouentus summam. xx. marcarum, vt asseritur, non excedunt: quæritur nunquid si excedunt debeatur impetranti: vel an sit gratia surreptitia? Quidam dicunt quòd sibi debeatur, ex quo constat de corpore ecclesiæ: nec est gratia surreptitia. quia illa
2 verba, † vt asseritur. cùm sint impersonalia, non debent intelligi de impetrante quòd ipse asseruit. argument. C. de constitu. pecun. l. si quando. nam tunc debuisset dici, vt asseris: & ideo cùm non appareat fuisse assertum per eum neque suggestum illud falsum, talis falsa demonstratio non vitiabit gratiam: nec habebit necesse impetrans probare beneficiũ esse infra illam summam. Alij verò dicunt contra, quòd imò si excedat, sibi non debeatur, & gratia debeat surreptitia reputari. Nam verisimile est quòd ipse hoc papæ asseruerit. Non est enim verisimile papam hoc posuisse in gratia seu literis, nisi
3 impetrans in supplicatione hoc posuisset. Item † surreptio alterius in tacendo veritatem: ita reddit gratiam surreptitiam: sicut si ipse idem pro quo beneficium

impetratur

impetratur veritatem taceret: vt probatur in cap. si motu proprio. in versi. secus. & in c. seq. §. j. de præb. libr. vj. quanto magis debet nocere factum alterius exprimendo falsitatē. Dicunt etiam † ℣ impetrans teneatur probare ℣ sit infrà summam: cùm hæc quantitas sit pars gratiæ suæ. crederem tamen ℣ hoc casu sufficeret probare assertionem communem. Sed † nunquid præsumetur esse infra illam summam nisi probetur excessus? videtur ℣ sic. arg. ff. de proba. l. cùm de lege Falcidia. cum ibi notatis. dicunt hoc casu contrà: quia ex quo ipse asseruit esse infra summam: & † hoc est pars gratiæ suæ: ideò suam assertionem debet probare. arg. ff. de proba. l. ei qui dicit. cum ibi notatis. Et vide pro hoc quod no. Io. And. in c. exceptionem. de litis contesta. lib. vj. in novel. Sic † in simili incumbit probatio asserenti aliquem esse vel non esse soluendo. iuxta notata. ff. qui satisda. cog. l. si verò. §. qui pro rei qualitate. & † etiam asserenti quem esse vel non esse maiorem vel non idoneum. arg. notatorum. ff. de minorib. l. de ætate. & notatur C. de in integ. restitu. l. si minorum. & per Archid. de rescrip. si eo tempore. super verbo, non idoneus. Et facit quod notat Io. And. in q. super regula, infamibus. de regu. iur. lib. vj. & hoc credo verum in terminis prædictis, & in gratijs factis sub ista forma speciali: quia tunc summa est pars gratiæ. ergo. & c. arg. ff. de ęden. l. j. §. editione. secus forté in forma pauperum: quia ibi summa non est propriè pars gratiæ: cùm † ibi gratia sit generalis de omni beneficio competenti. sed postea ponitur in fine gratię exceptio ibi cùm dicitur. Nostræ autem intentionis existit, ℣ sibi prouideatur de beneficio, cuius fructus & c. talem summam non excedunt. & ideo cùm omne beneficium contineatur sub regula: debet † qualecunq; beneficium quod impetrans acceptat, reputari competens & præsumi, nisi aduersarius qui se prouisioni eiusdem pauperis opponit, probet illud non cadere sub expectatione, & ex cedere summā. & sic ei incūbit probatio nō pauperi qui habet regulam pro se. ar. ad hoc. ff. de proba. ab ea parte.

Fel. in cap. ad audientiā. versi. ij. q. de rescr.

staph. in tract. de lit. gr. & iust. fol. 3. ver. adde modo

SVMMARIVM.

Clem. cùm ei quem. in fin. an habeat locum in patrono vel ordinario collatore?

EPITOME.

1 *Patrono ad præsentandum quando incipiat currere tempus.*
2 *Collatori ad conferendum quando incipiat currere tempus?*
3 *Impetranti currit tempus ad acceptandū à die notæ vacationis.*
4 *Episcopo qui habet suā diœcesim visitare currit tempus à die quo scire potuit vel debuit.*
5 *Patrono vel collatori vbi quis renuntiauit beneficio in manibus non habentis potestatem, quando incipiat currere tempus præsentandi vel conferendi respectiue?*

Decisio 7.

Vide decis. 73. supra ex num. 2 antiq.

VTrum † vacante beneficio incipiat currere tempus patrono ad præsentandum. vel † collatori ad conferendum à tempore notę vacationis in ecclesia sicut † impetranti currit ad acceptandum: vt in cle. cùm ei quem. in fin. de concess. præb. vel à tempore scientiæ patroni vel collatoris. quod videtur per c. quia diuersitatem. in fin. de concess. præben. & not. in c. ij. de præb. & in c. licet. de sup. negli. præla. vel à tempore quo scire potuit. quod videtur per l. fin. circa princip. ff. quis ordo in bonor. possess. serue. & no. in dict. c. licet. Domini tenent ℣ à tempore quo scire potuit & debuit. propter verbum, neglexerunt. positum in dict. c. licet. & † ideo episcopus qui scire debet cùm habeat suam diœcesim visitare vel archiepiscopus suam prouinciam habet etiam visitare à tempore quo scire potuerunt & debuerunt ignorauerunt ab illo tempore incipiat eis tempus currere: vt not. Inno. in c. ex parte Astesi. de concess. præben. secus in tali ad quem non pertineret visitare: qui aliàs non tenebatur de vacatione inquirere. & clem. ponit casum specialem de impetrantibus: vt ibi no. Sed pone quidam renuntiauit beneficio in manibus non habentis potestatē. quęritur † an incipiat statim currere tempus patrono vel collatori si hoc sciuerit, vel scire potuerit seu debuerit etiam antequam illa renuntiatio per illum ad quem pertinet fuerit admissa vel ratificata: vel tunc demum cùm is ad quem pertinet, eam admiserit vel ratam habuerit. Potest dici ℣ si ad collatorem vel patronum admissio vel ratificatio renuntiationis non pertinet: tamen potest instare ad superiorem ad quē pertinet, vt vel eam admittat vel ratificet, vel renuntiantem redire faciat: & ideo si hoc non faciat, sit in culpa: & sic si à tempore quo renuntiat sciuit: sibi currat tempus. argu. nota. per Inn. in c. admonet. de renun. & de concess. præb. quia.

EPITOME.

1 *Canonicatuum & præbendarum collatio in ecclesia collegiata de iure communi an ad præpositum vel decanum & capitulum vel potius ad episcopum pertineat?*
2 *Collatio canonicatuum pertinet ad prælatum ecclesiæ de consilio sui capituli.*
3 *Episcopus non est prælatus.*
4 *Prælati electio in collegiatis ecclesijs pertinet ad collegium.*

Decisio 8.

QVæritur † vtrum ad præpositum vel decanum & capitulum in ecclesia collegiata de iure communi pertineat collatio canonicatuum & præbendarum an ad episcopum? Videtur ℣ non pertineat ad episcopum: sed † ad prælatū illius collegiatę ecclesię de consilio sui capituli: quia ad prælatum pertinet collatio. sed † episcopus non est prælatus: igitur & c. vt in cā collatione. cum no. per Archidiaco. de appellatio. in vj. per not. per Innocen. de exceptio. venerabilis in fi. & ibi per Hostien. de iure patrona. postulasti. circa fin. primæ glos. ibi, fatemur, & c. à contrario sensu. Pro hoc. quia † in collegiatis ecclesijs electio prælati pertinet ad collegium: vt nota. in cap. j. de electio. ergo singulorum canonicorum seu canonicatuum & præbendarum ad prælatum. Probatur ista consequentia per ea quæ not. Hostien. de electio. cùm ecclesia Vulterana. §. mādamus. super verbo, postulauit. ibi, si non habet patronum, & c. credo quod prælatus & canonici inferioris ecclesiæ habeant eligere canonicos, & conferre præbendas illius ecclesiæ, & non episcopus. argumen. ad hoc imò est text. in cap. ex tranitorisla. in fin. de renuntia. & in cap. ex insinuatione. de symonia.

1
2
3
4

SVMMARIVM.

Collatio facta ab ordinario de beneficio iam collato per papam qui decessit, antequam eius collatio sortita fuit effectum, an teneat etiam si D. papa ordinasset in eventum in quem dicta eius collatio sortiretur effectum ℣ dictum beneficium sicut erat anteà remaneret reseruatum: quę ordinatio à successore non fuit recepta.

EPITOME.

1 *Reseruatio etiam personalis facit beneficium remanere in manibus papæ & successorum, donec de illo disponatur.*

Decisio 9.

SVpposita quadam constitutione domini Clementis texti quòd si ipse contulisset aliquod beneficium reseruatum: & collatio non sortiretur effectum: vel ille cui contolisset, antequam esset possessionem pacificam assecutus moreretur: remaneret sub prima reseruatione. & supposito quòd dominus Innocentius sextus noluit vti in beneficijs collatis per eumdem prædicta constitutione Clementis. imò voluit quòd si ipse Innocentius conferret beneficium reseruatum, dum tamen collatio aliàs teneret, consummaretur reseruatio, etiam si is cui conferret ante possessionem habitam moreretur. Formatur talis quæstio. Dominus Clemens contulit cuidam Titio vnum beneficium à se personaliter reseruatum: tandem mortuus est ipse dominus Clemēs. post ipsum Clementem moritur Titius ante tamen possessionem assecutam. dominus Innocentius successor suus illud contulit cuidam alteri etiam si esset reseruatum, si non foret alteri ius quæsitum. tamen post mortem Clementis & ante collationem domini Innocentij ordinarius in partibus illud contulit cuidam alteri. quæritur an valuerit collatio ordinarij vel domini Innocentij. Videtur quod non valuerit collatio ordinarij. quia illud beneficium remansisset sub prędicta reseruatione domini Clementis propter præmissa in suam constitutionem. Nam ex quo semel habuit papa illud beneficiū in manibus suis, & fuit affectū per reseruationē, dato † etiam ℣ reseruatio fuerit personalis: semper remanet in manibus

1

papæ & ſucceſſoris: donec de illo fuerit diſpoſitum. arg. eorum quæ dixi iuxta no. per Archi. in c. ſi gratioſæ. de reſcrip. non cenſetur autem diſpoſitum fuiſſe, ex quo diſpoſitio non fuit ſortita effectum. argu. l. ſi pro parte. §. verſum. ff. de in rem verſo. & c. ſi electio. de elect. lib. vj. Si enim dominus Clemens in vita ſua non diſpoſuiſſet: certum eſt per ea quæ ſcripſi iuxta c. ſi gratioſæ. ꝙ beneficium remanſiſſet reſeruatum. Non obſt. ꝙ perſonalis fuiſſet reſeruatio. ergo & nunc. propter conſtitutionem ſuam per quam voluit eo moriente ante adeptam poſſeſſionem remanere ſub prima reſeruatione. præſertim autem dicta conſtitutio debet habere locum hoc caſu, dato ꝙ ille cui contulit Clemens poſt eius obitum deceſſerit. & dato ꝙ illa conſtitutione in beneficijs à ſe collatis & reſeruatis ſucceſſor ſuus Innocentius non vtatur. quia origo iſtius negotij tota fuit de tempore Clemẽtis. igitur inſpecta origine huic conſtitutioni declaratoriæ mentis domini Clementis erit locus. faciunt iura quæ dicunt in ſpici originẽ. Tamẽ domini cõtra tenuerunt, ꝙ imò nõ remaneret reſeruatũ, ex quo dñs Inno. noluit acceptare prædictã conſtitutionẽ Clement. nec ea vti: imò ex quo collatio dñi Clement. fuit canonica, & ille cui facta fuit ſuperuixit poſt eũ. ſicq; per domini Clementis obitũ dicta conſtitutio fuit viribus euacuata, propter non admiſſionem illius à ſucceſſore, debuiſſet fuiſſe conſumpta reſeruatio per illam collationem ſolam, etiam non habita poſſeſſione. arg. c. ſi tibi abſenti. de præb. lib. vj. & impeditur reincidere vel remanere in prima reſeruatione virtute reuocationis vel non admiſſionis ſucceſſoris de dicta conſtitutione Clementis, virtute cuius debebat fieri illa reincidentia vel remanſio, etiam ſi cum retrotractione: quia ſublata conſtitutione Clemẽtis, & ſic fundamento retrotrahente, ſubmouetur vel impeditur retrotractio ſeu eius effectus. ar. l. qui balneũ. §. fi. cũ concord.

EPITOME.

1 *Impetrans ad collationem abbatis an poſſit obtinere etiam beneficium quod habet conferre cum conſenſu epiſcopi.*

Deciſio 10.

Aeneas de Fal co in trac. reſerua. in 3. q. prin. in 3. pagin. ver. & vltro iura.

QVæritur † an impetrans ad collationem cuiuſdam abbatis qui habet aliqua beneficia quæ ſolus poteſt conferre liberè, & quædam quæ habet conferre cum conſenſu epiſcopi: poſſit obtinere virtute gratiæ, etiam beneficium quod habet conferre etiã cum conſenſu epiſcopi? Videtur ꝙ non, ex quo gratia poteſt ſortiri effectum in alijs: vt ſic eam reſtringamus, ne alteri poſſit eſſe præiudicialis quàm abbati, quem papa ſolùm aggrauare voluit. Tamen tenuerunt omnes ꝙ imò habet beneficium etiam conferendum de conſenſu epiſcopi. quia etiã illius reuera collatio eſt abbatis. ne ſede vacan. c. j. lib. vj. pro quo facit quod not. Io. Andr. in nouella de præb. cùm in illis. ſuper verbo, tantum. ibi, Item mutatis terminis.

EPITOME.

1 *Impetrans in forma pauperum non tenetur facere mẽtionem de penſione annua ſuper certis bonis cuiuſdam layci ſibi aſſignata.*

Deciſio 11.

Felyn. in c. in noſtra. col. 18. in 30. corelario de reſcrip. in an. dereſc. 39.

VTrum † intitulatus ad certam penſionẽ annuam ad vitam ſuam ſuper certis bonis domini cuiuſdam layci: & ad illum titulum ad ſacros ordines promotus impetrans à papa beneficium vel gratiam ad beneficiũ in forma communi pauperũ teneatur de illa penſione facere mentionẽ per c. poſtulaſti. & c. ſi proponente. de reſcrip. Domini tenent ꝙ nõ. quia talis penſio non eſt beneficium eccleſiaſticũ, nec titulus perpetuus ſpiritualis quia eo mortẽte expirabit. & tunc ſolùm tenetur facere mentionẽ cùm obtinet beneficium eccleſiaſti cum & ſpirituale præſertim tale quod poſt obitum eius eſſet alteri cõferendum. & ſic intelligunt illa iura, & ita obtinuit pluries. Contra tamen iſtam opinionẽ videtur eſſe Arch. in roſario. j. q. ij. c. poſtulaſti. de reſcr. in nouel. ſuper gl. inter. & per id. no. patet ꝙ opi. talis eſt verior.

EPITOME.

1 *Impetrans beneficium cùm vacauerit per manus conſecrationis Petri vel aliter præterquam per mortem ipſius: ſi vacare reperiatur ex perſona alterius, an illud obtinere poterit?*

2 *Verba, vel aliâs quouis modo. an debeant reſtringi ad perſonam expreſſam?*

3 *Exceptio vt ſit de regula limitare debet ipſam regulam.*

4 *Falſa demonſtratio vacationis quando beneficium erat in manibus papæ, & debebat per ipſum conferri nõ vitiat gratiã.*

5 *Falſa demonſtratio quæ eſt circa vacationem impetrantis impedit gratiam: & ad vacationem duntaxat narratam in gratia eſt reſtringenda.*

6 *Clau. vel aliâs quouis modo. latiſſimè eſt interpretanda in præiudicium concedentis.*

7 *Interpretatio fieri debet largè in præiudicium cõcedentis etiam circa modum vacandi, vel poteſtatem conferendi.*

Deciſio 12.

1 PApa † mandauit cõferri cuidam vnum beneficium cum vacaret per manus cõſecrationis Petri vel aliâs præterquàm per mortem ipſius Petri, Reuera autem cùm Petrus nullum ius haberet in beneficio: non poteſt vacare per manus conſecrationis Petri, vel aliâs per factum Petri, nec per modum aliquem contingentem in perſonam ipſius Petri: imò vacauerat dudũ per mortem Ioannis, in cuius perſona etiam fuerat eo viuente reſeruatum. Quæritur nunquid veniat ſub gratia prædicta virtute illius clauſulæ, vel aliâs quouis modo, vera vacatio contingens in perſonam dicti Ioãnis? Maior pars tenuit quòd non veniat in viam iuris vacatio aliqua contingens extra perſonam dicti Petri, quia papa intẽdebat ſolùm concedere ius quod dictus Petrus habebat in beneficio. Itẽ quia perſona extrinſeca in dictis verbis, vel aliâs quouis modo, adiectis ad perſonã Petri nõ eſt ſubaudienda. argum. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. de verbo.

2 obligat. Item illa verba † vel aliâs quouis modo. debent reſtringi ad perſonam Petri id eſt, contingentem in perſonam ipſius, quod denotat exceptio ſequens limitata ad eius perſonam: ſcilicet, præterquàm perſonã ipſius: quæ

3 † quidem exceptio vt ſit deregula limitat regulã, & ſibi dat reſtrictum intellectum: vt l. nam quod liquidè. §. fin. de penu. lega. ff. de legat. iij. quæſitum. in fin. cum ibi notatis. Item quia papa intendit concedere ſeu facere gratiam de beneficio vacaturo: cùm dicit, vacabit, vel cùm vacare contigerit, igitur nõ videtur quòd debeat venire iam vacans. licet hæc ratio tolli poſſet per not. in clemẽ. cùm ei quem. ſuper verbo, notitia. de conceſsio. præben.

Quidã tamen tenebant contrà etiam in viam iuris. quia

4 ex † quo beneficium erat in manibus papæ, & debebat per eum conferri: falſa demonſtratio vacationis nõ impediebat gratiam. arg. l. falſa. ff. de conditio. & demonſt.

5 Sed huic rationi reſpondetur. quia † falſa demonſtratio impedit gratiã quæ eſt circa vacationem impetrãtis, quę tanquam ambitioſa eſt reſtringẽda ad vacationem duntaxat narratam in gratia. Itẽ hoc tenebant alia ratione. quia illa verba, vel aliâs quouis modo. referuntur ſecundum eos ad præbendam ſeu beneficium de quo fit gratia, non ad perſonam Petri: & ſic includunt omnem modum per quẽ præbenda vel illud beneficium vacare poterat etiam contingentem extra perſonam Petri. Item

6 quia † dicta verba, vel aliâs quouis modo. latiſsimè ſunt interpretanda in præiudicium concedentis, qui nõ præſumitur fuiſſe auarus. argumen. not. per Innoc. de donat. paſtoralis. circa princip. imò liberaliſsimus. arg. in auth. de non alie. §. etſi minus. & præſertim ne beneficia diu vacent. & pro hac parte dicebãt aliâs fuiſſe obtentum in palatio: & præſertim propter quandam declarationem domini Clementis, qui declarauit quòd ſi reſeruaret & conferri mandaret beneficium quod obtinet Titius cùm vacabit per contractum matrimonij, vel aliâs quouis modo, quàm per mortem ipſius: quod ſic etiam reſeruat ſi Titius illud non obtinuerat de iure ſed de facto: etiam ſi de iure non poſsit vacare per perſonam ipſius: ſed va-

7 cauerat aliâs per perſonam alterius. Item quòd † largè fiat interpretatio in præiudiciũ concedentis, etiam circa modum vacandi vel poteſtatem conferendi. facit clemẽ. ſi de beneficio. de præbend.

EPITOME.

1 *Impetrans certum beneficium vacãs tenetur facere mentionem de qualitate eius: & quid ſi expreſſerit æquipollentia, ex quibus reſultant aliquæ qualitates?*

Archidiacon

2 *Archidiaconus de iure communi habet curam.*
3 *Ecclesia regularis & cathedralis vbi sunt multi, & dos fuit cõstituta pro multis: in dubio præsumitur quòd sit collegiata: licet secus sit in alijs ecclesijs sæcularibus inferioribus.*
4 *Prior est caput collegij & de iure communi per collegium vel conuentum eligendus est.*
5 *Impetranti dignitatem ecclesiæ collegiatæ electiuam non sufficit mentionem facere de collegio: nisi faciat mentionem quod sit electiua.*
6 *Papa quæ in facto consistunt præsumitur ignorare.*

Decisio 13.

Fely. in ca. ad aures. col. j. ver. de qualitatibus de rescriptis.

VTrum † cùm quis impetrat certũ beneficium vacans teneatur de eius qualitatibus facere mentionem: puta de cura ei imminenti, vel quòd sit electiuum? licet multi tenuerunt in palatio quòd non. quia ex quo papa confert certum beneficium vacans: videtur conferre illud qualecunque sit: & meliori modo quo potest. Tamen maior pars tenuit contra: nisi sit tale beneficium quod de sui natura & de iure cõmuni haberet illas

Fely. in cap. per litteras. col. v. vers. q. reg. de rescri. Cassa. de prebend. dec. xvj. Fely. in cap. decet. col. j. vers. dixit de prescript. Cassa. dec. xvj de prebend. Staph. de ditt. gra. & inst. fol. 51. ver. fed circa expressionem.

qualitates: vt archidiaconatus, qui † de iure cõmuni habet curam: vt in c. ad hæc. de offi. archid. & ꝙ sit necesse facere mentionem. videntur no. doct. in cle. si dignitatẽ. de præb. & de hoc no. Io. An. in nouel. in c. ei cui. de præben. lib. vj. circa prin. super verb. mandatum. vbi tenet ꝙ etiam cùm papa prouidet, est opus de talibus qualitatibus facere mentionẽ. Præmissa igitur opi. supposita suggestum est papæ ꝙ quidam prioratus monachorum in quo sunt septem monachi cum priore simul viuentes vacat. & papa illum confert vel mandat conferri. opponitur ꝙ erat beneficiũ electiuũ: & ꝙ de electione non fecerat impetrans mentionem. Quæritur nunquid ex hoc gratia vitietur? Fuit dictum quòd non. quia licet dictum nõ esset quòd esset beneficium electiuum: satis expressit æquipollens. quia eoipso quod expressit ꝙ erant ibi septem monachi cum priore simul viuẽtes: eoipso est præsumptio quòd sint ibi collegialiter seu conuentualiter in dubio: quia sunt regulares & simul viuentes. & in dubio

3 omnis † ecclesia regularis & cathdralis vbi sunt multi, & dos fuit constituta pro multis: in dubio præsumitur ꝙ sit collegiata: vt not. Hosti. de iure pat. c. nobis. licet secus sit in alijs ecclesijs sæcularibus inferioribus. iuxtà not. per Inno. de iure patr. postulasti. & per consequens si est

4 ibi collegium, prior † qui est caput, est eligendus de iure communi per collegium vel conuentum: vt c. j. de elect. sed tempore meo rota tenuit contra scilicet quòd impe-

5 trans dignitatem ecclesiæ electiuam licet faciat † mentionem de collegio, sed non facit mentionẽ quòd sit electiua: non sufficit per cle. j. de præbend. & est ratio. quia ideò voluit papa quòd fieri deberet mentio ꝙ esset electiua: vt veritas sibi esset nota de his quæ in facto consistunt. cùm † aliàs facta ignorare posset: vt in c. j. de consti. lib. vj. Considerauit ergo quòd sibi notificaretur veritas facti. sed non sic est exprimendo ecclesiam collegiatam esse: quia potest in facto esse quòd dignitas ecclesiæ collegiatæ pertinet ad collationẽ alicuius, & non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. quando ergo dispositio de iure cõmuni vnam necessitatem & veritatẽ facti infallibiliter habet: verbi gratia, impetratur dignitas exprimendo ꝙ potest excõmunicare, & ꝙ tenetur audire confessionẽ & conferre ecclesiastica sacramẽta & huiusmodi. certè quia in his ex dispositione iuris cõmunis infertur de necessitate & infallibiliter, ꝙ talis dignitas sit curata: tunc bene sufficeret & veniret dignitas curata: licet ista verba videlicet, ꝙ esset curata, non expressisset: quia per prędicta satis expressit de cura & infallibiliter. Sed exprimendo conuentum vel collegium, non est sic. quia cùm hoc stare potest in facto quod non pertinebat electio ad conuẽtum. pro hoc facit. quia materia istarum impetrationum est odiosa & restringibilis.

EPITOME.

1 *Gratia nouiter facta secundo expectanti de beneficio reseruato in qua narratur quòd si sibi non obstitisset reseruatio haberet bonum ius, est surreptitia.*

Decisio 14.

1 PRimo † & secundo in data acceptantibus vnum beneficium reseruatum aliàs tamen cadens sub eorum gratia, secundus in data obtinet gratiam per quam papa narrans in literis, ei aliàs si nõ obstitisset reseruatio, fuisse canonicè prouisum. & nunc tanquam de reseruato sibi prouidet vel mandat prouideri, si non fuerit alteri ius quæsitũ. Quæritur an hæc gratia sit surreptitia? Aliqui dixerunt ꝙ nõ, ex eo quia papa non considerauit illam canonicam prouisionem: cùm reseruatione obstan. eam scire non potuisset fore canonicam. Tamen maior pars tenuit quòd imò: quia papa fuit motus, vel est verisimile ꝙ potius fuerit motus, ex eo quia existimabat eum aliàs canonicè prouisionem obtinuisse: quod tamen non obtinuerat etiã si reseruatio non obstitisset propter primum cuius decretum ligauisset.

EPITOME.

1 *Impetrantes apostolici an præferantur habentibus primarias præces ab imperatore.*
2 *Imperator dicitur authoritate apostolica habere ius primariarum precum.*

Decisio 15.

1 VTrum illi † quos imperator nominat, seu super quibus dirigit primarias preces pro aliquibus, vt recipiãtur in canonicos, & eis prouideatur de præbenda proximè vacatura præferantur apostolicis postea impetrantibus in præbenda postea vacatura? Et tenetur quòd nõ, propter clausulas non obstan. quæ apponuntur in literis apostolicis: vbi dicitur, nõ obstan. sialiquis apostolica aut alia quauis authoritate in canonicos forsitan sint recepti, vel vt recipiantur insistant. & præsertim

2 quia † imperator vt dicitur, habet ius illarum primariarum precum authoritate apostolica: vt not. Spec. in ti. de præben. §. restat. circa fi. in ver. item no. quòd imperator in quarta parte. igitur sui censentur authoritate apostolica recipi: & ideò sicut receptis etiam per prædecessores summos pontifices papa suos vult præferri.

EPITOME.

1 *Impetrantes apostolici præferuntur nominatis per archiepiscopum in vim specialis priuilegij à pontificibus defunctis sibi concessi.*
2 *Papa non potest successoribus suis manum seu potestatem claudere, & limitare.*

Decisio 16.

Aeneas de Fal. co. in tract. reser. in ij. par. tract. in j. præ iudicio.

1 VTrum † si sit concessum alicui archiepiscopo etiam in perpetuum ecclesiæ suæ pro quolibet anno, vel quilibet archiepiscopus qui pro tempore præficietur sibi semel in vita possit conferre tria vel quatuor beneficia in qualibet ecclesiarum suæ prouinciæ. non obst. impetrationibus apostolicis, & quòd illi apostolicis præferantur, nominati per illum præferantur apostolicis? Et fuit dictum quòd non, propter clausulas non obstan. & quia papa qui hoc concessit, non potuit successoribus manum seu potestatem claudere & limitare.

Decisio 17. Similis est decis. 2. de iure patro. in antiq. Aeneas de Fal. in tract. reser. an ij. q. primi. fol. 16. ver. beneficia.

SVMMARIVM.

Gratia ad dignitatem non extenditur ad dignitatem curatam.

Decisio 18.

Fely. in c. in nostra. col. xij ver. adde etiã istis de reseri & Cassa. dec. xij. fol. 5. ver. nec obstat.

VTrum præpositura ecclesię collegiatæ montis ędiliæ quæ consueuit conferri actu canonico ecclesiæ Traiectẽsi. & non alij. & est dignitas maior, & caput in ecclesia collegiata montis ædiliæ. licet in ecclesia cathedadrali Traiectẽsi. non est dignitas: sed officium. & habet visitare & corrigere canonicos ecclesiæ montis ædiliæ solum per subtractionem fructuum seu præbendarum, & non aliàs, veniat sub gratia cuiusdam impetrantis canonici Traiect. qui impetrauit ad quodcunq; officium & personatum vacans & vacaturum in illa ecclesia Traiect. vel alia consuetum conferri actu canonico Traiect. etiam si inibi dignitas reputetur. non tamen fuit facta mentio in gratia, etiam si eidem cura immineat animarũ: prior pars imò quasi omnes tenuerunt ꝙ nõ. quia ex quo est dignitas curata: quia habet corrigere & visitare, saltem per subtractionem fructuũ: bene facit ꝙ ex hoc cẽseatur habere curam. ꝙ not. G. de monte Lau. de suppl. negli. præla. quia regulares. circa prin. super verb. prælati. & ideò non venit sub gratia. ar. de præben. cùm in illis. §. j. & quia caput ecclesię: & sic non cen-

seretur sibi prouideri de dignitate in ecclesia, sed potius de ecclesia. iuxta not. per Archi. de concessio. præbend. detestanda. glo. no. verbum.

Decisio 19. *Similis est decis. numer. 4. suprà de rescript. in antiquis.*

SVMMARIVM.

Beneficium semel affectum semper durat affectum, etiam si cesset causa propter quam fuit affectum.

EPITOME.

1 *Beneficia suorum familiarium conferendi vbi alicui potestas concessa est, non poterit conferre beneficia illius qui desierat esse famulus suus ante mortem.*

2 *Monasterium exemptum ex eo quia erat monialium, licet efficiatur monachorum vel canonicorum secularium vel regularium non desinit esse exemptum.*

3 *Beneficia vbi semel in manibus papæ fuerunt: non veniunt ad manus inferioris, donec de ipsis papa disposuerit.*

Decisio 20.

Felyn. in c. in nostra. col. 14. versic. vigesimumprimum corelarium. de rescript.

PApa reseruauit omnia beneficia officialium & familiarium suorum. Quidã fuit capellanus cõmensalis suus vel aliàs familiaris vel officialis suus: sed postea dimissa capellania vel officio vel familiaritate decessit postquam desijt esse officialis vel familiaris. Quæritur nunquid beneficia quæ obtinebat cũ erat familiaris vel 1 officialis sint reseruata? Et videtur ꝙ non. ex quo tẽpore mortis desijt esse officialis vel familiaris: quia effectus illius reseruationis dirigebatur in tẽpus mortis talis officialitatis vel familiaritatis &c. ar. l. quod sponsę. cum concor. C. de dona. ante nupt. pro hac parte facit. ff. de pig. cum tabernam. in prin. ibi, respondi secundum ea etiam. & ff. de legat. iij. l. item legato. §. si vxori. & ff. de ventre in pos. mit. l. j. §. remisisse. & ff. de legat. iij. l. lega-
1 tis seruis. §. si ex officio. Item propter hoc. quia si † concedatur alicui potestas cõferendi beneficia familiarium suorum, & vnus de famulis suis desijt esse famulus, & postea moritur: non poterit conferre beneficia illius: vt not. Io. Andr. de verb. sig. c. fin. lib. vj. in nouel. In oppositum facit quòd imò. quia attendi debet tempus reseruationis. arg. l. fi. ff. de auro & arg. lega. pro hoc bene facit.

2 quia † si sit monasterium exẽptum, ex eo quia erat monialium: adhuc durat, licet efficiatur monachorũ vel canonicorum secularium vel regulariũ: vt de capel. mona. dilectus. §. ad hæc. iuncta subscriptione de qua in princi.

3 pro hoc. quia † ex quo fuit semel familiaris beneficia quæ tunc obtinebat iã fuerunt reseruata & in manibus papæ. igitur ex quo semel fuerunt non desinent nec venient ad manus inferioris donec disposuerit. ar. not. in c. dilectus. de excess. præla. per Innocen. pro hoc bene facit quod not. Archid. de rescript. statututum. super verbo, committatur. pro hoc etiãm videtur text. in ratione. ff. de rebus dub. l. si cognatis. & de noxali. l. ij.

EPITOME.

1 *Vicaria curam habens animarum ecclesiæ vnitæ abbatissæ non est ad nutum amouibilis.*

2 *Archidiacono de consuetudine potest competere ius instituẽdi.*

3 *Abbatissa potest per quendam archidiaconum instituere vicarium temporalem in ecclesia sibi pleno iure spectante.*

4 *Abbatissæ & monialibus, licet cura cõmitti non potest quò ad exercitium actuale, tamen ius potest competere ipsis, vt exercitium faciant per verum capacem illius potestatis.*

Decisio 21.

1 QVædam † vicaria vnius ecclesiæ vnitæ abbatissę cuiusdam monasterij est: abbatissa prætendens quòd vicarius instituendus in illa ecclesia ad eius presentationem per quendam archidiaconum ad quem pertinet institutio de cõsuetudine est reuocabilis ad nutum illius abbatissæ: & ideo dat articulos in ista materia contra quendam vicarium, qui impetrauit vicariam seu contra quendam ibi ad eius presentationem institutum. Quæritur an sit bona ista materia? Dicebatur quòd non per c. dilectus. de capel. mona. libr. vj. nec obst. quòd ibi loquitur cùm fit institutio per episcopum: quia idem in alio ad quem pertinet authorizabilis institutio, quæ
2 per † consuetudinem potest archidiacono cõpetere. ar. no. per doct. in c. cùm satis. de offi. arch. Item etiam materia ista ex eo videtur reproba. quia si talis vicarius esset reuocabilis ad nutum: igitur cura nõ esset penes eum, quia tunc non esset intitulatus. argum. no. de off. vicarii. ad hæc. de præ. extirpandę. & sic oportet quòd cura esset penes abbatissam vel conuẽtum, quod videtur inconue-
3 niens. Sed quid † si dictę abbatissę esset ecclesia illa subiecta pleno iure: & per quẽdam archidiaconum vult ibi instituere vicarium temporalem. nunquid poterit? Facit quòd sic. quod not. per Inn. de pręb. in Lateranen. & per
4 gl. in c. cùm & plantare. §. in eccles. de priuil. nã † talia, vt curę commissio, licet non bene possint cadere in mulieribus quò ad exercitiũ actuale: tamẽ ius potest competere monasterio vt exercitium faciat per virum capacem illius potestatis: vt etiam dicitur in simili de exercitio iurisdictionis spiritualis in his quę concernunt potestatem clauium, cuius ius ad abbatẽ seu monasterium competere potest & exercitium fiet per virũ omni potestate capacem. suprà de maio. & obedien. dilecta. cum not. ibidem per Hostien.

SVMMARIVM.

Collatio de beneficio reseruato non expressa reseruatione cum clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum. valet.

EPITOME.

1 *Clausula, dummodo alteri ius non sit quæsitum. operatur vt licet non expresserit reseruationem impetrans obtinere nihilominus possit.*

2 *Interpretatio largè in concedentis præiudicium fieri debet.*

Decisio 22.

1 VTrum † si papa conferat vel mandat conferri beneficium reseruatum non facta mẽtione in literis de reseruatione: sed posita illa clausula, si nõ fuerit alteri ius quæsitum. valeat collatio? Quidã tenent quòd
2 non. tamen Rota tenet quòd sic, vt † largè fiat interpretatio in præiudicium concedentis: & nec papæ auaritia seu cupiditas valeat imputari, si aliquid renuere videtur. arg. C. de bon. vacan. si quando. faciunt not. per Innoc. de donat. pastoralis. & faciunt ad hoc rationes quas tetigi in dicta decre. licet. de præb. libr. vj.

Decisio 23. *Similis est decis. 27. suprà de præben. in antiq.*

De Concessione præbendæ.

Decisio 1. *Similis est deci. 21. de concessio. præben. in antiq. Sed pone retento themate. similis habetur deci. nume. 14. de restitutio. spolia. in antiq.*

EPITOME.

1 *Gratia de beneficio spectãte ad præsentationem abbatis an extendatur ad beneficium spectans ad abbatis præsentationem fiendam de consensu alterius?*

Decisio 2.

1 FActa † est per dominum papam gratia alicui de beneficio spectante ad præsentationem talis abbatis. Quæritur nunquid veniat beneficium spectans ad eius præsentationem de consensu alterius? Et est dicendum quòd sic. argumen. ne sede vacan. capitul. vnic. libro sexto. vide quod scripsit Ioan. Andr. in c. cùm in illis. de præbend. lib. vj. in nouel. super verbo, tantum. ver. Item mutatis terminis. & c.

SVMMARIVM.

Impetrantium quorum vnus ad præsentationem abbatissæ & alter ad presentationem decani expectat. vter præferendus sit in beneficio vacanti, vbi conuentũ fuerit inter abbatissam & decanum de præsentando alternis vicibus prouiso, vt vacationes adimpletæ per apostolicos impetrantes non computarentur in prædictis vicissitudinibus suis.

Decisio 3.

SVppositа quadã cõpositione legitima per quam quędam abbatissa debet cõferre vel præsentare quãdam ecclesiam vel ad eam in primis duabus vacationibus & in tertia quidam decanus: & posteà ad subsequentes duas primas abbatissa: & in sequẽti tertia decanus, & sic deinceps in perpetuum abbatissa quæ erit ibi pro tempore conferret bis & in duabus vacationibus seu presentationibus solum. decanus postea in sequenti vacatione

hoc acto

hoc acto quòd vacationes in quibus impetrantes apostolici obtinerent dictam ecclesiam autboritate apostolica eisdem abbatissæ,& decano in prędictis vicissitudinibus conferendi nequaquam in numero computentur: imò dictis vicissitudinibus conferendi vtantur cessantibus impetrantibus apostolicis, perinde ac si nullæ aliæ vacationes contigissent. Contigit quòd post dictam compositionem in primis duabus vacationibus in quibus abbatissa debuit conferre vel præsentare, impetrantes apostolici obtinuerũt dictam ecclesiam, & sic abbatissa non potuit conferre: nunc tertiò vacante dicta ecclesia veniunt duo apostolici impetrantes, quorum vnus impetrauit ad collationem seu præsentationem abbatissæ: alterverò impetrauit ad collationem seu præsentationem illius decani prædicti: & quilibet infra tempus debitum acceptat ecclesiam prædictã,& sibi facit prouideri. Quæritur quis eorum debet esse potior? Quidam tenebãt quòd ille qui impetrauit ad collationem decani. quia secundum ordinem vicissitudinis ista vice tertia debet spectare collatio seu præsentatio ad decanum: & in præcedẽtibus duabus ad abbatissam si non superuenissent apostolici impetrantes. licet enim fuisset actum in compositione ꝙ apostolici impetrantes non deberent consumere vices: hoc fuit actum merè in fauorem dictorum abbatissæ & decani, cùm cessarent impetrantes apostolici, nõ autem in fauorem impetrantium. igitur videtur quòd apostolici impetrantes debeant seruare ordinẽ vicissitudinis inter se: vt sic impetrantes ad collationem abbatis debeant solùm in primis duabus vacationibus obtinere: quibus eis cessantibus abbatissa conferret vel præsentaret,& tertia. s. in qua conferret vel præsentaret decanus debeant habere impetrantes ad collationem decani vel præsentationem, aliàs videretur sequi inconueniens quod posset esse quòd impetrantes ad collationem abbatissę semper obtinerent dictam ecclesiam: & impetrantes ad collationẽ decani nun quam possent iam * obtinere: & sic suis gratijs frustrarentur, quod iniquum videtur. Alij verò & maior pars tenuerunt ꝙ imò impetrantes ad collationem seu præsentationem abbatissę sint potiores. quia non est dubium quòd secundum tenorem compositionis ista vice abbatissæ esset collatio vel præsentatio, si cessarẽt apostolici impetrantes, ex quo secundum compositionem duæ primæ vacationes non cõsumpserant vicissitudinem abbatissæ. ergo impetrans ad eius collationem seu præsentationem debebit ecclesiam obtinere. Nec obstat quod dictum est. quòd dicta clausula est apposita merè in fauorem abbatissæ & decani. quia licet hoc factum fuerit: tamen per eam apparet ad quem pertinere debeat, collatio seu præsentatio. ergo cùm ad abbatissam hac vice pertineret, ex quo primæ duæ vacationes propter impetrantes nõ cõsumpserant eius vicissitudines: impetrãs ad eius collationem seu præsentationẽ obtinebit. Nec potest dici quòd impetrantes teneantur sequi ordinem dictarum vicissitudinum. quia inferiores non potuerunt arctare papam nec eius impetrantes ad illum vicissitudinis ordinẽ. Nec obstat præfatum inconueniẽs quod sequeretur. quia non est inconueniens aliquod si impetrantes ad collationem vel præsentationem abbatissę semper obtineãt quandiu ad eam pertinere debeat collatio vel præsentatio, idest quousq; ipsa cessantibus impetrantibus apostolicis bis contuletit. Nam tunc etiam impetrantes ad collationem vel præsentationem decani semper obtinebunt quandiu ad decanũ spectare debebit collatio vel præsentatio quæ ad decanũ spectare debebit, donec post abbatissam ipse solus semel contulerit. Et istam opinionem maior pars dominorum secuta fuit. pro qua videtur facere quod notat. Ioan. And. in nouella, de præbend. cùm in illis. super verbo, vel præsentatione. & in cap. si de beneficio. de prę bend. in clemen. pro hoc etiam facit. quia verba compositionis sunt repetitiua iuris seu potestatis conferendi. ergo non obstantibus vacationibus occupatis per impetrantes abbatissæ est repetita potestas conferendi. argumen. l. si in annos. in princip. ff. quibus modis vsusfructus amitta. igitur impetrantes ad eius collationem obtinebunt, ex quo ipsa virtute repetitionis habet potestatem conferendi, &c.

* Iam: aliàs eam.

EPITOME.

1 *Acceptatio & prouisio factæ ante expeditionem literarum valent.*
2 *Executor antequam quis datus fuerit, si impetranti prouideat an teneat eius processus.*
3 *Executores dantur à papa vel eius cancellaria quos impetrans nominauerit, si modo idonei sint.*
4 *Iurisdictio acquiritur ignoranti.*
5 *Executor non dicitur habere iurisdictionem nisi tempore præsentationis literarum.*

Decisio 4.

1 SIgnata † supplicatione per papam de gratia ad collationem episcopi &c. vel de canonicatu sub expectatione prębẽdę antequam conficerentur literę: vacante vno beneficio, vel vna præbenda cadente sub gratia expectãs acceptauit,& per quendam decanum tanquam executorem suum sibi fecit prouideri. & posteà etiam ante confectionem literarum dictarum vel post non curo, papa contulit illud beneficium seu prębendam si non foret in re alteri ius quæsitum. Tandem primus expectans fecit confiei literas super gratia sua, & in his literis obtinuit executorem eundem decanum, qui sibi prouiderat: quæ literæ fuerunt confectę sub data signatæ gratiæ: & sic data literarum bene præcedit acceptationem, & prouisionem. Quæritur † an dictæ acceptatio & prouisio factę ante confectionem literarum, & sic antequam ille executor reuera esset datus executor, vel sciret se datum executorem, cùm nondum sibi essent literæ præsentatę, imò nec confectæ, valuerint: sic ꝙ per eas expectanti fuerit ius quæsitum: & per cõsequens secundus cui papa contulit, si nõ foret alteri ius quæsitum: non habeat ius? Obtinui in palatio per tres instantias ꝙ valuerint acceptatio & prouisio, ex quo datam literarum præcedit: & quia datio executoris est potius accessoria ad gratiam, & eius gratia. argumen. de offic. deleg. si super gratia. ergo potius gratia iam satis est attendenda. Item faciunt ad hoc notata per Archidia. in procœmio sexti libri. Item non obstat quòd reuera nondum dati
3 erant executores: quia imò saltem destinatiõe. quia † papa seu eius cancellaria dabit executores quos elegerit, dum tamen aliàs sint idonei. igitur ex quo impetrãs iam elegit illum decanum vt idoneum, ex quo per eum tanquam per executorem sibi petijt prouideri: ideò iam sibi ex destinatione papę reuera datus videbatur. & quod patet. quia posteà eum dãdo ponit in executoria datam signatæ gratiæ non datam expeditionis seu confectionis vel bullationis literę. & sic nunc apparet retro ipsum habuisse potestatem & iurisdictionem: cùm † iurisdictio
4 acquiratur ignoranti: vt l. cæcus. ff. de iudi. aliàs, si furiosus. Nec obstat si dicatur † quòd non habet exercitium nisi à tempore præsentationis literarum. argum. de appellati. c. super eo. quia iam sibi præsentatur per partem verbo: & scit vel credit per eius assertionem se executorem, ex quo pars eum elegit. & scit cancellaria electum
5 per eum ponit * in literis, & omnia ista vera detegũtur posteà per realem exhibitionem literarum. Cõtra istam opinionem videtur quòd faciat quod not. Archi. de offi. delegat. si is cui. & de procur. is qui.

Vide Bom. in præfa. Reg. de non iudic. & iux. for. supp.

Fely. in c. cùm te. col. penult. ver. fallit. 4. de rescript. & in cap. suscitatus. col. 7. ver. limita sane partem. eod. Cassa. dec. 8. fol. 3. ver. non procedit. de resti. spo. & dec. 33. super reg. cancel.

* Alĳs, positum.

EPITOME.

1 *Ordinarius an alteri committere possit vt receptus resignationem certi beneficij alicuius, & illud conferat eundem alteri.*
2 *Ordinarius est minor legato.*
3 *Ordinariorum potestas lata est ad omnia prohibita de iure communi.*
4 *Legatis quare prohibitum est commissiones facere posse alĳs de beneficijs vacantibus per resignationes.*

Decisio 5.

1 ORDINARIVS cõmisit † alicui quòd cùm Titius vellet suũ beneficium ex certis causis eum mouentibus resignare, reciperet illius resignationẽ si causas veras & rationabiles reperiret & ea recepta conferret illud beneficium cuidam alteri. Quæritur an talis commissio de iure valeat? & receptio resignationis si aliàs fuerit legitima ac cõprobatio in virtute eiusdem cõmissionis secutæ? Et quidam magni tenuerunt quòd nõ per c. cõstitutus. de concess. præb. cum ibi notatis per do-

Staphi. de lit. grat. ac iuſti. fol. 68. versic. imò fortius.

ctores,& per ea quæ notat Innocen.in cap.ex parte.j.de offic.deleg.quia per talem concessionem aperitur via ad beneficia vacatura,quod soli papę permittitur:vt ibi notatur. & aliâs fieret contra concilium generale.de concess.præb.c.ij. & hoc repręsentat tex.in §.prohibemus.in c.deliberatione.de offic.leg.li.vj.vbi hæc prohibentur le-
2 gato. ergo multò fortius episcopo & ordinario,qui † est minor legato. & hanc opinionē ibi tenet Archi.Et idem tenet in c.susceptum.in prin.de rescript.li.vj.Et pro hac parte quidam in diuersis causis tulerunt sententias. Sed contra fuit determinatum in causa Dauid Marci. & in quibusdam alijs causis in quibus etiam fuit obtentū per tres instantias & sententias cōtrarium,scilicet quòd valuerit commissio facta per ordinarium & collatio & receptio resignationis virtute illius secutæ. & hoc propter
3 potestatem ordinariam,quę † est lata ad omnia nō prohibita de iure communi: nec per talē commissionem fit contra concilium generale:quia cōcilium generale prohibet aperiri viā ad vacatura, scilicet generaliter viam iniquam.per quam veniret etiā modus vacandi per mortem, vt cùm generaliter promittitur primū beneficium vacaturum,vel mandatur conferri:sub qua promissione vel gratia veniret etiam si vacaret per mortem: & ideo nō valet: quia sic posset captari mors aliena. sic loquitur cap.ij.de concess.io.præbend.& cap.constitutus. & capi. ex parte. & ideo nullus tali modo potest aperire viā ad vacatura generaliter,nisi papa: tamē in casu nostro non committitur generaliter potestas cōferendi quouis modo vacet beneficium:sed dūtaxat si vacet beneficium per resignationem faciēdam,sub quo modo cessat ratio concilij generalis, periculum captandæ mortis. Non obstat capitul.deliberatione.§.prohibemus. quia specialis prohibitio est in legato cuius potestas restringenda fuit: in
4 quo finalis ratio fuit ne † nimium absorbeatur potestas ordinariorum, quod fieret si legati possent tales cōmissiones etiam de beneficijs vacātibus per resignationem facere. iurisdictio autē ordinaria in qua est quæstio, est potius amplianda.Nec obstat quòd ille textus reddit rationem ne aperiatur via ad vacatura contra conciliū generale. quia in ea ratione reddenda errauerunt compilatores dict.aminis.lib. vj.vt audiui recitari per quēdam aduocatum qui hoc audierat à quodā de compilatoribus. nam reuera vt prædictum est:tunc demùm fieret contra concilium generale cùm generaliter via aperiretur, & taliter quòd esset periculum captandæ mortis alienæ, quod nō est in casu illius.§.nec in casu præmisso,vbi cōmissio restringitur ad vacationem per solam resignationem contingere debentem,quare non ob.&c.

EPITOME.

1 *Expectans an excludatur à prouiso per ordinarium infra mensem ad acceptandum datum de beneficio cadenti sub eius gratia?*

2 *Papa vbi manum apposuit,videtur totum negotium ad se aduocare,& sic manus cuiuscunque inferioris ligare:si hoc expresserit.& nu.3.*

4 *Papa an mandando simpliciter prouideri, vel aliâs disponi de certo beneficio vacanti videatur manum apponere?*

5 *Papa per solum mandatum de beneficio vacaturo non præsumitur velle incontinenti ligare manus inferioris, neque beneficium aliquod afficere.& nume.6.*

7 *Gratia vbi fit de incerto vacaturo additur decretum incertum, quod demùm ligat, cùm deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem.*

8 *Mensis appositio ante acceptationem ligat manus inferiorum.*

Decisio 6.

1 INfra † mensem expectātis,& ante ipsius acceptationem ordinarius de facto contulit cuidam beneficium vacans & cadens in gratia expectantis:& ad illius cui ordinarius contulit,supplicationem,papa mandauit certis iudicibus, quòd illam collationem ordinariam authoritate apostolica confirmarent, si à die datæ literarū huiusmodi,non esset alteri i[illegible] quæsitum:tandem ante confirmationem per eosdem [illegible]dices factā expectans acceptauit infra mensem, & sibi obtinuit prouideri : postea verò dicti iudices collationem ordinariam confirmauerunt.Quæritur an talis confirmatio teneat: vel adiectus expectans cui ante cōfirmationem extiterat prouisum, post mandatum de confirmando à papa emanatū sit potior,& sibi ante cōfirmationem fuerit ius quæsitum? Et videtur quòd confirmatio teneat:& quòd prouisio facta expectanti postquàm papa apposuit manum mandando
2 confirmari collationē ordinarij non tenuerit.quia † per talem manus appositionem totum negotium ad se videtur aduocasse:& sic executorū expectan.& cuiuscunque inferioris manus fuerunt ligatę.argum.c.vt nostrum.de
3 appella.& de offic.legat.c.licet.In † oppositum videtur quòd non ligentur manus cuiuscunq; potestatē habentis conferendi quò minus prouisio per eum facta teneat & valeat.per decret.quia cunctis.§.ex parte.ver.non sic.& versi.simpliciter.de concess.præbend.lib.vj.nisi papa expresse beneficium suæ dispositioni reseruasset:vel decretum in tali mandato subiunxisset : vel aliâs expresiè voluntatem suam insinuassent tales iudices quibus mandabatur reseruando beneficium suæ dispositioni vel interdicendo:vt ibidem cum ibi notatis per Archi. in versic. simpliciter.super verbo,exprimatur. & super verbo,insinuetur.& in eodem tit.si soli.& facit.de prēb.dilectus fi.intellectus qui ita concor.cum c.inter cætera.in eo.ti. Et sic responderi potest ad rationes in oppositum, quia papa non aliter videtur ad se aduocare negotiū nec manum apponere nisi exprimat,quòd nullus alius possit disponere : puta reseruando vel decernendo per præmissa:
4 nisi † velles tenendo primam partem dicere quòd imò mandādo simpliciter prouideri vel aliâs disponi de certo beneficio vacanti videatur manum apponere etiam si aliâs nō reseruat vel decernat. & respōderi posset ad iura proximè in oppositum allegata.quia omnia loquūtur vbi papa mādat prouideri de beneficio vacaturo vbi non
5 est verisimile quòd † per solum mādatum incontinenti velit manus inferioris ligare,nec aliquod beneficiū afficere etiā si de beneficio certo vacaturo hoc mandet:puta tali illud nominando vel primo vacaturo, sed non bene video rationem diuersitatis quare nō sit idem in vacantibus quòd in vacaturo cùm euenit casus vacationis,quia eadem est ratio,quare secundam partē de iure credo veriorem:& sic prouisio expectantis erit potior, & cōfirmatio non valebit ex quo prius expectāti fuerat ius quæ
6 sitū.Audini tamen † quòd in cancellaria per solam manus appositionem papæ eo quòd signat supplicationem siue prouideat,siue mandet prouideri,vel aliâs disposuit de vacanti vel etiam vacaturo certo:adeò vult affectum beneficium & clausas manus inferioris, quòd semper daret reseruationem cum decreto de die datæ signationis factę per papam:& tunc per illas clausulas reseruationis & decreti,negotium esset planū & clarum.veruntamen
7 cùm † gratia fit de incerto vacaturo: vt puta, quòd duxerit acceptandum.dat decretum incertum,& super incerto,quod demum ligat cùm deductum fuerit ad certitudinem per acceptationem.iuxta decr.dudū.de præbē.
8 libro sexto.§.considerantes.nisi † apponeret certū tempus:puta mensem:quia tūc infra tempus etiam ante acceptationem ligaret manus aliorum, vt mēsis appositio aliquid operaretur:vt in clementi.cùm ei quem. de concessio.præbend.

EPITOME.

1 *Acceptatio facta ante purificationē gratiæ valet,si infra mensem postea purificetur:& verbo vel facto renouetur.*

2 *Acceptatio beneficij non est nisi quædam declaratio.*

3 *Acceptatio facta ante euentum conditionis an valeat in euentum conditionis?*

4 *Libertatis datio facta pendente optione eius cui legata est seruorum optio,valet in euentum quo ille non optetur.*

5 *Conditio quæ apponitur in literis pauperum potius dirigitur ad prouisionem & eius effectum quam ad acceptationem.*

6 *Petitio possessionis bonorum secundū tabulas factas ante euentum conditionis valet in euentum.*

7 *Debitum non dicitur ante euentum conditionis: sed spes in debitum iri.*

8 *Acceptatio non debet esse fortioris efficaciæ quàm prouisio.*

9 *Prouisio tribuit ius in re.*

10 *Acceptatio tribuit ius ad rem.*

11 *Prouisio facta ante purificationem gratiæ an teneat?*
12 *Papa vbi studiosè aliquid mãdat: tũc ordo literæ est seruãdus.*

Decisio 7.

1 AN † acceptatio pauperis facta de bñficio vacante si de iure sibi debeatur ante purificationẽ postea factam infra mensem valeat absq; eo ꝙ iterum
2 nouiter acceptet? Et videtur ꝙ valeat. quia † non est nisi declaratio voluntatis: & ideo cùm eam non mutauerit & persistat in eadem, sibi sufficiat: dum tamen infra mensem purificetur conditio. pro hoc bene facit decre. quia cunctis. §. penul. ad fin. & c. ne captandæ. de concess. præben. lib. vj. vbi hodie alia forma est propter adiectio nem mensis antequam vacet quis secundum formam il lam potest aceptare primum vacaturum & ex causa secundum vel vlteriorem: & tamen ante vacationem poterat dici gratia eius conditionalis, scilicet si eo viuo vacaret beneficium. argu. l. hæres meus. secundo respõso
3 ff. de conditio. & demonstratio. Et sicut † ibi ante euentum conditionis facta acceptatio valet in euentum conditionis: ergo sic & hîc. pro hoc ff. de option. legat. l. si
4 cùm optio. vel † datio libertatis facta pendente optione eius cui legata erat seruorum optio valet in euentum quo ille non optetur. Nec est opus ꝙ renouetur datio libertatis per eundem modum facit l. legatarius. §. fin. ff.
5 de legat. j. cum concordantijs suis. Item † conditio quæ apponitur in literis pauperum potius dirigitur ad prouisionem & eius effectum quàm ad acceptationẽ. Item pro hoc bene facit de secund. tabul. l. ij. §. si sub conditio-
6 ne. vbi † petitio possessionis bonorum secundum tabulas factas ante euentum valet in euentum. pro hoc bene facit ff. de testamen. mili. in fraudem. §. testamentum. ff. de legat. iij. l. j. §. si filius. vbi si duraverit voluntas. ff. de officio proconsul. & legat. l. obseruare. §. final. versicul. sed si ante. & ff. de nouatio. quoties. §. j. & ff. de solutio. sub conditione. In oppositum videtur quòd imò non valeat ante purificatam gratiam, nisi postea renouetur verbo vel signo, vel facto ex quo postea apparet de eius animo. argument. ad hoc. de option. legat. l. optione. & de legat. j. Iulianus. & ff. quo. legato. l. j. §. quod ait prætor. & ff. ad Trebellia. l. sed si autem. ibi cùm dicit. Si ratam habeat. à contrario sensu. pro hoc de secundum tabul. l. qui librum. §. testamentum. versicul. planè. & ff. de testa ment. milit. l. tribunus. pro hac parte videtur textus ff. de acquirenda hæredita. l. is qui hæres. & l. is potest. & l. si quis extraneus. in princip. & l. hæres institutus. & ff. rem rat. habe. l. bonorum. & pro hoc etiam bene facit. quia acceptatio facta est per verbum præsentis temporis, si de iure sibi debeatur: & constat quòd ante purifi-
7 cationem sibi de iure non debeatur: cùm † ante euentum conditionis nõ sit debitum, sed spes in debitum iri. argument. l. cedere diem. ff. de verborum significa. institut. de verborum obligationi. §. ex conditionali. Item
8 non † debet esse maioris efficacię acceptatio quàm prouisio. quod patet. imò prouisio debet esse fortioris effi-
9 caciæ: cùm per † eam tribuatur ius in re, & † per acce-
10 ptationem non, sed ad rem: vt in capitu. si tibi. de præben. & per Archidiaconum. & eodem tit. c. quodam. & de concession. præbend. capitu final. libr. vj. Constat au-
11 tem † quòd prouisio facta ante purificationem gratiæ non valeret: quia esset facta contra ordinem literæ & mentem papæ, qui studiosè primò ponit de purificatione conditionis, & demùm de prouisione. igitur, & c. argument. eorum quæ habentur de rescript. cum dilecta. iunct. ibi notatis per Consposstella. qui ibi notat. quòd
12 † quando papa mãdat aliquid studiosè, quòd tunc ordo literæ seruandus est.

EPITOME.

1 *Impetrans secundus in data habens clausul. anteferri, an præferatur primo in data qui acceptauit prius, licet sibi non fecerit prouideri?*
2 *Clausul. anteferri, an sit extendenda contra primos in data qui acceptauerunt ante concessionem gratiæ secundo impetranti factæ?*
3 *Papa non præsumitur de facili tollere ius ad rem alteri quæsitum.*
4 *Ius ad rem tollitur quando de ipso mentio fit, aliàs non.*
5 *Clau. anteferri. quomodo intelligitur effectus suos op... vi.*

Decisio 8.

1 VNus † Innocentius * seu qui obtinuit gratiam ab Inno. de canonicatu sub expectatione præbendę in vna ecclesia: viuo vel mortuo Inno. non curo vacã-
te quadam præbenda infra tempus debitum eam acceptauit: sed sibi non fecit prouideri. tandem vnus qui impetrauerat post obtitum Innocentij ab vrbano papa successore suo in consimili forma canonicatum in ecclesia sub expectatione præbendæ habebat tamẽ in gratia sua clausulam, anteferri. eandem præbendã infra mensem à data gratię suę acceptauit, quæritur quis eorũ sit potior?
2 Maior pars tenebat quòd secundus Vrbaninus, qui † habebat clausulã, anteferri. non obstante acceptatione primi facta ante gratiã secundi, ex quo sibi non fuerat prouisum. Et aliàs allegabant textum in c. quodã. de præb. li. vj. vbi propter clausulam, anteferri. positam in literis secundi fuit impeditus primus: quia prouisio sibi facta non valuit obstante decreto literarum secundi: & tamen primus habebat ius ad præbendã antequàm secũdus haberet gratiam: quia sibi debebatur præbenda primò vacatura. Nam ibi primus nec secundus non habebant beneficium acceptandi quod appareat, & sic afficiebatur præbenda acceptata. iuxta decre. si postquàm. in fi. eo. ti. qua quidem præbendæ affectione non obstante secundi gratia propter clausulã, anteferri. impediuit ibi primũ. Item etiam hoc dicebant propter clausulã illam appositam in literis secundi non obstan. si aliqui apostolica vel alia quauis authoritate in eadẽ ecclesia sint recepti & c. seu si super prouisionibus sibi faciẽdis de canonicatibus & præbendis in dicta ecclesia speciales vel de beneficijs ecclesiasticis etiam generales dictæ sedis vel legatorum eius literas impetrauerint, etiam si per eas ad inhibitionem reseruationem & decretũ vel aliàs quomodolibet sit processum, ergo etiam si ad acceptationem. Et per illam clausulam papa videtur voluisse anteferri secũdum, etiã si primus Innocentianus acceptasset. & pro opinione prædicta est expresse Io. Andr. in nouel. extrà de rescript. c. causam. super gloss. Io. in fin. Tamen ego & duo alij sustinebamus quòd primus esset potior, ex quo acceptauerat antequam secundo fieret gratia: cùm clausula, anteferri. non sit extendenda contra primos qui acceptassent ante gratiam suã: quia † non est verisimile papam ius eorũ ita ad rem sibi appropriatam sicut appropriantur per acceptationem voluisse tollere, nisi expressam de hoc fecerit mentionem. Et pro hoc c. fi. de con-
4 ces. præb. lib. vj. vbi per † reuocatoriam ideo tollitur ius ad rem: quia de hoc ibi fiebat mentio, aliàs nõ tolleretur. pro hoc c. ex parte. de offic. deleg. de præben. cum I. Magalon. Nec obstat c. quodam. cùm ibi tempore gratię secundi præbenda nondum vacabat: & sic certa prębenda tunc determinata nõ erat affecta pro primo, nec ad eam ius ad rem acquisitum: hîc in casu nostro ante gratiam Vrbani factam secundo cũ clausula, anteferri. iã vacabat præbenda per primum acceptata. & ideo specialiter & determinatè affecta, & ad eam primo fuerat ius quæsitum non obstante prædicta clausula, vel aliàs quomodo
5 libet sit processum. quia † intelligitur per executores non per partem seu impetrantem certam præbendam vacantem acceptantem: & ideo illa clausula debet sortiri vires suas in beneficijs nunc vacaturis: vel si nunc vacant, quæ tamen nondum fuerunt acceptata, nec per acceptationem alteri quodammodo appropriata.

* *...ti. in tra ...cta. de in... & iust. fol. 31. versic. circa hãc formam.* Vetusti codices habent Innocentianus.

SVMMARIVM.

Articuli concernentes petitorium producti ex parte rei per ordinarium secundo loco prouisi an sint admittendi contra apostolicum expectãtem agentem susp...so petitorio restitutorio, qui primò receptus fuit sub conditione ad possessionem, si sibi deberetur?

EPITOME.

1 *Apostolicus receptus ad possessionem sub conditione si sibi debeatur, & non aliàs, pure receptus censetur.*
2 *Possessio & acceptatio possunt acquiri sub conditione, qua deficiente nihil acquiritur.*
3 *Conditio quæ inhæret actui & est de substantia & natura eius, non suspendit acquisitionem possessionis.*

Decisio 9.

1 QVidam † expectans apostolicus acceptauit præbẽdam,& fecit sibi prouideri, & in possẽsionem induci. & prouisus inductus & ad rem receptus fuit sub cõditione,si de iure sibi deberetur, & saluo iure cuiuslibet alterius,& non aliâs. Postea quidã ordinarius etiam eodem modo receptus fuit & in possẽsionẽ inductus. Primus reputans se spoliatum agit possessorio petens se restitui,& suspendit petitorium. secũdus ordinarius qui possidet dat de iure suo & non de iure primi.dicitur per apostolicum sibi quòd non potest, nec eius articuli essent admittẽdi obstante suspẽsione petitorij,quia illi articuli concernunt petitorium. ordinarius respõdet quòd imò potest : & quòd eius articuli sunt admittendi, ex quo ipse apostolicus non habuit possẽsionẽ purè,sed sub conditione,si de iure sibi deberetur, & saluo iure alterius:& ideo cessante illa conditione nõ possedit:& ideo eius articuli cõcernentes petitorium,per quos detegetur non ius quęsitum:& per consequens ipsum non habuisse possẽsionem deficiente conditione sub qua eam adeptus fuit.cùm sint excluſorij possessorij per eum intẽtati,sunt admittendi.Sed nunquid bene dicat ordinarius? Videtur
2 dicendum quòd sic, quia † possẽsio traditio & acceptatio possunt acquiri & fieri sub conditione:vt ff.de acqui. possẽs.qui absenti.extrà de restitu.spolia. olim. qua deficiente nihil acquiritur ex tali actu conditionali: vt ibi. pro hoc bene faciunt notata per Ioan.Andr. in nouel.in c.ij.de election.lib.vj.super text.in magna glosa,quæ est super verbo,electo.& est penultima. Sed potius videtur
3 dicendum contra. quia dicta † cõditio inhærebat actui, & erat de substantia & natura sua : & ideo non videtur quòd suspendat acquisitionem possẽsionis. argumen.l. conditiones quæ extrinsecus.ff.de conditio.& demonst. & ff.de lon.tempo. præscrip.l.iij. cum concord. licet in euentum resoluatur.

Decisio 10. *Similis est decisio.49.de concess.præb.in anti.*

EPITOME.

1 *Clausu.anteferri.est præseruatiua gratiæ alterius concurrẽtis.*
2 *Canonico ecclesia tenetur respondere de distributionibus quotidianis.*
3 *Collator habet prouidere de præbenda recepto in canonica.*
4 *Literæ impetratæ per aliquem non habentes clauſ.nõ obstant. quòd pro alio scripsermus. non præiudicant recepto in canonicum sub expectatione præbendæ.*
5 *Receptio sola in canonicum quæ est possibilis sortiri effectum, est impeditiua secundarum literarum.*
6 *Initium & originalis causa attenditur.*
7 *Surrogatum in locum alterius eius naturam sortitur.*
8 *Præbenda est accessio canonicatus non econtra.*
9 *Canonicatus habet se ad præbendam,sicut mater ad filiam.*
10 *Præbenda oritur ex canonia,sicut ex matre filia.*
11 *Canonia parit præbendam,sicut obligatio actionem.*
12 *Clausu.anteferri.habet præseruare gratiam concurrentem.*
13 *Decretum papæ de non prouidendo nisi vni. si reperiatur appositum in gratijs æqualibus fatis diuersis,an ad solã prouisionem præbendarum restringatur, & non canonicatuum?*
14 *Iura sunt potius concordanda quàm quòd vnum aliud tollat vel corrigat.*
15 *Declaratoria verba de non prouidendo nisi vni, in dubio intelligenda sunt cum effectu: scilicet de prouisione effectuali.*
16 *Canonicus supernumerarius etiam de mandato papæ receptus non habet distributiones quotidianas.*

Decisio 11.

1 PApa † Innocẽtius sextus fecit gratiam primo anno pontificatus sui.ix.Kalendas februarij Regi Frãciæ quòd posset nominare.lx. personas idoneas in.lx.ecclesijs regni sui mandãdo certis executoribus quòd illis per eum nominandis statim conferrent in illis ecclesijs canonicatus, & statim reseruarent præbendas vacantes vel vacaturas, quas illi per se vel alios infra mensem ducerent acceptandas, de quibus sibi postea prouiderent:& quòd gratia eis prodesset ac si à datis huiusmodi gratiæ factæ Regi ipsemet papa & canonicatus contulisset, & præbendas huiusmodi reseruasset, & cum alijs non obstantibus & clausulis consuetis apponi in gratijs impetrantium,quibus papa statim confert canonicatus. Item sub eadem data consimilem gratiam fecit dominę reginæ Franciæ & nauarræ viduæ de viginti personis per eam in viginti ecclesijs dicti regni nominandis.Itẽ consimilem reginæ Iohãnæ vxori regis de alijs viginti personis.Item consimilem gratiã fecit regi nauarrę de alijs viginti personis in eodem regno Franciæ nominandis & sub eadem data.Postea eodem anno primo Kalendas aprilis papa ampliauit gratiam regi Frãcię de alijs quadraginta personis per eum nominandis sub his verbis. Nos igitur eiusdem regis quantum cum Deo possumus præcibus inclinati præfatis sexaginta personis quadraginta adijcimus fraternitati vestrę scilicet executoribus per apostolica scripta mandamus, &c. mandando vt in primis literis de sexaginta & sub eadem forma & cum eisdem clausulis & non obstan.excepto quòd hęc secunda gratia de quadraginta fuit restricta ad duas prouincias duntaxat, scilicet Senonensem & Remensem infra quas potest rex in quadraginta ecclesijs nominare. Postea idem papa de anno quarto pontificatus sui concessit quòd omnes & singuli per ipsum Franciæ regem in eisdem ecclesijs vsque ad prętaxatum numerum in primis literis scilicet de sexaginta personis sibi concessis vigore ipsarum literarum aliâs nominatis, & imposterũ nominãdis in assecutione canonicatuum collatorum eis ac præbendarum acceptatarũ per eos ac procuratores suos in eisdem ecclesijs iuxta formam literarum suarũ alijs quibuscunq; per regem Nauarrę & reginas aut aliquem ipsorum eisdem ecclesijs prius etiã nominatis: dummodo nõ esset eis in eisdem canonicatibus & præbendis tẽpore datæ literarum declarationis vel concessionis huiusmodi in re,specialiter ius quæsitum quibuscunq; constitutionibus apostolicis & alijs contrarijs nequaquam obstan.præferrentur. Postremò idem papa pontificatus sui anno sexto declarauit quòd suę intentionis extitit & extabat, quòd in nulla ipsarum ecclesiarũ posset vigore dictarum literarum scilicet primarum sub eadem data regi Franciæ & reginis & regi Nauarræ concessarum nisi vni personæ duntaxat aliquatenus prouideri decernendo irritum &c. si secus super his &c. esset hactenus contingeret imposterum attentari.His suppositis contigit in facto quòd virtute primarũ literarum de.lx. personis rex Franciæ nominauit quẽdam Mattheũ Gueriti in ecclesia Parisiẽ.anno.liiij.xxv.Februarij cui præmissa examinatione fuit per executorẽ deputatum in gratia regis prouisum de canonicatu & reseruata præbẽda vacatura quam duceret acceptandam.& receptus per capitulum in canonicum & in fratrem stallo in choro & loco in capitulo sibi assignatis. & ille Matthæus postea vacante quadam præbenda per obitum cuiusdam Dionysij,reseruata tamen acceptauit eam ignorans reseruationem , & de ea sibi obtinuit prouideri & in pacificam possẽsionem induci : veruntamen cùm cognouit eã reseruatam rex supplicauit papæ pro eo narrando de premissa reseruatione per eũ virtute gratię de eo factę & de prouisione canonicatus receptione acceptationis & prouisione ac in possẽsionem inductione præben.prędictis subsecutis quòd de illa præbenda sibi prouideret, papa verò regis cõtemplatione ac præmissorũ & meritorum suorum intuitu narrata reseruatione & quomodo ea obstan.& eius decreto acceptatio illius præbendæ & prouisio subsecuta viribus nõ subsistat:& quòd nullus ea vice præter ipsum de illa præbenda potuerat disponere,cõtulit sibi illam præbendam tanquã reseruatam nõ conferendo aliâs sibi de nouo canonicatũ.Regina verò Frãciæ virtute suę gratię antea de anno.liij.xxv.Iulij in eadem ecclesia Parisien. nominauit quendam Aegidiũ de translatio cui etiã erat prouisum de canonicatu per executorem & reseruata pro eo vacatura præbenda &c. & receptus per capitulum. Sed quia tempore quo rex nominauit Matthæum prædictum dicto Aegidio non erat in aliqua præbenda ius quæsitum,ipse Matthæus nominatus per regem erat dicto Aegidio præferẽdus propter gratiam prædictam, nominatis vel nominandis per regem cæteris præferendis. Item etiam idem rex Franciæ de anno prædicto.liij. & xxiij. Februarij nominauerat virtute suæ gratiæ ampliatiuè scilicet de. xl. personis in

eadem

eadem ecclesia Parisien. quendam Raynaldum in Raigaco cui etiam per executores fuit prouisum de canonicatu & ad illum recepta & reseruata pro eo vacatura præbenda. Tandem de anno lviij. vacante prębenda vna per mortem cuiusdam. D. de cural. infra mensem tam dictus Aegidius nominatus per Reginam quàm etiam dominus Raynaldus virtute suæ gratiæ de lx. personis nominatus per Regem eam acceptauerunt, & de ea sibi prouideri obtinuerunt, & ad eam simul sunt recepti per capitulum cũ protestationibus cõsuetis. Quæritur quis eorum sit potior. Fuit coram me disceptatum in tertia instantia: quia pro Raynaldo fuerat lata vna sententia in partibus, & hîc in curia fuit reuocata & lata alia pro Aegidio & causa vertebatur coram me in tertia. diceba tur pro parte Raynaldi quòd ipse erat potior: quia licet Aegidius & gratia Reginę virtute cuius fuit nominatus præcederet eum in data, qui fuit nominatus per Regem virtute gratiæ secundæ concessæ Regi de xl. sub posteriori data: tamen nominatio Aegidij facta per Reginã, nec prouisio de canonicatu sibi facta, nec inde subsecuta valebant nec valere poterant: quia Rex nominauerat Matthæum virtute primę gratiæ concurrẽtis cum gratia Reginæ in data. & quia tunc nondum erat ius quæsitum Aegidio nominato per Reginã in prębenda Matthæus sibi præferri debuit propter gratiam factam Regi, quòd nominati per eum præferrentur. & quia declaratoria sequens per quam papa declarauit quòd non posset prouideri nisi vni: habuit decretum decernens irritum, & c. apparet quòd quicquid factum fieret per Regi nam vel executorẽ gratiæ suæ de Aegidio fuit nullum seu irritum & inane, quantum ad canonicatum & præbendam in ecclesia Parisiensi in qua Rex nominauit Matthæum. nominatio enim Regis facta de Matthæo & prouisio canonicatus sibi facta & eius receptio fuerunt ab initio validæ & potuerunt habere effectum quò ad assecutionem præbendæ imò & habuerunt sicut & infrà dicetur. igitur statim decretum prædictum appositum super declaratoria prædicta de non prouidendo nisi vni, sortitum fuit effectum & vires suas. igitur nominatio & prouisio facta de Aegidio & sibi in ecclesia Parisiensi vbi Rex nominauit, non valuerunt obstante decreto etiam si posteà desierint posse habere effectum quò ad præbendam: puta quia Matthæus aliundè eam assequeretur, & non virtute nominationis Regiæ: vel puta quia renuntiasset nominationi & gratiæ suæ. Sufficit enim ad rumpendum seu tollendum vel impediendum nominationem Reginæ & inde secuta, quòd nominatio Matthæi ab initio fuit valida & prouisio de canonicatu sibi facta & eius receptio potuerit sortiri effectum quò ad præbendam etiam si postea deducerem ad casum quo non posset. institu. quib. mod. cesta. infir. §. posteriore. ff. de iniust. rupt. & irrito testament. l. j. & iij. §. ex his verbis. versicu. sed & si constante. ff. de hęredibus instituend. l. pater filio. Ad idem ff. de testament. milit. l. codicillis. §. final. Et pro hac parte quòd decretum appositum super præmissa declaratoria cõiunctim cum gratia per quã nominatus per Regem prędferri debuit habeat vires & impediat nominationem Reginę: & liget manus executoris eius ex quo Rex nominauit, & eius nominato fuit prouisum de canonicatu quę prouisio ab initio fuit valida, & effectum sortiri potuit quò ad præbendam etiam si postea deducatur ad casum in quo non posset videri casus. in cap. quodam. de prębend. libro vj. Ex quo enim nominauit Rex & eius nominato fuit prouisum de canonicatu, & ille habuit prælationis prærogatiuam propter gratiã de nominatis per Regem præferendis, videtur quòd nominatus per Reginã quę concurrebat in gratia cum Rege penitus careat impetratione propter declaratoriam, de non prouidendo nisi vni, & eius decretum. argument. capitu. duobus. extrà de rescript. libr. vj. in fin. vbi dicit. Quo electo alius omninò careat impetratione. quæ clausula secundum glossetiam refertur ad primum & secundum dictum illius capitu. duobus. maximè quia declaratoria prędicta habet verba multum generalia, imò vniuersalia seu vniuersalibus æquipollentia. videlicet quòd in nulla ecclesiarum ipsarum etiam nisi vni personæ duntaxat, aliquatenus valeat prouideri quæ æquipollet huic. nullatenus. igitur videtur negare nedum prouisionem præbendæ imò & prouisionem canonicatus, vt omnia negent. quia qui omne vel nihil dicit, nihil &c. & plus negat negatio & c. vt ff. de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum. & l. hoc genus. ff. de condi. & demonstr. maximè quia in narratione facta in illa declaratoria papa narrãdo de gratijs prædictis Regibus & Reginis cõcessis, dixit & narrauerat principaliter de prouisione canonicatuum quo modo mandauerat executoribus quòd nominatis per eos in singulis ecclesijs de canonicatibus prouiderent: & prębendas vacantes vel vacaturas quas ibi ducerent acceptandas, reseruarent, de quibus eis postea prouiderent &c. Et posteà cõcludit quomodo sũę intentionis fuit & erat quòd nisi vni in nulla ecclesiarũ posset aliquatenus prouideri. igitur bene apparet quòd papa hoc intellexit etiã de prouisione canonicatus, de qua principaliter narrauerat & executoribus mandauerat: præsertim rationem propter quam dicit se huiusmodi intentionis fuisse: scilicet ne ecclesiæ grauarentur. Constat enim quòd per solam prouisionem canonicatus quæ ab initio est vtilis, ecclesia seu collator prębẽdæ est grauatus. Ecclesia † enim videtur grauata, quia tali canonico habet de quotidianis distributionibus respondere. iuxta not. per Inn. & Comp. in c. cũ M. Ferrarien. de constit. etiã collator est grauatus: quia † necesse habet sibi respẽdere & prouidere de prębenda: vt de pręben. relatum. & c. dilectus. melius eod. tit. si clericus. libr. vj. & pro tãto † si receptus est aliquis in canonicum sub expectatione præbendæ non valẽt literæ impetratę per aliquem aliũ sine clausula non obstan. quòd pro alio scripserimus. quia per primam receptionem ad solũ canonicatum, licet adhuc non habuerit præbẽdam, ecclesia reputatur grauata seu collator: hoc solo inspecto ꝙ est sibi obligata ad prouidendum de prębenda vacatura, vel de qua se offerret facultas: licet multa possint cõtingere interim propter quę illa obligatio nõ sortiretur effectum: sed ad minus † sola receptio quę est possibilis sortiri effectum est impeditiua secundarũ literarum: vt no. Host. de rescrip. mandatum. & recitat Io. Andr. in d. c. duobus. in fi. primæ gl. igitur &c. Hæc sola nominatio Regis facta Matthæo & prouisio de canonicatu & eius receptio inde secutæ virtute prædictæ declaratoriæ & eius decreti, impediant & nominationẽ Reginę, & inde secuta: ex quo nominatio per regem gaudet prærogatiua prælationis. Item etiam cõstat quod nominatio Regis facta de Matthæo & eius puisio & receptio ad canonicatum fuit sortita effectum, etiam quò ad prębendam: quia vt præmisi in themate quæstionis, Matthæus prębendam Dionysij acceptauit: & de ea sibi obtinuit prouideri, & in eius pacificam possessionem induci. & quãuis illa fuisset reseruata, papa cum narratione præmissa absq; noua prouisione de canonicatu quasi innitẽs primæ prouisioni virtute nominationis regiæ sibi factæ de canonicatu & contemplatione seu intuitu prędmissorum de illa prębenda sibi prouidit, quasi potius volens exequi & perficere nominationẽ Regis, & receptionem seu prouisionem de canonicatu in virtute illius nominationis subsequent. quàm nouã facere. igitur illa prouisio præbendæ potius debet attribui nominationi regiæ & prouisioni virtute eius gratię de canonicatu factæ quàm nouę gratiæ papæ, ex quo contemplatione primæ gratiæ regiæ & inde secutorum papa prouidit de illa prębẽda reseruata, & quasi gratia perfectione & executione illius. ar. ff. de noua. l. cùm enim. extrà de rescr. cõstitutus. faciunt iura communia de legat. j. l. sed si plures. §. in arrogato. cum concord. de dote præle. cùm quis. versic. si nam. & si quis. de procura. l. qui proprio. §. procurator. vt in cæteris. de actio. emp. l. si quis seruum. Item † quia inspicitur potius originalis causa & initium. argu. ff. de donat. l. qui id. cum concor. Item quia prouisio facta Matthæo per papam de prębenda reseruata intuitu prędmissorum videtur potius reseruata in locum prouisionis sibi factę per executores regios. igitur &c. quia † quod surrogatur in locũ alterius eius naturam sortitur. ff. si quis cautur in locũ alterius eius naturam sortitur. ff. si quis cau-

l.si eum.§. qui iniuriarum. & ff. vt lega. no.caue.l.j.§. si debitor.cum concor. & videtur esse propter consequentiam & sequelã nomination.regiæ. igitur ei attribuendum est.argumen.ff. de feud.l.ij. & per not. per Ber.de consti.c.cùm accessissent. Et quasi videtur de appẽdicijs illius.facit ff.de acquir.hęredit.l.si quis hæres instituitus. & in canonicatu virtute nominationis regiæ per Matthæum obtentæ fundato.quod patet. quia papa nõ contulit sibi nouiter canonicatũ:sed sibi canonico facto virtute nominationis regiæ contulit præbẽdam:igitur trahitur ad fundamentum suum.argu.insti. de rerum diui. §.cùm in suo.& §.ex aduerso.cum cõcord. Et illi canonicatui tãquam principali ista prouisio præbẽdæ videtur
8 accedere.quia † prębẽda est accessio canonicatus,& nõ econtra.arg.d.c.relatum.& c.si clericus.de præb.Cano-
9 nicatus † etiam se habet ad præbendam sicut mater ad
10 filiã.ex canonia † enim sicut ex matre oritur prębenda, sicut filia:vt not.Host.in sum. de præbẽ.§.j.cum iurib.ibi alleg.hoc idem not.Guli.de monte Laud..eod.ti.si iuxta.
11 in clem.parit † enim canonia præbendam sicut obligatio actionem.de procur.licet.§.ea obligatio. Si igitur vt probatũ est ex præmissis, gratia regis seu eius nominatio & inde secuta in eius virtute censentur sortiri effectum etiam quo ad præbẽdam: videtur quòd viterius in eadẽ ecclesia virtute nominationis Reginæ nec gratię sue nequeat Aegidio de prębẽda prouideri:& sic stabit gratia Raynaldi seu nominatio in virtute secundæ gratię de quadraginta regi factę ampliatiuè de eo factę & prouisionis & receptionis inde secutorũ virtute cuius potuit bene in eadẽ Parisiensi ecclesia nominari. & pro hac parte fuit lata sententia Parisius. pro parte tamen Aegidij nominati per Reginã fuit lata hîc in curia contraria sentẽtia:quia prius erat in data ex gratia Reginæ & virtute cuius fuit nominatus,& ad canonicatum recepti:quare debet esse potior,nisi nominatio Matthei per regem facta virtute primæ gratiæ concurrentis in data cum gratia reginæ & alia gratia de præferendis nominatis per regem, & præmissa declaratoria quòd nõ prouideatur nisi vni,sibi obstent.Sed ad videndum & declarandum quòd præmissa sibi non obstent. Aduertendum est quòd declaratoria per quã papa declarauit quòd non possit prouideri nisi vni,debet intelligi de prouisione canonicatus, quod declaro sic . quia si intelligeretur quòd non possit prouideri de canonicatu,directo contrariaretur illi concessioni quam papa fecit de nominato per regem præferendo. quod patet , quia per illam concessionem prælationis papa non intẽdebat nominationes aliorum in eadem ecclesia excludere,sed potius præseruare: licet in assecutione præbendæ voluerit regios præferri.
12 virtus † enim clausulę, anteferri.habet præseruare gratiam concurrentem:vt not.Ioan.And.in nouel.in dict.c.
13 duobus.in fin.eorũ quæ not.super text.Et † si ista declaratio de non prouidendo nisi vni,& eius decretum intelligeretur de prouisione canonicatuum, in totum gratiæ aliorum excluderẽtur:& sic esset papa cõtrarius sibi ipsi. quia si ab initio fuit intẽtionis quòd nõ posset in eadem ecclesia prouideri etiam de canonicatu nisi vni:prout fecisse innuit declaratoria: si sic intelligatur posteà dicẽdo quòd nominati per Regem præferantur,per quæ verba videntur præseruari gratiæ aliorum,vt prædixi,aliâs si non possent dici præferri,sed solũ admitti,papa esset sibi contrarius.quia illa concessio de regijs præferẽdis nominatis per alios,debet intelligi de eadem ecclesia.quia frustra hoc cõcederetur quò ad nominatos per alios in alijs ecclesijs.& sic nominationes aliorũ etiam factas in eadẽ ecclesia papa præseruabat per primam clausulam prælation.arg.præmissor.Ne igitur ista concessio prælationis regiorum quę etiam ex sui natura seu virtute est præseruatiua gratię & nominationis aliorum,etiam in eadem ecclesia in totum contrariaretur.igitur prædicta declaratoria de nõ prouidẽdo nisi vni,& eius decreto concordemus eas & restringamus in dubio declaratoriã illam de non prouidendo nisi vni ad solã prouisionem prębendæ , & non ad prouisionem canonicatuum: imò quo ad prouisionem canonicatuum saluemus præmissam concessionem prælationem regiorum quæ fuit conseruatiua & præseruatiua gratiæ & nominationis aliorum.Et dicamus quòd nominationes omniũ tam regum quàm reginarum & prouisiones canonicatuum in eadem ecclesia nihil obtinebunt: imò retro omnia de eis facta censebuntur irrita , quòd propter declaratoriam de non prouidendo nisi vni , & eius decretum quod tunc cùm nominatus per regem assequitur præbendam incipit sortiri vires suas & irritat etiam hactenus attentata: sed si nominatus per regem desinat posse consequi præbendam virtute suæ nomniationis: puta quia aliundè eam assequatur , vel ante assecutionem moriatur , vel gratiæ renuntiet , vel aliâs efficiatur inhabilis: tunc quia nominatio facta per alios seu eorum alterum tenuit, & prouisio de canonicatu , & receptio inde secuta : bene poterit alter denominatus per eos assèqui præbendam posteà vacantem nulli alteri nominato per regem debitam. Et in hoc effectu illius præseruationis gratiæ seu nominationis aliorum inductæ sub virtute gratiæ prælationis factæ regi : quæ est aliorum præseruatiua, vt prædixi. Et quod conuenientius sic sit intelligenda dicta declaratoria , quòd loquatur de prouisione præbendarum non facienda nisi vni , & non de prouisione canonicatuum . probatur , quia per istum intellectum nos concordamus eam cũ præmissa concessio. prælationis , quæ aliâs sibi in totum esset contraria.quod facere
14 debemus, sicut † etiam in iuribus quæ sunt potius concordanda quàm quòd vnum in totum aliud tollat vel corrigat.C. de inoffic.dotib.leg. prima & extrà de electionibus.cùm expediat. Per hoc etiam quantum pono intellectum declaratoriæ possumus saluare gratias seu nominationes aliorum: & damus eis effectum quem eis dare possumus sine quocunque præiudicio regiorum. quia in casu quo illi habere non potuerunt , dicimus illos seu eorum alterum posse habere , & non aliâs, quòd in dubio facere debemus , & non interpretari vt in totum pereant sine commodo regiorum . argument.leg. quotics.ff. de rebus dubijs. Item per hoc saluatur quod ecclesiæ non grauantur: quia effectualiter non prouidetur nisi vni , nec collatores præbendarum grauantur. quia reuera nõ potest virtute dictarum gratiarum prouideri nisi vni . igitur iste intellectus sit potius amplectendus quàm alius,per quem includeremus contrarietatem in mente papę:& induceremus correctionem seu annullationem gratiæ præseruatiuæ aliorum,& in nullo plus faueremus regijs , nec ecclesijs , nec collatoribus grauatis,fauore quorum præmissa erant concessa & de-
15 clarata. Item etiam probatur alia ratione . quia † verba declaratoriæ de non prouidendo nisi vni: in dubio intelligenda sunt cum effectu : scilicet de prouisione effectuali per quam quis assequitur præbendam:argument. ff.quod quisque iur.leg.prima.§.hæc verba. extrà de eo qui mittitur in possessionem. capit. primo cum concordantijs. Et per hoc satis patet responsio ad oppositas rationes.quia cùm Matthæus virtute nominationis regiæ non fuerit assecutus præbendam : sed virtute nouæ prouisionis & gratiæ sibi factæ per papam tanquam de reseruata: & sic postquam aliundè assecutus est eam,desijt eam amodo posse habere in eadem ecclesia virtute nominationis regiæ . sequitur quòd nominatio Aegidij facta per reginam , & inde secuta possunt sortiri effectum:& quòd eius virtute Aegidius possit assèqui præbendam istam posteà vacantem nulli alteri nominato per regem virtute primarum literarum debitam. Nec obstat quòd in oppositum dicitur , quòd ex quo nominatio Regis facta de Matthæo , & prouisio de canonicatu sibi facta tenuit decretum declaratoriæ incepit habere vires , & ligauit manus Reginæ , quia non est verum quòd declaratoria non impediebat duntaxat , nisi prouisionem faciendam de præbenda : & ideo eius decretum non ligabat donec vacaret præbenda , quæ nominato per Regem esset debita , & quàm ipse vellet statim . igitur sicut per Regem nominatus aliundè fuit assecutus præbendam , & desijt eam posse habere ex nominatione Regis,nominatio Reginæ incepit habere vires. Non obst.§. posteriore . nec concordan.quia ibi per secũdum testamentum ab initio ex mẽte testantis tollebatur

tis tollebatur primum: quia ambo valere de iure non poterant: & ideo ex quo semel ruptum est, non potest vires resumere, licet secundum desinat habere vires. arg. ff. de solu. qui res. §. areã. hîc verò vtraque nominatio Regis & Reginæ simul valere poterant, & ex mente papæ valere debebant, quam mentem innuit gratia seu concessio prælationis factæ Regi, quæ importat priuationem gratiæ & nominationẽ regalium, vt prædixi: licet alterduntaxat quò ad assecutionem præbendæ possit sortiri effectum: & ideo statim cùm altera semel habuit effectum assecutionis præbendæ altera tollitur, & irritabitur omninò. & tunc bene dico ꝙ nõ resumeret amplius vires, ex quo semel irritata erit. & licet altera quæ habuit effectum semel habitum: vt concludunt iura illa. Non obst. c. quodam. quia ibi secundus qui habebat clausulam, anteferri. & decretum in eius fauorẽ appositum bene poterat acceptare, & facere sibi prouideri tempore quo prius acceptauit, & fecit sibi prouideri. & idem eius decretum tunc impediuit & ligauit manus primi. Hîc verò tempore quo Regina nominauit decretum declaratorie non ligauit manus eius, nec executorum nominato suo prouidentiũ de canonicatu: quia solùm erat appositum illud decretum contra prouisionem faciendam de præbenda vt prædixi, & non contra prouisionem faciendam de canonicatu. Tempore autem quo vacauit præbenda nominatus per Regem: quia alius sibi præferendus erat, non poterat acceptare præbendam istam, quia iam habebat aliam: scilicet reseruatam per papam sibi collatam: & ideo cùm non posset eam acceptare decretum ei non proficeret: & ideo non ligat manus nominati per Reginã. quia tunc demum decretum debebat sortiri effectum contra nominatum per Reginam cùm vacante præbenda nominatus per Regem poterat admitti ad præbendam, & per eius admissionem ecclesia grauari, aliàs non vt prædixi. Non obst. c. duobus. vbi altero admisso etiam ad canonicatum vel literas pręsentante, vel per cap. electo. alter concurren. omninò caret impetratis. Quia illud verum si admissus non habebat clausulam, anteferri. per quã si eam haberet, præseruaretur gratia alteriùs: vt postea admitti posset. Hîc verò regij habebãt clausulam, anteferri. & ideo cùm præseruarẽtur gratiæ aliorum propter solam admissionem ad canonicatum nominati per Regẽ non tollebatur effectus, donec videretur an regius virtute suæ nominationis assequeretur præbendam. Non obst. generalitas verborum declaratorię: quia restringenda est propter implicitam mentionem papæ in alia gratia prælationis, quæ aliàs tacitè præseruabat, & propter rationem supradictam. Nõ obstabat ꝙ per receptionem ad canonicatum nominati per Rege ecclesia fuit grauata. quia illud grauamen antequam vacaret præbenda de qua agitur, fuit sublatum: quia cùm habuit prębendam reseruatam, iam habuit alium canonicatum: scilicet illum qui erat annexus præbendæ statutus de numero in ecclesia qui erat perpetuus, & desijt habere illum canonicatum quemvirtute nominationis regiæ habuerat supra numerum: vt notatur per Guliel. de monte Laud. de præb. c. iuxta. in cle. quia ille canonicatus qui prius habebatur supra numerum extinguitur: vt not. Ber. in c. dilectus. ij. de pręb. Item per solam receptionem in canonicum ecclesia non potuit dici grauata, nisi propter spem assequendi præbendam, quæ spes sublata est cùm aliundè eam assequitur, nec sola receptio in canonicum super numerum facta ex causa necessaria: putà de mandato † papæ grauat ecclesiam: nec sibi prouidendum est etiam de distributionibus quotidianis: vt notat Ioan. Andr. in nouel. in d. e. cùm inferior, &c.

De Rebus ecclesiæ non alienandis.

EPITOME.

1 *Vnio tractatum non requirit.*
2 *Vnio censetur alienatio.*
3 *Beneficiorum sectio est odiosa.*
4 *Vnio præsumitur rectè facta, maximè si sit antiqua.*
5 *Vnio probata falsa causa propter quã fuit facta, infringitur.*

Decisio 1.

VTRVM † in vnione * requiratur tractatus sicut in alienatione, cùm † alienatio censeatur: vt in c. tua. de his quæ fiunt à maio. parte capitu. vbi videtur text. & in c. dudum. de reb. eccles. non alienan. lib. vj. Vel an sufficiat solus consensus capituli. per c. si vna. de rebus eccles. non alienan. in cle. Antiquiores auditores palatij dicebãt opinionem fuisse, & sic pluries seruatum fuisse, ꝙ licet requiratur aliqualis tractatus: non tamen talis & tantus qualis & quantus in alienatione. & hoc si fiat vnio ecclesiæ eiusdem diœcesis: secus si extra diœcesim: quia cùm infra eãdem diœcesim non censetur propriè talis nec tanta alienatio. & quia in habentibus symbolum, & c. arg. ff. de legat. j. l. ęq tera. §. si duobus. versicu. sed videamus. C. non licere habent. metro. l. j. lib. xj. Nec obst. c. dudum. quia ibi non tota ecclesia vniebatur, sed pars: & † ita fiebat sectio, quæ est odiosa: vt c. maioribus. de præb. Item dicebatur quòd vnionem prætendens non habet necesse probare veritatem causarum: quia pro ea præsumitur pro ordinario: sed bene debet imò sufficit allegare: & † præsertim super vnione antiqua. sed † si causarum fallitas in contrarium probetur, bene infringeretur vnio. prædicta non placent multùm.

* *In vnione. Vnio beneficiorum quid operetur & quibus modis fit vide glo. in c. j. ne sede vac. per Fely. in c. translato. de constitu. col. iij. vers. Nota secundum Bal.*

EPITOME.

1 *Vnio facta ex falsa causa an sit nulla ipso iure?*
2 *Alienatio rei ecclesiæ redditur nulla propter defectum causæ sine iustitia.*
3 *Vnio censetur alienatio.*
4 *Gratia vitiatur ipso iure per obreptionem & surreptionem.*
5 *Minori impetranti veniam ætatis incumbit docere de veritate causarum coram ordinario allegatarum.*
6 *Dispensatio facta ex falsa causa non valet.*
7 *Authoritas interposita perperam habetur pro non interposita.*
8 *Legatum vitiatur propter casualem falsitatem.*
9 *Vnionis substantia esse veram causam.*
10 *Dominij translatio ex quocunque contractu non impeditur propter falsitatem causæ.*
11 *Dominium transfertur ex falsa causa.*
12 *Alienatio rei ecclesiæ non redditur nulla ipso iure propter falsitatem causæ vel defectum iustitiæ dum tamen seruata sit forma.*
13 *Sententia nõ redditur nulla propter falsitatem causæ, nisi per dolum esset lata & nu. 17. & 18.*
14 *Rescriptum non redditur nullum ipso iure per surreptionem sed ope exceptionis.*
15 *Religio non impeditur propter falsam causam.*
16 *Dotis constitutio non impeditur propter falsitatem causæ.*
19 *Falsitas causæ vitiat actum ipso iure, quando veritas causæ erat de essentia actus.*

Decisio 2.

VTrum † vnio facta ex certis causis sit nulla ipso iure, si causæ non erant veræ: vel an propter falsitatem causarum veniat rescindenda seu annullanda? Quidam tenent ꝙ sit nulla ipso iure. arg. ff. de rebus eorum. l. j. in princip. & in fin. & l. magis puto. §. si æs. & §. maneat. C. de prædijs minorum. l. & li præses. ff. de tutor. & curator. da. ab his. l. tutor petitus. ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hæc verba. de fideicommissa. libert. l. cùm verò. §. subuentum. de Carbo. edict. l. iij. §. puberi. de tutori. & curato. datis ab his. l. Seiæ egressę. Et quod Innocen. notat de elect. cùm dilecti. super verbo, confirmauit. in versicu. Item confirmatio. licet quod ibi not. præsertim in fine illius glo. etiam magis faciat contra. Et pro hoc etiã facit quod notat Innocen. in c. extirpandæ. super verbo, priuatum ibi, imò & plus, & c. de præben. licet posset induci in contrarium: cùm dicat, revocaretur collatio. ergo innuit ꝙ tenuit ipso iure, præ hoc quod ibi notatur in fine totius glo. suæ. pro ista parte etiã facit opinio Archidiaco. extrà de rebus eccles. non alienan. hoc consultissi-

2 mo.ſuper verbo, forma. vbi tenet ꝙ nedum † defectus
formæ,ſed etiam defectus cauſę ſiue iuſtitię reddit ipſo
iure alienationem rei eccleſiæ nullam. Conſtat autem
3 † quòd per vnionem fit alienatio:vt in c.tua nos.in fi.de
4 his quæ fiunt à præla.pro hoc.quia † obreptio &ſurre-
ptio vitiat ipſo iure gratiam.de præben. ſi dignitatem.
5 in clemen.& de priuileg.dudum.pro hoc.quia † minor
qui impetrat veniam ætatis non aliter ſibi prodeſt im-
petratio niſi cauſę ſint veræ:& eas corē ordinario ſuo do
ceat eſſe veras.de his qui ven.ætat.impet.l.ij.in princi.ij.
6 reſp.pro hoc.quia † diſpenſatio facta ex falſa cauſa non
valet:vt not.glo.de conſang.& affin. quia circa.in fi. de
7 elect.dudū.j.§.inſuper.pro hoc.quia † authoritas perpe
rām interpoſita habetur pro non interpoſita.ff.de autho.
8 tut.l.nulla eſt differentia.pro hoc.quia † caſualis falſitas
vitiat legatum.vt l.cùm tale.§.falſam.ff.de condit.& de-
mōſtr. pro hac parte quòd vnio facta ex falſa cauſa non
valeat,facit ext.de his quæ fiunt à præl.ſine conſ.capi.c.
tua nobis.cum ibi not. per Hoſt.& Ioan.And. poſt eum.
licet bene poſſet textus induci pro alia parte.quia in fine
cùm dicit, irrita enim erit abſq; conuenientia & ſubſcri-
ptione clericorū.non repetit, & ſi meliora nō proſpiciat:
9 tamē pro iſta parte quòd nō teneat,facit.quia † in vnio
ne vera cauſa eſt de ſubſtantia.in eod.titu. c.tua nobis.&
de præb.c.expoſuiſti.& hoc patet. quia aliâs iura prohi-
bent fieri vnionem,vt alienationem rei eccleſiæ. igitur
niſi fiat ex vera cauſa erit nulla, tanquam facta contra
iuris prohibitionem & tanquam deficiēs in ſuis ſubſtan
tialibus.argumen.C.de ſacroſanct.eccleſ.l. iubemus nul
li.§.j.& C.de legib.non dubium.in fi.Alij tamen & ma
ior pars tenuerunt contrarium,& dicebant eſſe opinio-
nem antiquitus ſeruatam & obtentam & approbatam
per auditores in palatio quòd falſitas cauſæ non redde-
ret vnionem ipſo iure nullam,ſed annullandam.quia fal
10 ſitas † cauſæ non impedit ipſo iure tranſlationem domi
nij ex quocunque contractu fiendam:vt per totum titu.
de condict.indebit.& de condict.ſine cauſa. Quod patet
11 quia ex † falſa cauſa tranſfertur dominium. quia com-
petit condictio ad repetendum: vt ibi: nec impedit ipſo
iure legatum.ff.de conditio.& demonſtratio.l.falſa de-
monſtratio.& melius in l.cùm tale.§.falſam. Item ſecū
12 dum opinionem communem falſitas † cauſæ vel defe-
ctus iuſtitiæ dum tamen ſeruata ſit forma non reddit a-
lienationē rei eccleſiæ nullam ipſo iure:vt notatur. xij.
quæſtio.ij.ſine exceptione.& xij.quæſtio.ij. in ſumma.
Et ita ſentire videtur Innocen.extrà de conſtitu.quæ in
13 eccleſiarum.ſuper verbo,lectio.in fi.Sic † enim nō red-
det nullam ſententiam diffinitiuam ipſo iure niſi aliâs
per dolum,& c.vt l.ſi prætor.§.Marcellus.cum ibi nota-
14 tis.ff.de iudic.Sic † etiam ſurreptio non redderet reſcri
ptum ipſo iure nullum,ſed ope exceptionis: vt not. gloſ.
de reſcript.ad audientiam.Innocen.eodem titu.dilectus
filius.in fin.pro iſta parte etiam alleg.de manu. vindic.
l.iuſta.§.j.& ff.de manu.teſtamen.l.cùm ex falſis.inſtit.
quibus ex cau.manu.poſſ.vel non.§.ſemel.ff.de re iudic.
diuus.in fine. C. ſi ex falſis inſtrumentis per totum.Pro
15 iſta parte etiam facit.quia falſa † cauſa non impedit re
ligionem.extrà de conuerſi.coniug.c.ex parte.nec man
datum obligantis impedit obligationem. eod. titu. ve-
16 niens.nec † falſitas cauſę impedit dotis conſtitutionem.
ff.de iure dotium.l.quemadmodum.§.fina.& pro hoc in
ſpeciali allega.l.cùm hi.§.ſi prætor.cum ibi notatis. in
fin.magnæ gloſ.quæ eſt prima ff.de tranſactio.Nec ob-
ſtant iura contraria. quia loquuntur de alienatione vel
17 diſpoſitione quæ fit cum decreto ſuperioris.quod † qui-
dem decretum ſicut & quæcunque interlocutoria obre
ptio vel ſurreptio ſeu falſitas cauſæ poteſt impedire ne
valeat.In vnione autem non requiritur decretum ſupe-
rioris,ſicut nec in alienatione rei eccleſiæ. not. gloſ. de
rebus eccleſiæ non alienand. cap. dudum. ſuper verbo,
18 tractatus.in fin.lib.vj.vel dicet melius † quòd etiam de-
cretum vel interlocutoria lata ex falſa cauſa tenet ipſo
iure:ſed poteſt reuocari per appellationem vel reſtitu-
tionem in integrum ex cau[illegible].pro præmiſſa vltima opi-
nione,facit quod notat Innocen.de renuntia.in præſen-
tia.ſuper verbo, præter iſta. & quod not.de excuſation.
tuto.qui teſtamento.& gl.ff.de acqui.hære. is ad quem.
§.fi. Nec obſtāt iura ſupra primò allegata. quia loquun-
tur in ſpeciali caſu & in alienatione minorū, vbi etiam
eſt aliud ſpeciale, quòd ſententia lata ex falſa cauſa eſt
ipſo iure nulla.C.ſi ex fal.alleg.per totum. Non obſtante
19 aliæ leges. quia † in omnibus alijs veritas cauſæ erat de
eſſentia actus quātum ad fines in quibus quilibet loqui-
tur ſi bene inſpiciantur materiæ in quibus loquuntur:&
ideo falſitas vitiat ipſo iure. Ad §.puberi.& l.Seyę egreſ
ſæ.ſoluitur per Cynum, quando prouo.non eſt neceſſe.
l.ij.in ſecunda oppoſitione. Ad capitu.ſi dignitatem. dic
ſpeciale ibi ratione ambitioſæ impetrationis.

Deciſio 3. Similis eſt deciſ.1.de eccleſ.ædifican.in antiq.

Deciſio 4. Similis eſt deci.3.ſuprà eod.in antiq.

EPITOME.

1 *Epiſcopus poteſt alteri cōmittere vt faciat tractatus ſuper alie-
natione rei eccleſiaſticæ cum capitulo.*

2 *Alienatio facta precedente tractatu à capitulo, cui Epiſcopus
facultatem dederat deliberandi ſuper ea, an teneat, ſi non
interueniat alius tractatus?*

3 *Inductria perſonæ in quibus eligitur alteri demandari non
poſſunt.*

4 *Cauſæ meri & mixti imperij de iure canoni. ſunt delegabiles.*

Deciſio 5.

1 VTrum † epiſcopus tractatum faciendo cum capi-
tulo ſuper alienatione rei eccleſiaſticæ * vel vnio-
ne facienda poſsit facere per alium,cui committat
quòd tractet cum capitulo ſuper neceſsitate vel vtilitate
ſeu expedientia & cauſis alienationis vel vnionis,& ſibi
2 referat.& † an ſi poſtea epiſcopus cui talis tractatus re-
latus eſt per quem capitulum reputabat iuſtas eſſe & ra
tionabiles tali alienationi vel vnioni ſuam authoritatem
& decretum interponat,& eam faciat ſine alio tractatu
in ſui præſentia habito, talis alienatio vel vnio teneat?
Quidam dicebant quòd tractatum epiſcopus facere non
poſsit per alium:ſed per ſe: & per conſequens alienatio-
nem vel vnionem nō tenere, quia talia ſunt ardua,& in
3 † quibus videtur à iure electa induſtria epiſcopi:& ideo
non poſſunt fieri per alium.argum.l.fin.§. item audien-
dum.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.C.de prædi.minor.
cum concordan.ibi alleg.pro hoc arg.C.de ponde.aur.l.
ij.C.de exact.tributor.miſsi opinatores.i.& ij.reſpon.ff.
mandat.l. mandatum diſtrahendorum. in fin.ff. de rei
vendi.in fundo.extrà de procura.capit.fina.libr.vj.& ff.
de ſolu.l.inter artifices.pro iſta parte allegatur tex.ff.de
tranſactio.l.cùm hi. Et hæc opinio videtur placere Ar-
chidiaco.xvij.q.iiij. in venditionibus. allega.ff. de offic.
proconſul.ne quicquam.§. vbi decretum. Alij & maior
pars dicebant contra.quia hoc nō reperitur prohibitum.
igitur &c.ff.de adminiſtratio.tut.l.ita autem.§.geſsiſſe.
Item quia ex quo tractatus ſibi debet referri ipſe diſcer
net, an deliberatio fuit bona, & eam ſequeretur & non
aliter. & per hoc ſatis tolluntur contraria. quia aliena-
tionem ipſam & vnionem per ſe expedit. argu. ad hoc
in ratione de offic.deleg.ſuper quæſtionum.§. intentio-
nis.in fin.& eo.tit.ſi pro debilitate. pro hoc allegabatur
text.ff.de rebus eorum.magis puto.§. ne titulo.ibi, dare
4 viatorē &c. pro hoc etiā quia † de iure canonico etiam
cauſæ meri vel mixti imperij ſunt delegabiles. de offic.
ordina.quòd ſedem.vbi not. & de rapto. in archiepiſco-
patu.pro reſponſione ad §. vbi decretum. vide Innoc.de
religio.domi.conſtitutus.ſuper verbo, ordinationē.in fi.

* Super vi ecclesiæ. De forma alienationis ecclesiasticæ vide plenè q. Alb. in c. nulli. de reb. eccle. alie. vel non.

De Locato & conducto.

Deciſio 1. Similis eſt deciſio.2. ſuprà eodem titulo in antiquis.

De Rerum permutatione.

EPITOME.

1 *Beneficium viuentis vnitum vt poſt ceſſum vel deceſſum vnum
ſortiatur effectum: non poteſt cum altero permutari.*

Deciſio

Decisio 1.

NVNQVID † ille cuius beneficium est alteri beneficio vnitum: vt vnio post cessum vel decessum illius sortiatur effectum possit illud beneficiū sic vnitum cum aliquo alio permutare. Tenetur communiter ꝙ non. arg. pro hoc. quia per frequentes permutationes vnio posset reddi inutilis, vel saltim nimis deferri contra vtilitatem vel necessitatem ecclesiæ, cuius contemplatiõe fuit facta vnio, quod præcauendum est. arg. ff. de vsufruc. l. si vsusfructus, &c.

EPITOME.

1 *Permutatio facta de ecclesia minori cum ecclesia pinguiori non censetur facta in fraudem expectatis, qui iniustè litem moueat super minori ecclesia.*

2 *Litis motio iniusta si fiat malitiosè, nõ inducit vitiũ litigiosi.*

Decisio 2.

1 CVm † quædam pinguis ecclesia quæ non cadebat in gratia expectantis propter excessum taxæ vacaret in partibus: & vnusquisque expectans speraret & crederet ꝙ episcopus ordinarius contulisset eam cuidam nepoti suo, qui vnam ecclesiam minorem tunc temporis obtinebat. Quodq; per assecutionem maioris vacasset minor quam ille nepos obtinebat, acceptauit illam minorem quæ bene cadere potest sub gratia expectantis: & de ea fecit sibi prouideri, licet de facto cũ reuera tunc dicta maior ecclesia non fuisset collata dicto nepoti minorẽ obtinenti, sicq; dicta minor minimè vacaret: dictusq; expectans egit contra dictum nepotem in curia romana, & petijt dictam minorẽ ecclesiam tanquam ex causis præmissis sibi debitam. tandem lite pendente episcopus contulit maiorem seu pinguem ecclesiam cuidam alteri nullum beneficium obtinenti, & ille alter permutauit illam maiorem cum nepote episcopi qui minorem obtinebat cum eadem minori: perfectaq; permutatione & translatione permutantis in ecclesijs permutatis dictus expectans acceptauit minorem iterato, & sibi obtinuit prouideri: prætendens eam nouiter vacasse per renuntiationem. nec sibi obstare permutationem. quia fuit vt prætẽdit fraudulenta ex causis prædictis, & omnia prædicta conficta prætẽdit in eius fraudem. item quia facta lite penden. & petit eam in virtute secundæ acceptationis & prouisionis. Quæritur an sibi debeatur? Fuit dictum ꝙ non. quia aliquid non potest dici ibi factum in fraudem eius principaliter, sed in prouisionem permutantis. non enim potest dici ꝙ nepos episcopi commiserit fraudem dimittendo minorẽ pro maiori: sed sibi de meliori prouidit, cùm & si eam nõ dimisisset, non esset vacatura illa minor necessariò, cùm in potestate ipsius non esset posse assequi maiorem imò in potestate episcopi erat sibi conferre, qui episcopus nolebat sibi conferre, ne de sua posset alteri prouideri, quod quidem non posset propter expectantes: & ideo si alteri nullum beneficium maius contulit, nulli iniuriam facit, cùm nulli illa maior deberetur, imò vsus est debito iure suo: ille autem cui maior fuit collata dimittendo maiorem pro minori nullum fraudauit, cùm maior nulli alij deberetur, nec minor esset aliàs vacatura, nec per consequens expectanti debenda. & ita licet ad prouisionem suam adinuentus fuerit talis modus per quẽ minor non vacauerit, taliter ꝙ posset per impetrantem acceptari: non per hoc censetur fraudem aliquam cõmisisse. argu. ff. de leg. ij. l. cùm potest. §. Titio. & ff. de dam. infect. l. Proculus. cum concord. Nec obst. lit. penden. quia constat ꝙ tempore quo expectans mouit litem, nullum ius habuit in illa ecclesia minori: cùm tunc illa nonvacasset: nec per consequens tunc erat acceptabilis: & ita ꝙ indebitè mouit litem. & ideò sua indebita litis motio non potest sibi prodesse, nec illum nepotem episcopi potuit impedire quò minus vti possit iure suo, eamq; cum meliori permutare. nam litis † motio iniusta si fiat malitiosè non inducit vitium litigiosi. arg. ff. de litigios. l. j. §. j. pro quo etiam facit. quia constat de iniustitia mouentis litem, & de non iure suo: & ideo retrò apparet litis pendentiam minus indebitè fuisse motam, & sic nec habere locum vitium litigiosi.

Dec. 7. dub. 1 & cons. 30 Cass. Lis ficta nõ habet prærogatiua litis secund. Barbat.

EPITOME.

1 *Permutantes non possunt propria authoritate redire ad priora beneficia, licet non dicantur incurrere panam c. de mulcta. de præb. & c. eum qui. ss contra faciant.*

2 *Permutatio & eius expeditio dependet ex potestate superioris.*

3 *Impetratio facta de beneficio permutato tanquam vacãti propter incompatibilitatem, ex eo quòd perfecta permutatione permutans rediet ad suum primum beneficium quod permutarat. an valeat?*

Decisio 3.

1 VTrum † permutantes sua beneficia expedita per mutatione per papam vel alium superiorem * in cuius manibus renuntiauerant ex causa permutationis inuicem collatis alterutris beneficijs possint propria authoritate renuntiando dictæ permutationi in suis pristinis beneficijs remanere: prout ante permutationem permanebant. licet quidam tenerent ꝙ sic. quia permutatio est facta in eorum fauorem, cui fauori poterant renuntiare: tamen omnes tenuerunt contra. quia permutatione expedita neuter habet ius in pristino beneficio suo, sed in nouiter sibi ex causa permutationis
2 collato. Item † ipsa permutatio & eius expeditio tota pẽdebat ex potestate superioris vt si videret ecclesijs & personis eam expedientem faceret: vt extrà de rerum permut. quæsitum. in fin. igitur sine eius licentia nequeat resolui. arg. l. nihil tam naturale. nec est solus fauor permutantiũ. imò & ecclesiarũ: ideo interuenire debet authoritas superioris igitur non obstat ratio in oppositum
3 supra allegata. Sed pone † sicut erat in facto, dicti permutantes post expeditam permutationem sine superioris licentia remanserunt de mutuo consensu in suis pristinis beneficijs, sicut ea tenebant ante permutationem. Quidam impetrauit vnum illorum beneficiorum tanquam vacans, ex eo quia beneficia erant incompatibilia: puta erant duæ dignitates curatæ, puta decanatus & præpositura. Quæritur nunquid valeat impetratio? Videtur quòd sic. quia ex quo decanus permutauerat cum præposito, expedita permutatione incepit habere ius in præpositura, & eius assequi potuit optimè possessionem, si voluit. ex quo igitur sine superioris licentia retinet decanatũ, in quo desierat habere ius propter permutationem, censetur se intrudere scienter & iniustè. & sic videtur ꝙ per illam iniustam intrusionem seu retentionem decanatus ipso iure vacauerit præpositura, quam virtute permutationis obtinebat saltem de iure, ex quo in ea ius habuit. arg. c. eum qui. de præben. lib. vj. nam perinde erat ac si eam de facto pacificè posideret, ex quo per eũ stabat quò minus pacificè eam possideret. argu. c. commissa. §. j. de elect. & not. in c. de multa. de præben. & eodem modo etiam potest deduci quòd vacet decanatus, in quo virtute permutationis olim præpositus habuit ius, ex quo post permutationem scienter se intrudit iniustè in præpositura & indebitè sine superioris licentia retinendo, & sic videntur duo beneficia incompatibilia tenere. Tamen domini cõtra tenuerunt: præsertim, quia in istis cessat ratio ambitionis & cupiditatis, cùm reuera neuter de facto teneat nisi vnicum beneficium, nec habeat animum nec intentionem duo beneficia obtinendi, sed vnum tantum, licet errent in iure, ex quo sine licentia superioris remanent in beneficijs ex causa permutationis dimissis. igitur cessat pœna decretalis de multa. & cap. eum qui. vbi eius intentio ferebatur ad duo. & vbi assequendo secundum intendebat etiam tenere primũ, vel ius quod in eo habebat: hîc verò nõ, imò assequẽdo secundũ intendebat dimittere primũ

Decisio 4. *Similis est decisio 3. de rerum permut. in antiq.*

EPITOME.

1 *Permutatio non sufficienter præsumitur fraudulenter facta in præiudicium expectantium ex sola disparitate valoris beneficij.*

Decisio. 5.

1 AN † sola disparitas in valore beneficiorum permutatorũ sit sufficiens præsumptio fraudis commissæ in permutatione in fraudem expectãtium nor. arg. l. dolus. C. de rescin. vendi. vide Io. An. in nouel. de re. permu. c. j. in fin. lib. vj.

cõsi. 3. col. 24. ver. & si quis piam. volu. 3. & quod lis nõ præsumatur litigiosa etiã ex cursu tẽporis etiã longi. Fel. in c. illud. col. 4. vers. nouissimè. de præscript. Cassa. dec. 7. de dol. & cõt. & dec. 5. vt lit. pend. Franc. in c. j. in princ. eo. in vj.

** Vel aliũ superiorẽ. An beneficiorũ permutatio possit fieri sine authoritate episcopi hic ad eũ pertineat vel non pertineat collatio vide per Nicol. Mi. in suo repert. in verb. permutatio beneficiorum nõ potest fieri, &c. vbi tenet quòd nõ*

De Solutionibus.

Decisio 1. *Similis est deci. 41. de proba. in antiq. Aegid. dec. 755. Si rector. col. pen. & Oldra. consi. 76. summus pontifex.*

De Testamentis.

EPITOME.

1 *Executor testatoris datus pro monasterio ædificando potest petere restitutionem aduersus negligentiam prosequendæ appellationis per testatorem interpositæ.*
2 *Restitutio peti non potest pro monasterio vel ecclesia quæ nondum sunt.*
3 *Destinatum sortitur naturam eius ad quod destinatur.*
4 *Partus conceptus in his quæ concernunt eius præseruationem vt producatur in esse, gaudet priuilegio iam natorum.*

Decisio 1.

1 QVIDAM † testator reliquit omnia bona sua pro monasterio ædificando dato executore. demum in vno litigio quod ducebat, & in quo appellauerat testator eo mortuo propter negligẽtiam testatoris fuit deserta dicta appellatio interposita per testantem. Nunc quæritur nunquid iste executor Possit aduersus læsionem petere restitutionẽ iure priuilegiato quo ecclesia restitueretur?
2 Quidam dixerunt ꝙ non. quia † pro monasterio vel ecclesia quod vel quæ nondum est, non potest peti restitutio. arg. de eccles. ædifican. ad audientiam. Alij verò contra. quia ista bona erant destinata pro ædificando monasterio. ergo iam pro futuri monasterij vtilitate, vt possit proficiscaudent priuilegio monasterij. arg. ff. de lega. iij. l. item lege. §. j. & l. ligni. cum multis cõcor. ad hoc † ꝙ
3 destinatum sortitur naturã eius ad quod destinatur. pro hoc. quia erat cœptum, &c. arg. l. j. §. cœpisse. ff. de pollicita. & melius de au. & argen. lega. l. & si nõ sint. §. quid ergo si cœptum. cum concor. pro hoc etiam alleg. quia si istis bonis iam cœptis censebatur monasterium ædificandum, & per ędificationem pro tẽpore pariendum. ergo gaudeat priuilegijs monasterij. argum. quia partus
4 † conceptus in his quæ concernunt eius præseruationem vt producatur in esse, gaudet priuilegio iam natorum, &c. ar. ff. de pœnis. l. prægnantis. & de sta. hom. l. qui in vtero. & quæ habentur ff. de extraordin. cri. l. diuus. pro hoc. quia propter spem videtur inesse. argu. iurium de spe. Item pro hoc facit cap. religioso. de senten. excommunica. libr. vj.

De Decimis.

Decisio 1. *Similis est decisio. 4. de priui. in antiq.*

De Iure patronatus.

Decisio 1. *Similis est dec. 16. de renun. in antiq.*
Decisio 2. *Similis est deci. 1. in antiq. de institu.*

EPITOME.

1 *Patrono præsentandi tempus quando incipiat currere.*

Decisio 3.

Supra eod. de 1 cas. 13.

A QVO † tẽpore currat patrono tẽpus præsentandi quadrimestre vel semestre? Videtur ꝙ à tẽpore vacationis. arg. de iure pat. eam te. imo videtur ꝙ à tempore notitiæ: vt arg. c. licet. de supplen. negli. prelat. & c. quia diuersitatẽ. in fi. de concess. præb. & d. c. eã te. intelligitur à tempore vacationis, scilicet notitiæ.

De Sponsalibus.

EPITOME.

1 *Clericus contrahens matrimonium cũ minore xij. ann. an statim amittat beneficium, vel post copulam carnalem subsecutam?*

Decisio 1.

1 VTRVM † si beneficiatus contrahat matrimonium cum minore xij. annorũ vacet beneficium incontinenti tempore contractus matrimonij, vel demũ post carnis copulam. vide Io. And. in nouel. de cleric. coniug. c. j. in antiquis. & plenius per eundem in cõmento capit. cùm Ioan. eod. titul.

Vide deci. an. j. eo. in antiq.

Qui Filij sint legitimi.

Decisio 1. *Similis est dec. 4. de filijs præsby. in antiq.*

De Donationibus inter virum & vxorem.

EPITOME.

1 *Vxor quæ fuit constituta à viro suo tutrix & gubernatrix tam bonorum quàm liberorum, an teneatur ponere in inuentario iocalia ab eius viro ac cæteras res sibi traditas? Et quid de alijs rebus contemplatione eius viri ipsi ab alijs datis?*
2 *Maritus non censetur donare res vxori, quas ex necessitate illi exhibet.*
3 *Vxor tenetur operari viro: & ideo acquisita ex operis suis pertinent ad maritum, & eius hæredes.*
4 *Vxor quicquid acquirit ex opera sua, viro acquiret, & quid si ex pecunia mariti quæ siuisset?*
5 *Donationem factam muliери si vir non reuocauit expresse, videtur causa mortis illi donasse.*
6 *Donare in dubio quis non præsumitur, nec iactare suum.*
7 *Donata vxori contemplatione viri, cuius censeantur esse?*
8 *Maritus quod per ministerium vxoris acquirit, sibi acquirit.*
9 *Vxor si non probat à quo bona habuerit: habet in dubio præsumptionem contra se, illa esse viri.*
10 *Inuentarium conficiens etiam de bonis quæ sua esse contendit, qualem protestationem facere debeat.*

Decisio 1.

1 PETRVS † existẽs in matrimonio cum Anna vxore sua eidẽ plures & diuersas vestes ac arnesia fecit, etiam eidem plura iocalia & diuersa dedit & tradidit dicẽs, teneas istud. verum est ꝙ dicta Anna vxor prædicta existens in dicto matrimonio diuersas pecunias acquisiuit diuersimodè per bonã diligentiã de quibus aliquãdo dicto Pe. viro suo tradidit quandoq; pro fodrarijs mantellorũ. ix. florenos siue plus siue minus, semel vel pluries, necnon plura iocalia taceas argenti & coclearia, per cõpatres & alios amicos dicti sui mariti ac pãnos plures: tã pro mantellis quã alijs robis ad beneplacitum sibi datos ex notitia eius viri acquisiuit. deinde dicto Pet. veniente ad mortem suũ cõdidit testamentũ in quo liberos eorum cõmunes hęredes instituit, constituens dictã Annã vxorem suã tutricẽ gubernatricẽ & administratricẽ tam liberorum quã bonorũ, tamẽ cũ beneficio inuẽtarij. nunc quæritur an dicta Anna vxor præfata teneatur ponere in inuẽtario faciẽdo arnesia & iocalia sua supra scripta, necnon cũ dictus Pet. maritus suus nullã mentionem de hoc fecerit in testamẽto suo nec ea sibi legauerit, vel qd iuris quo ad vestes & arnesia per virũ facta vel empta?
2 Videtur dicendũ * ꝙ si erãt talia ad quę sibi faciendum maritus secundũ statũ mulieris & cõmunẽ consuetudinem tenebatur, & mulier indigebat, ꝙ nõ videbatur sibi donasse, qa necessitas exhibẽdi & sibi talia administrãdi incũbebat marito: & ideo iura fauent marito vt tantum ratione præsentis vsus intelligatur potius sibi tradidisse: vt probatur ff. de don. inter vi. & vxo. in l. sed si vir lanã. cũ ibi no. in prin. & l. mortis suę causa. in fi. eo. ti. & facit ff. solu. matri. l. in his. §. j. & in hac sententia est ibi Oldr. & Cyn.

* *Alex. in l. in hu. §. sonus sol. ma. ff. & in l. is qui quadringenta dos legata. mc. 2. ff. ad Falcid.*

& Cy.& hoc communiter tenetur d.l.sed si vir lanam.
3 Quò ad † acquisita per suam industriam & diligẽtiam, videtur dicendum ꝙ si ex operis suis fuerint acquisita, ꝙ debeant pertinere ad maritum seu virum & eius hæredes post eum:quia vxor tenetur operari viro:vt in l.sicut.ff.de ope.libe.& no.C.de condi.inser.l.si vxor.in fi. ij.glo.& facit ad hoc d.l.sed si vir.in princip.& pro hoc quod not.Inno.de testa.cùm inoffic.circa fin.primę columnæ. facit etiam ad hoc quod dicitur de vxore cùm
4 subiungit paulo post.quia † quicquid acquirit vxor ex opera sua viro acquirit: si verò alia aliter acquisiuit & potest monstrare vnde & à quo vel quo modo: tunc illa ad eam debẽt pertinere & non ad maritum etiam si ex pecunia mariti quæsiuisset:puta mercando vel tenendo in cambijs.arg.ff.de dona.inter virum & vxor. ex annuo.§.j.quia mulier erat libera,nisi quò ad debitum carnis & quò ad operandum:vt d.l.si vxor.cum si. Quò ad

† Iocalia ad quem spectẽt vide Bal.in l. cum m.C. de s donatio. ante nupt.

vasa & iocalia * & vestes & alia ornamẽta ad quæ sibi 1
ministranda maritus necessariò non tenebatur,per maritum sibi tradita:si constaret ꝙ animo donandi sibi,licet † donatio sibi non valuerit:tunc tanquam facta inter virum & vxorem:quia maritus eam expresiè non reuocauit,dicerem ꝙ esset morte viri confirmata,& quòd deberent ad ea pertinere,& nõ ad hęredes mariti:vel.cùm hic status.§.j.ff.de dona.inter virum & vxor.sed in casu prędmissæ quęstiõis factæ suprà in tradente,non crederẽ ꝙ per illa verba quę maritus dicebat vxori teneas istud, videretur donare sed potius eam custodire,& vsus pro-
6 miscui sibi commendare. quia † in dubio quis non præsumitur donare,nec suum iactare.argu. ff. de probat. l. cùm de indebito.& l.filiusfam.ff.de dona.præsertim ne sic præsumendo mutuo amore se spolient.& quia donatio inter virum & vxorem est prohibita de iure: & in dubio non est præsumendum feciisse contra iuris dispositionem & prohibitionem. Quò ad alia † donata vxori
7 per extraneos contemplatione viri: crederẽ distinguendum, an illi intenderent principaliter donare viro, & vellent ꝙ sibi acquirerentur, licet traderent vxori: & tunc credo ꝙ talia pertinere debeant ad virum & eius
8 hæredes & non ad vxorem.quia † quod vir per ministerium vxoris acquirit,sibi acquirit etiam cùm ratam habet talem donationem.argu.ff.de nego.gest.l.si ego. nisi vir cùm credebatur vxori intendere sibi donare. quia tunc licet illo tempore donationis inter virum & vxorem non valeret:tamen morte viri confirmaretur.ff.de dona.inter virum & vxor.l.iij.§.fin.& l.sequen.iunct.l. cùm hic status.§.j.eod.tit.quod tamen in dubio non prę sumerem,scilicet virum vxori voluisse donare. arg. eo- 1
rum quæ dixi suprà in prędicten.per l.cùm de indebito. Si autem illi qui donabant contemplatione viri intenderent principaliter donare vxori,& volebant res donatas ei quæri & non viro,licet eius contemplatione hoc face- 1
rent: tunc crederem ꝙ talia donata quærerentur vxori & non viro:quia ipsa est persona libera quæ sibi quęrere potest,nec sibi quæsita quæruntur:quia non sunt quęsita ex eius operis:vt nota.per Cy.C.de fur.l.fin. in vltima quæst.ibi verò tollitur hoc argu.nec talia teneretur ponere in inuentario:in dubio crederem recurrendum ad coniecturas & ad genus rerum donatarum,an potius congruerent viro quàm vxori vel ecõtra:vt tunc secundum hoc præsumatur an voluerint donatores acquiri viro vel vxori,& pro hoc benefacit quod not.Io. And.in nouel.de appella.c.à collatione.lib.vj.in fi.super verbo, ad eundẽ.& si ex his aliquid præsumi nõ potest, crederẽ in dubio donatores voluisse quæri marito, ex quo eius contemplatione donabant.arg.ff.de vulgar.& pupil.l. sed si plures.§.ad substitutos.cum ibi not.ff.solu. matri. 1
si verò negotium.§. item quicquid.cum concor.De donatis autem vxori contemplatione vxoris non viri non est dubium,quin sine dubio ad eam debeãt pertinere.ar-
9 iurium prædictorum.In dubio † autem si vxor probare non posset vnde,quomodo & à quo acquisiuit,omnia præsumerentur esse de bonis viri:vt l.etiam.C. de dona. inter virum & vxo.& l.quamuis.ff.eod.tit.& ideo cauetur † esset vxori omnia ponere in inuẽtario protestan-
do tamẽ de iure suo, & propter hoc non intendit consiteri illas res ad maritum vel eius hęredes pertinuisse vel pertinere debere:& protestando ꝙ res quas de iure ad se apparebit pertinere tanquam suas proprias velit obtinere,ne aliàs sine protestatione simpliciter ponendo eas in inuentario videatur confiteri eas ad virum vel eius hęredes pertinuisse vel pertinere:vt C.arbi.tute.l.fin.quod confiteri non videbitur cũ præmissa protestatione quæ sibi cõseruabit ius in futurum.arg.ff.quib.mod. pig. vel hypo.sol.l.si debitor.§.j.& ff.de reli.l.at si quis.§.sed interdum.& arg.no.de materia protestationis per docto. in c.cùm M.Ferrari.de consti.& per Io.mo.& Io.And. in nouel.in regu.iuris.in generali.

De Accusationibus.

EPITOME.

1 *Priuatus ecclesia quæ est totum, censetur priuatus prioratu qui est pars.*

Decisio 1.

QVIDAM prętẽdens in quadam ecclesia fuisse factum prioratum & vicariam perpetuam quę haberet curam animarum: cum causæ cognitione fuit priuatus illa ecclesia per episcopum & ordinatum amodo esse regendam per vnum rectorem:& dictam ordinationem factam de prioratu & vicaria non tenuisse.ipse dicebat quòd cùm ipse esset prior & non esset priuatus prioratu,sed ecclesia: priuatio non tenebat.quęrebatur an bene diceret? Tenuerunt
1 omnes ꝙ nõ.quia † priuatus ab ecclesia,quæ est totum: per consequens censetur priuatus prioratu, qui est pars in ecclesia.& qualibet etiam sui parte etiã si illa ordinatio de prioratu & vicaria facta non fuisset cassata,vel declarata nulla.ergo multò fortius ex quo declarata est, ꝙ fuerat nulla,seu non tenuisse,&c.

De Hæreticis.

Decisio 1. *Similis est deci.1.eod.tit.in antiq.*

De Priuilegijs.

EPITOME.

1 *Exemptio an inducatur vbi papa concessit cœnobio monachorum,quòd ipsi & eorũ loca quieta libera & integra cum suis priuilegijs permanerent?*

Decisio 1.

PAPA † concesit cuidam cœnobio monachorum quòd ipsi & eorum loca quieta libera & integra cum suis priuilegijs permanerent. Quæritur an ex illis verbis inducatur exemptio? Alleg.pro parte eorum quòd sic.c.si papa.§.& est idem.de priuil.libr.vj.& per nota.per Innoc.de priuileg.recepimus. & per text. eodem titu.cùm olim.

De Sententia excommunicationis.

EPITOME.

1 *Excommunicatus per episcopum visitantem,ex eo quòd ipsum ad visitationem non admisit prętẽdens se exemptum, ante satisfactionem non debet absolui.*

Decisio 1.

VTRVM † episcopo excommunicante aliquem de iure communi subditũ: quia non permittit se visitare, vel non soluit procurationem? Vtrum ante visitationis debitam. sed ille prætendens se exemptum à visitatione vel præstatione procurationis appellet.& sic

prætendens excommunicationem iniustam pendente lite appellationis petat simpliciter se absolui. per c.cùm contingat.de offic.delega.sit absoluendus contradicente episcopo,qui super eo pro quo eum excõmunicauit fundat intentionem suam de iure communi.Maior pars dominorum tenuit q̃ non . quia quasi debet reputari excommunicatus pro manifesta offensa:nec simplex assertio sua qua prætendit se exemptum,vel negatio qua negat se teneri,reddit episcopi intentionem fundatam de iure communi dubiam.de quo plenius per Inno.de censib.venerabili.nisi aliàs pro parte excommunicati probaretur aliquid saltem semiplenè de intentione sua,propter quod redderetur intentio episcopi dubia:vt ibi not. Innocen.circa finem.

EPITOME.

1 *Canonici sæculares non gaudent priuilegio c.si quis suadente.*
2 *Eremita censetur persona ecclesiastica,licet nullam professionem emittat.*

Decisio 2.

1 VTrum † canonici sæculares gaudeant priuilegio seu immunitate,vt eas verberans sit excommunicatus?Quidam dicunt q̃ sic.quia quandiu remanent in tali statu,etiam si non sint religiosæ:sunt tamen personæ ecclesiasticæ vel Deo deuotæ.igitur gaudeant. arg.xvij.q.iiij.quisq;.& quod notatur de senten.excom. religioso.lib.vj.in fi.pen.gl.pro quo bene facit . xiij.q.j. 2 duo sunt.cum ibi no.pro quo . quia etiã † Eremita qui nullam facit professionem,& habet proprium,censetur persona ecclesiastica:vt no.Inn.in c.cùm monasterium. de elect.Alij dicunt q̃ non.quia earum status non est approbatus:vt in c.indemnitatibus.in fi.de elect.libr. vj.& de statu regu.c.fi.§.illas.in clem.imò reprobatus. xviij. q.ij.pernitiosam.igitur non merentur gaudere priuilegio immunitatis.arg.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.&.ff.de colleg.illici.quasi per totum . & vide quod de hac materia notat Io.And.in nouella.de maio.& obe dien.dilecta.vbi glo.de istis canonicis.& hanc opi. conseruat vt dicitur cancellaria , quæ non daret eis literas contra tales immunitates. Alij distingunt dicẽtes quòd tempore quo portant habitum canonicatus, puta super pellicium & in diuinis seruiunt Deo : tunc reputantur personæ ecclesiasticæ & gaudent priuilegio:sed quando exierunt & extra seruitium Dei sunt in domibus proprijs secus,argum.l.Item apud Labeonem.§.si quis virginem.ff.de iniuri.& extra de sentent. excom. si iudex laycus.lib.vj.ad idem ff.de aquę ductu.l.omnes.iunct.l. semper.ff.de iure immuni. & quod not. Ioan. Andr. de cleri.coniuga.c.Ioannes.

Decisio 3. *Simile est decis.23.eo.in antiq.*

EPITOME.

1 *Excommunicatus an possit accepta beneficium in vim gratiæ suæ.*
2 *Excommunicatus æquiparatur deportato.*
3 *Deportatus licet amittat ea quæ iuris ciuilis sunt : non tamen amittit ea quæ iuris naturalis sunt.*
4 *Deportatus potest eligere,acceptare & voluntatem suã exprimere in executione alterius præcedẽtis legitimæ dispositionis.*
5 *Acceptare est nuda expressio.quæ in solo facto consistit.*
6 *Excommunicato actus extraiudiciales non sunt ita prohibiti sicut iudiciales.*
7 *Excommunicatus non est capax beneficij ecclesiastici.*
8 *Prohibitum vbi aliquod perpetuo sit:omne aliud censetur pro hiberi per quod peruenitur ad illud.*

Decisio 4.

1 SCiendum est † quòd aliqui dicunt quòd excommunicatus potest acceptare beneficium ecclesiasticum cadens sub forma gratiæ sibi factæ tẽpore quo erat 2 excommunicatus † æquiparantes eum deportato. iuxta glo.Ioan.Andr.in capitu.decernimus.de senten.excom. vbi dantur remissiones ad scripta aliorum doctorum si- 3 milem æquiparantiam facientium.deportatus † autem licet amittat ea quæ iuris ciuilis sunt : non tamen amittit ea quæ iuris naturalis sunt:vt l. ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad Trebellia . nam vt ibi dicitur , deportatus 4 † bene potest eligere seu acceptare & voluntatem suam exprimere in executione alterius præcedentis legitimæ dispositionis : quia hoc consistit in solo facto , & hoc de iure naturali competit:vt clarè not.Accur.in d.§. si quis 5 rogatus.modo ad propositũ reducẽdo dicunt quòd † acceptare est nuda expressio , quæ in solo facto consistit. quare hoc permissam videtur excommunicato.arg.prędictorum. ad quod etiam inducunt notata per Inn.in c. veritatis.de dolo & contum.& ibi satis inueniri possunt 6 argumenta pro & contra. Domini etiam dicunt † quòd iste est actus merè extraiudicialis:& ideo non ita prohibitus excommunicato sicut si esset iudicialis : vt in c.solet.in fine de senten.excom.libr.vj. Nec obstat secũdum 7 eos si dicatur , quòd † excommunicatus non est capax beneficij ecclesiastici si tibi * conferatur. per cap.postulasti.de cleric.excom.mini. & ideo videtur quod † non 8 possit facere aliquod præambulum , per quod perueniatur ad illud. vt l.oratio.ff. de sponsalib.quia dicunt illud verum in prohibitione perpetua : secus in temporali: vt l. si quis officium.ff. de ritu nupt. & facit ad hanc solutionem quod notat Dyn.in regula . cùm quid prohibetur.de regulis iuris.libro sexto. Et sic dicunt de excommunicatione quæ propriè non potest nec debet dici perpetua sed temporalis : cùm excommunicatus absoluendus sit cessante contumacia.ad hoc de constitutionib.ex literis. cum ibi notatis. hoc tamen aliquibus non placet.

Addi. Gra. in tralla.de pensio.q.74. Milis in repet. to.sus in vo. excõmunicatus maiori communicatione.

* Aliàs, sibi.

DECISION. ANTIQVIOR.

FINIS.

DECISIONES PER R.^m PATREM THOMAM FASTOLI

AVDITOREM SACRI PALATII

IN VNVM REDACTAE.

CAVSA I.

ANNO domini M.cccxxxvj. pontificatus sanctissimiin Christo patris & domini, domini Benedicti papæ. xij. anno secundo die. xj. mensis Decembris fuit in rota propositum quoddam negotium spoliationis per dominum durandum in quo lectum fuit quoddam instrumentum productum ad spoliationem probãdam in illo negotio. & ostendebatur quidam libellus siue petitio quædam super spoliatione quadam facta per spoliatum lite pendente. nec ibi exprimebatur quo tempore spoliasset, vtrum ante spoliationem factam de ipso, an post. & petebat reus huiusmodi se restitui: & id qđ actum sic fuerat, retractari tanquam attentatũ lite pendente. Circa præmissa autem mouebantur hæc dubia.

EPITOME.

1 *Spoliatio an possit probari per instrumentum?*
2 *Crimen an possit probari per instrumentum?*

Dubium 1.

Spoliatus probatur eo ipso quod spoliatus probat de antiquiori possessione. Bal. in l. pen. col. vlti. C. si no tige. and. Alexand. in l. si dua. vti possi.

1 PRimò † an spoliatio posset probari per instrumentum: & tenebatur ꝙ sic. arg. extrà de restitu. spoliat. cùm ad sedem. versic. Nos prioris. & de ma. & obe. cùm in ecclesijs. licet ibi videatur notari contrarium in periurio. Et de hoc notatur, scilicet an † crimen per instrumentum possit probari. per Ioan. And. de iureiuran. c. fin. libr. vj. & de verbo. significationem. eod. lib. Item in iure ciuili nota. ff. ad Turpil. in senatus. & C. ad legem Aquil. contra negantem. prædictæ glo. omnes præter primam in decretali c. cùm in ecclesijs. probant ꝙ crimina possunt probari per instrumentum. Goffred. tamen probat contrarium in violentia & possessione in summa de clande. despons. ver. Illud autem no. & idem videtur recitare Ioan. Andr. post Hostien. de exceptio. cap. pia. in glos. super verbo viij. dierum. circa finẽ. ibi, sed de spoliatione no. &c.

EPITOME.

1 *Instrumentum in quo non apparet notarium esse rogatum, an valeat?*

Dubium 2.

1 SEcundum dubium erat † an instrumentum valeat si non appareret notarium esse rogatum. & tenebatur ꝙ in dubio præsumebatur ipsum esse rogatum. & hoc not. glo. in authenti. de tabel. §. nos autem credimus. super verbo iniungitur. contrarium videtur sentire Innoc. extrà de fide instrumen. c. j. ibi, non enim credimus, &c. & melius ibi. Item not. vtile, &c. licet ibi simul referat alios esse in opinione cõtraria: ibi, alij tamẽ, &c.

EPITOME.

1 *Instrumentum in quo non cauetur quòd spoliatio sit facta nomine illius contra quem datus fuit libellus, an probet?*

Dubium 3.

1 TErtium dubium erat † an instrumentum probaret cùm in eo nõ cauebatur ꝙ spoliatio esset facta nomine illius contra quem erat datus libellus nec ipso mediante? Et arguebatur ꝙ non, cùm secũdum formam narratorum in libello non erat probatum. arg. ff. de peti. hæred. si quis libertatem. in fin. & de iureiuran. si duo. §. Idem Iul. arg. C. de fideicom. li. l. fi. ff. cõmu. diuidun. vt fundus. de neg. gest. l. Pomponius in negotijs. §. fin. veruntamen tenebatur ꝙ licet non probaret instrumentum quò ad illum contra quem de spoliatione principaliter agebatur vigore interdicti vnde vi: vigore tamen canonis, reintegranda. iij. quæstio. j. dicebatur satis instrumentum sufficere.

EPITOME.

1 *Libellus super attentatũ in fine litis porrectus an admittendus est?*
2 *Spoliatus vltimo loco semper auditur.*

Dubium 4.

1 QVartum dubium erat † vtrũ illa petitio erat admittẽda super reuocatione attentatorũ, lite pendente & quasi in fine litis fuisset porrecta? Et
2 tenebatur ꝙ admittenda esset, ex eo ꝙ † vltimus spoliatus semper auditur quando nõ incontinẽti spoliatio sit secuta. extrà de ordin. cogni. c. fi. ff. de vi & vi. ar. l. iij. §. cùm igitur. & l. qui possessionẽ. C. ad leg. Iul. de vi. pu. l. si quis ad se fundum. cũ si. & consulebatur, & pro consilio tenebatur ꝙ daretur terminus. xv. dierũ reo huiusmodi, qui minus determinatè quò ad tempus locutus est ad probandum intentionẽ suam: & ꝙ ante omnia obscuritatem de tẽpore declararet. ar. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. & ar. extrà de resti. spo. frequens. li. vj.

CAVSA II.

ANno domini M.cccxxxvij. die lunę. xiij. Ianarij, propositũ fuit per Raynaldum in consilio de quadam bulla qua cõtinebatur d. Io. papam. xxij. gratiã fecisse episcopo Tarreceneñ. vt posset vnire mensę decanatus quodcunq; beneficium spectans ad collationem presentationem seu quãuis aliam dispositionem cuiusq; de sua diœcesi pro eo ꝙ decanus & ipse episcopus suggesserant papę ꝙ reditus decanatus ita erant tenues & exiles ꝙ ex eis decima minimè soluebatur. & hoc cõcesit papa sub his ꝙ videlicet beneficiũ, si quod vacat vel vacare contigerit. Item addidit si tibi videbitur. Ex his oriũtur hęc dubia: videlicet an vnio facta sine consilio & consensu capituli valeat, an debeat retractari. Itẽ an idem sit si nõ fuit vocatus patronus. Itẽ an vnio facta de nõ vacãte in hoc casu teneat. & sic tria sunt dubia.

EPITOME.

1 *Vnio facta sine consensu capituli an valeat?*
2 *Papa semp videtur facere gratiã absq; præiudicio iuris alieni.*

Dubium 5.

Requiritur cõsensus capituli vbi episcopus vult vnire beneficia vt habetur in c. pastoralis. in fi. de do. Abb. in c. sicut vnire. de excep. prælato.

1 PRimum dubium fuit ibi decisum pro maiori parte auditorum, ꝙ † videlicet in vnione huiusmodi debebat requiri consilium capituli. argu. extrà de his quæ fiunt à præla. sine consen. ca. c. j. & c. noua. & c. quanto. & eorũ quæ notantur extrà de elect. c. cùm ecclesia. & de arbit. cùm olim. nec obst ꝙ papa ipse per se scripsit nõ facta de capitulo mentione: quia † papa videtur
2 semper intelligere facere gratiã absq; iuris prejudicio alieni: vt ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. merito. & §. si quis à principe. C. de metropol. vica. l. j. & extrà de rescri. mãdatum. de offic. delega. super eo. de offi. ordi. licet. & ix. quæst. iij. nunc verò.

EPITOME.

1 *Patronus an debeat vocari in vnione facienda?*

Dubium 6.

Curtius in tra. iurisp. a. in ver. honorificum. in 4. col. ver. in quartũ etiam.

1 AD secundum † dicebatur per maiorẽ partem ꝙ patronus debebat vocari: quia potissimè sua interest. arg. l. nã ita. de adop. & l. his verbis. & de bo. aut. iu. pos. l. fi. de mino. in causæ. §. causæ. & C. si vt se abhære. abstin. auten. ad hęc. quę trahitur de corpore in auten. vt spon. lar. §. ad hęc. & ff. de aqua plu. arcen. in cõcedendo. cũ si. & bene facit ff. de na. resti. l. iij. & fi. sed cõtra videtur de offi. vi. ad hæc. in glo. j. in fi. Sed ibi nõ est tantum præiudicium in ordinatiõe vicarij, sicut hîc. quidam ramẽ volunt distinguere, an sit patronus laycus: & tunc non teneat vnio ipso vocato: an clericus: & tunc secus. vt aliàs. in simili distinguitur extrà de of. leg. dilectus. & de iure pat. cùm dilectus. Sed ibi loquitur in collatione, vbi minus est præiudicium quàm in vnione.

EPITOME.

1 *Vnio de non vacante an teneatur.*

Dubium 7.

1 TErtium dubium videlicet † an vnio teneat de non vacante. Decidebatur negatiuè℘ nõ tenebat, propter formam mandati, cuius fines seruandi sunt. ff. man. diligenter. extrà de rescript. cùm dilecta. & in vj. de preb. cui de nõ. licet aliâs vnio posit fieri de vacaturo: vt patet extrà in c. de cõsultationibus. ij. responso. de resti. spo. cùm venissent. Et ad hoc quod videtur præmissis decisiõibus obstat, ℘ in grãtia subditur, si tibi videbitur. videtur propterea ampliare potestatem episcopi quòd ad hoc quòd vnio fiat alijs nõ vocatis quorum graue præiudicium vertitur: quia non ex his verbis datur sibi plenius arbitrium: sed reducitur ad arbitrium boni viri. arg. optimum. ff. de lega. iij. fideiusso. §. quanquam. & de ope. li. si libertus. de præb. hodie. in fi. cũ si. & facit bene extra de rescrip. cũ aliquibus. j. & ij. respon. & vide quod ibi not. Io. An. super ver. ad eosdem. sed nunquid vnio est irrita vel irritanda. & apparet casus quodammodo extrà de iure pa. illud. in fi. sed ibi loquitur in collatione beneficij vt beneficij: & ibi fortè aliud quàm hoc casu.

CAVSA III.

Die mercurij. xv. eiusdẽ mensis fuerũt acta quinq; dubia.

EPITOME.

1 *Prior claustralis an posit suum monachum vagabundum, vel aliàs criminosum per viam iuridicæ cognitionis punire?*

2 *Consuetudo potest tribuere iurisdictionem.*

Dubium 8.

1 PRimum † an prior claustralis posit suum monachum vagabũdum, vel aliàs criminosum per viam iuridicæ cognitionis punire & excommunicare? Et in hoc videtur distinguendum, an prior habeat in loco superiorem abbatem, an non: vt in primo casu non possit, secũdo sic. iuxta ea quę habentur & notãtur extrà de offi. ord. c. quãto. per Ber. & Inno. aliosq; doctores. & de maio. & obe. c. cùm in ecclesijs. & de sy. sicut. sed quicquid sit de iure standum est in hoc consuetudini, cùm
2 † & ipsa posit tribuere iurisdictionem C. de eman. li. l. j. & vlti. de diuer. offic. l. vniuersorum. & ix. q. iij. conquestus cum simi. & attende distinguendo inter ea quæ respiciunt regulam, & quę non: vt bene no. per Inn. in c. quanto prædicto.

EPITOME.

1 *Iudex an pronuntiare debeat appellationem desertam interpositam à grauamine extraiudiciali, non obstante quòd pronuntiatum fuerit eam esse ad curiam deuolutam?*

Dubium 9.

1 SEcundum dubium erat † an cum appellant à grauamine extraiudiciali, si probetur appellatio esse deserta, puta quia appellans non fuerit prosecutus per annum & vltra, an iudex qui de appellatione cognoscit, debeat pronuntiare desertam non obstan. quòd pronuntiatum fuerit eam esse ad curiam deuolutam? Quidam dixerunt vt Francisc. de Ame. quòd ratione interesse debeat sententia ferri: puta si multas expensas fecisset. argumen. C. de sen. quæ pro eo quod interest proferuntur. l. prim. & ff. de æden l. vbi cum simili. & facit bene extrà de rescript. ex parte. in fin. alij vt Aegid. de bene. dixerunt quòd licet posit iudex causæ pronuntiare desertam: tamen sub dubio fortè dicebat expedire quòd non pronuntiaretur: quia iam principale negotium fuerat introductum, cui præiudicium fieri videtur, si pronuntiaretur super desertione prædicta: & sic non videtur tanquam præiudicialis quæstio audienda. argumen. in simili ff. de petitio. hæredita. diuus. §. final. & l. si quis libertatem. de except. si post. Tertij & maior pars hoc tenebat quòd pronuntiari debebat super desertione: quia de qua re cognouit iudex, & c. de iudic. l. de qua re. & extrà de causa possessionis & proprietat. capitu. cùm super. in fin. & allegabatur pro textu extrà de appellation. capitul. sicut appellationem. in clementi. & hæc videtur verior opinio: cùm tamen doceretur de interesse appellati. vnde bonum esset super hoc interrogationem fieri, & sic erat obtentum per maiorem partem argumen. iurium prædictorum.

EPITOME.

1 *Ius reuocandi domum an habeant præsentes in romana curia. si agatur de causa quæ sapit crimen.*

Dubium 10.

1 TErtium dubium † erat ex eo quòd quidã frater de ord. seruorum ingressus fuerat ordinem sancti benedicti Florentiæ, idem verò frater incusabatur super eodem facto & reuocabatur ad certos fratres ordin. seruorum prædicti, qui fratres obtinuerunt sententiam in partibus contra fratrem huiusmodi monachatũ: ipse autem appellauit ad curiam romanã & causam huiusmodi introdixit: & citatis ac comparentibus fratribus supradictis dedit cõtra eos libellum in causa appellationis præfata. verum ipsi porrexerunt & dederunt quandam exceptionem super iure reuocandi domum, pro eo videlicet quòd alia de causa ad curiam romanam venerant: puta missi pro alijs arduis causis monasterij sui & ordi. & dubitabatur an huiusmodi exceptio deberet admitti. Et dicebatur quòd non. quia non erat causa sufficiens quare domum deberent reuocare. Nam licet pro causis arduis essent missi: non tamen apparebat ℘ causæ essent tales, ex quibus quis haberet ius reuocãdi domum per id quod habetur ff. de iud. l. ij. §. legati. & in auten. de sanctiss. episcop. §. reuerendissimi verò apocrisarij. & §. si verò episcopi. quòd possent venire vt ageret, non vt conuentionem aliquam sustinerent. & sic ius reuocandi domum vendicare non possent: vt in d. §. lega. & in §. sed si agant. & argumen. eorum quę notantur secundum Inn. extrà de foro compe. c. licet. in magna gl. & de hac materia vide in Specu. de reo. versic. Item legati. & in sum. Hostien. de exceptioni. §. final. versicul. Item effectus. & versicu. sequen. Item & alia ratio videbatur mouere, videlicet sapere crimẽ: & sic etiam si essent in honore ministerio, vt publico constituti non videtur quòd habeant ius reuocandi domum, saltem quando debeant satisfdare de iudicio sisti. argumen. ff. de appel. si adulterij. §. fi. licet sit contra. ff. de accusa. l. hos accusare. in princ. Sed Gul. durandi hoc habet pro expedito, ℘ omnes qui aliàs habent ius reuocandi domum, etiam accusãti si possint iurare. & not. in Specul. de accusatio. versicul. Item nec legatus. & versic. Item non possunt in sum. habes. de accu. §. quis accusari. versicul. primo excipiuntur. & ver. quod ergo. ibi, nec hj, & c.

EPITOME.

1 *Beneficia capellanorum papæ morientium extra curiã an censeantur vacare in curia, vbi in bullis suis adsit vt apostolici fauoris & gratiæ munere perfruaris, stante reseruatione subsecuta per alium pontificem?*

2 *Ratio debet vires & significatum verbi propositi ampliare, vbi ampliatiua ratio fuerit.*

3 *Beneficia morientis extra curiam an vacent in curia post reseruationem.*

Dubium 11.

1 QVartum † dubiũ erat tale. Papa Io. xxij. concessit cuidam capellaniam sub bulla per huiusmodi verba, te in capellanum nostrum recipimus, & in capellanorum nostrorum consortio aggregamus, vt apostolici fauoris & gratiæ munere plenius perfruaris, & c. quęrebatur an huiusmodi capellano extra curiam mortuo censeantur beneficia sua vacare in curia propter reseruationem quàm fecit Clemens. v. de beneficijs capellanorum. & tenebatur per omnes quòd per mortem Io. papæ hic capellanus superstes esse non desijt capellanus, & hoc propter rationem adiectam illius scilicet, vt apostolici seu sedis apostolicę & c. Ratio enim † debet vires
2 & significatum verbi propositi ampliare, si ampliatiua ratio fuerit: vt ff. de lega. ij. cùm pater. §. dulcissimis fratribus. & de leg. iij. nomen debitoris. §. fina. de acqui. poss. si is qui. C. quæ sit long. consue. l. j. & fin. Item facit l. iurisperitos. ff. de excusatio. tut. in prin. C. de prin. agen. in rebus. l. principes. Nec obst. ff. loc. l. iiij. quia ibi sunt verba quò ad dis. vellet, & c. quæ verba habent reflexionem & respectum ad certam personam, qua deficiente voluntas declarari non potest. de ac. & ob. sub ac. cum simi. & eodem modo respondet. ad l. de conditio. & demonst. si ita expressum. & de leg. j. si ita. §. illi si nollet. cum simil.

sic etiam

sic etiam respondetur ad c. extrà de rescript. si gratiosa. quia ibi est simile verbum: puta, ad beneplacitū nostrum Item alio modo respondetur quòd ibi loquitur in materia odiosa & exorbitante à iure communi. argum. l. cùm quid. ff. de lib. & post. & extrà de re. iur. c. ea quæ à iure. Nec obst. ff. de exec. l. fi. quia ibi si non exercet officium stat per eum: & ideò sibi præiudicat. ff. de cōd. & demon. inter. de contr. emp. l. Labeo. Sed adhuc remanet dubiū,

3 an † beneficia morientis extra curiā vacent in curia per dictam reseruationē, & distingue an Cle. reseruauit beneficia omnium capellanorum, an capellanorum simpliciter, an capellanorum commensalium. si omnium, expedit. est. arg. illorum quæ not. ff. de leg. iij. l. quæsitum. §. illud. & l. hæres meus. §. duo. Item eius quod no. eod. ti. l. Iulianus. in prin. Item e. tit. l. si cui. & de au. & arg. leg. prædictis. §. Labeo. secundo casu idem, cùm sit ratio eadem mouendi principem vbiq; ad reseruationem & huiusmodi faciendā si idem ius debet habere. ad leg. Aquil. l. illud. In tertio casu reseruatio tantū stabit in terminis

1 suis ad beneficia commensalium restringatur. ff. de exercito. l. j. §. is qui nauem. versi. in re igitur dubia. de leg. iij. non aliter. & de suppel. leg. l. Labeo. cum simil.

EPITOME.

1 *Appellatus in causa beneficiali an possit prosequi causam appellationis non obstante quòd sibi infra mensem intimata non fuerit.*

2 *Certus certiorari non debet.*

Dubium 12.

1 QVintum dubium erat duplex: Videlicet, † an appellatus in causa beneficiali posit prosequi causam ipsius appellationis in curia in pœnam contumaciæ appellantis non obstante quòd appellatio infra mensem intimata non fuerit appellato * & an talis appellatio possit deuoluere in fauorē appellati, & in odiū appellantis. Item dubitabatur sub eodem proponente & scribēte. an libellans super inquietatione & perturbatione & super eis cō. ludens satis probet, si constet per producta reum appellasse à prouisione appellati agentis, & ab inductione possessionis, qua appellatus est, beneficij possessionē adeptus, cùm nulla alia perturbatio sit probata. Ad primum videtur ꝙ talis appellatio non posit deuoluere per decre. causam electionis. de elect. in cle. ibi, tunc demùm ad sedem, &c. & in eod. c. ibi, intimatio non aliter facta omniū, & c. ex quibus videtur velle ibi cōstituens ꝙ nullo modo & nulli valeat appellatio, nisi seruetur forma dictæ decr. quia qui omne dicit, nihil excipit. ff. de penu. leg. l. non omne. & not. C. mand. l. à procurato. re. in glo. & facit optimè ff. de postul. quos prohibet. & insti. qui. ali. lic. vel non. in prin. in secūdo respōso cum si. Contrariū tamen inconsultum est. & hoc tenet d. Aegid. de beneuento. idem etiam videtur tenere Io. And. in d. c. causam electionis. in glo. ꝙ ergo no. Inno. & c. circa fi. ibi quære consulo & c. & ita videtur si veniret contra.

2 & pro hac parte videtur facere rationes. primò. ꝙa † qui certus est, certiorari non debet. vt ff. de action. emp. l. j. §. venditor. & §. fi. de ædi. edict. l. j. §. ommem. & l. si tamen si qui et. extr. de re iudic. eum qui. si ergo appellatus iam est certus de appellatiōe: frustrà de alia intimatiōe quēri videtur. & ad hoc optimè venit tex. in decr. causam. circa fi. ibi, nisi ad appellatū, & c. vbi videtur sufficere qualitercunq; veniat ad notitiā appellati. Sed ad istud argum. potest faciliter responderi, & etiā ad dictum tex. c. quia in decre. causam. non simplex certioratio requiritur: sed quòd infra certū tempus, vt patet in primo respōso eiusdem c. & in prædict. ver. nō. Si verò infra dictū tempus

2 fuisset certioratus, & haberet certā plenam notitiam de appellatione: videtur satis concludere argumentū prædictum. Verum alia secunda ratio videtur quæ fortius vrget: quia quod fauore alicuius introductū est, & c. & licitum est vnicuiq; renuntiare iuri pro se introducto. C. de leg. l. quod fauore. de pactis. si quis in conscribendo. & ff. de pact. l. pactum. & de minorib. l. si iudex. cum si. Sed dicta decre. prouidet appellato non appellanti: vt patet in fin. d. glos. ibi, solutio apposita, & c. vbi hoc expresse dicit Io. An. ergo videtur ꝙ liceat appellato vti appellatione, & si non fuerit intimata. Nec obst. l. quos prohibet. quia ibi prohibitio fit propter honorē prætoris & propter im probitatem postulantium: vt ibi no. Item nec illud insti. qui. ali. licet. quia ibi expresse ponitur pro causa speciali, fragilitas mulierum, quæ hîc cessat. ad text. decre. causam. ibi, tunc demùm & c. & ibi, intimatio non & c. dico ꝙ ille text. habet intelligi secundum intentionem disponentis, & causam disponendi. de deci. ex multiplici. & c. ad audientiam. & de præben. c. fi. & de rescript. mandatum. & mentē legis potius quàm verba debemus attendere. ff. de legi. l. scire. & de adimen. leg. l. iiij. §. conditio. & C. de li. præ. vel ex. l. iij. xxviij. dist. c. omnes. & c. sedlò. cùm igitur cond. intentio fuerit prouidere appellato, videtur sufficere talis certificatio de qua ipse reperitur

* Alibi, appellanti.

EPITOME.

1 *Libellans super perturbatione & inquietatione, an obtinere possit probando reum appellasse in prouisione appellati agentis & ab inductione in possessionem?*

Dubium 13.

1 SEcunda pars dubij erat, an libellans, & c. vt suprà patet. ad quam dicebatur consulendo ꝙ sufficiens erat probatio inquietationis si doceretur reum, vt præmittitur appellasse. & pro hoc allegabatur glo. Compost. de elec. c. statuimus. li. vj. superverb. impugnat. & de rescri. c. mandatum. in iij. glo. super ver. prosequi. ver. sed nunquid, & c. & de hoc in Spe. sub rubrica. de act. & peti. §. super actionibus. ver. sed quæritur. & versic. sed quòd ordo debet. & versi. sed nunquid.

EPITOME.

1 *Iudex dicitur iniuriam inferre, si iniustè aliquem excommunicat: & tenetur ei ad damna, interesse & expensas.*

2 *Excommunicationis sententia tribus modis dicitur iniusta.*

3 *Iniuriæ æstimatio debet per iuramentum taxari.*

4 *Iudex malè iudicans tenetur ad damna, expensas & interesse.*

CAVSA IIII.

Dubium 14.

1 EOdem mense die veneris xxiiij. positum est in consil. tale factum. † Quidam pro certa summa pecuniæ quam dicebant ipsum debere ex causa emptionis cuiusdam domus, prætendebat se esse excommunicatum iniustè: imò prætendebat processum pronuntiari nullum, & ipsum iudicem ratione iniusti processus, nec non iniquæ renuntiationis & actionis ac etiam iniuriæ sibi actionem * præmissorum illatæ petijt condemnari in damnis, interesse & expensis. Et tenebatur per maiorem partem: imò quasi per omnes, quòd iudex huiusmodi debeat condemnari parti querelanti in damnis & interesse: & quòd bona erat cōclusio quò ad iniuriam. Item quòd nullus erat processus. & hoc vltimum sic probatur. quia de processū præcedente sententiam diffinitiuam non apparebat, quæ sententia prætendebatur super debito esse lata: licet iudex processum præteuderet de quo aliqualiter non constabat: & sic sententia procedere non potuit, nec tenere, cùm processus præambulus non patebat. argumen. extrà de probationib. capitu. quoniam contra falsam in fin. & eorum quæ ibi not. per Bernard. & Innocen. & vide quæ not. per eundem Innocen. de offic. delega. capitu. cùm in iure. super verbo, de mandato. & facit extrà de fide instrumento. cap. j. C. de mand. princ. l. j. & de arbit. l. ne in arbitris. §. sin autem cum. & vide quod de huiusmodi puncto tangitur in Speculat. de sententia & his quæ ipsam sequuntur. §. vt autem. versi. & not. secundum quosdam. & de probationib. §. fi. versi. sed pone. & de instru. æditio. §. restat. versicu. in summa si recitè. de sentent. excommunic. licet saltim dicebatur quòd

2 cùm † sententia excommunicationis tribus modis dicitur iniusta esse, ex causa, ex animo, & ex ordine: vt not. extrà de senten. excommunica. sacro. super verbo, iusta. & per Hostien. in summa. eod. ti. §. quis sit eius effectus. versicu. si verò iniustè. & de his tribus modis habetur xj. quæsti. iij. §. quod ergo. & §. cùm ergo. & capitu. si episcopus forte iracundus. per cōsequen. ergo sententia censetur iniusta: vt dicto capitu. sacro. & eod. tit. capitu. cùm medicinalis. lib. vj. Ex his concludebatur ꝙ conclusio super iniuria facta debebat procedere. quia videbatur dolus præsumptus: ex hoc potiſſimè, quia is ad cuius instantiā dicebatur excōmunicatus, confessus fuit ad suam petitio

* Actionem. aliàs rationē.

nem hoc factum non esse: sed sic iudex facit ꝙ sciuit se facere non debere. arg. ff. de oper. l. si procuratorem. §. fi. & ad leg. Falcid. dolo. & C. de iniur. l. si non conuitij. & ad leg. Cornel. l. j. §. diuus. Et ex re. nam ex re cõcernendum est quo quis animo fecerit: vt ibi & not. ff. de iniur. l. illud. j. respon. Ita ergo excõmunicans iniuriarum tenetur: vt no. xj. q. iij. c. illud. & † debet æstimatio iniurię per iuramentum taxari. iuxta quod no. ff. de iniu. l. iniuriarũ æstimatio. & ar. eorũ quæ no. ff. quod vi, aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. & insti. de ver. obl. §. fin. & in Spec. de fruct. & interes. §. viso. versi. j. & antepenult. & ex præmissis etiam patet multò fortius quòd iudex † sic malè iudicãs tenetur ad dãna, expẽsas & interesse: vt pater de senten. excom. sacro. §. cunque. & ad hoc. ff. de var. & extra. cog. l. si iudex. & de iudic. l. si filius. & insti. de obl. ex quali delic. in prin. cum simi.

2 3 4

CAVSA V.

DIe lunæ. xxvij. eiusdem mensis Ianuarij propositum est per dominum Durãdum factum tale. Petitionem quarundam religiosarum quæ corã ordinario produxerant quoddam instrumentũ in quo prima facie continebatur de quadam ordinatione facta per fundatorem locis super multis quæ dictæ religiosæ debent percipere pro alimentis & sustentatione ipsarum à quodam qui erat deputatus præceptor ibidem. præfatus ordinarius viso & intellecto huiusmodi instrumẽto motus ex informatione ipsius mandauit monendo præceptorem prędictum quatenus sub pœna excõmunicationis quòd extũc &c. satisfaceret religiosis præfatis infra certum terminũ super illis quæ petebant vigore instrumenti præfati, à qua monitione per partẽ aduersam extitit appellatum ad archiepiscopum Bituricen. qui erat metropolitanus, seu ad papã. demũ causa est introducta in curia romana, & libellus duplex datus pro parte religiosarum: vnus super possessorio quo se tanquã spoliatas petebant reparationẽ superflui numeri dominarũ, quas dicebant heredem patroni contra ordinationem fundatoris ibi posuisse: super his igitur multa dubia vertũtur.

EPITOME.

1 *Monitio sub pœna excommunicationis an requirat prius vocationem partis?*
2 *Alimentorum causa dicitur summaria.*

Dubium 15.

1 PRimũ † an dicta monitio teneuit, & sit iusta? Et tenebatur per. x. quòd monitio de iure processit: maximè cum de alimentis & de alimentatione dominarum agebatur, vbi † sufficiebat processus summarius. arg. ff. de fer. l. eadem oratione. & de his qui sunt sui vel alie. iur. l. si iudex. & de libe. agno. si quis à liberis. §. si vel parens. & §. meminisse. & C. de his qui à nõ domino manu. l. fi. & sic videbatur eis quòd non oportebat partẽ aduersam ante monitionem vocari. & pro eis bene facit ff. de bo. po. ei quando. l. iij. §. si causa. in glo. magna: ibi, sed nunquid &c. & cum gl. ibidem videntur tenere Dyn. & Ray. & facit pro hoc ff. qs ordo. in bo. pos. ser. l. ij. §. dies. in textu. & in glo. Sed. xj. dicebant sibi videri quòd pars ante monitionẽ debebat vocari. ar. C. vt ab hæredi. se abstinenti. ad hæc. aliâs incipit, si omnes. & originaliter in aut. de eccles. iast. titul. §. ad hæc. & de bo. aut. iu. pos. l. fin. de minor. in causæ. §. causa, & si cui plus quàm per leg. Falci. l. j. §. cùm dicitur. & ille text. optimè facit. quia licet carta vel tabulæ testium appareant, & de his iudex fuerit informatus tamen legatarij & creditores debent vocari: vt ibi patet. & pro hoc bene facit clem. sæpe. §. citationem. de verb. signif. debet enim pars citari, ne veritas occultaretur. & facit quod not. in Specul. de sentent. §. vt autem. & iij. quæst. ix. c. omnia.

2

EPITOME.

1 *Libellus alternatiuus an procedat?*
2 *Contrariorum eadem est disciplina.*
3 *Dictio, aut. est ampliatiua.*
4 *Dictio, seu. ponitur correctiuè.*

Dubium 16.

1 SEcundum dubium erat, an † appellatio prædicta alternatiua procederet? R. per d. Aegi. dicebatur legitima, per præsupposita, quia si monitio legitima: ergo appellatio illegitima. quia † cõtrariorum eadem est disciplina. ar. ff. de aur. legat. l. qui accusare. & de his qui sunt sui vel ali. iu. l. j. in prin. cũ sim. Alij omnes. ix. idem tenebant: sed per aliã rationem. videlicet, quia alternatiua, & sic incerta. vnde appellãs videtur vagari cũ discrimine alieno, ꝙ nõ licet. ar. ff. de iniurijs. l. prætor edixit. §. quod autem ait. & de stip. ser. l. quod si ita. & de excus. tut. l. tutor ita. & de cõfes. l. certũ. iij. rubrica. & facit extrà de elect. c. ij. li. vj. & eo. ti. c. quis duas. vbi hanc partẽ tenet Ioan. And. nisi appellans haberet causam probabilem dubitandi. iuxta l. ff. quorum le. l. j. §. quia autẽ. & de hoc etiam plenius nota. per Io. And. eod. tit. de electio. si is qui. eod. lib. & per has glo. hæc pars ab alijs tenebatur. Sed xj. scilicet arguebat ꝙ appellatio teneret. & primò, quia † dictio, aut. quæ in ea ponitur est ampliatiua: vt ff. de aur. & arg. l. si quis ita legauerit. & l. quintus Mutius. circa fi. & no. ibi glo. super verbo, sententia. sic etiã quod dictio, aut. stat ampliatiuè no. per Archidia. extrà de lit. contest. c. exceptionis. & quidam vt P. Fer. dicebant hoc verum cùm ponitur inter cõpatibilia: vt in l. si quis ita. aliâs secus, vt hîc. hoc verum cùm ponitur inter genus & species: & cõtinens & contentum. & sic propriè loquitur l. si quis ita. & decre. prædicta exceptionis. circa princi. aliâs secus: vt in d. l. quintus. videtur sentire gl. super verbo, sententia. & pro hoc extrà de stat. re. c. j. §. porrò. vbi † seu. ponitur correctiuè. prout no. ibi per Archi. Secũda ratio huius vndecimi erat, quia alternatiua. si alternatiua dici debet, hîc ponebatur inter inferiorẽ & superiorem & inter personas: & sic videtur verificãda appellatio pro maiori & superiori. ar. ff. so. ma. Caius. vbi auus maternus stipulatus est Seiæ nepti suæ, aut sibi decẽ reddi, & sic ipse videtur adiectorius: & tamen sibi obligatio & directa actio dabitur. & facit qđ not. per Pet. de bella pertic. ff. de leg. ij. si ita relictum. §. fin. & hanc partẽ tenet Spe. sub ti. de ap. §. nunc tractemus. versi. quid si dicat Gul. Va. tenet primam partẽ in appellatione iudiciali, secundã in extraiudiciali. & sic recitat Iõ. And. in dicta decre. si is qui. & Paulus post eum. & tenebãt auditores prædicti quòd appellatio de qua hîc agitur, est extraiudicialis: & sic dicta opinio Gul. Va. faceret contra eos.

3 4

EPITOME.

1 *Interdictum vnde vi non competit directè, nisi pro rebus immobilibus & corporalibus: sed loco eius datur vtile.*

Dubium 17.

TErtium dubium, an dictæ dominæ debebant restitui in possessorio quo dicebãt se spoliatas possessione vel quasi iure præcipiendi illa quæ secundũ ordinationem prædictã debeant præcipere à patrono singulis annis. Et videbatur prima facie ꝙ non. quia † interdictum vnde vi non cõpetit directè, nisi pro rebus immobilibus & corporalibus: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. dicimus. in prin. cùm autẽ. ff. de acq. rerũ domi. seruus. §. incorporales. & de serui. l. quoties. cũ simi. & optimè facit ff. de vsufruct. l. sequitur. §. si man. tamẽ tenebatur quòd debebant restitui. quia licet nõ habeat locũ interdictum directum: vtile tamẽ potest locũ habere. & hoc denotat verbum, iure. quod est in fi. dicti. §. si man. & dic ibi iure. id est propriè. & quod vtile detur etiã pro iure: puta, pro vsufructu, seu pro quasi possessione ipsius, probatur ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi interdictum. & extrà de relig. dom. constitutus. de causa pos. & prop. cũ occasio. cũ sim.

1

EPITOME.

1 *Patronus an possit augmentare numerum deputatarum ab initio limitatum a fundatore?*

Dubium 18.

QVartum dubium erat † an ipse patronus poterat augmentasse numerũ dominarum in loco. Et tenebatur quòd non. quia secundum vires earũ quę eis ab initio fuerant deputatæ, erat numerus in fundatione limitatus ad. l. & iuprà vires prædictas non debebant aliæ superaddi. ar. C. de sacrosanct. eccles. non plures. & in autent. vt detur. sit nu. clausuli. §. si quis autem. versicul. nam si non &c. col. j. & extrà de constitut. cùm in. vbi de hoc. & ad hoc bene facit quod alibi dicitur. quia vltra vel contra legem locationis frui desiderans non auditur. ff. de lo. pa. fru. l. j. in fin.

1

EPITO

EPITOME.

1 *Attentata per tertium nisi iurisdictionem iudicis ad quem impedirent, non debent per viam attentati reuocari.*

2 *Appellatio extraiudicialis non operatur in fauorem attentatorum.*

Dubium 19.

1 QVintum dubium erat an † processus factus per episcopū lite pendente in curia contra aduersarios dominarum debeat reuocari per viam attentatorum. Et dicebatur quòd non. quia in libello attentatorū prætendebatur huiusmodi esse attentata ad petitionem & contemplationem dominarum. Sed non probatur. vn de res inter alios, &c. vt C. res inter alios acta. in rubro & nigro. extrà de re. iudi. cap. quamuis. cum simi. & mouet etiam. quia tertia persona fuit quæ attentauit: vnde non videtur debere per auditorem appellationis reuocari per viam attentati: vt not. Io. And. extrà de appellat. non solùm. super verb. reducendum. nisi iurisdictionem iudicis ad quem appellatum extitit impediret. de offic. deleg. c. j. & hoc maximè corroboratur ex eo quòd prædicti audito. dicebant vt præmittitur, quòd † hæc appellatio erat extraiudicialis: & sic talia attentata reuocari non debent per modum attentati, sed pendent ex euentu futuro. argu. extrà de elect. cùm inter R. & c. consideramus & c. cùm nobis olim. & not. in dicto verbo, non solùm. per per eundem & idem tangit Aegi. & ad hoc ea quæ not. per Inno. extrà de excep. dilectis. & per Ioan. mo. extrà de elect. cupientes. circa fi. super verbo, gratia. ibi, sed pone & c. & facit bene pro prima ratione. ff. de lit. g. l. j. §. j. & de rei vendic. is à quo. cum l. seq.

2

CAVSA VI.

DIe mercurij xxix. Ianuarij per d. Odomarum & est factum tale. Dominus cardinalis Auinionē. tempore papę Io. xxij. prouidebat cuidam domino Gerardo de archipræsbyteratu cuiusdam ecclesiæ spectante ad collationem suam ratione cuiusdā prioratus quem habebat in beneficium à papa. Io. quidam miles præsentauit quendam clericum ad eundem Archipræsbyteratum, & ad eandem præsentationem ipse fuerat institutus. Verum cùm dictus dominus cardinalis obtinuit causam illam committi cuidam audito. curiæ, & coram eo quidam procurator comparens nomine ipsius cardinalis & etiam nomine dicti domini Gerardi petijt in libello pronuntiari per audito. ius competisse & competere dicto cardi. tanquam priori talis loci conferendi dictum archipræsbyteratum, & de eo, &c. prouidendi: & petijt etiam pronuntiari pro iure Gerardi & pro non iure partis aduersæ. demùm lite contestata iurato de calumnia hinc & inde & etiam positionibus & articulis datis per partes, cardinalis moritur: & post tēpus in prioratu prædicto alius in priorem præficitur, & per illum alteri de archipræsbyteratu prædicto prouidetur. Ex his dubitatur de duobus.

1

EPITOME.

1 *Successor an debeat admitti ad causam inchoatam per prædecessorem suum?*

Dubium 20.

1 PRimò an iste † debet audiri & admitti. Et dicebatur quòd sic per omnes. quia iste successit in locum cardinalis: & ratione dignitatis seu officij in quo ipse prior succedit, censetur eadem persona: & sic debet succedere in lite, & admitti ad litem. argu. ff. de re. iur. l. qui in ius alterius. & de æden. l. quidam. §. j. extrà de fo. competen. c. dilecti. & faciunt quæ not. extrà de rescrip. significauit. & de re. iur. si quis in ius. per Io. And. in vj. & dicebatur per quosdam quòd si nolebat prosequi procurator huiusmodi successoris debet dari terminus ad cōcludendum vel ad dicendum, quare non debet concludi & hoc verius. quia per hoc nulli fiet iniuria. vera enim executio non habet iniuriam ff. de iniur. vel iniur. §. j. & ij. & §. quædam. & si quis omiss. causa te. quia aut. §. si patronus. in fi. cum simil.

EPITOME.

1 *Absolui ab instantia defuncti reus petens non est audiendus.*

2 *Separatorum autem separata ratio esse debet.*

3 *Instantia cum mortuo nulla esse debet.*

Dubium 21.

1 SEcundum dubium an † ex quo dictus dominus Gerardus iam erat mortuus ante creationem noui prioris: nunquid saltem quò ad dictum Gerardum lite pendente quò ad priorem dictus institutus per episcopum ad præsentationem militis possit petere se absolui ab instantia iudicij? Et quidam vt Bene. de no. & P. dixerunt quòd sic. quia causæ & capitula ac personæ causam separatam habere videntur. argumen. ff. de minorib. l. etiam. §. ex causa. cum ibi not. & ff. famil. erciscund. in hoc mundo. separatorum † autem separata ratio esse debet: vt C. de donatio. inter virum & vxorem. si maritus. ff. da calum. l. fin. & pro empt. l. qui fundum. §. si fundum Cornel. cum simil. Sed alij tenebant contrarium. tum quia causæ erant connexæ non separatæ, & sub eodem libello contentæ. argumen. dict. l. in hoc mundo. cum sua materia. & argum. C. de ordi. iudi. l. j. & de ordine cognition. l. ij. cum sua materia. tum quia non intererat petentis, vt sic absolueretur: & sic non debet admitti. argumen. ff. de act. & obliga. is qui. manda. l. si procura. §. si mandati. & ad exhib. l. tigni. §. fi. vbi de hoc. & de seruo cor. l. doli. §. fi. Item quia sententia fertur contra defunctum: & sic nulla esset. ff. de iudic. l. de qua re. §. fin. & quę senten. sine appellatio. rescin. l. j. de re. iu. l. Neratius. secus fortè si pro eo saltem ad effectum libertatis: vt ff. de fideicomm. lib. l. cùm quasi. in principi. & not. in dicta l. j. & ff. de re iudic. l. in summa. §. fin. & dict. l. de qua re.

2

3 Item † instantia nulla est cum mortuo, nec potest esse: vt patet dicta l. in summa. §. fin. & de iudic. l. tam ex contractibus. vnde ab illa quæ non est, absolui non potest. argumen. ff. de iniusto rupt. & irri. testamen. l. nam & si. §. post defectum. & de verbor. obligat. l. decem. & de ædili. edict. l. bouem. §. j. cum si. de vsufruc. l. Sempronius. primo respons. & ideò, &c. & de conditionib. & demonstr. tunc. ij. in princip. Secundo loco propositionis mouebatur. a. d.

EPITOME.

1 *Permutatio facta in fraudem expectantis apostolici an censeatur, vbi constitutus procurator ab aliquo octuagenario ad resignandum in curia ex causa permutationis in manibus vicecancellarij resignauit & permutauit cum eius consanguineo, cuius beneficium non valebat tertiam partem beneficij adepti.*

2 *Exempla considerare debemus quatenus lege firmantur.*

Dubium 22.

1 TErtium dubium est tale. † quidam impetrauerat à papa Ioan. xxij. gratiam ad proximè vacaturum in certa ecclesia etiam si dignitas, &c. demùm archipræsbyter illius ecclesiæ maior octuagenarius graui infirmitate detentus, ex qua mortuus est, cōstituit procuratores ad resignandum in curia ex causa permutationis & permutandum cum alio, & de his est articulatum. demùm procurator prædictus in curia resignauit in manibus vicecancellarij, & cum quodam alio permutauit qui erat consanguineus illius procuratoris. cuius etiam beneficium non valebat tertiam partem archipræsbyteratus: dabātur etiam ista per modum articuli quòd dictus infirmus propterea dictum procuratorem constituit ad resignandum: quia de illo archipręsbyteratu volebat suo prouideri nepoti. Ex his igitur quærebatur, an articuli concepti super dicta materia ad finem probandi permutationem huiusmodi fraudulentam fuisse sint pertinentes & licet per aliquos fuisset dictum quòd non. quia dolus perspicuus, &c. C. de dol. l. dolum. & de re. vendi. dolus. ff. de dolo. l. eleganter. in fin. & pro hac parte videbatur facere à contrario sensu extrà de renuntia. si te præbendam. cùm ibi loquatur in casu certo ab isto dissimili: puta cùm renuntians in fraudem non est infirmus: sed alius cuius fortè præbendam tanquam pinguiorem captabat. vnde cùm in suo casu loquatur, de alio non videtur idem sensisse: maximè dum decret. illa & eius decisio exorbitant à iure communi. ff. de legib. non omnium. de consti. princip. l. j. in fin. & facit xvj. quæsti. j. hinc est. & extrà de priuileg. cap. sanè. & de fil. præsbyt. c. is qui. in fi. li. vj. Verum allegationibus huiusmodi non obstantibus cōtrarium tenebatur per omnes, & hoc per

dictum c.si te.quia conditor illius decre.non solùm considerabat casum prædictum:sed etiam regulam dispositiuam iuridicam,quam præmisit Inn. dispositio illa debet magis attendi & causa eiusdem quæ in text.ponitur ibi, dummodo de præmissa fraude &c. vnde illud quod exempli gratia posteà sequitur ibi,vt quia dicto &c.ge-
2 neralitatem canonis non immutat: nó + enim exempla considerare debemus,nisi quatenus lege firmãtur: vt patet C.de sen.& interlo.l.nemo.& ff. quod me.cau.l.metus.§.sed quod præter.& ad Tertul.l. Titius rogatus.vbi mihi videtur cõcludi, quòd dicta permutatio erat facta in fraudem saltem præsumptã, de qua potest coniecturari duplici ratione. aut quia non fit quod fieri debet: vt ff.mand.l.si procurator.§.dolum.& l.dolus.ff. ad legem Falc.dolo.aut quia fit quod fieri non debet.C. de iniur. l.si non conuitij.& ad leg.Cornel.de sic.l.j.§.diuus. ver. & ex re. concludebatur ergo q̃ permutatio fuerat fraudulenta,& sic inualida . quia cõtra prohibitionem iuris. extrà de rerum permuta.c.j.lib.vj.vbi simpliciter videtur prohiberi permutatio fraudulẽta, & si cõclusio fiet, nulla videtur:quia legislator quod fieri non vult,tantum probasse sufficiat.C. de legib. l. non dubium . & extrà de regu.iur.capitul.quæ contra.& facit insti.de nupt.§. affinitatis.cum similib. sic ergo dicebatur permutationem non tenere: & per consequens beneficium non vacare in curia: & sic concorditer concludebant apostolicum admittendum.

EPITOME.

1 *Procurator generalis ordinis habens potestatem pro ordine, & pro singulis personis de ordine &c. non admittitur pro vno conuentu.*

Dubium 23.

Fel.in c. eum te. col.x.vers. prohiãm differentiam. de rescrip.

1 ITem fuit consultum per Aegidium + quòd procurator generalis ordinis, cui data est potestas pro ordine & pro singulis personis de ord.&c. non sit sufficiens ad comparendum pro vno conuentu. & hoc dixit seruare.& facit quod dicitur quòd fines mandati,&c.ff.man. l.diligenter.& extrà de præbend.cui de non.in fin.li.vj. & de rescript.cum dilectus.in fin.

EPITOME.

1 *Appellans qui in appellatione sua nullos obiectus deduxit , an postea audietur articulando quòd primus impetrans aliud beneficium vigore gratiæ suæ acceptauerat?*

2 *Appellans obiectus respicientes formam prouisionis in sua appellatione deducere tenetur.*

3 *Capit. vt circa.habet locum quando aliquid in facto consistens obijcitur.*

CAVSA VII.

Dubium 24.

1 DIe veneris.xxx.Ian. eiusdem mẽsis per dominum Reg. proponebatur tale factũ. Duo + erãt impetrantes authoritate Io. ad vacãs vel vacaturum in certa ecclesia.quilibet fecit processum suum.& demùm vacans vnum & idẽ beneficium acceptauerunt: & de eo fecit sibi quilibet prouideri per suos executores: & quilibet à processu alterius & sentẽtia appellauit. Secundus autem suam appellationem prosequitur : & licet in appellatione nullos obiectus expressisset:tamen postea articulando dedit obiectus:videlicet, quòd primus iã aliud beneficium acceptauerat vigore gratiæ sibi factæ . & idem de duobus vel tribus dicebatur fecisse. Dubitabatur nunquid modò debet ad hoc admitti probandum secundus ad finem quòd iste primus acceptans videatur suam gratiam consumpsisse.iuxta clementin.de rescrip. capitul. gratiæ. & ea quæ nota. de præbend. capitulo si pauper clericus. Et tenebatur per dominum Guliel.& alios quasi omnes, quòd primus non debebat repelli per istos obiectus. quia in appellatione non erat seruata
2 decret.vt circa . & dicebant + quòd huiusmodi obiectus respiciebant formam prouisionis : & sic debebat appellans seruasse formam decretal. vt circa . quam quia non seruauit, posteà volens obijcere non auditur : vt in eadem carta versicul. alioquin. Sed hoc non videtur prima facie clarè sonare in auribus audientis . quòd videlicet præfatus obiectus ipsam formam respiciat propriè considerando obiectum. Nam illud de quo præmittitur videtur habere causam extrinsecam adeò quòd non respiciat ipsam formam neque ipsam personam directè & propriè intuendo . Tamen sententia superiorum auditorum potest fortè esse vera & saluari alia ratione. Nam Io.mo.Car.in prima sua glo.super dicta decret vt circa. post diuisionem textus not. & sentit quòd + decret. eadem locũ semper sibi vendicat quandocunq; aliquid in facto cõsistens obijcitur, etiam si obijciens ius suum prætendat , & illud idem ius suum velit augeri & declarari seu verificari : ex eo quòd aduersario est obiectum . vnde secundum eum habet locum vbicunque ius meum non prosequor:sed illud declaratur ex facto partis aduersæ.& hoc idem not.Archi.in eo.c.super verbo, opponunt.& idem videtur sentire nouus tex.in cle.eo.c. de elect.c.constitutionem. quod ergo obijcit aduersario, quòd gratiam suam consumpsit aliud beneficium acceptando,non solùm ius suum opponit : sed aliud in facto consistens quod directè impugnat ius partis aduersæ: & sic ipsa constitutio, vt circa. debet habere locum per superiora allegata & allegat Io.mo.ff.de his quib. vt indi. l.si testamentum.& bene videtur facere ff. ad Sylania.l. iij.§.fina.cum sua materia.

CAVSA VIII.

Aliud factum per eundem. R. proponebatur de.iiij. impetrãtibus circa quod factum certa dubia mouentur.

EPITOME.

1 *Impetranti ad beneficium sine cura an poterit prouideri de beneficio,quod licet tempore suæ gratiæ erat simplex,effectum fuit posteà curatum.*

2 *Vicarius curam habet animarum.*

Dubium 25.

PRimum. quia primus dederat certos articulos inter quos vnus erat,Quòd + licet beneficium de quo inter omnes agebatur antiquitus fuisset curatum : episcopus tamen loci diuiserat iam ante tempus gratiæ dictum beneficium:& duas personas ibi esse voluit:videlicet vnum vicarium & alium priorem , ita quòd ipse vicarius curam ipsius ecclesiæ haberet: & ita volebat concludere , quòd prioratus ille qui tunc vacabat & de quo litigabatur , non erat curatus tempore gratiæ , & sic ad eum pertinere debebat:quia impetrauit beneficium sine cura.& consulebat d.Aegi. cum quo etiam alij concor-
2 dabant , quòd + licet vicarius curam habeat animarum: vt patet extrà de offic.vic.c.j.& c.ad hæc.& Ber.in c.fi. tamen non propterea tollitur quin rector ecclesiæ curam habeat animarum ibidem saltem habitu , & si non actu.& facit quod not.per Innocen. extrà de iure patro. pastoralis.in j.glo.ibi,item si in collegiata ecclesia. & in Spec.de lega.§.videndum. versic. sed quæritur quod beneficium.& per Archidia. extrà de elect.licet.libr.vj.& bene quod not. Archidiaco.de fil.præsbyte.c.j.circa fin. glo.super verbo,dispensari.

EPITOME.

1 *Vnio fieri non potest ab episcopo sine consensu capituli.*

2 *Vnio quòd ab episcopo sine consensu capituli fieri possit, consuetudine vel præscriptione an introduci possit.*

Dubium 26.

SEcundum dubium erat , an episcopus poterat vnire vnam ecclesiã alteri sine consensu capituli:& an hoc possit consuetudine introduci siue prescribi.Et dice-
1 batur primum expeditum scilicet , quòd + de iure vnio fieri non debebat sine consensu capituli: vt c.pastoralis. in fi.de iure pa.& de his quę fiunt à prælat.sin.cõsen.ca. c.cùm vos.& c.tua.cum sim.facit bene quod habetur de rebus eccle.non alie.dudum.& eod.tit.c.j.li.vj. Ad alteram partem dubij scilicet,de cõsuetudine, dicebatur ar-
2 guendo quòd + consuetudo talis nõ debebat obstare capitulo.& adducebator text.per d.Aegi.in cle.de reb.ec. non alie.c.si vna.in fin.sed illud quod ibi dicitur,contraria quamuis &c. videtur debere referri tantùm ad proximum ibi dictum.tamen Ioan. Andr.dicit quòd refertur ad totum,& ad vtrunque dictum. & vide quod not. Innocen. & Hostien. vt ecclesiastica beneficia. capitul. primo in fine vnde sanius est tenere cum illo quod not. Ioan. And.in dicta decret.si vna.in fin.glo.super verbo, consentiente.

EPITO

EPITOME.

1 *Obiectus formatus super minoritate ætatis tempore gratiæ debet habere expresse declaratos annum & mensem gratiæ.*

Dubium 27.

1 TErtium dubium erat,an † obiectus datus cõtra tertium per quartum quòd.ſ.idem tertius erat minoris ætatis tempore gratię:ſic formando per verba prędicta erat ſufficiens cùm non ſpecificè & expreſè fuerit declaratum de anno & menſe gratiæ prædictæ? Et dicebatur quòd conſuenit teneri quòd in obiectu huiuſmodi debebat declarari de menſe & anno propter teſtes examinandos ſuper articulo, vt melius poſſent deponere & examinari.

EPITOME.

1 *Remiſſoria ſemel vtrique parti data ſi fuit impugnata ab vna parte,non debet ei iteratò dari:licet duret pro illo cui de ſurreptitia impetratione falsò oppoſitum fuerat.*

CAVSA IX.

Dubium 28.

Fely. in c.ſuper literali. 1 9. verſi.&de reſcript.

DEmum per d. Fran. proponebatur dubium tale: videlicet,an † conceſſa ſemel remiſſione ad partes vtrique parti:ſi altera pars impugnauerat reſcriptum quo data erat poteſtas examinandi, & ſuccubuerit,an eidem parti poſtea remiſſionẽ petenti debeat huiuſmodi remiſsio iteratò concedi? Et dicebatur per G.& quoſdam alios quòd non.& facit extrà de priuile. cùm olim eſſemus.& quę not per Archid.extrà de teſti. præſentium. ſuper verbo,productos.circa principi.gloſ. ęqualitas enim in iudicijs eſt ſeruanda: vt patet C.de fruct.& lit.expenſ.l.ſi.& proxi.ſa.ſacri.l. in ſacris.ij.circa fi.lib.xij.& ff.de arbit.ſi cùm dies.§.j.cum ſim.alij vt rege.dicebãt quòd ſi cauſa rationabilis allegaretur quare deberet dari remiſsio: tunc eſſet concedenda petenti aliàs non.in prima tamen opinione fuit maior pars.

CAVSA X.

DIe prima Februarij eodẽ anno per d. B. de nond. tale dubium tangebatur. Lata ſententia ſuper poſſeſſorio recuperando pro ſpoliato qui poſſeſsionem beneficij ſui perdiderat: demum impetratis iudicibus ſuper executione ſententiæ comparuit pars aduerſa coram eiſdem, nec in priuilegiũ exemptionis aliquid allegauit:& tamen ſuis ſeu ipſorum mandatis parere noluit.poſteà verò coram ſecundis iudicibus ſuper hoc impetratis prædictum priuilegium allegauit:non tamen ſe obtulit probaturum nec probauit, licet terminum competentem ſuper hoc habuiſſet:finaliter illi iudices miſerunt ad curiam conſulendum:& impetrati ſunt tertij iudices ſuper executione prædicta, coram quibus ſpolians comparuit:& ſupradictum priuilegium etiam allegauit & ſe obtulit probaturum,non tamen probauit: vnde iudices circa idem negotiũ dubitantes iterum cauſam non ſolùm pro cõſilio,ſed decidendam ad romanam curiam remiſerunt.& tunc eſt commiſſa auditori prædicto, & proceſſũ debito per eum facto. Poſtremò dubitabatur, an præfatus ſpolians debebat admitti ad docendum modo de priuilegio,& ſi non, qualiter ſententia per audito rem huiuſmodi ſit ferenda.

EPITOME.

1 *Priuilegiatus ſi in termino peremptorio ſibi aſsignato de priuilegio ſuo non docuerit, an audiatur poſteà ſi de illo conſtare petierit?*

Dubium 29.

1 AD primum dicebatur per omnes,quòd † non debeat admitti: quia ſibi debuit imputare, cùm in termino peremptorio ſibi aſsignato nihil probauerit,& ſic vlterius non debet audiri:vt ff.de iudi. l.& poſt edictum.extrà de off.deleg.conſuluit.& xxiiij. q.iij.de illicita.vbi de hoc.

EPITOME.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

Dubium 30.

1 AD ſecundum dabatur pro conſilio d. Aegid.quòd pronuntiaret ſententiam reſti. exequendam,& quòd mãdaretur ſententias excommunicationis latas per priores iudices inuiolabiliter obſeruari.quia ſic erat petitum:vnde ſecundum hoc debet ſententia moderari,vt ff.neg.geſt.l.poſt. ij.& comm.diuid.vt fundus.C. de fideicõ.liber.l.ſi.extrà de ſymo.licet Heli.& de accuſatio.qualiter & quando.ij. verſic.ſine. & in clemen.de verb.ſignifi.ſæpe.§.verum.in princ.

EPITOME.

1 *Articuli de infirmitate in genere propoſita non concludunt.*
2 *Verbum ita quod &c. modum & ſpeciem addere rei diſpoſitiuæ videtur.*

CAVSA XI.

Dubium 31.

EAdem die per eundem domi. Be. proponebatur de quibuſdam articulis datis per partem cõtra quam erat obiectum,quòd erat priuatus ipſo iure beneficio curato de quo agebatur. & dabatur in articulis per dictam partem quòd ille incumbens erat per totum annum à tempore quo beneficij extitit poſſeſsionem adeptus adeò graui infirmitate detentus,quòd nec ad epiſcopum nec ad loca vbi ordines fiebãt,accedere valebat temporibus quibus epiſcopus ordines celebrauit.Item dabatur quòd illo tempore erat ita infirmus, quòd etiam de lecto ſurgere non valebat niſi per alios portaretur. Ex his igitur quærebatur, nunquid ſufficeret ita in genere de infirmitate exprimere,cùm de ſpecie infirmitatis minimè declaratur? Et † licet videatur contra.dicendum l. quæſitum.in princip.& in fin.ff.de re iudica.& l. ſi quis empt.ij.§.ſi propter.de ædilic.edict.l.j.§.proinde.tamen tenebatur contrarium. quia illa verba ſecundi articuli. ibi,ita infirmus,&c.videntur modum infirmitati apponere:& ſic ſpecificationem demonſtrãt.verbum † enim ita quòd,&c.videtur modum & ſpeciem addere rei diſpoſitiuæ:vt ff.de conditionib.& demonſtrationi.l.cùm tale.& l.Titio.in princip.& .§.Titio. Item ſatis ſpecificare videtur ex prædictis verbis:quia quicquid rei ſatis demonſtratæ additur,fruſtra eſt.ff.de dote prælegata.l. j.in fin. & in decret. diſtinctione. xcvj.capitu.bene.circa principium.

EPITOME.

1 *Reſeruatio papæ an ſufficienter probetur ſi fuerit conſcripta per alterũ de duobus deputatis ad ſcribendum reſeruationes?*
2 *Papa non præſumitur eligere vnam viam,per quam iudicium ipſius impugnetur.*

CAVSA XII.

Dubium 32.

Aeneas de ſal. tracta.reſer ua.n.4.q.pri. in.28.effectu.

1 SEcundo dubitabat idem domi. Ber. an † reſeruatio facta per papam Ioann. ſufficienter probetur, cùm per vnum tantum clericum de duobus ad hoc deputatis ſcribatur,cùm ordinaſſet quòd omnes reſeruatiões quæ fierent,per illos duos clericos ſcriberentur. Et forte quòd reſeruatio aliàs non valet. & allegabatur per Petr. Fran. quòd non videtur fides adhibenda reſeruationi niſi per duos ſcribatur:quia ex quo contra ordinationem papæ eſt ſcripta,videtur quòd ſurreptitia ſit cenſenda. argumen.extrà de re iudica.cùm olim. vbi collatio facta per papam in præiudicium vel eneruationem ordinationis prius factæ per ipſum tanquam ſurreptitia reuocatur. Sed ibi ratio. quia ibi ordinatio & pronuntiatio concernebat ius & commodum aliorum: hîc ſecus.non † enim credendum eſt papam illud ſolum genus eligere voluiſſe,per quod ipſius impugnaretur iudicium: vt aliàs dicitur de milite teſtatore. ff. de milita. teſtamen.l.ſi miles. & eſt l.iij.& facit quod not. in Specul.de arbitr. §. vt autem quod ſit compromiſſum. pro prima parte facit bene ff.de legat.j.ſi mihi & tibi.§. penulti.& fina.& de legat.iij.ſi quis in principio teſtamenti.in princip.Sed tamen ſecunda pars videtur verior per caſum valde in ſimili. ff.de condit.l.diuus.§. licet. Et ad contraria dicas,quia in illis agitur de clauſula derogatoria in principio poſita quæ ipſam principalem reſpicit voluntarem & proprium diſpoſitionis ſubiectum: hîc autem & in §. licet derogatoria. reſpicit ipſam fidem. & hoc tenuit domi. Aegid. de ben.& alij concordabant cum eo.

EPITOME.

1 *Obiectus an poſsint declarari?*
2 *Articuli dati in curia poterunt partibus ſpecificari quò ad crimina & obiectus.*

CAVSA XIII.

Dubium 33.

1 De veneris.vij.eiusdē mensis primò dubitabatur an † articuli continentes obiectus possint declarari: vel an possit ad hoc terminus assignari? Et quidam vt Aegid.tenent quòd sic.adducunt pro hoc de testib.ad hoc.aliàs incipit,præsentium.li.vj.§.testes. sed nō video quòd bene facit.vnde alij vt Fran.de Amel.dicunt contrarium & bene facit ff.de adul.accusaturus.& de accus. l.libellorum.§.fi.& eod.titu.l.Titia. pars prima videtur multum fundari per dictum c.præsentium.§.testes.& §. si verò.In quibus patet,quòd non obstante quòd articuli fuerunt assignati hîc in curia:tamē mandatur iudici super examinatione deputato in partibus quatenus super positionibus de curia ad eū transmissis testes examinet: & additur per hunc modū primò cum specificatione facta sigillatim criminum & aliorū obiectuum in eisdem articulis contentorū. Ex hoc ergo videtur innuere quòd
2 non † obstante qđ in curia prius sint dati articuli: postea tamen in partibus poterunt etiā quò ad obiectus & crimina declarari.& per illū tex.in hac opi.resedit.d.Aeg.

3 quoties † enim significatio sumitur ex vniverso: si aliud falsum est,totam orationem falsam efficit: vt ff. de reb. dub.si is qui ducenta.§.vtrum.ibi, id accidit &c. sed decret.causam. requirit appellationem intimari & infra tempus certum & sub certa forma: vt patet ibidem.pars autem appellationis videtur procuratorium appellantis:quia sine eo esse nō potest, ex quo per procuratorem extitit appellatum. ergo per procuratorem debuit intimari infra idem tempus & sub eadem forma. Ad hoc etiam facit illa ratio arguendi: vbi duo propter vnum vtrobique tantùm vnum & neutrum sine altero: vt ff.de liber.& posthum.si ita scriptum.§.regula.de adi.le.l.iij. §.si loci.& si vsusfruct.pet.l.j.§.j.& no.in d.§.regula.facit etiam illa argumētatio generalis, idem est iudicium de via ad terminum: vt ff.de procuratori.ad rem. & l.ad legatum.& ff.de aqua plu. arcen.sed interdum. & quod vi aut clam.l.nam & origo. Item pro ista parte optimè videtur concludere ff.de ædend.l.j.§.edere.& §.diem.de transactioni.cùm hi.§.si prætor.C.ad Sylania.l.final.& ff.ad legem Falcid.l.si is qui quadringenta. circa finem.

Pro cōtraria parte videtur text.decret.causam.ibi, porrecto &c.cùm ibi loquatur de tenore appellationis intimando: nec facit mentionem de procuratorio appellantis:si enim hoc voluisset, etiam de procuratore expressisset. argumen.C.de cadu.tollen.l.vnica.§. sinautem ad deficientis.extrà de translatio.episcop. inter corporalia. circa finem.& de deci.c.ad audientiam. Item quia certa solēnitas requiritur vt habeat vim citationis peremptoriæ: & in hoc exorbitat à iure communi: & sic non est vltra suos terminos extendenda.argumen.ff. de liber.& posthum.cùm quidam.& de milit.testamen.l.eius militis.§.militia.& de actionib.& oblig. in honorarijs.§.sed cùm rescissa. & facit extrà de priuileg. porro. & de fil. præsbyt.c.j.lib.vj. primæ tamen parti videtur adhærere dominus Aegidius. Et fortè posset distingui, an appellatio fuerit interposita per ipsum procuratorem, & tunc dicebat etiam procuratorium intimari debere, cùm sit eadem ratio vt superiùs tangitur. an verò sola intimatio fiat per procuratorem: & tunc non tenetur procurator intimare procuratorium. & sic potest intelligi secunda pars & id quod notatur. per Guliel. de man. in vltima parte libelli.§.j.

EPITOME.

1 *Irregularitas an contrahatur ad effectum vt ab officio ecclesiastico repellatur clericus, si probetur illum cum aliquibus vulnerasse aliquem, quamuis non constet de prouisione ab eo illata?*

CAVSA XIIII.

Dubium 34.

1 Secundò † dubitabatur per dominū Duran.super articulo ita concepto.& probare intēdit quod. A.clericus in anno & mense ac loco talibus cum gladio extracto in manu interfuit societati multorum qui tunc ipso. A. associati aggressi fuerunt.B. & ipsum grauiter vulnerauerunt vsq; ad sanguinis non modicam effusionem. & quærebatur nūquid ad effectum irregularitatis sufficienter articulatum fuisset. Et tenebatur per dominum Aegi.quod sic. & aliorum maior pars cōcordabat. maximè quia dabat operam rei illicitæ, & dubiū est an percusserit dictum,nec de contrario constat. & sic videtur ab officio ecclesiastico repellendus: vt not. extrà de cleri.percu.c.præsentium. in glo.ij.ar.xxiij.q.vlti.c.fin. l.dist.si quis vidua.& extrà de cle.pug. in duel.c.fi.& illius quod not.de homicid.significasti.ij. & videtur bene hoc probari.C.ad leg.Cornel. de sic.l.is qui cum telo. & ff.eod.tit.l.j.circa princi.ibi,qui hominis &c.& facit ad legē Pompe.de parricidi.l.j. in fin. & aliàs per beatum Gregoriū scribitur, si voce & voce homici. peragit iracundus etiam cùm à lęsione proximi manus cessent,homicida est: vt hoc scribit.lib.v.moral.xxx.c.

EPITOME.

1 *Appellationis intimatio ad hoc vt habeat vim citationis peremptoriæ & arctet appellatum, an sufficiat ipsam solam intimari absque eo quod intimetur ipsum procuratorium.*

2 *Verificatio totius sumitur ex particularium veritate.*

3 *Significatio quoties sumitur ex vniverso: si aliud falsum est, totam orationem falsam efficit.*

CAVSA XV.

Dubium 35.

1 Tertiò dubitabatur per dominū Aegidium † an ad hoc quòd intimatio appellationis habeat vim citationis peremptoriæ & arctet appellatum, sufficiat appellationem ipsam solam intimari secūdum formam clementin.causam. de election. an vero oporteat etiam ipsum procuratorium intimare? Et videtur quòd etiam intimari debet procuratorium,vbi per procuratorem fit appellatio:quia eadem ratio videtur locum habere.nam ideo statuitur vt fiat intimatio appellationis:vt appellatus qui per eā debet arctari,possit certificari an appellatio ipsum arctet vel non.eadē ergo videtur ratio in procuratorio: cùm cognito procuratorio poterit scire an is qui se dicit procuratorē,fuerit procurator, & an sit talis qui potuerit appellare vel appellationē intimare. Est ergo identitati rationis iure identitas adaptanda.arg.ff.ad legem Aquiliā.l.illud. & de fon.l.j.§. hoc interdictum. de verbo.obligatio.à Titio.cum similibus. Item alia ratio videtur. nam verificatio † totius sumitur ex particularium veritate.argum.ff.de leg.iij.si chorus.in prin. & de hæredib.instituen.hoc articulo quisquis.j.respons.

EPITOME.

1 *Absolutio ad cautelam non impertitur nisi vbi sententia continet intollerabilem errorem in ea expressum: vel vbi est lata sententia excommunicationis post appellationem legitimam ex causa legitima interpositam, & de hoc facta fuerit fides.*

2 *Processus factus ad instantiam excommunicati an sit nullus?*

CAVSA XVI.

Dubium 36.

Die lunæ.xj. eiusdem mensis proponebatur per dominum Odem.rale dubium.Cuidam per suos executores extiterat vigore gratiæ sibi factæ de beneficio vacante prouisum, alius qui prætendebat idem beneficium ad se spectare per aliam gratiā sibi factam procurauit per executores suos fieri processus contra alium primum,& sententias fulminari: à quibus processibus & sententijs ille primus appellauit, assereus eosdem processus etiam nullos esse. & super hoc impetrauit auditorem in curia coram quo libellauit, & petijt etiam se absolui & ad cautelam: dicens, vt præmittitur, sententiam excommunicationis quæ in eum dicebatur esse lata per dictos executores secundi, nullā esse: pro eo quòd ad instantiam & petitionem dicti secundi qui excommunicatus fuerat, dicta sententia lata extitit,si qua erat, item pro eo quòd post sententiam latam & prouisionem factam per primos & ritè & instè secundi præsumpserant super eodem beneficio facere nouos processus, quærebatur exinde an ex his causis debebat concedi absolutio? Et respondebatur per dominum Aegidium quòd ex causis præmissis nō erat impendenda absolutio ad cautelam. quia † illi nō est locus nisi vbi
1 sententia continet intollerabilem errorem in ea expressum: vel

sum: vel vbi post appellationem legitimam ex causa legitima interposiam sententia excommunicationis est lata, & de hoc illi à quo absolutio huiusmodi aliàs debet peti, fuerit facta fides: vt hoc probatur extrà de senten. excommunica. capitu. venerabilibus. §. penulti. & vlti. lib. vj. & de offici. delega. cùm contingat. sed hîc de neutro eorum apparet: ergo non est huiusmodi absolutio ei concedenda. quacunque * enim prædictarum causarum respiciamus, sententia non est nulla. Ex prima non: quia non † sequitur quòd iudicis processus sit nullus: licet excommunicatus sit & fuerit ille ad cuius petitionem processus est factus: vt patet ex illis quæ habentur & not. extrà de iudic. intelleximus. & libr. vj. de exceptio. capi. pia. Item ex secunda causa non videtur nulla sententia multò magis: quia stat simul quòd primi executores primò fecerint suum processum pro primo, & posteà secundi fecerunt pro secundo: & tamen vterque processus liget: nec sequitur propterea nullitas processus habiti per secundos: dixerunt tamen quòd processus secundus non valet: quia post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, si ab eodem vel ab eius successore contrarium iudicatum sit, non valet. vt ff. quæ senten. sine appellatione rescinden. l. j. in princi. C. de execu. rei iudica. post sententiam. & senten. rescin. non poss. l. j. & quando prouoc. non est necesse l. j. Sed non obstat. quia hîc processus fuerunt facti per secundos vigore separatæ commissionis eiusdem factæ, & prætextu gratiæ alteri factæ, & super alio non super eodem: vnde non debent propterea dici nulli. argumen. dictæ l. post sententiam secundo responso, cum ibi not. & dict. l. j. quando prouo. non est necesse.

* Quacunque lege quacunque. hoc vera si cadat. quæ tuncunque re ferant.

EPITOME.

1 *Appellans non dicitur prosequi appellationem ex impetratione sola commissionis: sed à tempore quo incipit in causa procedere.*

2 *Appellans si ob paupertatem non prosequitur appellationem suam, remanebit tutus à desertione probata paupertate.*

CAVSA XVII.

Dubium 37.

EOdem die dubitatum fuit per dominum Franc. de Amelia, an is qui appellauerat à sententia, & stetit vsq; ad nonum diem ante finem anni quòd non fuerit prosecutus: tunc autem non fecit aliud nisi quòd impetrauit commissionem & posteà stetit per mensem quòd non introduxit causam, an debeat repelli: & an contra eum sit pronuntiandum causam esse desertam? Et dicebatur per dominum Aegid. & quasi per omnes quòd sic. quia † non videtur prosequi causam ex impetratione commissionis: sed à tempore quo incipit in causa procedere. argumen. extrà de offici. deleg. gratum. & cap. relatum. & de foro competen. si diligenti. & C. de iurisdi. omnium iudicum. in criminali. & ff. eodem titul. l. & quia. C. ne filius pro pat. auten. habita. cum simi. & facit ff. ex quibus caus. maior. ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. & de verbor. obligat. cùm stipulatus sim. & dicebat dominus Duran. quòd ex quo † allegata erat paupertas: si talis probaretur fuisse, quòd eum à prosecutione posset rationabiliter impedire, non pronuntiaretur appellatio deserta. & idem tenebat vndecimus argumen. eorum quæ notan. per Innocen. extrà de appellationib. capitu. ex ratione.

1

2

EPITOME.

1 *Absolutio ab instantia iudicij, an impartiatur reo mortuo actore.*

2 *Accusare plures insimul reum de crimine non permittitur.*

CAVSA XVIII.

Dubium 38.

DIe mercurij xij. mensis eiusdem per dominum Odomarum dubitatum fuit iterum super eo de quo etiam quæsitum est suprà die xxix. Ianuarij videlicet de vltimo puncto, an † mortuo actore reus posiit petere absolui ab instantia iudicij? Et arguebatur per informantem quòd sic: cùm nullus actor comparuerit: & sic videbatur habere locum absolutio prædicta. & dicebatur esse casus C. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. Item allegabatur ff. de indic. non idcirco. §. fi. & eodem titu. l. & post edictum. §. circunducto. aliàs est sub. §. quid si is. Item mouebat. quia causa non erat auditori commissa nisi quò ad personam dicti mortui, & illius qui modo incumbit, & sic licet alius prætendat sibi ius collationis competere, videtur quòd ipsum non concernat ista commissio. Item nec per talem absolutionem præiudicatur illi collatori per absolutionem eandem. argumen. extrà de causa possess. & proprieta. cùm ecclesia. His tamen non obstantibus dominus Aegid. remansit in sua propria opinione: scilicet quòd non debeat dari absolutio. quia ad hoc quòd habeat locum absolutio huiusmodi oporteret quod citaretur is contra quem petitur absolutio: & fortè requireretur trina citatio: vt patet in dict. §. & si quidem. & notatur per Innocen. extrà de offic. deleg. consuluit. circa princip. & idem tenuit Bene. de nouo. & omnes præter duos concordabant cum eo. Verum dominus Petr. Fern. & Petrus de Talliat. tenebant contrarium. & Pet. Fern. allegauit quasi pro casu ff. de accusa. l. libellorum. §. fi. vbi aboletur nomen accusatoris ipso mortuo, reo hoc primitùs postulãte. Sed ibi exponit glosator aboletur, id est cancellator. & ita dicit eum à iudicij obseruatione absolui. Tu autem attende quod dicitur in glo. sequenti, quod non absolutè aboletur: sed cum modificatione textus ita videlicet vt liceat alij ex integro repetere reum. & sic ponderat causam finalem siue effectum per modum causæ. Cùm igitur causa sit nulla: quia † non debent plures admitti vt simul de crimine reum accusent: vt ff. de actioni. l. si plures. & de serui. l. iij. §. si plures. & de præuarica. l. ij. de libe. homi. exhib. l. hoc interdictum. §. si tamen plures. Et vide ibi nota tur per glos. vt * ergo alius aliud admittatur. nomen rei aboletur. Illa autem causa cessat hîc: quia non solum duo sed tres & plures possent simul agere super vno & eodẽ beneficio: vt de concess. præbend. libr. vj. vnde cessante ratione, cessat effectus: & cessante effectu materiæ, cessat iuris arctatio super ea fundati. argumen. extrà de præb. si pauper. libro sexto. & ff. de iure patrona. adigere. §. quamuis. & de iure deliberand. l. in rebus dotalibus. §. fi. hęc autem pars scilicet domini G. videtur inconuincibiliter debere defendi, per hoc quod nota. Innocen. extrà de offici. delegat. capitul. consuluit. circa princip. ibi, cùm credimus &c. nam secundum eum ad hoc quòd habeat locum absolutio prædicta necesse est accusatorem citari. & hoc satis clarè patet in dicto. §. & si quidem. primo & secundo responso, imò ibi videtur requirere quod ter citaretur. sed mortuus citari non potest: imò etiam si ante mortem fuisset citatus peremptoriè, ipsum peremptorium interiret: vt patet expresiè. ff. de re iudi. de qua re. §. fin. ergo nec absolutio potest locum habere. Et quod suprà in contrarium allegatur, quòd nullum præiudicium generaretur priori. dic imò: quia omnia acta iudicij retro habita, scilicet quæ respiciunt ordinationem litis, ex tali absolutione sunt irrita & pereunt, & sic esset præiudicium priori: cùm libellus simul vnus communiter fuit datus tam pro priore quàm pro mortuo tunc superstite. vnum fortè posset dici ad concordandum prædictos, quòd si pars rea omninò instaret ad hoc nomen ipsius mortui posset circunduci, non per modum sententiæ, sed per modum cancellationis authoritate iudicis cum hac adiectione quòd acta iudicij non perirent quò ad priorem, sed remanerent salua eidem: & quòd non fieret condemnatio expensarum quæ aliàs locum habet, si simpliciter fit absolutio ab instantia iudicij: vt nota. per Innocentium in dicto capitu. consuluit. circa principi. d. Francis. de Amelia dixit imitans dictum suum quòd absolutio debebat fieri non vt ab instantia mortui, sed vt absentis. sed non potest esse, quia non fuit vocatus: vt in dicto §. & si quidem. & l. & post peremptorium.

1

2

* *Vt ergo alius aliud admittatur &c. lege sic & melius. Vt ergo alius non admittatur, &c*

EPITOME.

1 *Reconuentus an sit tutus excipiendo de litis pendentia super eadem re coram maiori tribunali per aliam.*

2 *Cautio de indemnitate locum habet in actione in rem.*

CAVSA XIX.

Dubium 39.

1 Die veneris.xiiij.eiusdem mẽsis proponebatur per dominum Duran. de quodam episcopo † quòd contra quendam mercatorem qui eum conuenerat, libellum quem dederat super certo debito alium libellum porrexit reconuentionalem, dicẽdo ipsum mercatorem habere quædam bona quæ erant sui prædecessoris, & ad ipsum pertinebant: super quibus idẽ episcopus ipsum reconueniebat, sed excipiebatur cõtra episcopum quòd dominus camerarius arrestari fecerat illa bona: & super hoc fiebat sibi quęstio in curia camerarij. ex hoc quærebatur an huiusmodi exceptio litis pendentiæ fuisset sufficiens ad repellendum reconuentionalẽ libellum? Et fuit consultum per dominum Aeg. de Ben. quòd hæc exceptio litis pendentiæ hîc locum non habet, sed si condemnaretur ad petita in eodem libello cauendum esset sibi de saluando ipsum indemnem aduersus cameraríum: quia † hîc agi videtur in rem non in personã: & 2 sic hîc habet locum dicta cautio: vt argu. ff. de rei vendi. is à quo. cum l. sequẽ. sed allegabatur ad hoc per Pe. Sen. extrà de rescript. capitul. dispendia. cum gloss. sua super verbo, personales. Et in hoc concordabat maior pars maximè ea ratione, quia tunc temporis nõ apparebat quòd tunc procederetur per curiam camerarij: verum dominus aliàs allegabat quòd exceptio procedebat, cùm ille mercator esset præuẽtus apud maius tribunal quàm audientia palatij, præterea illa lex contra priuilegium loquitur quando corã maiore lis iam fuerat inchoata. hîc autem procurator camerarij procedebat ex mero officio. quia bona intestati in curia mortui dicebantur pertinere ad papam.

CAVSA XX.

EOdem die per dominum Fr. proponitur tale factũ. Petebatur enim possessionem restitui per viam attentati lite pendente, ille autem qui sic spoliauerat, dicebat se prius spoliatum per partem aduersam, & extunc iudicem adiuisse: puta senascallum regis Franciæ per cuius curiam fuerat receptus in saluaguardia secundum consuetudinem regni Francorum & cum officialibus eiusdem senascal. reuersus se dicebat possessionem recuperasse. Ex hoc oriebantur duo dubia.

EPITOME.

1 *Spoliatus petens se restitui per viam attentati lite pendente exceptione prioris spolij pro se commissi an repellatur.*

2 *Spoliatus qui illico recuperat possessionem suam, non dicitur spolium committere.*

3 *Spoliatus quando dicatur incontinenti deijcere spoliatorem.*

Dubium 40.

1 PRimum an † videatur retinuisse possessionem adeò quod nec spoliasse dicatur: nec per consequens ille actus reuocetur per viam attentati? Et allegabatur ℣ 2 sic, quia † si in ipso congressu vel illicò recuperat spoliatus non censebitur spoliasse, sed potius in pristinã causam reuerti: vt ff. de vi & vi arma. l. qui possessionẽ. & l. 3 iij. §. cùm igitur. sed † ista sunt paria illicò & incõtinenti deijcere spoliantem & infra biduũ vel triduum quærendo amicos hoc facere: vt not. in dict. §. cùm igitur. super verbo, ex cõtinenti. & bene notatur extrà de homic. c. significasti. ij. circa finem vltimæ glo. & facit extrà de restitutio. spoliato. capitu. olim. facit etiam ad hæc ff. de duo. rei. l. duos. & de adult. quod ait lex. §. fi. de testa. hæredes palam. §. fin. & bene. C. de erro. aduo. l. fina. cũ sim. sed quidam intendebant facere differentiam inter illum qui quærit amicos, & illum qui vadit ad iudicem: quasi primus videatur habere magis animum retinendi possessionem, sed contra eos bene facit ff. de noui ope. nunt. l. de pupillo. §. meminisse cum similibus.

EPITOME.

1 *Possessio an sufficienter probetur per instrumentum publicum in quo continetur partem esse inductam in possessionem?*

Dubium 41.

1 SEcundum dubium erat, an † per publicũ instrumentum quo continebatur partẽ esse inductam videatur sufficienter probari possessio? Et dicebat Aegi. quòd non: cùm nec possessio videatur posse probari per publicam scripturam. argumen. eius quod not. Gof. in fine declandesti. despon. §. illud autem non omitto. sed per dominum Odomarum & per maiorem partem tenebatur contrarium. argumen. extrà de restitut. spoliato. cùm ad sedem. §. fina. Item non prohibetur expresse per informantem probari: ergo videtur permitti. arg. ff. de procmutus. §. j. & ex quib. caus. maior. l. & non. §. quod eis. versic. quæ clam. & de iudic. cùm prætor. in princip. extrà de spon. capitul. cum apud. & de hoc. de translatio. episcop. inter corporalia. circa finem.

EPITOME.

1 *Decretum quod ponitur in fine literarum gratiæ in forma communi concessæ an arctet ordinarium ignorantem vt non possit interim antequam insinuatio sibi sit facta, conferre?*

2 *Gratiæ in forma communi limitatio mensis refertur ad omne beneficium quod sit vsque ad taxationem inclusiuè.*

CAVSA XXI.

Dubium 42.

EOdem die dubitabatur & taliter, an † decretum quod ponitur in fine literarũ gratiæ in forma cõmuni concessæ arctet ordinarium ignorantem seu antequã insinuatio fuerit sibi facta adeò quòd interim non possit conferre? Et dicebat dominus Aegi. quòd non arctat. Sed contra allegatur de præbend. quod. circa fin. lib. vj. & eod. titu. c. dudum. verli. & quòd decretum &c. Ipse verò respondebat. quia illa iura loquuntur quando decretum apponitur in gratia speciali: secus in forma communi, quia tunc decretũ ligat in euentum quo conditiones fuerunt liquidatæ: vt patet in clemẽ. de concess. præben. c. cùm ei quem. & hoc non solùm quò ad conditiones de quibus ibi in textu fit mentio, sed etiam quò ad alias quæ continentur in literis formę communis: vt ibi not. per Ioan. And. super verbo, ordinarunt. vnde cùm in fine huiusmodi literarum talis sit clausula cùm dirigũtur tam alij executori quam episcopo: præfato enim episcopo ne post insinuationem huiusmodi literarũ nostrarum & processuum per eos habitorum ei factam de huiusmodi beneficio interim etiam ante acceptationem huiusmodi disponere quoquo modo præsumat districtius inhibemus. & postea sequitur decretũ quod ad conditionem insinuationis se videtur referre, sicut & aliàs vt superius est notatum. & facit ad hęc ff. de condi. instit. cùm seruus. & de condi. & demonstra. l. ama. cum simil. Demum communiter omnes alij auditores primi gradus concordabãt quò ad illam partem ad quam in prædicta gratia mensis nõ opponitur: puta quò ad beneficiũ quod se extendit ad taxatam in literis quãtitatem: secus si intra quantitatem fit, & non se extendat: quia quò ad hoc opponitur * mensis in gratia. argumen. dictæ clementi. cùm ei quem. §. secus. & licet tenet dominus Duran. Sed 2 certè videtur quòd † etiam in gratia formæ communis limitatio mensis referatur ad omne beneficium quod sit vsq; ad taxationẽ inclusiuè: cùm sic dicat, nostræ tamen intẽtionis exitit ℣ de huiusmodi beneficio etiãsi minoris quàm prædicitur valoris extiterit, possit eidem clerico, si illud infra vnius mensis spatium postquã sibi de ipsius beneficij vacatione constiterit acceptare voluerit prouidere. & sic dictio, etiam. quę suprà ponitur, videtur implicare beneficium quòd nõ sit minoris valoris. & sic videtur habere locum dictus. §. secus. & facit ad id quòd dictio implicet. facit bene ff. ad Trebellia. l. sed etiam si. & ibi not. per glo. cum similib.

* Opponitur mensi in Lapsuppone vide fis.

EPITOME.

1 *Appellans non prosequitur præter causas expressas in sua appellatione etiam si se referat ad processum.*

2 *Iudex non dicitur grauare partem vbi ordinat de termino assignando absenti non audito, quem forsan assignando diceretur grauamen inferre.*

3 *Intentio loquentis per certam demonstrationem ostenditur.*

4 *Hæres potest instituì per vel ad institutionem ad codicillos.*

5 *Codicilli sunt pars testamenti.*

CAVSA XXII.

Dubium 43.

1 DIe lunę. xvj. eiusdẽ mẽsis proposuit dominus Ray. de ma. dubium tale. Quidã † rei debendi tres numero erant obligati duobus creditoribus in certa quantitate

quantitare pecunię singuli singulis insolidum.dicti verò debitores per procuratorem suum ad hoc constitutum recognouerunt debitum corã auditore cameræ,& condemnationem subierunt, recipientes terminum ad soluendum.demum vnus creditorum nomine suo & nomine creditoris sui cessit alteri actionẽ quæ ipsis ad illam pecuniam competebat.& hoc fecit pro quadam quantitate quæ nõ attingebat ad dicti debiti quartam partem. Sed in termino non extitit satisfactum: & ideò citati erant quare dicta condemnatio nõ debet executioni mãdari. Illi autem sic citati duas exceptiones dederunt contra executionem: vnam de acquietatione, aliam dedit super cessione & cõtra causam, dicens eam simulatam & fraudulenter factã. iudex verò ordinauit ℘ daretur copia parti absenti:& ℘ haberet terminum ad respondendum . pars verò absens reputans se grauata à præmissa admissione exceptionum & ordinatione ad sedem apostolicam appellauit:sed in appellatione non expressit nominatim causas aliquas nisi vnam tãtùm: scilicet de ordinatione facta contra absentem, de alijs non nisi referendo se ad processum. Quæritur ergo an huiusmodi appellatio sit legitima & sufficiens? Et dicebatur per dominum Aegid.℘ appellatio non erat sufficiens.quia causa expressa in appellatione non videtur sufficiens . nam aliud est ordinare de termino prefigendo absenti,& aliud terminum ipsum absenti præfigere. vnde † licet videatur grauare absenti terminum assignando absque certificatione ipsius:vt l.ab eo.ff.quæ senten.sine appella.resc. l.j.§.item.tamen licet tantùm ordinet de termino assignando:nõ tamen videtur ipsum propter hoc assignare. & pro hoc optimè facit.ff.quib.mod.pig. vel hypo. sol. sicuti.§.si voluntate.vbi non sufficit creditorem voluisse seu etiam ordinasse,℘ pignus vendetur : sed oportet sequi venditionis effectum.& accedant ea quæ notantur. C.de contrahen.empt.& ven. in euictis.& de lega.j.l.secundum electionem.super verbo,possumus.circa fi.glo. & facit de opt.lega.l.apud Ausidium.cum simil. licet videatur obstare ff.de lega.iij.l.Pamphilo.§. propositum. sed ibi foret speciale in milite. Item alia ratione dicebatur appellationem non procedere propter c.appellanti. in clemen.de appellatio.vbi dicitur ℘ vbi ab interlocutoria appellatur, non licet alias causas prosequi, nisi eas quæ sunt in appellatione nominatim expressæ. Cùm ergo ex causa prędicta vnica nominata nõ sit insufficiens, nec aliæ sint modo debito expressatæ, sed per relationẽ ad processum duntaxat:non videtur satisfactum dict. c. appellanti. Nec obstant leges quæ dicunt nominatim aliquid exprimi:cùm † per certam demonstrationem intentio loquentis ostenditur:vt ff.si certum peta.certum. & de liberis & posthum.l.ij.de conditionib. & demonstrationib.l.nominatim.& de hæredibus instituend. l.si quis nomen.cũ similibus quia illę loquuntur de demonstratione tali quæ rem in præsenti ostendit ex ipsis verbis prolatis vel ex facto ipsũ habito de præsenti: secus si per relationem ad futurum aliquid demonstretur. Nec obstat ff.de hæredib.instituend.,esse toto.& de conditio. institut.institutio talis.de re iudica. in summa . in princip.cum similib.quia secundum Aegidium si in hæredis institutione iura requirerent, quòd hæres nominatim in testamento instituereturtunc non sufficeret testatorem se ad codicillos referre & ita intellexit l. asse. cum similib.idem etiam dixit de sententia quæ ad processum refertur:vt l.in summa.cum similib. Sed contra istam solutionem expresè videtur C.de testamen. l. iubemus.in princip.vbi † per relationem ad codicillos potest institui:vt dict.l.asse.vide sic videtur quòd in appellatione ab interlocutoria vel grauamine sufficeret causas exprimere sub relatione habita ad processum.sed dictum Aegid.potest saluari si bene attendantur verba l. iubemus.in princip.dicit enim quòd ponere debet testator nomen hæredis in sua subscriptionevel in quacunque parte testamenti,quæ litera satis verificare potest , si ad codicillos in quibus nomen hæredis scribitur in testamento,fiat relatio:quia † codicilli sunt pars testamenti: vt ff.de codi.l.quidam referunt.ver.numerum.quemad. testa.appel.l.sicut.cum similibus.

CAVSA XXIII.

EOdem die dominus Ademan.proposuit tale factũ. Cuidam in forma gratiæ specialis prouiderat papa Ioannes:& cõtulit sibi canonicatum in certa ecclesia reseruans præbendã cum dignitate proxima vacante in eadem ecclesia,si tunc non vacarent eidem cum vacauerint conferend.demũ vacauit dignitas ante mortem Ioannis:& de ea fuit vigore dictę gratię sibi prouisum. verùm mortuo Ioanne successit Benedictus: & reuocauit omnes gratias expectantium authoritate Ioannis. Idem verò Benedictus mandauit cuidam prouideri in forma pauperũ de beneficio ecclesiastico in dicta ecclesia quę erat collegiata cũ clauſ.anteferri.vt moris est:& finaliter vacauit præbẽda in ipsa ecclesia quã idem pauper clericus acceptauit.modo quęritur quis debet præferri,an pauper Benedictinus, an verò Ioanninus.

EPITOME.

1 *Gratia facta in forma speciali de canonicatu cum reseruatione præbendæ cum dignitate proxima vacan.cuius vigore de dignitate vacanti aliqui fuit prouisum:si supernenit reuocatoria gratiarum,an dicatur sublata quò ad præbendam postea vacantem?*

Dubium 44.

ET primò dubitabatur circa hoc an † reuocatio se extendat ad istam præbendam ? Et dicebatur per dominum Aegidium ℘ non extenditur . argum. extrà de præbend.c.si is cui.§.non sic autem,&c. vbi videtur casus in reuocatoria beneficij. Tamen quidam vt dominus Duran.distinguere volebant,an præbenda esset annexa dignitati an non:vt primo casu reuocatoria locum non habeat,secundo sic.secundum id quod habetur de præbend.quia sæpe.& eodem tit.super eo . & pro hac distinctione facit primum responsum in dict.c. si is cui.vbi in facto reseruationis Bonifacianæ distinguitur inter annexam & non annexam . ibi, cùm dicit, alicui non annexam,&c. Et sic videtur quòd eadem distinctio debet seruari in secundo responso. Sed ideo ibibem videtur tangere de non annexa dignitate præbenda quia si esset annexa,non posset vacare ante dignitatis vacationem. Et eadem ratione secundum responsum habet intelligi in non annexa,vt sic etiam si non sit annexa dignitati reseruatoria locum non habeat.& secundum hoc non procedit prædicta distinctio in hoc casu.vnde maior pars adhæsit opinioni Aegidij.

EPITOME.

1 *Clausula,anteferri,est exorbitans à iure communi:& propterea vltra terminos suos non debet extendi.*

Dubium 45.

SEcundò ergo supposito † ℘ reuocatoria locum non haberet:dubitabatur an pauper debeat præferri Ioannino. Et per maiorem partem dicebatur ℘ sic,propter clausulam,anteferri omnibus qui alicuius authoritate expectant.& sic illi qui expectat prębendam authoritate Ioannis. Sed dominus Aegidius tenuit quod non debeat præferri.quia illa clauſ.anteferri cũ nõ obstã. sibi iũcta refert se tm̃ ad totaliter expectãtes: non aũt ad illos expectãtes quibus est à papa canonicatus collatus. nã si papa hoc voluisset,de eo mentionẽ fecisset.prout dicitur in decre.ad audiẽtiam.extrà de decimis&de transl. epi.inter corporalia.circa fi.C.de cadu.tol.l.ista.§. sinautem ad deficientis.& facit pro hoc de prębend.si clericus. §.verum.lib.vj.& huic adhæsit Fran.de Amel . per iura prædicta.& quia clausula,anteferri . videtur exorbitare à iure communi:& sic vltra terminos non debet extendi:vt de re.iur.in vj.c.quę à iure.& de fil.presb.qui.& ad hęc.ff.de reg.iur.l.quædã contra. & de cõstitu.l.j. circa fi.cum si. & facit quod not. per Archi.de præb.c.cui de non.super verb.prouideri.

EPITOME.

1 *Gratia facta de canonicatu cum reseruatione præbendæ & præstimonialium cedentium vel decedentium an extendatur ad præbendam & præstimonia vacantia per priuationem alicuius canonici?*

2 *Mors ciuilis non æquiparatur morti naturali , nisi in casibus à iure expressis.*

3 *Verba ad illum sensum debent reduci quem verba rectè intelligentibus generarent.*

4 *Interpretatio in dubio est facienda secundum illud quod communiter consueuit accidere.*
5 *Canonicus sine præbenda esse non debet.*
6 *Consuetum fieri, tacitè videtur in dispositionem vel conuentionem venire.*
7 *Dictio repetitiua repetit modos & qualitates.*
8 *Monosyllaba repetit modos & qualitates.*

CAVSA XXIIII.

Dubium 46.

Gomes super regu. de impetran. bene. & c. q. 7. fol. 20. circa finem.

DIe mercurij xviij. eiusdem mensis propositum fuit dubium tale per B.de Non. Quidam † impetrauerat graziam sub hac forma in effectu. papa enim sic dixerat. Canonicatum talis ecclesię tibi conferimus: præbendam verò & præstimonia ac præstimoniales portiones cedentium vel decedentium si quæ vacant ad præsens eodem modo tibi conferimus: alioquin reseruamus tibi cùm vacauerint conferend. postea contingit præbendam quandam & præstimonia ac præstimonialem portionem per priuationem vnius vacare. Ex istis terminis resultabat ardua quæstio, an huiusmodi præbenda sic vacans veniat sub gratia supradicta? Et maior pars tenuit quòd non. quia tantùm prouisum sibi videbatur in duobus casibus specificè, nec de alijs mentio habebatur: per consequens ad eos casus de quibus nulla facta est mentio non est gratia extendenda. ergo nec ad casum priuationis, maximè cùm gratia sit ambitiosa: vt argument. de præbendis. capitu. quamuis. & capitu. is cui. capitu. non potest. & de filijs præsbyterorum. capitu. j. & ij. libro vj. & arguebatur ex l. si cùm dotem. in principio ff. soluto matrimonio. & de verborum obligation. ex ea parte. §. insula. & facit ad hoc ff. de liber. & posthum. l. commodissimè. ij. responso cum similibus. Item adducebatur pro ratione id quod per Io
2 ann. in decret. not. scilicet quòd † in solis illis casibus ciuilis mors æquiparatur morti naturali, vbi hoc in iure cautum inuenitur: vt not. xvj. quæstion. j. capitu. placuit. in vltima glos. & idem notatur per Ioannem Andr. de rescript. capitu. susceptum. in glos. cùm ergo in hoc casu non reperiatur expressum in iure, quòd casus priuationis æquiparatur morti: nec nos æquiparare debemus. allegabatur ff. soluto matrimonio. l. si verò. §. de viro. de publi. de pretio. cum similibus. Contra prædictam tamen opinionem faciunt iura multa vt patet ff. pro socio. l. actorem. §. publicatione. de bonorum possession. contra tabul. l. j. in fi. de bon. liber. si necesse. §. si deportatus. ad Trebellianum. l. mulier. j. & ij. responso. & de donation. inter virum & vxorem. l. sed si mors. ij. responso. & C. de institutionib. & substitutionib. sub conditio. fa. l. iij. quæ incipit, si mater. Sed ad omnia ista iura potest responderi per glosam prædictam in capitu. placuit. Et pro prima opinione bene facit quod notat Ioannes Andr. de præbendis. capitu. quamuis tibi nuper. in glos. super verbo, deducentium. ibi, sed quid dices, &c. & bene facit eodem libro de rescript. cap. susceptum. j. & ij. respon. & quod ibi not. de hac materia etiam ibi nota. per Archid. & per Ioan. monach. de suppl. negli. prelatorum, si quis episcopus. per Goffred. & Hostien. de conuersio. coniugator. cum similib. & ibidem post eos in nouella per Io. Andr. Item per Dynum in prædict. §. insulam. & per Cynum per Pet. C. de episco. & cler. Deo nobis. Verum in casu proposito dominus Aegid. tenebat q̃ illa limitatio cedentium vel decedentium non habebat ad præbendam referri: videtur enim proptet præstimonia & præstimoniales portiones tantùm adhibita: quia huiusmodi clausulâ consueuit papa apponere ad præstimonia, &c. non autem cùm simpliciter prouidet de præbenda. ad communem enim verbi intelligentiam in dubio re-
3 currendum est. & verba † debent ad illum sensum reduci quem verba rectè intelligentibus generarent. extrà
4 de sponsal. ex literis. in fin. & † in dubio interpretatio est facienda secundum illud quod communiter consueuit accidere. xxviij. distinct. de Siracusanæ. & consuetudo loquendi disponentis debet attendi: vt ff. de legat. j. seruus prælium. §. fin. & de legat. iij. nummis. & de suppellect. lega. Labeo. versi. non enim, &c. & ad hęc etiam dicebat dominus Aegi. se moueri, ex eo potissimè quòd huiusmodi acceptanti prouisum iam fuerat de canonicatu per papam & simpliciter nulla modificatione adiecta: & sic cùm † sine præbenda esse non debeat: & præ-
5 benda sit consequens ad canonicatũ, dicebat quòd etiam præbenda sub eadẽ simplicitate & puritate sine alia modificatione deberetur. argu. de præben. c. si clericus. §. verum. & de offic. delega. c. si super. li. vj. hoc idem dicebat dominus Pe. Fran. corroborauit per duas rationes. vna
6 erat, quia † id tacitè videtur in dispositionẽ vel conuentionem venire quod est fieri consuetum: vt not. per glo. ff. de leg. commiss. l. si fundus. ij. §. in commissoria. & videtur ibi probare tex. in fi. melius facit ff. de ædili. edict. quod si nolit. §. quia assidua. ipse verò allegauit de aqua plu. arcẽ. si prius. §. placuit. aliâs incipit rectæ. Alia ratio fuit, quia salua ratione recti sermonis &c. vt ff. de auro & argen. leg. l. Plautius. in fin. sed modicum videtur facere, nisi attendatur consuetudo scribendi in literis gratiosis, qua consuetudine superius tangitur. vnde superaddit hanc eandem partem firmãdo primò regulam iuris. Quoties enim idẽ sermo duas significationes exprimit ea potissimè accipienda est, quæ rei gerendæ aptior est: vt habetur ad literam ff. de re. iu. l. quoties idẽ sermo. & accedit. ff. de reb. dub. quoties. ij. & l. vbi. in fin. cùm ergo per præsuppositа illa adiectio cedentiũ vel decedentium aptius referatur secundum stylum scribentis ad præstimonia & præstimoniales portiones duntaxat: per consequens huiusmodi significationem prævalere oportet, vt lic referri non habeat ad præbẽdam. Secundò probatur per rationem exclusiuã obiectus pro parte contraria
7 faciẽtis: licet † enim dictio repetitiua vt, &, quæ hîc ponitur, vel. Item vel hoc amplius, seu alia simul repetat &
8 modos seu etiã qualitates vt † de monosyllaba. & patet ff. de fund. instruct. l. Seię. §. Caio. de in litẽ iuran. l. in repetendum. de vel. & de hoc amplius. eod. tit. Si tibi purè. de condi. & demonst. l. auia. & hoc siue à parte ante siue à parte post qualitas apponatur: vt patet in d. l. si per. in prin. & de reb. dub. l. fin. cum simi. tamen quod supra dicitur de dictione repetitiua & de ipsius virtute habet locum quando alia ratio non potest assignari, quare duo iungantur eadem copula mediante: nam tũc copulatiua coniunctio &, vel, cùm, inducit repetitionem conditionis: secus si alia ratio cõiunctionis valeat assignari: puta ratio necessitudinis vel consanguinitatis vel alia similis: vt hæc, quia præstimonia & præstimoniales portiones accedant quodammodo ad prębendam: & sic copulatiua hoc videtur apponi non ad coniungendam qualitatem, sed ad accessionis consequentiam demonstrandam: vt hæc verba in simili habẽtur ff. de conditio. & demonstr. Iulius Paulus. circa fin. ibi, & illam coniunctionem &c. & not per glo. ordinariam eod. titul. l. auia. in glo. super verbo, repetitam. hæc sunt quæ tacta fuerunt circa dubium proximum suprà tactum.

EPITOME.

1 *Instrumentum in quo non apparet de loco vbi fuit confectum an valeat?*

CAVSA XXV.

Dubium 47.

EOdem die per. F. propositum est primò dubium. an
1 valeat † instrumentum in quo non appareat de loco instrumẽti confecti? Et per Aeg. dicebatur quòd Archid. no. xij. q. ij cùm redẽptor. circa fin. super verbo, romana. quod eo non obstante valet. Sed certè magis videtur cõtrarium teneri, & expressissimus textus videtur pro cõtrario extrà de re iud. abbate. §. pe. vers. ex his. ibi, propter &c. & ibi, & sine quibus &c. col. vj. & satis text. extrà de probat. quoniam cõtra falsam. & in autentic. qui. mo. na. ef. le §. quantũ. col. vj & no. glo. C. de contra. & committe. stipular. l. optimã. super verbo, in ipso die. & de tabul. l. generali. lib. x & per Ioã. And. in dict. cap. abbate. super verbo, censetur. Et hæc pars tenebatur per maiorem partem imò per omnes præter dictum dominum Aegidium. & idem tenetur in Spec. de instr. exhib. §. porro. aliâs incipit, instrumentum. versi. quod si locus.

EPITOME.

1 *Conclusio in causa an virtute instrumenti per notarium recogniti & emendati post ipsam conclusionem reconualescat?*

Dubium

Dubium 48.

1 SEcundum dubium erat, an † si post conclusionem in causa notarius compareat coram iudice, & recognoscat huiusmodi instrumentum in quo est loci defectus, & fateatur de loco vbi confectum est instrumentum, & addat etiam locū emendatum, dicens se omisisse per errorem, an reconualescat vigore instrumenti, & iudex secūdum ipsum possit procedere? Et tenebat dominus Aegi. ℣ sic. aliqui tamē volebant distinguere an esset pars aduersa ad hoc vocata: & tunc sic: an nō. sed omnes concordabant ℣ nisi pars aduersa renuntiauerat liti & actioni si quam haberet, non oportebat eam vocari.

EPITOME.

1 *Libellans super inquietatione an obtineat probando aduersarium appellasse à collatione & ab inductiōe in possessionem?*

Dubium 49.

Vide sub dubio xiij. sup. 1 TErtium dubium erat propositum per eundem, an is qui in libello deduxit aduersarium † se inquietasse circa possessionem certi beneficij satis fundet intentionē suam si probat aduersarium appellasse à collatione & ab inductione? Et tenebat do. Aegid. ℣ sic. per illa quæ no. per Compostel. extrà de elect. statuimus. super verbo, impugnat. & est circa prin. ca. lib. vj. & de rescript. mandatum per eundem in tertia glo. super verbo, prosequi. versic. sed nunquid. & de hoc suprà in ij. foli. j. collum. ibi, secunda pars, &c.

EPITOME.

1 *Iuramentum de calumnia an possit iudex cogere reum ad subeundum antequam sibi decernatur copia processus?*

CAVSA XXVI.

Dubium 50.

1 EOdem die propositum fuit per dominū Aegid. dubium tale. Libello † dato pro parte actoris in causa beneficiali iudex vult compellere alteram partem iurare de calumnia ad petitionem agentis. qui est paratus iurare: pars autem aduersa se excusat, & petit primò sibi decerni copiam processus, vt sic possit videre an defendere debeat, an nō. quærebatur an iustè allegabat. Et videbatur maiori parti ℣ iustè. quia sic sciretur an securè posset iurare an non. Et idem finaliter tenebat dominus Aegid. ex æquitate. arg. ff. de æden. l. j. circa princip. cum simil. dicebat tamen iudicem posse de rigore partem compellere ad iurandum: sed alia pars magis est consona æquitati.

EPITOME.

1 *Dispensari cum aliquo vbi mandatur cum clau. cum nobis ipsum xx. annorum existere asseratur. an sufficiat quod executor in literis suis apposuerit se dispensasse in eo secundum omnem vim, formā & effectum literarum cōmissionis suæ?*

CAVSA XXVII.

Dubium 51.

DIe veneris. xx. eiusdem mensis propositum extitit per dominum Alanum vt expositum factum tale.

1 Quidam † impetrauerat gratiam super primo beneficio vacaturo in certo loco. & secum obtinuit dispensari super minoritate iuncta clausula, cum nobis ipsum xx. annorum existere asseratur non tamen erat directè & immediatè cum eo dispensatum per ipsum: sed mandabatur quibusdam vt per duos vel vnum eorum dispensaretur cum eo super ætate. sed vnus illorum dispensauit secundum omnem vim, formam & effectum literarum commissionis suæ: non tamen continebatur in literis dispensationis quòd inquisitionem aliquam fecerit commissarius super dicta ætate. xx. annorum. dubitabatur an esset secum legitimè dispensatum? Et tenebatur quòd 1 sic. per Aegidium & omnes & hoc propter illam clausulam, secundum omnem vim &c. quia delegatus satisfeciſſe videtur formæ sibi mandatæ, cùm in illa nulla cōditio sit apposita: licet inserta fuerit illa clausula, cùm nobis, &c. de qua suprà est facta mentio. Cùm ergo sit satisfactum intentioni mandātis secundum formā verborum videtur satisfacere. argument. quia vltra verba disponentis non debemus intellectum extendere nisi aliud appareret de intentione loquentis. ff. de leg. iij. non aliter. desuppel. lega. l. Labeo. de exerci. l. j. §. si is qui nauem. versic. in re igitur dubia.

CAVSA XXVIII.

EOdem die propositum extitit per dominum Ray. de duobus impetrantibus, quorum vnus impetrauerat proximam vacaturam, alius impetrauit vacantem medio loco seu eandem ecclesiam: & super huiusmodi causa erat introducta in curia. per partem autem impetrantis vacaturam dantur cōtra aduersarium certi obiectus & è conuerso per aduersarium contra ipsum: per primam enim datur quòd appellatio impetrantis vacātem quam interposuit à prouisione alterius, non debeat procedere. quia in ea non erat seruata forma decretalis, vt circa. Ex aduerso obijciebatur quòd impetrans vacaturam ad illam vacantem non debet admitti: quia vacare videbatur in curia pro eo quòd ille qui eam vltimò tenuit, fuerat capellanus papæ. & sic videbatur cadere in reseruatione Clementis: quia beneficia capellanorum fuerant reseruata. Sed primus hoc videbatur excludere dando ℣ dictus capellanus erat capellania priuatus ante mortem ipsius. Item secūdus dedit obiectum ℣ primus consumpserat gratiam suam pro eo quòd ea pendente aliud beneficium quod sub gratia sua cadebat, acceptauerat. ex his oriuntur tres quæstiones.

EPITOME.

1 C. vt circa. de elect. *non habet locum in appellatione iudiciali.*

Dubium 52.

1 PRimò an † obiectus appellationis procedat? Et dicebatur quòd obiectus non procedebat. quia à processu conditionali fuerat appellatum & vocata parte exceptionibus datis per eam & non admissis, & sic appellatio erat iudicialis: vnde non habet locum constitutio, vt circa. patet de elect. c. constitutio. lib. vj.

Fel. in c. in nostra. colū. xv. ver. adde etiā. de rescript.

EPITOME.

1 *Beneficia capellanorum si fuerint reseruata, an si contingat capellanis ipsos priuari, dicuntur perdurare reseruata.*

2 *Reseruatio beneficiorum an dicatur cessare vbi qualitas propter quam fuit facta, deficiat.*

Dubium 53.

1 SEcundò dubitabatur, an † beneficium vacās de quo præmittitur, videatur vacare in curia? Et allegabatur quòd videtur vacare in curia. quia tempore reseruationis capellanus erat, & sic illud tempus debebat attendi. argument. de rescript. si eo tempore. libro vj. de præbend. capitu. eum cui. eodem libro. maximè cùm in reseruatione dicatur, capellanorum nostrorum, &c. & sic illa verba videntur præsens tempus respicere: vt ff. de legat. iij. vxorem. §. testamento. & de auro & argento lega. l. si ita esset. & eod. titu. l. modico. in princip. cum simili. b. Sed in contrarium allegabatur. quia mutata erat ante mortem suam conditio, & esse desierat capellanus: & deficiente qualitate videbatur quòd deficere debebat reseruationis effectus. argumen. ff. de leg. iij. l. item legato. §. si vxor. & de auro & argento legat. l. qui tibi. & l. vxor. & facit de fideicommissa. liberta. l. Stichus. §. Stichus seruus meus. vbi † adiectio qualitatis manifestè cōditionem facit, & huic parti adhęlit dominus Aegid. pro eo potissimè quòd in reseruatoria sint reseruata beneficia capellanorum decedentium vel cedentium. Cùm igitur verum sit dictum capellanum ante mortem priuatum capellania fuisse: per consequens non potest dici ipsum capellanum decessisse: sicq; beneficium vacasse in curia non videtur. & facit bene ff. de legat. ij. peculium. ij. respon. & de legat. iij. l. Septorius. à contrario sensu cum similibus.

EPITOME.

1 *Gratia censetur consumpta per acceptationem beneficij alterius cadentis sub gratia.*

Dubium 54.

1 TErtiò quærebatur an dictus † obiectus de acceptatione alterius beneficij recipi debeat ad finem quòd videatur gratia esse consumpta? Et tenebatur per maiorem partem auditorum quòd talis acceptatio facta pendente gratia sit consumpta: cùm beneficium se non compatiatur cum alio vigore gratiæ. argument. de rescriptis. capitul. gratiæ. in clementin. & de præbend. si pauper. libro sexto, in glos. & vide quod ibi notant doctores.

CAVSA XXIX.

EOdem die per dominum Odomarum fuit propositum tale factū. Quidā impetrauit proximā vacaturam spectantē ad collationem p̄sentationē seu quāmuis aliam dispositionem certi abbatis. postea vacat vnum beneficiū spectans ad prouisionē eiusdem seu p̄sentationem de quo sic vacante alteri prouidetur de voluntate abbatis vel per ipsum. sed pro expectāte à prouisione huiusmodi ad sedem apostolicā appellatur. & causa cōmittitur auditori, corā quo datur articulando contra expectantē q̄ solùm illud beneficium spectat ad collationem p̄sentationē seu prouisionē dicti abbatis. pro parte vero dicti expectātis datur q̄ est quædam alia ecclesia pertinens ad eundem abbatē, ad cuius curam idem abbas cōsueuit singulis annis p̄sentare quendam capellanum episcopo. Item q̄ episcopus singulis annis habuit capellanū vnum vel alium ad dictā p̄sentationem recipere, & sibi curam cōmittere in eadē ecclesia. Ex his quęrebatur de duobus effectū pertinentię articulorum.

EPITOME.

1 *Gratia de primo vacaturo ad collationē seu aliam prouisionem certi abbatis an extendatur ad illum qui vnicū beneficium habet conferre, vel ad ipsum p̄sentare?*

Dubium 55.

Vide Rot. de-1 cis. 13. de præben. in no.

PRimò an † gratia extendatur ad illum qui vnicum beneficiū habet conferre vel ad ipsum p̄sentare? Et tenebatur q̄ nō. prout no. Archid. extrà de preb. c. si pro clericis pauperibus. super verbo prouideas. & per Io. mo. de re. iu. in generali. Sed illę glo. videtur loqui in forma pauperū. Tu tamen dicas idē in forma gratię specialis: vt no. Io. An. in cle. de preb. c. j. super verbo, incerta. & facit ff. de offi. preū. illicitas. §. & ne tenuis.

EPITOME.

1 *Capellania an censeatur perpetuum beneficium, vbi annis singulis capellanus p̄sentari & recipi debet.*

Dubium 56.

1 SEcundò dubitatur an † suppositio q̄ dictus articulus de capellania esset probatus, releuaret: hoc est an talis capellania pro beneficio perpetuo habeatur vt sic faciat aliud beneficium de quo prætangitur ad gratiam pertinere. Et tenebatur per dominum Aegid. quòd debuit. reputabat esse textum de capell. mona. c. j. libr. vj. & incipit præsby. & facit quod habetur eod. tit. in c. j. in antiq. & adeò hoc tenebat, q̄ consuetudo vel statutū contrarium non obstaret. argu. dict. c. j. libr. vj. & hoc tenebant omnes præter duos. dominus enim Bene. dicebat q̄ dicta decre. præsby. non videbatur posse vendicare sibi locū in casu isto: cùm hic capellanus annis singulis p̄sentetur & recipiatur, & sic non videtur esse perpetuus. decreta. autem p̄sbyteri. loquitur in casu cùm debent esse perpetui ex intentione p̄sentantis & instituentis. & hoc idem tenebat F. arg. extrà de præben. c. fi. de decim. ex multiplici. & de reicrip. susceptum. lib. vj. in quibus apparet q̄ attendi debet intentio disponētis. & facit C. de leg. præ. & exhiben. l. iij. ff. de adi. leg. l. iij. §. condicio. & de suppellect. leg. Labeo. maximè cum cura videatur hìc esse commissa tanquam ministerium simplex: non autem cū iurisdictione, prout aliàs dicitur dari cura: vt patet extrà de elect. dudum Rothom. versi. sed tamen in iure. & ad hoc de offi. ordi. cùm ab ecclesiarum. & lib. vj. de præb. super eo. in glo. ij. per Io. And.

EPITOME.

1 *Sententia an possit ferri contra illum qui tempore litis contestatæ non possidebat?*

CAVSA XXX.

Dubium 57.

1 EOdem die per dominum Aegid. propositum fuerat factum tale. Tribus † contendentibus super quodam beneficio: vno apostolico & alijs duobus. apostolicus libellabat contra vtrumque: sed alter non possidebat tempore litis contestatæ: sed postea in conclusione vel post est facta fides iudici q̄ possider, an contra ipsum possit ferri sententia posito q̄ litis contestatio tempore minimè possedisset? Et tenebatur per omnes q̄ sic. per l. ff. de rei vendi. sin autem. §. j. & de præben. l. quęsitum. & ad exhi. tigni. §. si quis. in prin.

EPITOME.

1 *Procurator effectus dominus litis, licet se subtrahat, continuè citari debet. & in casu absentiæ potest procedi per contradictas.*

Dubium 58.

1 DEinde secundò quærebatur † an si procurator factus dominus litis cōpareat & susceipiat causam, & postea se retrahit & desistit, an possit procedi faciendo citationes per audientiam? Et distinguebatur. quia aut procurator non erat præsens in curia: & tunc sufficiebat citationem fieri per audientiam. aut erat præsens: & tunc non debet sufficere, imò ille procurator continuè debet citari. & facit quod not. Archi. de elect. c. j. super verbo, sicut de iure. lib. vj.

CAVSA XXXI.

DIe martis. xxv. dominus Durandus proposuit factum tale. Quidam Martinus impetrauit gratiam ad beneficium proximè vacaturum in ciuitate vel diœcesi Dauraceñ. postea quidam Adulphus qui rector fuerat cuiusdam ecclesiæ sancti Iacobi in eadē diœcesi valentis annuatim. cccc. lib. turoñ. paruorum. dū graui infirmitate quæ ydropisis dicitur, adeò fortiter laboraret, quòd de vita desperaretur: ipsius eādem ecclesiam cum quodam alio beneficio in alia diœcesi quod beneficium valebat vltra. xx. lib. turoneñ. permutauit. demùm infra. x. vel xij. dies à tempore dictæ permutationis ex ipsa infirmitate prædicta mortuus est. vigore autē permutationis eiusdem ordinarius fecerat processus, monitiones & sententias fulminauit contra huiusmodi expectantem qui dictam ecclesiam ex causa permutationis vacauisse percepit, & quò ad eandem aliqualiter molestaret: quibus processibus idē expectans ad sed. apost. appellauit. tandem causa introducta in curia expectās dat obiectum contra ordinarium quòd permutatio fuit fraudulenta, & in frandem ipsius expectantis facta: & ad probandum fraudem dat materiam supradictam. Quęrebatur igitur de duobus, An prædicta sufficiant ad fraudem probandum, & ad hoc quòd permutatio censeatur inualida. Secundò an appellans admittatur ad dandum obiectum de permutatione fraudulenta cùm illum non expresserit in appellatione, & sic non videtur seruata forma decreta. vt circa.

EPITOME.

1 *Expectans qui à processibus per ordinarium factis appellauit, an admittatur ad dandum obiectus de permutatione in fraudem ipsius facta in appellatione sua expressos?*

2 *Appellans potest deducere obiectus directè fundantes ius suum, licet illos non expresserit in appellatione sua.*

3 *Capit. vt circa. intellectus.*

Dubium 59.

1 ET ante omnia † dicebatur ad secundum dubiū per d. Aegi. q̄ non oportet seruari formā constitutionis vt circa. duplici ratione. prima quia non est appellatum à prouisione seu à processibus, & sic non habet locum vt patet in c. vt circa. de elect. & eo. tit. c. constitutio. libr. vj. Nec obst. quòd saltem occasione prouisionis extitit appellatum. quia hoc non sufficit quo ad satisfaciendum verbis constitutionis prædictæ: imò ad hoc quòd habeat locum oportet q̄ directè appelletur à prouisione, electione vel postulatione: vt ibi patet. Nec obstat decreta. causam electionis. in cle. quia illa loquitur in suo casu quò ad materiam. c. statuimus. de elect. li. vj. illa enim loquitur quò ad arctationem veniendi & prosequēdi causam in curia: illa verò vt circa. quò ad formam appellandi: vt ibi patet. Secūda ratio. quia posito quòd à
2 prouisione appellatum fuisset: tamen † iste obiectus est admittendus, licet non sit in appellatione expressus: quia iste obiectus directè fundat ius obijcientis. nā non posset ius suum fundari, nisi dicta ecclesia vacaret per mortem Adulphi: cùm ipsam tanquam vacantē per eius mortem petebat, vacare autē per mortē illius nō poterat nisi enumeraretur * effectus permutationis: & sic ipse obiectus ius obijcientis videtur respicere directè, qđ satis ex hoc pōt liquere. quia etiā si is qui ex permutatione obtinuit iam esset post litē contestatā mortuus: tamē expectās haberet probare ecclesiā vacasse per mortē Adulphi, quod esse non

* *Aliàs enumeraretur, c melius.*

esse non posit, nisi permutatio non teneret. Sed obstare
3 videtur quod not. Archid. scilicet ℣ etiam † si obiectus
in formam vel in personam augeat ius opponentis per-
sonæ, tamen locum debet habere decre. vt circa. prout
not. per eundem Archid. de elect. vt circa. super verbo,
opponunt. & Io. mo. in princip. eiusdem c. Sed respondet
℣ ibi loquitur de obiectu qui principaliter datur ad ad-
versarium excludendum: puta quia dico aliquos electo-
res non præstare electo suffragium, quia sunt criminosi.
licet enim ius opponentis aliqualiter augeatur: non ta-
men ex hoc ipsius opponentis ius in aliqua parte funda-
tur, nec exinde probatur: secus in isto obiectu exclusivo
non fundatio iuris opponentis vt ibi, inter quem magna
est differentia & illum qui est exclusivus iuris partis cui
obijcitur, &c. fundativus iuris opponentis personę vt hîc.

EPITOME.

1 *Permutatio in fraudem expectantis an facta censeatur vbi ab infirmo de cuius salute desperabatur, beneficiũ maioris valoris permutatum fuit?*

Dubium 60.

1 SEcundo dicebatur ad primũ dubium videlicet † an
propositi articuli super permutatione fraudulenta
concepti, vt superius tangitur, sufficiant ad fraudem
probandam? Tenebatur enim per eundem dominum
Aegid. ℣ sic. per decret. si te præbendam. de renuntiat.
libr. vj. & in premissis omnes tam dominus Oldr. quàm
alij concordabant.

EPITOME.

1 *Appellatus petens quòd tam super articulo appellationis quàm super negotio principali procedatur inuito appellante an sit audiendus?*

CAVSA XXXII.

Dubium 61.

1 EOdem die per dominum Pe. Tal. erat propositum
factum tale. † Quidam seruientes & officiales cu-
iusdam abbatis cœperunt quendam clericum tran-
seuntem qui erat de variis criminalibus diffamatus: &
ipsum vigore temporalis iurisdictionis quam idem ab-
bas in eodem districtu habebat, carceri manciparunt. re-
quisierunt tamen officiales episcopi loci vt ipsum reci
perent, qui tamen eum recipere non curarunt. demum
dictus clericus emãcipatus de carcere finaliter orta cõ-
tentione super hoc inter episcopum & abbatem, episco-
pus monasterium supposuit interdicto, ℣ videns abbas
misit ad curiam, & impetrauit certum executorem qui
de iniustitia interdicti cognosceret: & si dictaret ratio
reuocaret. qui executor secundum formã mandati in-
terdictum suspendit, & ab huiusmodi suspensione pro
parte episcopi extitit appellatum. causa verò appellatio
nis deducta in curia vtraq; pars libellauit: scilicet episco
pus super grauamine & appellatione, & pars abbatis sci
licet, appellata super principali & super iustitia suspen-
sionis interdicti. eadem pars appellata voluit ℣ simul co
gnosceretur super suo libello & super libello etiam ap-
pellantis: pars aũt appellans voluit ℣ primò de appella-
tione cognosceretur & de grauamine, id est de iniustitia
suspensionis interdicti. quærebatur igitur quis eorum
esset potius audiendus? Et dicebat do. Aegid. ℣ episcopus
erat potius audiendus. quia quãdocunq; aliàs pars appel-
lans posset petere ℣ omisso appellationis articulo proce
datur in negotio principali inuito etiam appellato: vt te
net Archid. de appel. cordi nobis. §. post hæc. & Inno. de
appel. vt debitus. in glo. plus dicimus. circa fi. & Hostien.
idem in glo. sed cõtra tamen hoc dicebat idem. Aegi. nõ
debere appellato concedi, nisi vbi non appareret grauа-
men aliquod reparandum: vnde si grauamen supereſſet
quod nondum esset seruatũ, primò debet de appellatio-
ne cognosci vt in casu propolito. quia grauamina pro-
pter quæ fuerat appellatũ, reuocata nondum fuerant: &
sic episcopus debebat audiri. & pro se adducebatur Inn.
de elec. statuimus. in glo. super verbo, appellari. §. si aũt
causa appellans. & sibi adhærebant omnes præter Oldr.
& F. dominus verò Old. dicebat ℣ pro celeriori expedi
tione causę appellatus erat potius audiendus quòd super
vtroq; simul cognoscatur. arg. de do. & contu. finem. &
C. de agri. & censi. l. litibus. de restit. spol. frequens. circa
prin. lib. vj. & hoc tenebat per id quod no. Inno. extrà de
appel. interposita. in gl. super verbo, probatũ. circa prin.
Sed F. distinxit vtrum esset tale grauamen reparandum
quod esset separandum à negotio principali: puta excõ-
municatio vel condemnatio expen. vel simile: & tunc
posset procedere ratio domini Aegi. an esset idem cum
negotio principali vt hîc. quia per appellationem peti-
tur reuocari suspensio interdicti: & per appellatum pe-
titur pronuntiari eam iustam fuisse. & tunc vt dixit do.
Old. seruanda esset glo. Inno. in c. interposita. Et hanc di
stinctionẽ innuit expresiè Compost. in dicta decre. sta-
tuimus. in ver. si autem prædicto.

EPITOME.

1 *Terminus ad articulandum vbi assignatus non fuit seruatus, an si pars iteratò sibi illum assignari petat, id fieri debeat per viam restitutionis in integrum?*

2 *Terminum peremptorium non licet transgredi.*

3 *Peremptorium pluries emitti potest.*

CAVSA XXXIII.

Dubium 62.

1 DIe mercurij xxvj. proposuit dominus Benedictus
de Noũ. tale dubium. Iudex † dederat terminum
ad ponendum & articulandum in quo termino
nihil erat datum pro positionibus vel articulis. demum
etiam cui terminus erat datus petijt de nouo se admitti
ad ponendum non obstante lapsu termini. quærebatur
an debeant admitti & qualiter, an per viam restitutio-
nis in integrum, an per modum iuris? Et dicebatur tu-
tius esse per viam restitutionis hoc fieri: quia † terminus
2 erat peremptorius quem non licet transgredi de ordine
iuris: vt ff. de iud. l. in peremptorio. l. & post edictum. &
facit bene ad hanc partem quasi in terminis extrà de re
stit. in integr. c. corã. & ad hoc bene facit ℣ sic oporteat
fieri id quod no. in Specu. de posse. §. quarto. ver. Sed & si
ante. & de dilat. §. nunc videndum. versi. Item ℣ si datus
libellus. & de ẽdi. instru. §. nunc dicamus. ver. licet aũt. &
facit bene textus C. de ing. & man. diffamari. qui ac. nõ
posse. si ea. ff. de opt. l. mancipiorũ. Sed tamen videtur ℣
3 † posse emitti peremptorium pluries: vt no. in Spe. de ci
ta. §. viso. ver. Item peremptorium. Sed tamen non cogi
tur: vt ibi not. nec etiã potest in graue præiudiciũ partis.
ar. d. l. mancipiorũ. & eius quod no. per Io. An. extrà de
ver. sig. sæpe. §. j. super verbo, obstante. circa fi. gl. in cle.
& facit ad hoc id quod habetur & nota. per glo. & doc.
iuris ciuilis ff. de mino. l. minori. xxv. ann. omissam.

EPITOME.

1 *Spoliatus nõ obtinebit si suspenso petitorio probauit solùm possessionem suam non deiectionem.*

CAVSA XXXIIII.

Dubium 63.

EOdem die per eundem do. Bene. proponebatur ta
le dubium. Quidam † appellans à spoliatione ad
1 curiam coram auditore dato libellauit tam in pe-
titorio quàm in possessorio: tandem suspensum est pe-
titorium & processum in possessorio. probata est posses-
sio sed non deiectio. modo quærebatur an pro libellante
posset ferri sententia quò ad restitutionem possessionis?
Et dicebatur per omnes quasi ℣ non. quia non erat pro-
bata deiectio: & sic nec dici potuit spoliatus, nec tanquã
spoliatus debet restitui. duo enim ad hoc sunt probanda,
scilicet possessio & deiectum possidentem fuisse. ff. de vi
& vi ar. l. j. §. interdictum. & extrà de resti. spo. cùm ad
sedem. cũ si. sed per Fr. allegabatur in contrariũ canon,
reintegranda. iij. quæst. j. reintegranda. & quod dicitur
in d. c. sæpe. de restit. spoli. Sed per Aegidium respondebatur quo d ille canon hîc locũ habere non potuit. quia
cùm petitorium suspenditur hoc fit & permittitur in o-
dium spoliantis: vt patet in clem. de caus. posses. & propr.
c. j. ibi, & in spoliantis &c. Ad illum ergo finem suspen-
ditur tantùm vt cõtra spoliantem succurratur in posse-
ssorio spoliato. Cùm igitur non appareat spoliatus: cessat
intentio tam constitutionem illam clementinam ẽden-
tis quàm etiã intentio petitoriũ suspendentis: & sic ces-
sante causa huiusmodi cessabit effectus: ideo pronũtiari
non posse de restitutione fienda. arg. de iure pat. adige-
re. §. quamuis. & hanc rationem alij approbabant.

EPITOME.

1 *Commissio an censenda sit surreptitia in qua non sit mentio de litis pendentia inter alios super eadem re?*
2 *Delegatum debet mouere eadem ratio quæ mouerat delegantem.*
3 *Rescriptum non semper redditur surreptitium ob taciturnitatem eorum, quibus expressis concessum non fuisset.*

CAVSA XXXV.

Dubium 64.

1 EOdem die per eundem propositum extitit tale factum. Quidam † archidiaconus erat in curia interfectus. post cuius mortem quidam nepos domini Cardina. de Hispania erat ad dictum archidiaconatum promotus. procurator demum fiscalis cameræ domini papæ vēdicauit fructus archidiaconatus eiusdem à quodam Cardi. alio, qui cum dicto mortuo super archidiaconatu huiusmodi contendebat. & super hoc causa erat commissa domino. A. episcopo Tusculano. demum dictus nouus Archidiaconus obtinuit causam super eisdem fructibus committi domino auditori prædicto. verum contra commissionem opponitur ꝙ lis pendet coram dicto domino Tusculano, & ad actus iudiciales aliquos est processum. & erat ante impetrationem commissionis prædictæ in qua nulla de huiusmodi litis pendentia mentio facta fuit. quæritur ergo an commissio præfata surreptitia reputetur? Et dicebatur quasi per omnes ꝙ debebat surreptitia reputari. quia tacitum est de litis pendentia, quod si fuisset expressum, non fuisset facta commissio auditori, & sic surreptitia deberet censeri: vt in d. c. super literis. §. inter alios. ij. responso. imò ꝙ plus est etiam si papa cōcessisset, ex quo venire potest graue præiudicium parti aduersę cùm super eadem re agatur, idem est iuris censendum: vt extrà de rescrip. c. significā
2 te. ar. ff. de exce. rei iudi. l. de eadem re. & ar. quia † eadē ratio debet mouere delegatūque & delegantē: vt d. c. su-
3 per literis. in fi. sed d. Aeg. tenebat contrariū. quia † non omnia tacita quibus expositis rescriptū non fuisset obtē tum, reddunt rescriptum surreptitium: vt patet in casu de lit. contest. c. j. di. vj. in fi. sed ibi ideo, quia aliàs nullum haberet effectū, ꝙ aliàs est statutū de peremptorijs post litem contestatam etiā vsq; ad sententiā proponendis: vt ibi no. per Io. An. imò etiā si ibi de replicatione mentionem fecisset: nihilominus literas habuisset. pro parte tamen ista facit. quia in huiusmodi commissione personæ contra quā & pro qua est commissio impetrata cōprehensæ sunt in rescripto: & sic videtur ꝙ rescriptum debeat procedere: vt patet per ea quæ no. Compost. de rescrip. super literis. circa prin. & eo. ti. significāte. in prin. Sed hoc non videtur procedere. quia nō derogat secundum rescriptū primo, nisi quò ad personas in secūdo expressas. ergo nō præiudicat quò ad aliam, cū qua coram primo delegato lis pendet. secundum ea quę no. per eundem Compostel. de rescrip. pastoralis. circa fi. superverbo, quibusdam alium. ibi, si quæras, &c. & etiam in principio. glo. à contrario sensu. & facit bene pro prima parte id quod no. eod. titu. de rescrip. c. mandatum. in fin. ibi, sed quod si plures de eadem, &c.

EPITOME.

1 *Canonicus regularis remanens claustralis an possit assumi ad ecclesiam sæcularem consuetam regi per sæculares?*
2 *Clericus tenetur in beneficio suo residere.*
3 *Clericus sæcularis idem esse nō potest: & remanere in claustro.*
4 *Regularis quando præficitur ecclesiæ sæculari debet præsentari vt clericus: & institui, & in officio cum præsbyteris sæcularibus conformari.*
5 *Episcopus dispensare non pōt vt regularis remanēs in claustro iura suæ claustralitatis percipiat, & ecclesiæ sæculari deseruiat.*
6 *Dispensatio episcopi statum ecclesiæ sine consensu capituli & sine causæ cognitione immutare non potest.*
7 *Sæculares quandiu inueniri possunt, non sunt ponendi regulares in ecclesijs sæcularibus.*
8 *Literis episcopi non habentibus subscriptionem testiū non creditur nisi super excommunicatione, maximè vbi læderetur ius partis.*
9 *Dispensatio requirit causæ cognitionem.*
10 *Dispensatio est iuris communis relaxatio.*
11 *Episcopus dispōsat in illis tantùm quæ sibi cōmittuntur à iure.*
12 *Episcopus quod dispensare possit vt regulares præficiantur ecclesiæ sæculari, quomodo intelligendum est.*

CAVSA XXXVI.

Dubium 65.

1 VAcante † quadam ecclesia parœciali consueta regi per sæculares à tanto tēpore cuius contrarij hominum memoria nō existit. patronus laycus ipsius ecclesię ad quē iuspatronatus noscitur pertinere, præsentauit ad dictā ecclesiā suo episcopo quēdam canonicum regularem. episcopus ipsum admisit & instituit in ecclesia supradicta, ipso vt prius remanente canonico & in suo claustro residēte distributiones quotidianas & partem prouentuum ipsum contingentē vt vnus ex alijs canonicis iure suę religionis & claustralitatis percipiente, venit impetrans apostolicus & petit dictā ecclesiam tanquam de iure vacantem. Ad ostendēdum quòd regularis inquantum regularis remanens claustralis nō posset assumi ad ecclesiā sæcularem consuetā regi per sæculares no. per Ioan. And. in c. quia regulares. de sup. negl. prela. in cle. super verbo, seculares. not. etiam ibidem per Paul. super eodem verbo. Itē no. per Pe. & Abb. in c. ij. eod. tit. in antiq. Item est text. de relig. domi. c. inter quatuor. de regulari. super eo. in antiq. Item notat Hosti. in c. possessiones. de rebus eccles. non alie. Item Vincen. in c. monachi. de statu. regular. in antiq. Item quia tunc sequeretur quòd idem esset sæcularis & regularis. quia ex quo remanet in claustro, debet viuere secundum ritū regularium: & ex quo assumitur ad ecclesiā sæcularem, debet viuere & officiare secundum ritū sęcularium & non regularium, & quantum ad illa quæ notantur. xvj. q. j. de monachis. & ratio Inno. post Host. in c. quod Dei timorem. de statu regu. & dicit ibi Hostiē. quòd propter hoc vt seruiat ecclesię extrahitur à claustro, & absoluitur ab alijs quę cōmodē seruare non potest. idē no. Inno. ad hoc facit de elect. constitutus. xvj. q. ij. si quis iam translatus.
2 cum etiam † quisq; de iure cōmuni teneatur in suo beneficio residere. & sic legi. & no. de cleri. nō residen. conquerente. & no. de rescrip. c. gratia. lib. vj. per Gul. & Io.
3 And. quòd † idem nō possit esse clericus sæcularis & remanere in claustro. est tex. xvj. q. j. nemo. Itē quia vtrūq; sibi tenuit, vtroq; debet priuari. de præb. de multa. & est ipso iure priuatus vtroq; per decret. extrauagan. execrabilis. & licet illa iura loquantur in curatis, idem dico in beneficijs requirentibus residentiam. hæc no. Innocē. de cleri. non residen. c. fin. Item quia regularis. nec regularis naturaliter requirit claustrum: vt xvj. q. j. si cupis. & ideo cùm iste de quo agitur, vellet esse claustralis & remanere: non potest ecclesiā sæcularem regere, cùm officium clerici sæcularis non assumat: quod debuisset assumere, si voluisset sæculari ecclesiæ deseruire. Item re-
4 gularis † quando præficitur ecclesię sęculari debet præsentari vt clericus, & institui, & in officio cum præsbyteris sæcularibus conformari. xvj. q. j. si monachus. & c. cū pro vtilitate. Iste tamen de quo agitur non assumpsit officium clerici sæcularis, imò fuit præsentatus & institutus vt claustralis, quod est contra iura prædicta. Item
5 † dispensatio episcopi operari non potest quòd in claustro remaneat & iura suæ claustralitatis vt ante percipiat, & ecclesiæ sæculari curatæ deseruiat: vt capitul. ne
6 in agro. in §. sanè. de statu regu. in clemē. Item † dispensatio episcopi statum ecclesiæ sine consensu capituli & sine causæ cognitione immutare non potest. iuxta not. per Ioan. Andr. de election. & ex eo. libr. vj. Hostien. de statu regu. quod Dei timorē. per Archidia. de fil. presby. c. j. & de election. in cap. licet canon. lib. vj. no. & Innoc.
7 de fil. præsby. capit. veniens. in antiquis. Item † quandiu possunt inueniri sæculares, non sunt ponendi in ecclesijs sæcularibus regulares. per capitul. inter quatuor. suprà allegat. & notatur per Hostiensem. in capitul. quod Dei
8 timorem. Item non † valet dispensatio exhibita per partem aduersam: quia literis episcopi cùm sint priuatæ scripturæ, non est credendum nisi super excommunicatione: maximè vbi læderetur ius partis, nisi habeant testium subscriptionem: vt not. Archidiaco. vj. quæstio. ij. c. placuit.

Cæsar Lib. Ber. in tract. iurisp. tit. fol. 224. in 11. articulo vj. q. primi parte. 2. lib.

ij.c. placuit.& de elect.vt circa.super verbo,publico instrumento.lib.vj.& Io.And.post eum.Item nō valet ex
9 alia causa.quia † qui dispensat debet premittere cognitionem & exprimere causam.per Inno.de fil.presby.veniens.per Archid.in c.cùm de beneficio.de preb. lib.vj. & de electio.licet canon . Item ex alio non valet . quia
10 † dispensatio est iuris communis relaxatio.sed si episcopus dispensaret ꝙ remaneret in clausto & preficeretur ecclesię sæculari consuetæ Regi per seculares,& dispensaret cōtra omnia iura prędicta,& sic dispensaret super duobus beneficijs incompatibilibus: scilicet ꝙ retineret claustrum & exerceret officium religiosi , & officium clerici secularis:cùm religiosus quando præficitur ecclesiæ sęculari debeat se conformare in officio secundum ritum sęcularium & non regularium quod tamen facere non potest.quia tantùm summo pontifici reseruatur.
11 quia † episcopus solùm in illis potest dispensare quę sibi permittuntur à iure.de iudi.in c.decernimos.de tempo.ordi.c.cùm dilectus.Item quod ab initio nullum est, tractu temporis non firmatur.de regu.iur.sed præsentatio & institutio factę & de facto de regulari vt clausträli ad ecclesiam sæcularem consuetam regi per sæculares,cùm de iure fieri non possent nec deberent , vt patet per iura præallegata,fiunt & sunt cassa & inualida tanquam de minus idoneo factæ, & per subsequentem dispensationem validari non possunt.not. iura quę dicunt sicut c.quod Dei timorem.de statu reg.& c. presis. lv.
12 dist.allegata per partē aduersam, ꝙ † ex dispensatione episcopi possunt præfici regulares ecclesiæ sęculari , loquitur quando primo abdicantur à clausträ,& præsentantur & instituūtur vt clerici, & in illis ecclesijs etiam in quibus non est completa prescriptio sęcularium vel regularium . iste autem de quo agitur fuit præsentatus vt clausträlis,& in ecclesia ad quā presentatur, est completa præscriptio sęcularium. Item alia c . per partem aduersam allega.quæ sunt xvj.quęstion.j.c.doctos.& c. cùm pro vtilitate.& c.in parœcia.in quibus de iure cōmuni seruiunt præfati regulares ecclesijs sæcularibus, loquuntur etiam quando primo abdicantur à clausträ, & præsentantur & instituuntur vt clerici & assumunt officium clerici sæcularis,loquuntur etiam in illis quæ quandoque consueuerunt regi per sæculares, & non in illis ecclesijs in quibus est completa præscriptio sæcularium vel regularium.ecclesia autem de qua agitur completa est præscriptio sæcularium à tanto tempore ꝙ in contrarium hominum memoria non existit.quare cùm ex premissis appareat presentationem & institutionem prefatas tanquam de minus idoneo factas non tenent. quare vacat ipsa ecclesia.

Decision.per R.patrem Thomam Fastoli auditorem sacri palatij in vnum redactæ.

FINIS.

Rebuffus

Decisiones
Rotae

Y
21755
fol.

150

X


Inches
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black